erroribus/aĩos hoĩum putant eſſe mortales. Quod ſi ita foret/ceruos & cornices & nõnulla præ/
terea muta animantia hoĩs naturæ præferenda uiderent:quibus longior uitæ huius diuturnitas
tributa eſt. Fabricatricis naturæ (ſi dicere fas eſt) iniuriam merito accuſaremus:quæ uelut iniu/
ſta nouerca diuturni temporis uſuram concedens illis tam breues nobis tamq́ anguſtos uitæ ter/
minos circunſcripſiſſet. Temere Socrates/uel potius Thales Mileſius fortunæ gratulatus eſſet:na
tum ſeſe fuiſſe hoĩem/quandoquidem ad ſummã hoĩs imbecillitatem oĩo & circunciſæ uitæ acce
deret breuitas. Sed coꝝ hæc inſania eſt:qui pecoꝝ more/uentri obedientes/Veneri mancipati/in
luto demerſi iacent:uix ad id quod adeſt:quodq́ oculis pręſens eſt/ſeſe accomodãtes. Quapꝑ inſti
tuimus de perpetuitate animæ ita diſſerere:ut & ſapientes uiri atq́ eruditi in ſua ſentẽtia perſeue
rẽt:& ſtulti hoĩes ac flagitioſi prauæ & cõtortæ opinionis errore liberent̃. Graue onus eſt/fateor/
& noſtræ imbecillitati oĩo impar. At nõ meis uiribus:quas ſentio q̃ exiguæ ſint:ſed uel ſapientũ
uiroꝝ doctrina fretus/uł ſacri eloquii locupletiſſimis teſtimoniis inſtitui fortaſſe audacius:ſed tñ
nõ inutiliter (ut arbitror) ſalutaris ac neceſſariæ diſputationis inire certamẽ:ut eoꝝ/quoad fieri
poſſit/refellat̃ ſententia:ſtultitia improbet̃:qui animoꝝ interitũ conſtituentes/in uallũ errorũ pe
lagus & ipſi labunt̃:& ut alii labant̃/impellũt. Nam in tenenda cognoſcendaq́ aĩoꝝ ĩmortalitate
oĩs humanæ uitæ ratio & conſtantia ſita eſt:inque ea reiicienda labes ſimul uitæ & uirtutis euer
ſio. Nec latebat me & alios præcucurriſſe cõplures etiam ſumma auctoritate uiros/& grauiſſimos
philoſophos:q̃ de eadem re libros ſcriptos reliquere. Verũtamen alii falſa ac lubrica ſui inſtituti
fundamenta iecerũt:alii ita acriter atq́ obſcure locuti ſunt:ut ꝓferri in lucem nequeant. Itaq́ ipſi
ſua ſcripta norunt:ſed cõmuni utilitati paꝝ conſulunt. Nam & Aurelius Auguſtinus acutiſſimo
ac diuino uir ingenio/& ſcientiæ copia:cũ de ĩmortalitate aĩæ nõnulla edidiſſet:profiteri non du
bitat/maximã eſſe/ac pene oĩuꝫ difficillimã huiuſce rei inueſtigationẽ. Quanti uero in hac quæſtio
ne habẽdus eſt Plato:qui ea de animis ſentiret:quæ a recta rõne prorſus abhorreant! Conſtituat
ipſe aĩos ſemꝑ fuiſſe:nos aliud ſilũ exploratæ ſententiæ & cognitæ ueritatis adoriamur. Neq́.n.
ulla huiuſce cauſæ firma/ſtabilia/& ſolidæ rõni conſentanea argumenta afferri poſſint:niſi ab iis:
quos nõ male philoſophantium fefellit uanitas:ſed diuinaꝝ imprimis ſcripturaꝝ/ſacrarũq́ inſti/
tutionum ſimplex:ſinceraq́ ueritas erudiuit. Non igitur tam Peripateticis/Academicis/Stoicis/re
liquis Philoſophoꝝ ſectĩ ipſis interdũ diſſidentibus diſciplinis/ius de maximis rebus diſputãdi da
tum eſt:q̃ Chriſtiani noĩs uiris/& ueræ perfectæq́ ſapientiæ præceptoribus:q cũ multa/quæ Phi
loſophis penitus inaudita erant/diuina illuſtratione aſſecuti ſunt:tum accepta ab aliis rectius ſa/
ne intellexerũt:q̃ illi ipſi:a quibus tradita atq́ inuenta ſunt. Ex hoꝝ igitur nos hauriemus puriſſi
mis fontibus:& ad explicandam animæ perpetuitatẽ/hos potiſſimũ auctores ſequemur/& duces:
nequaq̃ tñ prætermittẽtes:ſi quid hac ipſa de re noſtra approbatione dignũ Philoſophi/& magna
ſcientia atq́ auctoritate uiri accuratius ꝓdiderũt. Sed iam noſtri conſilii exordium aggrediamur.

❡ Explicit prologus. Incipit liber primus de animi immortalitate.

QVi igitur adeo difficilis ac perobſcuræ quęſtionis ediſſerẽdæ munus laboreq́ ſuſcepi
mus/id primũ duximus ſtatuẽduꝫ:ortum habere participem rõnis aĩaꝫ/carere interi
tu. Hæc nãq́ bipartita nobis cauſa peroranda eſt:& ſimul eorũ cõfutanda ſentẽtia:q
huic perſpicuæ ueritati temere atq́ impudenter auſi ſunt obtrectare. Neq́ ego ſum

neſcius/non mediocrem me illaturũ iniuriam omnibus:qui/ut confidentius nefandis libidinibus
atq; obſcœnis uoluptatibus intendant/oĩa non iam ſentiunt (ut opinor) niſi forte totũ in illis ratio
nis & humanitatis lumẽ extinctũ eſt:ſed dicunt potius morte deleri/procliuem eo pacto ſibi ad ne
quitiam/ad improbitatẽ/ad perniciem aditũ & labem minime dubiam confabricantes. Huius ue
ro tam clari certaminis palmam (uiſi fallor) haud ambigue aſſecuturus ſum:illo noſtræ diſputa/
tionis auctore/& duceq; honeſta/rectaq; hominibus uota fortunat: & mortalium cogitationẽ oẽm
atq; opam inenarrabili ꝓuidentia moderatᷓ.Ac primũ quidẽ de ortu & origine animæ paucis diſſe
rendum uidetᷓ:mox ad alteram partẽ queſtionis noſtra q̃ primum feſtinabit oratio.Nam compert/
to aiarũ ortu/multo facilior expeditiorq; ad cognitionẽ imortalitatis patebit ingreſſus.Harum aũt
partium/cum utraq; fuerit abſoluta/illud quoq; iam affecto operi tanq̃ faſtigiũ addiderimus:quo
cuiq; ſolutis corporũ uinculis/ſiue reditus poſt mortẽ/ſeu aduẽtus pateat.Itaq; cũ mecũ ſępenumero
mẽte cõplector/& uł noſtrorũ ſcripta/uł ueterũ monumẽta iueſtigo diligẽter/tres mihi uideor potiſſi
mũ de aĩa ſententias repire potuiſſe.Et hi quidẽ præfuiſſe aĩam corpori/atq; extitiſſe ſemp/illi ex ali
quo gigni:pleriq; uero/quorũ lõge firmiſſima ratio/ſumma auctoritas habẽda eſt/creari de nihilo
arbitrati ſunt.Sed qd pot oĩo dici abſurdius/q̃ uel fuiſſe aĩas ſemp:uel ex eo conſtare:unde nõ niſi
corporea moles cõſtari poſſit? An ne cęleſtes ſunt: & ex altiſſimo domicilio ĩ terrã depreſſæ? Nun/
qd Pythagorę pythagoreisq; credẽdũ exiſtimabimus:q ex uniuerſa mẽte diuina aĩos opinione ſua
delibauerint? Num iis/q nobis datos uolunt/ex illis ſempiternis ignibus/quæ ſydera & ſtellas uo/
cant? Partem uero Dei dicere aĩas/oĩo quis audeat:cum uel cogitare quidẽ extremæ dementiæ/ne
fandæ impietatis ſit? Illud neſcio/quo pacto uenire in mentẽ cuiq̃ potuerit:qui rerũ naturã uel me
diocriter fuerit contemplatus/aĩam ex ulla quattuor elementorũ conſtare materia.Itaq; factũ eſt:ut
alii nimiũ ſibi tribuãt:qui æternos aĩos fuiſſe cõtẽdunt:alii hoĩs dignitatẽ turpiter abiiciant:dum
mutis animantibus comparant: & aĩorũ origines ex corruptibilibus caducisq; naturis repetunt.Ex
qua ignoratione illa nimirũ orta cõtrouerſia eſt:quæ philoſophos ipſos in inueſtiganda origine aĩę
atq; in ſubſtantia/in uarias ſentẽtias/inq; multiplices errores diſtraxit:ut alius aliud aĩas eſſe opina
rentᷓ. Et quibuſdam quidẽ cor ipſum/aĩus uidetᷓ eſſe:aliis quemadmodũ Empedocli Agrigentino
cordi ſuffuſus ſanguis. Ita.n.tradit.M.Tullius:q̃q̃ Ariſtoteles Empedoclem ſenſiſſe dicit/conſtare
ex oĩbus elemẽtis animã:quod & in Timæo apud Platonẽ cerni licet:qui & ipſe animã ex elemẽtis
cõſtituit.Sed & Critias ſanguinẽ dixit aĩam.Hippius aquam.Diogenes & Anaximenes aera.Ana
xagoras Clazomenius id/quod mouere aliud natũ eſſet.Eraclitus Phyſicus uel uaporem/ut ait Ari
ſtoteles:uel ſcintillam ſtellaris eſſentiæ:ut Macrobius perhibet.Eraclitus Ponticus lucem. Poſſido/
nius is/quem Panætius ſtoicus docuit/Ideam:quã noſtri ueteres tum formam/tum ſpeciem inter/
pretari conſueuerunt.Zeno/ſiue concretum corpori ſpũm/ſeu ignem:quod idem Hipparcus cre/
didit.Ariſtoxenus Muſicus armoniam:ac ueluti intentionem quandam corporis:qualis in cantu
& fidibus depręhẽditᷓ:quod idem ſenſiſſe Pythagoram & Philolaum accepimus/& pleroſq; alios:
in quis & Alexandrũ peripateticũ.Democritus Abderites ignem quempiam caloremue dixit eſſe
animã:aut certe ſpũm inſertũ athomis:ab athomis eñi nunq̃ diſceſſit.Sed cũ infinitæ eſſent & fi/
guræ & athomi/rotundas ac leuiores ignem duxit:atq; aĩam eſſe:quippe cũ eiuſcemodi formæ fa
cilior ſit & impulſus & motio:ſed & de Pythagoricis quidã aĩas arbitrati ſunt eſſe:quæ in aere uo
litarentᷓ/minutiſſimas atq; indiuiduas partes: & hi quidẽ parũ admodũ a Democrito diſſidebant:
nõnulli uero nõ corpuſcula ipſa:ſed quod moueret ea:atq; ĩpelleret.Plato/uł potius Ariſtocrates/
ueterũ philoſophorũ aſſipulator:qui motu potiſſimũ & ſenſu aĩam definiret/cenſuit illas eſſe eſſen
tiam quampiam:quæ ſeſe ipſa moueret:nec agitaretᷓ aliunde:ſed triplicem finxit/rõnem/irã/cu
piditatem:quarũ primã in capite poſuit:alterã conſtituit in pectore:tertiam ſubter præcordia col
locauit.Xenocrates:qui poſt Speuſippum Platoni ſucceſſit/nõ eſſentiam dixit:ſed numerũ ſe mo/
uentem.Ariſtoteles Stagerites/& recte quidẽ/endelechiam. Hippocrates Chous tenuiſſimũ ſpũm
cũ toto corpore confuſum/atq; diſperſum.Aſclepiades Medicus conſonã quinq; ſenſuũ & concor
dem quandã exercitationẽ/quidam uentũ:unde animæ animiq; ductũ eſt nomen:eſt eñi ἄνεμος
apud Græcos uentus:parui tamq; refert/utrum quis aĩum aut certe aĩam uocet eam partem:quæ
ſpẽs eſt: & forma hoĩs:quod ſiqua differentia ſtatuenda ſit/opportuniore loco erit differendũ.Hoc
quicqd attigimus/idcirco fecimus:ut eorũ referremus ſententiam:qui cũ uim declarare ac ſubſtan/
tiam cupientes:ut egregie philoſophari uiderentᷓ/dixerunt aĩam eſſe/quæ diximus. Verũ pleroſq;
oẽs/quos memorauimus/ne dignos quidem puto eſſe:quorũ his libris tam inanis explicetᷓ opinio:
alii partẽ quandã cerebri:qua ipſi fortitan/& mente caruerunt:decreuere aĩam eſſe:multi conſta/
re eam rati ſunt ex terra & igni:quo ĩ numero & Parmenides fuit:Exenophantes ex terra & aqua:
Boetos ex aere & igni.Epicurus ſpẽm dixit ex igne/aere/ac ſpiritu mixtam.Critolaus ne a parente
Peripateticorũ diſſentire uideretᷓ/nõ ex aliqua ſolubili natura/nõ ex ullo mortali & caduco genere:
ſed ex aetherea:id eſt/quinta eſſentia conſtare aĩam dixit.Poſtremo Galenus Pergamenus comple
xionem corporis dicere aĩam conſueuit.Qui & ſi erat illuſtris Medicus/tñ de aĩa diſputans/etiã a
ſuo artificio atq; a medicina nõ receſſit.Sed quis ferat hæc philoſophorũ/ſed potius inſanientium

hoīum deliramenta! Quis hanc tam diſcrepantem/tamq; uariam concertationem pati poſſit! Tollerabilior Dicearchus uideri debet: q̃ uim oēs animi ſuſtulit: & animi atq; aię ſimul dixit inane nomē: ac demū hoīes totū ad corpus retulit. Faceſſant igit̄ ab hac tota diſputatione: quę nobis de aīa inſtituit̄: quicūq; ita philoſophant̄: ut nihil ueri/nihil firmi ac ſolidi afferant. Mittamus uana hæc portenta/& turpiſſima ludibria philoſophoꝝ. Quid nobis cū Empedocleo ſanguine! Quid cū Epicuri & Leucippi turba athomorū! Quid cū Ariſtoxeni armonia! Quid deniq; cū aliorum Philoſophorum puerilibus nugis/uel potius Poetarū figmentis! Furere mihi Permenides: furere uidetur Xenophanes: : furere cæteri: quoꝝ obtuſa acies cū altius nequiret cogitationē attollere/animæ naturam ex craſſis mutabilibusq; finxit elementis. Quid dicam de iis/qui ita de cœlo aīas deuocant: ut illam ſibi: quæ ſolius Dei ꝓpria eſt/æternitatem tribuere auſi ſint! Sed alteri tardi/atq; hebetes: arrogantes alteri/& cōtumaces: utriq; rudes ſapientiæ/& ignari ueritatis iudicandi ſunt. Vera.n. aiarum exordia nunquā/uel diutiſſime laborātes reperire potuerūt: quod neq; ſatis ſe ipſos agnoſcebant: neq; ullo pacto inenarrabilē Dei poteſtatē tum aliis oībus in rebus/tum in procreatione tam claræ ſobolis complecti aīo poterant. Et.n. aīa (ut locupletes auctores ueritatis ſæpe confirmant: quos teſtes ciemus: & afferemus ī medius) & orta certe eſt/& a Deo ꝓfecta de nihilo. Cum corpore uero initium habet: atq; inceptionē uitæ. Eſt autē ita creata de nihilo: ut ex nulla prorſum neq; uiſibili corporeaq;/neq; incorporea/ac ſpirituali materia conflata ſit. Longiore hoc loco diſputatione opus erat. Verūtamen ſummoꝝ uirorū hac de re allata ſententia/ad alterā partē propoſitæ quęſtionis feſtinus ſermo properabit. Pleriq; igit̄/qui rudes potius q̃ impii appellandi ſint/neſcio/creationem oēm de medio tollunt: atq; a Deo fieri quicq̃ de nihilo oīo diffitentur: uidelicet illius ineffabilem amplitudinē/atq; inexplicatā Maieſtatē ſua nī nequitia/uel imbecillitate metientes. Verū conclamār turbæ ueteꝝ philoſophoꝝ/aſſerentes de nihilo fieri oīo nihil certe Epicureis: & Cirenaicis potius q̃ Peripateticis digna uox. T. Lucretium: qui & poeta eſſet: & Epicuri luderet ſententiam: ferre æquo aīo poſſumus: ita carmen exordientem. Nullam rem e nihilo gigni diuinitus unq̃. Patiar & reliquos poetas: quoꝝ ea conſuetudo eſt: ut neq; hoībus/neq; diis ipſis parcant. Eam philoſophi aſſeuerant ueram eſſe/indubitatāq; ſententiam: quę de nihilo nihil gigni ita firmiter conſtituit: ut nihil unq̃ ab eis fuerit retentū artius/& accuratius defenſum: atq; conſtantius affirmatum. Concurrunt philoſophorū uariæ diſciplinæ: & una pene oēs in eandē illās ſententiam uoce conſentiunt. Hinc Ariſtoteles/& tota Peripateticoꝝ factio. Inde Democritus athomoꝝ comitatu ſeptus. Illinc callidus ueterator impius Auerrohus. Vndiq; philoſophorū agmina prodeunt: & contortis atq; inanibus argumētis probare conant̄ fieri nō poſſe: ut ex nihilo aliqd oīo procreari queat: quo fit: ut neq; etiam aīa rōnalis ſit creata de nihilo: qualē uero non tantū habeat poteſtatis Deus: quem tñ omnipotentem eſſe/quis tam barbarus ut neſciat: quis tam inſanus/ut neget! Hoc ſolo priuat̄ Deus (ut ait Agathon: nec Ariſtoteles inficiatur) ne poſſit infecta reddere: quæ iam facta ſunt. Cætera uero cur non poſſit oīa! Verum nondū nouit antiquitas ſummi Principis Maieſtatem: quem tū in ſolemni precatione/optimū/maximū nuncupare ſolita eſt. Quid.n. optimum appellet: quē perfectū eſſe neget! Quid maximū: qui nondū oīa poſſit efficere! O præclara ſapientia. Negant Philoſophi ex nihilo fieri aliquid. Quod ſi uel ad naturā caducaꝝ rerū opificē uel ad artem fragilium effectricem operū/eam referrent ſententiā: aliquis fortaſſe ueniæ locus relictus ſit. At cum & ad auctorem uſq; oīuꝫ Deum ꝓferant/nō tam ab errore reuocandi ſunt/q̃ Hippocratis compedibus alligandi. Proh nefanda/ac deteſtabilis huiuſmodi Philoſophorū impietas. Sed cæteros nūc miſſos facio. Quis ferat Mercurium illum ter maximū appellatū: ita dicentem in Pimandro! De nihilo nihil prouenit. Nam quæ minime ſunt/naturā ullam habent: qua fieri ualeant. At naturam potius: qua nō ualeāt. Ariſtotelem pati quis poſſit: qui ſtudere ſapientię: ac ueritatem ꝓfiteri præ cæteris iudicat̄: cum is neget fieri poſſe quicq̃ de nihilo! Totus/quum ſic ait: in natura contemplanda demerſus erat: aciem mentis altiorem tollere/uel neſciuit: uel nō potuit: ut Dei ſummā poteſtatē aīo complecteret̄. Eo īnititur fundamento: omne quod fit/ex ſubiecto fieri aliquo. Id neq; nos ignoramus: neq; imus ſane inficias: ſi ad naturā intendimus: at ſi ad Deum id ipſum referre uoluerimus/& impietatis & ignorationis arguamur/neceſſe eſt. Quippe ut eſt immenſa poteſtate artifex ſummus Deus/ita molem hanc uniuerſitatis omnē initio perfecit e nihilo: atq; e nihilo oīum hoīum aīas creare nō deſinit. Sed contra dicit Auerrohus: refragat̄ egregius philoſophus/& ſane egregius: ſi argutulis & contortulis diſputationū aculeis impugnata ueritas/appellanda philoſophia eſt. Labitur (ut ipſe opinat̄) uulgus hoīum: atq; inde errorem inducit: quod diuinę poteſtati detrahi putat: atq; eius infringi uirtutem: ſi ad opificia Maieſtatis ſuæ perficienda ſubiecta ulla materia atq; elemento egeat. Norat (ut arbitror) Auerrohus Phydiæ/Copæ/Praxitelis/cæterorumq; id genus artificū ſigna/ac ſimulachra/nō abſq; marmoris/alterius ue rei cōſtare materia: atq; inde cōiectabat cœleſtis opicis uim/conſuetudinē: atq; naturam/eiuſq; infinitam atq; incomprehenſam poteſtatē ad præfinitos artis terminos ac limites referebat. Veꝝ in perficiendis operibus nequaq̃ ſimiliter ſe habēt Deus & homo: anguſtis finibus circūſcriptum: & quod immenſum eſt. Nam ut homo/quæ conſabricat̄/ex præiacente materia confabricat̄: ita contra Deus ſola

uoluntate/ac nutu/quęcunq̨ uult/pfecit. Ipſe dixit: & facta ſunt uniuerſa: mandauit/& creata ſunt.
omnia. Itaq̨ non abre eſt: ut tres gradus/tria conſtituamus genera formandarum ac fingēdarum
rerum. Et ars quidem quanq̃ Simia naturæ/eiuſq̨ imitatrix eſſe perhibet᷑: Materiam tñ quampiā
ipſa ſenſibilem certe nō facit. Sed ad perficiendū artificium poſtulat: atq̨ idcirco æs/lignū/ceram/
ebur/aut aliquid demū eiuſmodi ſubeſſe neceſſe eſt: ſiquis artificiale ullam ſpēm adhibiturus ſit:
atq̨ materies ipſa eiuſmodi eſt: ut ſub ſenſum/tactum/conſpectū cadat: quæ niſi aliunde parata ſit:
manca ois res/atq̨ inanis eſſe facillime cernitur. Natura uero tam & ſi nihil niſi de ſubiecto aliquo
conficiat: plus tñ habet operis. Plura etiā/q̃ ars efficit. Siquidem ars iam paratæ materiæ figuram
atq̨ opam adhibet. Natura uero id quod poteſtate erat/educit in actuꝫ. Nam primordialis materia
quæſo quid eſt? Quis ue illam aut uidet aio unq̃: aut oculis cernit? Formā quidem ipſam ac ſpēm
certe intelligimus: materiam aūt (materiam inq̃ illam primordialē) uelut minutiſſimum ſemē:
nec cogitatione quidē ac mente complectimur. Ita eniꝫ tenuis/exilis/ac puſilla ea res eſt: ut niſi for
mæ rōne intelligi oio non poſſit: Deus aūt/qui longiſſime uim totius naturæ antecellit/ac præſtat:
nec alium de parata materia: nec ullis prorſum eget ſeminibus: ſed de nihilo creat potius: quæ ſui
muneris maxime propria ſunt. Duplex eſt aūt munus: duplex opificium: quod etiam abſq̨ Ange/
lorum/ac cœleſtium ſpirituum miniſterio ſolus & perfecit: & perficit. Primū mundus ipſe ois: qui
cœlo terraq̨ diſtinguit᷑: tum aia hois atq̨ mens: quoꝝ utrūq̨ inſigni origine & præſtantiſſima qua
dam natiuitatis ratione decorauit. Et mundū quidem iam conditū ceſſauit Deus nouū facere: crea/
tionem uero animæ uſq̨ nunc operat᷑ Pater cū Filio & Spiritu ſcō. Nam (ut diuinæ ſapientiæ ueri
tas prodit) aias i corporibus omnipotens/atq̨ æternus pater ſimul & infundit: & creat. Eiuſcemo
di aūt pcreationis rationē nunquā philoſophando nouit Auerrohus: qui cum plus q̃ oportebat ſa
pere uoluiſſet: fecit ne intelligēdo: ut intelligeret nihil. Nemo ſcit (ut ait Euangelica ueritas) quis
ſit Filius: niſi Pater: & quis ſit Pater: niſi Filius: & cui uoluerit filius reuelare. Deū nemo uidit unq̃:
atq̨ idcirco & ineffabilis & incomprehenſibilis eſt: ut ſacra eloquia/ac diuinæ hiſtoriæ teſtes ſunt/ac
bene opinatus eſt Ioannes Damaſcenus uir ſane doctrinæ/ac uirtutis gloria præſtantiſſimus: crea
tionem ipſam Dei/eiuſq̨ etiam tum æternitatem/tum etiam gubernationē diuinæ naturæ magnitu
dinem præiudicare. Quis eſt. n. qui adeo aut floreat eloquentia: aut doctrina polleat: ut creationis
ipſius ualeat explicare rationem? Magna quippe res eſt: atq̨ ita prorſum admirabilis: ut ſenſum hu
manæ imbecillitatis antecellat. Verū complura nobis diuinitus illuſtrata ſunt: & hæc ipſa quoq̨
creatio manifeſtata deſup. At nō poteſt imbecillus Deus quicquā penitus creare de nihilo? Negat
Auerrohus: prohibet omnipotente Deo potentior homuntio. O egregium facinus. Quod Auer/
rohus non uidit: audebit ne: aut poterit Deus? Voluit (ut mihi quidem uidet᷑) Pigmeus Gigantū
more pugnare cū Diis. Id eſt. n. bellare cum Diis: Deo ipſi potius q̃ quod ſenex Cato interpretat᷑:
repugnare naturæ. Turpiſſimū/ac pleniſſimū temeritatis putandum eſt: ut nōnulli: quos inſanum
uulgus Philoſophos nominauit: quæ penitus abſtruſa cōtexit: atq̨ abdidit ſummus Deus: ea tamē
ſuopte ingenio ſcrutari ſeſe poſſe profiterent᷑. Vt theologi oēs/& chriſtianę fidei ſectatores pariter
uno ore cōſentiunt: ex nihilo: atq̨ (ut dixerim planius) ex nō ente ad eſſe uniuerſa deduxit Deus.
Prodeant nunc in mediū Philoſophi: & manū nobiſcum conſerant. Aio/fruſtra quæritis materiam
o Philoſophi. Non eguit materia Deus. Non. n. officinam quæſiuit. Non artificē. Ipſe p ſe/in ſe oia
fecit. Sed percontet᷑ quipiaꝫ. Vnde? Reſpondeo. Certe de nihilo: ac de nihilo conſimili rōne aiam
in hanc lucem edit: ut maioris poſt illam lucis ſplendore ac gloria perfruat᷑. Sed agite/quæſo uobis
dico: qui philoſophiam profitemini: & ſapientiæ ſtudium colitis: ac ueritatis artifices haberi uultis:
enodate: atq̨ diſſoluite: ſi tanta inſit uis mentibus/atq̨ ingeniis ueſtris acumen: noſtras rōnes & ar/
gumenta perfringite: quibus & creari aiam de nihilo a ſummo reꝝ oium conditore/ac totius mun
di Principe Deo: liquido demonſtrabimus: & uitæ initium habere una cū corpore. Principio/an nō
pfecta a Deo aia? Non creata de nihilo? Cur quæſo? Sed fortaſſe nō pōt Deus aiaꝫ creare de nihilo
(de rationali loquor) qui de nihilo conflauit: ac perfecit: quicqd intra cœli ambitū/ac totius mun
di ope continet᷑? Principio Moyſes inquit: creauit Deus cęlum & terrā: creauit inq̃ potius q̃ genuit.
Cœlum uero & terram/creatam eſſe: id habet hanc (ut opinor) ſententiam/mundū oēm a Deo de
nihilo fuiſſe conditum. Nam et. M. Varro uniuerſam mundanæ fabricæ molem/cęlo & terra con/
ſtare dicit: & Philoſophi mundū oēm in duas partis ſecant: ut ſit altera elemētaris quattuor naturas
continens: ex quibus oia gignunt᷑. Altera ætherea: quæ & quinta eſſentia nuncupat᷑. Harum uero
duaꝝ partium uelut fines quoſdaꝫ Luna diſterminat: infra quā nihil (ut ait noſter Cicero) niſi ca
ducum eſt/& mortale/aios hoium ſemp excipio. Supra Lunam uero æterna ſunt oia: & terra quidē
mortalium: cœlum imortalium domiciliū: ac ſedes recte eſſe exiſtimabit᷑. Deus igit᷑ cœlum & ter/
ram creauit: quod eſt uniuerſum totius mundi opificium/perfecit e nihilo: atq̨ ille ipſe aias hoium
eadem rōne effingit. Nec aliunde aiaruꝫ origo petenda eſt. Dei ſatu oriunt᷑: Dei munere hoiuꝫ ge/
neri dant᷑. Tanti deniq̨/tamq̨ præclari opis ſolus parens/effectorq̨ eſt Deus. Illa nimiꝝ Lactantii
ratio optima uideri debet: quæ ueram rationabilium aiarum patefacit origineꝫ. Nam uel de corpo
re generatur: uel de aia. De corpore aūt gigni nequit: cū nihil inde/niſi corporeum conflari poſſit.

Quod uero corporeum eſt cernitur. Animus uero (ut ait Plato: ac nemo dubitat) omnem ſenſum effugit oculorum. Sed & īmortalis aīa quo pacto ex mortali corpore fieri queat? Nam quemadmodū de mortalibus nō etiam quicquā niſi mortale generari: ita & de corporibus nihil fieri queat praeter corpus. Sed nihil eſt abſurdius iis: qui aīam naſci ex aīabus arbitrant. Corpus certe corpore naſci pōt: quod aliquid ex utroque conferat. De aīabus uero nō pōt. Tenuis nāque res eſt aīa: atque incomprehenſibilis: ex qua qui decedere aliquid poſſe putat: is manifeſto errore decipit. Itaque neque a parentibus aīe dant: neque ex ulla prorſum materia conſtant: Ac rectiſſime Lactantius concludit.

¶ Finis eius: quod inuenit primi libri Auguſtini Dathi de animi īmortalitate. Quod enim reliquum erat huius libri peſtilentia correptus atque improuiſa & repentina ac pene ſubita morte praeuentus pficere nō potuit. Duobus. n. aut eo paulo plus diebus iacuit egrotus i lecto.

¶ Clariſſimi & Oratoris & Philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis in librum ſecundū de animi īmortalitate proloquium foeliciter incipit.

QVAE a ueteribus Philoſophis multis de rebus: quae ab hiſtoricis oratoribus poetis quaeque oīo ſecularibus produnt litteris: ea quanq̄ magna ex parte pbabilia uideant: praeterea tñ tantū momēti habent: ut ipſa p ſe firma ſint ac prorſum ſtabilia. Vix pauca repiant: quae explorata in eis auctoribus & certa decerni poſſint: ac iudicari debeant. Vera is nouit: qui ipſe ueritatis eſt auctor. Sed & ipſe hoīs tandē aliquādo noſſe poterit corporis tenebris ereptus: ac caeco carcere liberatus. Nūc &. n. uelut p ſpeculū in enigmate cernit: ac pſaepe multiplicibus complicatus erroribus opinionū uarietate cōfundit. Diu haeret: diu labat prius q̄ certi firmi ue aliquid aſſequat. Plerique igit pleriſque i rebus tum hoc tum illud ſentiunt. Quanquā ſumma auctoritate ſapientes animi īmortalitatem arcte tenent: accurateque defendunt: Sed ad irrefragabilē cognitionē adipiſcendam operepretium eſt ad lumē inextinguibile confugere ueritatis: quae niſi a diuinae ſapientiae puriſſimis fontibus hauriri nequit. Bene duplex diſtinguit ſcientiarum genus. Aliae nanque ex iis manant principiis: quae naturalis intelligentiae lumine nobis inoteſcunt. Cuiuſmodi Arithmeticam: in qua de numeris agit: & Geometriam in qua de magnitudine faciliime cōſtat. Aliae uero ex iis: quae ſuperioris ſcientiae luce clareſcunt. Cuiuſmodi eam eſſe arbitrant: quā Graeci ὀπτικήν: nos perſpectiuā dicimus: ſed et καρορικήν: quae a noſtris regularis appellari poſſit: Praeterea & μετρικήν: quam dimenſiuā interpretari liceat. Haec enim uia quaeque ita Geometriae ſubiicit: ut p eius nobis principia eluceſcat. Conſimili ratione & Arithmeticae Muſica: quae ipſa p Arithmeticam illuſtrat. Quo in genere optimo iure & ſacra doctrina uerſetur: quae utique ſuperioris ſcientiae lumine declarat: & noſcit eius uidelicet: quae principis Dei eſt: & eodē largiente beatorum quoque i celeſti patria. Qua igit rōne aſciſcit Muſicus ea artis ſuae principia: quae ſibi ab Arithmeticam diſciplinā pfitente traduntur: ita & ſacra doctrina & credit & ſtatuit: quae quidē fuerint deſup patefacta: ac nobis diuinitus illuſtrata: ſiquidem eloquentiſſimo Leone teſtante diuina eſt   :cui credimus diuina doctrina: quā ſequimur. Ea lauſſime patet: & diſciplinarum oīum atque ingenuarum artium: & quae libero ſunt uiro cunctorum ſtudiorum principatū obtinet. Ea nanque imprimis eſt: quam inter res praeclariſſimas ac pulcherrima animi bona firmiter cōſtituimus: quaeque & ſubiecti nobilitate ac primarii obiecti ſplendore & luce ueritatis & certa quadam atque inuariabili firmitate caeteris oībus longiſſime antecellit: & praeſtat. Vere fructus eius uberrimus pretioſior eſt cunctis opibus: & quae expetunt: quaeque optant: omia huic diuinae ſapientiae nequeunt cōparari. Infinitus eſt. n. Cōcionatore ſapientiſſimo teſte theſaurus is: qui nati ad beatitudinem ac decus diuinae ſocietatis & coeleſtis cōmercii: ac ſacratiſſimi foederis uoluerunt eſſe participes. Sed huius quadruplicē qui haec ſagacius perſcrutant conſtituunt gradū. Primū: in quo puriſſimae ineſt fons ueritatis: & totius beatae uitae ratio omnibus abſoluta numeris continet. Hinc utriuſque teſtamenti & ueteris ac nouae legis ſacra extant monumēta. Alterum conficiunt catholicorū ſcripta: & ſummorum uirorum auctoritas: quos ſancta Romana recenſet eccleſia: quorum incorruptā doctrinam nefas aſpernari putandū eſt. Tertium ſcolaſtici ueteres quorum ſtudiū omne in ſtabilienda ueritate uerſat. Quartum poſtremo qui eandē enucleantius diſcuſſam cunctis reiectis purgamētis incredibili quadā ſolertia atque impenſiore opere exactiſſimā reddūt. Ex his gradatim oībus noſtrae cauſae ueritatē & nūq̄ interire rōnalē aīas facile patere monſtrabimus. Atque ut a primo ordiamur.

¶ Prologus explicit libri ſecundi Auguſtini Dathi de animi īmortalitate. Is laetifero morbo correptus: opus aggredi & ut ſuus ferebat aius huius libri materiam explicare nō potuit.

¶ Clariſſimi & oratoris & philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis de īmortalitate animi ex Alberti Magni imprimis ſententia Liber Tertius foeliciter incipit.

OMNium quos recentiora tulerūt ſaecula doctrinae luce clariſſimus imprimis Albertus floret is: cui ob eximiam ſcientiae magnitudinē ac laudem: Magno quoque fuit cognomētū: quod idem pp ſummū aliarum rerū ſplendorē: uni Alexandro Macedonum Regi ex Graecis: ſoli CN. Pompeio ex ueteribus Romanis: ac nouiſſime Karolo Fran

eorum. Regi ex geſtarum rerū magnitudine īditum eſt. Omīa hic ſecreta naturæ: occultiſſima arcana queq; diligēti inueſtigatiōe pſecutus eſt. Cumq; pſpicue cognouiſſet humanā animā: ī oīus natura liū rerum cōteplatione eam rem eſſe: īquā pſpiciēdam accuratius icumbēdū uideret: ac ueluti ultimā formarum peride atq; excellētiſſimā oīum: quæ ī naturalis ſapiētie cōſideratione cadūt: mul.a de illa ī pleriſq; libris: quos & plurimos: & pbatiſſimos edidit: copioſe ſimul: atq; accurate diſſeruit. Multa ad comprobandā aīæ rationalis īmortalitē attulit: cū locis cōpluribus: tū n iis uoluminibus imprimis: quæ de aīa: quæ ſeorſum de natura & origine eius: quæ de ītellectu & intelligibili: quæ in quæſtionibus de homine: quę de aīalibus: quæ in naturalis Philoſophiæ cōmentariis grauiter: atq; enucleate conſcripſit. Et. n. in libris de aīa & Ariſtotelis & ueterum peripateticorum mentem conſectatus: quæ illi obſcuriora & quodāmodo inuoluta tradiderunt: hic apertis rationibus ac firmiſſimis explicatur argumentis: ut iam tandem facillime pateat: qua ratione aīa uegetabilis ſenſibilis rationalis uel differant inter ſeſe: uel tanquā forma una: quando una fit: ad hominē conſtituendū conueniant. Eius aūt pars illa præſtantior: quæ dicitur intellectiua: qua ſapit: intelligit: ratiocinatur homo: p quā īmateriales incorporeaſq; ſubſtantias & ſupera ac cœleſtia oīa contēplatur: ad quam oīs doctrina & oīs pertinet diſciplina: quæ a corpore ſeparabilis nō de ſorde traducta materiæ eſt ſed aliunde homini altioribus tributa primordiis neq; corporea certe ſubſtantia ac materialis eſt neq; prorſum corruptibilis atq; mortalis. In libro autē de intellectu & intelligibili cū de animæ pfectione humanæ loqueret: & in intelligibium oīus cognitione adipiſcenda eius uim ſummā promeret: plane oſtendit aīam ipſam diuinæ lucis imaginē eſſe & nanciſcentē aliquando rerum ammirabilium ac diuinarum ſcientiam ſortē ſibi fœliciſſimā comparare. Fit enī ut hoīs intellectus qui fieri oīa poſſit luce quadam intellectus eius cuius eſt oīa agere adeptus ſummā rerū cognitionē uim diuinam: atq; opationem aſſequat: ut uel diuino intellectu tandē aliquādo reddat ſimillimus. Ille nāq; uerus eſt: ac ſuus hoīs intellectus: cum is quē poſſibilē pleriq; uocant: qui imus & ſecundū ſubſtantiam indiuiſus poteſtate quidē eſt intelligibilia oīa diſcendo meditando cōtemplando ad effectionem etiam intelligibilium oīum affecutionē q; peruenit: quę antea quoq; in eius poteſtate latebant. Quare & adeptum intellectū ueteres hunc appellare conſueuerunt: qui p acerrimū ſtudium comparatur: ac recte philoſophanti ſuum hoīs intellectus qua ſi iucundum præmium: & totius laboris ampliſſimū atq; uberrimū fructus parit. Hinc eſt illa: quæ tantopere laudat: quæ præter cætera oīa a ſapiente intenditur: expetit: exquiritur ſui ipſius cognitio: maxime proprium ſecundum Platonis ſententiā ueræ philoſophię munus: quando eo anima corpori iuncta eſt: id quod grauiſſimus Philoſophus Alpharabius conteſtatur: quo ſe ipſas īueniat: ſe ipſam pernoſcat: & ſummā rerū adepta notitiam p eum intellectum: quē ob ſimilitudinis rationē uetuſtiſſimi etiam ſapientes aſſimilantem appellauerunt: in diuinitatē aſſurgat: & cognato ſuperis æuo perfruatur & ſtatu. In libris uero qui de natura & origine aīæ inſcripti ſunt nihil (ut mihi quidē uidetur) prætermiſit Albertus: quod tum pro ueterū opinione tum pro ſua ipſius ſententia in eius rei diſputationē poſſit afferri. De origine animæ: quæ una a motore primo & totius uniuerſitatis conditore profecta eſt: cuius & ſimilitudinem & ueram præ ſe fert imaginē: de natura animæ de uiribus eius de perficiendo atq; animando corpore: de multiplicibus atq; ammirandis eius opibus: de mora ī humano corpore: de ſtatu eius poſt corporis ſolutionē accuratiſſime diſputauit. Immortalitatē uero atq; incorruptibilitatē non ſolū probabilibus argumētis: uerum etiam neceſſariis demonſtrationibus comprobauit. Illa præ cæteris eluceſcit: & omniū firmiſſima uideri debet: quæ uel cauſam continet: quamobrem & immortalis ſit: & nullo modo pereunte corpore corrumpat: quod imago & ſimilitudo ſit primæ cauſæ: ac ueluti inſigne quoddā cœleſtium intelligentiarum: nec ſane educta ex generabilium materia: ſed plane ab oībus corporeis conditionibus aliena. Hæc nanq; permanentis animæ eſt & certa incorruptibilitatis eius cauſa: cuius eodē auctore teſtante illi ſunt ueri ac perſpicui effectus: ac ueluti ppria quædā ipſius animæ: quæ cū illa haud ambigue cōuertunt. Præclara certe atq; ammirabilia: quod p eſſentialem operationē atq; ita p eſſe & formam a corpore ſegregatur: & cernitur. Quod ipſe p ſeſe ſuas efficit actiones: quod ſubiectum incorruptibilium eſt: quandoquidē uniuerſalia complectitur: quæ abſq; motu ſunt & tempore: & ubiq; patent: & ſemp: & dubio pcul incorruptibilia atq; æterna noſcuntur. Quod corpus cui præeſt: regit: aurigat: gubernat haud ſecus: atq; Imperator exercitum nauim gubernator rempublicam Magiſtratus: nec tamen aut uim gubernandi aut mouonis formam ac facultatem mutuatur a corpore. Quod cœleſtes ſubſtantias exprimit: & ſuperiorum intelligentiarum ſimilitudinem gerit. Quod ſola in hoc terreſtri domicilio expetit: uenatur: exquirit: inuenit quæ honeſta: quæ iuſta: quę recta: quę pia ſunt. Quod una eius opationis eſt particeps: quam diuina largitas illi ſecū cumq; oībus beatis ac ſempiternis ſpiritibus uoluit eſſe cōmunem. Poſtremo quod ad idē ſitie bonū: ſeu potius optimū fertur: quod ipſum diuinæ ſublimitatis eſt: & celeſtiū ſublimiarū maxime proprium. Neq;. n. ex terrena labe animæ ortus atq; origo eſt: ſed tota prorſum de cęlo profecta: & ab eo nata principio: cuius etiam ſimulachrum eſſe peropimus. Quæ tam & ſi naturæ ingenius imitata ad pficiendam hoīs rōnem uerſatur in corpore: minime tū ad eius q̄ corporis harmoniam operatur: ac per uegetationes potius & ſenſum corpori iungitur q̄ per

id:quod eſſe illi & rationem confert: & quod dici ſolet-innumerum poni. Quod autem pleriq; philo
ſophantes una uoce fatent̃:cũ minime a corpore pendeat:ac ſit ſuapte natura liberior:nec corpo-
re perempto-ꝑimitur:nec ſublato-deſit. Suopte uero nequaq̃ diſſolubilis ingenio eſt:quippe quæ
habet contrariũ nihil:unde tota pene corruptionis eſt labes. Multa præterea eodem loco prodit Al
bertus:atq; pro more copioſe diffundit:ut tum probabiliter:tum etiam neceſſario animi ĩmortali-
tatem oſtendat:nõ prætermittens quæ ea ipſa de re ueteres Peripatetici:Academici:Stoici prolule
runt:quæ pleriq; nõ Græcorum ſolũ philoſophi:ſed Arabum quoq; & Barbaroꝝ accuratius diſſe
ruere:ut quæ bene dicta ſunt:probaret:quæ uero contra-exploderet:ac refelleret. Non Principes
philoſophorũ Socratem-Platonem-Ariſtotelem:non Pythagoram-Anaxagorã:nõ iuniores Speu
ſippum Platonicæ doctrinæ aſtipulatorẽ:non aureum Theophraſtum:nõ diſputatorem ſubtilem
Alexandrum omittit. Peripateticoꝝ columen Auerrohum adducit in medium:nitidum-atq; illu-
ſtrem Auicennam:Abubacherem:Auempecen:Coſtabellucem:dulcem Algazelem:acrem Alpha
rabium:cæteroſq;-qui apud eoſdem populos doctrina ac ſapientiæ gloria claruerunt:quorũ pene
oĩum teſtimonio.atq; ſententia ĩmortalitatẽ animi roboraret. Nec tamẽ his contentus Albertus:
ne quid præteriret in tam præclara inueſtigatione-atq; oĩum quæ a philoſophis pertractantur gra
uiſſima:de homine quæſtiones ſubiecit:ubi cum de natura animæ rationalis inquireret-duo po-
tiſſimum explicanda propoſuit. Primum-nunquid nam illa corporea ſit uirtus. Secundo loco-
utrum nam corruptione corporis deleatur:an potius immortalis-incorruptibiliſq; permaneat:
cum demũ incorpoream uirtutem aſtruxiſſet:ſuamq; ſententiam firmis argumentis-atque opti-
mis rationibus aperuiſſet: ad probandam exinde animæ immortalitatem:multa imprimis-quæ
ab acutiſſimo Philoſophorum omnium Ariſtotele Peripateticorum principe:tam in Phyſicis q̃ in
Methaphyſicis ſpeculationibus tradita ſunt-ſtudioſe-diligenterq; confecit. Sed hæc ſuam-ac pro-
priam mentionem deſiderant. Ablata porro auctoritate cæterorum philoſophorum:qui ea de
re accuratius ſunt locuti:probabiles rationes aggredimur:quarum prima a naturæ ordine ſump
ta eſt. Nam in naturalium rerum numero-ubi ubi duo extrema patent-ibi haud obſcure mediũ
quoq; intercidere eſt. Tria illa in promptu ſunt-corpus & anima bruti: una quidem ſubſtantia:
atque uſq;quaq; corruptibilis coelum: & coeli motor prorſus incorruptibilis:hominis corpus: &
anima in medio poſita perfectum quiddam:atque abſolutum conflat:cum præſertim mortali ho
mo corpore conſtet:immortali uero-atque incorruptibili animæ ſubſtantia. Sed & in corporibus
quoq; id ipſum facile perſpectu ducimus. Et aliud quidẽ incorruptibile ſecundũ totum:cuiuſmodi
coelum intelligimus:aliud corruptibile ſecundum partem:at nõ ſecundum totum:quemadmodũ
elementorũ quattuor illæ naturæ notiſſimæ:aliud deniq; tam ſecundũ totũ-q̃ ſecundũ partem cor
ruptibile:ut quæ ex ipſis compoſita ſunt elementis. Conſimili ratione in creatis ſpiritibus idem cer
ni licet. Quorum alius penitus ac ſecundũ totum incorruptibilis:quod de Angelo & ſeparata in-
telligentia conſtat:alius utrinq; corruptibilis:qualem brutalem cernimus:medius ſit neceſſe eſt cor
ruptibilis quidem pro quadã eius parte:at nequaq̃ ſecundũ totum:qui ſpũs homĩs eſt:atq; rõnalis
aĩa. Nam quod ſecundũ totum-non aũt ſecundũ partẽ corruptibile ſit-inueniri põt nihil. Firmiori-
bus deinde argumentationibus eandem ſententiam proſecutus:atq; Auicenam imitatus oſtendit:
neq; ꝑ ſe corrumpi rationalẽ aĩam:cui nullum inſit contrarium:neq; corruptione corporis labefa-
ctari ꝑ accidens:quandoquidẽ ex corpore illius eſſe nõ pendet:ſed nec de materialibus educta pri-
mordiis:ac ſeminalibus initiis profecta eſt:ſed aliunde orta potius:unde oẽm abeſſe labem:ac lon
ge quanlibet corruptionem abhorrere nemo niſi plane rudis-& inops rationis ignorat. Si illa dun
taxat ſublata materia-forma tollit̃:quæ ipſa ꝑ tranſmutationẽ ex materia traducta eſt. Triplex cor
ruptionis genus ueteres ꝓdiderunt ſapientes. Dicimus.n.elementa corrumpi:ſimiliter & quæ ele-
mentis compacta ſunt mutuo confligantibus:atq; alterutruꝫ perdentibus contrariis. Fit aũt in his
non quidẽ totius:ſed partis corruptio:materia quidẽ permanẽte:labante uero-ac diſſipata forma.
Fit item contrarii a contrario corruptio:cum penitus-atq; ex toto alterutrum tollit̃:quo pacto ſanũ
ab ægro corrumpit̃: & ꝑ priuationeꝫ habitus:quemadmodũ de ſcientia-atq; ignorantia perſpicuũ
ſit. His accedit tertium corruptionis genus:quod ꝑ accidens fieri nõ abſurde putant. Quale uideri
poteſt id quod quidem ipſum minime contrarium habet:eſt tamẽ in aliquo perinde ac in materia
atq; ſubiecto:quod ꝑ ſe corruptibile fuerit. Quod ſiquis diligenter aĩum & cogitationẽ aduerterit:
is facile norit:nulli eaꝝ corruptionuꝫ:quas modo memorauimus-rationalem aĩam ſubiacere. Ac
de prioribus illis duobus generibus ita in promptu eſt:ut res ipſa declaratione non egeat:cum nec
ex contrariis ſit aĩa: & agentibus inuicem-patientibuſq;:neq; rurſum ipſa contrarium habeat. Ter
tium aũt illud ab anima genus corruptionis abeſſe-ratio ipſa non obſcure declarat. Vt.n.ea prin-
cipia abſq; corpore nequeunt eſſe:quoꝝ corporea fuerit operatio:ita contra:ea ſine corpore ſunt:
quoꝝ corporea operatio non extitit. Operationem aũt intellectiuæ animæ abſq; corpore eſſe nemo
eorũ-qui recte philoſophant̃-ignorat. Et anima igitur:ut plane rationi conſentaneum eſt:ſine cor
pore erit:nec in illo quideꝫ tanq̃ in ſubiecto:atq; materia:ſed quæ extrinſecus uenit:erit in corpo

re potius ueluti in agitato & moto:ita nec nata corrumpi etiam p accidens ad labem:atq; interitū
corporis. Quod ita eſſe:id quoq; magno eſt argumēto:quod præfractis corporis uiribus/uis ipſa
animæ nihilo uiget ſerius:neq;.n.intellectus noſtri aciem uel infringit ſenium:uel imbecillitas la
befactat ætatis. Quod ſi oīa fert ætas:animū quoq; ait ille apud ſummū Vatem/agreſtis armento
rum paſtor:Poeta magnus:atq; oium præclariſſimus non quod ſentiebat ipſe:ſed quod perſonā
decebat/expreſſit. Agit.n.anima eiuſmodi actione/quæ neq; compoſiti eſt:nec corporis:ſed nec cu
iuſq̃ partis eius:ſed a corpore ſeiuncta potius:atq; ita ſeiuncta:ut tam in ſeſe q̃ etiam in ſuis actio
nibus ſeparatū; eſſe a corpore rationalis anima una poſſideat:ut nec pereunte materia deleatur:
et uel ſoluto corpore/ſola incorruptibilis perſeueret. Quod ſi potentiæ p obiecta noſcuntur:obie
ctum aūt intellectus perpetuum/atq; indeficiens eſt:recte contemplanti facile patebit:perpetuum
quoq; intellectum/& imortalem eſſe. Scientia & ueritas exemplo ſit perpetuū/atq; incorruptibile
quiddam. Non.n.ſpeciem in anima:qua accidens in ſubiecto eſt/ſuum ſtatuimus intellectus obie
ctum.id.n.per obliuionem facillime euaneſcat:ſed qua ratio rei ipſius eſt/atq; natura:quod ipſius
nullo modo interite:nullo modo deleri poſſit. Sed uniuerſale quoq;:ut ubiq; ſit:& ſemp:ut perpe
tuum:atq; incorruptibile ſit:unde quæſo uerius/q̃ ab aſtrahente itellectu effectū eſt? Qua in re nō
modo nullus eſt mendacio/ac figmento locus:ſed etiam uera rei; eſſentia:atque certa (ut ita di/
xerim) quidditas eluceſcit. Vniuerſale:quod æternū; cenſent ſapientes/intellectus efficit:at per/
petuum a tranſmutabili fieri haud quaq̃ natura patiť. Quod ſiquis aliorſum ſentit/is non modo
ad ratiocinandū non ſatis idoneus:Sed etiam ad intelligendū; tardus:ad iudicandum ſit prorſus
ineptus. Adeo uero rationalis animæ tenuis cœleſtis/atq; īmortalis uis eſt/atq; natura:ut quę eius
intelligētia comprehenſa fuerint/atq; percepta:uel ſi p ſe tranſmutationi/tempori/corruptioni pa
teant:iidem ipſis rebus/& earū ſimul exempta cauſis:denuq; auctore intellectu in contrarium cō/
mutata tranſmutationi deſinant:ac tempori ſubiacere:ut appareat ab Incōmutabili efficiente etiā
quæ cōmutabilia ſunt/incōmutabilia reddi/ac labi temporis eximi. Nam probe magnus Philoſo/
phus intellectum ſimplicem putauit eſſe impermixtū;/ac totius concreationis expertem. Quid ſu
ſceptibilia/nō ne ſuſcipientis/q̃ ſuſcepti naturā conſectanť? Vnus Solis ardor:aliter a plantarū;
aliter ab animantium ſemine:aliter ab elemento ſuſcipiť. Et in elemento quidē rarefacit tantum;
in ſemine aūt plantæ diſſoluit:& germen elicit. Diſſoluit uero/ac format in animaliū ſemine. Ad/
mittit & intellectus rem quampiam intelligibilem:& quidem ſecundū ſuam intellectus ipſius po
teſtatem:ſed admittit plane ſub ratione quadam ſimplicitatis/perpetuitatis/intranſmutabilitatis:
quod fieri nullo modo poſſit:ſi nō ſit intellectus ipſius uis quoq; ſimplex/ac perpetua/intranſmu
tabiliſq; poteſtas:ut uel hoc uno perſpicuo admodum documēto rationalis animæ uis appareat:
atq; eius naturæ pręſtantia:& eiuſdē diuinitas quædam/atq; imortalitas comprobetur. Magna eſt
animæ humanæ nobilitas/mira præſtantia/præcipuū decus:cui & tres præclaras actiones tribuūt
ſapientes:id quod in libro de Cauſis apertiſſime declaratť:unam quidem diuinā;:quæ cauſam pri
mam ſpectat:unde & tota defluxit:alteram intelligibilem:quam intellectualem Albertus maluit
appellare:hæc circa rerum cognitionem uerſatur per eam uirtutem:quam præcipuam ad res per/
cipiendas aſſecuta eſt cum ipſa ad tam præclarū munus obeundum a prima cauſa ſit profecta:ter
tiam animalem:qua mouet corpus:uiuificat:perficit:atq; hoiem reddit. Alienum aūt ab omni ra
tione eſt:poſteriorem cauſam animam ſequi:& ita ad eam admoueri:ut a prioribus auertatur:
quæ cum potiores ſint/& uuq; incorruptibiles:& ipſam ueluti illarum aſtipulatricē incorruptibi/
lem permanere neceſſe eſt. Cum igitur ſubſtantiam quantis naturalis quoque operatio conſe/
quatur:accuratius contemplanti compertum eſt:quod anima/cuius tantum in natura ſpecimen
intuemur/nequaquam uľ in diuina/uel in itelligibili operatione deſtruitur:in qua utraq; nihil ha/
bet commune cum corpore. Neq; enim uera atque ſubſtantialis animæ operatio pendet a corpo
re:ſed nec corporis conſectatur ingenium:manetq; anima potius ueris eius/ac prioribus præſtan
tibus cauſis:nec corpore pereunte diſſoluitur:cui & poſterius comparatur. Ille ipſe magnus im/
primis Philoſophus in libro de Vnitate intellectus/quam explodit/aſſerit in noſtra anima par/
tem intellectualem eſſe:& eam quidem rationalem appellari. Eſſe autem ſubſtantiam:ex qua po/
tentiæ manant bifariam diſtributæ:aliæ ſeparatæ:quæ nec corporeæ formæ ſunt:nec operan/
tes in corpore:corporeæ aliæ:ac uirtutes in corpore. Et ſeparatas quidem ex ſimilitudine ineſſe
dicit ad cauſam primam:per quam ſubſiſtit:atque ipſius eiuſdem eſſe perducat. Alteras illas ineſſe
animæ ſecundum eam rationem:qua anima eſt:cuius proprium eſt actum:& endelechiam corpo
ris eſſe:& in corpore quidem:utq; natura agere:cum ſic natura/& naturales uires eiuſdem inſtru
menta eſſe perſpiciatur. Quamobrem cenſuere non nulli ſitam eſſe in Orizonte quodam æterni
tatis/& temporis:intellectum autē/qui inde fluit:qua uidelicet anima a prima cauſa profecta eſt:
per quam & in eſſe perducat:propterea uarium/ac diuerſum fieri. Vt id quod ab ea manat:ſecun
dum quod ipſa eſt naturæ intellectualis primæ ueluti reſultatio quædā; ad primā cauſam conuer
ſa per lucis ſuæ participationē ceu lux quædā in illa eſt:atq; hic quidem eſt intellectus agēs. Quod

autem fluit ab ea: prout eſt ſubſtantia: per quam corporis natura ſubſiſtit: & quodãmodo continetur: & figitur: eſt uniq; intellectus poſſibilis. Quocirca & tres: eaſq; longe diuerſas ſpeculationes amplectiť. Graeci θεωρετικὰ uocant. Quarum prima ſecũdũ lucem intellectus agentis. prima & diuina Philoſophia eſt: altera ad imaginationẽ ſpectat: cuius eſt Mathematica contemplari. Tertia ſecundũ conuerſionẽ ad ſenſus cõmunes circa naturalia uerſatur: & Phyſica. Atq; ex Peripateticorũ ſenſu eodem loco depromſit Albertus ſubſtantiam intellectualẽ eam: quã Arabes philoſophi intelligentiã uocãt ſubſtantiã quandã uere ſubſiſtentẽ eſſe: atq; p cauſas primã in eſſe defixam adeo ut ab eadem ĩ ſuo eſſe neceſſitatẽ etiam ſortiať. Nam quod ab cauſa prima eſt actu quidẽ eſt: ex qua adipiſciť: ut & neceſſario ſit. Quam eandẽ ſententiam .xi. primae philoſophiae libro cumulatiſſime eſt p̃ſecutus Albertus. Sed multis tandẽ rõnibus intellectus unitate reiecta eandẽ queſtionem antea obſcurã ac perdifficilẽ hiſce uerbis cõponẽs. Anima eſt inquit ſubſtantia talis: ex qua fluit potentiae tum ſeperatae a materia tum etiam minime ſaparatae: & ſecundũ ſe eſt incorruptibilis: ac permanens: licet ſecundũ eſſe quarundã potentiaꝶ corruptibilis ſit. Atq; haec quidem de aĩa humana duntaxat & praecipere ſe & ſentire profiteť. Plura ab origine rõnalis animae ĩ plura uolumina magnus hic confecit Phũs: & ueras illius cũ motore primo: a quo uno pfecta eſt cognationẽ oſtendit. Sed & ſecũdũ euidentiores pbationes pleraſq; philoſophoꝶ diſciplinas ac nõ ignobiles haereſes idem de aĩę humanae incorruptibilitate ſenſiſſe declarat nõ Peripateticos Stoicos atq; Academicos ſolũ: ueꝶ etiã Epicureos: qui magno ex philoſophoꝶ numero ſoli ab optimo ingenuaꝶ diſciplinaꝶ parente ac plerũq; degeneres fuiſſe monſtranť. Qui tam & ſi obducta blandae uoluptatis ſpecie quibuſdam tenebris & craſſiore caligine caecarenť: fulgore tñ coacti ueritatis quae ſeſe uel nolẽtibus ingerit aĩos hoĩum ĩmortales manere poſt mortẽ inficias ire nõ audent. Ita apud hoĩus mentes: in qbus nõ uſq; quaq; lumẽ rationis extinguitur: plus ualet lux ipſa ueritatis q̃ apud mollem atq; imbecillam animi partẽ obſcenae uoluptatis illecebrę. Itaq; i calce libri eius quẽ paulo ante memorauimus de Natura & origine animae Iſaac Iſraelitam ſectatũ dicit Heſiodum Attalum Cecinam caeteroſq; antiquiſſimos Epicureoꝶ: atq; hac una de re cum praeclaris conuenire Philoſophis: immortalitatẽ hoĩs aĩam conſtituentẽ: ſtatumq; foelicitatis eius i ſummae contemplationis exercitatione uerſari. Saepenumero idem Phũs ad patefaciendam ſummã animae nobilitatem atq; praeſtantiam repetere nõ dubitauit: cũ in aliis locis tum uel maxime ubi naturã & originem animae ſolertius inueſtigauit: nõ ſolũ illam naturae ſpecimen eſſe: ſed etiam abſq; ulla haeſitatione ſolam primae cauſae: quae mundũ & condidit initio: & una regit oẽm ſimilitudinem atq; imaginẽ cõtinere. Non quidẽ uel ex catholico dogmate uel ex ſacris noſtrae legis inſtitutis: ſed ex ueterũ monumẽtis atq; ex intimis adytis ac reconditis altioris philoſophię penetralibus eruta atq; deprõpta ſententia. Quare cũ & ſummatim uniuerſas naturalẽ philoſophiam complexus ſingula illius mẽbra in unũ quodãmodo corpus coegiſſet: & poſtremo de rationali aĩa naturalium formaꝶ praeſtãtiſſima mentionem intuliſſet: adductis in mediũ inſtrumentis obiectis actibus: ex quorũ cognitione uirtutum quoq; ac potentiaꝶ notitia eluceſcit: tandem efficit intellectiuam aĩam diuinã quandã eſſe naturã: quippe quae nullo corporis in peculiari eius operatione egeat inſtrumẽto corporea & materialia incorporaliter quodãmodo atq; ĩmaterialiter complectatur: materiã & materiales cõditiones abhorreat: ſola inter uires oẽs ſe ipſam percipiat ſuam ſupra ſe ipſam aciem reflectat: & quaſi demiſſa coelitus materiale domiciliũ extrinſecus ſubire uideatur: tota ſit in toto corpore & ĩ qualibet eius parte tota ab excellentiore intelligibili nõ modo nõ obruatur: ſed foueatur etiã: atq; inualeſcat magis. Quibus ex rebus haud obſcure liqueat mentẽ & intellectiuam ac rationalẽ aĩam pfecto eam eſſe: qua in cunctis: quae quidẽ p creata ſunt: & a reꝶ oĩum optimo Deo tributa mortalibus neq; praeſtabilius quicq̃ ac maius excogitari neq; penitus inueniri poſſit: cũ plane pateat & diuinitatis & ĩmortalitatis uere illam eſſe participem. Quocirca & i elegantiſſimo de Animalibus opere noluit animę rõnalis Albertus ĩmortalitatem praeterire ſilentio. Multa ſparſim diſſeruit: illa tñ accuratius .xvi. eorum libroꝶ affirmauit rationẽ ipſam p quã homo potiſſimũ diſtat a natura ferarum alicui parti corporis nõ cõiungi. Quod cũ ita ſit: nec p materiã: nec p ulla prorſus inſtrumẽta corporea in conceptus traduci: ſed ab eo tranſfundi potius: quod nullo modo materiae cuipiam permiſcetur: ſed nec etiam uiribus ullis adhibitus: quae in materia ſeminis agere uideantur. Itaq; demũ concludit: nullum eius aliud habendũ principiũ q̃ lucem primi intellectus agentis: quem purum ĩmixtum prorſum impaſſibilem grauiſſimi ad unum Philoſophi profitẽtur. Ac rurſum Albertus eodem paulo poſt loco: Quoniam intellectus inquit nec uirtus corporea eſt: quaſi in maiore parte maior: in minore minor: neq; agens uirtus in corpore: cuiuſmodi eas eſſe conſtat: quarum exercitatio eſt ad harmoniam corporei inſtrumenti: ceu conſpectus ipſa conſpectio ad oculi harmoniam neceſſario conſequitur: quod ipſe ſolus ſit ab extrinſeco materiae inditus: & quidem a generationis principio. Atq; hic quidem intellectus eſt: cuius eſt opus naturae: quod ipſum opus intelligentiae eſt: tanquam primo: & mouentis & cauſantis. Quod idem ſenſiſſe uidetur iampridem Anaxagoras Clazomenius: ſiquis recte illius mentem interpretari uoluerit. Quod quidem factitauit Albertus: qui praecipue in eius pertractationis calce ueluti per epilogũ quędam conficit: ſolum intellectum eſſe diuinum:

eundem q̃ perpetuũ immortalem atq; incorruptibilẽ: quod quemadmodũ in libro de Intellectu & intelligibili apertiſſime demoſtrauit: & ipſe ſolus eiuſcemodi operationes tum habeat: tum etiam exerceat: quę quidẽ cum operatione corporei inſtrumenti quouis modo habeat comune prorſum nihil. Quod ſi imperitorũ uulgus ignorat: ſi noſſe pigeat: ſi aſſentiri nequit: quis niſi ex eoꝝ grege mirari debeat. Neq;.n. magnũ quicq;: atq; præclarũ: neq; altum: atq; cœleſte cogitare poteſt quiſq;: niſi qui animũ abducere a comuni cõſuetudine: & mẽtem didicit a ſenſibus ſeparare: qui no tam cum Scipione aphricano: qui humana uolutaret: q̃ cum Socrate potius: q ſupera deuocaret e cœlo nunq̃ minus ſolus: q̃ cum ſolus eſſet: nunq̃ negociari magis: q̃ cum ociari uideretur. Reluctãtur minuti Sophiſtę nonnulli potius q̃ philoſophi: & aĩoꝝ obtrectant imortalitati captiunculis quibuſdã: ac ſane triuolis argumẽtis petiſſe illos cũ corporibus: idcirco aſſeuerantes: quod perẽpto eo: quod quidem perfectum eſt: perire: & eius perfectionem ſit neceſſe. Conſtare uero a rationali anima corpus perfici: quo pereunte una interire illam. Sed & interitum: & corruptionem ipſam: nihil uideri aliud: q̃ demolitionem quandam naturalis formæ: & quidem ſuper ea materię: quam conformat: corrumpi aũt hominem igitur & naturalem formam eius: eam uero animam rationalem eſſe: idem putat pendere a corpore anima: quod quamlibet eius actionẽ exiſtimẽt quoq; natati cũ corpore: ac ſine illo nullã fieri itellectionẽ ipſam ſatis (ut illis quidẽ uidet) afferre argumenti: quæ cum maxime ꝓpria animæ una omniũ eſſe uideatur: nequit tamẽ ſine uiſo fieri: quod græci phantaſma uocãt. Quod ſi id nullo modo abſq; corpore ſit: conſimiliter & itellectus habebit. Aliud aũt cõtra animę imortalitatẽ plurimũ cẽſent habere momẽti quod complexionis uarietatem: quę ſita corporis eſt: igenioꝝ atq; animoꝝ uarietas cõſequatẽ: ut ꝓpterea forma materiã comitetur: quod tota in ea quodãmodo obruta ſit: atq; demerſa: ut ſi quauis diſpoſitione nullo pacto naturalis eaꝝ ſocietas dirimatẽ. Præterea tradidiſſe: Ariſtoteles molliore carne hoies: mẽte quoq; acriore eſſe: hebetiore cõtra: quoꝝ horridiora ſint corpora. Melãcholicos quoq; ingenioſos: obtuſiores aũt eiuſce humoris expertes. Alia prætera ſolent afferre: qui cõtra animi imortalitatẽ uel pertinatius: uel forte ignauius diſputare cõtendũt. Cum ea ſint eiuſcemodi oĩa: quæ facillime recta adhibita rõne ſoluantur. Nam duo illa: quæ primo loco obiecta ſunt: facile ſe iprobata demõſtrãt: cũ ad eas formas proculdubio referãtur: quæ ipſę p ſeſe ſubſtãtiæ minime ſubſiſtẽtes ſint: animã aũt rationalẽ p ſe ſubſiſtere nemo ſit: qui neſciat: qui q̃dẽ ratione uiuẽ. Quod uero ad ſiuum pertinet id noſſe nihil negocii eſt. Longe.n. alia itelligendi ratio eſt animæ: q̃ diu uerſatur i corpore: atq; ea: quę mox cõſequitur a corporis cõtubernio ſegregata. Alteri uiſo & phãtaſmate opus eſt: altera cõtra corpus aſpernatur quoad corpore uacat: & corporeũ quodcunq; adminiculum reformidat: ſed hac de re opportuniore loco fuſius. Facile id quoq; i ſomno pſpectu eſt: quã dicimus mortis imaginẽ. Multa ſiquidem pueri ero cernere aio eſt præter omnem uiſoꝝ & phãtaſmatũ rationem. Fit.n. ibi: ũ ad itellectum agentem cõuerſio: & p quadam ſeparataꝝ illuſtratione ſubſtãtiaꝝ multa nõ nunq̃ dormiẽtibus inoteſcunt. Quod uero adiicitur de cõplexionis uarietate: hoc ut iq; p ſe animæ nequaq̃ inſidet: ſed accidit potius. Atq; id omne a uiſo & phãtaſmate ẽ: unde & id totũ fieri itelligimus: quod certe neutiq̃ eam uim habet: ut etiã pniciẽ animæ: atq; exitium ualeat iportare. Sed illud ad ſuã tuẽdam ſententiã: quaſi oium firmiſſimũ afferũt argumẽtũ quod Hippocrates magnus ille philoſophus: & Medicorũ celeberrimũs omnium Sẽtire uiſus eſt: nõ nunq̃ uehemen horibus corporis doloribus præſertim ſi dolẽtes nõ ſentiãt: mẽtem pariter ægrotare. Quod aũt ægrotet id ab interitu non abeſſe: ſed cõmori potius. At falluntẽ q ita exiſtimãt: neſcii p Phyſicoꝝ more mentẽ nõnũq̃ appellari: nõ quidẽ intellectiuã aię partẽ & uim diuinã illam: quæ homini eſt cõmunis cũ ſupis: ſed animales uirtutẽ in corporis inſtrumẽto ſitam: quæ ipſa nõ niſi p accidens ægrotare dignoſcitẽ: quod uidelicet ad influendũ inſtrumẽto ſenſum impeditẽ a morbo: quemadmodũ in iis: qui cancro laborant: perſpicue cernitẽ. Nam atræ bilis frigiditas uſq; adeo ſenſum intercipit: ut membrũ & morbi locus etiã inſenſibilis fieri uideatẽ. Virtutẽ aũt p accidens ægrotare plane oſtendit Ariſtoteles: profeſſus ſeniorẽ ſi unq; iunioris ſibi oculũ aſciuerit æque acriter atq; iuniorẽ cernere. Falluntẽ nõ nulli ſæpe æquiuocatione quadã ipſius aię: ut quæ ꝓpria ſenſibilis & uegetabilis ſunt ad rõnalem atq; intellectiuã transferant: cũ tria hæc non eadẽ certe rõne uerſentẽ in corpore. Nam uegetabilis atq; ſenſibilis nec de materia nec de iſtrumẽto utiq; cõporis ſegregatẽ. Atq; eo utraq; perit pereunte corpore: quo cũ tota pmiſcetẽ: atq; confunditur. Contra uero rõnalis nulli prorſum corruptioni patet: quandoquidẽ tota cœleſtis eſt: & corporis contagiis oio nihil obnoxia. Quare tanta multiplicium ac firmiſſimaꝝ probationũ rõne perſpecta & ſummoꝝ ſimul p Philoſophoꝝ adhibita auctoritate atq; allata ſententia exploratã eſſe arbitror aioꝝ imortalitatẽ iis præſertim q̃bus propoſitum eſt certã ſincerãq; indagare ueritatẽ potius q̃ uana eius rei blandimenta ſectari: quæ naturę quadã depratiatione procliues ad libidinẽ aĩos ad pniciem plerũq; atq; extremũ excidiũ nõ ſolum inuitat: & allicit: ſed interdũ cõpellit: etiam miſerabiliterq; pducit. Nihil eſt.n. oĩnũ: quæ quidẽ ad hoius uitã ac rõnẽ ſpectãt: quod ſolertiore cura laborioſiore induſtria acriore ſtudio iueſtigare ac noſſe debeamus q̃ perennẽ durationẽ ac uerã aioꝝ ꝑpetuitatẽ. Qua certe cognita ſordeſcet nobis lubrica ac momẽtanea hæc: quæ dicitẽ uita: mors ut habẽda potius: & ad eam noſtra ois uertet ui-

tentio: in qua ſi recte hanc ipſam quã mortalẽ exigimus ac ſcite comparare inſtituerimus: uere fœlices tandem optati compotes perpetuo beati eſſe poſſimus. nam facile tum patebit duplex ille animorũ curſus corporibus excedentiũ: & bitiũ illud quod nõ modo philoſophorũ uocibus: ſed etiã ſacrorũ Vatum carminibus celebrat: ut iis qui pie uixerint expeditus ſit ad cœlum aditus: qui uero male ac perperam deuium illud iter ſecluſũ a beatorũ concilio: ut ita demũ diuina iuſtitia compleatur: quæ uere tribuat cuiq; ſecundũ propriam dignitatẽ: bonis quidẽ cœleſtia præmia: improbis uero æterna ſupplicia: alioquin magna uideri poſſit rerũ oĩum perturbatio atq; confuſio: ac forſitan indigne & iniuſte nimium comparatũ: cũ in hac mortalis uitæ turbulentiſſima tempeſtate circũfluere impios ſecundis rebus: uexari ſæpenumero uideamus aduerſis & aſperis optimos ac ſapientiſſimos quoſq;: & quaſi grauius calamitoſam eorũ uitam: atq; exagitari malorũ procellis. Igitur oĩbus perſuaſum eſſe debet: nõ ſolũ cadentibus corporibus manere poſt mortẽ aĩos: ſed etiam totum aliquãdo hoĩes ſurrecturũ a mortuis: & reuicturũ eodem ipſo quod antea fuerat indutus reſumpto corpore: ut qui in carne & in uolucro corporis: uel iniuſte ac turpiter: uel integre atq; inocenter uixerit: debitam operibus mercedẽ referat: & pro actæ uitæ uarietate ac merito æquum precium ac iuſta piacula exigat.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis de ĩmortalitate animi: præcipue ſecundum Alberti Magni ſententiam tertius liber fœliciter explicit.

¶ Præſtantiſſimi Oratoris pariter & Philoſophi Auguſtini Dathi Senenſis de ĩmortalitate animi pro diui Thomæ Aquinatis ſententia: ad Franciſcum Ninũ compatriotam uirum quidem philoſophiæ laude ac Medicinæ artis gloria præſtantiſſimum: Liber quartus fœliciter incipit.

SI quiſquam ullo fuit tempore: quem ſummis laudibus dignũ exiſtimare debeamus: & ampliſſimis quibuſq; mactare honoribus: ſtatuo unũ oĩum primũ extitiſſe Thomã Aquinatem: eum quẽ Latium genuit: Pariſius prædiu tenuit: ſacrum cœnobium profeſſorẽ habuit eorũ: quos catholici uulgo Prædicatores appellãt. Huius utram magis doctrinã ne an ſanctimoniã efferam: neſcio incredibile dictu eſt: quantũ natura atq; ingenio ualuit: q̃ magna eruditione: q̃ exquiſita rerũ ſcientia: quãta diſciplinarũ uarietate: quanta ingenuarũ artium notitia & laude præſtitit: q̃ ammirabili ſapientia & uirtute: quanta uitæ integritate atq; inocentia claruit. Si fuit diſputator ſubtilis: ſi concionator uehemens: ſi optimus bene uiuendi præceptor: ſi præcipuus indagator ueritatis: ſi difficilium & altiſſimarũ quæſtionũ perſpicuus illuſtrator: iuſtiſſimę pietatis defenſor illuſtris: acer impietatis hęreticæ: ac falſi dogmatis inſectator. Præclarus ſalutarium inuentorũ artifex: aſtipulator uirtutũ: uitiorũ expulſor. Falſi oppugnator: propugnator ueri. Qui recondita arcana naturæ i lucem ꝓtulit: Chriſtianam religionẽ auxit: fidẽ orthodoxam & catholicam confirmauit: actiuam philoſophiam docuit: contemplatiuam diſſeruit: uera demonſtrauit: improbauit falſa: ſoluit ambigua: obſcura patefecit: nullius laudatæ diſciplinæ probatæq; doctrinæ expers. Ac tam & ſi etiam cuiuſq; ſummi oratoris huius uiri laudibus ſit impar oratio: & de tanti cœlitis ſplendore dicere ſit forſan ſatius: q̃ pauca loqui. Facit tñ incredibilis magnitudo meritorũ: ut cũ de illis ſatis digne fari neſciam minime tñ tacere potuerim. Cum præſertim unus ſit doctiſſimorũ hoĩum iudicio Thomas: qui natus ad res præclaras & ad ſummę uirtutis ac doctrinæ decus diſputando inſtituendo ſcribendo enucleando plurimũ adiumenti hominum generi atq; utilitatis attulerit. Mirum in modũ rudibus ſimul ac doctis profuerit. Neminẽ paſſus ſit ſalutaris inſtitutionis ſuæ dulci: ac ſuauiſſimo carere pabulo. Quã plurimos irretierant peracuta Auerrhoi argumẽta & nodoſa ſophiſmata: ut iam perſuaſum pleriſq; uideref: quod de mundi æternitate & de unico ĩ oĩbus hoĩbus intellectu nõ nũquã ille pinnacius potius q̃ ſubtilius tradidiſſet. Vnus hic imprimis torrenti obex appoſitus tum rapidi fluentis atq; impetum cohercuit. Cœnoſa unda conſedit: turbulẽtior æſtus deferbuit. Limpida aqua renituit: ut iam facie proſpiciaf: ac plane liqueat a ſummo opifice ac molitore Deo quẽ motorem primũ Phyſici uocant mũdũ & cœlũ omne initio conditũ: & eiuſdem rectoris arbitrio atq; ãmirabili ꝓuidentia gubernari. Homini uero cuius mundus effectus gratia: & quę mundus continet procreata ſunt oĩa creatã a Deo uno huius datore formę: de nihilo mentẽ atq; intellectiuam aĩam inſpirari: ac ſingulam ſingulis ſine dubitatione tributã. Sed quoniã eiuſdem ĩmortalitas aĩę paulo uidebaf obſcurior.

¶ Explicit id omne quod repit & incohatũ eſt libri quarti de animi imortalitate ab Auguſtino Datho.

¶ Celeberrimi tum Philoſophi tum etiam Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis in librum quintum de animi perpetuitate exordium fœliciter incipit.

CVM VARIA Ac multiplex ſit differendi uia id quod Marcus Tullius præſertim in libris de Finibus bonorum et malorum diligenter aduertit et dilucidandæ ueritatis non eadem doctiſſimorum hominum conſuetudo ea tamen mea ſententia omnium uidetur eſſe probatiſſima: quae in inueſtigando uero ordine ac ratio

ne progreditur. Hac utuntur ii qui ſuam ponunt ſententiam: rationem afferunt: ſuorum confirmationem adiungunt: obiectorum ſolutionem: & alienorum improbationem minime prætermittunt. Id multi iampridem ĩ chriſtiana religione maximis diſciplinis inſtructi erudite ac ſcite feciſſe noſcunt̃: præcipue qui a Thoma Aquinate ſunt inſtituti: cumq; his Bonauentura Balneoreginus is qui ad diuũ Franciſcũ ſacris ſtigmatibus celebrem proxime ſanctitate acceſſit: eruditione & doctrina ſummos quoſq; ſapientes æquauit. Quod cũ aliis locis perſpicue declarat̃: tum ĩ ea quæſtione uel maxime cernit̃: in qua de animæ humanæ ĩmortalitate diſſerit: ea de origine eius: atq; incorruptibili natura conſtituens: quæ & Ioannes Scotus quaſi quidã chriſtianus Socrates: quę Franciſcus Maro diuinarũ rerum ſubtilis perſcrutator: quæ Alexander Aleſius: cuius doctrinæ ut pleriq; oẽs aſſentiuntur/ita refragari nemo audet: quæ Nicolaus Lyrius præcipuus ſacrorũ eloquiorũ interpres: quæ uel Ioãnes Ianduinus comprobauit: quẽ tam & ſi Auerrhoi captum ſtudio intellectus unitas parump a uero deflexerat: poſtremo tñ ad ueritatẽ ratio reuocauit: ut & ſuã cuiq; hominũ aĩam præſcriberet: & cuiuſq; pariter incorruptibilem pmanere autumaret. Qui oẽs cæteros innumerati præſtantiſſimos uiros: q pene ĩnumerabiles ĩ diui Franciſci diſciplina & ſacro ordine floruerũt/eandem ſententiam ita muniere: ita roborauere: ut delirare atq; inſanire uideant̃: qui perire cum corporibus aĩas opinentur: quarũ ĩmortalitatem ĩprimis diuus Bernardinus Senenſis/noſtri ſæculi delitiæ/& nitidus quidam ueritatis aſſertor/argumentis atq; orationis copia uera ratione fretus/oĩbus facillime pſuadit. Nam hic perſæpe grauia pmulta ac longe difficillima: quæ uix in gymnaſiis & ocio probare poſſe uident ii: qui totos ſe magnarũ rerum ſtudiis dediderũt: & ætatem oẽm ac tẽpus in rerũ cognitione collocauerunt/luce quadã incredibili uerborũ & orationis ſplendore efficit: ut tam multis q̃ paucis pbabilia uiderent̃. Sed nil mirũ: cũ in eius pectore uerſaret̃: qui & perfectas ſcientias habet uocis: & uia oĩs ueritatis eſt auctor: ut plane ſine eius lumine cæcutiant mortales in tenebris. Peropportune Bernardinũ in huius ſæculi labe/cũ iam oĩa ĩnumeris complicarent̃ erroribus: & facinore/flagitio/ſcelere cuncta redundarẽt: conceſſit bonitas diuina mortalibus/q multo certe mirabilius contuleret humano generi/& ad rectam uiuendi uiam/& ad pietatis ac religionis cultũ redigeret: q̃ is quiſquis ille fuit: qui primus diſperſos ferarũ more in ſiluis & mõtibus homines cõgregauit: & ad uitæ ſocietatem ac uirtutis exercitationẽ compulit. Tanto ĩnq̃ mirabilius quãto difficilius eſt uino & nequitia fœdatos/ac penitus inſidente flagitii macula/& peccati ſorde emendare pollutos: q̃ rudes/& rerũ integros oĩum conformare: & quod horũ mens ad uirtutem capiendam natura duce facilior eſt illiorũ longa uinorũ cõſuetudine ptinaciter obſtinata obdurat. Nouit una cũ cæteris ſapientibus architectus ſapiens Bernardinus: niſi ſtabili atq; optimo iacto fundamento/fruſtra quicq̃ ſuperædificari. Hæc uero ſane pbant: ac uere conſtituunt: qui inquirere & indagare iſta accuratius contenderũt: ſi aĩos hoĩum intellexerimus: etiam cũ ex hac uita migrauerint/ſemp uicturos: nec diſſolutis corporibus interire: nec in hac uitæ huius calamitate: quæ tam exercitata/tam momentanea cernit: ut fugacis ac leuis umbræ inſtar/q̃ celerrime euaneſcat: aut ſtatuta bonis pręmia: aut ſupplicia improbis. Hic certat̃: alibi coronat̃. Hic ſerit̃: alibi metit̃. Hic laboratur: alibi percipitur. In huius ſæculi certamine atq; agone contendimus poſt uitæ huius ſtadium palmã adepturi. Hic effodimus/quod nobis ĩ futuro æuo precium referendũ eſt. Hic negociamur ut poſt hanc uitam ditemur. Hic cũ multiplice ac ſæuo hoſte confligimus: ut non ĩ tempore: quod citiſſimo tranſgreſſu cuncta uorat: ſed in æternitate incorruptam atq; imarceſſibilem coronã aſſequamur. Nam illa apud ſapientem Concionatorẽ inſipientẽ/atq; impiorũ uox eſt. Humanæ uitæ exiguũ eſt tẽpus: & non eſt refrigerium in fine hoĩs: nec eſt ullus qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus: & deinde erimus/tanquã nõ fuerimus oĩo. Quod q dicunt: atq; ita ſentiunt/ii ad hanc/quã mortales degunt uitam/totos ſe accomodant: nec ſperantes unq; meliorẽ nec futurã penitus cogitantes. Sed hi præter figuram/nil habent hoĩs: atq; humũ deiecti/& in cęno prorium uolutarũ: quatenus ſenſu mouent̃: id ſolũ amplectunt̃ quod adeſt: & a rõne menteq; auerſi/ad corporis oblectamenta uertunt̃ ueluti pecora: quæ natura uentri obedientia finxit. Hoc igitur diuino afflatus numine animaduertit Bernardinus: & corripiendæ ſtultæ uanitatis & turpitudinis/ac nequitiæ abolendæ perſtudioſus/miſeris noſtri æui mortalibus uirtutis ſtudium pſuadendum: & amorem iuſtitiæ infundendũ ſtatuit. Itaq; in diuinis ſuis concionibus quas apud pleroſq; nõ ignobiles pp̃los/& nõ modo ĩ omni Hetruria: ſed ĩ toto quoq; Latio & frequẽter/& ſplendidiſſimas habuit de animæ ĩmortalitate: locutus nõ ſolũ benedicendo ſuaſit: ſed etiam ſubtiliter enucleando diſſeruit. Ac tam & ſi nouiſſet uera pfatum Ioannem Damaſcenum diuinum apud Græcos theologum: qui ea quæ p legem nobis per Prophetas: per Apoſtolos: per Euangeliſtas tradita ſunt a ſcis ſcẽda/ſuſcipienda/cognoſcẽda/amplectenda/ueneranda eſſe: ac nihil præterea inquirẽdũ aſſeruiſſet: Alexandri tamen Aleſii: Ioannis Scoti: Petri Aureoli: lepidi Bonauenturæ: cæterorũq; maximorũ Philoſophorum/ac Theologorum fultus argumentis/& ſubtilibus perſcrutationibus: firmioribus rationibus: quaſi quibuſdam ſpiculis/atq; armis inſtructus: & incorruptibilẽ permanere aĩas: & quanq; die nouiſſimo ſuũ atq; idem (ut aiũt) numero reſumpturã corpus/ac diuinũ iudiciũ ſubiturã: aliã quidẽ ut ĩmortali fœlicitate lætet̃: aliam aũt ut tartareis cruciatibus affligat̃:

& argumentari & demonſtrare ſolitus eſt. Quamobrem crebro Bernardinus tum in ſacris delubris tum etiam in compitis prophetico more declamabat: inuitabat uulgus hoīum: alios ducebat: trahebat alios: ut ad uocez Lyrici noſtri diuini enunciatoris/oraculi ſacri uatis Dauid uenirent: audirētq͂ narraturum ſeſe/quanta fecerit animæ noſtræ oīum conditor: & mūdanæ molis opifex Deus. Et cū cæteroꝝ/qui probe argumentati ſunt: tum Bonauenturæ rōnes in mediū afferebat: qui in hunc modum īmortales aīos eſſe: atq͂ incorruptibiles comprobauit.

¶ Prologus explicit. Liber quintus fœliciter incipit: ex Bonauenturæ Balneoregini potiſſimum ſententia: ac diui Bernardini Senenſis.

Cum enī uariæ extiterint de animi īmortalitate ſententiæ: & hi corruptibilē putauerint: pleriq͂ incorruptibilem: q͂ extingui cū corporibus aīas exiſtimauerunt: leuioribus quibuſdam documentis adducti non tam ueram proſpicientes rōnem/q͂ ſpēm quandam: & uelut exteriorem faciem cōtemplantes: Paulū apoſtolum quaſi eiuſce opinionis auctorem proferunt: q͂ ad Timotheum ſcribens: ſolū Deum īmortalitatem habere teſteẽ: ut ſoli Deo: quod eſt creatori conueniat: longe a creatura ſit aliena. Cumq͂ occurrat̃ a nōnullis profitētibus ſoli Deo imortalitatem natura congruere: ueꝝ creaturæ eandem quoq͂ gratia fuiſſe tributam: contra iidem inſtant uehemētius: afferentes gratiam nequaq͂ repugnare naturæ: ſed nec naturam uariam illam efficere/cōſeruare/ac tueri potius. Quod ſi creatura oīs eſt natura mortalis: q͂ poterit p gratiam quod aiunt/īmortalis fieri? Non erit igit̃ imortalis aīa. Creatura enim. Teſtem quoq͂ proferūt Ioannem Damaſcenū prodentem: omne quod a uerſione initiū ſumpſerit/tandē & in uerſionē ferri: atq͂ ita deſinere. A uerſione cœpiſſe rōnalem animā facile patere: quoniam creata. Ita & in uerſionem uergere: quę prorſus imortalitati uidet̃ eſſe contraria. Obtrectantibus uero/ac profitentibus p ſe quidem animā ad uerſionem eſſe procliuē: at ſubſtineri manu: ac poteſtate conditoris: rurſum obſiſtentes Auguſtinū produnt ſeptimo libroꝝ: quos de Ciuitate Dei ſcripſit: ſtatuentem/cū de Deo uerba faceret: ita ea quæ condidit miniſtrare: ut ea nihilominus naturæ parere ſinat: atq͂ a proprijs motibus nō auertat. Igitur nec obſiſtere animæ: quin naturam ſequat̃: quandoquidem ad corruptionem natura procliuis eſt aīa. Ariſtotelis aūt freti auctoritate obſtinatius obdurant. Nam corrumpit̃ intellectus/inquit/quodam intrinſecus corrupto: ſed certe nō aliunde intellectus labes eſt: q͂ a corruptione rōnalis animæ. Non igit̃ īmortalis fuerit. Quin etiam rōnem adiiciunt: & eo pertinacius noſtræ ſentētiæ obluctant̃. In corpore natura aīam pati: id quod in promptu eſſe arbitrant̃: paſſionem aūt magis/magiſq͂ repetitam detrahere aliq̄d/ac deturbare ſubſtantiæ: qua iis aūt detractione atq͂ obiectione facta/nōnullam quoq͂ corruptionez fieri neceſſe eſt. Atq͂ ita p eam nō nihil labefactari ſubſtantiæ: atq͂ eiuſcemodi ſubſtantiam oēm corruptibilem: proinde rōnalem aīam corruptibilem deprehendi. Eandem dolente corpore condolere: patiente plane compati. Quid nam igit̃ prohibet & moriente cōmori? Illud tum maximā habere arbitrant̃: cum ita ratiocinando inferunt. Si ſit/inquiunt/ſubſtantia incorruptibilis aīa: uo ne & quæ illi reſpondeat actio: & ipſa quoq͂ incorruptibilis fuerit? Neq͂.n. unq͂ ſubſtantia/a propria actione deſtituit̃. Quocirca ſi uel pereat: uel certe lędat̃: una quoq͂ tollat̃: lędaturq͂ ſubſtantia. Cum igit̃ læſo corpore/lędi/atq͂ interpediri conſtat rōnalis actum ſubſtantiæ: quæ ipſa utiq͂ intellectio eſt: lędi & ipſam ſubſtantiaz arbitrant̃. Erit igit̃ pro eorū opinione/animæ rationalis ſubſtantia corruptibilis/atq͂ mortalis. His igit̃ & auctoritatibus & argumētis cōmoti/noſtræ cauſæ aduerſarii imortalitatem animi ſtudioſius oppugnantes: ad res autē conſiderandas/parū & temporis & diligentiæ adhibētes/temere ipſi ſibi aſſentiuntur: & quaſi uictores petulantius aſſertoribus īmortalitatis inſultant. Sed hi longe a ratione/longe a ueritate aberrant. Nec quid aut certo affirmandū/aut plane negandū ſit/ſatis acute perſpiciūt. Quæ aūt a claris auctoribus tradita ſunt/ea praua & adulterina quadā/ut ita dixerim/interpretatione detorquent. Multo aliter res habet/id quod uera ratio/ſummorū philoſophorū traditio/ſanctorū auctoritas/ueterū ſapientū teſtimonia liquido ac perſpicue manifeſtant. Sed nos cęteris nunc poſthabitis rōnes eas pſtringemus: quæ id quod ꝓpoſitū modo eſt/& uehemēter cōfirmēt: & facillime tueant̃. Bifariam nanq͂ naturā ipſius animæ conſiderare/atq͂ explorare liceat. Nam uel rōne ordinis aīam uel ipſam ſecundū ſeſe ſpectare ſolent: q͂ res grauiores diligētius perſcrutant̃. Et in ordine quidem alias uniuerſæ creaturæ: alias rōne diuinæ iuſtitiæ: alias rōne eius/qui ꝓpriæ naturæ finis cōgruit. Secundū ſe uero aliter quo ad uirtutē: aliter quo ad actū: alias deniq͂ quo ad obiectū ptinet. Ita fit: ut ſex modis: q͂ a nobis expoſiti ſunt: naturā ac uim aīę pſpicere & conſiderare poſſimus. Illa oīum prima occurrit: p quā conſiderat̃ in ordine ad ea/quæ in uniuerſitate mūdanę molis ſunt ꝓcreata. Qua q̄dē ex re ad oſtendēdā aīę īmortalitatē/duplex orit̃ ratio. Prima eiuſcemodi eſt. Nam in creaturarū ordine: quæ q̄dē in totius cęli ac mūdi fabrica cōtinent̃/hinc materiaz primā reperimus: illinc ultimā formā. Aeque uero ad uniuerſi abſolutionē & plenitudinez/ac multo fortaſſe magis ultima ptinet forma/atq͂ materia ipſa prima. Quę cū ſit īmortalis atq͂ incorruptibilis/conſimilem quoq͂ & illam eſſe quis neget? Illa uero omnium Philoſophorum uoce atq͂ conſenſu/anima rationalis eſt.

Fuerit igitur & ipſa incorruptibilis. Ad hanc illa quoq; accedit ratio. Nam ut hoc/quod cernimus mundanæ molis opus perfectū atq; abſolutū ſit/extare conueniat/diuerſa eoꝝ quæ pcreata ſunt genera/& eoꝝ quidem differentias/pfecta quadā rōne combinari. Ita eni ipſius eius pfecta conſtabit integritas. Triplex nanq; aiaduertenda ſubſtantia eſt: & una quidē in eo: in quo magnitudo eſt/atq; ea certe incorruptibilis: quod de cæleſti corpore perſpicuū fit. Altera deinde: quæ nec ipſa magnitudo ſit: nec magnitudini iuncta: & ea plane incorruptibilis pleriſq; oibus cōperta. Nōne igit̄/ne quid pfecto deſit/tertia ſit adhibenda: & ipſa quoq; incorruptibilis: quæ cū magnitudo nō ſit/magnitudini tamē mira ſocietate iungatur? Hanc ſane putāt ſapientes/rationalem eſſe aiam: quā tanti natura eſſe noluit: ut pp eam cuncta etiam procreata uideant̄. Atq; ita ex pfecto uniuerſitatis ordine/haud dubie cōficere liceat aiam rōnalē/imortalē exiſtere. Arguit & diuinæ iuſtitiæ ratio noſtrā ſententiā: quæ cū pfecta ſit/ac totius pfectionis exēplar/nūq̄ deflectit a recto: nūq̄ a iuſto diſcedit: ſi iuſtus ē dn̄s/& iuſtitiā diligēs: quæ una atq; eadē cū illius eſſentia eſt: iniquitatē aūt maxime abhominat̄: & odit. Quo circa nullū irretributū bonū patitur: nullū inultū malū. Recte nanq; p Prophetam dicit̄. Iuſtus dn̄s oibus in uiis eſt: & ī oibus quoq; ſanctus operibus. Sed quotus quiſq; in hac mortali luce/ul' meritis afficit̄ præmiis: uel debita ſceleribus ultione mulctat̄? In futura nanq; uita plurimus iuſtitiæ relinquit̄ locus. Ibi tum boni beati futuri ſunt: recepturi autē uirtutis præmium perēnis uitæ fœlicitatē: iuſtas mali luent pœnas: dabuntq; ſua nequitia atq; improbitate digna ſupplicia. Quibus ex rebus efficit̄: ut & cōſtituere aliam poſt hanc uitā/& imortalem hoīs aiam ſit neceſſe. Inſtant contra nōnulli: & quod de iuſta retributione tradit̄ meritoꝝ/ita demū ſatis/ſupq; impleri putant: quod fieri poſſit un aīa: quemadmodū & corpus aliqn̄ ſuſcitata reſurgat: atq; ita iuſtæ retributionis fiat compos. Sed hoc parū conſulto: parū conſiderate fertur. Nam cū ſit aīa: quod uera ſentit ratio/creata de nihilo: ſi forte corruptioni pateat/prorſus tendat in nihilū. Non igitur illa/cui uel præmium/uel pœna debeatur/ſuſcitari queat: ſed alia de integro procreari. Atq; ita minime iuſtitiæ fiat ſatis/ſi alio meritū/alio pretiū referat̄. Illud præterea accuratius præclarus Bonauentura doctor conſiderandū cenſet: ad diuinam quoq; ſpectare iuſtitiam: ut nihil/quod quidē bene/iuſte & cū uirtute fit: in malū porro/atq; improſperū exitum cadat. Lex igitur diuina/naturæ ratio/iuris ſanctio/ſummoꝝ uox philoſophoꝝ/gentium conſenſus ſuadet/mortem obeundam potius/q̄ a ueritate tum uitæ/tum iuſtitiæ deflectēdū. Quod ſi forte tota poſt hanc uitam intereat aīa: ac penitus deleat: & iuſtitia quā adepta poſſideat/una pereat neceſſe eſt. Ita fiet: ut euiſcemodi mortis perpeſſio/quæ iuſta perhibet̄: quam aleſcendam edicit: quam recta probat ratio perperam: & quidē ſimpliciter ſiniſtrorſum euadat. Quod certe a diuina iuſtitia longe alienū uideri debet. Ex cuius ordine ſane illuſtris ſit (ut ſapientes putant) imortalitas aioꝝ. Quod ſi aiam rōnalem conſiderare uelimus/ex quadā rōne atq; ordine finis: quem proprium ſpectat/facile quiuis/uel mediocriter eruditus/imortalem cenſebit. Vltimo nanq; remoto fine: q oius principaliſſimus eſt/ac ſuperne cōſtitutus/cæteros mouet: atq; impellit omēs: reliqui fuerint irriti ac prorſus inanes. Atq; ultimū/& finis/& extremū cuiuſuis rationalis actionis/& operis perfecta beatitudo eſt. Hoc igit̄ ſi ſubſtuleris oīa quæq; agit aīa/fruſtra pfecto egerit. Quod ſi id abſurdū atq; abſonū uidetur/uti certo eſt: neceſſe eſt ſtabilire ultimū illud: ac firmiter conſtituere. Verum ut probe alteꝝ Latii lumē Seuerinus inquit Boetius/& philoſophoꝝ cohors/una eademq; pariter uoce conſentiunt/beatitudo ipſa/quo cunctoꝝ mortaliū aſpirat oīs: atq; anhelat intētio: ſtatus definitur bonoꝝ oīuz cōgregatione pfectus: ad quē uere & cumulate cōficiendū/imortalitatē adhiberi oportet aioꝝ: ſine qua euiſcemodi bonoꝝ conflatio/ul' manca/atq; incohata: ul' certe ſit prorſus inanis: ut faciliime pateat/ad incorruptionē natā rōnales aīas/atq; ad īmortalitatē adipiſcēdā. Quid quod eandē ītelligimus natura beatitudinē/perinde/atq; ultimū/extremūq; bonoꝝ expetere? Nihil aūt temerariū: nihil ocioſum ī naturæ fundamētis pſpicit̄. Sūt eni oīa naturæ opa: ut modo ordine/ſpecie quadam āmirabili: ita etiam conſilio/prouidentia/optima quadam rōne inſtituta: ut aīam rōnalem oēm/& intellectualem creaturam natam fateant̄ uiri ſapientes ad ueram fœlicitatē ac beatitudinē aſſequendā. Sed nulla beatitudo abſq; perfecta ſecuritate/nec ſine imortalitate abſoluta ſecuritas. Vbi eni mors cadere poſſit: ibi & mortis metus: quo quid a beatitudine alienius: quid fœlicitati magis poſſit eſſe contrarium? Atq; ita ex ordine animæ ipſius ad finem perſpicuum oibus fieri debet imortalem illam nō obſcure habendam. Quod mea quidem ſententia ſatis/ſuperq; patefacit triplex ille uidelicet ordo: quem abunde expoſitū arbitramur. Quoꝝ primus finem atq; ultimum bonoꝝ ſpectat: alter ſummā diuinæ retributionis æquitatem/diſtrictionemq; iudicii: tertius uniuerſitatis abſolutionem/ac mundi totius integritatē. Quod ſi animæ uim ac propriam uirtutem exquirimus: quod quarto erat loco propoſitum: id quoq; ſe nobis argumēti offert. Nulla eni materialis & corruptibilis uirtus nata eſt: ut ipſa ſe ſupra ſe reflectat: id quod nemo non plane norit: niſi forte/cuius (ut dici ſolet) craſſa nimium Minerua eſt. Anima aūt rationalis ſecundum propriam eius ipſius actionē id proculdubio efficit: dum & intelligentia ſe ipſam comprehendit: & ſtudio præterea/atque amore complectitur. Vt ſapientiſſimo cuiq; tandem in promptu ſit: nec materialem illam/nec corruptibilem: ſed cōtra potius incorruptibilem/atq; imor

talem eſſe. At ſi uirtus incorruptibilis/ & ſubſtantia utiq; incorruptibilis. Illud ꝓpoſiti noſtri etiam
certiſſimū documentū extat. Nam ſi eam uirtutē/ natura incorruptibilē arbitrant̄: quę quanto a cor
ruptibili corpore ſeiungit̄/ magis ac lōgius ſegregat̄/ eo fit uegetior/ ac potētior: qs neget eam uim
animis noſtris ineſſe? Quo enī magis corpus & corruptibilis caro ſubigit̄/ edomat̄q;: q homo exte-
rior appellari a catholicis conſueuit: tanto certe uehementius/ altiuſq; attollit̄ ſpiritus: qui interior
homo nō temere/ nō īmerito nuncupat̄. Hinc philoſophoꝝ mors/ & philoſophia mortis meditatio
eſt. Hinc ille diuinus Socrates/ uel potius animus eius quodāmodo ſeiunctus a ſenſibus incōniuēs
atq; īmobilis ab oriente Sole ad eundem iterum orientem ad ſuperiorem contemplationē perſtare
ſolitus erat: ut ſi dicere fas eſt/ ſublatus uideret̄ in cęlum. Hinc paluſtrem ac peſtilentem ad philoſo
phandū in locū Academiam delegit Plato: quo macerato corpore/ expeditius/ ac multo facilius re-
bus contemplandis intenderet. Nam ꝑ eiuſmodi a carne receſſum/ & quandam cū corruptibili cor
pore impermixtionē animi uegetat̄ uirtus: atq; ob id quoq; incorruptibilis atq; īmortalis oſtendit̄:
ut pręter cæteras/ quæ ſupra allatæ rōnes ſunt/ ex uirtute etiam rōnalis animæ eiuſdem īmortalitas
illuſtret̄. Quod ſi ad eius ipſius operationē noſtra conuertatur oratio/ ex eadem ipſa multo certe pa
tebit conſpectior. Cuiuſlibet enī ſenſibilis ſubſtantiæ/ quæ quidē ſecundū eſſe/ atq; durationē pen-
det a corpore/ a corpore itidem ſine dubitatione pendeat actio. Sed cuius adeo ſit hebes ingenium:
quin plane norit/ ea ſæpenumero agere animā/ atq; obire mentem: quæ nullo modo proficiſcantur
a corpore? Id eſt. n. intelligere: nam quum intelligit mens/ nullum ſibi corporis inſtrumentū accomo
datur: ut ueuticam animæ rōnalis duratio pendere a corpore uideri poſſit. Abſoluta prorſus a cor
pore eſt mentis actio: & quæ illius maxime propria eſt/ abſq; ullo corporis explet̄ cōmertio. Ab ſe
aūt labefactari mens/ ac diſſolui nequit: quippe cui nulla ſit/ unde oīs labes oritur/ contrarietas. Vt
quod in ſe eſt/ incorruptibilis plane ſit/ atq; īmortalis habenda: quæ res eo inſuper argumento di-
lucidior fit: quod cuiuſuis corruptibilis ſubſtantiæ ſpatio tempore antiquatur: & collapſa ſeneſcit.
Id aūt ab animæ rōnalis ſubſtantia uehementer abhorret: atq; ita alienū uidetur: ut nō modo tem
poris diuturnitate nec extenuet̄: nec minuat̄: ſed augeſcat potius ætate: ac maius indies incremen-
tum ſuſcipiat. Decreſcāt cætera fortaſſis ī ſene: quod diuus noſter Hieronymus uſurpabat: ſola ſa
pientia: ut īmortalis eſt eius poſſeſſio Iſocrate teſte: ita ſemꝑ cum ætate accreſcit ſimul. Si in ſeniori-
bus ſapientia eſt/ & in multo tempore & longeua in ætate prudentia. Quo fit: ut ex propria quoq;
ipſius animæ actione/ perpetuitatis ratio/ atq; īmortalitas eluceſcat. Poſtremo ſi ad illius obiectū co
gitationem uerterimus: id enī ſexto loco nobis propoſitū fuit: ita noſtræ ſententenntiæ patebit ueri-
tas: ut pene nullus relinquat̄ dubitationi locus. Cum enī duo ſint: quoꝝ alteꝝ cognoſcit/ cognoſci
tur alterū: primū potentia eſt: alterū obiectum. Ita enī præcipue noſtræ tempeſtatis uſurpant Philo
ſophi. Ea igitur oportet eſſe ratione concordia/ ac certa proportione congruere. Nata eſt rationalis
aīa ad ſapientiam capeſſendam. Huic ſubiecta ueritas eſt: quaſi materia/ quam tractet/ & in qua uer
ſetur: ut præclare. M. Tullius ait. Atqui ueritas Aurelio Auguſtino teſte in corruptis pręſertim So
liloquiorū libris/ incorruptibilis eſt: quandoquidē uim eiuſcemodi habet: ut ipſa quoq; abnegatio
ueritatis primitus conſtituat ueritatē. Quare cū & cognoſcens aīa/ & cognita ueritas ratione cōue-
niant: ſintq; inter ſeſe ꝓportione conſimiles: animæ īmortalitatem īmortalitas ueritatis: cui ſoli inſi
pientes & expertes ueritatis/ & rationis hoīes aduerſantur/ mea quidē ſententia facillime compro-
babit. Quæ profecto ratio nō modo arguit īmortalem aīum de ſcientiæ atq; intelligentiæ ueritate:
uerum etiam ab ea quæ nihilo præſtabilius minus eſt/ ueritate inq̄ uiæ atq; iuſtitiæ. Eſt enim & ipſa
quoq; utpote excellentiſſima oīum ac præclariſſima uirtus/ perpetua atq; īmortalis Quod quidem
in Sapientiæ libro ſanctus & eloquētiſſimus Cōcionator oſtēdit. Quod ſi īmortalis iuſtitia/ & eius
capax & particeps īmortalis aīus. Illud oībus debet eſſe compertū: uim quamlibet/ ſi corruptibilis
ſit/ haud ambigue lędi a ſuperexcellenti obiecto/ ceu occuloꝝ obtundi aciem a ſplendidioris fulgo
re lucis: & obſurdeſcere nōnunq̄ aures uehementiore ſono: uti eorū/ qui ægyptū accolūt: ubi Nili
aquæ dum ad Ethiopū catadupi properāt/ tam uiolēto inter occurſantes ſcopulos uehunt̄ agmi-
ne: ut ruere potius īmenſo fragore/ q̄ fluere uideant̄. Natus eſt ſenſus/ atq; oīs eiuſcemodi uis ani-
malis imbecillior in medio potius q̄ in extremo ſeruari: ſed & oblectari quoq; uehemētius. Quod
cōtra rōnali animæ uſu uenit: quæ dum altiora ac magnificentiora cogitatione complectit̄/ nihilo
tñ deterius minora atq; inferiora intelligentia compręhendit. Vegetat̄ potius: roborat̄: augeſcit: &
mirū quendā in modū ſupereminentis: & clariſſimæ lucis obtutu/ & cognitione lætat̄. In percipien
da uero/ quæ oēm ſenſum ſuperat: & humani uires antecellit ingenii/ Dei ſapientia/ longe maiores
q̄ in quarumlibet creaturaꝝ cognitione reꝝ iucunditatem ac delectationem aſſequitur. Vt obiecto
collata rationalis aīa plane ſeſe incorruptibilē præſtet. Itaq; ſi ſubſtantiam uirtus: ſi uirtutem actio:
ſi actionem obiecta res indicat: cū per hanc triplicem conſiderandi rōnem patefactum ſit/ īmortalem
eſſe aīam: ſi uel in ſe: uel comparate ſpectare illam inſtituerimus/ omnifariam eius perpetuitas atq;
īmortalitas declarat̄. Vt plane illam incorruptibilem profiteri debeamus: ac nullo modo interitui &
corruptioni obnoxiam. Quod non modo catholica fides obtinet: ſed & præclara ueterum ſapien-
tia/ ac recta oīs argumētat̄ ratio. Ac tam & ſi multa & pene īnumera afferri poſſint ad aſtruendam

hanc de animi ĩmortalitate ſententias:una tamen certior:atq̧ cæteris omnibus accomodatior uia eſt: & huius inueſtigãdæ ueritatis ratio/cognitio/ac pſpectio finis. Nec id quidẽ uel temere/uel iniuria:qñ finis iis/quæ ad finẽ ſunt/neceſſitatẽ conſtituit. Id uero cũ primis effeciſſe perpendit Aurelius/& quidẽ uere Aureus Auguſtinus in iis libris/quos caſtigatiſſimos tum de Trinitate/tum de ciuitate Dei conſcripſit. Nouerat.n.id quod dubiũ nemini eſſe debet:q rer̃ naturã uł mediocriter fuerit inſtitutus:fuiſſe initio rõnalẽ aĩam/ad ſummã adipiſcendã beatitudinẽ ꝓcreatã. Hoc ipſa rerum artifex/ac ueritatis magiſtra natura. hoc ingenitus cunctis mortalibus appetitus:hoc recta/& quæ nunq̃ fallit̃ ratio edocet. Hoc nõ ſolũ ſapientũ eruditio/atq̧ doctrina:ſed etiã ipſum imperitorum uulgus/gens oĩs/& natio hoĩum uniuerſa fatet̃:hos ſolos exceperim:in quibus totũ rõnis lumen extinctũ eſt. Quis.n.negetᵗ id uelle oẽs/ſe fore beatos? Atq̧ beatũ facit bonor̃ cumulata/ac certa poſſeſſio. Sed q beatus ſit:q quod adeptus bonũ eſt/uel carere eo/uel iacturam eius pati poſſit. Inde/n.naſcat̃/neceſſe eſt/& metuendi/& dolendi ratio. In quẽ uero aut metus cadit/aut ægritudo:cadat & miſeria/neceſſe eſt. Quis nõ uidet? At miſeria maxime beatitudini aduerſat̃. Quod ſi rõnalis aĩa capax beatitudinis nata eſt:quę ipſa natura ĩmortalis eſt:facile pſpicit̃/ex parte qdem finis:quã tantopere augmus exquirere ĩmortalitas aĩor̃. Hinc ſunt illa Seuerini Boetii:quem Chriſtianũ Varronẽ habendũ ducimus:illa inq̃ luculenta:& grauia:quę is Philoſophiã loquentẽ facit: unde uelut a puriſſimis fontibus ueritas manat. Oĩs mortaliũ cura:quã multipliciũ ſtudior̃ labor exercet/diuerſo qdẽ calle ꝓcedit:ad unũ tñ beatitudinis finẽ nitit̃ ꝑuenire. Eadẽ ĩmõtalitas ſi rõnalis aĩæ formã perceperimus/nihil obſcura patebit. Quod.n.ad participandã aſſequendãq̧ beatitudinem facta eſt:uel creata potius:eaq̧ in eo ſita eſt:quod uere ſummũ/ultimũ/æternum/interminatum/incommutabile bonum eſt:facta idcirco eſt capax Dei aĩa:inq̧ ea Dei:cuius & præclarum opificium eſt:expreſſa imago/atq̧ ſimilitudo eſt. Sed neq̧ uera imago Dei ſit:neq̧ abſoluta diuinitatis expreſſio/atq̧ inſignis forma:ſi anguſtis uitæ circunſcripta limitibus/aliquando mortis termino concludat̃. Quod ſi id quod res habet/imago Dei aĩa rationalis eſt:nullo modo attingere eam poſſit interitus/ac mortis labes. Sed nec finis/nec forma tantũ:ipſa quoq̧ materies:ſi ita appellare licet/imortalitatem animæ rõnalis oſtendit. Nã id ipſum/quo ſiue aĩa/ſeu eius forma eſt/tanta cette dignitate/tanto decore eſt:ut diuinã illam imaginem inſignẽ reddat:quæ utiq̧ nobilis materiei paret/& præclara conditio. Ea uero formæ tam excellenti/tamq̧ ammirabili ſplendore prędıtæ incredibili quodam appetitu copulat̃:ac nectitur. Iſq̧ oĩs ita demũ in ea ipſa conquieſcit:ut nullo modo aliam præterea queat formam expetere:& unam illam amplectat̃:unam deoſculet̃:una contenta ſit. Cum utręq̧ arctiſſimo nexu/indiſſolubili uinculo/atq̧ optima quadã colligatione iungãtur. Quoniam uero/quod tam pfecta ratione aptum/iugatumq̧ eſt/id diiungi/& diſſolui uelle:ut ſapientes iure affirmant:non eſt Dei:hic unus comprobat̃ creationis auctor:hic unus opifex/atq̧ effector rõnalis animæ:ille ipſe perpetuus conſeruator. Vt ab efficiente quoq̧ cauſa non deſit eius ipſius ĩmortalitatis ratio. Itaq̧ tam ab auctore/q̃ ex ſpecie/atq̧ forma/& ex quodã (ut ita dixerim) proportionali ſubiecto:oĩum uero maxime ex fine plane perſpicuũ fit:aĩam rationalem/quod tanto perquirimus ſtudio/a creatore Deo effectam de nihilo/perpetua duratione ſeruari:ut iam nihil hęſitantes/& optimis ac ꝓbatiſſimis rationibus facti certiores iis argumentis aſſentiamur:ac penitus inhæreamus:quæ paulo ante de animi ĩmortalitate in mediuʒ ſunt allata. Quippe quæ deliteſcentẽ/& occultius abditam:ac difficultatũ ſcrupulis/quaſi quibuſdam obductã tenebris/ueritateʒ in lucem proferũt:patefactam referant:ac ueram ſapiẽtiam profitentibus exploratiſſimaʒ reddũt. Omnino.n.quattuor diſtingũt ueteres ſapiẽtes cauſarũ genera:quod magnus & acutiſſimus Ariſtoteles in libris de Naturali auditu:de generatione animaliũ:de rebus diuinis præcipit:atq̧ itideʒ cũ cæteri probant Philoſophi:tum imprimis Aphrodiſius Alexander in præclaro de Fato uolumine/mox complures Peripatetici optima ratione confirmant. Nos de rationali aĩa/ſiquod mouet:& efficit:ſiquod eſſentiæ rõnem præbet:ſi quo conſtat:ſi deniq̧ cuius cauſa:& finem ſpectemus:undiq̧ ſe nobis:quod tandem cerni licet/immortalem præſtat. Et.n.recte argumentatum Bonauenturam cenſemus:ex cuius ſenſu hæc potiſſimum deprompta ſunt:cuius ſolers ingenium:cuius exquiſita doctrina:cuius ſuauis oratio & ueritatem plurimũ illuſtrauit:& ſtultor̃ hominũ/atq̧ improborum confutauit errores. Ac proinde mirabile dictu:cũ ab hinc annos.cc.mortẽ obierit:ita tñ lingua eius uigore quodã icredibili ac mira uiuacitate præſtat:ut uel mortuus fari poſſe uideatur. Extat nobile iſtius ſepulchrum Lugduni:& celebre monumentũ clarum cæteris ornamẽtis:clarius doctiſſimi/& ſancti uiri miraculis/& gloria. Hic cũ multa de permanente poſt morteʒ anima diſſeruiſſet/neq̧ a catholico dogmate/neq̧ a recta Philoſophia diſceſſit/apprime cõfirmans quæ eadeʒ a Ioanne Scoto:cui propter eximium ingenii acumen/ſubtilis diſputatoris uulgo cognomentum inoleuit/ſolerti inueſtigatione tractant̃. Nam hic præceptor cum primis mea ſententia diligentiſſimus facillime oſtendit/quid nam cæteris formis interſit. Itaq̧ & in ſuis uniuerſalibus cõmentariis hiſce de rebus inueſtigationẽ aggreſſus diſſerit/nõ idem eſſe ĩtellectiuæ:atq̧ eſſe totius/cuius illaʒ partem eſſe conſtat. Quare & ſoluto corpore/in ſuo animã intellectiuaʒ eſſe perſtare. Idq̧ omnino ac penitus tam per ſe q per accidens incorruptibile prorſum ſtatuit. Cum contra corruptibile uide

ti poſſit;ſiqtis idem eſſe utriuſq profiteatur: quaſi una:eadẽq foret aïæ eſſentia ſimul atq cõpoſi
ti.Cõpoſitum.n.uere corrũpitur.Quod quemadmodũ generatio terminari uideatur ad eẽ geniti
ita eſſe corrupti uideri debeat terminus:a quo corruptionis ipſius:ac ſolutionis initiũ.Proinde du
raturam intellectiuã aiam:ẽt dehiſcente cõpoſito.Cæteras uero quæ qdem materiales formæ ſint
toto diſſipato in eſſe minime diutius ꝑmanſuras.Atq hæc quidem Scotus.Sed iam tandẽ hunc lo
cum ſatis:ſuperq decurſuꝫ arbitramur:ut perſpicua: atq illuſtris animi ĩmortalitas uideatur: nec
ꝑpter quid iam tandẽ quempiam lateat:ni forte ex cordem:atq oĩs & cõmentationis: & ratiocina
tionis impotẽ.Neq illa huic cauſæ ad uerſantur:quæ contra a non nullis obiecta ſunt:ſiquis cõpli
catam animi notionem euoluere:ac recte explicare uoluerit. Quod ſi ſolũ Deum ĩmortalem Apo
ſtolus profitetur:id ſane ea ratione intelligendũ ẽ: quod is unus ꝑfecto ſit: q ipſe ſua ui: atq ineſ
fabili: & incõpræhenſibili poteſtate:nulla aliunde petita ope:ut ſublimi: ac ſupereminenti maieſta
te:ita & ĩmenſa quoq:atq interminata æternitate ſeſe tuetur:ac ſeruat.Animus ipſe tam & ſi pro
ſua origine ad ĩmortalitatẽ & natus eſt: & factus idoneus:nullo modo tñ abſq cõditoris præſidio:
in eo ĩmortalitatis ſtatu incolumẽ ſe præſtate poſſit:Neq.n.tum tantã niſi uitæ auctori & unus im
mortalitatis largitor obtineat.Actius inexplicabili bonitate: aqua ĩ Timęo Platone teſte:omnino
longe abeſt:ac faceſſit inuidia:ut mundi tuꝫ procreatio: tũ pennis duratio:ita & uitæ perpetuitas:
& immortalitas oritur animorũ.Nec hoc quidẽ eorũ naturæ pugnat:quo ad ea principia: ex qbus
conſtituti feruntur: ſed eorũ potius principiorũ expetitionem fouet:ac ſeruat.Quod ſi a uerſione
aĩa primordium ſumpſit:qppe quæ de nihilo condita:ac propterea ad uerſionem uideri debeat na
tura proclivis:id quod Ioanaes Damaſcenus tradidiſſe oſtenditur:hoc ita intelligendũ putant ſa-
pientes:ut eiuſcemodi proclivitas non quidẽ a quopiã ſit appetitu uirtutis: id.n.longe abeſt a ue-
ro:ſed a defectione quodã potius:atq inanitate: qua creatura facta de nihilo ẽ:at ea quæcũq tan
dẽ inanitas eſt:eius poteſtate:q eãdem de nihilo ꝑcreauit:tota faceſſit:Amolit q eaꝫ ſummus opi
fex:qui ita ſemp rationali aïæ præſto eſt:ut eam nunq̃ ſua ope daſtituat:ui eo fulta:ac ſubnixa præ
ſidio exinaniri nunq̃ poſſit.Nec obſiſtit Auguſtini quæ contra affertur ſententia:Vera nanq dicit
præcipuus ueritatis illuſtrator.Proprios naturæ motus ſuis ipſius relinquit habenis naturæ cõdi-
tor: & eos illã ꝑculdubio agere ſinit:q uidelicet ab originali profecti principio:ad efficiendũ quidẽ
non autẽ ad deficiendũ ſpectant.Qua eadem ratione: & gratia non pugnat naturæ:non aduerſa-
tur non obeſt:iuuat potius cõditã:adiutã perficit:perfectã conſeruet:ac fouet..Perperã deinde non
nulli Ariſtotelis uerba interpretantur.Corrũpi intellectum quodam intrinſecus corrupto:Verita
tem ſimul labefactare conantur: & præclaro atq grauiſſimo Philoſopho ſunt iniurii:cuius diſtor-
quent ſententiã:atq aliorſum trahunt:atq tanti:tamq diligentis naturæ: & ueritatis inueſtigato
ris mens fuit.Sæpe multos æquiuocationes fallunt.Neq.n.corruptibilẽ uſquã Ariſtoteles intelle-
ctum ſtatuit:qui & alias ſępe: & in tertio plane librorũ:quos περι ψυχῆσ quod eſt de aïa ſcripſit: &
impaſſibileꝫ prorſus affirmat: & interitus porro:atq corruptionis expertẽ.Verum intellectũ:queꝫ
pro intellectione ipſis quoq Grãmaticis comprobantibus:ac pro ipſa intellectus actione tam Ari
ſtoteles q̃ cæteri nõnunq̃ uſurpant Philoſophi:ipſam inq̃ opationem intellectus quã exercet intel
lectus in corpore magnus phũs tradit:impediri nõnunq̃ ac ꝑturbari:læſo ac deprauato interdum
interiore quopiã:uel imaginationis ipſius uel cuiuſuis ſenſibilis dũtaxat inſtrumẽto uirtutis.Hoc
eni ita interpretatũ & facile iudicio ſenſus patet; & palã frenetici teſtant:quos quidẽ nõ tam ue-
nena conſopiant q̃ uinciant potius Hippocratis uincula.Quod q pati aïam perhibẽt:fieri autem
ut a patiente illa uehementius etiã ſubſtantiæ aliquid deturbet:quod cui accidit:eidem & corrup-
tio:hi ſibi duplex reſpõſum habeant.Non.n.ſi cadit in aïam quæuis paſſio a læſa fit aïa:quæ ipſa
nõ læditur:ſed p quandã (ut ita dixerim) quã Græci σύνπαθειαν uocant:atq ego hoc loco com-
paſſionem q̃ conturbationẽ interpretari malim.Hoc aũt omne ad læſum referendũ corpus eſt:ut
nõ de ſubſtantia quicq̃ aïę depereat;ſed corporis qui cũ iungit potius quando unũ ex duobus fac
tum eſt.Abſurdũ aũt corporis detrimenta ad labẽ aïę pernicięmq transferre.Quid ſi fateamur nõ
ſolũ quoad uerſetur ĩ corpore:ſed uel cũ inde euolant aïas pati? Nõ.n.quodcũq patit:continuo
& corrumpit.Alius certe generis habenda ea labes & corruptio eſt:quæ nõ quidẽ p partis detri-
tionem a deptionẽq:ſed p iugem quandã: & continuã quietis ac tranquillitatis interturbationem
fit.Quod teſtari poſſint:q etiã exuti corpora perpetuos apud ĩferos perpetiuntur cruciatus.Qua
de re opportunior fuerit explicandi locus.Quod aũt de condolendo dicit hoc tantiſper aïaꝫ attin
git:dum corporis compedibus deuincit utriuſq ĩcolumi iunctione.Quam quoniã mors dirimit:
nequaq̃ conſequitur aïam:corporis liberã uinculis mortis cõmunio.Nam p ſeiunctionẽ a corpo-
re tollitur e medio condolendi cauſa.Quanq̃ non eadẽ eſt cõmoriendi:quæ compatiendi ratio.Ita
eni aïa rõnalis capax lætitiæ & uoluptatis eſt:ut ſit etiã doloris atq ægritudinis.At ita contra par-
ticeps uitæ eſt:ut ſit penitus mortis expers & totius ĩmunis interitus.Poſtremo ne qd reliquum ſu-
per ſit ambigui per accidẽs fit:ut rõnalis aïa q̃diu uerſatur in corpore:quicq̃ intertrimenti in ſuis
opibus patiatur.Nam cũ ingenti quadã pronitate ad corporis ſocietatẽ feratur ſuas cũ illo opatio
ꝑ eſſicit.Vires præterea ſenſitiuæ uirtuti intellectiuæ deſeruiunt: & eius ad res conficiendas uſq

eo amminiſtræ redduntur :ut ueluti ſatellites quidam menti potius : ꝗ quod dicere ſolebat Themi
ſtius ſenſui cōmuni pareant: & ea extrinſecus aduecta importent. Quę interiore mentis agitatione:
tum uolutanda:tū pſpicienda ſint. Vt propterea cognitio oīs oriat a ſenſibus: & ſi quis uno careat:
& ſcientia:quæ p illū ſuppeditetur:careat neceſſe ſit. Hinc fit: ut nequaꝗ integris: & corporis inſtru
mentis: & ſenſibus:diuerſantis in corpore mentis quoqꝫ agitatio & pturbari: & cōpediri uideatur.
Quæ nil tamen ipſa læditur:qn illęſa potius:atqꝫ integra eius acies ſoluta corporis uinculis:peracri
ſuo obitutu libera fruitur:quę autē craſſiore uolutata corpore-quaſi nebula quadā obiecta cernebat
mox totius ignorantię diſpulſa caligine:uelut in clariſſima luce perſpicua contuetur. Sed ſuo loco
de his fuſius. Merito igitur iure accuſandi ſunt uel ſtulti quidā nebulones:uel impii ſectatores uo-
luptatis:q mortales aīos conſtituerunt:quos tacita natura ammonet:ſuadet ingenita nobis:atqꝫ in
ſerta cognitio:ipſa quoqꝫ firmiſſima:atqꝫ irrefragabilis ratio demoſtrat manere poſt mortem: Cum
duplex ſit igitur uitæ curſus:alter uirtutis:uoluptatis alter:cōtēnenda uoluptas: amplexāda uirtus
eſt. Illa perditionis ē:hęc uia certa ſalutis. Illa ad æternos cruciatus:hæc ad īterminatę fœlicitatis ob
lectamenta perducit. Per illā miſeri ppetuis torquentur ſuppliciis:per hanc īmortales animi beato:
ac ſempiterno æuo fruuntur. Viā uirtutis omni conſectantur ſtudio ſapientes inanibus fallacis uo
luptatis deſpectis illecebris:ut reportent tandē p labore requietem: pro ignominia gloriā: p breui
iactura īmortalia gaudia. Via uoluptatis ſtulti :atqꝫ inſipientes gradiūtur:q ludicre-atqꝫ īanis capti
iucunditatis ſpecie:uia relicta Regia-denſos ſequntur anfractus: ad perēnes luendas pœnas præci
pites deiiciuntur ad inferos. Quod qui īmortalitatē pręcognouerit animorū:tutum ſibi:atqꝫ expedi
tum ad beatitudinem iter comparabit.

❡Subtiliſſimi diſputatoris:atqꝫ Philoſophi: & uehemētiſſimi Oratoris-Auguſtini Dathi-Se
nenſis-de Animi immortalitate-liber Quintus fœliciter explicit.

❡Exqſita doctrina Philoſophi: & ſcientiæ copia uiri- Auguſtini Dathi Senenſis liber Sextus
incipit de Animi perpetuitate-pro ueterum Philoſophoꝝ-atqꝫ imprimis Socratis-Platoniſqꝫ
ſententia.

FVere multi quondā tum apud Græcos-tū etā apud Latinos nobiles:atqꝫ illuſtres Phi-
loſophi-& ſapientia:ac doctrina clari:quales ii ſeptē:quos uetuſtiſſimos: & eoſdē reꝝ
cognitione: & ſciētia inſignes Græcia celebrat:quales apud Romanos. M. Tullius La
tini lumen-ac decus eloquii. Qualis. M. Varro rerū diuinarū:atqꝫ humanarū longe pe
ritiſſimus: ut hoc uno-Lactantio Firmiano teſte: ne apud Græcos qdē uixerit doctior:
alii pterea cōplures. Verū cæteros oēs unus Socrates antecelluiſſe fert auctoritate- & gloria: ut uni
quēamodū ueteres pdunt hiſtoriæ:quod & doctiſſimoꝝ hominū teſtimonio cōprobatur Prudētiā:
ac ſapientiā oraculum Delphicū ad iudicauerit. Nā & propter eximiū ingenii ſplendorē: ac ſum-
mam ſcientiæ copiā-terreſtre quoddā habeatur oraculum. Neqꝫ.n. ſolum humana pcaluit : ſed phi
loſophiam quoqꝫ (ut ait. M. Cicero)primus deuocauit e cælo:in urbibus collocauit: & in domos
introduxit-& coegit de uita. & moribus:deqꝫ rebus bonis:ac malis qęrere: Vt ſplendidore ingenio
uiri exēplari quodam cælitus demiſſo:beatæ uitæ rationem effingerent: & uitam deorum imitaren
tur in terris. Gloriam Socrates contempſit humanā:cladem humani generis aſpernatus eſt uolu-
ptatem:popularem auram- & īſani uulgi:ac ſtultæ plebeculæ plauſus uelut ſærā peſtē fugit. Aīus
ad res pclaras cōtulit:totū ad ſapientiā-rectāqꝫ rōnes cōuertit:ad finē bonoꝝ aſſeqndū:ad ueritatē
pſpiciēdā:operā omnē: & cogitationē adhibuit. Siqdē ea uera ſapiētia ē-cui quaſi ſola materia:quā
tractet- & in qua uerſetur: Cicerone teſte: ueritas ſubiecta ē. Quoniā uero oēs Philoſophorū fami
liæ ab hoc uno:tanꝗ omnium parente ortæ:ac proſeminatæ ſunt-ad unā quoqꝫ oēs in eo maximæ
laborauerunt-ut ſe potiſſimum tueri Socratis ſententiam oſtentarent-exiſtimantes tantiſper ſe ue-
ros Philoſophos ēe- ſi uere Socratici eſſe uiderētur. Multa docuit-multa diſſeruit-multa illuſtrauit:
quæ ad uitā hominū cōformandā-quæ ad uirtutē capeſſendā- quæ ad fœlicitatem adipiſcendā pti
nerent. Sed quod iniquo ferendū aīo eſt-uoce duntaxat- & lingua pfuit. Nullæ extant eius litteræ:
nulla ingenii monumenta. Scripſit omnino nihil: nihil librorum edidit. Periſſent pclara eius uiri de
creta:ac ſalutaria dogmata: ſi nō illa Plato litteris-atqꝫ īmortalitati cōmendaſſet-iure optimo laudā
dus:cū in pceptorē bene de ſe meritū-gratiorē ſe pſtiterint:ꝗ diſcipulū expertus erat. Multa quidē
ſcripſit Plato. Dialogi extant cōplures:qbus ille mirifice delectatus ē. Vbiqꝫ loquentē facit Socratē.
Quāꝗ uero pcontātes diuerſis locis-diuerſas quoqꝫ īducit pſonas-uni tñ. Socrati-& iudicandi aucto
ritatē-& diſputationis oīs palmā tribuit. Sūma queqꝫ ſtudia-atqꝫ officia debent parentibus-ſed cer
te nō iis inferiora-a qbus pcepta-atqꝫ inſtituta manarint . Sunt illi generationis auctores- hi uero
alumni animorū-ac beneuiuendi duces. Fecit igit magna cū laude- & approbatione oīus Plato-q
p cæteris oibus Socratē maxime ſemp coluerit-ac ueneratus ſit. Quod ſi idē Platoni Ariſtoteles pſti
tiſſet-ut oēs diligētia mortales-atqꝫ ſtudio ſuperauit-ita plenitudine laudis- & cumulo gloriæ fuiſſet
certe ſuperatus a nemine. Quod ſi forte uiſus ē Aurelio Auguſtino Platonis impar elogo-minime

tamen benedicendi cõtẽpſit ſtudium: quin potius ad ſummã rerum doctrinam/oratoriã quoq; facultatem adhibuit: & Prudentiã cũ Eloquentia iunxit. Quãuis.n.M. Tulius optimus harum rerum iudex: cœteris Ariſtotelẽ Philoſophis præferens. Platonẽ ſemper excęperit: tñ tantus in utroq; ſcientię ſplendor effulſit: ut alterum alteri præferre non auſim. Vno pſtare uiſus eſt Plato: quod de animorũ imortalitate ſocratem ſecutus: & locis pluribus: & multo certe fuſius: atq; copioſius eſt locutus. Plurimũ.n.pertinere ad rectam hominis rationẽ arbitratus eſt: ſi quis ſenſerit: nequaq̃ aĩos cũ corporibus interire: neq; omnia morte deleri. Hoc unum recte: & prędare uiuendi ſtabile fundamentum iacitur.

Explicit id omne: quod extat libri Sexti Auguſtini Dathi Senenſis de de animi ppetuitate.

Auguſtini Dathi Senenſis: uiri ſane & Oratoriæ facultatis: ae Philoſophię gloria præſtantiſſimi: in librum Septimũ/de animi ĩmortalitate: ex Ariſtotelis opiniõe: pemiũ ĩcipit.

FErdinandus Cordubenſis ſuperioribus annis/uir magno Ingenio: & oĩuʒ diſciplinaꝝ eruditione apprime inſtructus: & ut Hiſpanus nequaq̃ indiſertus: more quodã Leontini Gorgię: ae ueteꝝ Sophiſtarum in noſtræ urbis Fano: eo quod (ut plęriq; ſentiũt) criſtianorum omnium templa ſuperat: aliquando ſeſe ad oĩa reſponſurum profeſſus eſt: quæcunq; inquotis doctrinarum genere ſibi fuiſſent propoſita. Aderant iuris Põtificii: legalis prudentiæ: Medicinæ: Eloquentiæ: Mathematicæ inſtitutionis: diuinæ quoq; ſapientię Doctores: ae profeſſores percelebres. Varia: ae longior multis de rebus habita diſputatio eſt. Et cũ pleroſq; in diſputando concertatores ſuperaſſe uideretur: ut quaſi inferiores terga darẽt: poſtremo Petro Ruſſio noſtrę ętatis Philoſophorũ: ac Theologorũ facile principe: cũ in mentionem rationalis animę uentũ eſſet: contra differente: diſceſſit tandem nequaq̃ ſuperior. Sed cũ multa & ſubtiliter explicuiſſet: & dixiſſet compoſite: illud abſurdius affirmare eſt auſus: nunq̃ Ariſtotelẽ peripateticum: pter q̃ in Metaphyſicis libris: idq; uno tantum loco: animi ĩmortalitatẽ aſſeruiſſe. Quaſi uero Philoſophorũ oĩuʒ pene ſummo: id aut obſcurũ/aut ambiguũ foret: quod qui ignorat: non modo Philoſophus habendus nõ eſt: ſed ẽt turpiter ab eruditis omnibus irridendus. Quod ſcito Gorgię: in quo tanta doctrinę uenditatio erat magnis de rebus differenti facile uſu uenit: refellente illũ parente Philoſophorũ Socrate: q ſe nihil ſcire profiteretur: q̃q̃ ſapiẽtiſſimus Apollinis oraculo fuerat cõprobatus. Magnã: mea quidẽ ſententia: acutiſſimo ueterũ oĩum: ae doctorũ pene doctiſſimo omniũ Ariſtoteli facit iniuriam: qſquis illũ aſſerat tam pauca/tã ſtrictim/tam negligenter ea de re locutum: in qua tum inueſtiganda/tũ etiam p noſcenda: tanq̃ grauiſſima oĩum: quę qdem in omni Philoſophia tractantur: pręcipua ſapientis exercitatio ſita eſſe debet. Nam q uel ignorauerit: uel negauerit: uel deniq; dubitauerit: manere poſt morteʒ animos: is proculdubio hominum uitam prorſum labefactat: atq; confundit: & bonorum: ae malorum finem: unde omnis philoſophandi ratio pendet: radicitus conuellit: funditus euertit. Multa Ferdinandus memoriter: atq; eleganter. At fugit illius memoriam crebra in pleriſq; locis/de animi ĩmortalitate Ariſtotelis cõmemoratio. Et in libro: quem περὶ ψυχῆς quod ẽ de aĩa ſcripſit. Id ipſum peruſionbus uerbis ſępius conteſtatur uere gnarus omniũ: & ſpeculationẽ de aĩa: quæ forma hominis eſt: omniũ eſſe maximam earuʒ conſiderationum: quę quidem in naturali Philoſophia uerſantur. Quocirca & in actiua: & contemplatiua Philoſophię parte: de anima: deq; eius ĩmortalitate: & ſępe: & multa attulit: q̃ nos maiore ex parte: pro uirili noſtra: quantum memoria ſuperet: & in unum conficere: & breui annotare: atq; in hos commentarios coniicere inſtituimus.

Prohemium explicit. Narratio deeſt: & cæterę: quę narrationẽ. Sequuntur: omnes abſolutæ orationis partes.

Auguſtini Dathi Senenſis/in librum Octauum de animi immortalitate: pro.M. Tullii Ciceronis: Latini patris eloqui ſententia: proloquium fœliciter incipit.

LAudat ſubtilis Cõmentator Auerrohus Ariſtotelem Stagiritã: qui Peripateticam diſciplinã primus inſtituit: & eius Philoſophi etiã: atq; etiã pſpecta pſtantia: tm̃ ei tribuit: ut affirmare nõ dubitet/fuiſſe: in quo natura humanę pfectionis uires intẽderit. Quo.n. homo ui rõnis: & mẽtis cœtera animantia antecellit: & eminet: hoc Ariſtoteles: ut ipſe quidem opinatur/ingenio/doctrina/& rerum omniũ maximaꝝ cognitione: & cumulatiſſima quadã ſcientię laude cœteris preſtat hominibus: ut citra eius uiri facultatem: bonitatemq; ingenii: ac ſummam diſciplinę magnitudinem: qui ſunt: & qui fuerũt reliqui omnes fuiſſe uideantur: cum pro Auerrohi ſententia: totum in hoc uno naturę eluxerit ſpecimen. Sed aliis alii tantam cedunt laudem. Hi Platoni: quem Deum Philoſophorum uocant: illi Hippocrati Choo: quem diuinam uirtutem ad hominũ ſalutem tuendam habuiſſe ferunt: nonnulli Aurelio Auguſtino: quẽ gnarum omnium ingenuarũ artium/nulla cuiuſq̃ fere doctrina diſcipulum fecit. Joannes Chriſo-

Romus·cuius iudicium improbare non auſim : Paulo illi diuino homini: ac terreſtri numini: Doctori gentiu. Sed hic ſit nobis unus exceptus qppe i cęlo potius: q̄ in terris inſtitutus. Ceca ſunt: uere inquit Plato: amantium iudicia. Trahit ſua quenq̄ ſententia. Alii alios magis probant. Me ſi quis cogat: meam ferre ſententiam: & ſi parum ingenio: minus ualeam iudicio: iudicio ne: an amore ductus neſcio. M. Tulium Ciceronem quatenus progreditur naturę lumen: cœteris oībus lōge anteposuerim: nec ſolū inq̄: in eloquētię laude: cuius illi conſenſu omnium palma tribuitur: uerū etiam maximarum rerū uel cognitione·uel gloria. Dicat Catullus noſter lepidus uates hunc diſertiſſimu Romuli nepotū quot ſunt: quotq̄ fuere & qdē oēs: quotq̄ aliis erūt in annis dicā ego ſum mum fuiſſe oratorem: perfectū philoſophum quod idem Hieronymus eius ipſius: quē laudat nō diſſimilis: idem flumen Tullianę facūdię Lactantius Firmianus comprobat: uere perfectū philoſophū: optimum Senatorem: Imperatorem clarum: Iuris conſultorum peritiſſimum: Iuris conſultiſſimum peritorū. Sapientia·conſilio·animi·magnitudine doctrina: ingenio pſtantiſſimum. Plurimū in negocio claruit: in ocio ſumma cum dignitate uerſatus eſt. Se ipſum probo excoluit: cœteris omnibus hominibus profuit eloquentiam habuit: qualem nemo unq̄ mortaliū eſt aſſecutus. Philoſophia ut Latinis litteris naſceretur: effecit. Domi: militię claruit : ſaluam rem publicā fecit: nec ab externo ſolum: ſed etiam a domeſtico: atq̄ inteſtino hoſte uindicauit. Patriæ ſalutem: ac pacē peperit. Nec profecto temere Roma patrē patrię Ciceronē libera dixit. Quid de ādmirabilibus eius ingenii monumentis! Fidenter dicam. Plura ſcripſit. M. Tullius: q̄ legere quiſq̄ accurate: & plane noſſe queat: & quidē eiuſmodi: quæ ne faſtidientem qdem ſtomachū reformidēt. Multi.n. multa ſcribūt q & ſi fortaſſis recte ſentiūt: polite tn̄ loqui nō poſſunt. Quo fit: ut nōunq̄ rectas animorū conceptiones ea oratione proſequātur: q̄ a uera mentis interpretatione longiſſime abſit. Ipſi illa norūt: legūt ipſi cū ſuis. Quod ſi qſq̄ pter eos legenda ſuſcipiat: nouo linguę genere fari putet. Alias coniectorē: alias œdipode opus ſit. Vnus oīum. M. Tullius plęraq̄ recte ſēſit: plęraq̄ oīa ſine mēda ſcripſit apte diſtincte t ornate ē pſecutus. Vt nemo latine: & icorrupte loq poſſe uideaē: q ſe ad Ciceronis imitationē nō accōmodauerit. Hic & uęhemens oratoris: & uiridū Philoſophi orationis genus cōplexus dicendo: & declamando: ſed & ſcribendo: ac diſputando: cumulatiſſimam quādam adeptus eſt gloriam. Viuens in omni oratorum numero Rex iudiciorū habitus eſt: in ſubſelliis: roſtris: curia: in foro nemini ceſſit: ubiq̄ floruit: ac dominatus eſt. Ipſa quoq̄ Græcia: quę ſe doctrinarum inuentricem omniū fuiſſe gloriatur: quęq̄ eloquentiæ princeps eſſe uoluit. M. Ciceronē expauit: a quo ereptam ſibi litterarum laudem: grauit uel in hūc uſq̄ dies & iniquo aīo patiē. Pulchre & gręca latinæ: & latina Græce eſt perſecutus. Quid multa! Tā facile eſt: duos in oībus ſæculis Cicerones: q̄ duas uno tempore phœnices reperire: ut nō ab Arpinate loco: ſed a Regia ſtirpe Tulii alto ſanguine repetito profectus uideatur: in quo natura uires ſuas: ac ſummam poteſtatē experiretur. In philoſophia autem nihil prætermiſit: quod ad diſſerendi rationem: quod ad uitam: & mores: quod ad naturæ obſcuritatē attinet. Quæ a peripateticis: q̄ a Stoicis: q̄ ab ipſis quoq̄ Epicureis: quos ubiq̄ maxime exerceatur: uel tradita: uel ſcripta ſunt: ea explicauit omnia: ſtudioſiſſime uero omniū: q̄ Academicorū ſunt: & a Platone tractantur. Nulli ſe diſcipline addixit: nemini ſe dogmati omnino cōſecrauit. Libero iudicio diſceptādo: diſſerendo: ubiq̄ probabilia cōſectatus eſt. Vt uere pfectū Philoſophū Ciceronem Lactantius dixerit: qm̄ unus oīum: atq̄ pręcipuus Platonis extiterit imitator. Quod cū alia pmulta declarant: tū uel maxime quod de animi imortalitate: & ſenſiſſe & ſcripſiſſe noſcitur. Nā & q̄ a Platone i uerbis Socratis explicata ſunt: diligenter collecta i ſuos libros tranſtulit: & ad eius ſentētię ueritatē aſtruendā multa ipſe: & ea qdē pbatu digna in mediū attulit: ita ſane plęraq̄ incorrupta: ita oībus abſoluta numeris·ut nō humana uoce: ſed diuino quodam oraculo prolata uideantur.

¶ Proloquium explicit. Tractatus octauus incipit.

HIc igitur oſtenſurus imortalē aīam in Tuſculanis diſputationibus·eo pſertim i loco: in quo·de cōtēnenda morte diſſeruit: q̄q̄ nihil certo affirmaē auſus eſt: ne ab Academicorum dogmate: ac ſuo īſtituto diſcederet: mortē tn̄: q̄ uideē res plęnſq̄ notiſſima: diſceſſum animi a corpore definiuit: & quādā ueluti migrationē: cōmutationēq̄ uitæ appellare maluit: q̄ interitū tollentē oīa: atq̄ delentē. Id quod pprie mutis cōtingit aīantibus quorū aīa quēadmodum oīs de materię poteſtate depromiē: ita cū illa labefactaē & perit. At ratiōe utentiū animi: quorū nulla ē materialis origo: minime cū corporibus pereūt: a quorū labe lōgiſſime abeſſe noſcunē. Id.n. maxime pbabile fit: ut quorū diuerſus ortus ſit: ſit pariter diuerſus interitus. Prudens uetuſtas diuerſam mortis rationē diſcreuit : quod aliter rationalia aīantia ſoluanē: aliter rationis expta: & diuerſitatē quoq̄ nominis prudenter adiecit. Neq̄.n. diſſolutio animi: quēadmodū grex Epicureorū ſenſit: ſed a corpore ſeparatio mors dicēda ſit potius: at nō īteritus corpus ſimul: atq̄ animū delens. Teſtē īmortalitatis: antiqtatē pducit Cicero : & priſcis illis: quorū mentes nulla opinionū prauitate uiderenē ībutę: inſitū pdit: eſſe i morte ſenſū: neq̄ exceſſu uitę: hominē penitus īterīē. Patere idē pōtificio iure: & ſepulchrorū cerimoniis: quas preſtātes īgenio uiri pcipua

cura: & magno coluiſſent ſtudio: & uiolatas inexpiabili religione ſanxiſſent. Manere poſt mortem
aios: ipſas quoq; tacitā admonere naturā putat: ut etiā q phyſica minime didicerūt: & rationes: atq;
rerum cauſas prorſus ignorant animorū īmortalitatem coniectent. Sed eos: qui uita exceſſerunt:
porro uiuere ſæpe uiſa quędā pſertim nocturna declarant. Quod uſq; adeo perſpicuū eſt: ut ani-
morum īmortalitatis: id quod etiam de diuina eſſentia plane coſtat: uideatur: & cunctis gentibus:
& uel agreſtibus hominibus naturalis quędā īſerta cognitio. Quauis aūt ī re eadē omniū cōſenſio
lex naturæ putanda eſt. Hoc.n. cauſe eſt: ut oībus curę ſint: & qdem maximę: quæ poſt mortem fu
tura ſunt. Hinc ſerit arbores diligēs & uel ſenio cōfectus agricola: quarū baccas aſpiciat ipſe nunq̄.
Hinc uir magnus: nō arbuſta: ſed leges: īſtituta: rempublicam cōſerit. Diligenter parat: q̄ alteri ſę-
culo proſint: quid obſecro ſpectans aliud: niſi etiā ad ſe poſtera ſęcula pertinere? Hinc procreādorū
liberorū cupiditas: & feruentior coniunctionis appetitus ſobolis gratia. Hinc tanta propagandi no
minis cura. Hinc adoptādi: arrogādi ue filios: iure: & legibus conſtituta ratio. Hinc teſtamētorū &
codicillorū: ac bene collocādę hæreditatis: & quodāmō ppetuo cenſus tuēdi diligentia. Hic īgētia ſe
pulchra: & pclara monumēta. Hinc elogia: & epigrāmata: & ære: ac marmore inſcriptæ litteræ. Quę
certe oīa futura nos ſæcula cogitare ſignificant: ut maxime probabilis animorū īmortalitas id circo
uideri debeat: quod ea de re imprimis nō modo uulgus hominū: ſed præſtantes quoq; ingenio ui-
ri una pariter ratione cōſentiunt. Quod ſi naturæ ſpecimen ex optima quaq; natura capi decet: quę
melior: Cicero inqt: in hominū genere natura eſt: q̄ eorum: q ſe natos ad homeis iuuandos: tutan-
dos: conſeruandos arbitrantur? Quocirca & multi pro cōmuni ſalute: ſponte ſe morti deuouerūt:
& permulti apud præclaros populos ob rempublicā uolētes interfecti ſunt: exiſtimantes hanc uitā
ſuis finibus terminari: ſed futuram conſequi meliorem. Ut non obſcure īſpiciētur: neminē unq̄
ſine ſpe magna īmortalitatis: pro patria ſeſe ad mortem offerre: quaſi inhęreat mentibus quoddā
ueluti ſeculorū augurium futurorū: idq; ī altiſſimis: ſplēdiſſimiſq; īgenijs & exiſtet maxime: & facilli
me patere. Multa poſſint afferri exēpla eorum: q certo ſtatuentes animorū īmortalitatem: in labori
bus: & periculis uerſari q̄ uiuere ocioſi maluerint. Sed & multi ob eam cauſas non Principes ſolū:
ſed Poetę quoq;: & opifices nobilitari poſt mortē uolunt: ut ſublata humo poſteritatem ſpectantes
uolitent uiui per ora uirum. Quod ſi omniū conſenſus naturę uox eſt: oēs autem qui ubiq; ſunt: cō
ſentiunt eſſe aliquid: quod ad eos pertineat: q uita deceſſerunt: id quod & ſummus Philoſophus ī
Ethicis libris Ariſtoteles innuit: idē nobis iure exiſtimandū ſit. Et ſi eos: quorū aut ingenio: aut uir
tute animus excellit: quia natura optime ſunt: putamus uis maxime naturę cernere: uero maxime
ſimillimū eſt: cū optimus quiſq; pręcipue poſteritati ſeruiat: eſſe aliquid cuius is poſt mortem ſen-
ſum ſit habiturus. Quis igitur dubitet maxime probandū: quod cū plęriq; oēs uulgo arbitrentur:
tū ſapientiſſimi: & optimi quiq; imprimis opinentur: & ſentiāt? Deū eſſe: uel nemine pręcipiente na-
tura putamus: ſic & permanere animos: collocutione hominū: & conſenſu nationū omniū: quod
alio loco: nos ipſi uberius patefecimus. Illa ultro præterea: quę de auernis: lacubus nōnulli tradūt
unde excitari aīās uolunt obſcura umbra perinde atq; aperto Acherōtis oſtio: falſo ſanguine ima
gines mortuorū. Prodigioſa hæc mea ſententia: nec ſatis rationi cōſentanea: cū pręſertim eas ipſas
imagines loq̄ uelint: quod fieri abſq; corpore: & fictis de articulandę uocis inſtrumentis nullo mo-
do poteſt. Veteres: & ſumma præſtantes auctoritate Philoſophos teſtes in mediū adducit Cicero: e
qbus Pherecides Syrius primus oīum aīos dixit hominū ſempiternos. Eādem porro ſententiā diſci-
pulus eius Pythagoras cōfirmauit. Acceſſit mox Plato: q nō mō animorū īmortalitatem conſtituit:
ſed et eius ſententię rationē attulit. Quā cum locis alijs pleriſq;: tū in Phædone: Phædro: Axiocho:
Gorgia: ubi & Socratē loquentem facit: diligentiſſime pſecutus eſt: id certo affirmans nullo modo
ex craſſioribus elementis: puriſſimam animi conſtare naturam: ſed ex tenuioribus potius quibuſdā
primordijs: quæ alii æthera: & cęlum potius: alii: quintam naturam eam: quæ pter quattuor notiſſi
mas foret: dicere maluerunt: quare & aīos corporis uinculis abſolutos ſurſus uolare: ſupera petens:
in ſublime ferri Plato cenſuit. Nihil.n. inferiora hæc: cōcretioraq; cū tā uegeta mente: & animi re-
motae cōueniunt: cuius leuitatem: & incredibilē et in corpore pmanentis facile percipimus ipſi: ſi
quis uelociſſimū: mens ē auctore Thalete: qppe quæ paruo momento ēt uniuerſa percurrit: calorē
aūt nemo: niſi forte inſanus ignorat: quandoqdē & corpora ipſa terreno principiorū generē cōfecta:
ardore animi concaleſcunt. Multa de animi ſumma præſtantia & diuinus Plato tradit: & optimus
Platonis imitator Cicero: quæ ad eius īmortalitatem indicandā pertinere noſcuntur. Nam & ī ipſo
corpore conſtitutus: innumerabiliū ferme rerum cognitionē præſe fert: cum natura inſit noſtris mē
tibus inſatiabilis quędā uidendi ueri cupiditas: & longe tum lucidius: atq; liberius pręclara: & cęli:
& terræ ſpectacula contēplari natus ſit: corporis carcere: ac uinculis liberatus: quippe cum nulla tū
res obiecta impediat: quo minus pcipiat: quale ſit qdq;. Nō cadit in cōſpectū aīus: cuius tanta te-
nuitas eſt: ut aciem fugiat. Cuius naturā diligentius contēplanti: illa difficilior: multoq; obſcurior
uideri cogitatio ſolet: qualis aīus ſit ī corpore: tanq̄ alienę domui: q̄ qualis cū exierit: & ī liberū cęlū
quaſi domū ſuā puenerit. Siqdē & deus ipſe: & diuinū aīus corpore liberatū: ſola mentis ītelligētia:
& cogitatione cōplectimur. Summa ē animi: ac mētis pſtantia: q̄ res diſſimillimas: & ſenſuum obiecta
oīa cōprahēdit colorē: ſaporē: calorē: odorē: ſonū. Rerū oīum naniſci cognitionē natus eſt aīus:

ſiue occultę/aut ămirabiles/ſiue cæleſtes/aut terreſtres/ſiue ſuperæ/mediæ/inferæ: ſiue materiales & cŏcretæ/aut permixtionis ac totius cŏcretionis expertes. Quod aūt maximū uidet oīum ſeipſum cognoſcat: quod & uox ſapiĕtis iubet: & ꝑ foribus delphici tĕpli diuinitus ſcriptū ferūt γνῶθι σεαυτὸν quod qdē nō ad corpus: & corporis mēbra/ut inqt Cicero/ſed ad mentē ſolam: aīumq; referri debet. Ad ꝓbandā uero ꝑpetuā aīmoꝝ durationē: illa adducit. M. Tullius/q̄ in Phædro Plato Socratē loquentē facit: & uerbum interpretat̃ e uerbo/tanti ea faciens/ut eadē & in primum Tuſculanarū diſputationum tranſtulerit/& nihil prſum mutatiſ uerbis. In ſextū quoq; de Republica librū/lon giorbus qbuſdā ratio ipſa/ueluti apus cŏnexionibus explicat̃/ſed ita tñ breui collectiōe conficit̃. Animam ex ſe moueri: quod aūt ex ſe moueat̃/principium motus eſſe animam igitur principium motus eſſe: quod autem principium motus ſit/natum non eſſe. Animam igitur natam non eſſe: quod autem natum non eſt: immortale eſt: Animam idcirco immortalem eſſe. Quod ſi cui: quæ de animi ĩmortalitate affert̃/Platonis ratio: non ꝓbat̃: is contĕplet̃ quæſo diuinam animi uim: atq; naturā: atq; quæ nō mō uitā/ac ſenſum: ſed intelligentiā quoq;: & infinitam quandā reꝝ ĩnumerabilius memoriam/ꝓſtantiſſimo oīum animantiū homini ꝓſtat. In aīo multaꝝ/maximarūq; rerum infitę: & quodāmodo conſignatę notiones latent: hęc inq̄ quas ἔννοιας Greci uocant. Magna præterea & tāꝫ ămiranda animi illa uis ē: in qua ĩnumera uerborū ſimul atq; reꝝ ſignant̃ ueſtigia: ut non temere rerum theſaurus oīum memoria nuncupetur. Accedit illa quoq; uis mentis: q̄ inuĕtio: & excogitatio dicit̃: quæ inueſtigat occulta præclara res qdem: & perſpicuæ cuiuſdam diuinitatis index. Hęc rebus oibus: quæ pene ſunt ĩnnumerabiles/impoſuit nomina/diſſipatos in montibus/ac ſiluis homines cŏgregauit: & ad uitæ cŏuocauit ſocietatē: ſonos uocis: q ĩfiniti uidebant̃: paucis litterarū notis terminauit. Errantiū ſtellarū curſus notauit. Multiplicium artiū uarietatē ĩuenit: Muſicæ harmoniæ cŏcentū: & uariā ſonoꝝ tēperationē ꝓſpexit: & ĩ qbuſdā uſq; adeo ꝓſtāti mĕte hoībus ualuit/ut diuinitatis ſimilitudo ĕt manifeſtiſſima ꝓferatur. Cuius rei teſtis ē Archimedes ille Siculus: q ſeptēꝫ errantiū ſtellarum motus/ita in ſpera illigauit: ut tarditates & celeritate diſſimiles motus una regeret: ac moderaret̃ conuerſio. Effecit idē: quod is qui in Timęo mundū ædificauit Platonis deus. Quod aūt in hoc mundo ſine Deo fieri non potuit: idē ſine diuino ingenio minime Archimedes imitari potuiſſet. Quod dū aſſecutus eſt/facile oſtendit ſimilem ſe habere eius animum: q præclara illa ſit fabricatus in cælo. Sed qd nō ne æternorū natura capax/atq; ĩmortalisꝫ: & ipſa quoq; ſempiterna ſit: atq; ĩmortalis? Nihil Plato/nihil itē. M. Tullius eē putarūt. quod ipſiꝫ oriat̃ atq; ĩtereat. Veꝝ id ſolū quod qdē ſēp tale ſit: q̄le Gręci ideā appeliāt: nos Cicerōe teſte/alias ſpēꝫ/alias formā nocitamus. At ideas qdem mens noſtra intelligentia: & cogitatione cŏplectitur: & uniuerſales illas rerū ſpecies: ſiue iu ſingulis poſitas: ſiue præter illas aliud qddam: quod & ſeorſum exiſtat: & ſeorſum quoq; in mentis noſtre agitatione uerſet̃. Quod utiq; incorruptibile ab in corruptibili mente percipitur. Huic uero ſoli in hiſce inferioribus/ſapientia id eſt diuinarū: & humanarū rerū eſt tributa cognitio. Quā ĕt abſolutā Philoſophia duce: quæ diuinū: uel donum eſt: ut ſentit Plato: uel inuentum: ut ait Cicero: & ſi difficulter tñ comparare poſſit. Viget mirum in modū: ĩcredibiliter ſapit: præclara inuenit: uniuerſa/ac ſingula contĕplat̃ ĩnumerabilia meminit animus. Quis dubitet igitur: ſi nō deū: quod auſus Euripides eſt: at diuinū ſentire animū: & cæleſtem uim eius: atq; naturam? Recte itaq; Cicero hanc ſententiam in cŏſolatione exprexit: & in Tuſculanis diſputationibus repetiuit his uerbis. Animorum in terris inueniri nulla origo poteſt. Nihil eſt. n. in aīs mixtū: uel concretuꝫ: aut quod ex terra natum/atq; fictum eſſe uideat̃. Nihil ne aut humidū qdem: aut flabile: aut igneum. His. n. in naturis nihil ineſt: quod uim memorię: mentis: cogitationis habeat: & quod pręterita teneat: & futura ꝓuideat: & cŏplecti poſſit ꝓſentia: tq̄ ſola diuina ſunt: neq; ĩuenietur unq̄ unde ad hoīes uenire poſſint niſi a deo. Singularis igit̃ ē quędā natura/atq; uis aī ſe iūcta ab his uſitatis: notiſq; naturis. Ita qcqd ē illud qd ſentit: quod ſapit/quod uiuit/quod uiget: cæleſte: & diuinū eſt. Ob eamq; rē ęternū ſit neceſſe eſt. Nec uero Deus ipſe: q intelligit̃ a nobis: alio mō ĩtelligi poteſt: niſi mens ſoluta: & libera: ſegregata ab omni cŏcretione mortali oīa ſentiēs: & mouēs: ipſaq; prędita motu ſempiterno. Hoc ex genere: atq; eadē natura eſt humana mēs. Illa deinceps perſcite adducitur: ut Deus: quē certe nemo uidit unq̄: ex ămirabilibus eius cognoſci operibus: quæ ĩnumera ĩ cælo: quæ ĩ terris patēt: ſic ex reꝝ memoria: atq; ĩuĕtione: ex celeritate motus/omniq; pulchritudine uirtutis uim diuinā mĕtis agnoſcit. Sꝫ qcqd ē: quod aliqū pereat: ob eā rē fit: quod qppiā ul' mixtū/ul' cŏcretū/ul' copulatū/ul' coagmētatum/uel duplex cŏtineat: quoꝝ cū nullū ĩ aīo ſit/neq; ſecerni/neq; diuidi/neq; diſcerpi/neq; diſtrahi/neq; deniq; ullo mō ĩterire poſſit: ſi eſt ĩteritus nihil aliud: q̄ ueluti diſceſſus: ſecretio: dirĕptus earū partiū: q ante ĩteritū/iūctiōe aliqua tenebant̃. Quę qdē ratio Socratē cŏpulit/ut nec ſupplicium capitis deprecaret̃: & emori: ad meliorē uitā ꝓfecturus: q̄ diutius uiuere mallet: Preſertim cū diſſeruiſſet duas eſſe uias: duplices e corpore excedĕtiū animorū curſus/ut q ſe humanis uitiis cŏtaminauerint: & turpiter/ĩprobe/flagitioſe uixerint: his demū quoddā pateat iter ſecluſum a beatorū cŏcilio: q aūt ĩtegros ſe: pios: caſtoſq; ſeruauerint: & quoad liceret ĩ corpore: ꝓter corpus ętatē dĕgerint: iis ad eos cŏmigrandū ſit: quoꝝ uitā ĩ terris fuerint imitati. Vt boni: & ſapiĕtes uiri: quod facere Cignos Phyſici ꝓibēt: q quo ꝓprius a morte abſint: eo iucūdius modulant̃: cū cātu: & uoluptate mo-

rianť:diſſolui cupientes meliorē uitam aſſecuturi.Eiuſmodi &.M. Cato fuiſſe ꝓhibeť:q e corpo-
ris tenebris ultro ſolutus mortē:quæ a nobis uita diciť:uerus eſſe exiſtimauit: & quam pleriq; tan
topere expetendaꝫ arbitrantur:per ſpicue contemnendam putauit . Studioſi uirtutis-ac ſapientię
uiri non modo nō inuiti moriuntur:ſed ita uiuunt quoq;:ut perſępe moriantur:eo uidelicet mortis
genere-quod Philoſoporummaxime proprium eſt-ut a uoluptate-ut a corpore-ut a rebus omni-
bus:quæ corpori famulantur: a nimum ſe uocantes:& a conſuetudine abducētes:cogant animum
ſecum eſſe:& cum plura:& ea quidem præclara agere:cum longius ſeſe a corporis ſocietate diſiun:
xerit . Ita & Marcus Tullius: & ante Ciceronē Plato totam philoſophorum uitam : commenta-
tionem mortis dicere ſoliti ſunt . Non igitur iniuria redarguatur Dicearchus peripateticus : qui
tantę diſciplinę principis in hoc inconſtanter ad uerſatus ſtatuerit animos eſſe mortales. Iure impro
betur Panętius in hac una de imortalitate animorum ſententia a Platone diſſentiens: quē oīum tū
ſapientiſſimū-tū ſanctiſſimū eſſe putauit. Sed illi quoq; reiiciantť:q ſeparatos a corporibus animos.
diu manere arbitrāť:ſemꝑ uegant. Dant hi qdem-quod difficillimū i hac tota queſtiōe eſt:fateturq;
poſſe animū manere uacantem corpore:quod porro creditu facile: ſuperiore cōceſſo cōſequens diſ
fiteanť:cū diu ꝑmanſerit aiūs.ne intereat.Qui cum non ſatis acute philoſophari uideanť:merito ab
hac-de animi imortalitate diſputatione repelluntť. Terreſtre oraculū aſciſcitur Socrates:q intelligēs.
pręclare actum iri poſt uitę huius labores cum iis præterum:q iuſte uixerunt:mortem cū liceret effu
gere noluit:quaſi meliorē ſortē adepturus.Et q pulchrum:ac fauſtū putaret adire ſummorū uirorū
cœtum:q multi per ſuperiora tēpora ex hac uita migraſſent:adireq; beatoꝝ conciliū:ēt cū uolupta-
te corripuit mortiferę poculum ac nihil uenenū reformidauit quaſi relicturus mala: quæ innumera i
hac uita uerſanť:ueri boni portum aſſecuturus.Quo neceſſe eſt mortalem hanc uitam carere uiuen
tes.Quod idem fecisse fertur Theombrotus ille Ambraciotes:quem ait Calimachus non ignobiliſ
auctor:cū ei nihil accidiſſet ad uerſi lecto Platonis libro:e muro ſeſe dediſſe ꝑcipitē.Addit.M.Tul-
lius clarorū uirorū exempla:quorum Dux Spartiataꝝ Leonidas ad Thermopylarū anguſtias ad
mortem ꝓ patria ſubeundam cōmilitones hortatus. Pergite:inqt:forti animo Lacedęmonii apud
inferos cenaturi.Quāq̄ innumerabiles alii afferri poſſunt uiri ſapientia: & gloria celebres: q contem
pſiſſe noſcanť mortaleꝫ uitā:ut futuram:atq; imortalem aſſequerentur.Sed quid Imperatores præ
cellere opus eſt:qbus pro animi magnitudine-nihil difficile:nihil arduū uideri ſolet!. Legiones in
terdum:ſi ſummis Hiſtoriarum ſcriptoribus credimus:in ea loca alacres ſunt ꝓfectę:unde ſe mini-
me redituras arbitrarenť:futurā animoꝝ imortalitatē cōiicientes.Nō ꝑtermittunť a Cicerōe eiuſdē
hoīs teſtes Biton: & Cleobis:q matrē Argiā Sacerdotē-in Iunonis tēplū curru traxerūt: id quod nō
modo Herodotus primo Hiſtoriarum libro meminit:ſed & Valerius Maximus grauis auctor: & ꝓ
ſumma in parentē pietate:quod maximū homini a deo dari poſſit:ſortiti ſunt mortē. Triphonius:
& Agamedes-quod.Apollini tēplū Delphis ædificaſſent:pręclarā tanti operis:ac laboris mercedeꝫ
a deo ipſo accepiſſe ferunť mortē.Quod ea Apollo-is q prę cœteris diuinationi ꝑfectus eſſet:nihil
melius homini eſſe putaret:futurā uitā auguratus.Ita quæ & mortē.Laudare Silenus uiſus eſt:qui
captus a Mida Phrygū Rege Gorgii Bubulci filio:q oīum pene Regum opes ingenti externarum
rerū affluētia ſuperaret:magni muneris loco docuit eum:bonum eſſe mortalibus:q̄ ociſſime mori.
Alii prætera idē ſentientes:mortem laudauerunt:in qs Crantor ſtoicus: quē Cicero i conſolatiōe
ſecutus eſt:ſed & laudationem mortis Rhetor ſcribit Alcidamus.Nec ſine certa ſpe imortalitatis cla
re ꝓ patria oppetitæ mortes: & glorioſę Rhetoribus: & beatę ēt uideri ſolent: & tantopere ꝑdicantur
Erithei Athenienſiū Regis filię:quæ cupidæ pro uita ciuium mortē experiuerunt:Codrus dux item
Athenienſium:q parens oraculo:in medios ſe imiſit hoſtes: & locum fecit oraculo.Prætera Mene
cheus:q pro patrię ſalute cecidit: & illi ſuum largitus eſt ſanguinem. Tum Iphigenia Agamenonis
filia:quę ſe Aulidę duci imolandā prębuit:ut hoſtium cruore ſuo eliceretur.Celebrant ueteres Græ
corum hiſtorię:Armodium:atq; Ariſtogitona:Leonidā:Epaminundam . Sed abundant Romani
exemplis-eorum-qui ultro ſeſe morti optulerunt.Imprimis Decii pater-filius-nepos. Curtius is:q
in apertuꝫ terrę hiatum ſe equo inſidens coniecit.CN.&.P.Scipiones-qui in Hiſpania perierunt:
& Charthaginenſium ad uentum corporibus ſuis intercludendum putarunt: Innumerabiles alii:
quos & longum referre ē: & illuſtres gloria ſponte patere arbitramur.Et hęc quidē omnia: ut intel
ligant omnes ſuppremum illum uitæ diem-non extinctionem uitę.ſed loci potius mutationē affer-
re. Vt quem imperita multitudo-& inſanum uulgus mortis diem horribilem-ſapientiſſimus-atq;
optimus quiſq; lætū ac fauſtū putet.Sitq; ob id mors portus quiſpiam habendus potius. & ꝓfugiū
paratum-poſt uaria uitę mortalis diſcrimina: & magnos labores-q̄ malū-cladeſue mortalibus. His
igitur Cicero pręcipue rationibus-in quæſtionibus Tuſculanis immortalitatem animorum explica
uit:ſed eam ipſaꝫ pluribus locis-non minus grauiter:ac ſplendide eſt proſecutus.Itaq; i libris:quos
de republica elegantiſſimos edidit:quorum textus: & is quidem unus-atq; ultimus extat multifariā
animorum incorruptibilem ſubſtantiam:atq; immortalitatem aſſeuerat. Quo quidem i loco potiſ-
ſimum qualis reſpublica a maioribus eſſet inſtituta-diſeruit cūq; ſuperioribus quinq; libris-de Iuſti

ta uberius locutus eſſet:quę una maxime ciuitatem continet:populos ſeruat:ſtabilit rempublicas
hoīum conciliationē metur:quo eius uirtutis/& cultę prēmia:& ſpretę ſupplicia demonſtraret:do/
cet Iuſtitiæ fructū/nequaq̄ cū uita hoīs terminari:ſed ſuperſtitem potius durare:& ita aīam poſt ani/
mal non perire.Quare aſſerta immortalitate/habitum poſt corpus aīorū/Platonē imitatus oſtēdit.
Proinde locorum ſignificatur diſtinctio:quę e mortali uita migrantibus ea lege debeatur:quam
ſibi quiſq; uiuendo ſanxerunt. Hinc Scipio ſuperior per uiſum recte:quem uehementer amabat:
Scipionem Aemilianum hiſce uerbis alloquitur.Quo ſis Aphricane alacrior ad tuendam rempu/
blicam:ſic habeto.Omnibus/qui patriam conſeruauerint/adiuuerint/auxerint/certum eſſe in cœ/
lo definitum locum:ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Vere autem uiuere idem Aphricanus ait:
eos/q e corporū uinculis/tanq̄ e carcere euolarūt.Quod noſtra hęc:quę dicit̄ uita:mors ſit potius.
Repe ec autē liberos corporibus aīos/unde profecti ſunt:cœlū/dari hoībus profeſſus aius ex illis ſem
piternis ignibus:quæ ſidera uocamus/& ſtellas/ad cultum iuſtitiæ cohortatur/& pietatis/maxima/
rum uirtutū:p quarum alterā diuinitatis honori per alteram hoīus generis ſaluti/& cōmuni utili
tati proſpicitur:p utranq; uero facilis/atq; expeditus patet in cœlū aditus.Ac paulo poſt/ęthereā & ele
mētarē quodāmodo regionē partitus cū ſeptē ordine errantes/& uagas ſtellas enumeraſſet:quaꝝ
Lunā in īfimo orbe cōſtituit pulchre/adiecit/īfra nihil eē/niſi mortale & caducū:pter aīos/munere
Deorū/hoīum generi datos.Supra Lunā aūt æterna eſſe oīa.Quod aūt docti hoīes/neruis & canti
bus cœleſtē armoniā imitati Muſicoꝝ ſonorū ratione/ac uarietate excogitauerunt:facile aperiunt
cœleſtē aīorū originē:ut ppea cœleſtia ſemp ſpectare oporteat/humana contēnere:quę fragilitati
obnoxia nō modo nō æterna:ſed ne diuturna quidē eſſe poſſint.Per q̄ ſcite igitur ad æternā cœlo
rum ſedē/cogitationē uertendā ſuadet Aphricanus:& īmortalitate pbata aīoꝝ/idem quod in Tu
ſculanis diſputationibus repetit:nepotē hiſce uerbis affatus Sic habeto/nō eſſe te mortalē:ſed cor/
pus hoc.Nec.n.tu is es:quē forma iſta declarat.Sed mens cuiuſq; is eſt quiſq;:nō ea figura:quę di
gito demonſtrari pōt.Et cōtinuo Deum/inquit/te ſcito eſſe:ſi qui uiget:q ſentit:q meminit:q pro
uidet:q tā regit/& moderatur:& mouet id corpus/cui ppoſitus ē:q̄ hunc mūdū ille priceps Deus.
Vt nō abſq; rōne Phyſici ueteres mundū magnū hoīem/& hoīez breuē mundū dixiſſe.Addit idem
eo.M.Tullius:& ut ipſe mundus ex q̄dā parte mortalis/ipſe Deus æternus:ſic fragile corpus aīus
ſempiternus mouet.Tum ex Phædro Platonis eandē rōnem ſubnectit:quā uno ſyllogiſmo in hunc
modū nōnulli Platonici cōplectuntur.Animā ex ſe moueri:quod ex ſe moueatur principium mo
tus eſſe:natū non eſſe:īmortale eſſe:igitur aīam īmortalem eſſe.Liquere.n.affirmant:ęternū eſſe:
quod a ſe ipſo moueatur:& hāc naturā animis plane eſſe tributā Quę cū ſit una ex omnibus:quę
ſeſe moueat:neq; nata certe eſt:& æterna eſt:aiebat Plato.Porro ad ſapientis cohortatur officium:
& probe ſuadens Aphricanus:Hanc tu/inquit/exerce in optimis rebus.Sunt aūt optimę curę de ſa
lute patriæ/quibus agitatus & exercitatus aius uelocius in hanc ſedē & domū ſuam puolabit.Idq;
ocius faciet:ſi iam tum:cū erit incluſus ī corpore eminebit foras:& ea quæ extra erunt/contēplans
q̄ maxime ſe a corpore abſtrahet.Nanq; eorū animi:qui ſe corporis uoluptatibus dederūt:eorūq; ſe
quaſi miniſtros præbuerunt/impulſuq; libidinū uoluptatibus obedientium Deoꝝ:& hoīum iura
uiolauerunt/corporis elapſi/circum terram ipſam uolutantur:nec hunc in locū/niſi multis exagita
ti ſæculis/reuertuntur.Paucis uerbis multa:& ea quidē magna complectit̄ p q̄ breuiter:ſed graui/
ter certe/& accuratiſſime diſputata:de ſumma aīorū pręſtantia/origine/īmortalitate:& q̄ p uaria
uitę ratione debentur diſtinctione locoꝝ:quę quidē magna ex parte a Platone ſumpta/ornate/ac
ſplendide a ſummo latinæ ſapientiæ auctore expoſita/atq; explicata ſunt.Cui cū firmiter aīorū im/
mortalitas foret explorata/eam ipſam pluribus locis/magno ſtudio/ſummaq; induſtria roborare
contendit.Hinc ſunt illa in Catone Maiore. Nunquaz digne ſatis laudari poſſe Philoſophiam:cui
qui pareat omne tēpus ætatis ſine moleſtia degere poſſit:quod Philoſophia duce/ueritas eluceſcat:
illa imprimis per quam animorum īmortalitas inoteſcit:quæq; & firmiſſimis rationibus & perſpi
cuis declaratur exemplis.Nihil eſt eniz/quod tam permulcere ſenectutem poſſit/q̄ intelligere:& ui
tę huius fragilitatem & fœlicem animorum poſt mortalem hanc uitam/ſortem paratam iis/qui re
cte & cum uirtute uixerint.Itaq; in eodem aureolo libello/quum dicit Deum nihil homini mente de
diſſe omnino præſtabilius:& eandem diuinum munus appellat:Deum plane creatorem ſignifi/
cat:a quo homini inſpirata mens eſt:quę mortali corpore abſoluta/quaſi ad ſuam originem/unde
profecta eſt:Deum inquam remigrare uideatur.Fruſtra ſollicitari ſenem oſtendit.M.Cato uir il/
le ſapientiſſimus:uel potius Cicero:ob mortis appropinquationem:quæ quidem a ſenectute lon/
gius abeſſe non poſſit/mortem contemnendam putat uitę melioris ianuam:quę eo ſit animum de
ducturaubi ſit futurus ęternus.Recte etiā Enniū cenſuiſſe:nō eē lugēdā mortē:quā īmortalitas
cōſequat̄.Claros uiros memorat:ſpōte q̄plurimos mortē oppetiſſe:& uel legiones/ac numeroſos
frequēter exercitus ī eū locū pgreſſos alacri/atq; erecto aīo:ūde plane reditū deſperent.Cūq; prę
ſtātes uirtutis laude uiros/q ſoluti eēnt corpoꝝ uinculis/uiuere cōteſtatus eēt;& eā quidē uitā:quę

uere uita nominanda eſt/pulchre illa ſubiecit. Atq̧ eſt/inquit/animus cœleſtis ex altiſſimo domici/
cilio depreſſus: & quaſi demerſus in terram: locũ ſcilicet diuinę naturę/ęternitatiq̧ contrarium. Sed
credo Deos imortales ſparſiſſe aios i corpora humana: ut eſſent: q terrã tuerent: quiq̧ cœleſtiũ or/
dinẽ contẽplantes imitarent eum uitæ modo/atq̧ cõſtantia. Quibus plane uerbis/& aiorũ e cœlo
fluentiũ declarat origo: & ſapientis i hac mortali uita munus oſtendit: nos aũt ad ꝓbandã aiorũ
imortalitatẽ/nõ ſolũ rõne ac diſputatiõe cõpelli: ſʒ etiã ſummorũ philoſophorũ auctoritate: ac teſti
monio confirmari. Pythagoræ imprimis Pythagoreorũ: quos Italicos philoſophos nominarẽt: qui
utiq̧ nunq̃ dubitarint: quin ex uniuerſa mẽte diuina delibatos aios haberemus. Quid Socrates is:
q uir oĩus ſapientiſſimus Apollinis oraculo iudicatus: nõ ne ſupꝛmo uitæ die fuſius: q̃ unq̃ alias cõ
ſueuiſſet/de aiorũ imortalitate diſſeruit! Quid illa! Qui pulchre! Sic mihi pſuaſi: ſic ſentio: cũ tanta
celeritas animorũ ſit: tanta memoria præteritorũ: futurorũ prudẽtia: tot artes: tot ſcientię: tot inuen
ta nõ poſſe eam naturã/quę res eas contineat/eſſe mortalẽ. Cumq̧ aius ſemp agitet: nec principiuʒ
motus habeat: qa ipſe ſe mouet: nec finẽ quidẽ habiturũ eſſe motus: qa nunq̃ ſe ipſe ſit relicturus.
Et cũ ſimplex animi natura eſſet: neq̧ haberet i ſe quicq̃ ammixtũ: neq̧ diſpar ſui/atq̧ diſſimile nõ
poſſe euʒ diuidi: quod ſi nõ: nõ poſſe interire. Sed qd apud Xenophantẽ moriẽs Cyrus generoſus
Rex ille Perſarũ maior: nõ ne eandẽ ipſam de imortalitate ſententiã maxime roborauit: qum illa di
cit: quæ eodẽ loco explicant his uerbis. Nolite arbitrari o mihi chariſſimi filii/me qum a uobis diſ/
ceſſero: nuſq̧ aut nullũ fore. Nec. n. dũ eram uobiſcũ/aium meũ uidebatis: ſed eum eſſe in hoc cor
pore ex iis rebus: quas gerebã/intelligebatis. Eundẽ igit eſſe/credito: etiã ſi nullũ uidebitis. Nec
uero claro e uirorũ poſt mortẽ honores pmanerẽt: ſi nihil eorũ ipſorũ animi efficerẽt: quo diutius
memoria ſui teneremus. Mihi nunq̃ quidẽ pſuaderi potuit/aios/dum i corporibus eſſent/uiuere:
cũ exiſſent ex iis/emori. Nec uero tum aium ẽẽ inſipientẽ: qum ex inſipiente corpore euaſiſſet. Sed
cũ omni ãmixtione corporis liberatus/purus/& integer eſſe cœpiſſet: tũ eſſe ſapientẽ. Atq̧ etiã qum
oĩs natura morte diſſoluit/cæterarũ rerũ pſpicuũ eſt: quo quęq̧ diſcedant. Abeunt. n. oĩa/unde or
ta ſunt: aius aũt ſolus: nec qum adeſt: nec qum diſcedit/apparet. Iam uero uidetis: pſequit Cyrus:
nihil morti eſſe tã ſimile/q̃ ſomnuʒ. Atq̧ dormientiũ animi maxime declarãt diuinitatẽ ſuã. Multa
eni quũ remiſſi/& liberi ſunt/futura pſpiciũt: ex quo intelligit/quales futuri ſint: qum ſe plane cor
poris uinculis relaxauerint. Quare ſi hęc ita ſunt/ſic me colite/ut Deũ. Hęc uero poſteriora/& pau/
cula: quæ ex ea orõne reliqua ſunt/idcirco adieci: quo certa affirmandi conſuetudinẽ/& perſpicuã
rerũ ſcientiaʒ: quę ſua ſolius Dei iure credat/arroganter ſibi uendicantiũ/temeritatẽ aſpernaretur.
Numerat exinde p Catonis uocẽ Cicero ad domeſtica exẽpla conuerſus: præclaros/qui tum multi
apud Romanos extiterunt uiros/nunq̃ tãta conatos: niſi animi notione percepiſſent/poſteritatẽ ad
ſe pertinere: & idcirco a præſtantibus uiris ſuſcipi multos/ac magnos/& diurnos/nocturnoſq̧/do
mi/mil neq̧ labores: quod nõ iiſdẽ finibus gloria: qbus uita terminet. Sʒ miro quodã modo natu
ra ipſa duce/erigẽs aius ipſe ſeſe/ita ſe cõparat: ut cũ uita exceſſerit/tũ deniq̧ uere uicturũ exiſtimet.

Augustinus Dathus ſcribere multo plura uolebat e. M. Tullii Ciceronis deprompta codicibus:
at ſęuo peſtilentię morbo correptus/media moriens diſputatione/conticuit.

Auguſtini Dathi Senenſis & Oratorũ & Philoſophorũ ſui temporis longe omniũ præclariſſimi
Liber Nonus incipit de animi imortalitate/ex ſententia Poetarũ.

MVltifariam/multorũq̧ p ora lucet ueritas: quæ tam & ſi multis ſæpe tenebris circũfun
ditur: latere tñ diutius nequit: & ipſa ſeſe e latebris promens/ſua ipſius ingenuis fulgo
ris claritate diſpiciendã pręſtat. Acres aios inuitat: ſplẽdida ingenia ſua ui allicit: altiſſi
mis ſponte ſua ſe mẽtibus ingerit: ultro diſcutiendã/ac pernoſcendã exhibet. Hinc oẽs
hoĩes natura ſcire deſiderant. Trahunt/adducũtur oẽs ad cognitionis/& ſcientię cupi
ditatẽ. Ad ueritatẽ indagandã/quo elegantiore nati ingenio/eo flagrantiore feruntur ſtudio. Ejus
ſolius quęrendæ/atq̧ inueſtigandę gratia: a puriſſimis pfectæ fontibus ueritatis ortę ſunt oẽs inge
nuę diſciplinæ: emerſit oĩs oĩum laudatarũ mater artium Philoſophia. Primã ac diuinã nemo eſt: q
neſciat. Quę cũ incorporea pleraq̧/& cœleſtia contẽplatur: tũ uel oĩum creaturaruʒ cõditorẽ attin
git Deũ. Phyſicã porro: quę naturæ ſecreta rimatur/naturaliũ rerũ inueſtigat cauſas: & occultiora
elementa diſquirit. Mathematicã pariter/quę numeros recenſet: quæ magnitudinẽ dimetitur: quæ
uocis & cantus interualla diſtinguit: quæ ſiderũ rõnem/atq̧ aſtrorũ motus obſeruat. Logicã quoq̧
ac diſſerendi uiaʒ/quę diſcreto reruʒ ordine/& rebus accomodatis uocibus/diffiniendo/diuidẽdo/
cõponendo/argumentãdo: uerũ falſumq̧ diiudicat: ſed eam præterea/quæ mores & uitæ inſtituta
cõplectitur: quę domos/& familias regit: quę populis moderatur: atq̧ hoĩum tuetur concilia: quę
item leges ponit: pœnas improbis: bonis pręmia ſtatuit: quę legibus cõſtituta luce orõnis illuſtrat:
ſapienti uoce hominum cœtibus/atq̧ implenda ſuadet: quę execratis facinoribus pręclara geſta im
mortalitati cõmendat: eam præterea diſciplinam/quæ hominum uitæ ac ſaluti proſpicit: ipſa quoq̧
quæ figmenta comminiſci uulgo putatur/& fabuloſa confabricari: ſi nõ Regio tramite: ſi non pro

rito curriculo/ac ſecretiore calle/& quibuſdã ueluti cuniculis ingreſſa/ad calces quoq; ueritatis intendiſ. Itaq; & diuus Thomas in iis cõmẽtariis:quos i Ariſtotelis poſtremos Analeticos edidit:cũ ronalis philoſophię partes enumeraret:quã Græci λογικει uocant:poeticã quoq; diſciplinã recenſuit:quod nõnunq̃ ſola æſtimatio (Thomas inqt) p quampiã repręſentationes i aliquã partẽ cõtradictionis inclinat. Quam qdẽ ad rem poetica excogitata perhibeſ. Quocirca iuſſi eſſe poetaꝝ arbitranſ ad pulchra/honeſta/pręclara p decorã quampiã actionẽ ducere/atq; pellicere. A quo haud quaq̃ alienũ eſt:quod Lactantius in diuinis inſtitutionibus tradit:ſtamens poetę ac Vatis officiuꝫ: ut uera i alias ſpẽs obliquis figurationibus cũ decore aliquo cõuerſa traducat:ut pleraq; uera ſint: quę Poetę cõcinũſ. Sed obtentu aliquo/ſpecieq; uelata. Idem.n.quod ipſe idẽ teſtaſ auctor:& Philoſophi & poetę ſcriptoresq; reꝝ antiquaꝝ tum humanis de rebus/tũ diuinis loquunſ. Neq;.n. Poetę:quod quidã temere affirmant:mẽtiri penitus cõſueuerunt:ſed figuris inuoluere/atq; obſcurare quæ dicant:ut eoꝝ mendaciũ in uerbo plerũq; potius q̃ in facto uerieſ. Philoſophoꝝ princeps Plato oſtẽdit i Phœdro:furorẽ quodã diuino corripi ſoleſ Poetas:atq; eius ſubiectas ſpẽs cũ uaticinia: qbus Apollo pęſſe ferebaſ: & diuinæ inflãmationis amorẽ:cui Cupido tũ myſteria/quę Libero cederent: & Poeticã ipſaꝫ/quã ſub Muſaꝝ numine cõtineri arbitrarenſ:ut idẽ ea rõne poetis cadat: quod pphetis:quod Sybillis:quod cæteris ſacris Vatibus uſu uenire pdiſ hic. M. Tullius qdã maximarũ reꝝ theſaurus/& Platonicę diſciplinæ pcipuus emulator/in Tuſculanis queſtionibus ſentire pfiteſ:ſeſe Poetã graue plerũq; carmen fundere nõ ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu. Macrobius aũt uir apprime eruditus in Saturnalibus Vetium cũ Auieno loquẽtẽ facit:& uel poetarũ gregem/pręſertim cuꝫ de numinibus/& rebus grauioribus modulantur:dicit ab adytis plerunq; Philoſophiæ ſemina mutuari. Quocirca.F. Quintilianus in inſtitutione oratoria/cũ de Muſica uerba faceret:q cũ ſtudiũ omne poeticũ coniunctũ eſt/atq; cõfuſum/antiquis illã tẽporibus plurimũ nõ modo ſtudii:ſed etiã uenerationis habuiſſe teſtaſ:ut iidem Muſici & Vates & Sapiẽtes iudicarenſ. Verũ nõ omne fabulaꝝ genus admittimus. Neq;.n.unũ dũtaxat repire eſt:ut ſcite Macrobius dixerit:neq; oibus philoſophiam fabulis repugnare:nec pmiſcue oibus acquieſcere. Aſpernari/quę conciliandę auribus uoluptatis excogitatę ſunt:uelut Syrenes fugiẽda uſq; in exitũ dulceſia:ciſce re:quę uel ad bonã frugẽ adhortari:uel ad diuinoꝝ myſteriorũ occultiorem ſpectare queant. Hac mente ductus Strabo/multa de Poetis/deq; eoꝝ laudibus locutus/aſſerit nõ delectabili ſoluꝫ:ſed & docendi quoq; gratia/confingi Poetaꝝ carmina:& ita poeticã ad recte uiuendi rõnem pertinere:ut conformandis hoium moribus/& aioꝝ affectionibus indicandis/res gerendas cũ iucunditate præcipiat:ut eodẽ Strabone teſte/Gręcoꝝ quondã ciuitates ab ipſis ferme incunabulis liberos i poetica diſciplina erudiendos curarent:nõ nudę (ut ait) uoluptatis:ſed caſtę moderationis gratia. Ita priſcis tẽporibus eoſdeꝫ habebãt & carminis auctores/& uitę magiſtros. Hinc Muſici cantus initio ſunt pfecti:eodẽ lyra/& tibiaꝝ moduli referunſ:eodem quę a claris poetis inter Regalia cõuiuia Heroum/ac Deorũ laudes ad cytharã canebanſ. Qui mos ductus a priſcis/& maxime Pythagoricis comprobatus/nõ temere laudatur. Nam dum uel Heroum/uel claroꝝ uirorũ ad cytharę pulſus ad lyrę modulos:ad tibię flatũ celebranſ pręconia/mortalium corda ad uirtutis imitationẽ/Poeticę ſuauitate concẽtus ardẽtius inflãmantur. Quod aũt ſolerti ſtudio doctiſſimus Quintilianus aduertit: Virgilius Maro/quẽ nullius expertẽ diſciplinę uiri nõnulli/etiã pereruditi/fuiſſe tradũt:Muſicã confirmat:cũ diuinarũ etiã reꝝ cognitione eẽ coniunctam:exemplo eius:q in Didonis conuiuio: quo Troianũ Ducẽ accipiebat/Aeneã canere induciſ errantẽ Lunã:Soliſq; labores. Poetici nanq; moris eſt:id quod dicere Cornutus ſolebat:nõnulla fingere. Sed ipſa interdũ fictio latentẽ cõtinet ueritatẽ:cũ ea ipſa p compoſita quędã/ac ficta pfertur. Quin etiã ſacrarũ ſepe rerũ notio ſub pio figmentoꝝ uelamine cõtegitur. Cum ſit igitur multiplex fabularuꝫ ratio/illas certe reiicimus:atq; explodimus:quę obſcœnis illecebris imperitę multitudinis auribus blandiuntur: & ſtultoꝝ aĩos turpi ac pnitioſa ſuauitate deliniunt:ubi pręſertim uerborũ obſcœnitati/notatarũ quoq; rerũ ſubeſt turpitudo:ut ſup molliculis interdũ epigrãmatibus/ac Priapi luſibus nauſeandũ uideaſ. Vana eiuſcemodi/ac ſalacia abhominamur figmẽta:qppe quę uirtuti inſidianſ:labefactare honeſtatẽ:corrumpere mores apta ſint:qualia optimus uitæ pceptor in Tuſculanis pcipue diſputationibus uehemẽter execratus ẽ Cicero. Hęc nos quoq; poemata/Ciceronẽ ſecuti/maxime deteſtamur. Illa nõ ſpernimus:quę occulta naturę:quę mirabiliũ reꝝ elemẽta/ac latẽtes cauſas pſequunſ:qualia apud Græcos Agrigentinus quondã cantauit Empedocles/celebri carmine. T. Lucretius noſter cecinit. Sed nec illa uſq;quaq; iprobamus:in qbus de religione:de cerimoniis:de ſacrorũ myſteriis multa produnſ:a qbus Heſiodus nõ abhorruit:cuiuſmodi multa de diuinis numinibus uetuſtiſſimus poetarũ dulce modulatus ẽ Orpheus. Verũ illa nimirũ cordi ſunt:quę hoĩum uitã probe conſtituũt:a turpitudine/ac flagitio abuocãt:ad uirtutẽ/ac decus hortãſ. Quo quidẽ loco iure laudanſ:quę nõ ab Heſiodo ſolũ:ſed a Teognide/ac Phocilide ſcripta ſunt:qualibus tum Pythagoras/tum omnis pythagoreorum cohors plurimum ſe oblectaſſe feruntur. Hinc luculenta illa A θεαμα τοισ λογσ & cætera quæ ſequuntur. Iubent imprimis uenerari cœlites:iuſiurandum tueri. Hoc qui faciunt: perinde ac quidam bene uiuendi Duces uitę hominum optime conſuluiſſe perhibentur:ut recte præceperit frugi Sophiſtes:ac dulcis rhetor Iſocrates:nullum præclarum poetam intentatum

relinqui oportere. Quando multorum Poetarum præcepta atq; ſententię plurimum ad rectam uiuendi ratioñe momenti conferre poſſint. Nõ igiť improbandus Strabo eſt: q cum. M. Tullio ſentiens ſummũ Oratori Poetam ſtatuit: Poetam neminẽ bonũ eſſe poſſe: niſi & uir bonus extiterit: Quod idẽ & Catullus confirmauit: cũ dixit Caſtũ decet eſſe: piũ Poetam ipſum. Perq̃ ſcite ni turpẽ caudã adiecilſet: & parũ pudicos uerſiculos comprobaſſet. Nõ temere priore ętate nihil Poetis putabatur illuſtrius. Nam recte. M. Tullius antiquiſſimũ e doctis oſtendit genus fuiſſe Poetaꝝ: quos & Lactantius cũ Cicerone & flore orõnis & ſentẽtię grauitate concors antiquiores Hiſtoricis oratoribus. cęteriſq; ſcriptoribus fuiſſe tradit: & ante natũ philoſophię nomẽ p ſapientibus habitos. Quod idem i libro quẽ de Philoſophis ſcripſit Diogenes Laertius ſentire uiſus eſt Orpheũ: Linũ: Homerũ: Heſiodũ: Epimenidẽ proferens: q & appellatione & opinione ſapientię magno haberẽtur i precio. Docti. n. priſcis tẽporibus uiri ante q̃ Pherecides Syrius ſolutã orõnes inuexiſſet: quę magna erant litteris mãdaturi ea numeris & carminibus pſequebanť: nõdũ ſubortis: qbus aiunt licere quicqd uelint. Quibus una cũ pictoribus Flacco teſte quidlibet audendi ſemp foret ęqua poteſtas. Hos caſta uetuſtas ſæpe reiecit: quos ſi redarguat Epicurus nõ ſit arguendus ipſe. Qui uero præclara & grauiſſima cecinerint multi apud uarias gentes floruerũt nõ modo Gręcię & Latii: ſed etiã Hebręi: Syrii: Caldęi generis. Iob ſingulari uir ſanctimonia myſtica effata aſtrinxit numeris. Salomon uitæ inſtituta carmine nõnulla pſecutus eſt. Ieremias opulentã ruiturã urbem: quaſi Elegis quibuſdam & flebili carmine deplorauit. Et cũ alii plures: tum unus oĩum primus: Dauid Prophetes diuina oracula ac maxima queq; ſacramẽta Decachordo pſalterio cecinit. Hic pluſq̃ aut Pindarus nobis: aut Flaccus habẽdus ẽ. Quod alludẽs ad neruorũ citũ diuus Hieronymus noſter diceř aliqñ cõſueuit. Quẽ cũ pſallentẽ haurimus: quã cytharã: quã lyram: quas fides p̃ huius dulcedine cantus: quã tibiã nõ cotẽnimus! Huiuſcemodi Poetas: ac Vates deſpicit nemo: præter eos forſitan: q ipſi oibus deſpectui ſint habendi. Hoꝝ teſtimonio etiã in maximis rebus ptractandis ſapientes ueteres ſæpenumero uti ſunt ſoliti. Quas ſæpe Platonis Homerus uerſabať in ore! In ſplendidis Ciceronis uerbis Euripides: cuius ſingulos uerſus ſingula teſtimonia eſſe putabant! Quoriens Ariſtoteles in ſuis acutiſſimis diſſertationibus nũc Plutarchũ nunc Agathona nũc Heſiodũ: ac pleroſq; alios Graiæ linguę Vates in mediũ teſtes ptulit. Sed qd referã alios! Nõne Hieronymus atq; Auguſtinus fulgida duo Chriſtiani dogmatis lumina perſępe maximaꝝ rerum explicationẽ Poetarũ uocibus uel exornare uel cõfirmare ſunt ſoliti! Eius imprimis: quẽ ego ſiquid forte iudicii eſt: Homero æquare nõnulli Gręcoꝝ doctiſſimi ẽt pręferre nõ dubitarũt. Nam Gemiſtos quidã doctiſſimus ętate noſtra Platonicus: q ſedente Eugenio in Latium uenerat ad ſumma Chriſtianę religionis obeunda negocia in Grę́cias remigraturus: ut q Maronis Virgilii & Mantuani Homeri diuinũ poema ac ſerio p Pegaſeum melos diligentius expendiſſet: cuꝫ multi adeſſent: & quideꝫ uiri nõ incelebres: i his Ioãnes Imparor Grę́coꝝ Palęologus his uerbis duos pręcipuos Vates cõtulit. ελω μὲν βασιλευ βελτίονα ἔχω ποιητήν και χρηστιμωτρον βιργίλιον τον λάτινον ἤ αὐτον τί μῶν μαιονιδην ομηρον. Sed ne in hac cõmemoratione diutius imorer: Paulus apoſtolus cœlitus inſtitutus: ac uere (ut Grę́ci dicunt) θεοδιδακτοσ cui ammirabili quadã & diuina rõne i cœlũ rapto cœleſtia ſunt reſerata myſteria nõ faſtidiuit poetaꝝ carmina: qui ex comico Menandro Senariolum i ſuã epiſtolã tranſtulit. φθειρουσιν ἤθη χρηστα ὁμιλιαι κακαί. Ex Epimenide uero cretenſi illa de Cretẽſibus. κρῆτεσ ἀει ψευσται κακα θηρία γαστερεσ ἀργαι: Nam quod plinius ille ſcriptor illuſtris dicere cõſueuit: Nullũ tam malũ librũ eſſe: qn aliqua ex parte pſit. Id ad ueteres poetas non abſurde traſferre liceat: quos cũ legentes remittẽdi animi gratia interdũ percurrimus: animaduertimus ſumma nõnũq̃ arcana ueritatis ſub fictarũ fabulaꝝ ſpecie fuiſſe complexos. Multa de Deo de ſacris beatoꝝ ſedibus: de inferis: de bonis maliſq; Dęmonibus: de aię natura: de pręclara humanę mentis origine atq; pręſtantia: de aioꝝ imortalitate: de eorundem poſt mortẽ ſtatu: quo merito alii beato ac ſempiterno fruanť æuo: alii ęternis cruciatibus torqueanť.

¶Pandere res alta poetarũ mente: & carminũ caligine merſas: inſtituentẽ Auguſtinũ Dathũ ſatia mors rapuit inuidioſa (ut arbitror) & indignata: quod nõ de ipſa potius q̃ de imortalitate pręcipua Lethi inimica: & ſibi apprime contraria tam magnifica & glorioſa conſcriberet.

¶Summi Theologi & Chriſtiani dogmatis defenſoris acerrimi Auguſtini Dathi Senẽſis liber decimus & ultimus icipit de Inferis: deq; triplice Inferorũ rõne: atq; Infernis & fluuiis & iudicibus: & deſcriptiõe pęnaꝝ ac domicilio beatoꝝ: primũ ſm ueteres: ac deinde uti Romana tecẽſet eccleſia: & Chriſtiana cõſtãter tenet: ac firmiter probat ſancta atq; intemerata religio.

VARIAS fuiſſe apud ueteres de Inferis ſentẽtias ãbigere nõ poterit: q euoluerit accuratius ueterum ipſorũ uolumina. Et alii Inferorum loca ſubſtulerunt: alii eſſe opinati ſunt: & diuerſis nominibus atq; appellationibus nũcuparũt. Hãc nos inueſtigationẽ cõtra impioꝝ hoiuꝫ dementiã hoc loco & copioſiſſi me fallo: & ſubtiliter perſcrutaturi ſumus. Prius uero fuerit ſatius opinionum uarietatem paucis perſtrinxiſſe. Sed primum ab

omni hac oratione faceſſat Seruius Grammaticus: qui Grammatice de rebus altiſſimis philoſo/
phari uoluit. Ita enĩ inquit/ſcribens in Virgilii Maronis æneiden. Lucretius ex maiore parte & alii
integre docent Inferorũ regna nec eſſe quidẽ poſſe. Nam locum ipſorum/quẽ poſſumus dicere
cũ ſub terris eſſe dicant Antipodes: in media uero terra eos eſſe nec ſoliditas paritᷣ: nec centrũ ter
rę: Quæ ſi in medio mundo eſt: tanta eius eſſe ꝓfunditas nõ põt: ut in medio ſui habeat Inferos: in
qbus eſſe dicitur Tartarus: de quo legitur. Bis patet in præceps tantũ: tenditq; ſub umbras: Quan
tum ad ętherea s cæli ſuſpectus olympum. Ac ſtatim infert. Ergo hanc terrã: in qua uiuimus: Infe
ros eſſe uoluerunt: qa eſt oĩum circulorꝫ infima: Planetarum ſcilicet ſeptẽ: Saturni: Iouis: Martis:
Solis: Veneris: Mercurii: Lunę: & duorꝫ magnorũ. Hæc Seruius. Quem una cum. T. Lucretio Epi
cureum eẽ ſinamus: ut nec credat/manere aĩos poſt mortẽ: & neget Inferorꝫ regna ſub terris repe
riri. Quod aũt moleſtius fit: et M. Tullius latini ſplendor eloquii/nõnunq̃ Inferos ſubſtuliſſe uiſus
eſt. Apud quẽ in Tuſculanis quęſtionibus Tricipitẽ Cerberum: Cocyti fremitũ: traiectionẽ Ache
rontis: enectum ſiti Tantalum: uerſantẽ ſaxum laborioſa conatibus Siſyphum: inexorabiles Iudi
ces Minoa/& Rhadamantũ: quę oĩa Inferorꝫ eẽ putantur/oſtendit Atticus Poetarũ & Pictorũ eſſe
portenta. Quod his artificibus teſte Horatio Flacco. Quidlibet audendi ſemꝑ fuit ęqua poteſtas.
Sed excordem eẽ affirmat: quẽ illa moueant. Atq; & poſt. M. ipſe: qui eodẽ in libro auctor diſputa
tionis inducitᷣ: cũ ſatis ſupq; Attici ſententiã pertentaſſet: & inferos quoq; falſos ẽe comprobaret:
inquiens. Animi qua in ſede maneant/qualeſq; ſint/rõne diſcendum eſt: cuius ignoratio finxit In
feros/eaſq; formidines: quas tu contẽnere nõ ſine cauſa uidebare. Illa quoq; uerba/quæ ex eodẽ li/
bro deprompta ſunt/tollere Inferos/& prorſus negare conſpiciuntᷣ. Terrorẽ mortis/& metum im
probans contra nõnullos Philoſophos hęc tandẽ adiecit. Quæ eſt anus tam delira: quę timeat iſta:
quę uos uidelicet ſi Phyſica nõ didiciſſetis/timeretis: Acheruntia tẽpla alta Orci pallida leti obnu/
bila tenebris loca? Et quaſi Inferorũ falſitas in promptu eẽt: in eoſdẽ acriter philoſophos inuehitᷣ.
Non pudet/inquit/phũm in eo gloriari: quod hæc nõ timeat: & quod falſa eſſe cognouerit? Tum
quoddã quaſi corollariũ infert/dicẽs. E quo intelligi põt: q̃ acuti natura ſint: q hęc ſine doctrina
credituri fuerint: quaſi hebetioris ingenii ſit illa credere: & doctrina/ac ratione diſcamus falſa eſſe.
Tale quiddã et. M. Piſo apud eundem Ciceronẽ ſignificare uidetur in quinto libro de Finibus bo/
norum & malorum. Nec uero dico eorum metum mortis: qui quia priuari ſe uitæ bonis arbi/
trantur: aut quia quaſdam poſt mortem formidines extimeſcant: aut ſi metuant/ne cum dolore
moriantur: idcirco mortem fugiant. Terribilem mortem omnibus Piſo arbitratur: quod per eam
natura hoĩs ſoluitur: non propterea quod ullę futurę apud Inferos formidines ſint poſt mortem:
& falſa ſint/quæ de Inferis perhibentur. Hęc & alia præterea nõ nulla contra Inferorum loca obiici
poſſint. Quæ ego admirans nõ nunquã ac tacitus repetens ipſe mecum/cœpi ueterum ſcrinia ri/
mari/ac perſcrutari diligentius: tandẽ uero triplex mihi apud eos de Inferis reperta ſententia eſt.
Prima: quę diceret Inferos eſſe corpora ipſa: quibus animæ includuntur. Secũda: quę traderet In
feros eſſe elementorum locum: quæ mutationi/ac uarietati obnoxia ſunt. Tertia: quę etiaꝫ ſub ter
ram Inferorum regna/& ſuppliciorum loca eſſe demonſtraret. Primam ſententiam declarat Ma/
crobius phũs non ignobilis: nec indiligens rerum inueſtigator: qui ſuper ſomnio Scipionis uete/
res ſacrarum cerimoniarum auctores teſtatᷣ: nihil putauiſſe aliud eẽ Inferos/q̃ ipſa corpora: qbus
incluſæ animæ carcerẽ fœdum tenebris: horrendũ ſordibus/& cruore patiuntᷣ. Hoc animæ ſepul/
chrum: hoc Ditis concaua: hoc Inferos uocauiſſe. Atq; ita fluuius obliuionis/quem Lethen uocant
Poetę/nihil eſt aliud q̃ error animæ obliuiſcentis: Phlegethon ardor irarũ/& cupiditatũ. Acheron
pœnitudo quædam: & triſtitia dictorum/atq; factorum: quibus agitatur humana uarietas. Cocy/
tus quicquid nos in luctum/lachrymaſq; compellit. Styx ſimultatum: atq; odiorum acerbitas. Pœ
narum quoq; deſcriptio non ambigue humanæ conuerſationis uſum exprimit. Et enim ut plane
perſpicuum eſt/alios conſcientia torquet flagitiorum: alios inexatuſta acquirendi auiditas cruciat:
quoſdam inconſtantię leuitas perdit: quoſdam miſerrima honorum contentio/atq; ambitio pre/
mit: Sunt/quos obſcœnarum uoluptatum uel cupido/uel ſordes nunquaꝫ reſpirare ſinit. Itaq; ut
prima illa oſtendit ſententia Inferorum locus non prorſus abſurde humanis corporibus aſſigna/
tur. Alteram diximus eſſe ſententiam eorum/qui exiſtimarent terras locum mortis/& Inferorum
uocari. Pleriq; enim Platonici (ut & ipſe non illocuples teſtis eſt Macrobius) Inferos non in cor/
poribus eſſe: id eſt non a corporibus incipere tradiderunt: ſed certam huius mundi partem Ditis
ſedem: hoc eſt/Inferos appellauere. Quare & mori animam uoluerunt/q̃diu ĩ terris corporis uin/
culis/& cuſtodia teneretur: uiuere autem cum compedibus corporis ipſius: & carcere ſoluta/ad
cœleſtes ſuperorum ſedes demigraret. A luna nanq; deorſum natura incipit caducorum: citra quã
(ut in ſexto de Republica oſtendit Cicero) nihil eſt: niſi mortale/& caducum preter animos diui
no munere hominum generi datos. At ſupra Lunam ſunt æterna omnia. Hoc idem Plutonis uer
bis ad raptam Proſerpinam apud dulciloquum Vatem Claudianum comprobatur: cum ſic ait.
Cuncta eius pariter cedent animalia regnis Lunari ſubiecta polo: qui ſeptimus auras Ambit: &
æternis mortalia ſeparat aſtris. Bene igitur Scipio Maior: qui in cœleſti domicilio pro Ciceronis

cõmento locutus eſſet ad Scipionem Aemilianum. Enimuero inquit: hi uiuunt: qui e corporũ uin
culis tanq̃ e carcere euolauerũt. Veſtra uero quæ dicit̃ uita mors eſt. Ex quo eſt illud fortaſſe Euri
pidis dicentis. Quis nouit: ſi uiuere quidem mori eſt: mori autem uiuere? Atq; hæc eſt ueterũ de
Inferis ſecũda ſentẽtia. Quid quod ne ſub terrã quidẽ pœnaꝝ locũ negauere eſſe: quẽ Tartarũ ap
pellamus? Prodeat teſtis in mediũ primus oĩum Plato quidã ueluti humanus Deus: cuius ſentẽtiã
de Inferis: q dubitãt: ii audiãt quę iñ phœdone: id eſt præclariſſimo libro ꝝ oĩuꝫ: quos edidit: ea de
re accuratius ſcripta ſũt. Ferũt unũquẽq; cũ deceſſerit (ait apud Platonẽ Socrates) ab eo Dęmone
qui uiuentẽ adhuc ſortitus erat: trahi in aliquẽ locũ: ubi oportet ſimul collectos iudicari: & poſt ſen
tententiam ad inferna ꝓficiſci: illo ducente: cui mandatũ eſt: ut hinc proficiſcentes ad illa loca tra
ducat. Ac paulo poſt. Eſt aũt uia nõ ſimplex: ſed nimirũ multi ſunt tramites: multiq; anfractus: ut
ex ſacris ritibus coniectari licet. Non ficta hæc: nõ cõmentitia ſunt: ſed a ſummo Philoſopho ſerio
tradita: q multos calles nihil ſignificare uelit aliud q̃ diuerſa aĩaꝝ: qum e corporibus ceſſerint loca
eſſe conſtituta: & alium piis locum: alium impiis definiri. Multa ſimillima ueri & de cœlo: in quo
beati habitare certo putant̃: multa item de craſſiſſimis improboꝝ regionibus audenter diſputat: il
ludq; de ipſo pœnarũ loco nõ obſcure ſubiecit: cuius in Phœdone in quo libro Socratẽ ꝓ ſua con
ſuetudine loquentẽ facit: hæc uerba ſunt. Eſt inanitas ꝑ eiuſmodi naturaꝫ unus aliquis ex telluris
hiatibus magnum ꝓfecto caſma: & ꝑ uniuerſam terram porrectũ: ut de illo ait Homerus dicens:
Longe nimis Barathrum ſtat ſub tellure profundũ. Quod ipſe alias & multi Poetaꝝ Tartarũ ap
pellant. Deinde addit. In hoc caſma uniuerſi cõfluunt amnes: rurſumq; inde effluunt. Paulo poſt
uero non Tartarũ ſolũ: ſed etiã purgatorium locũ liquido ac perſpicue manifeſtat. Itaq; deſcriptis
Infernis & fluuiis & paludibus in hunc modũ inquit. His ita diſpoſitis cũ ꝑuenerint defuncti in
eum locũ: quo Dęmon unũquenq; portat: primo illic iudicant̃: & q iuſte pieq; uixerint: & q ſecus.
ci igit̃ cõperiantur mediũ in uita tenuiſſe ſua quiſq; uehicula aſcendentes & ſup his delati ad pa
ludem deueniunt Acheruſiam: ibiq; habitant iniuriaꝝ pœnas dantes: & cũ purificati ſunt abſol
uuntur: & recte factorũ digna præmia reportãt. Atq; hęc ad purgatoriũ locũ ꝓculdubio referunt̃.
Continuo & Infernus ſubiicitur locus his uerbis. Si aũt ꝓp magnitudinẽ peccatoꝝ inſanabiles cõ
periantur: q ſacrilegia multa ac magna: qui cædes nefarias contra leges: q alia horũ affinia perpe
trati fuerint: hos quidẽ oẽs conueniens ſors in Tartarũ abiicit: unde nunq̃ egrediunt̃. Alia ꝑmulta
eodẽ in loco in eam ſententiã a Socrate diſſerunt̃: quæ recenſere nimis longũ ſit. At cũ & purgato
ria loca & Tartarũ explicauiſſet domiciliũ quoq; ſubiecit beatorũ: & fœliciſſimas ſedes: in quibus
probi hoĩes ac ſapientes molẽ exuti corporũ æuo ſempiterno fruunt̃. Quamobtem recte poſt lõ
gũ cũ Simia ſermonẽ hæc quoq; Socrates infert. Qui aũt egregia pietate uixiſſe inueniunt̃: ii ſunt
q ex his terrenis locis tanq̃ e carceribus liberati ad alta contendũt: puraq; ſupra terrã inhabitãt lo
ca. Hoꝝ uero ipſoꝝ quicũq; philoſophia purificati ſunt ſine corporibus in æternuꝫ uiuunt: & do
micilia quoq; puriora q̃ cæteri nanciſcuntur: quoꝝ pulchritudo nõ facilis dictu eſt. Illa quoq; uer
ba nequaq̃ digna ſunt: quæ prætereamus ſilentio. Qui myſteria inquit conſtituunt: admonent: ut
quicunq; nõ initiatus neq; expiatus ad Inferos migrabit: is illic iacebit in luto. Puri aũt atq; initiati
cũ illuc ꝑuenerint habitabunt cũ Diis. Quid item in Gorgia nõ ne uel Socrates qui inductus lo
quitur: uel Plato ſcribens tum inferoꝝ tum cœleſtis habitaculi manifeſtũ perhibet teſtimonium?
Hinc illa fere in calce libri aurea uerba ſunt: quã uoluit Socrates fabulã exiſtimari. Fuit lex ſub Sa
turno & nunc etiã eſt apud Deos: ut q hoĩes iuſte pieq; uixiſſent cũ e uita migrarent ad beatoruꝫ
inſulas proficiſcerent̃: ubi exempti ab omni malo in fęlicitate degerent: q uero iniuſte atq; impie
uixerint in punitionis ac pœnaꝝ carcerẽ quẽ appellant Tartarũ irent. Infra autẽ paucula ſubne
ctens eandẽ iterũ cõfirmat ſententiã. De Iudicibus infernis mentio illi erat. Itaq; ait. Iſti ergo mor
tuos iudicabunt in triuio: ex quo portãt uiæ altera ad beatoꝝ inſulas: altera ad Tartarũ. Atq; eo
dem in loco tyrannos Reges & Rectores ciuitatũ aſſerit: ꝓp peccandi licentiã maxime inſanabili
terq; delinquere. Atq inſanabiliter peccant eos ut in Phœdone declaratũ oſtendimus ad Tartarũ
proficiſci neceſſe eſt: unde nullus datur egreſſus. Illud præterea in Gorgia præclare dictũ eſt & ſa
pienter. Mori nullus formidat niſi oĩo ſtultus atq; ignauus. Iniuriam aũt facere formidat: multis
enĩ peccatis refertũ aĩum ad Inferos deſcendere maloꝝ oĩum ultimum eſt. Quibus uerbis etiam
ſempiternæ punitionis carcerẽ nõ obſcure ſignificauit. Sed iam ad Axiochuꝫ Platonis ueniamus.
Auctore Gorgia uiro magicis artibus erudito didicit Socrates æneas tabulas Deli aſſeruari: quas
fama erat ex oris hypboreis ĩ eaꝫ inſulã fuiſſe delatas. In his illa extabãt quæ ꝓpoſitæ ueritati pluri
mũ cõueniũt. Aĩos hoĩum cũ ex hoc corpore fœdo tenebris & ſordibus horrido migrauerint ad
ĩferos deſcẽdere ad mediũ terrę: quod centꝝ dicit̃: atq; hoc Ditis regnũ uocari: neq; id minus ãplũ
eſſe q̃ Iouis aulã. Nec multo poſt. Ante atrium uero Plutonis ſtare ueſtibulũ laminis ferreis corro
boratũ: quod circũfluunt & Acheron & Cocytus: Tum illa adiiciũt̃: quę & beatoꝝ ſedes & pęna
rum locũ ſine dubitatione manifeſtãt. Quos Demon optimus in uita aſpiraſſet: ii tranſmittunt̃ in
quit ad loca beatorum: quæ regio nulla aeris craſſitudine uitiatur: ſed pura ſalubris atq; ſincera in
oĩa frugũ genera fœcũda eſt: in ea curſus amniũ lenis ac fontes lucidis nitidiſq; profluunt aquis.

In ea portus: & prata floribus uariis perpetuo uere floreſcunt: in ea conſiſtunt philoſophorum ſcolæ: theatra Poetaꝝ: beatoꝝ chori/atq; cõuentus: in ea ꝑpetua armonia reſonat: quæq; iucũda celebrant cõuiuia: epulæ ſolẽnes: ac dulcis/ſuauisq; dieta: nec uiolẽto Sole torret: nec aſſiduis uentis: nec frigore nimio defatigat: ſed media inter utrũq; tẽperato calore mulcet: in ea eoꝝ cõſtituta ſedilia ſunt: quos uirtus/& bonitas reddidit beatos. Et q a Diis trahunt originẽ: & q dũ in humanis recte degerũt/ad Inferos deſcendũt. Mox de tartaro i hunc modũ. Atq; fœdã/turpẽq; uitã malis imbutam artibus egerũt: hos quidẽ eo peruẽni p Chaos & Erebũ: ubi coetus impioꝝ plectit. Hæc in Axiocho Plato: poſt quæ & poenaꝝ genera ac uarietates annectit: quæ apud Inferos neq̃uaq̃ falſo eſſe perhibent: quæ ſi pergã oĩa recenſere: latis uoluminibus opus ſit: nec modũ ullũ repiat oratio. Quo pacto uero i beatoꝝ delitiis: uel frugũ ubertates: uel uitidos amnes/ac lucidos fontes: uel prata floreſcentia: uel deniq; philoſophoꝝ ſcholas: ac theatra Poetaꝝ: reliquaq; huiuſmodi intelligi cõueniat: paulo poſt fuerit explicandi locus. Eſt igit magnis hæc ſententia munita præſidiis: tam claris auctoribus ſepta/Socrate/Platone/Gobria/gentis hyperboreæ teſtimonio/inſcriptione æneaꝝ tabularũ: ut uel apud barbaras/atq; imanes nationes/Inferoꝝ nota: atq; explorata ſit ueritas. Sed quoniã teſtimonia ueteꝝ: q de inferis aliquid prodiderunt: referre inſtituimus: illuc quoq; referat ſe oratio: Macrobius/qui alias lõge ſecus Inferos interpretari uideret/compulſus ueritate: hæc ſuper ſomnio Scipionis affirmare nõ dubitauit. Ac de Plotini Platonici ſententia: cũ conſtet: inquit: remunerationẽ animis illic eſſe retribuendã ꝓ modo perfectionis: ad quã i hac uita unaquæq; peruenit: nõ eſt præcipitãdus uitæ finis: cũ adhuc ꝓficiendi eſſe poſſit acceſſio. Porro adiecit. Nec fruſtra hoc dictũ eſt. Nam i archanis de aĩę reditu diſputationibus fert: in hac uita delinquentes/ſimiles eſſe ſup æquale Solũ cadentibus: quibus denuo ſine difficultate præſto ſit ſurgere. Animas uero ex hac uita cũ delictoꝝ ſordibus recedentes/æquandas his: q in abruptũ ex alto: præcipitiq; delapſi ſunt: unde nunq̃ facultas ſit reſurgendi. Id ſi ita eſt: ut qui peccatoꝝ mole premũt: comparentur iis: q poſt ruinam/nullas habẽt reſurgendi facultatẽ. Conſentaneum eſt dari eum locũ: quo cũ impii atq; inſanabiliter delinquentes ꝑuenerint: nullus pateat ad euadendũ exitus: quẽ Tartarum uulgo dicimus. Verum igitur Platoni: quẽ mortalẽ quendã Deũ fuiſſe tradunt: utrum inq̃ philoſophis fides maior habẽda eſt: an Seruio grãmaticæ artis ſtudioſiſſimo? Plato inferos conſtituit. Negat Seruius grãmaticus eſſe. Vtri magis adhibẽda fides eſt? Diſputat aciter philoſophans Grammaticus: & cũ de ſillabis & Tropis loqueret: de Inferis quoq; miſcuit ſermonẽ. Tandẽ uero cũ inter partes orõnis Inferos reperire nequiuiſſet: ſtatuit: ac iudicauit nuſquam oĩo Inferos eſſe. Itaq; ſup ſexto Aeneidos Virgilii/ his uerbis cõmẽtat. Poetice Virgilius dixit: Facilis deſcenſus auerni. Poetice & illud: Noctes/atq; dies patet atri ianua Ditis. Sic Grammaticus phũs Virgiliũ explanauit: q & ſi totus i grãmatica arte demerſus eſſet: tñ ueritate coactus non potuit: quin diuerſum tramitem bonoꝝ/atq; improboꝝ diceret eſſe: ſed nebulis quibuſdã circunfuſa eius acies caligabat in tenebris. Magnos philoſophos deprehendiſſe dicit bene uiuentium aĩas ad ſupiores circulos: id eſt ad originẽ ſuã redire: quod Lucanus Pompeio tribuit: ut uidit quãta ſub nocte iaceret/noſtra dies. Male uiuentium uero diutius in his ꝑmorari corporibus ꝑmutatione diuerſa: & eſſe apud inferos ſemp. Sed inferos non: quos eum oportebat/aſſeruit. Corpora ipſa Inferoꝝ loca uoluit eſſe: quod non ſatis cernere potuiſſet intra terram tam imanem: quẽ dicimus/& tam uaſtũ hiatũ: quem Tartarũ uocãt. Neq;.n. Inferi ſub terris eſſe queant (ut iſpe opinatur) quod uetere quadam occupatione/eas ſibi ſedes Antipodes uendicauerint. At neq; nos ſub terris Inferos collocamus: neq; Antipodas/aut ubi ſint: aut quo pacto aduerſa nobis urgeant ueſtigia/Seruius itellexit. Sed q potuit qui oẽs in litteratura triuit ætatem? Illud ſe credit dignũ dixiſſe Philoſopho: Tartarũ pati nõ poſſe terræ nimiã ſoliditatẽ/ac centrũ. Non legit Platonis Phędona. Nõ nouit ingeniũ terræ: quæ inanitates/& hiatus habet: & late/longeq; porrecta caſmata: quæ coetũ oẽm aĩaꝝ capere poſſint. Sed qd nobis cũ Grãmaticis? Quid de Seruii ſententia multa: q Maronis æneiden/hoc inq̃ loco non explanauit: ſed corrupit potius: atq; diſtorſit? Rurſum eoꝝ ſententiam referamus: q cũ magni uiri/& imprimis eruditi eſſent: Inferorũ ſedes ponere nõ dubitarũt. M. Varro Latii decus/quoq; etiam (ut ait Lactãtius) nullus ne apud Gręcos quidẽ uixit doctior: in libro de origine latinæ linguæ Templũ dici trifariam oſtendit: natura/auſpiciis/ſimilitudine. Et natura quidem templum in coelo dicebant ueteres: auſpiciis i terra: ſimilitudine uero ſub terra: quæ uidelicet loca Inferorum ſunt: quæ nos modo ſecundum ueterum etiam approbationem quærimus. Quid enim ſibi uult aliud templum ſub terra: niſi Tartarea regna & ſuppliciorum habitacula? Quocirca idem ipſe Varro ex Pacuuii Andromacha ſumpſit exemplum: ut Inferos eſſe id templũ manifeſtius explicaret. Ait enim Poeta. Acheruſia templa alta orci ſaluete Infera. Tria nanq; illa templa triſtega ſunt: & tripartitã mundi diſtinctionem/coeleſtium/terreſtriũ/atq; infernorum ſignificant: quæ ſub templorum annotatione a Varrone deſcripta eſt. C. Cęſar: ut nobiliſſimo Hiſtorico prodente cognouimus: cum in Senatu de coniuratis ageretur: ſerio neſcio/an callide dicere auſus eſt. De poena poſſumus equidem dicere id: quod res habet: in luctu atq; miſeriis mortem ærumnarũ requiem: nõ cruciatũ eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſoluere: ultra neq; curæ/neq; gaudio locum eſſe. O indignam Cæ-

ſaris dignitate ſententiam. Molliter/illiberaliter/turpiter in Epicureorū uanitatē lapſus eſt Cæſar.
At contra. M. Cato uir & ingenio magnus/& uirtute/ac doctrina præclarus/uerſute/ & cōmode il
lius confutauit errores/atq; in eodē Senatu. Bene/inquit/& cōpoſite. C. Cæſar paulo ante ī hoc or
dine de uita & morte diſſeruit: credo falſa exiſtimans ea quæ de Inferis memorant̄/diuerſo itinere
malos a bonis loca tetra/inculta/fœda/atq; formidoloſa habere. Quid eſt/quod apud ueteres me/
morabat̄! Profecto malos atq; īpios hoīes corporis ſolutos uinculis/loca tetra habere: & īculta di/
uerſo itinere a bonis: quæ q̄d aliud ſunt præter Tartarea regna! Cato igit̄ nō ſolū diuerſa loca atti
git: ſed etiā Inferoꝝ habitacula: de quibus dubitatio apud uulgares hoīes/ & imperitos maior eſſe
uideret̄: qualia forent/breuiter concinneq; deſcripſit. Loca tetra idcirco dixit: ut ſubterranea oſten
deret: & denſiore quadā opacitate tecta: ad quæ neq; lux ulla peruadere/neq; Solis ſplendor pene/
trare poſſit. Tenebræ. n. apud Inferos ſunt/atq; umbra mortis. Loca inculta ob id nominauit: ut in
eis oſtēderet oīa ꝑturbata eſſe/atq; cōfuſa: oīa aſpera/ & incompoſita: quod nō ullus ibi cultus/nul
lus prorſus ordo reperiri queat. Loca fœda eo dixit: quod apud Inferos putredinis & luti plena oīa
ſunt: quā fœditatem influentes amnes (ut ait Plato) & cœnoſæ paludes efficiant. Formidoloſa ob
eam cauſam appellauit: quod horreant oīa terrore ac formidine: ubi ſempiternus horror inhabi/
tat: ubi fletus & ſtridor dentiū infinitis ſæculis ꝑſeuerat. Itaq; hæc longe melius Cato q̄ Cæſar: qui
illud de morte haud recte ſenſit: in luctu inquiens/atq; miſeriis mortē ærumnaꝝ requiem/non cru
ciatum eſſe/eam cuncta mortaliū mala diſſoluere: ultra neq; curæ/neq; gaudio locū eſſe. Eruditius
q̄ Cæſar: multo eruditior Cicero: id/quod infra etiā referemus: impios uiros & parricidas ait etiam
apud Inferos pœnas parricidii dare. Poetas nolo in præſentia teſtes afferre: ne quaſi fictas fabellas
& cōmentitias canentes deſpiciant̄: & grauioribus ipſe ridicula uidear cōmiſcere. Hūc reliqua teſti
monia ꝓſequamur. Orpheum nō arbitror ſine cauſa deſcenſum ad Inferos periſcripſiſſe: eum inq̄
Orpheum: quē ſcimus plectis priſcoꝝ monumētis/eximiū fuiſſe philoſophū: patria Lebetris Thra
ciæ urbe/ſub proximo Macedoniæ monte Pieria: natum patre Oeagro/ac matre Calliope: Lini di/
ſcipulū ſumma eruditione/ac doctrina præditū. Inferos ꝓbaſſe Gymnoſophiſtæ: ideſt Indoꝝ ſa/
pientes uideri poſſunt: cū ob eam cauſā etiam ſapiētiores exiſtimarent̄: quod eſſent Infernalium
reꝝ peritiſſimi. Quid Magi Perſaꝝ: nō ne duo conſtituere principia: bonū uidelicet numē: & malū
illud Oromazam/ideſt Iouem: hoc Arimanium/ideſt Ditem uocantes! Nam ut teſtis eſt antiquiſſi/
mus Zoroaſtres: hi duo ſunt bonoꝝ malorūq; auctores: & alter ꝑ Zoroaſtris ipſius ſentētia/Deus
eſt reꝝ ſenſibilium: luci maxime ſimilis: alter Dęmon: quē tenebris/atq; ignorantiæ ſimilē eſſe dice/
bat: medium inter utrūq; eſſe: quē Mithram uocant. Is aūt eſt Sol: quē & licitatorē apud Perſas acce
ptimus nuncupari. Itaq; Magi cū Arimaniū poſuīt/& eius Regnū/id eſt Tartaꝝ affirmare uident̄.
Itaq; & abhominabilia quædā: ac triſtia dona Arimanio litabant: atq; herbā quandā/quę Omomi
dicit̄/contundentes/infernū ac tenebras inuocabant. Magna ꝓfecto habēda hæc deliramēta ſint:
ſed ad confirmationē Inferoꝝ/nōnullam nobis coniecturā præbent. Qui uero Magicæ diſciplinæ
rationē profitent̄: aſſerūt citare ſeſe certis carminibus ab Inferis aīas: quę & adſint: & humanis ocu
lis ſecōſpiciēdas præbeant: & loquant̄: & futura prædicāt: id/quod ī ſeptimo diuinaꝝ inſtitutionū
libro etiā Firmianus retulit. Nōnulli etiā Epicurei: in quis Iſaac Iſraelita: Heſiodus: Cecina: atq; At
talus īmortales conſtituentes aīos/orbem triſtem/atq; umbroſum cōmemoraſſe reperiunt̄: ad quē
poſt mortē obſcœnis ꝑturbationibus infecti animi deprimerent̄: q̄ locus non obſcurā Inferoꝝ ſi/
gnificationē continet: quā ſententiam ī libro de Origine & natura animæ illuſtris ac nobiliſſimus
phūs Albertus ꝓſecutus eſt. Ipſe etiam Seruius ueteres quoſdam ſenſiſſe oſtēdit: ut Inferi in medio
terraꝝ eſſent: teſtem aūt Iuuenalē uocat iis uerſibus: quos & nos ipſi paulo poſt afferemus. Sed q̄d
de Cicerone dicēdū ſit! Pace eius dixerim: uereor: ne nimiū ſæpe ui debeat illis uerbis: q̄bus ſe in
q̄nto Tuſculanaꝝ quęſtionū libro excuſaret/dicens. Nos ī diē uiuimus: quodcūq; noſtros aīos pro
babilitate percuſſit: id dicimus: ita ſoli ſumus liberi. Sæpe contra Inferos locutus eſt: ſæpe etiā ꝓ In
feris. Quę contra: ea ex magna parte ſupra collegimus. Illa uero ſunt ꝓ Inferis: quæ eb eodē in ple
riſq; locis expoſita ſunt. Ac primū quidē in Tuſculanis diſputationibus Socratē ꝓbat: q̄ iam mori
turus/ita diſſeruit. Duas uias eſſe: dupliceſq; curſus aīoꝝ e corpore excedentium. Nam q̄ ſe huma
nis uitiis inquinauiſſent: & ſe totos libidinibus dediſſent: quibus cæcati uelut domeſticis uitiis/atq;
flagitiis ſe contaminauiſſent: uel republica uiolanda fraudes inexpiabiles concepiſſent: iis demum
quoddā iter ſeduſū a concilio Deoꝝ: q̄ aūt integros ſe/caſtoſq; ſeruauiſſent: q̄buſue fuiſſet minima
cū corporibus contagio: ſeſe ab his ſemp ſeuocauiſſent: eſſentq; ī corporibus humanis uitā imitati
Deoꝝ: iis ad illos/a q̄bus eſſent ꝓfecti/reditū facile patere. O præclarā & magno dignā philoſopho
uocē. Quid poterat dici aut melius/aut uerius! Quid ē deuiū iter ſecluſum a cōcilio deoꝝ! Nempe
quos īueſtigamus Inferi. Quid ē rurſum fraudes īexpiabiles: niſi īſanabilia peccata/quę æternis di
gna ſunt cruciatibus! Vbi aūt niſi in Tartareis & ſubterraneis locis æterna ſupplicia repiri queant!
Quid igit̄ audet magnus phūs dicere alias cōtra Inferos! Idē ī ſexto libro de Repub. hęc dicit. Ani
mus eoꝝ q̄ ſe corporis uoluptatibus dederūt: eaꝝq; ſe quaſi miniſtros præbuerūt: impulſuq; libidi
num uoluptatibus obedientium Deorum/& hoīus iura uiolauerūt: corporis elapſi circum terram

ipſam uolutantur:nec hunc in locum niſi multis exagitati ſeculis reuertūtur. Hic ego admiror Cice
ronem plurimū:q quaſi non totū legerit Phędona Platonis:ex tribus hoīum generibus duo ſolum
cōmemorat:eos:qbus ſit certus in cælo definitus locus/ubi beati æuo ſempiterno fruūtur:eos itē;
qui cū ſanabiliter deliquiſſent: tandem expiati ſupera loca petunt:eos uero reticet: qui Tartari ſup
pliciis/ac per omnibus tormentis addicti ſunt. A Platone accepit. M. Tullius: uerum non oīa dicit:
quæ apud Platonem ſunt: & quæ ille tria loca conſtituit:hic fortaſſe reipublicę gubernatione impe
ditus:duo fecit. At poſt:q̄ ōmiſerat/adiecit. Et.n. ī Dialogis de Amicitia:q Lælius inſcribitur:ita de
Scipiōe Læliū loquētē īducit. Hoc licet dicer. P. Scipioni ex multis diebus:quos ī uita celeberrimos
læriſſimoſq; uiderit:illum diē clariſſimum fuiſſe:in quo Senatu dimiſſo domū eſt ad ueſperū a patri
bus cōſcriptis populi Romani ſociis: & Latinis:pridie q̄ exceſſit e uita:ut ex tam alto dignitatis gra
du/ad ſuperos uideat potius:q̄ ad inferos perueniſſe. Quid ſibi & ſuperi: & inferi uolunt aliud:pre
ter q̄ beatorꝝ/& miſerorū diuerſam eſſe rationem:quam & locorum uarietate diſtingui:neceſſe eſt?
Quod ſi optimi cuiuſq; aīo patet ī cælum reditus expeditiſſimus:ita non expeditus erit iniuſtiſſimis
hominibus:ut omnino peruius eſſe non poſſit. In libro ēt de legibus primo/per q̄ grauiter locutus
eſt Cicero. Sit perſuaſum:inquiens:dominos eſſe oīum rerū:ac moderatores deos. Ac continuo in
fert. Et qualis quiſq; ſit:qd agat/quid in ſe admittat/qua mente/qua pietate colat:religiones intueri
piorumq;: & impiorꝝ habere rationem. Scite hoc loco: & præclare. M. Tullius. Habent.n. dii īmor
tales:ut ipſe ait:piorꝝ:atq; impiorꝝ rationem. Quę nulla eſſe poteſt:ſi oēs homines æqua ſorte/ac pa
ri mercede proſequantr:ſi inter bonos/& malos nullū diſcrimen ſit:ſi eædem oræ:ſi eædem cæli re/
giones probis/atq; improbis/iuſtis/atq; iniuſtis:piis/atq; impiis:caſtis/ac flagitioſis: ſanabiliter/atq;
inſanabiliter delinquentibus promiſcue paratæ ſint. Ita.n. moderatores rerū omniū dii habēdi ſunt
ſi retribuant unicuiq; pro operū:meritorūq; uarietate. Illa nō ſunt ōmittenda uerba:quibus idē Phi
loſophus pariter: & Orator uſus eſt. Quæ ſunt huiuſcemodi. Ille:q recte: & honeſte curriculum ui/
uendi a natura datū cōfecerit:ad illud aſtrū:qnod tū aptius fuerit:reuertitur:q aūt īmoderate: & in
temperate uixerit:cum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet. Et ſi ne tum qdem finem
uitiorum faciet:grauius ēt iactabitur: & in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudū: & ferarū transf
feret. Dicta hæc ſunt p Platonis cōſuetudine μεταφορικῶς:atq; aliud exterius pſonat:aliud latet
intrinſecus. Sed illa utiq; mens eſt:longe diuerſas cenſeri opportere & bonorum: & īproborū ratio
nem:ut nec eadem loca utriſq; conueniant:ſed illis pateant cæleſtes ſedes:his cōtra id quod Home/
ro atteſtante:longe nimis Baratrum ſtat ſub tellure pfundū. Ea eſt hominum ſiue lex/ſiue natura:ut
nō continuo adipiſci poſſint ueritatē:ſed ſenſim ſtudio: & diligentia p quoſdā ueluti ætatū gradus:
& uirtutis: & ueritatis incrementa ſuſcipiant. Cicero igitur cū per ætates inferos conſtituere non au
deret:ſenior tandem affirmare non dubitauit. Cū igit haud longe ab extremo fato abeſſet: & ī fre/
quenti ſenatu: & in claro patrū cōſcriptorꝝ conſeſſu:uel inueheret in. M. Antoniū:uel p ſalute rei/
publicæ loqueretur:grauiter/ac ſplendide in hunc modū inquit. Illi igit impii:quos cecidiſtis etiam
ad inferos pœnas parricidii luent. Vos uero:qui extremū ſpiritum in uictoria effudiſtis:piorum eſtis
ſedem: & locū conſecuti. Breuis autem nobis uita data eſt:at memoria bene redditę uitę ſempiterna.
Nunc tandē p̄clariſſime philoſophatus eſt Cicero:q dicere ſoleret:cū aliqd explicaturus eſſet:ęquum
eſt meminiſſe: & me qui diſſeram:hominem eſſe: & uos:qui iudicatis:ut ſi probabilia dicent:ne qd
ultra requiratis. Homo erat Cicero:falli igit potuit. Et cū aliquādo probabiliter īferos ſubſtuliſſet:
poſt multo probabilius ſententiam uertit:atq; inferos conſtituit. Quod ſi Pictorū portenta: & Poe/
tarum dixit eſſe:forſitan id retulit ad Tricipitem Cerberum:ad Charonem portitores:biformes Scyl
las:Gorgonas Harpias:multaq; prætera uariarum monſtra ferarum: quę proculdubio figmenta
Poetarum ſunt: & myſticam quandam ſignificationem continent. Sed nec grauis auctor contēnen
dus eſt Seneca:qui primo naturalium quæſtionum libro:de ſede beatorum in hunc modū locutus ē.
Surſum ingentia ſpatia ſunt:in quorum poſſeſſionem animus admittitur: & ita ſi minimum ſecum
ex corpore tulit:ſi ſordidum omne deterſit: & expeditus:leuiſq;/ac contentus modico emicuit:quum
illa tetigit/aliter creſcit/ac uinculis liberatus/in originem redit. Ex hoc habet argumentū diuinitatis
ſuę:quod illum diuina delectant:nec/ut alienis:ſed intereſt:ut ſuis. Hæc Seneca. Hic etiam in eo li/
bro:quem de Vitę breuitate conſcripſit:cum ipſe defuncti fratris mentionē inferret: his uſus eſt uer
bis. Fruitur nunc aperto/& libero cælo. Ex humili:atq; depreſſo/in eū emicuit locum (quiſquis ille
eſt:qui ſolutas uinculis animas:beato recipit ſinu) & nunc libere uagatur:omniaq; rerum naturæ
bona:cum ſumma uoluptate perſpicit. Sic ille. Dixerat ante hæc/Ne itaq; inuideris fratri tuo. Quie
ſcit tandem liber:tandem tutus:tandem æternus eſt: & paulo de eodem prius. Animus fratris/
uelut ex diutino carcere emiſſus:tandē ſui iuris/& arbitrii geſtit: & rerum naturę ſpectaculo frui/
tur: & humana omnia ex loco ſuperiore deſpicit. Diuina uero:quorum rationem tam diu fruſtra
quæſierat:proprius intuetur. Quid itaq; eius deſiderio maceror? Atq; hæc quidem Seneca. Satis
iam ſatis:utrum nec ne ſint Inferi:dictum pro ueterꝝ opinione exiſtimo. Canam receptui:ſi ſapien
tiſſimi illius terque maximi Mercurii auctoritate antiquā illam/tū Inferorꝝ/tum beatorꝝ opinionē:
ueluti pretioſiſſima quadā gēma/& irrefragabili/ac fide pleniſſima: & pbatiſſima nota cōmuni ue/

uerum omnium approbatione ſignatu ero·Is ita inquit·in Aſclepio. Audi·o Aſclepi. Cum fuerit ani
m æ a corpore facta diſceſſio: tunc arbitrium examenq; meriti eius tranſibit in ſummi Dęmonis po
teſtatem. Isq; eam cũ piam iuſtamq; prouiderit·in ſui competentibus locis manere permittet Si aũt
delictorũ illitam maculis·uitiiſq; oblitam uiderit: deſuper ad ima deturbans procellis·turbinibuſq;
aeris·igni & aquæ ſæpe diſcordantibus tradet. Atq; inter coelum & terram mundanis fluctibus in
diuerſa ſemper ęternis poenis agitata raptabitur. Vt in hoc obſit animę æternitas: quod ſit imortali
ſententia ęterno iudicio ſubiugata. Ergo ne his implicemur·uerendũ tãtũdẽ·cauendũq; eſſe cogno
ſce. Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere·nõ uerbis: ſed exemplis: nec minus: ſed ipſa paſ
ſione poenarum. Hæc ſummus auctor Trimegiſtus. Quid: quod priſci: ac ueteres & delitiarum &
poenarũ lõge diuerſa loca concipientes·Deos·quos colerent·ita partiti ſunt: ut alios ſuperos: alios
Inferos iudicarẽt! Nõ ne Deos Manes ſtatuerunt: q infernis locis prefecti uiderentur! Sed ne Diis
Manibus·niſi inferna extitiſſent domicilia·tam religioſa iura tribuiſſent·Mundus cũ pateret·nefas
apud priſcos erat bellum inchoare: proelium ſummere. Id ſacrum Diti patri·ac Proſerpinæ dicaue
rant. Hinc ſcribit Varro magnæ latus altera Romę: Mundus cum patet Deorum triſtium·atq; in
ferum quaſi ianua patet: ppea non modo proelium cõmitti: uerũ etiam delectum rei militaris cau
ſa habere: ac militem pr oficiſci: naues ſoluere: uxorẽ liberorũ quęrendorũ cauſa ducere religioſus
eſt. Numa Pompilius conſtituendorũ ſacrorum auctor diligentiſſimus: cũ duos menſes anno adie
ciſſet: alterum Februo Deo conſecrauit: qui luſtrationum potẽs exiſtimaretur: Itaq; luſtrari eo men
ſe ciuitatem neceſſe erat: quo ſtatuit: ut iuſta Diis Manibus ſoluerentur. Concipiebat Pompilius:
uelut per ſpeculum in enigmate Infernas ac Tartareas ſedes: quibus poteſtates quępiam pręſtime
rentur: quos Græci Cacodęmonas: noſtri Angelos malos: Pythagoreorum cohors ſubterraneos
Deos uocant: atq; hæc Numã cogitare urgebat ueritas: nullis philoſophiæ pręceptis·ſub coelo tunc
rudi: & adhuc·impolito ſæculo: ſed ſolo ingenio magiſtro·ac natura duce. Quanq̃ optimus naturæ
ſcrutator Ouidius·ultimo magni Metamorphoſeos operis libro: Numã ſciendi cupidũ·ad Pytha
goram philoſophũ audiendũ: Crotonẽ aſſerat petiiſſe·more poetico: ut inde grauiora canendi ſu
meret occaſionem. Sed uideamus quid hac de re ſentiat Cicero: qui libri Tuſculanarum quęſtionũ
quarti principio·his utitur uerbis. Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum ammirationẽ·Nu
mam quoq; Regem Pythagoreum a poſterioribus exiſtimatũ. Nam cũ Pythagoræ diſciplinã & in
ſtituta cognoſcerent: Regiſq; eius æquitatem·& ſapiẽtiam a maioribus ſuis accepiſſent: ætates aũt
& tempora ignorarent propter uetuſtatẽ: eum qui ſapientia excelleret·Pythagoræ auditorem cre
diderunt fuiſſe. Hæc Tullius. At nunc ad priorem materiam redeamus. Februarius Februo dica
tus eſt: atq; diligenti ueterum induſtria·ſolus & diminutum numerum in menſibus·& parem reti
nuit: quod Inferorũ pręſidibus merito iure·tum diminutio·tum par·atq; imperfectior conueniat
numerus. Studioſe cauebãt Infernorum Deorum ſacra: atq; idcirco nunquam inferis Diis ĩmuta
ta religio eſt. Superos·atq; inferos Deos: quos apud Lucanum. M. Cato deprecatur. O utinam coe
liq; deis: Erebiq; liberet: Hoc caput in cunctas damnatum exponere poenas. ingenti ueteres ſtudio
diuiſerunt: & illis cum ſacra facerent·corporis ablutione purgabantur. Quum Inferis litarent·ſola
aſperſione contenti erant. Et ſuperos quidem deprecabantur: bona ut impartirentur mortalibus:
Inferos·mala ne inferrent. Triſtiſſima queq; Inferis tribuebant: tanquam malorum omniũ aucto
ribus. Quid boni·& mali Dii: niſi æternę quietis ſedes: & luctuum·ac ſuppliciorum loca declarant!
Numina bona·& mala diſtinguit Labeo: atq; ita diſtinguit: ut bonos Deos obſequiis lætis·atq; iu
cundis: quales ludos: qualia conuiuia: qualia lectiſternia·idem auctor refert: malos Deos·cędibus
ac triſtibus ſupplicationibus propitiari contendat. Bonũ Deum·& malum etiam cõfirmat acutiſſi
mus diſputator Porphirius: de quo hæc recitat magnus auctor Euſebius Euangelicę pręparationis
libro quarto. Reſponſa Apollinis colligit: quibus non ſolũ Dęmonibus & infernis uirtutibus: ue
rum etiam coeleſtibus animalia eſſe ſacrificanda pręcepit Apollo. Quum idem ipſe in aliis Dęmo
nes non Deos eſſe affirmet: quibus gentiles cęde animalium ſacrificabant: non enim fas eſſe ani
malia Deorum gratia interficere. Sed primum Apollinem ipſum audiamus: qui de cultu & ſacrifi
cis Deorum ſic per reſponſa homines inſtituit.

¶ Hæc age: qui uiam diuorum ingreſſus amice es
Huius iter uitę: mactanda eſt hoſtia cunctis
Multa deis: ſeu qui terram: ſeu qui mare uaſtum:
Aera ſeu qui habitant: latum ſeu qui æthera: ſeu qui
Alta colunt coeli: ſeu qui infima Regna Barathri:
Quæ quibus obſeruanda modis ſint: ſingula dicam:
Tu memori conſcripta animo mea dicta teneto.
Terna quidem diuis coeleſtibus hoſtia: & ipſa
Candida mactanda eſt: terna & terreſtribus atq;
Atra eadem gaudent porro: & capiuntur apertis
Terreſtres aris foueas quum numina contra

Expoſcant atro imbutas inferna cruore:
Nec placeat niſi quæ terræ mandetur humata
Hoſtia: mel uero Nymphæ: atq; liquentia uina
Offerri lætantur: at ignem accendier aris
Quæ circumuolitant terram ſibi numina quærunt:
Imponiq; atrum corpus: tum thura ſimulq;
Iniicier ſalſas fruges: & dulcia liba
Hęc facio: uerum quibus eſt data cura profundi
His ipſo ſemper fer ſacra in littore: totum
Proiiceq; in fluctus animal: cęleſtibus autem
Extremas reddes partes: atq; igne cremabis:
Quod ſupereſt propone ubi: dapibusq; referta
Sudet odoratis craſſiſq; uaporibus aer.

Deinde hoc Apollinis oraculum exponit dicens. Qum igitur & terreſtres: & Inferni Dii ſint omni-
bus iſtis atras quadrupedes offerendas iubet. Modus autē differt: nā terreſtribus quidē ſuper aras:
Infernis autem in foueis mactandas eſſe hoſtias præcipit. Aeris autē uolatilia dicit offerēda corpo
ribus holocauſtis: & ſanguine ad aram circūducto: uolatilia etiam marinis: ſed uiua in fluctus proi-
icere mandat: ita omnibus Diis præter q̄ terreſtribus uolatilia imolari poſſunt. Sed marinis ſolum-
modo nigri coloris uolatilia: quare cæteris alba offerenda ſunt. Cæleſtibus uero: & æthereis beſtia-
rum quas albas eſſe uult extremitates ait conſeruandas: reliquas autem partes comedendas. Ex his
.n. ſolūmodo comedere oportet: ex aliis uero minime: ita quadrupedes: & terreſtres terreſtribus ſa
crificanda ſunt: ſimili nanq; ſimile gaudet. Ouis porro terreſtre animal eſt: & idcirco cœteri gratiſſi
mum: atra uero quia & terra naturaliter tenebroſa. Tres autem ſimul quoniam terreſtris corporis
tria ſunt ſimbola: & ſuper aras terreſtribus quoniam ſuper terram uerſantur. Cæteris uero Diis id
circo uolatilia ſunt offerenda: quoniā uniuerſi mouentur: in motu .n. ſemper maris aqua eſt: cuius
atræ ſunt hoſtiæ: quoniam & cæruleus color aquarum. Alba uero aeris: lucis .n. recæptiuus aer ē.
Cæleſtibus autem: atq; æthereis extremitates dat conſecrandas: quoniam leuiores reliquo corpore
ſunt: quorum ſacrificiis cōmunicare oportet: quia qum alii Dii arcere mala ſoleāt: cæleſtes bona uo
bis largiuntur. Hæc mirabilis ille Philoſophus in libris Reſponſorū conſcripſit: Sic Euſebius de Por
phirio. Verum quid multa? Liquet plane mea ſententia ob eam cauſam numina ab eruditis: & do
ctiſſimis uiris diuerſa conſtitui: quod & oppoſita quoq; loca eſſe conſtaret: quibus illa præficerētur:
& a bonis Diis præmia bonis: a malis ſupplicia improbis exhiberi arbitrabantur. Ac diuerſa numi
num ratio: quid niſi uarias nobis animarum poſt mortem ſedes indicat? Nō eſt ommittendus dux
in uictus: & Rex Spartiatarū clariſſimus Leonidas: qui cum trecentos milites: quos eduxerat Spar
ta: in Thermopylis cohortaretſ: Pergite: inquit: forti animo Lacedemonii. Hodie apud iferos fortaſ
ſe cęnabimus. Propoſita erat: aut fuga turpis: aut glorioſa mors. Ille ſeſe oppoſuit hoſtibus: mallēs
apud inferos cœnitare. Nec .n. homines tunc cogitabat: quos etiā ſi opus eſſet: deſerere inſtituiſſet.
Alii igitur præter nos inferi ſunt: quos Leonidas uir ſapiens: atq; ſolertiſſimus minime ignorabat.
Iam patere arbitror: etiā ſecundum ueterum ſententiam certum eſſe in cęlis locum ac pręfinitas ſe
des iis: qui iuſte: pie: inocenter uixerint: & cum uirtute: ſimul etiā inferos eſſe: apud quos impiorū
animi male: & iniuſte factorū dignas luant pœnas. Qui uero eos ſua opinione tollunt: non ob aliā
cauſam faciunt: niſi ut impunitate quadam propoſita: licentiam ſibi pariāt delinquendi. Quod aūt
longius euagati ſumus: res ipſa poſtulauit: coegit ratio: quæ docet ea: quę & ambigua: & per obſcu
ra ſunt: pluribus uerbis illuſtrari oportere. Hactenus de inferis: deq; triplice Inferorum ratione:
ac beatorum ſedibus pro ueterum ſententia pertractauimus. Nunc de infernis fluuiis dicamus. Sę
pe in noſtrorū ueterum libris: ac monumentis inferni fluuii cōmemorantur: eos nos: ut omnibus
in promptu ſint: paucis aperire iſtituimus: primū quot ſunt: deinde quo pacto ſeſe apud inferos ha
beant. Apud. M. Tulliū in primo Tuſculanarum diſputationum libro duos legimus: Cocytum: &
Acherontē: cum illa dicit Marcus ad Atticum. Num te illa terrent triceps apud inferos Cerberus:
Cocyti fremitus: traiectio Acherōtis? Macrobius ſuper ſomnio Scipionis quinq; enumerat: Lethen
fluuium oblinionis: Phlegethontem: qui ardorem ſignificat Acherontem: qui triſtitiam: Cocytū:
qui luctum: Stygen: qui odium exprimit. Hos uero eoſdem fluuios cum alii pleriq; Poetarū: tum
imprimis in ſexto libro clarę Aeneidos Virgilius Maro decantat. Verū in Phædone Plato multa
alia fluentia oſtendit eſſe: ſed præcipue quattuor. Oceanum: Acherontē: Phlegethontē: Tartarum:
cui ſecundum Poetas Cocyto nomen eſt. Addit Acheruſiam paludem: paludem item ſtygiam: Py
ri Phlegethonta. Quæ fluentia omnia quomodo ſe habeant ſecundum Platonis ſententiam expli-
candum eſt. Eſt inanitas quædam profundum Barathrum & altiſſimus terrę hiatus: quem Tarta
rum ſolent appellare Poetæ: quem in locum uniuerſi confluunt amnes: rurſumq; inde effluunt.
Fluentia uero ſicuti paulo ante diximus cum multa ſint: omniū maximum atq; extimum terram
circūdat Oceanus. Huic e contraria regione fluit Acheron: qui per deſerta & ſubterranea fluens lo

cu.

ca/in Acheruſiam paludem influit. Horum medius interfluit Phlegethon: qui haud longius iter ꝑfe
ctus: cadit in medium locum/multo igne flagrantem: fitq; ex eo palus quædā aqua: & luto feruēs:
quæ ēt noſtri maris æquat magnitudinem. Hinc circunfluit turbidus: ac lutulentus/terraq; circun
data: ad extrema Acheruſiæ paludis ꝑuenit: nec tamen irrumpit: ſed circū abſortus a terra īfra Tar
taꝝ influit/atq; ab eo riui nōnulli deriuari/in quibuſdā terraꝝ locis emergunt/Contra hunc por
ro Tartarus excidit: & primū quidem in loca (ut tradunt) inculta/& aſpera eiuſmodi colore: qua/
lis Oceani eſt: eius/quem Stygiū uocant. Idem hic fluuius paludem Stygiam efficit/q in hunc locū
decidens/uireſq; ampliſſimas in aqua aſſumens/ſeſe ſub terram condit/tectuſq; excurrit aduerſus
Pyriphlegethonta/& illi in Acheruſia palude fit obuiam. Neq; illic tamen huius fluuii aqua cum
aliqua miſcetur/ſed in giro currens: fluit in Tartarū contra Pyriphlegetōtha. Hūc uero fluuiū Poe
tæ/ut dictum eſt/Cocytū appellant/Atq; hęc de Infernis fluiis & in Phædone ſenſit Plato: & nos hoc
loco ſatis explicuimus. Impreſentiaꝝ uero/ueteꝝ de īfernis iudicibus ſentētiam aperiamus. Fingūt
Poetę apud inferos iudices Minoa Rhadamātū: & Eacum: quorū examine: atq; iudicio defunctoꝝ
animi uel ad beatoꝝ fœlicitatē/uel ad pœnaꝝ: ſuppliciorūq; loca deſtinant. De his apud Ciceronē
in Tuſculanis diſputationibus mentio ē his uerbis. Inexorabiles iudices Minos Eacus: & Rhadamā
tus. Plato uero ī Gorgia lōgiorem ſermonē de his iudicibus īfert: quo pacto uero Minos: & Eacus:
& Radamantus iudicio animarū præfecti ſint: liquido: ac perſpicue manifeſtat. Nam cum aliquan
do iudices uiuentes eſſent uiuentium: eaq; die iudicaretur: qua quis morteꝫ eſſet obiturus: comper
tum eſt: male: atq; iniuſte a uiuentibus iudicari. Adhibuit remediū Iupiter (ut Plato cōminiſcitur)
atq; ut iuſte: & recte iudicia procederent: prouidit primū ne homines mortem ſuam præſcirent: idq;
mandatum eſt Prometheo: ne ſentire homines permittat. Iudices quoq; ipſos nudos eſſe uoluit: &
mortuos: ut ipſa anima/ipſam animam iſpiciat: mori inſuper inſperato unumquenq;: deſertumq; a
ſuis: relinquere in mundo ornatum omnem. Atq; ob eam cauſam ita Plato in Gorgia Iouem indu
cit loquentem. Conſtitui filios meos iudices: duos quidem ex Aſia Minoem ſcilicet & Rhadaman/
thum: unum uero ex Europa Eacum. Iſti ergo mortuos iudicabunt in triuio: ex quo portant uiæ:
altera ad beatorū inſulas: altera ad Tartarum. Et Aſiaticos quidē Rhadamanthus iudicabit: ab Eu
ropa uero q uenerint: Eacus. Minoi aūt cōmittam: ut iudicet; ſi quicq̄ aliis occultum exiſtat: ut ſic iu
ſtiſſime procedat iudicium: rectaq; ſit animarum tranſmiſſio. De eiſdem uero iudicibus/hæc quoq;
in eodem loco Plato ſubnectit. Rhadamanthus: & Eacus uirgam tenent: duꝫ iudicant. Minos uero
conſyderans ſedet ſolus: habens aureū ſceptrū: ut de eo inquit Vlyxes apud Homerum uidiſſe illū
ſceptrum aureum tenentem: iura mortuis dantem. Verū nemo dubitet pulcherrimo ſermoni: & uul
go fabula exiſtimatur pulcherrimam ſubeſſe ueritatem. Hic namq; frequens Platonis mos: crebro
uſitata conſuetudo eſt: & quidem Gygis fabulam: & aurei anuli a Platone prolatam accępimus: quā
tertio de Officiis libro proſecutus eſt Cicero. Nomnus: quæ in Phædro de equis deorum: & aurigis
ſcripta ſunt: quæ de alato curru Iouis: & deorum: dæmonūq; inſtructo exercitu alia multa. Quid in li
bris de republica? Nonne ab eodem Philoſopho Pamphilus miles inducitur qui cæſus in prælio: &
duodeciꝫ dies inter peremptos habitus reuiuiſcit: & mirāda refert de exutis corporeis uinculis animis?
Sed quid plura? Multitudine exemploruꝫ habundamus. Quæ omnia quanq̄ fabuloſa eē uideantur:
nō ſine cauſa tamen ficta ſunt: ut intelligant omnes: diuinū numen diligentiſſimam quandā habere
& piorū: & impioꝝ rationem: acerrimo autem: ſolertiſſimoq; iudicio illos cælo: hos Tartaro adiudi/
cari. Itaq; ea plato quæ ad infernos iudices ſpectant: nō ſolum in Gorgia: ſed etiam in Axiocho pro
ſecutus eſt: unde hec quoq; uerba ſunt: Acherontem: & Cocytū primū tranare opus eſt: deinde acce/
dere ad Minoem: & Rhadamanthum: qui conſtituti ſunt iudices ad examinanduꝫ animas: quæ illuc
deducuntur: quali ſcilicet uita uixerunt: quibus artibus: quibus ue ſtudiis dum fuerunt in humanis:
ſe exercuerunt. Locū uocari campum ueritatis: quoniam mentiri ibi minime locus datur. Alia inſup
adiungit: quæ ſupra de inferis cōmemorauimus. Tres uero/quos nominauimus inferni iudices: cuꝫ
in terris eſſent: magna & uirtute: & prudentia floruerunt: ac ꝑpterea Iouis filios fuiſſe antiquitas tra
dit. Quos. n. uirtutis: atq; humanitatis laudibus preſtare ītelligebat: eos (ut ait) etiā Aulus Gelius ap
pellare conſueuit Iouis filios. Quocirca & in libris de officiis Eacus. & Minos a Cicerone laudantur.
Si Eacus: aut Minos diceret: oderit: dū metuāt: aut ſepulchro natis ipſe eſt parens indecorum uidere
tur: quod eos fuiſſe iuſtos accępimus. At Atreo dicente plauſus excitantur. Quibus uerbis ſignificat
Cicero ſummā quandā ī illis fuiſſe probitatem. Sed ab Homero: Platuo: & Marone paulo crudelior
Minos inducitur: contra Eacus: & Rhadamanthus mitiores. Diximus de infernis iudicibus. At mō
pœnarum apud inferos: pro ueterū opinione/uaria: ac diuerſa genera breuibus percurramus. Multi/
plicia exerceri apud inferos pœnarū: ac ſuppliciorū genera teſtes multi in medium adduci poſſint.
Sed quos præcipuos habent: proferamus imprimis. M. Ciceronem: Macrobium. Platonem: a quo
uno pleraq; uelut a fonte quodam ex hauſta ſunt. Et. n. Cicero ī primo libro Tuſculanarū diſputatio
num pœnarum nōnulla genera hiſce uerbis attingit. Num te illa terrent: Triceps apud inferos Cer
berus: Cocyti fremitus: traiectio Acherontis: mento ſummam aquam attingens enectus ſiti Tanta/
lus; tum illud quod Siſyphus uerſat ſaxum; ſudans nitendo: neq; proficit hilum. Vberius hæc Plato:

cuius In axiocho hęc de uarietate: & deſcriptione ſuppliciorū ſcripta ſunt. Qui fœdam/turpemq; uitā malis imbutam artibus ægerunt: hos aiunt peruehi per chaos/& erebū/ubi cœtus impiorū plectiť. Nam turba danaū cribro aquam ſine fine haurit/& ſine requie defatigatur. Tantalus epulis āte ora poſitis/angitur fame excruciatur/ac inedia tabeſcit. Vultures ſine ulla miſeratione iecur Tityo laceſſunt. Siſyphus rotæ radiis pendet diſtrictus: nec ſcelus aliquod manet impunitū. Nam uolūt alii ingētia ſaxa inefficacibus laborioſiſq; conatibus. Atra ſilex & cadenti ſimilis īminet aliis: alii fœdiſſimis beſtiis obiiciunť: uirgis cędunť alii/quidā icenſis facibus torrenť. Dat quiſq; pœnas ſuis ſceleribus condignas. Atq; hęc apud Platonem ſecūdum Gobrię magi illius oīum eruditiſſimi ſentētiam/& refert/& cōfirmat Socrates. Sed iam plures Philoſophorū/ut referā ſentētias/prohibet iſtituti cōſilii ratio. Illuſtriū Poetaꝝ nolo hac in re auctoritatem ꝑtermittere/quę plęrūq; haud quanq̄ cōtēnenda eſt. Bene apud Macrobiū Vetius. Caue/inqt/exiſtimes mi Auiene/Poetarū greges/nō ab adytis plærūq; Philoſophię ſemina mutuari. Nam & ob eam cauſam Philoſophię partē cōſtat eſſe poeticā: ut Fabius Quintilianus ait/ut philoſophi ipſi ſępe teſtātur. Itaq; nō ſolū ex geſtis/atq; hiſtoriis: ſʒ ēt a Poetis: & fabulis/quæ fidē reꝝ faciāt/optima argumēta ducūť. Illud nobis obiiciāt Flacci Horatii.

Quidlibet audendi Pictoribus/atq; Poetis:

æquā ſemꝑ fuiſſe poteſtatē: quibus illud reſpondeo Firmiani Lactantii in ſacris inſtitutionibus: non adeo liberam/ac ſolutam poetaꝝ licentiam habendā eſſe/ut quæ ſcribant/omnino a ueritate remota ſint. Neſciūt: īquit Lactantius: quis ſit poeticæ licentię modus/quouſq; progredi fingēdo liceat/cum officiū poetæ in eo ſit/ut ea/quæ uere geſta ſunt: in alias ſpecies/obliquis figurationibus/cū decore aliquo cōuerſa traducant. Res altiores poetæ/atq; īueſtigatu per difficiles/quibuſdā figurarū operimentis cōtexerunt. Quod in ipſi quoq; ſimplices ueritatē: ſinceramq; cōſectarenť: profecto nō ideȝ apud prudentiſſimos ueteres: Muſici: uates/ac ſapientes appellati eſſent. Neq; abſq; diuino furore (ut eſt in Phędro Platonis) quicq̄ Poetę: qui boni poetę ſunt: concinūt. Et.n. qui abſq; furore Muſarum: & qui ex deo proficiſciť: poeticas ad fores accedit: ſperans ſeſe arte quadā poetam bonū euaſurum: inanis ipſe (ait Plato) atq; eius poeſis pręilla: quæ ex furore eſt: illa: quæ ex prudentia eſt diſperditur. Hunc mentis ardorem: & honeſtiſſimam: atq; diuinam inflammationem ingenii: per belle declarat ſue initio Thebaidis/magnus Vates Statius: ita inquiens.

Fraternas acies: alternaq; regna prophanis
Decertata odiis: ſonteſq; euoluere Thebas/
Pierius menti calor incidit.

Conſimilia his cecinit Claudianus: qum raptum Proſerpinæ narraturus: incæpit.

Iam furor humanos noſtro de pectore ſenſus
Expulit: & totum ſpirant præcordia Phœbum.

Quid ipſe lōge oīuȝ eminētiſſimus Mātuanus Homerus? Nōne hāc ipſaȝ: de qua nūc loqmur: mētis ac ſenſuū oīuȝ metamorphoſin luculēter exꝑſſit: ſexto Aeneidos libro his uerbis loqens de Sibylla?

Ventum erat ad limen: qum uirgo poſcere fata
Tempus ait. Deus/ecce deus: cui talia fanti
Ante fores: ſubito non uultus: non color unus:
Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum:
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri:
Nec mortale ſonans: afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei.

Et rurſus de eadem.

At phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates: magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum/fera corda domans: fingitq; premendo.

Philoſophos legimus non furentes: ſed cōſopitis corporeis poteſtatibus: lōgeq; a ſenſibus alienos: in ſola maximarum reꝝ cōtemplatione uerſari. Hinc eſt illud Platonis pulcherrimus documentum philoſophum oportere: ſi nihil īdigens erit: & omni fortunæ contumax: & ſuperior iis: quæ homines acerba tolleratu arbitrantur: nihil ſic agere: q̄ ut ſemper ſtudeat animam corporis cōſortio ſeparare: ideo exiſtimandam philoſophiam eſſe mortis affectum: cōſuetudinemq; moriendi. Teſtis eſt Socrates: quem legimus a ſummo lucis ortu ſæpe numero/ad Solem uſq; alterum orientem: intētū adeo cōtemplationi fuiſſe: ut non modo nō īmutaretur: Sed ne cōniueret quidem. Eodem ſpectat quodāmodo regeneratio Trimegiſti: qui in Pimandro ſic ait ad filium ſuum Tatium. Quicūq; propter benignitatem generationis: quæ ſecūdum deum eſt: ſenſum dimittit corporeū: ſe ipſum cognoſcit ex diuinis compoſitū: factuſq; idcirco diuina potētia: tota mēte letatur. Et rurſum paulopoſt. Hæc eſt regeneratio fili: nō adeſſe ulterius corpori quantitate dimēſo. Hæc Mercurius. Sed de philoſophis alias dicemus uberius. Nūc ad Poetas redeamus. Quid tu: inquiet aliquis: poetis ne credēdū putas? Quid ni putem? Credidit Socrates: credidit Lactantius: credidit Auguſtinus: crediderunt &

alii: qui acriter Poetarum uim: atq; auctoritatē perſpexerunt. Potiſſimum uero credendū his cenſeo qui nō minus q̄ Orpheus: Muſęus: Linus inter ſapientes numerādi ſunt. Sit igitur & poetis præſertim magnis habenda fides: & cæteris prę ludat Virgilius diuinus poeta: ac Vates omniū facundiſſimus: nullius (ut Macrobius recte īquit) diſciplinæ expers: deniq; ſpectatus imprimis Tartari: atq; inferorum aſſertor. Hic igitur cum in aliis locis: tum maxime in ſexto librorū prędari operis: quaſ Aeneiden inſcripſit: perſpicuis teſtimoniis abditas īferorum ſedes comprobauit: Apte igitur: cōcinneq;: & piorum: & impiorum loca uerſibus hiſce complexus eſt.

Facilis deſcenſus Auerni.
Noctes: atq; dies patet atri ianua ditis.
Sed reuocare gradum: ſuperaſq; euadere ad auras.
Hoc opus: hic labor eſt.

Quid Auerni deſcenſus: atq; atri ianua ditis aliud: q̄ in uiſceribus terræ inferorum locus? Quid tum ſuperæ auræ aliud: q̄ beatorum ſublime domiciliū? Quid demum aliud ſignificat: reuocādi greſſus: tantus opus: tam magnus labor: q̄ anguſtam uiā: q̄ ducit ad patriam? Quid patens illa ſemper atri ditis ianua: q̄ latam: & ſpacioſam uiam: quæ tendit ad mortem? Ac ipſa inferna loca uaria in eo carmine: nominum appellatiōe depingit. Hi ſunt Stygii lacus: hęc nigra Tartara: hęc triſtes ſine ſole domus. Hęc turbida loca: hęc telluris operta. Hi Stygii luci: hęc regna inuia uiuis: quid eſt quęſo aliud: q̄ infernus? Quid erebus: quid Orcus inq̄: ſignificāt? Quid umbræ ſilentes: & Chaos: & Phlegetō: loca nocte ſilentia late: ſenta ſitu: alta terra: & caligine merſa? Quid referam domos Ditis uacuas: & inania regna? Infernum reſpectant Tartarei Acherontis unda: turbidus ubi cęno: uaſtaq; uoragine gurges æſtuat: atq; omnem Cocyti eructat arenam. Nempe & illud de Inferno apud eundem Vatē Charon nauta indignatus proclamat.

Vmbrarum hic locus eſt: ſomni: noctiſq; ſoporę.
Corpora uiua nefas ſtygia uectare carina.

Vaſtus is locus: incultus: horridus: formidoloſus a poeta merito iure traditur: cuius ueſtibulū ante ipſuʒ: ac primis faucibus. Luctus: & ultrices poſuere cubilia curæ. Quid inferni anguli: q̄ apte q̄ concinne deſcribūtur? Infantum enim animæ flentes in limine primo:

Quos dulcis uitæ exortes: & ab ubere raptos
Abſtulit atra dies: & funere merſit acerbo.
Hos iuxta falſo damnati crimine mortis.
Proxima deinde tenēt męſti loca: qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu: lucemq; peroſi
Proiecere animas.
Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi
Hic: quos durus amor crudeli tabe peredit:
Secreti cælant calles.

Poſtremo ultima illa arua: quæ bello clari ſecreta frequentant. Illud quoq; non indocte Cumea Sibylla biuium refert: quod a Platone ſupra memoratum prodidimus. Hic: inquit: locus eſt: partes ubi ſe uia findit in ambas

Dextera: quæ Ditis magni ſub menia tendit.
Hac iter Elyſium nobis: at leua malorum
Exercet pœnas: & ad impia Tartara mittit.

Atq; ſub rupe ſiniſtra męnia illa lata refert triplici circundata muro:

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon: torquetq; ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa ingens: ſolidoq; Adamante columnæ:
Vis ut nulla uirum: non ipſi exſcindere ferro
Cælicolæ ualeant. Stat ferrea turris ad auras.
Hinc exaudiri gemitus: & ſæua ſonare
Verbera: tum ſtridor ferri: tractæq; catenæ.

Hic magnis urgentur pœnis: hic magnus plangor ad auras. Hoc eodem in loco ſtridentes æriſono cardine ſacræ panduntur porte.

Tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum: tenditq; ſub umbras
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum.

Hic impii flagitiorum: ac ſcelerum luunt pœnas: quibus exercentur aſſidue: ueterumq; malorum

Supplicia expendunt: ibidemq; ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus: aut exuritur igni.

Sed audite quæſo o uiri boni: qui Deum ſperatis fandi memoreſ pariter: atq; nefandi: uos ſimul &

menteni parũper aduertite: & ueſtra nunc omnia futura mala perdiſcite: qui nihil mortalium ſuper eſſe caput exiſtimatis: & unum: atq; eundem exitũ hominis: & iumenti. Audite: inq̃: atq; eſte preſentes: & arrectis auribus/ animos itenti percipite grande carmen Virgilium intonãtem: atq; horrẽda Boantem ſupplicia damnatorum his uerſibus: quibus loquẽtem facit Aeneam: atq; narrantem quas pœnas uiderat apud inferos

Hic genus antiquum terræ Titania pubes
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo
Hic & Alcidas geminos immania uidi
Corpora: qui manibus magnũ reſcidere cælum
Aggreſſi: ſuperiſq; Iouem detrudere Regnis.
Vidi & crudelis dantem ſalmonea pœnas.
Dum flãmas Iouis: & ſonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis: & lãpada quaſſans
Per Graium populos mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans: diuumq; ſibi poſcebat honores.
Demens qui nimbos: & non imitabile fulmen:
Aere & cornipedum curſu ſimularat equorum
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit: non ille faces: nec fumea tedis
Lumina: præcipitemq; ĩmani turbine adegit.
Necnõ & Tityon terræ omni parẽtis alumnũ:
Cernere erat: ꝑ tota nouẽ cui iugera corpus:
Porrigitur: roſtroq; immanis uultur obunco
Immortale iecur tundens: fæcundaq; pœnis
Viſcera rimaturq; epulis: habitatq; ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid memorẽ Laphitas: Ixiona: Pirithoumq;?
Quos ſup atra ſilex iam iam lapſura cadentiq;
Imminet aſſimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris: epulæq; ante ora paratę
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat: & manibus ꝓhibet cõtingere mẽſas.
Exurgitq; facem attollens: atq; intonat ore.
Hic quibus inuiſi fratres dum uita manebat.
Pulſatuſue parens: & fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis.
Nec partẽ poſuere ſuis: quę maxima turba ẽ.
Quiq; ob adulterium cęſi: quiq; arma ſecuti
Impia: nec ueriti dominorum fallere dextras.
Incluſi pœnas expectant. ne quære doceri
Quã pęnã: aut q̃ forma uiros fortunaue merſit.
Saxum ingens uoluunt alii/ radiiſq; rotarum
Diſtricti pendent: ſedet: æternumq; ſedebit
Infelix Theſeus: Phlegiaſq; miſerrimus oẽs
Admonet: & magna teſtatur uoce ꝑ umbras.
Diſcite Iuſtitiam moniti: & nõ temnere diuos.
Vendidit hic auro patriã: dominũq; potẽtem
Impoſuit: fixit leges precio: atq; refixit.
Hic thalamũ inuaſit natę: uetitoſq; Hymeneos.
Auſi omnes immane nefas: auſoq; potiti.
Non mihi ſi linguæ centum ſint: oraq; centum:
Ferrea uox: omnes ſcelerum cõprẽdere formas:
Omnia pęnarum percurrere nomina poſſem.

Atq; hęc hactenus de iis: q ſceleribus cõtaminati opaca: ac duriſſima Inferorũ tenẽt Regna. Quid de piis: iuſtiſq;: q exuti corpoꝝ uincula: ut digna præmia reportent:

Deuenere locos lętos: & amęna uireta
Fortunatorum nemorum: ſedeſq; beatas?

Quid noſter: inquã: uates de beatis poſt mortem animis: deq; beatorum ſedibus grandiloquo modulatus eſt carmine? audi mellifiui reſonantia uerba Poetę: quibus feſtiue/ ſimul & luculente depinxit domicilia beatorum.

Largior hic campos æther: & lumine ueſtit.
Purpureo: ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra paleſtris.
Contendunt ludo: & fulua luctantur harena.
Pars pedibus plaudũt choreas: & carmina dicũt
Hic manus ob patriam pugnãdo uulnera paſſi:
Quiq; ſacerdotes caſti: dum uita manebat:
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes:
Qui ꝗ ſui memores alios fecere merendo.
Omnibus iis niuea cinguntur tempora uitta.

Quantis obſecro uinbus ꝑclara domicilia/ ac nitẽtes beatoꝝ cãpos conat Latinus Homerus/ ac Platonicus Vates oſtendere? Quęnam ſint ea loca: quoq; ẽt pacto ſeſe habeant: qs niſi diuinitus illuſtratus potuit explicaſ? Nouit tamẽ ſummus poeta: diuinus Vates piorũ: atq; impiorũ/ adeo maximam haberi rationẽ: & pręmiis/ ac ſuppliciis: & Tartaro: cæloq; diſtingui. Proximus Virgilianæ elegantię Silius Italicus: qui egregiũ carmen Romanorũ: & Carthaginenſiũ bellis cõtexuit: & poematis uenuſtatẽ ueritate cõdiuit hiſtoriæ: q̃ recte de cæleſtibus: deq; Tartareis ſedibus modulatus eſt. Apud hũc igit ut inductus Iuppiter: quẽ optimus: maximũ: quẽ hominũq;: diuũq; patrem appellarẽt ita Iulum pręcinit.

Nec Stygis illę lacus: iudicataq; lumine Regna
Sed ſuperum ſedẽ: noſtroſq; tenebit honores.

Atq; alio loco Poeta ipſe pios: ac beatos: q ꝓ patriæ ſalute cecidiſſent: his uerſibus alloquitur.

At uos ſidereę: quas nulla æquauerit ætas:
Ite decus terrarum animæ/ uenerabile uulgus
Elyſium: & caſtas ſedes decorate piorum.

Prętterea nonne & poeta idem prę̃clariſſimus libro eodem Punicorũ. xiii. uaria pœnarũ genera: diuerſas ſuppliciorũ: ac tormentorum formas: multiplices ſcelerũ facies: & fœliciũ animarũ domicilia: cœtuſq; & cõcilia fortunatorũ/ ac beatas ſedes elegantiſſimo carmine decantauit: quum Scipio Aphricanus: ut atros lacus uiſiſſet: ita Sybillam percontatur.

Sed te oro: quando uitæ tibi cauſa labores
Humanos iuuiſſe fuit: ſiſte inclyta Virgo
Pauliſper greſſum/ & nobis maneſq; ſilentum
Enumera: Stigięq; aperi formidinis aulam.

Et cætera deinceps: quę amęniſſimo Silius noſter proſecutus eſt carmine. Eandem quoq; ſententiam comprobauit Poeta idẽ ipſe libro quintodecimo his uerſibus.

Degeneres tenebris animas damnauit auernis
At quis ætherei ſeruatur ſeminis ortus
Cæli porta patet.

Quid item ſignificat aliud apud Siliũ: q̃ domiciliũ beatorũ illa carmina: quã uirtus īducta loquitur?

Caſta mihi domus: & celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo
Aſpera principio: nec enim mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor. ad nitendum intrare uolenti.

Quid Ouidius Naſo? Nõne: & ipſe tũ cæleſtes: tũ īfernas ſedes ꝑclatiſſimo Metamorphoſeos poemate cecinit? Beatorũ ita explicuit locos.

Eſt uia ſublimis cęlo manifeſta ſereno
Lactea nomen habet: candore notabilis ipſo
Hac iter eſt ſuperis: ad magni tecta tonantis:
Regalemq̨ domum. dextra: leuaq̨ deorum.
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plæbs diuerſa locis habitat. a fronte potentes
Cælicolę: clariq̨ ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt: quem (ſi uerbis audacia detur)
Haud timeam magni dixiſſe palatia cęli.

Quid illa īpiorũ: q̃ ſedes ſcelerata uocat? Nõne ꝑ eiuſdē īgenioſiſſimi: atq̨ doctiſſimi Vatis ſētētia:

Eſt uia decliuis funeſta nebula taxo.
Ducit ad Infernas ꝑ muta ſilētia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: ſibręq̨ recētes
Deſcēdũt illac: ſimulacraq̨ functa ſepulchris:
Pallor: hyemſq̨ tenēt late loca ſenta: nouiq̨
Qua ſit iter manes Stygiã q̃d ducat ad urbē
Ignorant: ubi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus: & apertas undiq̨ portas
Vrbs habet: utq̨ fretũ de tota flumina terra.
Sic oēs animas locus accipit ille: nec ulli
Exiguus populo ē: turbamue accedeſ ſentit.
Errãt exãgues ſine corpore: & oſſibus ũbrę.
Parſq̨ forũ celebrãt: pars uni tecta tyrãni
Pars aliquas artes antiquę imitamina uitę.
Hic eſt ille acclinis ꝑ muta ſilentia trames
Arduus: obſcurus: caligine dēſus opaca.

Hę ſunt Stygię umbrę. Hęc apud Ouidium clarum poetam uaſta: atq̨ inamęna Regna. Hoc īgens chaos. Hęc opaca Tartara. Hæc dēiq̨ loca plena timoris. Sed nec te ab Inferorũ opinione deterreãt: quum apud eundem Vatem Pythagoras ſic loquēs īducitur.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis.
Quid Styga: quid tenebras: & nomina uana timetis.
Materiem Vatum: falſiq̨ pericula mundi?
Corpora ſiue rogus flamma: ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit: mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animæ: ſemperq̨ priore relicta
Sede: nouis domibus uiuunt: habitantq̨ receptę

Hæc nanq̨ non e ſuo ipſe poeta: ſed e Pythagoræ ſenſu deprompſerat. Is. n. philoſophus: alias grauis ac ſapiens ea ſenſiſſe de īferis ꝓhibetur: q̃ a uero prorſus abhorreãt: cũ nihil forte aliud cõſtituiſſe inferos uideatur: q̃ corpora ipſa: quibus aiæ quodã ueluti cæco carcere cõcluderētur: quã primas ſupra poſuimus de inferis ſentētias nobis fuiſſe repertã. Quod autē ita ſit: uidelicet Ouidiũ ſenſiſſe aliud lõge alienũ: atq̨ omnino diuerſum ab opinione Pythagoræ: ſua ipſius poetæ carmina manifeſtãt. Orpheus. n. apud eũdem poetam libro decimo: ſic ait.

Oppoſita ſub terra numina mundi.
In quem recidimus quicquid mortale creamur.
Per ego loca plena timoris:
Per Chaos hoc ingens: uaſtiq̨ ſilentia regni
Eurydices oro properata retexite fata
Omnia debemus uobis: paulumq̨ morati
Serius: aut citius ſedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes: hæc eſt domus ultima.

Quęnam autem una poteſt: atq̨ eadem: ultimaq̨ ſedes: aut domus eſſe oīum aīarum: ſi fędũ corporũ carcerē: inferna loca eē credamus? Nũqd unũ erit oīum corpus? Nũ domus una? Quomõ ergo dixit Pythagoras. Semperq̨ priore relicta.

Sede: nouis domibus uiuũt: habitantq̨ receptę?

Quęnã pręterea domus erit ultima: ſi ſemꝑ habitãt nouas: & ꝑpetuo mutanſ oīa: ſic docēte Pythagora apud Ouidium? Omnia mutantur: nihil interit: errat: & illinc

Huc uenit hinc illuc: & quoſlibet occupat artus
Spiritus: eq̨ feris humana in corpora tranſit:
Inq̨ feras noſter: nec tempore deperit ullo.
Vtq̨ nouis facilis ſignatur cęra figuris
Nec manet: ut fuerat nec formas ſeruat eaſdem:

Sed tamen ipſa eadẽ eſt: aĩam ſic ſemp eãdẽ
Eſſe: ſed ĩ uarias doceo migrare figuras:

Demum ita mea fert opinio: Ouidium in hac de inferis ardua pertractatione, magis Orpheo: hoc eſt inclyto Vati: quem ſummum fuiſſe etiam philoſophorũ accepimus: magnum quoque Vatem adhęſiſſe: potiusꝙ philoſopho. Sed nequeo Pythagoram non mirari ſubſtuliſſe. Inferos cum ſuis aureis, ac uere aureis carminibus ſubterraneos Dæmonas colendos præcipiat. Quod ſi Dęmonas ſubterraneos eſſe fateãtur: qd Styga: qd tenebras: & uera horũ nomina eſſe phibeat? An pugnantia loquunt Philoſophi? At ſi Dęmones fuerint ſubterranei: ut ſint ẽt Inferna loca: neceſſe ẽ. Cōceſſo ãt pręcedente pnuntiato: ut id ẽt: quod cōſequens eſt: concedaĩ: oportet. Quis hęc uel mediocriter Dialecticis imbutus ignoret? Duplicem locum neꝙ Lucanus ignorauit: Hiſtoricus potius: ꝙ̃ Poeta. Itaꝙ apud hũc Iulia Cęſaris filia: Pōpei uxor. Sedibus Elyſiis: cãpoꝙ expulſa piorũ:

Ad Stygias: inquit: tenebras: maneſꝙ nocẽtes:
Poſt bellum ciuile trahor.

Et ad beatos ſpectant piorꝫ cãpi: pars ætheris illa ſereni: Elyſiæ oræ. Ad infælices uero aĩas tacitę erebi ſedes: Ditis pfundi pallida Regna: Stygii lacus: ripa ſonans ignibus: Tartareus antrũ: pallentis hiatus Orci. Sed qd mirũ, rem magnã uariis appellare nominibus? Quod & Surculus ſtatius corũ: quos mõ nouimus: Poetaꝙ aſtipulator, fœlicibus, ac beatis aĩs: lucidã cęli plagã tribuit: ſtellãs ſoliũ: aurea tecta: aſtriferas arces: Et quę radiant maiore ſereno

Culmina & arcano florẽtes numine poſtes
Et loquens de augure: ſic ait.
Nunc quoꝙ Tartareo multũ diuiſus Auerno
Elyſias ideſt carpe uias.
Alio uero ĩ loco his uerſibꝰ tartareũ aggreſſus ẽ
Panditur Elyſium Chaos telluris opertæ
Diſſilit umbra capax: ſilueꝙ: & nigra pateſcunt
Flumina liuentes Acheron eiectat harenas:
Fumidus atra uadis Phlegethon ĩcendia uoluit
Et Styx diſcretis interflua manibus obſtat.
Hęc ſunt torua cubilia: ubi undiꝙ Pigrę
Ire uetaut nubes: & turbidus implicat aer:
Et fœda ſilentis gradum rapit aura poli
Hic obiecta uias torrentũ incendia claudunt.

Quid quas idẽ ſepe cantat Poeta: pallẽtes ũbras referã: lethiferas domos: Stygias res ĩferius: ac Tartareũ Barathrũ plagã cæcã tenebris: pigros, ac ſegnes lacus: uaſtas paludes: ũbriferas undas: infęlix Regnũ: inane ſolũ: Stygẽ ũbrifero liuidã fundo: inamęnũ Cocyton: triſtes ripas, caligantes cãpos: ſteriles lucos, ferrugineũ nemus: pphanatũ, atꝙ inane Chaos, atra, inania, ac funeſta Tartara, caua uiſcera, atꝙ abruta terrę, pfũdę iter noctis, Stygias ſedes: ac tenebras, Stygioſꝙ penates, nocentem mundum, nigras oras, atꝙ ima ſoli? Quid ſibi uult ingens ſpecus: aliud? Quid alta pręceps humus ore profundo? Et Elyſios quidem ſecuros uocat Statius, ac fœlices lucos. At Inferni loci ſupplicia: & miſeram ſortem nequaꝙ̃ ommittit.

Hoc ut fama loco pallentes deuius umbras
Trames agit: nigriꝙ Iouis uacua atria ditat
Mortibus: Archadii pehribent: ſi uera coloni.
Stridor ibi: & gemitus pœnarũ: atroꝙ tumultu
Feruet ager. Sæpe Eumenidus uoceſꝙ, manuſꝙ
In medium ſouuere diem.
Et alibi.
Forte ſedens media Regni infœlicis in arce
Dux erebi populos poſcebat crimina uitæ
Nihil hominũ miſerans: iratuſꝙ oĩbus umbris
Arbiter has dura uerſat Cortinius urna
Vera nimis poſcens: adigitꝙ exponere uitas
Vſꝙ retro: & tandem pœnarum lucra fateri.
Nec funeſtorũ operum reticet miniſtros
Stant furię circum: uariꝙ ex ordine mortes:
Sæuaꝙ multiſonas exertat pœna catenas.

Claudianum quid afferam teſtem? Nam raptam Proſerpinam quum ſcribit plura fortaſſe de Inferis concinit: ꝙ̃ neceſſe erat. Ac ne quis exiſtimaret eas cunctis prediſcretas patere ſedes: ita Ditem patrẽ ad Proſerpinam inducit loquentem.

Amiſſum ne crede diem. Sunt altera nobis
Sidera: ſunt orbes alii: lumenꝙ uidebis
Purius: Elyſiumꝙ magis mirabere campum:
Cultoreſꝙ pios: illic pretioſior ætas
Aurea progenies habitat.

Et alibi: cum de Rufino ageret: hos uerſus de locis infernis elegantiſſimos edidit

Vos pandite Vati
Pierides: quo tanta lues eruperit ortu.
Inuidię quondã ſtimulus incãduit atrox
Alecto, placidas late qum cerneret urbes.
Protinus Infernas ad limina tetra ſorores
Concilium deforme uocat: glomeranĩ in unũ
Innumerę peſtes herebi: quaſcunꝙ ſiniſtro
Nox genuit fœtu: nutrix diſcordia belli:
Imperioſa fames: letho uicina ſenectus:
Impatienſꝙ ſui morbus: liuorꝙ ſecundis
Anxius: & ſciſſo męrens uelamine luctus:
Et timor: & cęco præceps audacia uultu:
Et luxus populator opum: cui ſemper adhęrens
Infęlix humili greſſu comitatur egeſtas:
Fędaꝙ auaritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo ueniunt examine curæ
Complentur uario ferrata ſedilia cœtu:
Toruaꝙ collectis ſtipatur curia monſtris.

Itaꝙ apud hunc Poetã, caligantes talami: trepidę ſedes, imę terræ, iners uulgus, liuentia uada, ferale Barathrũ, pallẽtia caſtra, rude ſoliũ, nigra Maieſtas, ſqualentia, atꝙ ĩmania ſceptra fędus ſitus, rigẽs inclemẽtia, diræ Plutonis formę, ĩformes plagę, deſerta aula, horrẽda palus Stygii receſſus, nigrãtia orci ſpatia, marcida lethes ſtagnia, durũ, ac uerendũ chaos, opaci anfractus, ĩmanes hiatus erebi, flagrãtes riui, pallida regio, tenebroſa ſilentia: æterna nox, formidatus furor, tenebroſus receſſus, picei caligo regni, tetra limina, deforme cōciliũ, cōtraꝙ altera ſidera, purius lumẽ, Elyſii cãpi, pii cultoreſ:

ꝑioſior ætas/ꝓgenies aurea/mollia prata/ꝑpetui flores/ꝑdites arbor/rami fulgentes/fortunatus autunnus/ac fulua poma/nõne hęc ſimul oĩa facile declarat: apteq̧ demõſtrant locoꝝ uarietates: & bonorũ itẽ malorũq̧ diſcrimen! Eos uero Poeta redarguens: q̄ poſt mortẽ/nec miſeri/nec fœlicitatũ locũ eſſe cenſerent: Sic inquit.

Oĩa mors æquat. Tu damnatura nocentes
Tu requiem latura piis. Te Iudice ſontes
Improba cogẽtur uitæ commiſſa fateri

Sed iam preſto ſit. M. Anneus Seneca: qui & ipſe plęriſq̧ in locis/manifeſtũ noſtræ ſententiæ perhibuit teſtimonium. Illi uero imprimis aureoli uerſus ſunt.

Nunq̄ Stygias fertur ad umbras
Inclyta uirtus. Viuite fortes:
Nec letheos ſæua per amnes
Vos fata trahent.
Sed cum ſummas exiget horas
Dies iter ad ſuperos gloria pandet.

Et in Hercule Theſeus multa de Inferis: illud præclarum

Eſt in receſſu Tartari obſcuro locus:
Quem grauibus umbris ſpiſſa caligo alligat.

In quo cõſtat (niſi fallor) atq̧ (ut ait Amphitryõ) uera ẽ fama. Sceleris nocẽtes debitas pęnas daſ. Hunc ſubire locũ extrema miſeria eſt: ubi plectuntur impii: ubi ſempiterni luctus ſupplicia perpetiuntur. Siquidem illud uerum eſt.

Cæleſtis ira: quos premit: miſeros facit. Humana nullos.

Nũc uero audiẽdus ẽ Iunius Iuuenalis: Poeta Satyrus/nec tã figmẽti ullius amator: q̄ acerrimus flagitiorũ/ac ſcelerũ inſectator. Quis ꝑtereat hũc: q̄ ꝑditos mores grauiter carpſit: lõge uero a poetarũ inanĩs abfuit! Is igiẽ cũ aĩaduerteret maloꝝ cauſam eã præcipuã eſſe: ut putarẽt homines/nullos eẽ poſt mortẽ: patratorũ facinorũ cruciatus: acriter irreligionem: atq̧ impietatem redarguit Romanorum: & indignatione magna percitus: hos uerſus edidit ſerio: q̄ ioco potius/ut plane liquet.

Eſſe aliquos manes/& ſubterranea Regna
Et contum: & Stygio ranas in gurgite nigras:
Atq̧ una tranſire uadum tot millia Cymba

Nec pueri credũt. Adeo ꝑditi: atq̧ corrupti ſunt mores hominũ. Niſi: q̄ nõdũ ęre lauanẽ/id eſt quos nondum prauæ conſuetudinis infecit error. Sed tu uera puta. Quiſq̧s rectã uiuendi uiã ſectari uelis pręſertim cum locupletiſſimi teſtes id ipſum firmiter comprobauerint.

Curius quod ſentit: & ambo
Scipiadæ: quod Fabricius: Maneſq̧ Camilli:
Quod Cremeræ legio: & canis cõſũpta iuuẽtus:
Tot bellorum animæ: quotiẽs hinc talis ad illos
Vmbra uenit: cuperent luſtrari: ſiqua darentur
Sulphura cum tedis: & ſi foret humida laurus.

Pręcipit exolus impios errores mordax Poeta: ut ſubterranea Regna uera eſſe credamus: quod. M. Curius ſenſit: qui contra Sannites Imperator maluit pauper eſſe: q̄ iniuſte maximam uim auri poſſidere: cuius uictus tenuitas ſolam uirtutem: atq̧ honeſtatem ſequebatur: quæ ſola in cælum uia eſt: ſicut & ad inferos improbitas: Quod ſenſerunt duo illa propugnacula Belli Punici: ut eximius Orator inquit: ut uero cecinit nobilis Poeta: duo fulmina belli. CN. & Publii Scipiones: qui Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putarunt: qui ſe uelut uictimas quaſdam pro patriæ ſalute hoſtibus deuouerunt: Quod Fabricius ſenſit: qui bello Samnitico cõtra Pyrrhum: Conſul egregię uirtutis prębuit documenta: cuius continentia tot: tãtiſq̧ laudibus celebraẽ. Quod Furius Camillus ſenſit. Nõne hic exul patriã Gallorũ ĩpetu: atq̧ obſidione liberauit! Quod trecenti ſenſere Fabii: qui tanto uirtutis ſplendore claruerunt: ut pro ſalute patriæ/omnes apud Cremeram Fluuium a Veientibus trucidati ſint: unis ſeruatis reliquiis ex ea gente paruulo Fabio: qui propter impuberem ætatem: domi relictus eſt. Quod ſenſerunt tam multi: tamq̧ præclari uel Duces/uel Milites: qui omnes una cum Paulo Emilio: & Varrone Conſulibus: diſſipato ab Hannibale exercitu apud Cannas uicuꝫ Apuliæ perierunt: quod tam multi preſtantes ingenio/ac natura uiri procul dubio crediderunt: quod non probauerunt: quorum turpitudine/ac ſcelere perdita mens: ueritatis lumine orbata eſſet. Quales hi teſtes habendi ſunt: quos ad hanc de inferis comprobandam ſententiam in medium Iuuenalis produxit! Nonne eorum ſtandum dicto eſt potius: q̄ perditorum quorundam: qui ſcelerate: atq̧ impie inferos falſa opinione ſubſtulerunt! Multi apud Atheniẽſes: multi apud Lacedæmonios: multi apud Romanos: multi apud multas & nationes orbis & gentes: bello etiam uoluntaria morte perierunt: quid ſpectantes aliud: quid arbitrantes: q̄ iuſtis uiris: & fortibus paratum in cælo locum eſſe: ĩ iuſtis uero: atq̧ ignauis apud inferos perpetuos cruciatus! Sed oĩs Poetarum chorus (ne in leuioribus (ut nonnulli fortaſſis arbitrantur) teſtimoniis immoremur diutius) noſtram hanc ſententiam ſæpe & confirmat: & continit. Lucretium excipio: qui cum ſe ſapientiæ præcepta ſcribere ꝓfiteretur: ſolus mihi hac in re deſipere uideẽ. Huius illi ſunt uerſus.

Atq̧ animatum quęcũq̧ Acheronte ꝓfundo
Prodita ſunt eſſe: in uita ſunt omnia nobis:
Nec miſer impendens magnũ timet aere ſaxũ
Tantalus: ut fama eſt: caſſa formidine torpẽs.
Sed magis in uita dominũ metus urget inanis:
Mortales caſumq̧ timẽt: quẽ cuiq̧ ferat fors:
Nec Tityon uolucres ineunt Acherõte iacentẽ
Nec qd ſub magno ſcrutentur pectore quicq̄:
Perpetuã ętatẽ poſſunt reperire ꝓfecto.
Quamlibet imani proiectu corporis extet:

Qui nō ſola nouem diſperſis iugera membris
Obtineat: ſed qui terra totius orbem
Non tamē æternū poterit perferre dolorem:
Nec prębere cibum proprio de corpore ſemp:
Sed Tityus nobis hic eſt in amore: iacentem
Quē uolucres lacerāt: atq; exeſt anxius angor:
Aut alia quauis ſcindunt turpidine curę
Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos eſt:
Qui petere a populo faſces: ſęuasq; ſecures
Imbibit: & ſemper uictus triſtisq; recedit:
Nā petere imperiū: qđ inane eſt: nec daē unq̄:
Atq; in eo ſemp durum ſufferre laborem:
Hoc eſt aduerſo nixantem trudere montem
Saxum quod tamē ſummo iam uertice rurſum
Voluitur: & plani raptim petit ęquora campi.
Deinde animi ingratā naturā paſcere ſemper:
Atq; explere bonis rebus: ſatiareq; nunquam:
Quod faciunt nobis annorū tempora circum:
Cum redeunt: fœtusq; ferunt: uarioſq; lepores:
Nec tamē explemur uita fructibus unquam
Hoc opinor: id eſt æuo florente puellas
Quod memorāt laticem pertuſuʒ cogere ī uas
Quod tamen expleri nlla ratione poteſtur
Cerberus/& furie iam uero & luce egeſtas
Tartaros horriferos eructans faucibus æſtus:
Qui neq; ſunt uſq̄uā: nec poſſunt eſſe pfecto:
Sed mętus in uita pœnarum pro malefactis:
Eſt inſignibus inſignis ſceleriſq; luela
Carcer/& horribilis de ſaxo iactus eorum
Verbera carnifices robur pix iam minat ede:
Quæ tamē & ſi abſunt: at mēs ſibi cōſcia factis
Prǣmetuēs adhibet ſtimulos: torretq; flagellis:
Nec uidet interea qui terminus eſſe malorum
Poſſit: neq; ſit pœnarum deniq; finis.
Atq; eadē metuit magiſ hęc ne ī morte graueſcāt
Hic a Ceruſia fit ſtultorū deniq; uita.

Sed nihil mirandum eſt: hæc illum ſenſiſſe de Inferis: qui animorum immortalitatem ſubſtulit: in qua opinione nimiū turpiter lapſus eſt. Vno autem abſurdo admiſſo (ut rectiſſime Ariſtoteles ait) multa exinde naſcuntur. Id mirum impromptu eſt. Sed audite mortales. Volo enim nunc rationem afferre/in medium e ueteruʒ: atq; imprimis ſapientiſſimi Ciceronis theſauris depromptaʒ: qua certo probabimus: ac firmiter cōcludemus: & ſupos dari oīo: & inferos eſſe: ut q bene egerint & uixerint cū uirtute bn̄ āte actę uitę: ac multoꝝ recte factoꝝ debita reportēt prȩmia: & cōtra iniuſti & impii dignas pœnas luant ſceleꝝ patratoꝝ. Nā ſi & beatoꝝ domicilia/ſimul & ſupplicioꝝ loca ſubſtuleris: qđ tū quęſo/erit bonoꝝ/malorūq; diſcrimē? Quæ tū etiā fuerit pietas? Quæ ſanctitas? Quę religio? Quid.n. laborare oportet aſſidue: & p uiribus ſedulo bonis opibus inſudare: ſi nullā Deus habeat bonoꝝ operū rōnē? At ſublatis iis uirtutibus: quas modo cōmemorauimus: pturbatio uitæ ſumma ſequeē: & reꝝ oīum magna cōfuſio: atq; haud ſcio (ut latinæ linguæ delitiæ Cicero inqt) an pietate aduerſum Deū ſublata: fides etiā & ſocietas generis hūani/& una excellētiſſima uirtus iuſtitia tollaē. Præterea (ut Cicero argumentaē libro de Natura Deoꝝ tertio) ſicut neq; domus/neq; reſpublica rōne quadā & diſciplina deſignata eſſe uideaē: ſi in ea nec recte factis pmia extāt: neq; ſupplicia peccatis: ſic mūdi in hoīes diuina moderatio pfecto: nulla ē ſi ī ea diſcrimē ē nullū bonorū & malorū. At reſpondeat fortaſſe aliqs/uirtutis & uitiorum ſine ulla diuina rōne/graue ipſius conſcientiæ pondus eſſe: qđ & Satyrus Poeta cōfirmat dicens.

Exemplo quodcūq; malo cōmittitur: ipſi
Diſplicet auctori. Prima eſt hęc ultio: quod ſe
Iudice/nemo nocēs abſoluitur: improba quāuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam:

Idem quoq; approbat. T. Lucretius his uerſibus.

Mens ſibi conſcia factis Præmetuens adhibet ſtimulos: torretq; flagellis.

Idem ſenſiſſe uidetur noſter Statius: cum ſic ait primo Thebaidos.

Aſſiduis circumuolat alis Sęua dies animi: ſcelerūq; in corpore dirę.

Item libro tertio Inuigilant animo: ſceleriſq; parati Supplicium exercent curę.

Nōne & Agamēnonius fęmis agitatus Oreſtes rei huius fidē facit? Hic cōſcientię male actoꝝ ſtimulis cōmotus/uerſus in furorē/armatā (ut ait Poeta magnus) facibus matrē: & ſerpētibus atris fugit: ultriceſq; ſedēt in limine diræ. Hos etiā cōſcientiæ/ueluti ſubmonētis rōnis tacitos monitus/ac pūgētes aculeos grauiter & luculente cōfirmat elegātiſſimus noſter Platonicus Apuleius eo libro/quē inſcripſit de Deo Socratis/his uerbis. Qui uero pp aduerſa uitæ merita nullis bonis ſedibus in terra uagatione/ceu quodā exilio puniēt: inane terriculamentū bonis hoībus: cæteruʒ noxiū malis: hūc plerīq; laruaʒ phibēt. Idē plane aſſerit ueterū oīum ſapientiſſimus/atq; optimus Triſmegiſtus: q hanc eandē ſententiā explicaturus eo ipſius opere: quod ſibi præſcripſit Pimandri nomē: interrogatus a filio Tatio: quomodo cruciaet hoīs aīa: quodue ſupplicium huius animæ grauius: ſic reſpondēs ait. Impietas o fili mi Tati. Cuius nam ignis ardentior flāma/q̄ impietas eſt? Quæ nam fera mordax ita corpus lacerat: ut impietas laniat animā? Nōne uides/quot malis animus premitur impius? Heu ſic fili uociferat aīus impius. Vror: abſumor. Quid dicam: quid agā: neſcio: deuorant me miſeruʒ mala: undique confluentia. Non uideo quicquam. Heu miſer nō audio. Tales afflicti ſunt animi uoces: talis naturæ congrua mulcta: non qualem tu forte fili/& alii quidam arbitrantur: quibus uidetur anima noſtra/poſtquam eſt humanā exuta figuraʒ/in corpora degenerare brutorum. Hic.n. impius error. Item libro eodem: loco alio ſic patrem Tatius interrogat. Num ultores intra me ſunt? Mercurius ſic reſpōdet. Nō pauci fili: ſed horribiles/ac multi. Tatius. Ignoro pater. Mercurius. En fili hæc una eſt ultrix: ignorantia: ſecunda triſtitia: tertia inconſtantia: quarta cupiditas: iniuſtitia quinta: ſexta luxuries: deceptio ſeptima: octaua inuidia: fraus nona: decima ira: unde

cima temeritas:duodecima uero malitia. Hæ quidẽ ſunt numero duodecim. Sub his plures aliæ
continenẽ:quæ ꝑ corporis carcerẽ incluſum intrinſecus hoiem ſenſibus pati cogũt. Abſunt aũt iſtę
ab eo q eſt Dei fulctus clemẽtia. Hæc Trimegiſtus. Huic quoq; ſententiæ Chriſtiani Theologi ante/
ſtanſ:q eam aīę potentiā rõne altiorẽ/ſeu habitũ aīę potius:ſiue etiã (ut alii malunt) rõnem ipſã:
quæ & inſtigare dicit̃ ad bonũ: & imurmurare de malo:proprio nomīe Synderefin nominarũt: &
eius opationes atq; actũ ſuo quodã uocabulo appellauerũt Conſcientiã:cuius propria munera eſſe
affirmãt (ut eorꝫ ipſorꝫ uocabulis utar) teſtificari/ligare/mitigare/accuſare/remordere/reprehẽde
re. Huc tendũt etiã:quæ ſcripſit auctor eminentiſſimus Cicero ĩ Paradoxis/ſic alloquẽs inimicũ. Te
miſeriæ:te erũnę prẽmunt oẽs:q te beatũ:q florentẽ putas. Tuæ libidines te torquent. Tu dies/no
ctesq; cruciaris:cui nec ſat eſt:qđ eſt: & id ipſum/quod habes:ne nõ diuturnũ ſit futurũ/times. Te
conſcientię ſtimulãt maleficiorꝫ tuorꝫ. Te metus examinãt iudiciorꝫ/atq; legũ. Quocũq; aſpexiſti:ut
furiæ:ſic tuę tibi occurrunt iniuriæ:ſuſpirare quæ te libere nõ ſinũt. Quãobrem ut improbo & ſtul
to & inerti nemini bene eſſe põt: ſic bonus uir & ſapiẽs & fortis miſer eſſe nemo põt. Hæc Cicero ĩ
q libro etiã de legibus primo ad hãc eandẽ ſententiã firmius comprobãdã his uerbis eſt uſus. Scele
rus in hoĩes/atq; impietatũ nulla expiatio eſt. Itaq; pœnas luunt nõ tã iudicis:quæ quondã nuſquã
erant:Hodie multifariã nulla ſunt:ubi ficta tñ perſępe falſa ſunt:ut eos agitent:inſecten̄tq; furiæ:
nõ ardentibus tædis/ſicut in fabulis:ſed augore cõſcientiæ/fraudisq; cruciatu. Boetius quoq; id ip
ſum uidet̃ his uerſibus confirmare.

Habet hoc uoluptas omnis
Stimulus agit fruentes
Apiumq; par uolantum:
Vbi grata mella fudit:
Fugit: & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

His auctoribus/ſimul & argumẽtis annixi affirmant mali & animi & mẽtis hoĩes huiuſmodi eſſe ca
ſtigaudorũ morꝫ:ac ſcelerũ modũ & ordinẽ. Sed nõ ſatis iuſta hęc ꝑfecto uidet̃ ratio puniendi. Ita
eſt.n.interdũ nõ nullis totius lumẽ rõnis extinctũ:ac male uiuẽdi cõſuetudine deprauata uolũtas:
ut nulla re prorſus/niſi malis operibus delectent̃. Atq; hoc proculdubio uſu ſoleat euenire iis præ
ſertim populis:qbus certa pateat peccandi licentia: & nõ nullorꝫ uenia delictorꝫ. Proditũ memoriæ
eſt id:quod grauis auctor ſcribit. A. G. apud ægyptios genus hoĩum ſolers/& ſagax/furta quondã
licita & permiſſa fuiſſe:apud Lacędemonios aũt ſobrios uiros/& acies nõ impunita ſolũ:uerꝫ etiam
ſtudio affectata: & pro exercitio utili celebrata:fit ẽt ut interdum quidam/quos hoĩes ne/an belluas
potius ĩ figura hoĩs appellẽ:neſcio:q̃ uel male ingenio nati:ſeu quadã morũ prauitate corrupti:uł
deniq; ſecũdis rebus elati/ĩmoderantius exultẽt:ſuæ libidini ſeruiant:iſidient̃ bonis:malos euehãt:
ꝑ ſuo oĩa arbitrio gerant: nullũ relinquãt prudentiæ ac uirtuti locũ. Hi ſuntq; diuturni/atq; atro
cis belli cupidi/ac rerũ noua ꝝ/ nunq̃ contenti rebus ꝑ̃ſentibus/ſancti fœderis ac iuriſiurandi teme
rata ac uiolata religione mirũ in modũ gaudent:iniuſtis alienaꝝ rerũ occupationibus impinguan
tur:ciuitatũ direptiones affectant:clandeſtinis conſiliis/multiplicibus artibus/occultis conſpiratio/
nibus libertatem occupare/& dulciſſimę patrię gloriã (proh ſcelus ĩmane atq; infandũ/ĩmenſumq;
flagitium) uel extenuare/uel delere cõtendũt: & ĩ diuino ꝑ̃ſidio/cęleſti ꝓtectione/mira Dei poteſta
te. & illa potenti dextra:quã nec hoĩs lingua:nec Angeli fari uox poſſit/bonorũ uirorũ:imo totius
ciuilis ſocietatis/atq; humanę conciliationis/& cũctorꝫ uitę mortaliũ cauſa defenderet̃:rueret orbis
ſepius & ſæpiſſime:imo uero ſemp ſubuerterent̃ humana:cęlũ terris & mare cęlo/oĩa demũ oĩbus
miſcerent̃:confunderent̃:caderent:templorũ euerſiones/iidem quos modo diximus/machinant̃:
ſacris ędibus ardentes faces ac tacitã fauillã magni ſemẽ incendii ſubminiſtrant:alienis diteſcunt la
boribus:hoſpitas domos/dulce miſeris: & rerũ oĩum egenis ꝓfugium euertũt: & quæ in eis ſunt/di
ripiunt bona oĩa:pauperũ ſpoliis exultãt:innocẽtes incautos excipiũt:thalamos irrumpũt:ferro ag
greſſi bonos uiros lecto ſecure iacentes/curis confectos/& ſomno grauatos inuadũt:iugulo enſes de
mergũt: & bacchatis miſellorũ diſcerpũt corpora:humano cruore fędant̃:iuſtorũ cęde ipſorũ dex
tera maculat̃: & fauces ſcelerant uiuo ſanguine eorum:quos chara domi uxor expectat:dulces nati
& feſſi ætate parẽtes:quos eiulatus:quos fletus:quas lamẽtationes daturi:cũ proh dolor/miſere tru
cidati/mortẽ miſeriores ipſi acceperint/diutius expectati. Quæ pęna iqđ ſupplicii ac tormẽti genus
par eſſe põt peccato eorũ:q dolũ/fraudẽ/uim moliunt̃:ac necem parãt inocẽtibus: & ĩ abſcondito
quaſi leones ĩ ſpelunca inſidias texũt aurũ poſſidẽtibus: & horũ inhiant opibus:atq; ipſorũ captiui
tatibus ac dãnis innumerabilibus/ & turpiter ab ſe cęſis hoĩbus gloriant̃: fas omne abrũpũt:bonos
uiros obtruncãt:auro ui potiunt̃: Virgines rapiũt: & ueluti pecora/quę uentri ſimul & Veneri ma
ter oĩum natura obedientia finxit:temere in caſtiſſimaꝝ pudicitiã puellarũ graſſant̃/bipedũ cũctorꝫ
longe nequiſſimi:et quos terra ſubſtinet/multo omnium ſceleſtiſſimi:ac demum ſtupris/inceſtibus/
adulteriis/raptibus: & quod dicere animus horret:ac pudore refugit:exectanda puerorũ abuſione
miſcent omnia: & rectam uiuendi rõnem/modum/ordinemq; ſubuertunt:atq; confundunt.

Hic talamum inuaſit natę:uetitoſq; Hymęneos.
Hi:quibus inuiſi fratres:dum uita manebat:
Pulſatus ue parens: & fraus innexa clienti:
Aut ii diuitiis ſoli incubuere repertis:
Hęc partem poſuere ſuis:quę maxima turba eſt.
Hiq; ob adulterium cęſi:quiq; arma ſecuti
Impia:nec ueriti dominorum fallere dextras.
Auſi omnes immane nefas:auſoq; potiti.

Horũ uitã & mores ſapientiſſimus Cõcionator luculẽter expreſſit his uerbis Sapiẽtię libro: cũ ĩpios ſic loquẽtes ĩducit. Opprimamus pauperẽ iuſtũ: & nõ parcamus uiduæ: nec ueterano: nec reuereamur canos multi tẽporis. Sit aũt fortitudo noſtra/lex iniuſtitiæ. Quod.n.infirmũ eſt: inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iuſtũ: quoniã ĩutilis eſt nobis: & cõtrarius eſt opibus noſtris: & improperat nobis peccata legis: & diffamat ĩ nos peccata diſciplinę noſtræ. Hęc Salomon de iniuſtis & impiis. His ne ſatis erit ſtimulus conſcientię ad punienda infanda coꝝ facinora/atq; horrenda flagitia/& ĩmania ſcelera? Impune ergo mali bonoꝝ colla calcabũt? Ita ne impuniti/improbi uiros integros ac uirtute prędítos ſollicitabũt: nec ulla unq̃ poſt mortẽ ferini animi exercebũt ſupplicia? Nõ ita hercule: nõ i:a: ſed grauiſſimas pœnas/ac ſęua tormẽtoꝝ genera patient̃: ſicq; maior fiet noxa maloꝝ: & modis peioribus torquebunt̃. Creſcũt ad culmina reꝝ iniuſti: ac tollunt̃ in altũ: ꝑ Claudiani noſtri uera ſentẽtia: ut lapſu maiore ruant. Iuſtis aũt gloria fuerit longe maior: ſi graues hos/atq; acerbos caſus/& dura infortunia ferẽt æquo ac patiẽte aio/Sero licet forte pœna ueniat: ueniet tñ aliqñ ac tandẽ hui q̃ dira ueniet. Magna Deus omnipotẽs parat: ac maior uenit ira tardior. Ipſe qdẽ rerũ oĩum cõditor Deus: ac naturæ parens/lẽtus/atq; iners aliqñ uidet̃: & errare ſinit ꝑ arbitrio nocuos hoĩes: atq; habenas laxat male agẽtibus: attamẽ diẽ expectat: tẽpus obſeruat: neq; iraſcit̃ ꝑ ſingulos dies. Vę niſi cõuerſi hoĩes fuerint: gladiũ ſuũ furenti ſimilis Deus uibrauit: arcũ tetendit: pharetraſ reſerauit: ac uenenata cuſpide tela deprompſit. Cernere mox poteris hoĩuꝫ ſtrages: & turpiter paſſim iacentia/atq; defuncta corpora peccatoꝝ: quorũ aĩę etiã pęna incõparabili apud Inferos cruciabunt̃. Animos improbi ueſtros aduertite: q nihil ſub hoĩum pedibus eſſe putatis. Sic creditote: ſic habetote: Deũ optimũ/atq; iuſtiſſimũ grauiore pęna lenta ocia/ac tarda piacula repenſurũ: Diuinã poteſtatẽ effugere nõ poteſtis: nec ullus eſſe ualeat oĩo totis ſęculis: & uẽturis tẽporibus oĩuꝫ curriculis: q uos de manu poſſit omnipotẽtis eruere. Quęcunq; capeſſetis: teſtis ſemꝑ fuerit factoꝝ Deus: q locis oĩbus præſens aſſiſtit: ui & eſſentia cõplet: uniuerſo orbi impat: & eius audiũt uocẽ: atq; imperio ſubiiciunt̃: ac uolũtati parent oĩa. Quo ibitis ab oculis eius: & quo a facie ipſius cõfugietis inſani? Si aſcenderitis ĩ cœlũ: ſedes illud ẽ Dei: ſi deſcẽderitis ad Inferos/corã aderit id: qđ ne ipſe qdẽ magnus Vates Virgilius ignorauit: qum ſic ait ſexto æneidos.

Principio cœlum/ac terras: campoſq; liquentes:
Lucentemq; globum Lunæ: titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet.

Item in Dameta. Iouis oĩa plena. Quod & Trimegiſtus ſenſit: ſic inquiens ĩ Pimandro. Cuncta plena ſunt Deo. Item qui a Theologia Orphei profecti ſunt/ſi: de Deo tradiderunt.

Ipſe & enim ſemper ſimul eſt: ac totus ubiq;.

Poſtremo dicã id: qđ rem oẽm/cauſamq; cõtinet: & tiim cuiuſq; ſupat argumẽti. Reſpõdete/quęſo: q oĩa creditis morte deleri: quo nã modo locũ habeat diuina iuſtitia: ſi uerũ ſit illud Tragici poetę. Poſt mortẽ nihil eſt: ipſaq; mors nihil: cũ & bene/ac ꝓſpere euenire/ac cedere ex ſentẽtia ĩprobis in uita cernat̃: & cõtra iuſtis interdũ/atq; optimis peſſime. Quod ita eſſe/& cũctis facile ĩ promptu ẽ: ſimul etiã plane Cicero manifeſtat tertio de natura Deoꝝ libro: qum ſic ait. Nos qdeꝫ nimis multa de re apertiſſima. Telamo aũt uno uerſu totũ locũ conficit: utrũ Dii hoĩes negligãt. Nam ſi curent bene bonis ſit: male malis: quod nũc abeſt. Debebãt illi qdẽ oẽs bonos efficere: ſi qdẽ hoĩum generi conſulebant: ſin id minus/bonis certe conſulere debebãt. Cur igit̃ duos Scipiones fortiſſimos & uiros optimos ĩ hiſpania Penus oppreſſit? Cur Maximus extulit filiũ conſulareꝫ? Cur Marcellum Hãnibal ĩteremit? Cur Paulũ Cannę ſubſtulerũt? Cur Penoꝝ crudelitati Reguli corpus ẽ prębitũ? Cur Aphricanũ domeſtici parietes nõ texerũt? Sed hęc uetera/& alia ꝑmulta. Propiora uideamus. Cur auunculus meus uir inocẽtiſſimus: idẽq; doctiſſimus. P. Rutilius ĩ exilio eſt? Cur ſodalis meus ĩterfectus domi ſuæ Druſus? Cur prudẽtiæ/tẽperãtięq; ſpecimẽ añ ſimulachrũ Veſtę Põtifex maximus eſt. Q. Sceuola trucidatus? Cur añ etiã tot ciuitatis principes a Cĩna interẽpti? Cur oĩuꝫ perfidioſiſſimus. C. Marius. Q. Catulũ/præſtantiſſima dignitate uirũ mori potuit iubere? Dies deficiat ſi uelim numerare/qbus bonis male euenerit: nec minus/ſi cõmemorẽ/quibus improbis optime. Cur.n. Marius tã fœliciter ſeptimũ Conſul/domi ſuæ ſenex eſt mortuus? Cur oĩum crudeliſſimus tã diu Cinna regnauit? At dedit pœnas. Prohiberi melius fuit: impedíriq;: ne tot ſũmos uiros interficeret/q̃ ipſum aliquando pœnas dare. Sũmo cruciatu: ſupplicioq; Varius homo ĩportuniſſimus periit. Sed quia Druſum ferro: Metellum ueneno ſubſtulerat: illos conſeruari melius fuit/q̃ pœnas ſceleris Varium pendere. Duo de quadraginta Dionyſius tyrannus ãnos fuit opulentiſſimæ & beatiſſimæ ciuitatis. Quã multos ante hunc/hoc in ipſo Græcię flore Piſiſtratus ac Phalaris? at Apollodorus penas ſubſtulit: multis quidem ante cruciatis/& necatis: & prædones multi ſępe pœnas dant: neq; tamen poſſumus dicere non plures captiuos acerbe: q̃ prædones necatos. Anaxarchũ/Democritum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. Zenonem Eleę in tormentis necatum. Quid dicam de Socrate: cuius morti illachrimari ſoleo Platonem legens? Vides ne igitur

Deoꝝ iudicio (ſi uidēt res humanas) diſcrimē eſſe ſublatū! Diogenes qdē Cynicus dicere ſolebat Harpalū: qui tēporibus illis prędo ſummus habebať cōtra Deos teſtimoniū dicere: qd in illa fortuna tam diu uiueret. Dionyſius de quo añ dixi: cū phanū Proſerpinæ Locris expilauiſſet nauigabat Syracuſas: iſq; cū ſecundiſſimo uento curſum teneret ridens uidetis ne inquit amici: q̄ bona a Diis īmortalibus nauigatio ſacrilegis det! Atq; homo acutus cū bene planeq; īcepiſſet in eadē ſentētia pſeuerabat: q cū ad Peloponēſum claſſem appuliſſet & ī phanū ueniſſet Iouis Olympi aureū ei detraxit amiculū grandi pōdere: quo Iouē ornarat e manubiis Cartaginēſiū Tyrānus Gelo: atq; etiā in eo cauillatus ē: æſtatē grauē eſſe aureū amiculū: hyeme frigidū: eiq; laneū palliū iniecit: cū id eſſe aptū ad omne āni tēpus diceret: idēq; Aeſculapii Epidaurii barbā aureā demi iuſſit: neq; n. conuenire barbatū eſſe filiū: cū in oībus phanis pater imberbis eēt. Idē menſas argēteas de oībus delubris iuſſit auferri: in qbus cū more ueteris Gręcię inſcriptū eſſet bonoꝝ Deorū uti ſe eoꝝ bonitate uelle dicebat. Idē uictoriolas aureas & pateras coronaſq; quę ſimulachroꝝ porrectis manibus ſuſtinebanť ſine dubitatione tollebat: eaq; ſe accipere nō auferre dicebat: eſſe. n. ſtultitiā: a qbus bona precamur: ab iis porrigētibus & dantibus nolle ſumere: eundēq; ferūt hęc oīa quę dixi ſublata de phanis in forū ꝓtuliſſe: & p pręconē uēdidiſſe: exactaq; pecunia edixiſſe: ut qd qſq; a ſacris haberet: id añ diē certū in ſuū quoq; phanū referret. Itaq; ad impietatē in Deos: in hoīes adiunxit iniuriā. Hūc igiť nec Olympius Iuppiter fulmine ꝑcuſſit: nec Aeſculapius miſero diuturnoq; morbo tabeſcentē interemit: atq; ſuo ī lectulo mortuus in tympanidis rogū illatus ē: eamq; poteſtatē quā ipſe p ſcelus erat nactus: quaſi iuſtā & legitimā hęreditatis loco filio tradidit. Inuita ī hoc loco uerſať oratio. Videť eni auctoritatē afferre peccantibus. Sic Cicero. Conſentanea iis cecinit Seuerinus: pariterq; indoluit primo de Philoſophiæ conſolatione libro his uerſibus.

O ſtelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus ſolio
Rapido cælum turbine uerſas
Legemq; pati ſydera cogis
Vt nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obuia flammis.
Condat ſtellas Luna minores.
Nunc obſcuro pallida cornu
Phœbo propior lumina perdat
Et qui primę tempore noctis
Agit algentes heſperus ortus.
Solitas iterum mutet habenas
Phœbi pallens Lucifer ortu.
Tu frondifluę frigora brumæ
Stringis lucem breuiore mora
Tu cum feruida uenerit æſtas
Agiles noctis diuidis horas.
Tua uis uarium temperat annum:
Vt quas Boreę ſpiritus aufert.
Reuehat mitis zephyrus frondes.
Queq; arcturus ſemina uidit
Sirius altas urat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum
Linquit proprię ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans
Hominum ſolos reſpuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica uerſat
Fortuna uices premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna:
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio: ſanctaq; calcant
Iniuſta uice colla nocentes.
Latet obſcuris condita uirtus
Clara tenebris: iuſtuſq; tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocent ipſis
Fraus mendacii compta colore.
Sed cum libuit uiribus uti
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudēt ſubdere Reges.
O iam miſeras reſpice terras
Quiſquis rerum fœdera nectis
Operis tanti pars non uilis
Homines quatimur fortunæ ſalo
Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo cœlum regis immenſum
Firma ſtabiles fœdere terras.

Sororia ſunt his: quę Claudianus decantat: aliorem materiam carmine modulatus in hunc modum.

Sæpe mihi dubiam traxit ſentētia mentem.
Curarent ſuperi terras: ac nullus ineſſet
Rector: & īcerto fluerent mortalia caſu.
Nam cū diſpoſiti quęſiſſem fędera mundi:
Perſcriptoſq; maris fines: anniq; meatus
Et lucis: noctiſq; uices: tunc omnia rebar
Conſilio firmata dei qui lege moueri
Sydera: q fruges diuerſo tempore naſci:
Qui uariam Phęben alieno iuſſerit igne
Compleri: ſolemq; ſuo porrexerit undis
Littora: tellurem medio librauerit axe.
Sed cū res hominū tanta caligine uolui
Aſpicerē: lætoſq; diu florere nocētes:
Vexatiq; pios: rurſus labefacta cadebat
Relligio: cauſęq; uiam nō ſponte ſequebar
Alterius: uacuo quę ſemina currere motu
Affirmat: magnūq; nouas p inane figuras
Fortuna nō arte regi: quæ numina ſenſu
Ambiguo uel nulla putat: uel neſcia noſtri.

Dicite rerū Iudices humanarū: q dediti uētri: Veneri mācipati: diuinū aīus ueſtrū: ſegnē: atq; obſcęnū cęci ſtratiſſis ī alutū: & toti iā demerſi corpore: ac turpibus uoluptatibus īuoluti: nihil eorū ſapitis: quę ſurſū ſunt: nihil altū mēs ueſtra īchoat: cœleſtia deſpicitis: ſupna cōtēnitis: terrena ſequimini: amatis hūana: deniq; ī hoīs figura lōgiſſime abeſtis a uero hoīe: aperite mihi quā poſuero q̄ſtionē.

Vos enim uobis quoq; lucidius (ſiquis adhuc reſtet uel minimus rectę rationis igniculus) hac una demonſtratione conuincam: ac uobis etiam applaudentibus exorabo. Nullus ẽenim eſt tam prauus: qui non ſponte ad meliora trahatur. Quęro igitur nunc ex uobis: num clariſſimos urbium conditores: & optimos atq; iuſtiſſimos ciuitatum rectores & conſeruatores: qui ſummis atq; ampliſſimis laudibus efferuntur: & pręcipuis ac maximis ubiq; gentiũ honoribus celebrantur: & immortalem gloriam in terris aſſecuti: beatiſſimas quoq; in coelo ſedes adeptι fuiſſe dicuntur: num inquam exiſtimatis hos præclarius fundatas urbes reliquiſſe: amplioribus ciuitates ſuas decoraſſe ornamentis: ſanctioribus ſuas ipſorum patrias legibus muniuiſſe: & melioribus & inſtitutis & moribus temperaſſe res publicas: q̃ magnus ille mundanæ molis opifex atq; ædificator Deus optimus maximus totiuſq; Maieſtatis effector & rerum omnium parens ac dominus mundum uniuerſum ac tanti operis fabricam & uniuo condiderit: & mox gubernet perpetua ratione? Quis tantũ exiit e poteſtate: quis adeo ſtultus: quis tam inſanus ac mentis inops & rõnis expers ut inficias ire prorſus audeat atq; iſta negare? Sed cum rei magis ſtuduerunt boni publicarum rerum gubernatores: atq; optimi principes ciuitatis & clari urbium conditores: & qui iuſte ac legitime populis dominantur: & æquo regũt ſubiectos imperio: q̃ eas leges condere atq; ſeruare eos per urbes mores diffundere: eiuſmodi conſuetudines ciuium animis ac populorum mentibus proſeminare: quarum oĩum ea uis ea mens eſt: ut pręmiis boni ſuppliciis mali afficiãtur. Siquidem ad proborum dignitatẽ atq; gloriam ad ignominiam perniciemq; improborum eorum: qui iura condiderunt tulerunt leges: fertur omnis ac ſpectat intentio: quod quidem non tam prohemium atq; exordium (ut Plato appellat) q̃ ſolidum fundamentum legis putandum eſt: nec aliter habenda lex ſit in optimis rebus: niſi ciuium & ſingulorum ac paucorum & uniuerſorum ſalutem incolumitatem ciuitatis uitã hominum quietem beatitudinemq; contineat. Atq; ea fieri nequaquam poſſunt niſi homines ad recte facta uocentur: & impellantur: auocentur a peccatis: atq; delictis plectantur improbi: defendantur boni: inſuper pręmiis atq; honoribus afficiantur. Hoc certe omnium maxime cogitaſſe & ſpectauiſſe arbitramur omnes: qui ſcita populis ſanxerunt: qui uel ſtudii & delectationis gratia: uel reipublicæ cauſa leges ciuitatibus conſcripſerunt. Quid ſecutus eſt Solon Athenienſium? Quid Lycurgus Lacedęmoniorum? Quid Arcība Epirotarũ? Quid Crethenſium Minos? Quid iterum alii: qui leges uſpiam condiderunt? Quid expectauerunt Zaleucus & Corondas clariſſimi optimarum legum latores? Legimus ſæpe ueterum ſcripta ac maiorum monumenta: in quis multa & pręmia extant uirtutibus & ſupplicia uitiis. Quid duodecim tabulæ: quid leges omnes: plebis ſcita: ſenatus conſulta: inſtituta Principum: Magiſtratuum edicta: quid Pontificum ac patrum decreta: quid ſcita populorum: quid reſponſa prudentum: quid tota deniq; ſequitur iuris ac legum diſciplina? Non ne leges omnes pari ratione adiuuant: & tuentur probos: bonis omnibus opem atq; auxilium ferunt? Ille uero etiam honoribus proſequuntur: quæ de iuſtitia & iure: quæ de le. conſuetudine: quæ de aſſer. do. quæ de ſtatuis & imaginibus inſcriptæ ſunt? Quã multa uirtutis ac rei bene geſtæ præclaraq; inſignia in ueterum ſcripturis: ac monumentis reperta ſunt. Parui. n. refert (ut ipſe opinor) ſi uel lege: uel conſuetudine: quæ legis inſtar obtinet: gloriæ præmia ſint a maioribus inſtituta. Quid contra nonne ſunt etiam a maioribus multiplices: ac uariæ poenæ inſtitutæ: ac diuerſa genera tormẽtorũ? Vt qui peccare non oderunt uirtutis amore: odio id habeant formidine poenæ: & ſummus ille Philoſophus Ariſtoteles dicit legum latores aduerſus delinquentes poenas inſtituiſſe: ſi mõ nõ ui coacti neq; per ignorantiam: cuius ipſi cauſa non fuerunt: deliquerunt. Illis uero: qui bene agunt: conſtituere præmia: quaſi alios inuitantes: alios deterrentes. Sed ne quærite doceri: quas poenas: aut quæ forma malos: fortunaue improbos ac ſceleratos demerſit homines.

Hic autem Auguſtinum plurium linearum reliquiſſe ſpatium adinuenimus.

Sed hactenus dictum ſit de poenis a legum latoribus inſtitutis: quibus tanquam ſignis quibuſdam atq; ueſtigiis uelut a notioribus nobis & certioribus incertiora defunctis: ac mortuis hominibus nimium manifeſta genera tormentorum ratiocinando & arguendo niſi hebetes nimis fuerimus: ac tardi facile poſſumus peruenire. Sed nolo etiam prętermittere: quod mihi maximam habere uideatur ſubtiliſſimum argumentum ac firmiſſimam rationem ad probanda inferna ſupplicia perpetuo atq; ęternis temporũ ſpatiis ſine ulla prorſus intermiſſione ac requie duratura. Nam ſi (ut rectiſſime in Paradoxis inquit Cicero) peccata non euentu rerum: ſed uitiis hominum metienda ſunt: diſtorta aũt improborũ ratio & impiorũ deprauata uolũtas quouis tẽpore deteriora ſectatᷓ: ac mittitur ſemper in peſſima. Aeternũ uiuere iniuſti cupiunt: & nunquã malis rationibus finẽ facere. Siquidem (ut in Ethicis oſtẽdit Ariſtoteles) uoluptatum appetitus inſatiabilis eſt: neq; etiam (uti idem approbat pręcellentiſſimus auctor) ſi uelit iniuſtus ceſſabit iniuſtitia: ac iuſtus fiet. Non eius

ęgrotans ſanus fit: & ſi ita contingat·ut ſponte ęgrotaret p incontinentiam atq; laſcitias pręceptis Medicoꝝ aduerſatus. Tūc ergo licebat illi nō ęgrotare. Sed tūc nō amplius licet: quēadmodū nec emiſſum lapidem quis retinere poteſt: fuit tamen in illo capere ipſum: atq; emittere. Principium enim in ipſo·ſic iniuſto & flagitioſo licebat ab initio talis non eſſe. Sic Philoſophus. Iuſtiſſimus aūt Deus eſt: quis neget? Cum uel Auerrohus afferat prohemio in ſua i p ſitus commentaria ſuper naturali Ariſtotelis auditu·naturam Iuſtitię in ſubſtantia rerum exiſtere: quod ſi in rerum ſubſtantia: cur non etiam multo magis in Deo? Cum quicquid aut laudabilis·aut honorabilis boni in creatis rebus exiſtat: id ſublimiori quodam·excelſiori·atq; ineffabili ſiue ordine·ſiue modo: & peculiari & ſuo eminentiæ gradu·& incōmunicabili antonomaſię dignitate·ac naturæ pręſtantia in Deo eſſe uideatur. Repaſſum autem non congruit ei iuſto: quod ad corrigendum pertinet: & proprium Iuſtitię munus eſt: ius ſuū cuiq; tribuere: merito igitur impiis Deos eſſe propitios æquum non eſt: quin perpetuis ſunt digni ſuppliciis·ac pœnis ſempiternis. Quis huic reſpondeat rationi? Quis tam doctus: ut ſciat? Quis tam impius: ut uelit: ac teneret? Quis non uel ſolo hoc argumento uincatur: ut ſine ulla prorſus dubitatione eſſe Inferos arbitretur: ac domicilia beatorum? Atqui aſſerunt non pati terrę ſoliditatē: ut ſint Inferi: uelim hi mihi reſpondeant: ubi nā loci ſint tot corpora mortuoꝝ: & hominum·& ferarum: num in terra? an in mare potius: aut aqua·uel igne magis? Recte hac de re doctiſſimus dixit Ouidius.

Oppoſiti ſub terra numina mundi:
In quem recidimus: quicquid mortale creamur.

Idem confirmat apud Claudianum Dis pater: raptam Proſerpinam alloquens his uerbis.

Quicquid liquidus complectitur aer:
Quicquid alit tellus: quicquid maris æquora uerrunt:
Quod fluuii uoluunt: quod nutriuere paludes:
Cuncta tuis pariter cedent animalia Regnis.

Præterea non poterit Deus terram extēdere: ſicut pellem: uel denſiora reddere corpora defunctorum: ſiue etiam terram nouam creare? At uero longe ſimilius eſt: bonum Architectū Deum: prius q̄ iſtam mundanæ domus molem erigeret: damnandorum: & qui beati futuri eſſent·infinitis ante ſeculis numerum præuidiſſe: & uenturis omnibus animantibus ampla loca·capaces ſedes·longa atria·& admodum lata ac ſpatioſa domicilia parauiſſe. Diximus·& q̄ breui potuimus oratione perſtrinximus: quid ſapientiſſimi ueterum: & horum omnium probatiſſimi ſenſerint de animorū poſt mortem ſtatu ac ſede: & Iudicum infernorum ordine in iudicando: & pœnarum apud Inferos uarietate: deq; etiam beatorum fœlicitate non nulla pro antiquorum opinione tetigimus ſummis labiis nequaquam ultra·q̄ quo humani tenuitas intellectus·atq; imbecillitas naturæ ſolum duce tendebat: quodq; obtuſa cernebat ingenioli noſtri acies·uſpiam progreſſi. At nunc altius iſta repetere conſilium eſt: & ſublimiori quodā principio recenſere. Nam ea omnia·quæ ſupius expoſuimus: nō ſatis habent nec momenti·nec firmitatis. Non enim ueteres cognouerunt: qua re pręcipue conſiſtat humana fœlicitas in patria beatorum. Nam quæ a Virgilio de fœlicitate ꝓditur ſexto æneidos quum ait. Viuis quæ cura eadem ſequitur tellure repoſtos. Non ſatis recta hęc uidetur bene·aut beate uiuendi ratio. Pręterea non declarant maiores noſtri: quos Chriſtianę doctrinę latebat ueritas: quomodo beatitudo ſit ſtatus bonorum omnium exaggeratione perfectus·& ſecretis malis omnibus·cumulata bonorū complexio: & certa ſimul poſſeſſio·ac ſtabilis. Nam (ut rectiſſime dicit quęſtionibus Tuſculanis noſter Cicero) quid deeſt ad beate uiuendum ei: qui confidit ſuis bonis: & qui diffidit·beatus eſſe quis poteſt? At diffidat neceſſe eſt: qui bona diuidat tripartito. Quis enim poterit aut corporis firmitate: aut fortunæ ſtabilitate confidere? At qui niſi ſtabili & fixo & permanēte bono·beatus eſſe nemo poteſt. Quis ergo eiuſmodi iſtorum eſt? Vt mihi Laconis dictum ī hos cadere uideatur: qui glorianti cuidam mercatori·quod multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet: nō ſane optabilis quidē iſta·inquit·rudentibus apta fortuna. An dubium eſt: quin nihil ſit habendum in eo genere: quo uita beata complectitur: ſi id poſſet ammitti? Nihil inueteraſcere: nihil extingui: nihil cadere debet eorum: quę in uita beata conſiſtunt. Nam qui timebit: ne quid ex his deperdat·beatus eſſe non poterit. Volumus enim eū·q beatus ſit·tutum eſſe·inexpugnabilem·ſeptum·atq; munitum: non ut paruo metu præditus ſit: ſed ut nullo. Vt enim innocens is dicitur: non qui leuiter nocet: ſed qui nihil nocet: ſic ſine metu is habendus eſt: non qui parua metuit: ſed qui omnino metu uacat. Hæc eminentiſſimus auctor Cicero. Sed cui certum (dic quęſo) eſt fore ſe perpetuo beatum in cœlis: & iiſdem ſemper fruitum iri deliciis? Non ne Deus poteſt mutare ſententiam: ac rurſum deiicere: quos aſſumpſit in cœlos? Non ne miſeros reddere: quos beatos effecit? Cui cognita mens diuina eſt: & explorata uolūtas? Quis nouit arcana Dei: iudiciū eius: cui reuelatum eſt: ut dubitare etiam conſtitutus in cœlis aliquando non poſſit? Nemini certe·Hercule nemini. Rurſus quis neget detruſos ad Inferos liberari nō poſſe? An nō poteſt Deus: quos damnauit·abſoluere: beare etiam: quos iam uoluit eſſe miſertimos? Et quomodo manifeſtum eſt·damnatos apud Inferos perpetuis cruciatibus affligi: & ſine ulla prorſus requie defatigari: ac ſine ſine

torqueri uariis pœnis: ac multiplici genere tormentorum? Quin dicendũ potius ſtatutum eſſe iis rebus terminum: nec ſemper eorum eſſe miſeriam duraturam: ſed compaſſurum iri: atq; miſertũ clementiſſimum Deum: & propius res eorum/ac dura incommoda inſpecturum: & benigne ſuis ipſorum erumnis/atq; extremis calamitatibus conſulturum: ac daturum aliquando ſupplicibus ueniam erratoꝝ. Qui enim Deo congruit tam ſeuera Iuſtitia? Quid facere/aut creare eos opus erat: quos perpetuo nouerat cruciandos? Nõ.n.tam iuſti Iudicis/q̃ impii/& crudi potius conditoris eſſe uidetur animaduerſio tam crudelis. Summi ac tremendæ Iudicis Maieſtatis ſumma hæc potius uideatur iniuria. Hæc & his conſentanea/atq; ſororia iudicare quis poterit: ac tantarum rerum ferre ſententiam. Cui hæc nota ſunt? Quis ſecretiora diuinæ Maieſtatis ualuit perſcrutari? Cui ſuæ ſententiæ publicam fidem omnipotens Deus dedit? Quis ualeat nolentem flectere? Quis uolentem reſiſtere? Quænam res (dicite Infideles) beatum ĩ cœlis facit hominem? Quid cumulatiſſime ſuo deſiderio ſatiſfacit: ut cupiat nihil amplius: optet nihil: nihil concupiſcat? Quæ tam magna uoluptas in cœlis: qua frui non poſſimus in terris? Attamen nemo apud homines eſſe cernitur: ne ꝑullus reperiri poſſe uideatur: qui quod ſit: eſſe uelit: nihilq; maius: atq; ea parte contentus sit: qua humana locatus eſt in re: ut recte Mecenatem Flaccus interroget.

Quid uult Mecenas: ut nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit: ſeu fors obiecerit ulla:
Contentus uiuat?

Quid nã/inq̃/maximũ ẽ apud ſupos bonũ: qđ hoĩes faciat beatos ĩ cœlis? Nũ ſentire. Nũ porro ueſci? Nũ ſuaue ſpirãtia olfacere? Nũ audire dulciſſona? Nũ mollia attrectare/ac lenia? Nũ ſpecioſa uidere? Nũ uelle? Num ſapere? Nũ altiſſima cõtẽplari: rimari occulta/ac ſecreta naturę/& abditiſſima quęq;/& antiqſſima mẽtis acie cõprehẽdere? An amare potius: ſeu magis amato iũgi: & copulari/amplecti/poſſidere/ac frui deniq; ꝑ arbitrio? Quę nã eſt pterea: & quo nexu fit iſta coniũctio? Quodnam inſuper glutinum: quæ copula tam arcta: ut nunquam poſtea queat diſſolui? Quod ſi diſſoluat: quę tum erit reliqua hominis beatitudo/aut fœlicitas? Sed redeamus ad priora. Quid eſt eorũ quę dicta ſunt/aut pręcipuum/aut ſummum bonum? Aperi nunc diſertiſſime Romuli nepotũ Cicero. Diligentiſſime naturę perſcrutator Ariſtoteles/edoce. Oſtẽde diuine Plato hęc nobis oĩa: atq; diſſolue. Ignorantiæ pelle nubila. Ingenia noſtra ſerena. Mentis caliginẽ diſcute (ſi potes) & uias oſtende ueritatis. Sed hanc ueteres non uidere: qui ſanctiſſima inſtituta Chriſtiani dogmatis ignorarunt: aut ſi iſta conſiderauerunt/non ſciuere: nec potuere diſſoluere: cum non fuerint cœlitus inſpirati: ac deſuper afflati/& inſtructi diuinitus: quare in uaſtũ ignorantiæ pelagus: atq; in magnos errores & ipſi ſunt lapſi: & ut multi etiam laberentur/effecere. Multa dicunt de Deo: multa de Inferis: quibus ſi aſſentiri prorſus nolimus/nullus ſibi omnino relinquetur auctoritatis locus. O ueteres: qui chriſtiana præcepta uel contemnitis: uel ignoratis: probate quę dicitis: firmate quę ſentitis: docete quę noſtis. Non ne ſi e tuis libris o Plato/Platonis titulus demátur: nihilq; reſtet aliud/pręter uerba: fari interdum deliram aniculam: atq; inſulſas fabellas narrare te legentes exiſtiment? Grauiora dicas (ſi tibi uis/credamus) oportet. Nolumus ita nos tua auctoritate depellas: ut eo ſolum qa dixit Plato/aſſentiamur. Si tibi adhiberi fides cupis: ea ſentias: ea dicas: ea affirmes: ea doceas: ut Platoni: quia talia dixit: credamus: non iis: quia dicta ſunt a Platone. Quod quia præſtare non potes: nec tu/nec alii ulli Philoſophi ſæculares: idcirco alio confugiendum eſt: unde ſolidam poſſimus doctrinam perdiſcere: & certam rerum omnium cognitionem/& luce ſplendidiorem/ac clariorem uitreo flumine notitiam haurire. Sed non eſt humani/aut ingenii/aut eloquentię iſta nouiſſe: atq; narrare. Diuino eſt opus inſtinctu/& Spiritus ſancti afflatu/& gratia. Neque enim aliunde q̃ e puriſſimis ſacrarum litterarum fontibus auriẽda eſt altiſſimarum rerum/nunquam a uero diſcrepans: ac certa cognitio. Nanq; ad huius rei tam obſcuræ: atq; ꝑclare de inferis: & ſedibus beatoꝝ ac ſummo bono: cuius modo ſcientiam inueſtigamus: & quærimus: cognitionẽ haud ullus omnino ualeat ꝑuenire: niſi uel cælitus fuerit illuſtratus: uel diuina chriſtianorũ ĩſtitutiõe apprime ĩſtructus. Nihil etenim ex iis oĩbus: quę dicta ſunt: ac pauloante propoſita: ĩ explicatũ dimittitur a chriſtiani dogmatis ſectatoribus: nihil dubium derelinquitur/nihil obſcurũ/nihil ambiguũ/nihil ĩcertũ: nihil irreſolutũ/nihil indeterminatũ/nihil nõ acutiſſime: ac certiſſime cõprobatum: & firmiſſimis: atq; inſolubilibus rationibus demõſtratum. Eia igitur agite: ſi ſecreta uolumus noſſe cæleſtia: & facile omnes ſceleꝝ formas addiſcere: & diuerſa/ac multiplicia pœnaꝝ apud inferos nomina/ac genera cõprehẽdere: ad ſacra protinus eloquia: & diuina alacres: ac lęti cõfugiamus oracula: ubi nõ tũ hoc/tũ illud ſub dubitatione præcipitur: ut plerumq; ſolet uſu Philoſophis euenire: Sed cõtra dubio ꝑcul omnia certa/aperta/manifeſta/perſpicua/lucida/ſtabilia/firma/& omni prorſus dubitatione uacantia: & a cunctis erroribus omnino aliena. At prius moneo: q arcana hæc myſteria noſſe cupis: & cogitatiõe aſcendere ſupernas domos: ut longius tete a ſenſibus auoces: & exteriorẽ quodãmodo hominem exuas: atq; ita expiata mẽte/ac mũdo corde: diuinę animationis uim accipies: & poteſtatem. Quare agamus: q humana deſpicimus: & terrena contemnimus: ac longe meliora ſecuti habemus pro nihilo: cæteris omnibus iam ommiſſis: quę dicta ſunt a ueteribus: & hoꝝ maxime Philoſophis: qui

ueritatem ſequi præ cęteris iudicantur: ad fontes ueritatis uberrimum confugiamus ſacri eloquii: cuius firmiſſimis rationibus annixi/ac perſpicuis documentis/earum oīum/quas ſupra tetigimus/ quęſtionum: & latebras perſcrutabimur: & aperiemus inuolucra: illo utiq; fauente: qui perſpicuę ueritatis lucem mentibus noſtris infundit: infirmum eleuat noſtrum intellectum: & obtuſam animi aciem acuit: ac uelut ad ſignum dirigit: atq; perducit nos uti errantes in uiam rectam: ita/ut nec falli nec labi: aut neſcire: neq; demum errare unq̃ patitur: ſi humiles/pii/caſti/prudentes: ac ſedulo diligentes: ac ueritatis iugiter ſtudioſi: deniq; ſi uiri boni eſſe uoluerimus. Nos autem ita de rebus propoſitis diſputabimus: ut nullus prorſus (ut arbitror) Deo annuente dubitationi locus relinquatur: niſi quis forte pertinax nimium: & importune contumax eſſe uoluerit: & nihil admittere eorum quæ traduntur ſacris litteris. Statuere enim diſputaturi debemus prima principia: quo cum deueneris/non ſit progrediendum ulterius: neq; altius perquirendum. Nam (ut recte ſenſit Ariſtoteles) diſputandum amplius non eſt/contra negantes prima omnium fundamenta: quę & ſi fortaſſis modicula quadam innuitione egeant: longo tamen examine & exactiſſima atq; abſolutiſſima demonſtratione non indigent. Triplicia igitur ratione utentium genera conſtituamus: Dei ſummi atque omnipotentis primum/atq; ſupremum: Angelorum/ac Dęmonū alterū: tertiū poſtremū/atq; infimum: quod terras incolit: ac uiuit humanum genus. Hæc omnia ui mentis/atq; intelligendi conueniunt poteſtate: natura differunt: loco etiam/ac uiuēdi plurimum ratione diſtincta ſunt. Quanq̃ arcte tenemus: accurateq; defendimus: & certis mox/ac firmis demōſtrabimus argumētis: & Deū eſſe ubiq;: & nullis omnino tam excellentem naturam/atq; præſtantem finibus claudi: ac limitibus circunſcribi.

❡ Finis eius quod reperitur libri decimi Auguſtini Dathi/de Inferis/ac ſedibus beatorum.

❡ Interea dum hæc Auguſtinus Dathus componeret: & altas cœlorum ſedes/ac domicilia beatorum aſſidua quadam contemplatione conſcenderet: & acutiſſima ſua ſuæ mentis acie inferna loca & Regna uiuis inuia penetraret: imperio ſummi Iudicis/& rerum omnium conditoris Dei naturę tributum perſoluere: hoc eſt mori iuſſus paruit: & corporis uinculis/ac cæco carnis carcere liberatus/homines dereliquit: & longe meliora ſecutus (uti certo confidimus) conceſſit ad ſuperos. Noluit fortaſſe mundanę molis opifex Deus hęc pręclara/atq; ammirabilia: quę ſcribere aggreſſus fuerat Auguſtinus de inferis/& ſummo bono/coniici in cōmunes locos: & in apertum referri/ac proferri in lucem: & religioſiſſimum tantæ rei ſermonem/ac diuini numinis Maieſtate pleniſſimū/ignobilis/atq; inſani uulgi lectione uiolari. Ideoq; (uti mente conicio: & ratione diſcurro) ea frena ſcribenti concutit Auguſtino: & ſtimulos ſub pectore uertit omnipotens/atque optimus/maximus Deus: ac mortuum Auguſtinum forte uoluit potius per omnia ducere: & ſcelerum facies demonſtrare/ac pœnas docere Inferorū: deniq; cernere ipſum potius/q̃ hac de re ſcribere. Poſtremo quicquid id eſt: fieri omnia Dei nutu/& uoluntate credendum eſt: atq; ex ſententia cuncta ei cedere: qui recte/ac pie uixerit/& cum uirtute: patere huic expeditum reditum in cœlos: unde huc fuerit a Deo profectus: & præfinitum ſibi eſſe in ſuperna patria locum: ubi una cum beatorum choris/fœliciſſimo/ac ſempiterno æuo fruatur.

¶ Præcellētiſſ. Oratoris/Auguſtini Dathi/Senenſis/primus orationū liber/fœliciter incipit.

¶ Eloquētiſſimi uiri Titi Sutrini/de uita & laudibus Auguſtini Dathi/Oratorum ſui tempo
ris Longe omnium eminentiſſimi/Oratio in eius anniuerſario fœliciter incipit.

NON dignum arbitror eſſe o Ciues/Auguſtini Dathi/Oratoris noſtroꝝ temporum cla
riſſimi: & huius Senenſis Reipublicæ ſtudioſiſſimi/laudes in eius funere ſilentio præte
rire: ne is: qui aliorum ciuium interitus: atq; optimatuꝫ exequias abineunte ferme æta/
te/quo ad uixit/grauiſſimis/ copioſiſſimiſq; orationibbs proſecutus eſt/ſua laudatione:
iuſto/atq; debito/omnium bonorum conſenſu Panægyrico in hoc funebri apparatu:
& celebri popularium conuentu fraudetur/preſertim cum ſe talem in uita preſtiterit: ut non ſolum
a me, qui unicus ſum: ſed ab uniuerſa patria/q̃ plurimis/maximiſq; beneficiis deuinctā habet com/
mēdationes/ſibi referri mereatur. Quod ſi pro eius meritis: parum copioſe dixero: quæſo obſecroq;
ne ſtudiis noſtris/potius q̃ tanti uiri præſtantie atq; magnitudini tribuendum putetis. Acerba prete
rea recordatio/maximam animi curam/moleſtiamq; renouare ſolet. Illud. n. pene diuinuꝫ ingeniū:
illa facundia/illa uirtus Auguſtini Dathi morte ſublata eſt. Quare uellem: Deus optimus/maximus
annuiſſet: ut uiuo potius recte factoruꝫ gratias ageremus: q̃ mortuo honores quęreremus. Sed quo
niam omnium ſors a natura/ita comparata eſt: ut quęcunq; orta ſunt: neceſſum habeant interire: &
omnibus una uoce occuratur/eſſe moriendum: non ereptam Auguſtino uitam: ſed donatam fuiſſe
mortē: audeo affirmare. Nam ſi hoc ē officium/& effectus uirtutum: ut hominem beatum efficiāt:
cui cenſebimus curſum ad ueram/ſupernamq; uitam fuiſſe faciliorem: q̃ Auguſtino? qui non ſolum
earum uirtutū gradus: quas Politicas uocant: ſumma animi Integritate: per maximos honores aſcē
dit: uerum etiam cura/ſtudio/diligentia: ad eamq; diuinarum/humanarumq; rerum cognitionem:
quam ſapientiam proprie nominamus: peruenit. Quippe qui ſuperna ac cœleſtia ſemper quęſiuit:
quęrendo ſagaciſſima mentis acie comprehendit: & (quātum per uiuēdi rationem licuit) imitatus
eſt. Itaq; cum ī omni uirtutum genere: a tenella uſq; ætate ſua exercitia diſpenſauerit: nō abre eius ui
tam q̃ breuiſſime repetendā cēſemus. Auguſtinus/ornatiſſimi ciues Sena patria ortus/patrē habuit
Nicolaum uirum doctrina: & moribus preſtantem. Matrem Angelā fœminam grauiſſimam: hone
ſtiſſima familia natam. A quibus ingenue educatus: partim eorum cura optimis/atq; emēdatiſſimis
inſtitutis enutritus fuit: partim bonorum preceptorum doctrina: atq; ſanctimonia auctus. Sed ī pue
ro ſtatim animi & īgenii dotes explēduerūt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus/figura oris
eximia: cui nō minus auctoritatis ineſſet: q̃ gratię: quanq̃ ſtatura corporis breui: quod tamen labori
bus/uigiliis/lucubrationibus/calore/algore/parſimonia: ita ad bonarum artiū adaptauerat ſtudia:
ut omnes litterarum labores/ſtudēdo/atq; diſcendo: ac ſi illud procerum/& amplum/natura præ/
buiſſet: facillime ſuperaret. Memoria in eo ſingularis fuit: docilitas ad omnes bonas artes. Latina:
Gręcaq; lingua uel ī orando/uel ī componendo: ſiue interpręrando: atq; in diſceptando promptus:
& facilis. Vt qui interdum grauiter: & copioſe in Senatu/in concionibus/in tēplis orauerit. Et quod
proprie miraculoſum cēſendum eſt: nō Greciam eloquētiæ principem diſcēdi gratia petiit: neq; il/
las doctrinarum omniuꝫ iuētrices Athenas: nō Caldeos Gymnoſophiſtas: neq; ad Indiæ Bragma/
nas penetrauit: nō deniq; Memphiticos Sacerdotes adiuit: Sed ī patria/īntra proprios lares/ſub prę/
ſtantiſſimo præceptore Franciſco philelpho: nonnulliſq; aliis: & philoſophiæ: & ſanctarum litterarū
doctoribus pleniſſime, cumulatiſſimeq; profecit. Fuerunt autem in Auguſtino hæc omnia. Summuꝫ
ingenium: graue iudicium: ingenitum acumen: & tanta induſtria: ut nullum tempus preterire: nul
las horas cedere fineret: quas ad optimarum artium contemplationem: nō reſtringeret. Vnde factū
eſt: ut in ea academia/in qua pauloante didicerat: mox docuerit: & tempus quod paucis audiēdis im
pēderat: multis audiētibus/legendo affatim repararit. Quippe qui quatuor & uiginti annis ī ea pu
blice profeſſus eſt. Et quidem tanta audientium copia: atq; utilitate: ut pauci hac noſtra ætate ſint:
fuerintq;: qui ſe beatos eſſe non arbitrentur: quod ſub huius inſtitutionibus: & inſtitui: & proficere
eis cōtigerit. Non oportere arbitror: me in præſentia proferre: quæ uobis omnibus nota eſſe intel/
ligo. Sed tamen tantam omnium laudum excellentiam/ſilētio præterire nō poſſum. Cōpoſuit Au
guſtinus multa uolumina: quorum non nulla per Italiam: & eas gentes propagatas ſunt: quæ lati/
nis litteris erudiuntur. Aliquot paulopoſt in lucem prodibunt: quibus nihil ingenioſius: ornatius:
preſſius: elegantius/noſtris temporibus/in eo ſcribēdi genere eſt iuenire. Extant eius elegantiæ ado
leſcentibus utiliſſima: ſenibus iucūdiſſime: & quæ plus habeant in receſſu: quam frōte promittant.
Iſagogicum item uolumen ad iformandos puerorum litteris animos introductorium.
Pręterea compoſuit de Vita beata.
De ſacramentis Panis: & Aquę.
De genio: & Geniali hyeme.
De ſanctorum connubiis. Platonis etiam libellum: qui Halcyon Inſcribitur e Græco ſermone ī lati
num cōuertit. Scripſit & librum Stromatum: & Senenſis hiſtoriæ decēnale abſoluit: atq; hiſtoriam

di.

Plumbinenſem. Poſtremo autem ætatis ſuæ tempore: luculentiſſimum pariter: & laborioſiſſimum tractatū de animorum immortalitate in manibus habebat: quem morbo implicitus: imperfectū relinquere coactus eſt. Sed per Deos immortales: qui huic templo: fanoq́ præſident quæ tanta ingenii amplitudo: quę tanta orationis uis: quod tam magnificū dicendi genus inueniri poteſt: quo quiſq́ Auguſtini Dathi: doctrinarum eloquentiæ: Philoſophiæ: Theologiæ genera poſſet (non dicam) orando conſequi: ſed numerando complecti? Itaq́ non eſſe conſilium ducimus: tanti uiri omnem ſcientiam ſcrutari: Quandoquidem ea nos magis recenſendo fatigare poſſit: q̄ nos illam dicendo implere. Et quoniam iſte orator: quem monumenta maiorum deſcribunt: non eloquio ſolum: uerū et bonitate cōſtare phibetur: quibus uirtutibus ſe primū ornauerit: īde patriā adiuuerit & ciues (quantū ī eo fuit (ad cuiuſcunq́ modi officia moderantiſſimis: atq́ uberrimis orationibus: ſemp reuocauerit: perſtringam paucis. Virtutum: alię ocioſę ſunt: alię negocioſę cēſentur. Harum poſtremę: honeſtatem nobis: atq́ utilitatem inſinuant. Ex honeſtatis fontibus uirtus deriuatur: cuius membra ſunt: Prudentia: Iuſtitia: Fortitudo: Modeſtia. Ex his Auguſtinus ſe totum effinxerat. Nam a Prudentia: memoriam: intelligentiam: prouidentiam: ſibi ipſe aſciuerat. Per Iuſtitiam: ius ſuum unicuiq́ tribuere nouerat. Prætera per eādem: religionem colere: Pietatem ſeruare: bonorum gratiam inire: ueritatem tenere didicerat. Fortitudo: Magnificentiam: Fiduciam: Patientiam: ac perſeuerantiam: ei pepererat. A temperantia: mutuatus continentiam: modeſtiam: clementiam. His regulis: uir ſapientiſſimus & præſtantiſſimus Orator: patrię conſuluit. Vrbē tutatus eſt: parentes ueneratus: liberos amauit: proximos dilexit: ciuium ſalutem gubernauit: Magiſtratus: quos in republica adeptus eſt: adminiſtrauit: legationes obiuit: ſocios protexit: alios clementia: ſuos liberalitate deuinxit. His deniq́ ſui memores omnes promerendo fecit. Poſſem equidem imprę ſentia: earum uirtutū: quas ocioſas appellant: Auguſtini uſum: atq́ exercitationem recenſere: quibus (quantū per negocia publica: & priuata conceſſum erat) a corporeis moleſtiis emancipatus: liberum ſe: atq́ expeditum: ad rerum ſublimium: atq́ æternarum inueſtigationem referebat: præſertim cum iam in ætatem ingraueſcentē uergerit. Paulatim. n. ab huius mundi aſpergine: ſe ipſum preſſius: punctuſq́ deterſerat: ut in hoc nouiſſimo tempore nihil prę ter diuina meditaretur: legeret: loqueretur: & ea prę terea opera componebat: quibus uiaticum ad immortalitatē: faciliime parari poſſet: quod uel maxime colligere poſſumus: quod de animorū īmortalitate: nono & quinquageſimo ætatis anno ſcribēs: mortuus eſt. Sed quoniam totum hunc diem dicēdo abſumerem: & orationis exitum difficillime inuenire poſſemus: cenſeo imprę ſentia eſſe prę tereundum. Alias dabitur commemorandi locus: hunc uirum ea uitę munera impleuiſſe: quę oīum maxima: ac difficillima iudicant: ut negociis publicis īpeditus: amicorū cōmodis diſtractus: rei familiaris conſeruandæ ſtudio occupatus: plura uolumina ſolus confecerit: plures orationes habuerit: q̄ hi: qui ocio tantum indulgētes: lectitauerunt. Et rurſum ſtudio: & auctoribus interpretandis: & his quæ deſeruit: ad poſteritatis utilitatē: compōnēdis efficaciſſime addictus: plura negocia obiuerit: q̄ hi: qui omni litterarum cura: uacui degunt. Finem dicendi ſtatuā ciues: quū illud prius addidero: nihil fieri in terris illi principi deo: qui cuncta gubernat: acceptius: atq́ iucundius: q̄ ſocietates hominum: quas ciuitates nominamus: iure optimo conſeruare. Quamobrē: cum uir optimus: ac prę ſtantiſſimus Orator Auguſtinus: rēpublicā: conſiliis: orationibus: magiſtratibus: legationibus: opera: ac diligentia cōſeruauerit: gubernauerit: auxerit: rem priuatam iuſtiſſime poſſederit: familias optimis moribus inſtituerit: religionē pientiſſime ſemper coluerit: atq́ in ea: uſq́ ad extremū uitæ diem: legendo: ſcribendo: operando perſeuerauerit: cōſtantiſſime illud aſſeuerare poſſumus: & debemus: certū ei: & prę finitum in cælo locum: ubi iuſtorum animi: ſempiterna beatitudine fruuntur: fuiſſe aſſignatum: quod opifex ille rerum omniū Deus propria benignitate ſua: ac ſupplicationibus noſtris: Auguſtini recte factis præſtitiſſe uoluerit. Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi Oratio Prima: de laudibus Philoſophiæ.

FERVNT .M. Tullium Magiſtratus inſignes: ac præſtantiſſimi uiri: & ſi parentem eloquentiæ merito appellauerunt: inuo tamen dicēdi ſubmittere/ac trepidare cōſueuiſſe. Atq; id quidem non Ciceroni ſolum uſu uenit: ſed plæriſq; etiam aliis clariſſimis Oratoribus contigiſſe: ſpectatis priſcorū monumentis accepimus. Conſiderabāt nanq;: id quod ſapientum nemo dubitat: cōfidentiam propriam imperitorum eſſe: ad eruditos autem uiros pertinere: ut malint ſubtimidos uideri ſeſe: quam temerarios iudicari. Quod ſi Ciceronem (ut ommittā alios) uirum illum quidem/non modo dicendi gloria: uerum etiam rerum omnium maximarum/laude præſtantiſſimū dicentem/metus nonnullus inceſſerit: formidandum mihi eſſe uideo: ab hoc uſu dicēdi longius abhorrēti: id ſubire oneris: quod nō minus ſuſtinere graue/ac difficile eſt: quam audax: inconſideratumq; ſuſcipere. Magnum & enim quiddam: ac ſplendidiſſimum/uideri debet: grauium/ac ſapientiſſimorum hominū frequentiam: qualem hodie hanc eſſe conſtat: unius hominis oratione teneri. Itaq; par erat/eum qui ampliſſimum hunc locum contingere auderet: quiq; maximis ammirabilibuſq; de rebus orationē foret habiturus: acri ingenio/uehementi ſtudio: ſolerte induſtria: exquiſita doctrina: optima eloquentia: demum aſſidua quadam: ac diuturna exercitatione pręſtare. Quæ res/cū me aut omnino: aut magna ex parte deficiant: uereor: nequam: uel dicenti mihi calumniam: uel audientibus uobis moleſtiam afferat. Pręſertim cum ea de re/apud uiros longe eruditiſſimos/ſim uerba facturus: quā ſatis: quod de maieſtate dei/aiebat in Timęo Plato: neq; mēte complecti: neq; uerbis enarrare quiſpiam poſſit. Quid eſt enim ea de qua dicendum uidetur ſapiētia pręſtabilius? Quid laudabilius eius ſtudio: quā Philoſophiam primus Samius Pythagoras/nominauit? Sed quamq multa erant: quæ me tam excelſo: tamq; illuſtri: & claro loco prohiberent: contra tamen duo me/uel maxime ad dicendum cohortata ſunt. Nā mihi quidem nunc primo dicere incipienti/eiuſcemodi fortuna cauſę genus obtulit: de quo ſilere difficilius eſt: q̄ plurima loqui. Quippe cū ſapientiæ ſtudium: quæ (ut noſtis) Philoſophia dicitur: tantam rerum/tum uarietatem/tum etiā magnitudinem cōtineat: ut uel indocto cuiq; uberrimam ſuppeditet orationem. Spes deinde acceſſit haud mediocris: quæ omnis/in ueſtra facilitate ſita eſt. Neq; enim unquam fore exiſtimaui: quin facile mihi humaniterq; ignoſcerent: qui ſagaciter omnia/ac prudētiſſime cognouiſſent. Ego uero hoc munus: quod longe meas uires exuperat: non tam arroganter quidem: quam potius uerecunde ſuſcęperim. Vt igitur maiorum noſtrorū inſtitutum proſequar: quod nunq̄ obſolere paſſa eſt hęc ciuitas: primum mihi de philoſophiæ inuētione: tum de eius/deque ſuarum partium laudibus explicandum uidetur. Res eſt Philoſophia eiuſmodi: quæ uirorum omnium ſapiētum teſtimonio: atq; conſenſu: & diuina omnia cōtinet: & humana. Sola namq; occultarum: atq; admirabilium rerum cognitionem inueſtigat: & bene uiuendi inſtituta complectitur. Ex cuius præceptis: qui ætatem ſuam degere conſtituit: is ſibi expeditiſſimum aditū ac facillimum/ad bene/beateq; uiuendum: iter comparauerit. Huius igitur cum & diuina quædam eiuſce rei foret amplitudo: & pene incredibilis ſplendor eſſe uideretur: ſingulæ ferme cuncti orbis nationes/ac gentes: tantæ appetentes gloriæ: tāq; eximiæ auidiſſimæ laudis: inuētionem ſibi uendicare conatæ ſunt. Ac primum quidē Celtæ: & Galli druidas: philoſophiæ auctores fuiſſe cōtendūt qui abdita nemora: & agreſtes caſas incolētes: ſola rerum cōtēplatione delectati ſunt: ad eo/ut Semnothei cognominari meruerint. Hi & de uirtute: & de Diis immortalibus: & de contemnenda morte: grauiter multa: & accuratiſſime locuti ſunt. Indi autem ad Gymnoſophiſtas Philoſophiæ referūt principatum: eius uero antiquitatem/ab ipſo uſque libero patre repetūt. Hic enī primus in Europa indagare ueritatem cœpit: mox bellicis uirtutibus clarus: cum munito exercitu Indiā ſubęgiſſet: multaq; feciſſet egregie: ad extremum in Aſia philoſophatus eſt: adeo/ut ſapientia duce/Indos ueluti ferarum more uictitantes: ad urbium domicilia cōpulerit: & optime inſtitutis legibus/ad bene uiuēdi diſciplinam coegerit. Huic filii ſucceſſere in regnum: a quibus tandem ſerie quadam Gymnoſophiſtas Indi fluxiſſe arbitrantur. Gymnoſophiſtæ autem ſolis pudendis opertis: cætero corpore nudo: exactiſſimam uirtutē ſectabantur: diuino numini plurimū uenerationis adhibebant: res aūt callentes infernas futurorum anteceſſiones/multo ante pręuidebant: ut ſummum quendā apud Indos dignitatis locum cōſecuti ſint. Contra Egiptii: & eorum Thebæi/īprimis ſicut humani ortus antiquitate: ita & uetuſtate doctrinæ: cūctos terrarū populos/ſe præſtare profitentur. Hi ſibi philoſophiaſ: atq; aſtrorū peritiam uēdicant: ſeq; fuiſſe perhibēt: qui primi mēſes/ānoſq; præſcripſerint: Arithmeticas/ac Geometricas diſciplinas: leges permultas: arteſq; inuenerint: ſolis īſuper: ac lunæ defectiones. Sed & ab ſe primū īuētas litteras arbitrātur: qui deniq; (ut iam alios percurrā) in Vulcanum Nili filiū: īuētā Philoſophiaſ referunt. Hic eſt ille Vulcanus: qui poſt uetuſtiſſimus Mercuriū apud

dii.

Aegyptioꝝ regnum adminiſtrauit: ignem primus reperit: anteceſſitq; Magnum Alexandrum annis millibus multis. Græci qui nimium ſapientiæ laudibus gloriantur: non habent quos antiquiores Muſęo: & Lino proferāt. Quorum Muſæum Athenienſem Eumolphi filium prodiderunt: qui ī philoſophia plurimum excelluerit: Linum uero Thebanum Mercurio Vraniaq; genitū tradunt: qui de mundi primordio: de Solis/ac Lunæ meatibus: de animalium/ac fructuū generatione perſcripſerit. Thraces præclarum hoc ſibi inuētum adiudicare cupiunt/ac Zamolxim Philoſophiæ repertorē fuiſſe oſtēdunt: qui & Getas Thraciæ cultores/ſacra docuerit: & ſe ſuoſq; omnis īmunes mortis aſſeuerarit. Idem & Orpheum uirum ſumma autoritate cōmemorāt: quo Thracibus imperāte Phrygas Amazones ſuperarunt. Atqui & Phœnices dari ſibi hanc laudem uolunt/Ochum ī mediū afferentes/ſtellarum/ac ſyderum accuratiſſimum inſpectorem. Eādem ſibi gloriam Libyes iure quodā tribui arbitrantur: Atlante freti: qui de uniuerſa mundi machina/ac natura diſſeruit. Scythæ tot iam gentibus enumeratis multo cæteris pertinacius affirmant philoſophię ſeſe auctores: ac Principes extitiſſe. Apud quos Abaris ante alios claruit. Seuti filius/qui nō apud Hyperboreos ſolum: ſed & pene ubiq; gentium/ſummo in honore habitus eſt: qui multa uerſu: multa etiam ſoluta oratione conſcripſit. Secūdum hunc Anacharſis excelluit Gnuri filius Cræſi Regis tempeſtate: qui Scytarum leges/poemate complexus eſt. Perſæ quoq; uendicari ſibi hanc præclari inuenti laudem putant. Hi oſtentant Magos/quos: & Ariſtoteles auctor probatiſſimus antiquiores Aegyptiis fuiſſe cōfirmat. Addūt prętera & Zoroaſtem illum antiquiſſimum Nini Regis temporibus: a quo etiam interemptum produnt illuſtrem/& philoſophū: & Aſtronomum: qui Magicam diſciplinam primus inuenit. Deficiat me dies/uiri praſtantiſſimi: ſi Magorū ſenſa: quæ & multa/& perobſcura ſunt enarrare pertexero. Itaq; ut demum/huic locus terminemus: quos ſupra memorauimus Perſas: Scytas: Libyas: Phœnices: Thracas: Gręcos: Aegyptios: ac Thebæos: Indos: Celtas: Galloſq;: addamus (ſi libet) & Italos omēs a Philoſophiæ inuentione ſecludimus. Sed & Druidas: Gymnoſophiſtas. Vulcanū: Muſeū/ac Linū/Zamolxim: Ochum/Atlantem/Abarim/& Anacarſim/Magos/ac Zoroaſtrē referētes/Chaldæis: qui ex priſcis Babyloniis originem traxere: hanc prędariſſimam philoſophiæ laudes aſcribimus: & eius palmā Prometheo: qui & de natura uniuerſa diſſeruit: & de hominis/ac fulminis creatione: primus ueritatem adeptus eſt. Nec mirum cuiquā uideri debet: ſi Caldæos hac in re cæteris gentibus anteponimus. Nam hi imprimis cōtēptis humanis omnibus curis/ac laboribus: ætatē omnem philoſophando cōſumunt. Quorum Abraham litteras omniū primus inuenit. Aſtronomiam docuit: doctrinę laudibus omnibus antecelluit. His igitur cuncti gentiū populi cedant: cedāt Athenę: quę inuentrices ſeſe iactant omniū doctrinaꝝ extitiſſe: cedat: & reliqua Græcia: quę ſemper Philoſophię Princepa eſſe uoluit. Nam & Moyſes ipſe ex Hebręis omnibus Dux inuictiſſimus Iſraelitici populi & ſi multo erat Abrhaā iunior: ſenior tamē fuiſſe depręhenditur iis omnibus: quos Græci antiquiſſimos arbitrātur. Hic poſt res egregias bello geſtas: derelicta Aegypto: ī heremo philoſophatus ē: & quam multo ante/uel Prometheus/uł Abrahā philoſophiā excogitaſſet ſua diligētia plurimū illuſtrauit. Dixi de inuētione philoſophię: reliquum eſt: ut de eius laudibus dicendum eſſe uideatur. Vtinā uiri preſtantiſſimi/ea mihi dicēdi poteſtas eēt: qua philoſophię decus dignis laudibus efferrē. Ex enī eius ſplēdor ſuperior eſt: q̄ ībecille hominia attingat īgeniū. Nā cū aīo: quem īmortalem nobis natura dedit: nullus ſit cibus dulcior/nulla eſca iucundior/nullū ſuauius pabulū: q̄ cognitio ueritatis: certe aut philoſophia eius inueſtigandæ ars eſt: aut nulla omnino: per quā eā aſſequamur. Ab hac una/hę omnes artes profectę ſunt: quibus exculta hominū uita/tā longe abeſt a natura ferarū: hæc nobis dux eſt: ut ex his carceribus ad optatū beatitudinis calcē perueniamus: hac gubernatrice trāſuadatis maloꝝ ſcopulis: ſuperatis periculis/ſalutis portum attigimus. Hęc moleſtias: hęc labores/quorū plena ē humana fragilitas: qđ deplorat Eurip. πᾶσ δ᾽ ὀδυνηρὸσ βιοσ ανθρώπων κοὐκ ἐστι πόνων ἀνάπαυσισ Sola penitus adimit: erroribus liberat: hęc ocio dignitatē affert: ciuitatibus: & rebus publicis ſalutē: Principatus tuet: regna cōſeruat. Hoc bonū ē: q̄le ſecum ꝑtabat Bias Priēnēſis: qđ neq; fortuna ferit: nec tēpeſtas abſorbet: nec demū naufragiis āmitit. Hęc iquā philoſophia mortales a turpitudīe/ac flagitio aduocat: ad uirtutē uero: honeſtatēq; deducit. Hęc Polemonē a ſcortoꝝ lupanaribus. Phędonē ab īmani flagitiorū labe: ad honeſtatia cupiditatē/officiūq; conuertit. Hęc ſola effecit: ut Menippus/Pōpilius/Perſeus/Mys/Epitectus: quoꝝ infima fortuna erat ad magnū glorię culmen euaderēt. Hæc Cratetē Thebanū maximis opibus/fortuniſq; florētē: ad magnā uiꝫ auri abiiciēdā: cōtemnēdaſq; diuitias cōpulit. Hęc Zenonē Citticū/graui depſſus iactura/ac miſero naufragio ī littus eiectū: ad ſpem ampliſſimorū bonoꝝ excitauit. Hęc Diogeni Synopęo ita animos attollebat: ut etiam uenundatus liberis hominibus imperaret. Sed cū omnis doctrina: aut circa animorū inſtitutionem uerſetur: aut corporū curam: illa nimirū reliquas antecellit: qua ad uerę religionis: ac pietatis cultū inſtituimur. Recte igitur a ſacris/ac diuinis litteris: quas Theologiam uocāt: noſtra proficiſcetur oratio. Naꝫ īmortalis/ac principis Dei: ſiue notitia quadā: ſeu ueneratiōe ſublata: nihil eſt: quod īter hominem ipſum/& quadrupedem aliquaꝫ īntereſſe putemus. Hęc itaq; nobis diuinitatis diſciplina quouſq; progredi hominū ībecillitas ualet omnipotentis Dei & cognitionē pollicet: & amorē affert. Quę cū teſtamentis duobus conſtet: altero Deū cęli/ac terrę conditorem

gubernatoremq́ mũdanę molis: Altero Chriſtum redemptorem: utroq́ trinum Deum in unitate
cognoſcamus: & illo quidem diuinę leges/quas primus Moyſes litteris explicauit: cæleſtium arcano
rum inuolucra: Prophetarum/ac Vatum myſteria continentur. Hoc ſinceritas ueritatis/ĩ lucem pro
duit: beneuiuendi pręcępta conſtituta ſunt. Hoc docemur: quo pacto uerbum caro factum eſt: & qui
filius Dei eſſet: fieret & filius hominis: qui ex Virgine natus: formam ſerui accipiens/ſemetipſum
exinaniuit obediens: dum pro ſalute humani generis/patibula Crucis affigeretur: Ac ſuperius illud
cum alii permulti: Eſaias/Ieremias/Exechiel/Daniel/prædariſſimum reddunt/tum imprimis Dauid
prophetes: qui Chriſtum lyra uenturũ perſonuit: & in decacordo Pſalterio futuræ ſalutis ſacramen
tum cecinit. Hoc uero poſterius præcipue Iohannis Euangelio illuſtratum eſt: cui ſupra pectus Ieſu
recũbenti/quo ueſpere cum diſcipulis ſuis nouiſſimam cenã manducaret: ſecreta coeleſtia patefacta
ſunt. Hunc magiſter gentium Paulus Apoſtolus ſequitur: qui nouit: Deus ſi uel in corpore: uel extra
corpus: ſublatus aliquando ad tertium coelum uidit arcana: quæ nefas eſt: hominẽ loqui. Hic unus
omnium pręter cœteros/ſuis & epiſtolis: & uiuis alloquiis: complures diuerſarum gentium popu/
los: ad Euangelii ueritatem traduxit. Hęc eſt illa uera: atq́ indubitata Philoſophia: quam cũ ſuopte
ingenio/hominũ ĩbecillitas adipiſci neq̃at: iure optimo/ĩmortalis Dei/uel donũ uel inuẽtũ appellaẽ
debemus: quã ſi teneat ipſa: ac pfida Iudęoꝝ natio: pcõtari deſinat/quo pacto nobis carnẽ ſuã/dñs
cibũ/ſanguinẽ potũ miniſtraẽ q̃at. Ex hac ſibi Baſilius pater/Ioãnes Chriſoſtomus/Gregorius Nazã
zenus/Didimus Euſebius: ex hac Hieronymus/Ambroſius/Auguſtinus: Gſgorius/Bernardus: nſa
uero memoria Bernardinus Senẽſis: alii q̃ plurimi: q nõ tã memoriã fugiũt: q̃ cõſulto illos ꝑtereo/
& beatiſſimas ĩ celis ſibi ſedes: & ſplẽdidũ ĩter mortales/nomen cõſecuti ſunt. Huic diuinæ ſapientiæ
pontificia iura: firmiſſima ſacroſanctę eccleſiæ inſtituta: ſummorũ Antiſtitũ decreta: patrũ ſanctio
nes: templorum cerimoniæ proxime accedunt: quæ pinguiore (ut ita dicam) Minerua hominum
mentes/ad Criſtianos ritus: uerãq́ religionem & hortantur: & ducunt. Sed neq́ iuris ſcientia/ac le/
gum ſanctiones nõ maximis laudibus dignæ ſunt: quę plurimum hominũ generi conducũt. Quid
eſt enim quod ita arceat homines ab improbitate! His nanq́ frenantur libidines: flagitioſorũ homi
num audacia: furor: ĩſania cohibetur: labes quæq́ ex hominũ ſocieta: ę pelluntur. Atq́ eæ imprimis
ciuitates firmo pręſidio ſeptæ ſunt: quę nõ ſolum milite: & armis: ſed inſtitutis quoq́/ac legibus mu
niuntur. Hinc ſpartiatæ plurimũ floruerunt: apud quos: ut iura regerẽtur: Rex Ephori: Senatus cõ
ſtitutus eſt. Hinc Cretenſes/maximis floruerũt uiribus: qui pro iuris/ac legũ adminiſtratione: Regiã
poteſtatẽ/Coſmos/Cõcilium/Cõcionem habebant. Sed & Athenienſes quoq́ plurimum Areopa/
gus adiuit/ Quid Romanos latii lumen/ac decus enarrem! Nonne hi/quo plures leges cõdiderũt:
eo ſtabilius ſunt adepti Imperium! Neq́ enim decem tabulis cõtenti/quas decem uiri/Hermodoro
Epheſio auctore tuliſſent. Duas inſuper adiecere: quæ omnes perſcriptæ ebore duodecim tabula/
rum leges nuncupatę ſunt. Mox ex his/ius ciuile: quod Papirianum uocant: poſt legis actiones pro/
fectæ ſunt: quod ius Flauianũm dixerunt. Senlim uero & plebiſcitum: & ſenatus cõſultum: aliaq́ itẽ
iura coſtituta ſunt: ad quæ ſeruanda. TR. PL. COSS. PR. Aedi. aliq́ Magiſtratus creabantur: qui
cũ iuridicẽdo pręeſſent/ius ſuum ĩ ciuitate cuiq́ tribuebãt. Atq́ ita legibus cõſtitu is: iuſtitia: & æqui
tate ſeruata/res Romana facile orbis Imperium nacta eſt. Cum igitur tãta eſſet iuris utilitas/ac Maie
ſtas: omnes qui cõſtituerint res publicas: & leges uſpiam cõdiderint: perpetua ſæculorum omnium
admiratione celebrãtur. Hinc apud Hebręos Moyſes: apud Aegyptios Mercurius Vulcanus: apud
Athenienſes Cecrops Rex/Dracon Solon: apud Cretẽſes Minos: apud Spartiatas Lycurgus: apud
Argiuos Phoroneus: apud Calcidẽſes Traciæ Androdamus: apud Corinthios Phidon: apud Mile
ſios Hippodamus: apud Locros Occidẽtales Zaleucus: apud Mitilenęos Pittacus: apud Thebanos
Philolaus: apud Carthaginenſes Phaleas: apud Catinenſes cœteroſq́: qui circa Italiam: & Siciliam
ſunt Calcidicos populos Carondas/ac præterea Socrates/Plato Ariſtoteles: omnes/diuinos quoſdã
honores meruerunt: Quibus apud Romanos honoribus Numa põpilius affectus eſt! Quibus poſt
exactos Reges. P. Papirius/Appius Claudius/Sempronius/Scipio Naſica: Quintus Mutius: Tib.
Corruncanus/Sex. Aelius Marcus Cato/Pub. Mutius/Brutus/Manilius: quibus dehinc/Pub. Ru/
tilius/Rufus/Qu. Tubero/Cor. Antipater/Lutius Craſſus/Aquilius Gallus/Balbus Lucilius/Ser.
Sulpitius/Alfenus Varus/Offilius/Aufidius/Ateius Capito/Antiſtius Labeo/Maſurius Sabinus:
Nerua. C. Caſſius/Proculus/Priſcus Labolentis: quibus item Vlpianus Florentinus: Hermogenia
nus/Caius/Paulus/Papinianus/Pomponius/Celſus/Modeſtinus/Martianus/Neratius/Caliſtratus
Trifonius/Iulianus/Marcellus/Venuleius/Aphricanus/Calfurnius/Terentius Clemẽs/Claudius.
Saturnius/Arrius/Menãder. C. Trebatius/innumerabiles alii: a quibus orta/iura tradita interpre/
tata ſunt: quibus inquam omnes ſunt affecti honoribus! Magna quippe eſt eius ciuilis prudentiæ
laus: qua colitur honeſtas: turpitudo contemnitur: iniuria propulſatur: mulctatur improbitas. Nam
& quæ de pignoribus: & ipothecis: quæ de aqua pluuia arcenda: de cædendis arboribus: a pruden
tibus uiris: ac iure conſultiſſimis cauta ſunt omnia. ad bene/ac beate uiuendum pertinent. Huic arti
finitima eſt dicendi facultas: quæ tota cum honeſti/iuſtiq́ diſciplina implicita eſt: atq́ confuſa utpo

te ex intimis ſapientiæ fontibus manans. Eſt. n. & uirtutis comes: & humanę uitę gubernatrix. Itaq;
fuit quodd' i tempus/cum iidem bene dicendi artes iſtituerent: qui bene uiuendi præceptores eſſent.
Sed inertia hominum duo penitus cohęrentia perperam ſtulteq; diſtraxit. Magna uero eſt eloquen
tiæ uis/ac poteſtas/adeo ut Piſiſtrato/Soloni/Temiſtocli/Alcibiadi/Critiæ/Therameni/aliis pleriſq;
plurimũ apud Athenienſes autoritatis pepererit. Hanc primus Empedocles Agrigentinus nouiſſe
traditur: quod & ipſe probarem: niſi Homerus autor optimus/Vlyxem/Pœnicem/Achilles/Neſto
rem/longe Empedocle antiquiores fuiſſe Oratores oſtenderet. Eiuſdẽ uero artis ſcriptores antiquiſſi
mi feruntur Corax & Liſias Siculi/Gorgias Leontinus/Thraſimacus Calcedonius/Prodicus Chius:
Protagoras Abderites/Hippias Helius/& Platonis Palamedes/Alcidamas Eleates/Antiphon: qui
primus orationem ſcripſit. His accedunt Policrates/Theodorus Bizantius/Pericles Athenienſis: Iſo
crates qui primus numeros orationi adieciſſe fertur. Tum Ariſtoteles/Theodectes/Theophraſtus:
Hermagoras Atheneus: poſt Apollonius Molon/Areus Cecilius/Dionyſius Alicarnaſeus/Appol
lodorus Pergamenus/Theodorus Gadareus: alii complures. Sed unus/Marcus Cicero Græcorũ
omnium ingenia ſuperauit: qui non ſolum habuit eloquentiam: ſed præcepta etiam dicendi cumula
tiſſime complexus eſt. Illa quoq; philoſophiæ pars: quæ & Phyſica a Gręcis dicitur: & tota in contem
platione conſiſtit: non mediocrem hominibus utilitatem affert. Hac enim humanarum rerum: quæ
ortui/& interitui obnoxie ſunt: cauſas/ac primordia inquirimus. Hac naturam ſpeculamur: quatuor
omnia gignentium corporum. Hac terrenas mundi partes/Humidas/Igneas/animaleſq; cognoſci
mus. Hac res inanimes: atq; animatas inueſtigamus. Hæc docet errantem lunam/Soliſq; labores:
unde hominum genus: & pecudes: unde imber/& ignis/Arcturum/Pliadaſq;/Hyadas Geminoſq;
Triones. Quid tantum Occeano properẽt ſe tingere ſoles Hyberni: uel quæ tardis mora noctibus
obſtet. Hac deniq; homo: quod Delphicæ iubent litteræ: ſe ipſum nouit: quod cum fit: ſi uera dicit
Auerrohus/pro nihilo habitis fragilibus rebus uera bona cõplectitur/ac natura duce/prudens/iu
ſtus/fortis/temperans haud ambitioſe honorum appetens/liberalis/ma ſuetus/uerax/magnificus
facilis pudicus/comis/demum ſecurus/tranquillus/magnanimuſq; euadit. Ea eſt enim bene degen
dæ ętatis cauſa/cognitio ſui. Huius inuentor/Thales Mileſius fuit/Ariſtoteles princeps. Quid diſſe
rendi ratio: quam in duas partes ſecant: unam inueniendi/alteram iudicandi/nonne & ipſa quoq;
uberrimos/ac magnificos fructus uidetur afferre: Hæc nanq; (ut probe noſtis) quodlibet diffinitiõe
circunſcribit: diuiſione perſoluit: demõſtratione comprobat. Huius auctorem Zenonem Eleatem
fuiſſe perhibent. Atq; in altera parte Stoici plurimum elaborarunt: Ariſtoteles uero Stagerites/in
utraq; dominatus eſt. His igitur imbutus animus (credite mihi) nunquam aberrabit in uita. Harũ
ſiquidem inſtitutione/Dei ipſius Maieſtatem/ex quadam parte intelligimus: trahimur/ac ducimur
ad diuinum cultum: ſpe premii uirtutem colimus: pœnarum/ac iudiciorum metu flagitia deuita
mus: ob erranti multitudini probitatem perſuademus: nos ipſos perſpicue intuemur: uera a falſis
ſeiungimus: præſtamus belluis: hominibus ipſis antecellimus: quibus muneribus: quid utilius: qd
præſtantius: quid eſſe abſolutius/ac ſublimius poteſt? Vultis ne/& de Mathematicis diſciplinis. Ari
thmetica/Geometrica/Muſica/paucula ſub nectam? Quod nos malle coniicio hunc locum ſilentio
præteriero. Nam & ueſtro obtuitu: & nõnullorum contractis ſuperciliis admonitus ad eam partem
Philoſophiæ: quæ corporis curam attingit: orationem conuertam. Nam ut ommittam Gymnaſia:
paleſtram/diſcum: Pedotriuarum inſtituta: ludorum uarietatem: quibus rebus/ad uires/ac robur iu
uentus impellitur. Medicina profecto cunctas pene artes utilitate præſtat: quæ & bonam ualitudi
nem tuetur: & aduerſam propellit. Quo quid melius eſſe: quid utilius poteſt? Stupet nanq; animus
ipſe quamdiu fragile corpus: doloris aculeis cruciatur: ut neq; contemplari quicquam: neq; uirtutis
opus obire queat. Quo circa preſto eſt Medicorum induſtria: atq; ars: quæ ita hominum uitæ ac ſa
luti conſulit: ut eius beneficio/immaturum plerumq; effugiat interitus. Primus omnium ĩ ea ſcrip
ſit Eſculapius: hũc ſecuti ſunt illuſtres Medici: atq; eius filii: Podalirius: & Machaon: quos canit Ho
merus Agamẽnonẽ ſectos in Troiano bello: non mediocre emolumentũ Græcorum exercitui cõ
tuliſſe. Eidem/& multi ſapientiæ ſectatores plurimum temporis tribuerũt: Pythagoras Samius: Em
pedocles Agrigentinus/Democritus Abderites/Heraclides/Herodius Selibrianus/Gorgias Leon
tinus: Prodicus Chius/Hippocrates Chous preter cęteros omnes/Democriti (ut quidam tradũt)
diſcipulus/Peloponenſiaci belli: & Darii Hiſtaſpæ filii temporibus. Poſt uero Diocles: Praxagoras:
Chryſippus: tum Herophilus: qui uenarum pulſus: in Muſicos pedes diſcreuit: per ætatũ gradus.
Preterea Eraſiſtratus/Serapion/Apollonius/Glaucias/Heraclides Tarentinus/Aſclepiades/The
miſon/Antonius/Caſſius/Caſpitanus/Aruntius/Stertinius/Vectius/Valens/Cornelius Celſus/Pli
nius ſecundus: Duo ſorani Epheſii: poſtremo doctiſſimus Hippocratis interpres/Galienus Perga
menus: Niconis Geometræ: atq; Architecti filius: Alii etiam complures. Cumq; Solis antea uulne
ribus mederentur: clarus Hippocrates/cęteris quoq; & ægrotationibus. & morbis ferri opem: atq;
auxiliũ docuit. Sed ſatis multa uerba & de Medicina hactenus: & de cęteris Philoſophiæ generibus:
habita a nobis ſunt. Atq; idcirco ipſe mihi frenos dicenti adhibebo. Nam difficillimus eſt huius ora

tionis exitũ inuenire. Incredibilis eſt: ac pene immenſa Philoſophiæ laus: atq̧ utilitas: a quibus rebus/noſtra defluxit oratio. Verũ malo cumulatiore laude carere Philoſophiam: quam me moleſtũ fieri. Quare pergite Magiſtratus inſignes: & clariſſimi Ciues: id quod accuratiſſime efficitis: honorem litterarum ſtudiis adhibere/ut huic florentiſſimæ Reipublicæ: quam parentem litterarum/ac bonarum omnium artium pleriq̧ uocant: maiorem in dies gloriam comparetis. Nam eius pręclarum nomen/cum propter alia multa: tum maxime ob ſtudiorum celebritatem/longe lateq̧ diffuſum: ac peruagatum eſt. Omnes autem hortor/ac moneo: qui ſapientes: qui beati eſſe uolunt: ut poſt habitis humanis curis: philoſophiam ſibi optãdam/ac proponendam conſtituant. Ea nanq̧ ſola ætatem omnem complectitur: omnibus temporibus apta eſt: nullo loco excluditur: nunquam intempeſtiua eſt: nuſq̃ gratis. Expergiſcimini igitur/iuuenes: atq̧ euigilate: omnes curam/ac tempus omne conferte in litterarum ſtudia. Nihil enim debet eſſe hominibus potius: quam ad ultimam uſq̧ diſcere ſenectutem: nec eſt nlla ſatis ad perdiſcendum ætas. Bene igitur Themiſtocles centum ſeptẽ expletis annis/ac magno uitæ decurſo ſpatio: uix ſe ſapientiæ ieciſſe fundamenta dicebat. Intendamus igitur dum ſpiritus hos reget artus: ſapientiæ ſtudiis diligenter: imitemurq̧ Platonem/Iſocratem/Pythagoram/Democritum: qui etiam longæua ætate confecti: cupidius ardentiuſq̧ inueſtigationem rerum amplexabantur. Quod ſi fecerimus (credite mihi) ueterum tandem ſtudiorum/dulciſſimos metemus fructus. Sed qui cuncta creauit ſummus/atq̧ altitonans princeps: qui cœlum/ac terras mirabili prouidentia regit: qui mortalium conſilia dirigit: actiones inſtituit: is & auditorum fortunet: uota & noſtra incępta ſecundet. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio altera de laudibus Philoſophię.

EXiſtimaui nefas eſſe patres clariſſimi: eorum qui iuſte: qui ſecundum legem præeſſent: quenquam uel contemnere auctoritatem: uel imperium aſpernari. Bene nanq̧ cæles inclytus Hieronymus tradit cuiuſque præcepti contemptum præcipientis iniuriam eſſe. Atq̧ ita ſuperiores obſeruamus: eo pacto colimus: qui Reipublicæ pręſunt ſi eorum alacres accipiamus imperia: qui quanto maiore & auctoritate & gloria præſtant: tanto & nos illis ſtudioſius parere neceſſe eſt. Quamobrem in tam claro ſummorum hominum conſpectu rudem me: atq̧ imperitũ loqui oportet: non quia id melius: ſed quod ſilentium omnino difficillimum eſſet: Et quidem ratio ipſa/ac pudor: ab huius loci me amplitudine depellebat: ſed imperantium preualuit auctoritas: atq̧ ad dicendum compulit. Itaq̧ nõ tam mea accuſanda temeritas eſt: q̃ eorum ſpectanda uoluntas: quorum opere pretiũ ſit/iuſſibus temperare. Sed quid fruſta hæc? Meas ſtatuo partes eſſe: ut quæ imparato mihi: & necopinãti quidem de ſapientiæ ſtudio/ac prædicatione ſuccurrerint: ea expectantibus uobis/in mediũ proferam. Nam longam accuratamq̧ orationem prohibent per breues temporis anguſtiæ: quibus me circumſcriptum eſſe ſentio: ut nulla ſatis diligens præparatio adhiberi potuerit: cum tamen nihil huc niſi perfectum ingenio: acri ſtudio: atq̧ induſtria expolitum afferri conueniat. Dum igitur mecum ipſe non unquam mortalium uitaꝫ: mente: animoq̧ complector: facile intelligo gigni hominem ad fœlicitatem: quandoquidẽ ad eam conſequendam omnium hominum/ſpectat ac laborat intentio. Sed ea profecto quãdiu res humanas agimus: nuſq̃ niſi in ſola ſapientia ſita eſt: quam principem uirtutum omnium/merito iure Philoſophi iudicarunt. Eſt enim ſola dux uitæ: infirmitatis humanæ gubernatrix: noſtræ imbecilitatis columen: adeo/ut hac ſine/hominum genus conſtare non poſſit. Nimium hoc loco admirari cogor: cæcum/atq̧ inſanum hominum errorem: qui cum ſibi omnes fœlicitatem cupiant: atque exoptent: ibi tamen eam inueſtigare contendunt: ubi inueniri: ubi eſſe nullo modo poteſt. Longe aberramus miſeri/a recto fœlicitatis itinere: præruptos/ac deuios ſectamur anfractus: regiam plęriq̧ oẽs uiam ignoramus: per ea quæ peruia non ſunt diuerticula incerti uagamur. O inanis noſtra cura. O fallax ſpes hominum: O uani conatus. Voluptates ſequimur: copias/ac diuitias concupiſcimus: opes: honores/gloriam affectamus: uires/ac robur: formam admiramur: caducas res/atq̧ externas ſuſpicimus: & arbitramur quemquam fœlicem fore? Errat: neſcit: fallitur: nimium inquaꝫ fallitur: quiſquis ita ſenſerit. Quid eſt quęſo fœlicitas? Nonne maximũ bonũ pfectũ/certum/iucundũ/ſempiternum: omnis perturbationis immune: deniq̧ id bonum: quod totis (ut aiunt) uiribus expetendum ſit? Sed quid horum obſecro in uoluptate: quid in diuitiis: quid in honoribus: quid in opibus ipſis: quid item in reliquis eiuſmodi? Mea his in rebus hæc ratio eſt: ut non modo/non magna bona: ſed ne bona quidem habenda cenſeam. Quis adeo mentis inops: qui uoluptatem/bonum audeat appellare? Diffiniunt iuris conſulti ea nequaquam bona eſſe: quæ plus incommodi/q̃ commodi afferant. Quod quidem ſi eſt ita: certe ſummum malum uoluptas uideri debet: quę inuentrix malorum ac ſcelerum Omnium: uirtutum expultrix: mentis/ac rationis inimica eſt: quæ conſilium impedit: interioris hominis oculos præſtringit: eundem ex ſua ſede: ac ſtatu dimouet: omne animi lumen ex

tingule. Hanc capitalem hominum peſtem uocabat Architas Tarentinus: eſcam malorum Plato: animæ & corporis perniciem Hieronymus agreſtem/ac furioſam dominam Sophocles: dominam blandiſſimam Cicero: inexpugnabilem belluam Diogenes: quod ei (ut aiebat Eraclitus) repugnare difficillimum ſit. Hanc momentaneam & corruptibilem eſſe oſtendit Periander Corinthius: hác Cleobolus Lyndius cunctis uiribus frenandam/& cohercendam ſuaſit: hanc nobis doctiſſimi uiri omnes/non minus q̃ Charybdim: ac Syllam fugiendã cenſuerunt. Anxie nanq; uoluptas appetitur: ſordide perficitur: paulo momento effluit: graues aculeos relinquit: ſęuos dolores parit: tota deniq; a ratione fœlicitatis abhorret. Quid dicam de diuitiis: quæ q̃ plurimæ q̃ libet abũdantes/poſſidentium animos explere nequeunt: ſufficere nunquam poſſunt! Cõmutabilia membra ſunt (ut ſtoici tradunt) & fortunæ ludibria: quæ modo huc transferuntur: modo illuc: penſi omnino nihil habent. Equidem diuitiæ (ut probe ait Iſocrates) flagitii ac turpitudinis/potiuſquã uirtutis adminiſtræ ſunt: fomenta ignauiæ. malorum ſubſidia: libidinum/ac uoluptatum incendia: nocent probis: poſſidentur ab improbis: magnus in his cumulandis labor eſt: maximus in poſſidendis metus: ſummus quoq; in amittendis dolor: deniq; nullum habent cum fœlicitate commercium. Quid item opes: honores/forma/uires/gloria/q̃ fragiles res ſunt: q̃ incertæ: q̃ anguſti temporis! Nihil ſtabile in his: nihil diuturnum inueniri poteſt. Falſus profecto fuit Periander: qui immortales honores cõſtituerit: quaſi ueritatis ludo non ſubiaceant: opes uero etiam cum perditiſſimis hominibus ſæpe cõmunes ſunt: immo plærumq; ad improbiſſimos quoſq; demigrant: Vires/ac formam/uel tempus ipſum diſſoluit (ut etiam teſtatur Iſocrates) uel certe morbus extenuat. Gloriam inanem: fugacem: lubricam rem eſſe quis ignorat! Quamobrem omnia mihi mente/animoq; luſtranti: ſola occurrit ſapientia: quæ totius fœlicitatis autor/atq; effectrix habenda ſit. Maximum bonum non iniuria uideri debet: quia non ſolum uirtus eſt: Sed etiam domina omnium & Regina uirtutum. Perfectum bonum eſt: quod ſatis ſuperque ad beate uiuendum ſe ipſa contenta: nullis extrinſecus pręſidiis adiuuatur. Siquidem totam a deo eſſe conſtat: nec ullo pacto pandere a fortuna poteſt. Certum bonum eſt: omnia nanque aliena ſunt ſolius uirtutis/ac ſapientiæ: & noſtra eſt: & certa poſſeſio. Iucundum bonum eſt: maximam nanque operationum omnium: clarus inquit Philoſophus: uoluptatem afferre eam: quæ per ſapientiam eſt: omnes uno ore conſentiunt. Videtur quippe ſapientia/mirabiles: atque incredibiles/quaſdã habere uoluptates. Sempiternum bonum eſt: & enim Iſocrates. Sola inquit: poſſeſſionum omnium immortalis ſapientia eſt: propria/ac perpetua animorum comes. immune omnium perturbationum bonum eſt: quod ea imprimis cupiditatem repellit: libidinem coercet: iracundiam extinguit: motũ quemque concitatiorem animi ſedat. Expetẽdũ bonum eſt: nã (ut præclare in Phædone apud Platonem ait Socrates) glorioſum huiuſce rei in hac uita præmium eſt: & ſpes potiundi ingens. Siquidem & non nullum nobis futuræ beatitudinis hauſtus propinat: ut iam plane liqueat: illud effici Stoicorum: uere omnes Sapientes ſemper fœliciter abſolute fortunate uiuere: nulla re impediri: nulla prohiberi: nullius indigere. Quod ſi uirtutes propter ſe petendæ: atque amandæ ſunt: hac ſine dubio frui debemus: quæ una reliquas omnes complexa eſt. Hanc unam qui habet omnes habet. Quid mirum igitur ſi uirtutes omnes: iugatæ atq; implicitæ ſunt: cum ex hac una ortum habere cernantur! Quid mirum ſi diſciplinæ omnes: atque ingenuæ artes: aptæ interſe colligatęq; uideantur! Nam ex eodem germine profectæ/commune habent uinculum: Sapientiam: & cognatione quadam interſe continentur. Eſt enim hic fons uberrimus: Scatens undiq; bonorum omnium: hac/atq; illac perfluens. Inde actio manat: inde Prudentia uirtutum omnium comitatu ſepta: hinc manat ſcientia: hinc ratio uera a falſis diſtinguens: hinc occultarum rerum inueſtigatio: hinc iuris legumq; ſolertia: hinc eloquendi poteſtas: quæ & ipſa magna uirtus eſt: hinc deniq; omnium bonarum artium peritia: atq; perfectio. Vnde enim niſi a Philoſophiæ inexhauſtis fontibus intelligibilium rerum cognitio: cæleſtium arcanorum reuelatio incorporeorũ ſpirituũ contemplatio unde ſummi: & incõmutabilis boni ſpeculatio: unde omnis ueritatis/ac ſcientiæ lumen! O pręclaram: atq; ammirabilem ſapientiam. Quid ſine ſapientię ipſius inſtitutione uita hominum eſſe potuiſſet! Hanc qui tollunt: Solem e mundo abſque dubitatione tollere uidentur: ſine quo dubio procul cęcutimus in tenebris. Ex huius nanq; pręceptis ſingulorum: paucorum: uniuerſorum profecta ſalus eſt: ciuitatum & rerum publicarum manauit tranquillitas. Quod qui Sapientiam contemnunt: non longe abſunt ab immanitate beſtiarum: ac ſocietate/& conciliatione hominum merito repellendi. Quid homo inſipiens: atque huius expers laudis: niſi quod Greci prouerbio uſurpant infructuoſa arbor! Quid niſi agreſtis fera! Et enim ſi uerum uolumus perſcrutari: nihil poterit Sapientię laude cogitari perfectius: quę eius participem beatum efficit. Nihil pręſtabilius/quę nos Deo id eſt incommutabili bono conciliat: atq; amicos reddit: nihil utilius: quę hominẽ ad imortalitatis gloriã perducit: nihil iucũdius: quę miro nos ſemp gaudio: atq; incredibili afficit uoluptate. Proide ſi fœlices eſſe uolumus/eia oẽs ſapientiã omni ĩduſtria cõplectamur: huic ꝑcipiẽdę oẽs neruos ĩtẽdamus: huius ſuauiſſimi fontis aquã ſaluberrimã pleniſſimis faucibus hauriamus. Hanc capeſſite iuuenes: optimum eſt enim uiaticum: ut aiebat Bias prieneus. Hęc

ſola eſt certaq; poſſeſſio. Hanc amate ſenes: nam ſi habet aliquid tanquam pabulum doctrinæ/ac ſapientiæ: niſi ſapiẽs fallitur Cato: quid poteſt eſſe ocioſa ſenectute iucundius? Aurelius Auguſtinus/nullã ad diſcendum ætateʒ ſeram iudicabat. Laudatur Iuriſconſultus Iulianus: qui diceret/ſe adhuc quid uelle diſcere: uel ſi alterum pedem in ſepulchro haberet. Laudatur & Solon uir ſapientia inſignis: qui diſcens ſeneſceret. Etenim ſapientiam nulla aufert ætas: ſed indies magis/ac magis exereſcit: ut iure optimo cunctis rebus aliis anteponenda ſit. Itaq; laudo optimi & clariſſimi ciues omnibus inquã in rebus laudo uos: in hoc laudo plurimum: nec laudo ſoluʒ: ſed & omnium pene gentium/ac populorum nomine immortales uobis gratias ago/& ſempiternas: quod hanc præclariſſimam ſapientiæ laudeʒ: quæ aduerſis temporibus/& grauiſſimis caſibus obſoleuiſſet ſummo ſtudio/atque conſenſu reuocaſtis. Tibi uero urbs florentiſſima Sena gratulor: quę qum paulo ante triſtis ingemeres: & ciuium tuorum interitum deplorares: quibus & multis & clariſſimis te ſęua peſtilentia orbauit: cum modo quaſi ſqualore obſita luctuoſa iaceres: cum pene exulante ſapientia tota in tenebris uerſareris/magnum repente adepta es tot laborũ ſolatium/nunc tibi clariſſima lux orta eſt: nunc tua dignitas illuſtrata: nunc priſtino ſplendore refulges in ſolio: nunc denuo aurea capiti tuo adiecta corona eſt. Euge lætare Sena: nunc te tota Italia: nunc Sicilia: nunc Gallia: nunc Hiſpania: nunc Britãnia: nunc uel ultima quæq; gens/atque abditiſſima natio alumnam reuiſet: nunc parentem recognoſcet: matrem ſalutabit: nunc ad te confugiet: ut rurſum pro uetere conſuetudine lac ſuauiſſimum/ac dulcia ſapientiæ ſibi miniſtres alimenta. Ecce iterum ex ultimis uſque terrarum finibus uoluntaria quædam (ut ita dixerim) tributa ampliſſima tibi munera deferentur. Nũc tibi magnus ſapientiſſimorum hominum pręſto erit comitatus: nunc de integro ſtudiorum laudibus gloriaberis. Pacem iam tibi diuturniorem: tutiorem tranquillitatem: firmiorem auguror gloriam. Hos tibi ampliſſimos honores/ac ſplendidiſſimũ decus fortunet imortalis Deus. Tuq; ante alias/duce ſapientia/quęſo illa ſis: imperiũ occeano famãq; termines aſtris. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio tertia de laudibus Philoſophię.

MAGNO AC Splendido ingenio uiros: qui tam apud Hebræos ac Barbaros/q̃ apud Græcos & Latinos ſumma gloria floruerũt excellentiſſimi domini/patres optimi/atq; ornatiſſimi uiri/reperio opes/honores/ac diuitias cõtempſiſſe: ut abiectis caducis & fragilibus rebus/commodius expeditiusq; rerum contemplationem/ac ſcientiam complecterentur. Qua mente Moyſes Vates clariſſimus reliquit Aegyptum: atq; ad Heremi ocius profugit. Contempſit Abaris Scytha patriæ delitias: atque ex ipſis uſque Hyperboreis in Græciam traiecit. Luſtrauit Plato pleraſque mundi prouincias/atque oras. Veteres Romani/ac maiores noſtri: quos eiuſdem laudis cupido ceperat/frequentius Athenis inq; Gręcorum Gymnaſiis q̃ in patria ipſa uerſari ſunt. Cætera pro nihilo habuerunt: ſolam Philoſophiam: in qua omnis & cognitionis & ſcientiæ ratio continetur: dignã exiſtimauerunt: in qua exquirẽda/omne ſtudium atque operam collocarent. In ea uidentur maximum ac præcipuum hominis bonum poſuiſſe. Si quidem ſtatuerunt rerum omnium/quæ ad excolendam inſtituendamq; hominum uitam pertinerent: nihil Philoſophia gratius eſſe: nihil utilius: nihil dulcius: nihil ingenuo homine/ac libero dignius. Hanc cum hodierna die pro uetere/laudataq; conſuetudine/exornatiſſimo hoc loco laudari oporteret: delatum ad me id munus eſt: cui ratio & ab ætate/& ab imperitia ſuſcepta/ſilentium ſuadebat: quem frequens clariſſimorum hominum conſenſus/rectius mea ſententia audientem/q̃ concionantem aſpexiſſet. Imbecillis homo graue onus ſubſtineo: quod neque pro magnitudine libenter ſum auſus ſuſcipere: neque pro imperantium auctoritate/aut debui/aut uolui recuſare. Superbum erat/iuſſa contemnere: capeſſere temerarium. Sed opinor arrogantia/odio maiore digna eſt: coacta uero temeritas ueniam ultro implorat: præſertim apud eos: qui non minus humanitatis/q̃ doctrinæ/ac ſummæ eruditionis laude præſtant. Atque ne uos morer diutius/nihil eſt: quod animus ipſe uelit: & cupiat magis: nihil quod noſtra imbecillitas minus poſſit/q̃ ſummum Philoſophiæ ſplendorem/atque amplitudinem laudare. Verum enimuero tam fuſus eius/tamq; latus campus eſt: ut in eo etiam Indocti/ac rudis hominis peruagari/atque exultare poſſit oratio. Sæpenumero admirari ſoleo Patres optimi/quid cauſæ fuerit: quam ob rem homines grauiſſimi/ac ſumma auctoritate uiri multi noſtra tempeſtate: plures patrum memoria/Philoſophiæ gloriam tantopere concupierint: ut ad eam percipiendam/omnem & conteri ætatem oportere: & conferri operam iudicarent. Sed excitauit eos (ut plane mihi uideor animaduertiſſe) ſumma rei ampliſſimę dignitas/incredibilis magnitudo: fructus uberrimus: admirabilis in q̃ rei pręclariſſimę ſplẽdor ſũmorũ hoĩuʒ excitauit ingenia. Nõ fallax gloria: nõ inanis oſtẽtatio: id qđ multi falſo opinãt: ſed recta ratio potius ad inueſtigandã Philoſophiã cognitionis cupiditate incenſos altiſſimos aĩos inflãmauit: atq; ita inflãmauit: ut incredibiliter eius amore/ac ſtudio cõflagrarent. Nouerãt illi ſane/qđ uel nemo dubitat: in quo lumẽ aliquod extat ĩgenii: duobus hoĩeʒ aĩo cõſtare & corpore: & alte

rum quidem nobis cum ſuperis: alterum commune eſſe cum belluis: atq; eos: qui corpori ſeruientes proprium hominis ipſius bonum deſerunt/ad naturam proxime accedere belluarum: qui uero Sapientiā complexi/uirtute altus/ac doctrina perficiunt: eos dignos eſſe quos & hoīes/& ſapiētes hoīes tū habere/tum etiā appellare debeamus. Homo nanq; natura prouidū eſt animal/ſagax/acutum/ſolers/memor rationis/conſilii/prudentiæ/cognitionis particeps: uirtutis/ac diſciplinæ capax: pręclara quadam conditione a ſummo ac pręporente Deo generatum. Hoc præcipuum eſt/& peculiare conditoris opificium: quod & ad imaginem ſuam/ac ſimilitudinem finxit. Creauit enim ſummus artifex hominem/quaſi quempiam mortalem/Deum: quem minuit paulo minus ab Angelis: quem gloria & honore decorauit: quem operibus ſuis præfecit: quem rerum omnium principem conſtituit: cuius poteſtati uniuerſum ſubiecit orbem: cui paret terra: cui coelum ſeruit: ad cuius uſum procreata ſunt: quæ in terris gignuntur: quæ peruagantur in coelo: quæ in mari degunt omnia: huic uni Deus ex tot animantium generibus/non mentem ſolum: ſed etiam immortalitatem tribuit. Quo munere haud ſcio/an aliud eſſe poſſit/aut maius/aut præſtabilius. Liceat humano generi quodāmodo gloriari: cuius cauſa mundus ipſe factus eſt: ad cuius fructum/quæ in mundo conſtant/parata omnia/atque inuenta ſunt. Sed hæc tam multa/tamq; præcipua/atque admirabilia & ornamenta & munera tantiſper naturę hominis tribuantur: dum imaginem Dei retinet: dum ſimilitudinem conditoris ſeruat. Et imago quidem in cognitione ueritatis: ſimilitudo uero in amore/atque exercitatione uirtutis ſita eſt. Quod ſi homo in tanto creationis honore conſtitutus non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis: ſi uirtutem negligit/præſtantiam amittit hominis: & in immanitatem uertitur belluarum. Quocirca præclaræ tradiderunt qui hominem ad intelligendum/atque ad agendum natum perhibent: qui & natura ipſa trahitur: ac ducitur ad ſcientiæ cupiditatem: & ſine opere/atque actione uirtutis/nec bene poteſt/nec beate uiuere: ut plane liqueat & ad cognitionis laudem/& ad uirtutis gloriam naſci hominem: quem cōtemplatorem mundi & quatenus imbecillitas noſtra progreditur coeleſtis uitæ: atque altiſſimæ diuinitatis imitatorem/genitum fuiſſe non dubitamus: qbus in rebus qui excellunt/eos admiramur: ſuſpicimus eos ſumma obſeruantia: ampliſſimis honoribus proſequimur. Sed nemo (mihi credite) præſtantiſſimi patres/aut ullam rerum ſcientiam conſequi/aut ullum uirtutis munus obire recte poſſit: cum a Philoſophia diſceſſerit. Ad hanc nobis confugiendum eſt: in huius ſinum nos conferre debemus: ab hac opem/atque auxilium petere: hanc optare nobis ducem uitæ: quandoquidem ſola poteſt recto calle ad ipſum nos beatitudinis calces perducere. Ab amore/ac ſtudio ſapientię Philoſophia nomen inuenit. Eſt autem Philoſophia/diuinarum humanarumq; rerum ſcientia/cognitioq;: quæ cuiuſq; cauſa rei ſit/bene beateq; uiuendi rationi coniuncta. Eſt inquam Philoſophia omnium uiſibilium/atque inuiſibilium/occultarum/admirabiliumq; rerū ſagaciſſima indagatrix: eſt philoſophia magiſtra uitæ: bonorum omnium mater: parens quædam/ac procreatrix omnium laudatarum artium: rationalis animę lux: ſine qua hominum uita uerſaretur in tenebris. Hęc nobis initio urbes peperit: diſperſum genus hominum conciliauit ad uitæ ſocietatem: ad ciuilem uſum cōuocauit: ad leges/ad mores/ad diſciplinam compulit. Hæc nos ad pietatem/ac Dei cultum inſtituit: ad Iuſtitiam/atque ad omnem uirtutis laudem erudiuit. Hæc ignorantiæ caliginem ſuſtulit: eripuit menti tenebras: clariſſimam ueritatis lucem attulit. Hæc res ſummis obſtruſas difficultatibus/atque abditiſſimas illuſtrauit. Hæc ſupera omnia/atque infera docuit. Prima/ultima/media monſtrauit. Huius munere illa nobis patefacta eſt/a ſummo Deo ad ultima uſque rerum ſordem mutuis ſe ligans uinculis/& nuſquam interrupta connexio: illa inquam Homeri præcipui Vatis aurea cathena: quam & pendere de coelo ad imas terras/Deum iuſſiſſe prodit. Etenim præclaram moles/atque admirabile opificium fabricata eſt diuina ſolertia: quod coelum nomine ornamenti: quem mundum a perfecta abſolutaq; elegantia: quem orbem/a forma in ſpeciem orbis conglobata/ueterum auctoritas appellauit. Huius tam ingentis machinæ/circunflexus/cuncta quæ conſtant quæq; mouentur: quæ in aſpectum cadunt oculorum: quæ ſola mentis acie perſpiciuntur immenſo circuitu coheret: & continet. Hic ſe quattuor/efferunt elementa: quorum terra in medio mundi poſita/atque æquis librata ponderibus: quo facilius circa eum uolubilis rotet uniuerſitas/ſtabilem firmitatem obtinet. Huius & non nulla pars eminet e mari ad uitam animantium tuendam: atque eadē quinque redimita eſt/& circundata cingulis: e quibus duo ſubnixi coeli uerticibus/atque inter ſe e regione diuerſi/ex utraque parte frigore ac pruina rigent. Medius: qui & maximus eſt/calore uritur: Solis ardore torretur: duo reliqui utrinque interiecti/habitabiles oras præſtant: auſtralem alteram ad meridiem poſitam: alteram/quam & ipſi colimus/Aquiloni ſubiectam. In eadem ipſa prata ſuo tempore herbis ac floribus ueſtiuntur: uireſcunt nemora: arbores frondeſcunt: ſcatent fontes: defluunt lucidi liquores amnium: multiplicis ęris uenæ reconduntur: altiſſimi impendent montes: patent immenſi campi: fertiles exiſtunt agri: unde fruges: unde bacchas: unde uarias glandes/ac multiplices fructus efferri conſtat. Huic porro adiacet mare: terræ globum aquæ circunfluunt/lōge alię ab his: quę tenuiſſimę coelo ſuperferunt: ac ſerenis noctibus torāt. Maria inq̄ ter

ram circumfundunt/nunc æquata tranquillitate: nunc aduerſis tempeſtatibus horreſcentia: quæ a Sole collucent: albeſcunt: uibrant ipſa quoque in rotundam formam/atque orbem conglobata. His aer finitimus eſt animabilis/ſpirabiliſq; ſubſtantiæ: qui modo extenuatus ſublime fertur: modo concretus/in nubes cogitur: atq; humorem colligens: auget terram imbribus: diffluens uero uentorum ſpiritum efficit. Poſt hęc deinceps omnia cingit altiſſimus æther uelut extrema ora mortalium omnium & corruptibilium corporum. Ignitum & ſummū elementum/quod & a terra longiſſime abeſt: & inferiora omnia tenuitate pręſtat. Intra hęc uero quaſi quędam cōmutabilium corporum ſepta/non ſolum animantia uiuunt: ſed cætera quoq; omnia continentur. Quęcunq; oriuntur/intereunt: augētur: conſeneſcunt: quę uarietati obnoxia ſunt: & in eodem ſtatu nunquam permanent. Hic uaria ac pene īnumerabilia gignuntur beſtiarum genera: alia/quę in terris ſerpūt: quę humi gradiuntur: alia quæ fluitant atq; innant aquis: alia/quæ teſtis concluſa ſaxis affiguntur: alia quæ in littoribus reptant: alia/quæ remigio alarum libero cœlo fruuntur. Hiſdem in locis fulgent pretioſi lapilli: rutilant gēmę/Sardia/Iaſpides/Smaragdi lucent. Sed & denſantur nubes: humores ſoluuntur in imbrem: concreſcunt in pruinas: coguntur in niues: glaciantur in grandines: in uapores extenuantur: conſpiſſantur craſſę & caliginoſę nebulę: ſtillantur rores: ab exortu atq; occaſu: a ſeptentrione & meridie uenti perflant. In eiſdem oris ſtrident procellæ: turbo conflictatur: coruſcant fulgura: exaudiuntur tonitrua: iciunt fulmina: reſonat Echo: cœleſtis arcus coloribus uariatur: inflammantur Cometę ſęua luce coruſcum & crinitū ſydus. Nihil perpetuum in his: nihil diuturnum eſt: ſed uiciſſim omnia ortui/interitui/commutationi patent. Iam uero cœlum ipſum excelſum & ſublime ſuſpenditur: cuius ſpeciem/candorem/pulchritudinem/quę uis ulla eloquentię amplecti poſſit? Bene diuinus Vates cecinit. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuū eius annuntiat firmamentum. Hic imprimis incredibilis quidam ſplendeſcit ornatus: emicant ſtellę: aſtra refulgent: ſcintillant ſydera: candet lacteus orbis: omnia clariſſima luce ac ſplendore complent. Vagantium ſtellarum ſeptem globi/atq; orbes uertuntur: qui omnes certa lege/diuerſis tamen temporum ſpatiis regentium intelligentiarum impulſu ac ductu certos ratoſq; conficiūt curſus. Ex his quaſi Dux quidam/ac Princeps luminum omnium Sol principatus tenet: qui oriens atq; occidens dierum & noctiū uiciſſitudines/nūc ad ſeptentrionem/nunc ad meridiem curſum inflectens/quadripartitas temporum efficit uarietates. Luna infimū cœli orbem poſſidet: ac terrę proximam obtinet regionem: quę quanquam luminare minus appellata eſt: radiis tamen Solis accenditur. Atq; hæc duo præcipua luminaria/quaſi alternis regnant: ut Sol diebus: Luna noctibus præſit. Accedunt & aliæ quinq; uagæ ſtellę: Phenon: Pheton: Pyrois: Stilbon: Phoſphoros: quę a noſtris ꝓduntur: Infenſus Saturnus: Salutaris Iuppiter: Horribilis Mars: Splendens Mercurius: Alma Venus: quæ Solem antegrediens Lucifer: ſubſequens Heſperus appellatur. Hæ uero ſtellę: quę Planetę ſuo nomine nuncupantur: non quidem ab errore: ſed quia contrario motu/atque cœlum uerſantur: indefeſſis laboribus/ſigniferum orbem luſtrant: & Zodiacum circum: quem duodecim illa etiam uulgo nō ignota ſigna diſtribuunt. Sequitur poſt ſeptem Planetarum Zonas octauum cœlum: in quo infixę ſtellę uoluuntur: & ipſe quidem īnumerabiles: quarum diſtinctio atq; ornatus incredibile dictu eſt/quantam contemplantibus afferat uoluptatem. Huic īnumeræ cum rerum aliarū/tum animalium imprimuntur effigies: uarię ac multiplices imagines pręſcribuntur. In hoc cœlo ſeptentriones: phœnix/atq; Elice: Boetes: Arcturus fulgent: Toruus Draco ſerpit ſubter/ſupraq; reuoluens ſeſe conficienſq; ſinus e corpore flexos: ut inquit Aratus. In hoc ſplendent Hyades: quæ & Suculæ: Pliades/quæ & Vergilię nuncupantur. In hoc lucēt Andromeda: Perſeus: Coruus: Delphinus: Argo: Triangulus: Hydra: & cum aliæ īnumerabiles ſtellarum figurę/ac ſigna: tum etiam Nimboſus Orion. Poſt hęc rapidum cœlum: quod & primū mobile/& nonum circum atq; globum appellare ueteres conſueuerunt: incredibili quadam uelocitate conuertitur: quod duobus ipſius firmamenti cardinibus/ac Polis Arctico & Antartico in requieto motu/circum latum reliquos orbes: ut īmenſo complexu arcet: ita etiam celerrimo impetu rapit. Nec uero ſilent tanti motus: ſed acutorū & grauium temperatione dulcis quidam conflatur ſonus: & incredibili ſuauitate cōcētus. Sed hęc pleraq; omnia oculis peruia ſunt: ac ſenſibus patent. Empyreum cœlum/ac beatorū domicilium reliquum iam eſt nobis: cuius ineffabilem gloriam/nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec cuiuſquā uel acerrima mens ſatis intelligentia comprehendit. Hic locus eſt cœleſtium Spirituum/hoc auguſtiſſimum templum: hæc indyta ſedes altiſſimi ac ſemper uiuentis Dei: hæc ſacroſancta domus æterni patris: in qua & manſiones multę ſunt: cui nullæ fortunatæ inſulę: nulli Eliſii campi: nullę fœlices orę ualeant comparari. Hæc amœniſſima paradiſus eſt: in qua Beati æuo immortali/ac ſempiterno fruuntur: in qua ſacra beatiſſimorum ornatuum concilia perennem uitam/ac fœliciſſimam degunt. Angeli tuendis hominibus præfecti: qui ſemper uident faciem patris: & in creatorem proſpiciunt. Archangeli altiſſimorum myſteriorum conſcii: Virtutes quorum uel nutu/uel opere ad cōmouenda mortaliū corda/ſigna/ac ꝓdigia ī terris fiūt. Poteſtates qbus adiutātibus/poteſtas tenebraꝝ cōprimit: aeris cohercet improbitas: Principatus/quoꝝ moderatiōe & ſapientia oīs: ī terris Pricipatus

omnis regendi ratio conſtituitur:dirigitur:gubernatur:commutatur:transfertur.His dominationum ordo ſupereminet:ac regnat:ad cuius (ut ita dicam) Imperiũ:Principatuum regimen.Poteſtatum defenſio:Virtutum operatio:reuelatio Archangelorum:Angelorum deniq̧ cura,ac prouidentia referuntur.Altiore ab his Throni euolant receſſu ſummę quietis,ac tranquillitatis auctores.Cherubin ſubſequuntur multis oculis ornati:q ex ipſo inexhauſto Sapientiæ fonte fluenta quędam ſcientiæ haurire nõ deſinunt.Poſtremo ſex alis Seraphim attollũtur:incredibili quodam charitatis ardore conflagrantes.Cumq̧ his & homĩes:qui iuſte & pie ĩ terris uixerint,corporis ſolutos uinculis uiuere beatos:ut omittam alios,teſtis prodeat cęles indytus Bernardinus Senenſis:quem ipſi uidimus:audiuimus:allocuti ſumus:nũc uero in cœlis illum regnare cũ Chriſto ambigere,magnę impietatis eſt.Nunc perhorreſcit animus:caligat mentis acies:lingua contremiſcit:ſtupeſcunt uires omẽs:cũ ad inenarrabilẽ Dei maieſtatẽ ſermo cõuertitur:de qua tamẽ,quantũ fas eſt,nobis timide & pauca dicamus.Pręeſt nanq̧ tantę moli:qui eam principio perfecit e nihilo ſummus opifex,effector,arbiter,omnipotens rerum omniũ creator,mundi totius Princeps:cuncta gubernans dominus increatus,ĩmenſus,æternus,ineffabilis Deus:qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit:q cœlum ſtellis ornauit:ſyderibus diſtinxit:qui Solem clariſſimũ,ac ſingulare lumen rebus humanis accendit:qui terris maria circunfudit:flumina perenni lapſu fluere præcepit:iuſſit & extendi campos:ſubſidere ualles:fronde tegi ſiluas:lapidoſos ſurgere montes.Hic eſt bonorũ omnium auctor:pater luminũ:a quo omne datum bonũ:ac perfectum donũ eſt:lux uera:quæ illuminat oẽm hominem uenientem ĩ hunc mundũ:ſuperexcellens ſummũ,incõmutabile bonum:principium unde omnia:finis,ad quẽ omnia:qui cum Aurelio Auguſtino intelligi debet:ſine qualitate bonus:ſine quantitate magnus:ſine indigentia creator:ſine ſitu pręſens:ſine habitu oĩa continẽs:ſine loco ubiq̧ totus:ſine tempore ſempiternus:ſine ulla ſui mutatione,mutabilia faciens:nihil patiens:cuius ſolius poteſtate,ac uirtute cæci uident:ſurdi audiũt:muti proloquuntur:claudi ambulant:leproſi mundantur:ſtulti ſapiũt:cõualeſcunt ægroti:mortui reuiuiſcũt.Hic ẽ qui recte dicitur Trinitas unus Deus:ex quo oĩa:per quem oĩa:in quo oĩa:Pater,& Verbũ,& Spũs ſanctus:quorũ ſingulus quiſq̧ Deus eſt:& ſimul omẽs,unus Deus:cuius celſitudini ac ſublimitati:conueniens nomẽ etiã ignorant Angeli.Poſtremo hæc & uera eſt,& ſola beatitudo:ad quam adipiſcendam geniti,ac nati ſumus.Creauit.n.Deus hoĩem:ut Deum ipſum intelligeret:amaret:poſſideret:frueretur:quęꝫ qui nõ intelligit proculdubio ſtultus eſt:qui nõ amat,improbus:inanis,qui nõ poſſidet:qui nõ fruitur,infortunatus:infœlix,ac perpetuo miſer : cui fortaſſe ſatius erat:ſi hanc uitam nunquã ingreſſus eſſet.Quantis igitur,q̃ multis,q̃ pręcipuis Philoſophia digna eſt laudibus : quæ cum primum nobis ante oculos poſuit tam præclari operis machinã:tot tantarũq̧ rerum creationeꝫ:infinitã multitudinẽ ac uarietatem:naturæ ordinem:mundi ſplendorem:pulchritudinem cœli:fulgoreꝫ ſtellarum,ſyderum ornatum.conſtantiam admirabilem:ſingularem prouidẽtiam:ſenſim nos ad ipſius conditoris contemplationem perducit:ut inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciamus. Tradunt Philoſophi,appetere unumquodq̧:ut ſuo principio coniungatur:quod ea ex re,uniuſcuiuſq̧ etiam perfectio conſtet,atq̧ integritas.Hominis autem principium quidnam aliud eſt quęſo,niſi Deus! Huic uero haud dubie ſola nos iungit:atque annectit contemplatio:in qua & ultima,atque extrema hominis fœlicitas eſt.Hoc eſt enim propriũ hominis ipſius bonum:hoc peculiare munus,& naturæ hominis accõmodatiſſimum.Scite apud Platonẽ in philoſophos dictum eſt:quod in ueri inueſtigatione uerſentur:quod pecuniam:quod gloriam:quod res omnis humanas contemnant:et pro nihilo putent:propterea iuſtos ac beatos eſſe:uiuunt nanq̧:aluntur:creſcũt etiam uirgulta,& plantæ:ſentiunt:progrediuntur:procurãt uictum:uentrem explẽt & pecudes.Homo uero qui rationis eſt particeps,ſolus ex cunctis mortalibus intelligit:ſapit:res cõtemplatur:earum cauſas inueſtigat:cognoſcit:iudicat.Sed quis ĩtelligere abſque philoſophia:quis ſapere:quis noſſe aliquid pręclarum queat! Profecto hominis ratio nõ in corpore:ſed ĩ mente potius conſtituenda eſt. At uero incorpoream mentem,indiſſolubilem,ĩmortalem,nõ concretę,nõ fragiles,nõ lubricę res delectãt:ſed incorruptibilium,æternarum:& quę uerę ſunt contemplatio:quã nobis philoſophia ſola ſuppeditat.Fit omnia:fit totus mundus animus:nõ abſurdum dictu,ſi cumulate,ſi perfecte philoſophia fuerit expolitus:quo quid poteſt eſſe præſtabilius! Audenter dicam,nondum eſſe hominem:qui nullam philoſophiæ partem aſſecutus eſt.Sed ea patet latius:cœleſtia contemplatur:naturæ arcana inueſtigat:ſyderum uias radio dimetitur:diuina autem transferens ad nos:ac uirtutem e cœlo deuocans hominum uitam ac mores:ad cœleſtis ordinis exemplar inſtituit.Reſpublicas gubernat:ſancit leges:domos regit. Quid honeſtum,quid turpe,quid iuſtum,quid iniuſtũ,quid æquum,quid iniquum,quid rectum,quid prauum ſit:quid denique expetendum ut bonum:quid fugiendum ut malum:non ambigue demonſtrat. Hæc docet:ut honorem exhibeamus parentibus:Magiſtratus obſeruemus:maiores natu uereamur:legibus obtemperemus:diligamus amicos:charam uxorem:charos habeamus & liberos: non ſæuiamus in ſeruos: bene & iuſte uiuamus:diuina & humana iura tueamur:omnibus denique in rebus modum ſeruemus:quæ qui effecerit,uel ſi-

familiam recte diſpenſat: ciuitatem & Rempublicam regit: ſiue legalis ſapientia: quę honeſtas res iubet: prohibet contrarias: bonis pręmia: improbis pœnas conſtituit/ ſiue iura pontificia: quæ ſacrorum ſcientiam/ & ritus tradit: ac ſacrificiorum cerimonias/ & diuini cultus religionem pręcipit ſiue denique ſacratiſſima diuinarum rerum ſapientia: quæ Dei maieſtatem/ mundi creationem/ ſacrę incarnationis myſteria ꝓdit: ſacramētorum ſaluberrimā inſtitutionē aperit: ac demōſtrat. Magna hęc & pręclara ſunt oīa: quę uitam noſtram uehemēter exornant: & ad fœlicitatem: qui finis oībus propoſitus eſt/ facilē/ atque expeditū aditū præſtant. Hęc igit̄ cunctis uiribus amplexamini uiri eruditiſſimi: his exercitationibus incumbite: hæc uobis uera parate adiumēta/ ac uitæ pręſidia: quod ſi feceritis/ facillime fœlicitatis/ ac beatitudinis (quantū a Deo datū eſt) nō modo poſt hūc uitę curſum: ſed aliqua etiam ex parte/ in hac mortali luce participes efficiemini. Cętera poſthabenda ſunt: hæc dies noctesque & expetere & āplexari debemus. Si cupimus fructū/ laudem/ ac beatitudinem adipiſci. Vos aūt Magnifici/ ac potentes domini/ & cæteri uiri Senenſes pro mea erga patriaꝫ charitate & ingēti amore: quanq̄ intelligam ſponte incitatos: tamē cū ſint litterarum ſtudia ueſtrę inclytę & pręclariſſimæ reipub. pręcipuū ac ſingulare decus: cū ueſtri ampliſſimi nōis ubique gentium illuſtrent: atque augeant gloriam: cū apud oēs Italos populos/ atque longinquas & exteras nationes/ Senenſis urbis propagent ſplendorē: cū apud oēs Reges & Principes/ gratiam & beniuolentiam pariant: cum oīs generis fructus uberrimos proferant: oro/ obſecro: & cunctis uiribus deprecor ueſtram auctoritatem: ut ad tuendā ſtudiorum celebritatem/ in omni litterarum genere/ ad amplificandā tam eximiam laudē/ pręſertim Senenſi uigente Pontifice ueſtrę āmirabilis/ tum ſapientiæ/ tum prouidentiæ adhibeatis induſtriam: quę oīum cōmunis ſpes/ atque expectatio eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio quinta de laudibus Philoſophię.

OPortebat eum: qui hūc tantę dignitatis locum aſcenſurus eſſet: ac in tanto litteratiſſimorum hoīus conuētu uerba facturus/ excellentiſſimi Magiſtratus/ ac ſapientiſſimi uiri/ habere magnū ac pręclarum ingenium: ſummā & exquiſitam doctrinā: maximam dicendi copiam/ atque ubertatem: quæ cū a me longe aliena ſint/ uereor/ ne quiſquā me cōfidentē/ aut temerarius eſſe arbitret̄: Quod tenuis homo/ ac minime eruditus/ & uelut Anſer inter Olores orationē habere ſim auſus. Vertit ſe nanque animus ad ſpectandā hinc ueſtrę amplitudinis ac ſublimitatis pręſtantiam: illinc huius rei/ de qua hodie agēdū eſt/ pręcipuam dignitatem: quę profecto oīa/ nō infantis hoīs imperitiam: ſed uiri diſertiſſimi copiam/ atque eloquentiam poſtulare uidebant̄. Fuiſſet apud me merito ſilentii locus: ſi nō ſapientū hoīus uox una oīum/ atque conſenſus/ cū cæteris uirtutibus: tum etiam taciturnitati obedientiam prętuliſſet: Quamobreꝫ rudē me atque imperitū loqui oportet: nō qa id melius: ſed ne imperantium auctoritatē aſpernari uidear: quorum nō iuſſa capeſſere/ abſque iuſta reprehenſione/ ac ſummo ſine dedecore nequeo. Siquidem cuiuſque pręcepti contēptus præcipientis iniuria eſt: ut bene cęles inclytus tradit Hieronymus. Atque illud nūc mihi uideo contigiſſe: ut idem & loqui neſciam: & ſilere non poſſim. Nam quid eſt: quod hoc loco ſatis dignū mea tenuis/ ac puſilla facultas poſſit afferre? cum ſæpenumero ex hoc ipſo loco ab eruditiſſimis/ ac ſapientiſſimis uiris: hac de re dictū/ pertractatumque ſit: poſt quos me tacere modeſtiſſimum erat: ſi nō ſola parendi neceſſitas me ad hoc dicendi munus etiam inuitū/ ac reluctantem compuliſſet. Verum nō mediocri dicendi onere me leuatum eſſe intelligo: cū de ſtudiorū laudibus/ ac gloria tam multa/ ac tam ſępe in hac eadem ipſa celebritate dicta/ & ꝓnunciata eſſe recordor: quæ ſi repetere uoluero/ iuſtam proculdubio reprehenſionē incurrerem: & nō tam uoluptate/ q̄ tedio potius/ ac ſenio audientes afficerē: quos cū benigne adeſſe perſpiciam: quæ noſtro propoſito congruere ſum arbitratus/ celeri/ & q̄ breuiſſima licebit oratione percurram. Video nāque cogitans ipſe mecū duo genera eorū: quę hominibus expetenda uideantur. Et unū quidē genus eorū: quæ uel corpus attingūt: & in fortunę poteſtate ſunt ſita: uel animi inſtitutionē/ & confirmationem complectunt̄. Quocirca in ſumma mortaliū uarietate: quos multiplicius ſtudiorū labor exercet: ut ait Seuerinus: alii alia pręferūt: & ī maxima errorum peruerſitate & opinionū uarietate uerſant̄. Qui ſapientes apud maiores noſtros habiti/ atque appellati ſunt: quique ad ueraꝫ ſapientiā colectandā/ in rerū inueſtigatione: & ī perſpicienda ueritate/ curam oēm/ atque operaꝫ poſuerūt: nunq̄ illa quę uulgo tantopere affectant: de quibus etiam iter ſe digladiari ſunt ſoliti ī bonis rebus/ aut expetēdis/ collocanda eſſe arbitrati ſunt. Ac proinde neque uoluptates: quibus maxime humanū genus aſtringit̄: neque copias/ atque diuitias: quarū cupiditas mortalium mentes maxime labefactare conſueuit: neque honores: pro quibus adipiſcendis/ plerique dies noctesque laborāt: neque gloriam/ ac popularem auram: nec opes/ ac ciuileꝫ poteſtatē: nec denique aut corporis formā/ aut uires/ aut pernicitatē: & quę ſunt generis eiuſdē bona uel putare/ uel appellare ſunt auſi: cum tamē plerique omnes eiſdem rebus cōparandis/ ſtruendis opibus/ cumulādis honoribus/ poſſidēdis facultatibus inhiare uideant̄: & explendę lacunę corporis/ uires omēs ac neruos intēdere. Sed ſi recte/ ac ſolertiſſime hęc oīa/ & eoruꝫ ſingula cōſiderare & perſcrutari attentius uoluerimus/ cōſtabit (ni ipſe fallor) plane cōtēnēda/ & prorſus habēda

pro nihilo:quę neq; prẹſidii ſatis habeant ad bene/beateq; uiuendum:neq; momenti tantum:ut ad
fœlicitatem:quæ cunctis mortalibus comparanda proponitur:ualeant aſpirare.Nam ut a uolupta
tibus primum exordiamur:ſi de eis dicere inſtituerimus:quæ ad corpus attinent:& iucũda ſenſuu
titillatione mouentur:ille certe contra ſtulta Epicureorũ dogmata non modo non ſalutares/& ad
uitam bene degendam/accommodatæ:ſed peſtiferę potius/noxię/ac pernicioſæ ſunt exiſtimandæ.
Neq;.n.in regno beatitudinis ponenda ſunt:quę non habent perfecti boni abſolutionẽ:nec per ſe
ſufficere poſſunt:niſi aliunde accitis iis:quæ non modo cũ uoluptate ſunt iuncti:Sed ab ea abhor/
rent potius uehemẽter:ac longe diſſentiũt.Quocirca nõ inſcite Peripatetici magni Philoſophi im
primis & qui omnibus de rebus luculente/eleganterq; diſſeruerunt/fœlicitatẽ bonũ eſſe ſecundum
rationem:& ad intellectiuam animi partem referri/optimis argumentati ſunt/ac perſpicuis docu/
mentis.Cumq; tria iidem præclari Philoſophi bonorũ genera conſtituerint:quanq̃ eadem ipſa di/
ſtributio/multo ante a Platone fuerat explicata:certe nec corporis cõmoda/nec fortunę adiumen
ta talia ſunt:ex qbus uera poſſit fœlicitas ac beatitudo conflari.Quis igit̃ tam excors:q adeo men
tis & rationis inops:qui nõ ipſe animaduertat/quanta ſit huius:quam uoluptatẽ appellamus:im/
becillitas:quanta eiuſdem labes:quanta ſordes:deniq; turpitudo/fœditas:ut non modo nõ putari
ſummũ bonũ debeat:ſed beluarũ/ac mutorũ animantium/magiſq; propria iudicari? Senſum pe/
ne uoluptas/diuinam animi partem aſpernatur:haurientem ſeſe ſatiare/atq; explere nunq̃ poteſt:
cũ inſatiabilis ſit uoluptatis appetitus:& ubi ea ſit/ibi locum uirtus habere poteſt nullus.Quæ duo
pugnant utriq; inter ſeſe:ac longiſſime ſunt diſtincta.Quod ſi diuitias/copias/facultates/atq; pecu/
nię affluentiam perſpicere uoluerimus/quid obſecro habẽt i ſe certi:quid explorati:quid/quod nõ
totum in fortunę mutabilitate ſit poſitum? Illud imprimis arguit humanarũ rerum labem/ac no/
ſtrorum temporũ fœditatẽ:quod a Poeta nõ uere:ſed per ſtomachũ/atq; indignatiõem dicit̃.San
ctiſſima diuitiaꝝ maieſtas:& aliud rurſum.Quantum quiſq; ſua nũmorũ ſeruat in arca:Tantũ ha
bet & fidei.Neq; Sancti quicq̃ poſſunt habere diuitiæ:quæ illa quoq; quę ſancta ſunt/labefactant
ſæpe:atq; corrumpunt:ut id probandũ multo certe uehementius uideat̃:quod a Vate ſapientiſſi/
mo canitur.Quid nõ mortalia pectora cogis:Auri ſacra fames? Nempe diuitiæ tanq̃ miniſtræ/ac
pediſſequæ turpiſſimę uoluptatis:id quod uiſum Iſocrati eſt:ad magna plerunq; flagitia/ac nefa/
ria ſcelera inuitãt:atq; propellũt.Quod quidem ex aĩo dolens elegantiſſimus Elegiaci carminis au
ctor inquit.Auro pulſa fides:auro uenalia iura.Aurũ lex ſequit̃:mos ſine lege pudor.Ac neq; ad
rem aliam magiſter gentium/q̃ ad pecuniam/& ad lubricam externaꝝ rerum poſſeſſionẽ proſpe/
xit:cũ caput malorũ/cupiditatem eſſe aſſeuerauit.Fides uero/quam ſocietatẽ cũ diuitiis:quod cũ pe
cunia poteſt habere cõmertium? Fides (ut Stoici tradiderũt) Iuſtitiæ fundamẽtum eſſe dignoſcit̃:
per quã potiſſimũ humana cõciliatio/ac ſocietas cõſeruatur:cum e cõtrario liqueat/ab externarum
rerum/uel cupiditate/uel poſſeſſione bella/ſeditiones/diſcordias/inimicitias/odia/ac diſſenſiones cõfla
ri:quæ imprimis hoĩum cœtus atq; cõcilia ad perniciem ſæpe interitũq; perducũt:ac perſpicuũ cõ/
ſtabit/ſi uetera perſcrutari/ac memoria repetere inſtituerimus/multos ſæpenumero:q opibus & di
uitiis reliquos anteirẽt/pp opes ipſas ac diuitias iteriiſſe:nec priuatos ſolũ:ſed Reges iterdum opu
lẽtiſſimos:quoꝝ regna/ac florẽtiſſimam gloriam/pecuniæ cupido ſubuertit:& ad extremũ excidiũ
uſq; redegit.Quid dicam de honoribus? qd de dignitatibus? Quam utraq; fluxa/ac lubrica res eſt?
Neq;.n.honores huiuſmodi ſunt:ut pp ſe expetendi eſſe uideantur: quando ad aliud referuntur:
aliunde pendẽt:& i alio potius q̃ in eo:cui exhibent̃ poſiti/& cõſtituti eſſe cernunt̃.Quocirca ſi cõ/
tentio fiat/& comparatio i deferẽte honorẽ:potius an in ſuſcipiente/ſitum eſſe dicamus:Ocyſſime
occurret:nõ ſolum quæ ab Ariſtotele lata hac de re ſentẽtia eſt:ſed id quoq;/quod a.C.Plinio lucu
lente tradit̃/nõ minus præclarum & inſigne eſſe/ſtatuam in foro populi Romani ponere/q̃ habe
re.Itaq; cũ ueros honores ſola gignat:ac proferat uirtus:confirmãt tamẽ Philoſophi & uiri omẽs
ſapientes:uirtutem/non pp honorẽ/aut gloriam:ſed pp ſe ipſam colendam/atq; expetendam eſſe.
Quæ certe eadem & de gloria/ac populari fama/pari ſunt examine/ac ratione cenſenda.Gloriam
pleriq;:q ſe magnos & claros haberi uolũt/omni ſtudio atq; labore conſectant̃:exiſtimantes no ſo
lum magnũ bonũ:ſed ultimũ bonoꝝ oĩum:quo mortalium oĩum cõtendit:atq; aſpirat intẽtio.Sed
ne illa quoq; id bonũ complectit̃:quod & ueri boni cõtinet rationem:& toto (ut aiunt pectore)
cunctis uiribus petere/atq; inueſtigare debemus.Quid eſt.n.quod uel glorioſum/uel magnũ/atq;
uere præclarum humana cõtineant:quæ nec diuturna ſunt:nec certi/aut explorati quicq̃ prorſus
habẽt? Vbi nam gentium illa/quã ſtulti pleriq; arbitrant̃:famę imortalitas comparabitur? Quan
ti tandem exiſtimandũ eſt bonũ illud:quod eſt populari fama glorioſum? Miror equidẽ Peripate
ticos hoc loco/qui cũ cæteris de rebus ſubtiliter/eleganterq; diſſerere conſueuerint:hac una nimirũ
de cauſa perperam ſenſiſſe/nõ imerito iudicãtur.Ac longe Stoici luculentius ſplendidiusq; eiuſce
modi auram/inaneſq; fallacis glorię rumores contempſerunt.Bene igitur/ac ſcitiſſime Scipio ille
Aphricanus maior:qui per quietẽ Corneliũ Scipionẽ æmilianũ affatus eſt apud.M.Ciceronẽ.Tu
inquit:quã celebritatẽ ſermonis hoĩum:aut quã expetẽdam cõſequi gloriã potes? Breuia hęc/& ad
exiguum tẽpus duratura:nullam certe uim habẽt:quapp aut expetẽda/aut optãda mortalibus tan

topere uideantur. Quid porro de corporis dicendũ eſt: aut ſentiẽdũ cõmodis? Donũ forma breue
ut ait Lyricus Vates: pluribus excidio: ꝗ uel ſaluti uel utilitati fuit. Quã de magnis uiribus ac ingen
ti robore reportauit ſolidã ac ueram laudẽ Milo Crotoniates: qui ea re cœteris uiſus ẽ hominibus
preſtitiſſe? Quid Dario Perſarum Regi: quid Lydorũ Creſo? Quid Romão Craſſo uel ampliſſimæ
facultates: uel potentia uel opes profuerũt? Natura ipſa nõ artifex ſolũ rerum oĩum: ſed ueritatis
ipſius acerrima inueſtigatrix: & iudex tacita ãmonet: qd ſentire qd probare quid optare qd reſpue
re quid expetere qd contẽnere deniꝙ ac deſpicere debeamus. Ea nos ſurſũ erectos genuit: ad celũ
ſuſpiciẽtes procreauit: ut p corporis ipſius formã edocti: iferiora: & terreſtria hęc deſpicere: atꝙ aſp
nari: ſuperiora & cœleſtia cupere deſiderare: atꝙ affectare debeamus. Eiuſmodi uero eſſe conſtat
illa oĩa: quę ſecreta a mortalitatis contagiis: & a labe fragilitatis oĩs nec interitui nec uarietati nec
mutationi obnoxia ſunt: quę ſemel parta dilabi: auferri eripi nunꝗ poſſunt: ſequũtur nos: comitant
amplectũtur: quocũꝙ nos duxerit uolũtas: ſors tulerit: rapuerit neceſſitas: nunꝗ nos deſerũt: nũꝗ
aut perceptusꝗ inſidias: aut per uim alienã auellũtur a nobis. Quę ĩ noſtra poteſtate ſita atꝙ arbitrio
cõſtituta: non alienę patent libidini: ſed perpetua ĩ nobis ac ſtabilia perſeuerant: quibus ne illa qdẽ
quę in humanis rebus tam magnã a Stoica diſciplina putat habere poteſtatẽ fortuna dominatur:
quę qualeſcũꝙ uerſat uices illa nec lędere poteſt: nec ualet attingere: quę uero nomine appellamus
bona: qualia Stilphon magnus: ac perilluſtris Philoſophus: ẽt ſola nõ abſꝙ magnis rationibus ap
pellauit bona. Quãobrẽ ſi ſolerti ĩdagine iueſtigare: & inuolutã magnis tegminibus ueritatẽ atꝙ ex
plicare uoluerimus: honeſtas unꝙ ſola: & cũ illa itellectiua uirtus occurret: quã capere: quã ſectari:
amplecti: quã tenere ac firmiter tueri opporteat eos: qui ſapiẽtes q boni qui beati eſſe cupiũt. Pro
inde Peripatetici: & eorũ Princeps Ariſtoteles: qui ingenio & doctrina & diligentia Philoſophiam
oẽm patefecit: atꝙ perſpicue illuſtrauit: qnm eſt de fœlicitate locutus: & duplicem illã cõſtituiſſet: al
teram ex prudẽtię actionibus: alterã ex cõtemplatione cõfici: & proficiſci iudicauit. Hinc recte aie
bat ad Patritium Seuerinus. Cœtera fere caduca: labãtia imbecilla: & pene ſemper aliena. At ue
ro opulentiam litterarum: nec pręſens imminuit ętas: & cuncta conficiens auget potius: & confirmat
uetuſtas. Et uere ille quidem atꝙ elegãter: nam ſiue diuina: & altiſſima ſpeculemur: ĩ quibus de rerũ
omniũ creatore: ac mundi cõditore agitur: & quę ad diuinæ naturæ ſublimitatem ſubſtantiãꝙ refe
runt: quę Theologia profitetur: ſiue ad templorũ cerimonias: ac ſacros ritus: & ad cõponẽda catho
licę religionis ſanctitatẽ: qbus ĩ rebus Pontificia iura uerſant: ſiue ad cõformandos hominũ mores
& ad redigendã hominũ ſocietatem: ad bene uiuẽdi diſciplinã: ut uitia ac ſcelera repellantur propo
ſitis iuſtis ſuppliciis. Colãtur uirtutes: atꝙ expolitis p̃mus exerceat honeſtas: qd iuum legalis ſapien
tię ac iuris ciuilis propriũ munus eſt. Siue ad perſcrutanda naturę arcana: pernoſcendaſꝙ occultarũ
rerum cauſas: quod multifariam philoſophia pollicetur. Siue ad effugiẽda morborum ſemina: & ad
uarias corporum ęgrotationes repellendas: quod medendi ars certa ratione ſpondere uidetur: cum
& incolumes eſſe homines: & uiuere faciat. Siue ad perſuadẽdã rectam uiuendi rationẽ: atꝙ honeſte
uiuendi uiam: atꝙ laudẽ: quod eloquentia facit: quę iuncta ſapientiæ diſperſos homines initio con
gregauit: & ad cõcilia coetuſꝙ iure ſociatos redegit. Siue ad uerum falſumꝙ ſecernendum ad con
grui ſermonis: & ĩcõgrui diſcretionem comparandam: in quibus Logicę ſubtilitas: & Grammaticæ
artis ratio tota conſiſtit. Proculdubio hæc illa ſunt: per quæ maxime expolitur humanũ genus: hu
manæ naturę pręſtantia a belluarum feritate diſtinguitur: hominũ uita pręclara: laudabilis: elegãs
& diuinæ cęlſitudini ſimillima redditur. Hinc merito ſtudiorũ: & literarũ exercitatio plurimum lau
datur. Hinc illę imprimis floreſcunt ciuitates: in quibus hiſce artibus: atꝙ ĩgenuis diſciplinis: homi
num excolũtur ĩgenia. Hinc pacis tempora maxime expetunt: ſtudioſeꝙ ſeruant: ut aſcita ocii: &
quietis firmitate bellorũ ſęuitia: atꝙ contentione remota: quę mirifice comendantur: uaria ſtudio
rum genera: multo ĩpenſius ac longe accuratius celebrari poſſunt. Quare magnifici atꝙ excellẽtiſſi
mi Domini: meminiſte fauete amplificate quęſo ueſtrę florentiſſimę urbis: & bene iſtitutę ciuitatis prę
clara gymnaſia: amplexamini (ut facitis) doctos ac ſapientię laudibus pręſtãtes uiros: cumulate de
bitis pręmiis: q cœteris poſthabitis rebus: uirtutem: ſapiẽtiam: ac doctrinam capeſſunt. Iuuentutem
ad amplectendam ſtudiorũ gloriam: impellite: inuitate: inflãmate: ut ueſtra glorioſa reſpublica: ma
iorem indies ubiꝙ gentium ſplendorem cumulatiſſime laudis adipiſcatur. Illo operãte: ac benigne
tribuente: qui ut ſolus ĩmortalis: ita bonorum omniũ largitur cumulum. Dixi

❡ Auguſtini Dathi: Oratio Sexta de laudibus Philoſophiæ.

MVlta me dehortabãt: excęlſi & iluſtres Dñi: patres ampliſſimi: atꝙ erudiriſſimi uiri: &
ab huius loci sũma claritudine repellebãt. Nã res magnas: atꝙ p̃claras tenue reformi
dat ĩgeniũ: & patere debet tã excęlſi. tãꝙ ſplẽdidi loci aditus iis q doctrina q eloquẽtia:
q ſũma auctoritate: reliquos antecellũt. Erãt pfecto multi (ut ipſe arbitror): quos de
cebat potius tãtę rei maieſtas: & huius grauiſſimi muneris ãplitudo. At uero tãdẽ qd ob
trudi nemini poſſit: itur ad me. Vereor nimiꝗ & qdẽ plurimũ uereor: ne qs me uel arrogantẽ nimis:

uel forſan ſeptū iudicet:q minime oīum pſtans īgenio:& ab omni pene dicēdi copia/ac rerū doctrina prſus abhorrēs/tā breui tpris curriculo/terq quaterq illuſtris loci huius auctoritatē fuerim repetere auſus. Illud mihi cōpertū erat patres āpliſſimi:de īgenio/ac doctrina audaciā periculū facere. Nō me latebat exigui īgenii ībecillitas:nouerā ipſe me:quod & uox ſapientis. Et Delphicę iubent litterę. Veſtrā dignitatē:& meā ſimul īperitiā aīo repetebā:nequaq̄ neſcius iuſtū/ac par eē:ut aliquādo & alior ſe pferrent īgenia:& illi in aciē deſcēderet:q & ſubſtinere graue onus poſſint:& magnis uiribus freti fortiter dimicare nō dubitēt. Verūtamē coegerunt me & ad repetēdā hanc dicēdi prouinciā inuitum quodāmodo/ac diutius reluctantē cōpulerunt:quor qd fieri debeat explorat̄ labor:mihi iuſſa capeſſere fas ē. Quiobrē īparatū me dicere oportet:nō qa id agere melius ſit: Sed qm̄ recuſare difficile. Dicā igit̄ iuſſus nobis:& quę īuariis multarū rerum tēpeſtatibus repentina quędā ſugeſſerit cōmentatio/maiora forſan expectantibus nobis īpolita:nec ſatis exculta ōrone perurrā/breuius tn̄ atq īcōcinnius:q̄ res tanta dici debeat. Itaq Pphiloſophiæ ipſius quod ē rei oīum pclariſſimę/p uetere huiuſce ciuitatis cōſuetudine:hodie nobis īſtituit̄ laudatio. Hāc finire certū ē:hāc partiri decretū: & nōnullis proſeq laudibus:qbus partibus abſulutis:totius nrę orationis terminabit̄ modus. Eſt igit̄ philoſophię īprimis ſacrū:atq Auguſtū nomen:res ipſa tū grauis/ac ſplendida:tū frugifera maxime:& hominū generi ſalutaris. Quid eſt.n. philoſophia aliud/q̄ amor:q̄ ſtudiū ſapientiæ? Quid deinde ſapientia q̄ eximia:& excellens quędā/atq āmirabilis uirtus:quæ uirtutū oīuz comitatū/ac ſocietatē cōplexa eſt? Quod ſi rationē ipſam quęrimus:pclare Gręci tradidere:a qbus omne initio ſtudiorū genus:& īgenuæ diſciplinæ fluxerunt. His nanq uerbis huius pclari/uel īuenti/uel muneris ſplendorē/uimq demōſtrant. φιλοσοφια ἐστιγνῶσισ θεἴωντε και ἀνθρωπίνων πραγματων. Et iterū φιλοσοφια αυθισ εςιν ὁμοιωσισ θεῶ. Rurſum uero. φιλοσοφια εςι τεχνη τεχνῶν:καἰ ἐπιςημη ἐπιςημῶν:ἡ γαρ φιλοσοφια ἀρχη εςι πασησ τεχνησ. διαὐτησ γαρ πασα τεχνη ευρηται:και επασα ἐπιςημη. Tria pro Grecorū uera ſentētia de philoſophia produnt̄. Quorū primū diffuſam uim eius patefacit:alterū ſplēdidiſſimū demonſtrat effectū:tertium Philoſophiæ oſtendit pſtantiam:ac decus illuſtrat. Oīa nanq Philoſophia/& diuina & humana cōplectitur: atq eorū omniū inueſtigat altiſſimas rationes:& cauſas diligenter inqrit. Per hanc:uerā illam Dei imaginē/ac ſimilitudinē expreſſaz:atq inſignē reddimus:& ad diuinā ſublimitatem philoſophia duce/accedit propritus humana conditio. Fons eſt aūt ubertimus qdam:atq inexhauſtus:ex quo uarii/ac pene innumerabiles multiplicīū bonorū riuuli manant:omniū laudatarū mater artiū/ac liberaliū diſciplinarum procreatrix:a qua oīs & ſcientię peruſtigatio. & diſſerendi profecta ratio eſt. Quod ſi uolumus/tam ingentis corporis mēbra pſpicere:primū ſe offert nobis Grāmaticæ artis eruditio:quæ ī duas partes ſcindit̄: recte loquēdi ſcientiā:cū qua ſcribendi ratio iungitur: & Poetarū enarrationē:quam precedit emendata lectio:quę & pp metrorū modulos:& rythmorūz cōſonantiā:muſicam quoq diſciplinam anectit/ac multarū artiū aſciſcit peritiam. Hęc neceſſaria pueris eſt:quod Fabius Quintilianus oſtēdit: iucunda ſenibus:dulcis ſecretorū comes:& quæ uel ſola omni ſtudiorū genere/plus habet operis:q̄ oſtentationis. Seqtur Dialectica:quę docet rē uniuerſam tribuere in partes:latentē explicare definiēdo:obſcurā explanare interpretando:ambiguā primū uidere:deinde diſtinguere: poſtremo habere regulā:qua/uera & falſa iudicant̄:& quæ qbus propoſitis:quęq nō ſint cōſequentia. Ars oīum artiū pcipua quaſi lux quędā eorū quæ ab aliis confuſe:aut reſpondēt̄:aut agunt̄. Seqtur poetica diſciplina/quæ uel cōciliat auribus uoluptatē/uel ad quandā uirtutū ſpeciē/mentē/atq animum legentis hortat̄:cuius id maxime propriū eſt:ut q uere geſta ſunt ī alias ſpecies obliqs figurationibus:cū decore aliquo cōuerſa traducat:& decora quadā (ut ita dixerim)actione ad uirtutis amorem cupiditatēq pelliciat. Sequnt̄ Mathematicæ:qbus nihil quondā fuit apud Gręcos illuſtrius. Quartum Arithmetica quodāmō reliquarū mater numeros contēplatur. Geometrica/dimēſiones:formas/ac figuras. Aſtronomia ſyderū rationē atq aſtrorū motus:Muſica neruorū uocūq cantus: q primū mundi concentū efficit:humanæ fabricæ armoniā cōponit:mox ad neruorū: & uocuz tranſlata modulos: magnū cū ſapientia/& diuinarū rerū cognitione uidet̄ habere cōmertiū: quā cū litteris gymnaſtica figuratiōe plerīq olim apud Gręcos diſcebāt iuuenes ſeqtur domina rerū eloquētia/res pclara: atq diuina:q ut Lucilius ſtoicus uere inqt:primū efficit:ut ea:q ignoramus diſcere: & ea q ſcimus:alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur/hac perſuademus/hac cōſolamur afflictos/hac deducimus perterritos a timore/hac geſtiētes cōprimimus/hac cupiditates iracūdiaſq reſtinguimus. Hęc nos Iuris legū urbiū ſocietate deuinxit/hæc a uita īmani/& fera ſegregauit:cuius officiū ē:tenet̄ hominū cętus: mētes allicere:uolūtates īpellere quo uelit/unde uelit abducere. Populi motus: iudicū religiones:Senatus grauitatē cōuertere. Opem ferre ſupplicibus:excitare afflictos: dare ſalutē:liberare periculis/retinere hoīes ī ciuitate. Itaq bene ſūmus phūs ad Alexādrū ſcribit:quēadmodū Imparor ſui ē ſeruator exercitus:ita & eloquētia/q ſapiētię cōiūcta ſit/humāę ē uitę gubernatrix. Seqtur medēdi ars ob pcipuā eius utilitatē deorū īuentioni: & muneri cōſecrata/q ut agricultura ſanis corporibus alimēta/ſic ſanitatē egris/& bonā ualitudinē pollicet̄/cuius tāta uis ē:ut non mō ſoſpitatē tueri:morbos pellere/curare lāguores poſſe/ſz ēt mortuos hoīes:nōnūq ab extrema clade/& ab īteritu quodāmō reuocare uideat̄. Et illa ītres ptes diuiſa ē:unā/q uictu:alteram/q medicamētis/tertiā q manu me

deſ/& opã:quã Græci χειρουργίαν uocãt. Seqẽ Phyſica cõtẽplatio/q̃ peruestigat mobile corpus:quã mouetẽ/& qeſcit:naturaliũ cõpoſitorũ rimaẽ elementa:cauſarũ genera inq̃rit. traſmutationis formã edocet:ortũ rerũ atq interitũ oſtendit. & eorũ uarietatẽ:q̃ oriuntẽ/& occidunt:ſimplicia uero corpora & mixta:pfecta atq ĩpfecta/aĩata/atq in aĩa differẽs ad nobiliſſimã uſq intellectiuã hominis formã ſpeculando pgrediẽ. Seqtur Metaphyſica ſcientia:q̃ q̃q̃ uerſaẽ circa ens/inquantũ eiuſmodi/eiuſq pprietates:pcipue tñ primã cauſam exq̃rit/& illã habet ultimã ĩtentiones: quod Auicena pdidit:ut cognoſcat gubernationẽ altiſſimi Dei/ſpirituales Angelos:atq illorũ ſacros ordines/deniq abſtractæ ĩtelligentiæ/quo pacto habeant ſeſe ad circos cæleſtes: & globos. Seqtur Ciuilis iuris ſanctio: & legũ prudẽtia:q̃ a Philoſophiæ ĩtimis fontibus pfecta. Iubet honeſta: phibet cõtraria:cuius ſumma ui:atq auctoritate (ut apud Ciceronẽ ait Craſſus) uerus/iuſtus/honeſtus labor/honoribus/pmiis: ſplendore decoraẽ:uitia hoĩuʒ/ac fraudes/dãnis ignominiis/uinclis/uerberibus/exiliis/morte mulctãnẽ/Hæc boni: & æq cognitionẽ pfitẽ: Iuſtitiã colit: æquum ſeparat ab iniquo:licitũ ab illicito diſcernit/ad pbitatẽ uero hoĩes/tũ metu pœnarũ/tũ pmiorũ quoq exortatione deducit:quod ẽ Vlpiano teſte/uerã nõ ſimulatã Philoſophiã affectare. Sequitẽ Moralis ſapientia:quã primus ĩuexit Socrates. Hanc.n.ille uir magnus deuocauit e cælo: & inurbibus collocauit/& ĩ domos ĩtroduxit/& coegit primus de rebus bonis/& malis q̃rere. Hanc laudat magnus Orator: & affaẽ his uerbis. O uitæ philoſophia dux/o uirtutũ indagatrix expultrixq uitiorũ:q̃d nõ mõ nos:ſed oĩo hoĩuʒ uita ſine te eẽ potuiſſet! Tu urbeſ peperiſti: tu diſſipatos hoĩes ĩ ſocietatẽ uitę cõuocaſti:tu eos ĩterſe primo domicilis:deinde cõiugiis/tu litterarũ/& uocũ cõmunione cõiunxiſti/tu magiſtra morũ & diſciplinę fuiſti. Eſt ãt unus dies bene/& ex pręceptis tuis actus peccanti ĩmortalitati anteponendus: Seqtur Reipublicę gubernatio:quę & ipſa Philoſophię laudatiſſima pars eſt. Itaq laudat Plinius Euphratẽ Philoſophũ Syriũ:q affirmare cõſueuerit eam eẽ philoſophię ẽt pulcherrimã partẽ/agere negociũ publicuʒ: & q̃ Philoſophi docent:ad uſuʒ/atq actionẽ accõmodare. M. Tullii uero ſententia a Lactãtio comprobatur:q ciuiles uiros/q Rẽpublicã gubernent/q urbes/aut nouas cõſtituãt:aut conſtitutas æqtate tueanẽ:Philoſophię doctoribus antepoſuerit. Sequnẽ Pontificia iura: & Canonica inſtituta:quæ ſacrorũ ritũ cõſtituũt:templorũ cęrimonias cõponunt:Chriſtianæ religionis pietatẽ erudiunt:Sacerdotũ mores cõformant:ut ſobrie: & iuſte: & pie uiuentes:nõ minus exẽplo:q̃ uerbo/reliquos homines/ad uerũ dei cultũ cõpellant: & ad rectũ dirigant pbitatis iter. Quid tande ſacratiſſimã referã diuini eloquii ſapientiã! Hęc ſublime tradit:atq ĩeffabile myſteriũ trinitatis:ãmirabilia dei opa cõmendat:diuinę incarnationis pdit incõpręhẽſibile ſacramentũ:ſalutis uiã mõſtrat: rectum beatitudinis iter oſtendit. Huius amore: & guſtu ſuauiſſimo/diuinus Vates pellectus ait. Quã dulcia faucibus meis eloqa tua:ſup mel ori meo. Hęc una illa docet in terris:quorũ nobis ſcientia pſeueret in cœlo. In hac uelut Dux q̃dã pcellit Moyſes:cuius Geneſis mundi creaturã & humani generis primordia manifeſtat. Exodus decẽ plagas/ac diuina pcepta: Leuiticus ſacrorũ uarietatẽ: Numeri multarum rerũ ſacramenta: Deuteronomiũ Euangelicæ legis pręfigurationẽ. Extãt iudicũ monumẽta: Regum hiſtoriæ/Machabeorũ geſta:ſanctarũ rerũ ſcriptores/Ioſue/Ezras/Neemias/Tobias: Iudith/Heſter: Iob/Dauid indytus Vates: Sapientiſſimus Salomon. Accedit pclara Prophetarũ cohors: Eſaias/Ieremias/Baruch/Ezechiel/Daniel/Oſee/Ioel/Amos/Abdias/Ionas/Micheas/Naũ/Abbacuch/Sophonias/Aggeus/Zacharias/Malachias/ Pręterea ſancta quattuor animalia:q̃ Prophetarũ oracula multo ante pdixerãt: Mathęus/Marcus/Lucas/Ioãnes is q quʒ ſupra pectus Domini in cœna recubuit: altiſſimorũ: & cæleſtiũ arcanorũ factus eſt cõſcius. Cũq his Simon Petrus/Iacobus: Iudas: Poſtremo præco ueritatis & doctor gentiũ Paulus Apoſtolus:q cũ Romanos/Corinthios/Galatas/Epheſios/Philippenſes/Coloſſenſes/ Theſſalonicenſes/ Timotheũ/Titũ. Philemonẽ/Hebręos inſtruxit totius mundi gentes/ac nationes inſtituit Romanos rerũ dñõs: Græcos humanę ſapiẽnę principes: Hebręos diuinę legis auctores. Hanc uero diuinã ſapientiã/cũ primis Hieronymus pdidit: enucleauit Auguſtinus. confirmauit Ambroſius: Gregorius illuſtrauit: nup uero quaſi obſoleſcentẽ renouauit Bernardinus Senenſis noſtrę totius ſplendor/ac decus ætatis. O præclarã: atq ĩmenſam philoſophię laudẽ quę ſuo cõplexu tam multa:tãq pręſtabilia cõtinet ornamenta. O ſingularẽ atq inenarrabilẽ diuini muneris amplitudinem:per quã humana eluceſcit pſtantia. O fœlicẽ/ac pbeatã hominum ſortem:quæ tantæ lucis claritatem:ac ſplendorem exceperit. Conſyderate quęſo uiri pręſtantiſſimi:ac diligenter ĩſpicite ãpliſſimã philoſophię gloriã:ſummũ decus:multiplicẽ fructũ: uoluptateʒ incredibilẽ:pcipuas/atq ĩnumerabiles laudes. Hanc capeſſite iuuenes:hanc diligite ſenes:ſi iuuẽtutẽ agit:ſenectutẽ oblectat:omni ętati cõuenit: utrãq fortunã iuuat. Vos ãt potentes domini/ac præcellentiſſimi Magiſtratus:q huic pręeſtis florentiſſimæ reipublicæ:cõſeruate hoc pręcipuũ bonũ: augete illud indies:exercete foris q̃dẽ fortitudinẽ:q ſumma puidentia magnũ/ac munitiſſimũ conflaſtis exercitũ/ad ppulſandas ĩproborũ hoſtiũ iniurias: & ſtultã libidinẽ cohercendã. Domi cuſtodite prudentiã:quã copioſe: & abunde philoſophia ſuppeditat: & beatas facit reſpublicas. Vos alloquiẽ magnus Cõcionator:diligite ſapientã:ut regnetis ĩperpetuũ:diligite lumen ſapientię oẽs q pręeſtis populis. Vos affaẽ diuinus Vates: Intelligite/erudimini/qui iudicatis terrã: & apprehendite diſciplinã. Melior eſt nanq ſapientia:q̃ uires. Foris arma:cõſiliũ domi ueſtræ Reipublicæ ſempiternam: &

Immortalem gloriã cõparabit: pace & tranqllitate fruemini ppetuę firmitatis: quæ oĩa ille fortunet
clementiſſimus celorũ Princeps: qui oẽm mundũ regit: & mirabili ꝓuidentia cuncta gubernat: ut
florentibus philoſophiæ ſtudiis ſit illa ueſtra Ciuitas: Imperiũ Occeano: famã quæ terminet aſtris.
Ad decus illius: & gloriã: q trinus: & unus æternis ſæculis regnat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio Septima de laudibus Philoſophiæ.

IAmpridem Magnifici: & excelſi Dñi ac ſapientes uiri a ueſtris ſtudiis factus alienior:
ruſticabar plane libens: nõ ruſtico itentus opi: quod tñ ne magni qdẽ interdũ aſpnanẽ
uiri: ſed cogitationibus meis deditus: & nõ indignis litteraꝝ pfeſſore oblectamentis.
Repente accerſitus parui & ad hanc paleſtrã uocatus: quã frequenter tyro primũ mox
ueteranus luſi: quotiens nemo (ut opinor) alius (nã octaua hęc mihi (nihil fallor)
de philoſophiæ laudibus habẽt oõ) ẽt nunc emeritus luctari rurſum iuitus: quã uolentibus uobis
reluctari malui: q̃ dicturus ſum ſtatuens: nõ tã lõga oõne: q uendicationis atq; oſtentationis ſit & ca
lentis ætatis: q̃ cõpendiario quodã ſermone potius explicanda: q ſenili exercitationi cõgruat: & iam
ingraueſcentis ætatis: tranqllitati potius: q̃ deſidiæ. Veritas nobis ꝓpoſita ẽ celebres Magiſtratus ac
ſapientes uiri: ad iueſtigandã atq; exqrendã ueritatẽ nati ſumus: ad reꝝ ueritatẽ adipiſcendã: natura
hominũ capiunẽ igenia. Hinc illud Ariſtotelis sũmi philoſophi i diuinæ philoſophię libris. Oẽs ho
mines natura ſcire deſiderãt. Sed qdnã ſcientia aliud: q̃ cognitiones atq; adeptionẽ ueritatis ſpectat:
Nã ut acutiſſimus Peripateticus: & oĩuꝫ ſolertiſſimus tradit Auerroys: cõpræhenſio ueritatis: mul
tis qdẽ i rebus nequaq̃ ipoſſibilis eſt: quod nihil ocioſum i natura exiſtimari cõueniat: cõſtat nos ãt
ad pcipiendã ueritatẽ naturali quodã ferri deſiderio. Mentibus nr̃is igenita eſt ac naturalis uidendi
ueri iſerta cupiditas. Quãobrẽ. M. Tullio: quẽ ſummũ Oratorẽ: quẽ ueteris Iuris Põtifici ac Ciui
lis cõſultũ: quẽ p̃clarũ atq; illuſtrẽ philoſophũ fuiſſe cõſtat: & oĩs diſciplinę participẽ: teſte utimur nõ
inuiti. Eius eſt.n. illa ſentẽtia: hominis naturæ & rationis ꝓpriam eſſe ueri iueſtigationẽ: atq; notionẽ
ut cũ ſimus neceſſariis negociis curiſq; ꝓ uacui tũ auẽamus aliqd uidere: audire diſcere: quod accti
mã ſenſuũ oĩuꝫ ſint oculoꝝ: atq; auriũ: & ad ſcientiã ſuppeditandã cœteris accõmodatiores. Hinc di
ſciplina eſt: & reꝝ tũ occultaꝝ tũ ãmirabiliũ cognitio ad bene beateq; uiuendũ (ut ſapientes arbi
tranẽ) maxime neceſſaria. Bene ille ipſe ꝓbatiſſimus auctor: oẽs inqt trahimur ingenio uidelicet &
natura: oẽs ducimur uoluntate: ac ſtudio: ad cognitionis: & ſcientiæ cupiditatẽ: in qua excellere pul
chrũ putamus: ut ſit cognitio principioꝝ cauſaꝝ elementorũ: ſcientia uero reꝝ potius: q̃ p cauſas:
ac demõſtrationẽ inoteſcunt. Ac ſcite porro ſubiicit: Labi errare: neſcire decipi: & malũ: & turpe du
cimus. Labunẽ. n. q a recto ueritatis: & uirtutis calle deflectunt: q pleruq; p inſcitiã ferunẽ i pceps.
Errant: q regiæ ignari uiæ incerti animi nullo ꝓpoſito fine uagantẽ. Neſciunt: quos ipſa ſimpliciter
ueritas latet: & rudes ſunt: atq; ignari reꝝ oĩuꝫ. Decipiunẽ uero: q temere falſa p ueris ãplectunẽ.
O ãmirabilẽ ac p̃clarã ſapientiã: q̃ indagatrix ueritatis: ſola medeẽ his malis. Eſt.n. ſapiẽtiæ munus
oĩbus in rebus iueſtigare ueritatẽ. Eſt ãt ueritas: ſi finire uolumus: atq; Anſelmo credimus: rectitudo
quędã: q̃ ſola mente pcipiẽ. Si cũ Seuerino Boetio ſentimus: reꝝ ad intellectũ adęquatio: ut Philoſo
phi oẽs una uoce fatenẽ: ſuũ itellectiuę partis obiectũ: humanaꝝ certe lux mentiũ: dulce aĩorũ pa
bulũ: beatitudinis auctor: ueræ fœlicitatis effectrix. Quę di pulſis ignorãtię tenebris: oĩa ſplẽdidiſſi
ma luce ac fulgore cõplet. Iure igiẽ philoſophiã Ariſtoteles laudauit: quod eã ſcientiã ueritatis eſſe
arbitrareẽ. Iure cõtẽplatiuã antepoſuit: cuius finẽ ueritatẽ eſſe putaret. Bene & eleganter ut plęraq;
oĩa Lactantius Firmianus. Nullus ſuauior aĩo cibus eſt: q̃ cognitio ueritatis: huius tanta: tãq; ãmirã
da uis eſt: ut oĩpotens reꝝ oĩuꝫ princeps: & idẽ creator generis humani: atq; redẽptor: ad hoc natus
ſit: atq; i mundũ uenerit: quo phiberet teſtimoniũ ueritati. Ac ꝓinde oẽs: q ex ueritate ſunt: audiunt
uocẽ eius. Merito igiẽ ac iure oẽs laudandę ſunt ingenuę diſciplinę: q̃ ſiue a Gręcis: ſiue a Chaldeis:
Phœnicibus Thebæis: ſeu deniq; qbuſuis gentibus pfectæ: nos optimæ comites: uel duces potius
ad ueritatis fontẽ uſq; deducũt. Ad ueritatẽ ducit prima. ac diuina philoſophia: quam θεολογίαμ:
uocant Gręci: q̃ deũ trinũ & unũ: qd eſt trinitatẽ pſonaꝝ: ſubſtantiã unã: beatificũ obiectũ: diuinas
eſſentiãs: diuinas emãationes diuina attributa: mundi creationẽ: icarnationis myſteria: ſacramẽtoꝝ
inſtitutionẽ cõtẽplaẽ: & docet. Ad ueritatẽ ducũt ſacra & Põtificia iura: q̃ ſacros ritus: ſolẽnes ceri
monias: cultũ pietatis iſtituũt. Ad ueritatẽ ducit Phyſica: & naturalis ſcientia: q̃ circa ſenſibilia corpo
ra: mobilia entia: & reꝝ ortũ iteritũq; uerſaẽ. Ad ueritatẽ ducit Mathematica i primo gradu certitu
dinis collocata: q̃ numeros ſpeculaẽ: q̃ magnitudinẽ dimetiẽ: q̃ uocis & cantus iterualla diſtinguit:
quę ſyderꝝ rationẽ: & aſtroꝝ motus obſeruat: Ad ueritatẽ ducit Logica: q̃ diſſerẽdi uia ẽ: q̃ difinien
do diuidẽdo cõponendo argumẽtando: ueꝝ falſumq; diiudicat. Ad ueritatẽ ducit Ethica: q̃ mores
& uitę iſtitutra cõplectiẽ. Oeconomica: q̃ familias regit: Politica q̃ populis moderaẽ. Ad ueritatẽ du
cit Homothetica: q̃ leges ponit: bonis p̃mia: ſupplicia iprobis ſtatuit. Ad ueritatẽ ducit reꝝ domina.
Eloquentia: q̃ legibus cõſtituta ſplẽdore oõnis hoĩum cõcilus pſuadet. Ad ueritatẽ ducit Hiſtoria:
q̃ p̃clara geſta imortalitati cõmendat ac multa docet exẽplo: Ad ueritatem ducit Medicinæ ratio ad
tuendã ſalutẽ: ad pniciẽ uitandã diuinitus cõceſſa mortalibus. Ad ueritatẽ ducit: uel Poetica q̃ uera
in alias ſpecies obliqs figurationibus cũ decore aliquo cõuerſa traducit. Oẽs demuꝫ liberales artes:

atq; ingenuę diſciplinæ:ad calcẽ ueritatis ſcendũt. Cœtera lubrica/fluxa/momẽtanea/ſunt/externa & corporis:quæ putantur bona. Donum:forma:breue eſt: & quod recte Tragicus noſter ait. Raris forma uiris/ſecula proſpice ĩpunita fuit. Bona ualitudo facile morbo delet:ætate labefactat & ſenio Vires robuſta qdẽ indicãt corpora:at plerũq; rudes/atq; ĩperitos aĩos. Sed & his Tauri: & Elephantes hoĩbus antecællũt. Quid:qd ſæpe cladẽ Inferũt? Extat Milo Crotoniata teſtis:q miſerabiliter colliſus/ac uinctus iterit. Velocitas & ipſa:parui momenti ẽ. Ac pniciores ſunt nobis Cuniculi & Capreæ/timidũ/fugax/abiectũ animal. Voluptas ſordida: & oſcæna res eſt/ac belluarũ maxime ꝓpria uel ipſa potius ſeua/& ĩmanis bellua (& ut Diogenes Synopeus ait) ĩ expugnabilis bellua: hoĩum eos tãgens/quorũ deus/uenter eſt/quos ſanna Lucilii mordet:dicentis/Viuite lurcones/comeſtones uiuite uentris. Diuitiæ/an nõ bonũ ſint/neſcio/miniſtrę certe ſunt uoluptatis/ut dicit Iſocrates/fomẽta malorũ:radix ſceleris. Qt id nõ mortalia pectora cogit. Auri ſacra fames? Auro pulſa fides:auro uenalia iura. Aurũ lex ſeqt mos ſine lege pudor. Indoluit recte Propertius. Quin et multi ob diuitias pierũt. Nobilitas generis:cur tãtũ penditur? Qui genus iactat ſuũ:aliena laudat/ac certe miſerũ eſt aliorũ ĩcũbere famæ. Quĩq̃ ſi altius repetere uoluerimus:uere dicit/omne hoĩuũ genus ĩ terris:ũ mili ſurgit abortu. Fallax res gloria eſt/ac ꝓrſus inanis: & q̃ſi uentus qdã: & ũbra leuis. Opes/honores/ipſa/dignitates/q̃ plurimos fallũt:leui ictu fortunę pereũt. Facile mõ huc/mõ illuc trãſferuntur & qd turpe dictu eſt:ĩ ĩ ꝑitos ſępe/ingloriosos/abiectiſſimos hoĩes cadunt. Cõuertamus nos igit ad animi bona:q̃ uera bona ſunt:atq; expetẽda:q̃ & nos quoq; bonos faciũt. Qualia ſunt bonarũ artiũ ſtudia: & laudata hęc aiorũ curricula. Hęc firma & ſtabilia ſunt/hęc ꝑpetuo durãt/hęc hoĩes ſeparãt a natura ferarũ. Hęc ꝑficiunt aĩos. Hęc nos beatos reddunt/hęc omni ætati cõueniũt. Hęc utrãq; fortunã iuuãt. Hęc mores cõformãt:hęc mõſtrãt bona:q̃ ſeq mala/quę cõtra uitare debeamus. Hęc domos regũt/& familias gubernant. Hęc reſpublicas:hęc principatus:hęc regna tuentur:ut benedixerit Plato beatas Reſpublicaſ:in qbus aut Philoſophi regnant:aut Reges philoſophantur. Amplexamini igitur hęc ſtudia: & ĩ ea incũbite cunctis uiribus. ſi ſapiẽtes/ſi beati eſſe uultis: & cõpotes ueritatis. Verſetur in pectore Gręcorũ ꝓuerbiũ illud ἄνθρωπος ἀγράμματος ἐστὶν ὡς τὸ ξύλον ἄκαρπον. Homo illiteratus lignũ ĩfructuoſũ eſt ĩfelix arbos. Indoctus homo:uix homo ẽ:trũco potius ſimillimus Hermæ. Amplexamini igĩ bonarũ artiũ ſtudia/atq; ĩgenuas diſciplinas: dum molliora ingenia ſunt: & animi ad formãdũ faciles. Memẽtote Gręcorũ item ꝓuerbium νήσοπτευσ ὁ γέρων γράμματα ἄυαμρθάνει Ethiops ſenex litteras nõ adiſcit. De ꝓceptis/de ĩſtitutis uitę/de moribus/de litteris/de doctrina uerũ eſt. Vos ãt excellentiſſimi Magiſtratus fauete q̃ſo doctis uiris: fouete ſtudiorũ gymnaſia: habete ĩ ꝓtio eos:q ſimul eruditi: & boni ſunt uiri. Preſto ſit uobis eorũ cõſiliũ:q uere ſapiũt. Quod ſi feceritis/quẽadmodũ ſemp cõſueuiſtis:pacatã/tranqllã/glorioſam/beatã habebitis hãc rẽpublicã: nec bene fundatũ Impiũ/malus hoſtis audebit inuadere: quod ſi inuaſerit:iuſtas pœnas luet. Teſtis ſit nobis Karolus Mõtonatus:cõmunis hoſtis: & temerator pacis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi ĩuectiua ofo ordiue viii. in ciuẽ Vrbinatẽ delirũ: & nebulonẽ ſenem:ad Antonium Comitem.

CVm nup uir clariſſime:ĩter cõfabulandũ idq; in magna et eruditorũ hoĩum corona:in regię dignitatis queq; principis foret:ſermonẽ ĩcidiſſemus:tũ bonus uir q̃ſpiã credo explicaturus principis laudes dedecet tandẽ:inqt ſiue regẽ/ſiue principẽ:in rerũ ſtudio & cõtẽplatione uerſari. Nã agere opportet ſẽp uirũ eiuſmodi. Quod ſi qñ a rerũ gubernatione ceſſauerit:ꝑter ſuã fecerit dignitatẽ. Atq; eiuſmodi portẽta uerborũ/multa incã ſentẽtiã effudit potius:q̃ dixit:ut cũ antehac uirũ ſapiẽtẽ exiſtimaris ĩprimis:mox ſtatuerim illũ:cuiuſ cœterarũ laudũ rudẽ quẽdã/ atq; ignarũ:tũ ſapientię oĩs/atq; humanitatis exptẽ. Quiſnã obſecro adeo demẽs:qs tã excors:qs tã rõnis/ac mẽtis ĩops:cui tã ſtulta/tã inanis/tãq; et ꝑnitioſa ſentẽtia in mẽtẽ uenerit? Vbinã didicit illa uir bonus? In philoſophorũ ne ſchola/an ĩ Socraticorũ ludo:Platonicorũue Gymnaſiis/tã fabuloſa/uel ꝓdigioſa potius oſtẽta/uel audiuit/uel nouit? Quodnã ẽ id ſentẽntiæ dedecus? Sẽtentiæ ne:an amẽtię dixerim. Neq̃ qn doleã:qn iraſcar: cũ in tã celebri urbe:tã florenti ciuitate:quę ꝑ ab eo Principe gubernatur: & regitur:q & humanitatis: & iuſtitię laudibus multos antecellat:ſint q tã temere/tã cõfidenter:in tã uanis:tãq; manifeſtis uerſentur erroribus:qq; ea ſentire ac ꝓferre nõ dubitent:q̃ dictu qdẽ turpia:fœdiſſima ꝓbatu ſunt. Miror/& qdẽ miror plurimũ:q ea nõ mõ dicere:ſed uel cogitare potuerit is:quẽ & uirũ eẽ: & ſenẽ cõſtat. O ſenẽ delirũ q̃ſqs es. Quid referã:q̃ta ſiccũ iecur ardeat ira:cũ ii in tantã errorũ labẽ:inq; ſordidã/ac lutulentã q̃dam ſententiæ prauitatẽ inciderint:q leuare cæteros erroribus:q grauia/q utilia/q uera. q honeſta tradere cœteris hoĩbus/ac ꝑcipere debeant? Quis tã patiens qs tã ferreus/qn iraſcatur/qn excandeſcat/qn mœrore prematur? Quã eſt ætati grauiſſimæ:q̃ aptũ ſenis auctoritati:minores natu ab eruditionis laude.i. ab humanitate/ac uirtute deterrere? O hoĩem dignũ:q in Athenienſiũ Lacedęmoniorũue Republica naſceretur. O q̃ ꝑclarã:q̃q; egregiã ꝓtuli ſententiã delirus ſenex:nõ decet:ingens:principis dignitatẽ ſtudiũ litterarũ? At nos decere putamus:q nõ minus fortaſſe ſapimus. An nõ decet principis dignitatẽ litterarũ ſtudiũ? Stomachari eqdẽ tũ ego: & dolore plurimũ cæpi:nec tũ in tanta uel uirorum fre

quentia/uel loci auctoritate/uerborũ ullũ facere auſus ſum:ne qd cõtumelioſe:ne qd ĩpudenter di/
cerẽ:magna/& indignatiõe: & ira pcitus. Huic uero & ſi dixerim qcq̃ fortaſſe moleſti:incõſulto tñ ef
fundã nihil. Neq̃.n.ex lenonũ/aut baiulorũ ſenſu:ſed ex eruditorꝫ:atq̃ ſapientũ hoĩuꝫ mente: nr̃a
depromeť oĩo. At dixerit qſpiã:qd eos obiurgas: qd iis maledicis: q te pfecto ætate ſupãt: ſed &
ingenio fortaſſis/ac ſapiẽtia pſtant. Abſit/ut eos arguã:q ut ſenes ſunt:ita ẽt cõſilio/& ſapientia prę
diti. Verꝫ in eiuſmodi nebulones:q nõ tã ętate:q̃ mente cõfecti ſunt:q inanes/ac pueriles effuderũt
nugas:ſenũ & auctoritatẽ/& officiũ uendicauerim. Nõ decet:inqt:pricipẽ delirus ſenex litteras nos
ſe:ſed earꝫ laboribus philoſophis/atq̃ ocioſis derelictis hoĩbus:in reꝫ ſemp ãminiſtratione uerſari.
Credo heſternã(ut de Iouiniano ait Hieronymus)crapulã ructans tã ſordidã/tã ſpurcam nõ dico
ſententiã:ſed ſentinã uomuit. Nã qd primũ intereſt a liberaliſſimarꝫ artiũ principẽ ſtudio deterrere:
& ad neqtiã/atq̃ ĩprobitatẽ ĩpellere! Tã.n.eſt:dicere nõ eẽ principi in reꝫ ſtudio laborandũ:q̃ aſp/
nandã ſapientiã:fugiendã iuſtitiã:animi magnitudinẽ negligendã:cõtẽnendã moderationẽ:uirtu/
tẽ deniq̃ oẽm/ac laudẽ deſpiciẽdã eſſe: & habendã p nihilo. Quæ uniq̃ oĩa/aut nunq̃ habemus:aut
ab eruditis uiris/ac ſapientibus mutuamur. Quorũ plane ſententia hæc una ĩ re/paucis explicãda eſt
ſiqs antea nouerit nõ de ĩchoata/ac uulgari quadã:ſed pfecta potius ab ſolutaq̃ uirtute:q̃lis prind
pẽ decet:eſſe differẽdũ. Oẽs etenim hoĩes:qua hoĩes ſunt:ut princeps philoſophorꝫ teſtať Ariſtote/
les: ſuopte ĩgenio ſcire deſyderant:ad ſciẽtiã adipiſcendã trahimur:ac ducimur oẽs. Ex omni ãt rerũ
oĩum numero:nihil eſt:qđ tã deceat hoĩem q̃ inueſtigatio ueri/cuius exqrendi/ſingularis qdã/atq̃
ĩexplebilis ineſt nr̃is mentibus appetitus:q ſi in aliquo minus apparuerit:liceat eũ ſane oblitũ huma
nitatis:turpiũ atq̃ obſcœnarꝫ uoluptatũ blandimenta ſectari:qarũ qſqs titillatione: & dulci quodaꝫ
calore pfundiť:is ſeſe in cœnũ abiicit/in lutũ pſternit:infra pecora ducit:quẽ initio (ſi memoria te
nemus)haud multo demone inferiorẽ natura finxerat. Quod qdẽ: & in prõptu ẽ oĩbus: & nos alio
ĩ loco patefaciemus uberius. Iis igiť ne digrediamur lõgius:q nũ ſolũ hoĩes ſũt:uerꝫ ẽt reliqs pręſtãt
hoĩbus maxime laborandũ eſt/ut rerũ doctrina/& cognitione excelleant. Ita.n.ſupra hoĩem erunt
& principes iudicãdi:ſi qua hoĩes feris/ac belluis pſtant/antecellẽt ipſi cœteris hoĩbus. Quod ſi fue/
rint huius muneris laudiſq̃ exortes:nõ mõ nõ ſupiores exiſtimãdi:ſed & inferiores potius:atq̃ abie
ctiores ducẽdi ſint. Verꝫ ut iã acutius hęc: & ſubtilius pſeq̃mur/oĩs hoĩes:q populis: q gẽtibus:q na
tionibus pfuturi ſunt:ab iis quos in ſuã fidẽ/ac ditionẽ/quouis iure receperint nulla ĩ re uinci ſapienti/
bus uiris/ẽt turpiſſimũ uideri ſolet. At uero/q ignorãtię tenebris cęcati errãt:labunť/neſciunt:ii nõ
ſolũ principes hoĩum nõ ſunt:ſed ne hoĩes qdẽ. Nã ut a nobis ẽt ipſis:ſępe diſputatũ eſt:ĩdoctus ho
mo.i.ſapientię inops/incõpletus qdã eſt/atq̃ ĩpfectus: & ut ẽt recte dicã: interpellatus homo. De/
mũ æq̃ homo eſt:atq̃ Praxitelis:Copę uel:aut Phidię ſimulacrũ:nõ tã re homo:q̃ uerbo ſolo:ac no
mine. Recte itaq̃ ſubtilis Auerroys:q nõ eſt:inqt:ſcientię inſtitutus laudibus tã homo eſt:q̃ quẽ ar/
tificis manus finxerit:nullo qppe alio(ut ait Poeta)uincit diſcrimine:q̃ qđ illi marmoreũ caput ẽ:
ſua uiuit imago:ſed hęc ignorat delirus ſenex:q tã abiectã ſortẽ cõſtituit & regis & pricipis. Triplex
nanq̃ eſt(ut Ariſtoteli placet)uitę genus:ac primũ qdẽ fere actiuũ:qđ ἐν ἠθικοῖς πρακτικὸν ap
pellat:ocioſum & cõtẽplatiuũ:alterũ:qđ dicit θεωρητικὸν tertiũ uoluptuoſuꝫ: quod qa infimorꝫ eſt
hoĩum:uel belluarꝫ potius:libenter omittimus. Reliquorũ ãt tanta cõiunctio/ac ſocietas eſt:ut ſine al
terius cõmertio/alterũ/aut nullus/aut parui certe momẽti ſit. Siqdẽ actiuũ(ut ẽt Plutarchus aiebat)
Philoſophię exps:ineptuꝫ ſane eſt: & delictis maximis:plurimiſq̃ inuoluiť: ut tollerabilius ſit:nihil
agere:q̃ opperã pter rationẽ:pter philoſophorꝫ iura agere. Atq̃ & cõtẽplatiuũ quoq̃:ſi ab actione ſe
iungiť:fit prſus inutile: Itaq̃ danda opa eſt:ut habita rõne tẽporꝫ:partim in rerũ ſtudia noſtrã opas
partim ĩ rerũ ãminiſtrationẽ cõferamus. Quod cũ facere cœteros hoĩes:ęquũ eſt:tũ Reges/ac prin/
cipes omittere ſine dedecore: & ignominia nõ poſſunt. Eo nãq̃ ſolũ pacto doctrina inſtructi:atq̃ a
philoſophis ĩſtituti pericula queq̃ caueť facile queãt. Et nos pariter ita gerẽdis ſi uerſemur ĩ rebus:nõ
ſolũ nobis pfuerimus ipſis:ſed ẽt cœteris. Siqdẽ in ocio a philoſophis pcipienda prius: & tenenda
ſunt:quę uel rerũ publicarũ rectores/uel ciuitatũ/ac populorũ principes:ad ſua tandẽ negocia cõfe
rãt. Ea uero ẽ (ut Euphrates ſyrius affirmabat)Philoſophię pars pulcherrima:ut ab eruditis edocti
negociũ publicuꝫ agamus. Nã ut pbe Iſocrates Nicoclẽ Cypri Regẽ ãmonere uiſus eſt:ſola philoſo
phia/regendi principatus aditũ pbet:uiã demõſtrat.ciuitatẽ ãt reuocat a pnicie: & ad ſalutẽ/dignita
tẽq̃ deducit. Ita phibenť ĩcõmoda/calamitates ppulſantur/pax diuturna demuꝫ fœlicitas q̃dã ciui
tatibus/ac pricipatui cõparať. Ex paruis ne plura dicã/res magnę fiunt. Quod ſi q rudes: & ignari
rerꝫ ad gubernationẽ ullã/regimenq̃ acceſſerit:ii ĩuidi qdã tenues/ac ieiuni uirtutis/ac ſapientię de/
ſiderio/aut ſe/& populuꝫ pdant/aut principatũ amittãt:neceſſe eſt. Nã ſi qs ſtabilẽ/firmũ/duraturũq̃
gerere principatũ/ac Regum uelitis ſibi philoſophiã uendicet:ad mortale e cęlo deuocatã genus:is
e philoſophorꝫ fontibus/pleniſſimis faucibus hauriat:is ſapientũ pceptis monumẽtiſq̃ lętet. Sꝫ hęc
fortaſſe moleſta ſint deliro ſeni:q oblog:qgãniſ nõ deſinit. Verꝫ redeo ad ppoſitum. Qui.n.rerꝫ co
gnitiõi ãminiſtrãdarꝫ quoq̃ rerꝫ laudẽ adhibuerint:ii pfecto nõ poterunt nõ magni qdẽ: atq̃ ãmi
rabiles:tũ uideri/tũ ẽt iudicari. Hĩc apud Athenięſes Pericles(ſi Plutarcho credimus)hunc ĩ modũ
ciuilia obiẽs munera ĩcredibilẽ q̃dã adeptus eſt gloriã. Hĩc Syracuſii Dioniſũ Principatus/plurimũ
ſemp habuit & firmitatis: & roboris. Taceo Epaminũdã/q qm negociuꝫ ſemp:cuꝫ ocio iunxit:oĩuꝫ

habitus eſt ſuę ciuitatis: & uirtute: & gloria pſtātiſſimus. Plena exēplorū ſunt oīa. Sʒ reſpōdeat mihi obſecro delirus ſenex: q̄ nā res tā āplū: tā clarū: tā glorioſuʒ: tā magnificū: tā ſublime: ac toto ēt pene orbe diffuſuʒ Romanoꝝ: & cōſtituit: & ſeruauit īperiū? Stultoꝝ credo: reſpoōdebit nec ulo hoīuʒ in ſcitia: atq̄ īpiria gubernādi. Quis nā is ē furor? Quę tāta inſania? Quis ī hoīs mētē: tā prauę opiniōis iniecit errorē? ꝑ imanis bellua: nōne ſiue Romanoꝝ: ſeu quoduis aliud pclaꝝ īmpiū: ſapientia: iuſtitiaq̄ munitū radices egit altiſſimas: ppagatū eſt? Atq̄ ubi cōſiliū: & pſidiū defuit ſapientū uiroꝝ eorūq̄: q plurimū ſemp in rerū cognitione: opę: ac tēporis poſuiſſent: cōtinuo res periere oēs? Hęc oportebat dicere hoīem ſenē: potius q̄ Principē a ſtudio reꝝ. i. ſapientia deterrere pnitioſiſſimis uerbis. Quid itē ad ultimos terraꝝ terminos: & ad latiſſimos pene totius orbis fines: uictorem ꝑuexit Alexandrū? Nōne ſtipatus Philoſophoꝝ munimētis: ſūmū nactus eſt Regni: ac glorię culmen? Hęc dicere: hęc ſentire uir bonus debet: & ſapiēs. Sed blacterans nebulo olentia uinū uerba ꝓfudit. Veꝝ ad nos eat capularis ſenex: ut ſapienter e nobis diſcat: & beneuiuere. Hui qdnam hoc eſt rei? Nōne mōſtri: atq̄ oſtenti ſimile? Iā. n. ſenectutis inſania iuuenū moderāda. ac regēda ſapientia eſt. Sed delirus ſenex obiiciet ſcio. Naʒ Dionyſius iunior: cui munitiſſimus a patre relictus eſt dominatus: nec Platonis inſtitutis: nec Sophiſtaꝝ: quos multos alebat doctrina reſlantē: potuit uim fortunę repellere: qn a Dione eiectus dominatū oēs amitteret & gloriā. Hoc quoq̄ (ut cōiectari licet) docendus eſt ignarus: & delirus ſenex Pulſus nāq̄ q mō nominatus eſt tyrānide Dionyſius: cū a iocabundo quopiā rogaret: qd tibi philoſophia ꝓfuit? Quid ſapiēs docuit Plato? Scite ille: ac pclare: huiuſcemodi inqt fortunæ uarietatē moderate: & æquo aīo ferre. Nūqdnā parū id erat: qđ ex Platone didicerat? Nōne & ipſi quoq̄ deliro ſeni maximū uideat? Sed ſi ſingula uelim ſæcula pcurrere: inueniā ꝓfecto qbuſq̄ in regnis plurimū ſemp litteraꝝ doctrinā ponderis habuiſſe. Quid nr̄æ referā tempeſtatis: & memoriæ clariſſimos Principes? Quid Eſtenſem Leonellū cōmemorē. Mōtis feretrēū: noſtræ Oddātoniū: qd eius fratrē Federigū: qd numerē generoſū Alphōſum Regē: qd magnanimū Cęſarē quedā Philippū Mariā Anglū: qd alios itē multos: q ſtudio: ac doctrina reꝝ ſemp delectati noſſe in dies ſapere: ac ſcire laborārt: Didicere uriq̄ Heſiodum illud

οὗτοσ μὲμ παμάριςοσ ὃσ ἄυτὸσ πάμτα νοήσει:
φρασσάμεμ τά κεπειτα κάι ἐισ τέλοσ ἤσιμ ἀμείμω
ἐσθλὸσ δ᾽ αὖ κἀκεῖμοσ ὃσ εὖ ἐιπουτί πιθῆται
ὃσ δὲ και μὴ ταυτὸσ μοέῃ: σκοῖ τ᾽ἄλλου ἀκουωμ
ἐμ θυμῷ βάλληται ὃ λᾶυτα χρήιοσ:

O primus ille qdē: qui ꝑ ſe oīa noſcens:
Precceptor ſuus ipſe ſibi meliora pegit.
Ille bonus rurſuʒ: monitus q recta ſequet.
Qui nō ipſe uidit: neq̄ credit recta monēti
Hic nulla in parte utilis.

Quod latine interpretatur

Imprimis āt Mōtis feretreus princeps Federicus: & illud totius Italię decus Philippus Maria Anglus magnos ꝑter cæteros meret honores: quoꝝ alter litteraꝝ ſtudiū ab initio cōplexus ætatis: nequaq̄ in maxima principatus cura: inq̄ turbulentiſſimis occupationū tēpeſtatibus: audire e nobis aliquid ītermittit: ſed ne remittit qdē. Alter uero nō cōtētus his uſitatioribus litteris res quoq̄ altiores: ac cęleſtes cōtēplat. Nā ut ſcribit Philelphus noſter ī eo: qđ nuꝑ ſi mpoſio edidit: princeps idē pſtantiſſimus: diuini illius motus oīs: uim naturāq̄ obſeruat: ſyderūq̄: & aſtroꝝ rōes diligenti quadā inueſtigatione pſeqtur: qđ uel ad bene: beateq̄ uiuendū ptinere arbitramur (ſi ut Philippus Maria facit) modū adhibeant. Sed hoꝝ neutꝝ ꝓbet forſitan delirus ſenex: neꝝ clamitet potius cōtēnendā philoſophiā eſſe: pellendos urbibus ſapientes. Sed num nā Vrbinas is eſt ſenex? uel Arabarches potius: nuꝑ in hāc urbē pedibus: q uenerit albis. Nimirū ſit ueꝝ illud: qđ ex grani teſte nuꝑ accepi Vrbini illū utiq̄ eſſe genitū: attamen altum: atq̄ educatū Nurſię quę quōdā ſapientiæ expultrix: fortiſſimo: & clariſſimo Imperatore uindice Braccio: neglectę uirtutis graues: & pdignas luit pęnas: deſpectęq̄ doctrię: iuxta exegit piacula. Nōdecet: delirus ſenex inqt: Regiā: ac pricipis dignitatē ſtudiū litteraruʒ. Hui q̄ magnifica uox: & magno: atq̄ ingenuo digna uiro. Iā mentiat Plato: q beatas dicere ſolebat fore reſpublicas: quę ſapientię gubernaculis tenerent. Nolite principes diſciplinā apphendere deſinite erudiri. q iudicatis terrā. Delirus dehortat ſenex: ꝓhibet ignarus nebulo. Iā nō ad ſcientiaʒ capeſſendā: nō ad ſtudiū lectionis Timotheū: Titum ue cohortet magiſter gentiuʒ Paulus: ſed reclamante deliro ſene: pgant rudes ignari eſſe: & reꝝ oīum integri: quaſi qcq̄ fœdius ſit: pnitioſius: ue trius: ignorātiæ accęcitatis tenebris: quē lethiferū eſſe cōſtat aīorum morbū. O peſtilentē: nefariāq̄ ſententiā: o in auditā hominis inſaniam. Qui quod eſt Regię maieſtati: & principis dignitati aptiſſimum: id ꝓ dolor negligendū turpiter cōtēnendūq̄ ſuadeat. Neq̄. n. pręeſſe hoibus poſſunt: q nō ipſi īperare didicerīt. Quod ſi ſecus fit: fas: ac ius omne pueniet: Regna inſuꝑ: ac principatus corruunt. Recte igit hoc Hieronymus noſter: q pclare oīa: ſcā qppe ruſticitas: inqt: ſolū ſibi ꝓdeſt. At doctos uiros cęteros longe pſtare nō iniuria arbi ratus eſt: quos Vates Auguſtus Daniel: & diuini ſpiritus plenus: poſt ſacrū uiſum fulgentibus ſtellis: & e coelo cōparauit aſtris oībus: ſyderibuſq̄ diſtincto. Quiſq̄ nec homo qſq̄ eſſe abſq̄ doctrina: nec Princeps beatus poteſt. Sapientia nāq̄ ipſa ēt incertis: ac fallacibus rebus: tenerīſq̄ uel corporis: uel fortunę abeūtibus cōmodis: īſeparabilis comes: ad uerā beatitudinē ſola pducit: qua ſiue nō mō populus: ac ciuitas nulla regi: ſed ne tenuis qdē caſa cōſtare q̄at: quę ita principē decet: ut ea relicta: dignitatē oēm: ac decus amiſerit: ſed nōdum hęc igna-

rũs didicerat ſenex:q ætatẽ oẽm flagitio maxime: & uolupeatũ ſordibus cõſumpſit. Cũ igitur noſtra optimis argumẽtis ac firmiſſimis nixa rõnibus liqueat ſentẽtia: q̃ſo deliri: & inſani hois errore ac pra ua opinione cõtẽpta: acriter incũbamus in ſtudia Reges ac Principes: ut idẽ faciant obſecremus ut quę illi doctrina iſtructi recta atq; honeſta iperauerint: nos quoq; ſapientiæ fontibus plenis labiis: nõ coacti nõ inuiti arripiamus ut conciliata uirtute: parta ſapientia: bene honeſte laudabiliter: & demũ tranq̃lle iucunde beate uiuendũ ſit: q eſt philoſophię fructus uberrimus. Intendamus ergo ueritati: & dũ ſpiritus mẽbra hęc ſuſtinet: uirtutis nos ac ſapiẽtiæ muniamus pręſidio: ut earũ ope adiuti: uitæ huius ſcopulis tranſuadatis: tutiſſimis gubernaculis fręti: quẽ adeo optamus portũ tãdẽ ualeamus attingere. Atq; ne oĩo uidear deliro ſeni indixiſſe bellũ: mecũ ſi ſtolidã ſentẽtiã cõmutaue rit: redibit ĩ gratiã. Tibi ãt uir clariſſime ſupioris noctis lucubratiũculã potiſſimũ dederim: quẽ lĩaꝝ ac laudũ oĩuꝫ acerrimũ eſſe defenſorẽ cõſtat. Quod ſi noſtrã ſententiã cõprobaueris: neſcio quo pac to plus ẽ habitura grauitatis: q̃ ut tuearis te ẽt atq; etiam oro: & q amare nos ſoles: amare nunq̃ deſinas. Dixi.

Augustini Dathi Oratio VIIII. cum librũ. M. Tullii de natura Deoꝝ publice legere incepiſ ſet: quã orõnẽ miſit deinde ad Dominicũ Biliottũ Canonicũ Senẽſẽ adoleſcẽtẽ eruditiſſimũ.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. P. S. D. Solebant ueteres Oratiões quas foꝛte habuiſſent: mandare litteris: & amicoꝝ nomini dedicare. Nos pulſi foro: a Senato re pulſi: nõ habemus: quæ ad amicos ꝑ ueterũ more: mittere poſſimus niſi exortationes noſtras: qbus publice legentes uti cõſueuimus. Nup: cũ librũ. M. Ciceronis de natura Deoꝝ legere incepiſſem: animaduerti delectari te plurimũ proluſionibus noſtris: quas tu deſyderes uehementius perſcriptas accipe: & cum ocium datur: diligentius lege: quæ probanda ſunt lauda: quæ corrigenda pro tuo arbitrio cenſe. Vtrunq; mihi ſcias gratiſſimum fore.

Altiſſimus creator Princeps optimus maximus & ſemper uiuens Rex oĩpotẽs: & metuendus ni mis: ſedens ſuper Thronũ & dominans Deus: q & initio cõdidit: & ꝑpetua mundum ratione guber nat: pater filius & ſpiritus ſanctus: indiuiſa trinitas unus Deus: qui cuncta ineffabili prouidẽtia mo deratur: ille inceptis noſtris: ac uotis aſpiret: ut ab eo inſtitutio noſtra auſpicata exordiũ per eũ pro ficiat atq; ad eum tandem fœliciter referatur.

COnſtat hominẽ pręſtare cœteris animãtibus doctiſſimi uiri ac ſtudioſi adoleſcentes: ſi ea fuerit aſſecutus: quę ad uerã rectã ꝑfectãq; hoĩs rõem pertinere credunt. Atq id tra dunt Philoſophi maxime habendũ eſſe hoĩs ꝓpriũ: quod & maxime hoiem diſtinguit a bellua. Quod ſi ita eſt: nunq̃ ſatis laudari philoſophia poterit: in qua maxima eſt rerum cognitio: atq; ſcientia cõtinet: quę ſi una in hoie exiſtat: ſplendeſcit illius ꝓſtantia: & hu mani generis amplitudo ac dignitas illuſtrat. Natus eſt homo ueri adipiſcẽdi cupientiſſimus. Quod qdẽ ꝓclarũ ĩ nobis exiſtimare debemus. Magna eſt. n. ſcientię dignitas: quę cunctis pene hoibus: ſi ultimũ & finis expetitur. In cognitione nan ꝑ reꝝ hominis eluceſcit pręſtantia. Rerũ cognitionẽ ſo lus homo cunctoꝝ animaliũ ſibi uendicauit. Per hanc ipſã iungit intellectus noſter ſupioribus men tibus: quas tũ cęleſtes Intelligentias: tũ ſubſtantias ſeparatas: tũ motores orbiũ Philoſophi appellant in qbus ẽt cõtẽplãdis: ut ſapientes uiri tradiderũt: ſita ẽ hoĩs extrema fœlicitas. Bene uſurpãt Græci uetus ꝓuerbiũ ἄνθρωπος ἀγράμματος ἐστὶν ὥσ τὸ ξύλον ἄκαρπον homo illiteratus: ĩfructuoſa ẽ arbor. Auerroys magno uir ingenio & ſumma ſciẽtię copia: ĩdoctũ hoĩem tã hoĩem cẽſuit q̃ q ma nu: & arte fictus eẽt. Siqdẽ gerit is qdẽ in figura hoĩs ĩmanitatẽ belluę. Itaq; Ariſtoteles aliqñ interro gatus: quo docti ab indoctis differrent: quo inqt: uiuẽtes a mortuis. Eſt. n. ſine diſciplina nec dũ cõ pletus ac ꝑfectus homo. Quo circa nõ iniuria Peripateticorũ Princeps aſpectus qdẽ inqt: a coniũcte aere lumen accipit: aĩis uero a liberalibus diſciplinis: q̃ñ rõalis aię lumen cognitio ẽ: ſine qua hoĩuꝫ uita cæcutit ĩ tenebris. Sola hęc res ẽ: q̃ (ut idẽ philoſophus ait) & ſecundis ĩ rebus ornamẽtũ: & ĩ ad uerſis ꝑfugiũ ꝓſtat: ad ſenectutẽ ãt: atq; ĩgraueſcẽtẽ ætatẽ opͥmũ uiaticũ ẽ. Pręcipue aĩ uires ſunt ĩtel lectus ac uolũtas: ut ꝑ illũ qdẽ ueritatẽ ſẽp iueſtigare debeamus: ꝑ hãc uero & uelle: & opari qđ bo nũ ẽ: ita & ad actionẽ: & ad cognitionẽ: natũ eẽ hoĩem cõſtat. Sũt q diuitias & facultates ꝑ q̃rũt: ſũt q dignitates honorẽs faſces ĩpia cõſectant: ſunt q potentiæ atq; opibus ĩhiãt. Sũt q pecudũ moꝛẽ uo luptatibus ſeruiũt. Sꝫ fallacia hæc caduca & ĩcerta ſunt oĩa. Sapientia optãda nobis: reꝝ ſcientia iue ſtiganda ẽ: q̃ ſola ĩmortalis: & ꝑpetui tẽporis poſſeſſio ẽ: cuius qdẽ radices (ſi Ariſtoteli credimus) amaræ ſunt: Sꝫ pq̃ dulces ac multo ſuauiſſimi fructus eius: quos ſi deguſtare uolueritis: ſũmã fuerĩ tis iucũdiſſimi pabuli uoluptatẽ aſſecuti. Hæc hereditas nr̃a ẽ: hæc certa poſſeſſio: q̃ nec eripi cuiq̃: nec trãſferri ad alteꝝ poteſt. Sꝫ uera ſapiẽtia illa ẽ: q̃ ĩprimis Deũ agnoſcit: & uirtutẽ Iuſtitiãq; ſectat. Quamẽte ductus. M. Cicero: nõ ſolũ mores hoĩum rõe & uirtute cõfirmauit: uitãq; optimis ꝓceptis erudiuit: ſꝫ ẽt q̃tum illi fas eẽ uidebat: q̃tum philoſophia duce datũ ẽ: de ꝓuidentia diuini numinis: & gubernatione reꝝ diſſeruit iis ꝓclariſſimis libris: q de natura deoꝝ inſcripti ſunt: quoſq; nos hoc tẽpore: ut morẽ uobis poſtulantibus gereremus: explanãdos ſuſcepimus. In his uarias refert philo ſophoꝝ ſentẽtias & de natura deoꝝ. Quid epicurei: qd Stoici iis de rebus: & ſenſerit: & locuti ſint: ꝑ

ſpictue manifeſtat. Sꝫ accademicoꝶ more q ĩ utrãq ptẽ diſſerere: nihil certo cõſtituere: nihil penitus
affirmare ſolerent: exiſtimãtes: ſi ex utraq parte eſſet facta contentio eluceſcere quid in quaq re ue
riſſimum eſſet: quę eadem uetus fuit Socratis conſuetudo. Quęrit autem de Diis primum: an ſint:
deinde quales ſint: tertio loco an mundũ cõdiderint: & conditũ ꝓuidentia regãt: poſtremo utrum
reꝶ humanaꝶ procurationẽ habeãt: atq ob id & flectanť gratia: & ira cõmoueanť. Ille error e me
dio tolliť: quo implicati multi arbitrati ſunt Deos eẽ ocioſos: nec piorũ atq impioꝶ habere rõnes:
ſed eſſe permiſta & cõfuſa oĩa: ita ut neq boni afficianť pręmiis: nec improbi ſuppliciis torqueanť.
Is igiť liber eam nobis utilitatẽ pſtat: ut adducti Philoſophoꝶ rõnibus credamus Deũ eſſe: mundũ
aũt & quę ĩ mũdo ſunt oĩa diuina ꝓuidentia & numine gubernari: ut ita exiſtimãtes maiore ſtudio
Iuſtitiã colamus: & pietatẽ quæ uia ĩ cœlum eſt: & ad beatoꝶ cõcilia. Quoniaꝫ uero triplex Philoſo
phia ẽ: ut Platonicis uideť: Moralis quæ docet moꝶ inſtituta: Naturalis quæ de diuinis corporibus
diſputat: Rationalis quæ de rebus incorporeis diſſerit: quas ratio & mens ſola cõplectiť. Moralem
partẽ Cicero multis in locis bene & copioſe ptractauit. His uero libris reliquas partes cumulate per
ſequitur. Nã ſphęraꝶ ordo: ſydeꝶ & ſtellaꝶ ratio: Planetaꝶ motus & ꝓgreſſus ſm Platonicoꝶ ſen
tentiam ad naturalẽ ptinent Philoſophiã. Deoꝶ natura & ꝓuidentia & gubernatio reꝶ ad rõnaleꝫ
potius referunť. Conſtat aũt opus uniuerſum ĩ tres libros diſtribui: & ĩ primo qdẽ referri Epicu
reoruꝫ opinionẽ de Diis ĩmortalibus explicante Velleio eius diſciplinę ſectatore improbari eandẽ:
ac refelli a C. Cotta Academico: q loquens induciť. In altero explicari a Q. Lucilio Balbo Stoicoꝶ
ſententiã. In tertio multa a Cotta diſputari cõtra Stoicos: ut Academicoꝶ inſtituta nihil affirman
tium ſeruarenť. Quanq̃ bene Lactantius Firmianus de his libris. M. Tullius inquit: quãuis Acade
micæ diſciplinæ defenſor eſſet de ꝓuidẽtia & gubernatione reꝶ & multa & ſæpe diſſeruit. Stoicorũ
argumẽta confirmans: & noua ipſe aſſerens plurima: quod facit: cum in omnibus Philoſophiæ ſuę
libris tum in iis qui ſunt de Natura Deorũ. Ex his uerbis tria maxime percipienda ſunt: ſubiici his
libris de Natura Deorum prouidentiam & gubernationem rerum: Academicorum ſeruari conſue
tudinem: qui nullam rem certo iudicarent: & Stoicorum argumẽta probari: qui contra Epicureorũ
opinionẽ prouidentiam & curam rerum humanarũ tribuerent Diis ĩmortalibus. Itaq tum diui
dendo & diffiniendo tum probando & amplificando de natura Deoꝶ diſputationem aggreditur.
Naturam multifariam intelligere conſueuerunt. Alio modo cũ dicit Ariſtoteles: principium mo
tus & quietis in eo: in quo eſt primo & per ſe: & non ſecundum accidens: uel ut alii Phyſici tradunt:
uim inſitam rebus ex ſimilibus ſimilia procreanteꝫ. Alio modo cũ Deus ipſe naturæ nomine appel
latur: quod feciſſe ueteres etiam oſtendit Varro. Alio modo cũ rei cuiuſpiam uis & proprietas ita di
citur: ut cũ aliam eſſe Deorum: aliam hominũ naturam aſſeueramus: quæ etiam his libris explican
da eſt: atq idcirco de Natura Deorum inſcribunť. Deus aũt uel ita appellatus eſt: quod illi deeſt ni
hil: quando bonorũ noſtrorũ diuino Vate teſtante nõ indiget: uel a dando: quod ab eius fontibus
manant omnia & bona & cõmoda hominibus: uel quod metui eſſe debeat. Id eſt Δεοσ apud Græ
cos: aut partia ĩmutatione facta a Græcis ſermo ſumptus eſt: qui Deum θεον uocãt: quod eius pro
uidentia cuncta gubernet: moueat: ac moderet. Qui & ſi in cognitionẽ noſtram ꝓp eius ĩmenſam
excelſitatẽ cadere nõ poſſit: tamẽ perſpectis iis quæ & multa & ãmirabilia efficeť ac pręſtare nõ ceſ
ſat: diffiniri a quibuſdã cõſueuit. Illa uulgatior deſcriptio eſt: Deũ eſſe ſummũ bonum: quo cogitari
melius nihil poſſit. Rurſum. M. Cicero Deũ diffinit mentem ſolutã & liberã ſecretam ab omni cõ
creatione mortali oĩa ſcientẽ ac mouentẽ. Secũdus uero Phũs nõ ignobilis Deũ eſſe tradit ĩmorta
lem mentẽ: incontemplabilẽ celſitudinẽ: formã multiformem: incogitabilẽ inquiſitionẽ: inſopituꝫ
oculũ: oĩa cõtinentem: lucem bonũ. De deorum igitur natura cõmunis in his libris futura diſpu
tatio eſt: quorum eiuſmodi exoritur initium. Cum multæ res in Philoſophia &c.

❡ Auguſtini Dathi Oratio. X. Cum in Georgica Maronis Virgilii publice legere incępiſſet.

QVemadmodum multiplex eſt ac uariũ mortaliũ genus: ita eorundẽ ſtudia diuerſa ac
multiformia eſſe cõſtat. Alii literaꝶ decus appetũt: & ſapientiæ laude delectanť: quod
maxĩe rarũ genus eſt: Alii gloriæ amore ducunť: ac populari aura demulcẽť: Pleroſq
tangit diuitiaꝶ ſęua cupiditas. Quę res multiplices multaꝶ artium uarietates excogita
uit: nec eaꝶ ſolũ qbus expoliť humanũ genus: ſed aliaꝶ quoq pene ĩnumerabiliũ:
qbus opes ac diuitię cumulãť. Atq ob eã cauſaꝫ alii ſe ad rẽ militarẽ cõferũt: q̃ ut ſapiẽtes uiri tra
dũt: nihil cuiquã ſine alicuius ſanguine & cladibus affert. Alii ãpla negocia exercẽt: & ex alto multa
ĩportãtes uaria tractãt mercimonia: q primũ (ut recte diciť) naturę perrũpũt fędera: q̃ hoĩeꝫ ter
reſtre nõ aquatile finxit aĩal: deinde exiguo atq infido ligno ſtulti aĩam credũt neſcii: nihil ꝓdeſſe
homini: ſi uniuerſuꝫ mũdũ cõparet: aĩę uero ſuæ iacturã patiať. Quã. n. cõmutationẽ dare qſquã
põt ꝓ tã pretioſa merce! Alii fęnerationẽ quęſtus auiditate excecati nequaq̃ turpẽ putãt: quę tñ te
terrima lues ẽ: & latens qdã ac nefãda hoĩuꝫ labes: iis ipſis iuiſa qbus ſuccurrere uideť: ut bene ex
clamet magnus uates. Quid ñ mõtalia pectora cogis Auri ſacra fames! Sũt qbus caninũ ſtudiũ ma
gis cordi ẽ: atq illud nõ nouũ ãplius ſed iãpridẽ inueteratũ aucupiũ locupletiſſimũ quęq allatran
di. Quod multi Gnatones noſtris tẽporibus apud Reges atq locupletiſſimos Principes cõſectanť: ut

Iam oīa Palatinis canibus redūdēt. Taceo uiles opifices: Cętarios: Lanios: Coquos: Farctores: Piſto
res: Vnguētarios ſordidū genus: ac dēiq Cupedenarios oēs: q nihil ſine dolo: nihil ſiñ fraude: nihil
ſine ſumma cōtrahunt iniuria: q nullā rem uēdunt: niſi plus milies mētiant: qbus corradēdo argēto
dederis: præter pręciū nihil dulce eſt. Q d ſi doloſi ſpes refulſerit nūmi audeāt ul' patriā prodere pa
rentibus manus inferre nihil uereant. Hos redarguit uir ſapientiſſimus: atq his uerbis notat. Exi
ſtimauerūt luxū eē uitā noſtrā: & cōuerſationē uitæ cōpoſitā ad lucrū: & oportere undecunq etiā ex
malo acqrere. Vnū ita p̄ ceteris nobis ingeniū liberale & p̄clarū genus rei familiaris augēdæ: qd ex
agroꝝ cultura cōtingit: cuius explicare tū multas laudes tū maximas difficillimū fit. Nā niſi eius ſpe
cetur dignitas: qd pōt eē oīo preſtabilius! Habet inſtitutorē Deū: ſi ſanctis eloquiis habēda fides ē.
Ita .n. Moyſes ad eum q primus formatus eſt dñm loquentē facit. In laboribus comedes terrā cūctis
diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ. In ſudore uultus tui ue
ſceris pane tuo. Ea p̄fecto colēdi agri exercitatio eſt: quæ ſe auctorē habere Deū gloriari poſſit: ſi ſa
pienti Cōcionatori credimus: q ait. Ne oderis laborioſa opa: & ruſticationē ab altiſſimo creatā. Atq
idem uir ſapientiſſimus rē paſtoralē cōprobat: quę cū agricolatione ipſa maxia quadā affinitate cō
iungit. Itaq ſubnectit. Pecora tibi ſunt: attēde illis: & ſi utilia ſunt pſeuerēt apud te. Sed redeat ūt
de p̄fecta orō eſt. Quippe res ruſtica uetuſtate excellit: ſi qdē ille ipſe: unde primū propagatū eſt
hoīum genus iuſſus a dño ſuccidens uepres ſpinas ac tribulos reſecās: ut uictum quęreret i colēdi
agri labore uerſatus fuiſſe cernit. Qui mox cū duos primū liberos procreaſſet cōfeſtim alter paſtor
ouium: alter agricola factus ē. Hinc p̄fecto multa maximaꝗ reꝝ ī ſanctis ac diuinis litteris ſacramē
ta produnt: adeo: ut etiā redēptor noſter clementiſſimus ſe uitē uerā eē dicat: & patrē ſuū agricolā:
cuius & nos teſte Paulo apl'o cultura ſumus: in quā optimū ſemen iacit uerbū dei. Nempe ruſtica
ars ſummis laudibus præſtat: de qua præclare magnus Orator. Oīum reꝝ ingt: ex qbus aliqd ac
quirit: nihil ē agricultura melius: nihil uberius: nihil dulcius: nihil hoīe libero dignius. Nā ſiue ho
neſtatē quærimus: agricultura nihil eſt melius. Siue utilitatē: nihil uberius. Seu uoluptatē: nihil dul
cius. Seu deniq pręcipuā dignitatē: nihil hoīe libero dignius. Laudat agriculturam Ariſtoteles: qm
potiſſimū ſm naturā eſt: & a iuſtitia nō deſciſcit: quippe quę neq inhumaniter: neq ab inuitis quę
rit: quēadmodū bellicę artes. Itaq pacis aſtipulatrix ē: qd maximū putamus bonū: inimica belloꝝ:
qbus plerunq ciuitates labefactari ſolent. Moderatus Columella uir multaꝝ diſciplinaꝝ laude in
ſtructiſſimus: Res ruſtica ingt: ſine dubitatione proxima & quaſi cōſanguinea ſapientię eſt. Nec imme
ac fortunæ caſibus ſubiacentia: una uirtus ẽ: quæ uera & certa poſſeſſio hoĩs ſit haben

[illegible]

putat. Hanc igit̃ exquirite oẽs: & ad eã plane conſequendã ...
cõtendite/ut uirtutem adepti/& uere ſapientes/& ppetuo fœlices/ac beati eſſe poſſitis: illo inſpirante
qui uera uirtus eſt: & totius uirtutis ac beatitudinis auctor. Dixi.

Auguſtini Dathi fragmentum Orationis. XLI. Ad idem.

NIHil eſt uiri Senenſes reꝝ oĩum/quę qdem ĩ hoĩes cadere poſſint/uirtute oĩo melius/ac
pręſtabilius: nihil uitioꝝ/ac flagitioꝝ turpitudine uel pnitioſius qcq̃/uel abiectius cogi
tari põt. Sed nihil bonis/ac pbis hoĩbus fœlicius eſſe: nihil perditis/atq improbis miſe
rius: ſatis/ſupq iampridẽ ſapientibus uiris cõpertũ eſt. Incredibilis quędã eſt uirtutis
præſtãtia/ac magnitudo: quã q adipiſcunt̃: ii nõ modo mihi ſolũ: quẽ fortiſan ob inge
nii tarditatẽ/ac doctrinę inopiã falli nõ difficile erat: uerũ etiã oĩbus: q natura: q ſtudio: q ſapientia
cæteros pręſtãt: pbeati abſq ulla dubitatiõe uideri ſolent. Nã ſi uera dicit ille Iuriſconſultiſſimus Vl
pianus aſſeſſor Impatoris Alexandri perinſignis: natura bona dicunt̃/ex eo/qđ beant: hoc eſt/bea
tos faciũt/qd erit putandũ bonũ p̃ter uirtutẽ! Nec eſt. n. bonũ qcq̃: niſi aut uirtus: aut id/qđ cũ uir
tutis atq honeſtatis ſocietate coniungit̃. Quid. n. eſt beare aliud (ut idẽ dicebat Vlpianus) q̃ pro/
deſſe! At ſola uirtus ſemp prodeſt: qđ ſi ita ẽ/ſola maxie nos beatos efficit: cętera uero nec ſemp pro
ſunt: & obſunt plerũq iis: q illa poſſideant. Nẽpe diuitię/qbus maxie uulgus hoĩum inhiat: dignita
tes, honores: uires quoq pnicitas/forma/cęteraq uel corporis/uł externa/ut multitudo ĩpita noiat
adiumẽta: ut nos putamus fortunæ ludibria: multis ſępenumero dedecori/dãno/ac malo & ſunt &
fuerunt. Quã ſcite/q̃ ſapienter exclamat noſter Satyrus.

Omnibus ĩ terris/quæ ſunt a Gadibus uſq   Vera bona: atq illis multum diuerſa remota
Aurorã & Gãgem: pauci dignoſcere poſſunt   Erroris nebula.

Quę ſunt uera bona: quę iure expetẽda/atq exoptanda pręter honeſtatis actiones/exercitationeſq
uirtutũ! Senſit hic nõ tã Poeta q̃ Doctor bene uiuẽdi: Id qđ pręclare Iabolenus Iureconſultus ad/
mirabili uir ingenio/ac ſapientia nequaq̃ iure bona dici/atq appellari poſſe: quæ plus ĩcõmodi ha

beant q̃ cõmodi. Magnifica ac preclara uox, & Iuriſconſultiſſimo digna uiro ſentẽtia: quæ declarat ſolũ fere ĩ humanis rebus uirtutẽ bonũ: quę oſtẽdit uerã ac ſolidã boni rõnẽ: quę ſi acrius ꝓſpiciatꝰ: externas, fragiles, caducas res oĩs a bonoꝝ appellatione depellit: ꝑfecto intellexerũt uiri ſapiẽtes id bonũ eſſe: qđ proſit oĩbus: noceat nemini. Honores, imperia, pecunia, robur, opes nequaq̃ ĩ rebus bonis habẽda ſunt: ꝑ quæ & multa & magna nõnunq̃ hoĩbus mala ĩportata didicimus. Atq; ea res imprimis Poetã impulit: ut acerbius ĩueheretꝰ in fallaces hoĩum curas: ſtultas cogitationes: lubrica uota: uanos conatus: inanis cõtentiones. Nocitura toga, inqt: nocitura petuntur

Militia & torrens dicendi copia multis
Et ſua mortifera eſt facundia uiribus ille
Confiſus periit: admirandiſq; lacertis
Sed plures nimla congeſta pecunia cura
Strangulat: & cũcta exuperãs patrimonia cẽſus.
Quoſdam pręcipitat ſubiecta potentia magnę
Inuidiæ mergit longa: atq; inſignis honorum
Pagina.

Quid multa? Supuacua, aut pernicioſa petuntꝰ. Itaq; ipſa ĩ bonis rebus (ut ita dixerim) eſſe ſe negãt. Laudo Biantem Priannenſem: q unus ferꝰ e ſeptẽ Gręcię ſapientibus: q etiã direptis amiſſiſq; iis oĩbus, quęcũq; ea tẽpeſtate externa poſſideret: oĩa tñ, quæ bona, quæ ſua eſſent, ſecũ auferre dicebat. Laudo Stilphonẽ Megarenſem: cuius cũ patriã cepiſſet: ac diripuiſſet hoſtis: eumq; moneret Demetrius, ut ſibi ſcripta traderet oĩa: quæ ꝑdiderat: ſcite reſpondit, ex ſuis bonis ſe oĩo amiſiſſe nihil: qđ ex doctrina atq; eruditione & uirtute ſpolia ducit nemo. Laudo Anaxagorã Clazomeniũ: q diuitias & malas appellauit: & ĩ mare abiecit: eaſq; merſit: nec ipſe mergeretꝰ ab eis. Laudo Cratetẽ Thebanũ, q & ipſe magnã ab ſe uim auri proiecit: putans nõ poſſe & uirtutes ſimul & diuitias ĩ eodẽ Regno conſiſtere. Laudo Druidas Galloꝝ: Indorũ Gymnoſophiſtas: Philoſophos demũ oĩs. Qui oĩa hæc humana contẽpſerunt: ut ſolã expeditãq; uirtutẽ ſequerentꝰ. Magnis Iſocrates efferendus ẽ laudibus: q præ cæteris oĩbus exquiſitã poſſeſſionẽ uirtutis longe ait rebus oĩbus poſſe præſtare. Deteſtor Prothagoram, cęteroſq;: q ita philoſophantur: ut uehemẽtius augẽdis copiis, amplificandis facultatibus, ſtruendis opibus, cumulãdis diuitiis intendũt. Quanta uero uirtutis præſtantia eſt, atq; amplitudo, tanta quoq; peccati & ſceleris turpitudo ac fœditas declaratꝰ. Stoicorum haud penitus reiicienda ſententia ẽ: q id ſolũ malũ cõſtituerent: qđ turpe eſſet. Quid. n. tam malũ, q̃ uitiorũ labes: peccatoꝝ ſordes? Quid porro tã miſerũ: qđ tã deteſtabile: qđ deniq; tãtopere fugiendũ? Neq; enĩ aliunde magna detrimẽta hoĩbus: nec extrema pernicies uitæ: atq; ultima clades aliunde q̃ a peccatorũ ac ſcelerũ ſeminariis ꝑfecta eſt. Et bonũ qđẽ ſemꝑ prodeſt: ac beatũ facit: idemdẽ malũ cũ ſemꝑ obſit: eum, in quo fuerit, proculdubio miſerũ efficit. Atq; illud maxĩe propriũ uirtutis eſt atq; honeſtatis: hoc uitii ac facinoris. Ita fit: ut uirtus pręcæteris rebus expetenda eſſe uideatꝰ: uitium declinandũ. Sedẽ ꝑfecto aliqd uirtuti cõmune cũ uitio: utrunq;. n. uia qđã ẽ: quã ĩtẽdũt quã ĩgrediũtꝰ mortales: peregrini potius q̃ incolæ terreſtris domicilii. At eo diſcrimine potiſſimũ ſecernuntꝰ: qđ ad fœlicitatẽ uirtus: uitium aũt ad miſeriã ducit. Siquidẽ hoĩes cũ in hãc lucẽ prodeunt, confeſtim ueluti e carceribus quibuſdã miſſi, citato curſu ſemꝑ ad calcem properãt: & q uirtutis uiam ingreſſi ſunt: nec ullis obiicibus aut intercipiuntꝰ: aut retardantꝰ: palmã excurſo ſtadio, optatę uictoriæ coronã incorruptã ĩmortalis pręmii conſequntꝰ. Qui uero ꝑ uitiorũ anfractus: ꝑ deuia turpiſſimæ uoluptatis: ꝑ horridas atq; incultas flagitioꝝ ſitus decurrerint: aberrauerintq;: nec metã unq̃ contingunt: & plerũq; ueri Ducis auxilio deſtituti, in præcipitiũ miſeri dilabuntꝰ. Mea qđẽ ſententia, omni ſtudio & induſtria atq; diligẽtia uirtuti opa dãda ẽ: q̃ ãpliſſimi ꝓmii expers ẽe nõ põt: uitii uero labes uł nõ admittenda, uel repellẽda ẽ: quæ magnis ſemꝑ ſuppliciis ẽ obnoxia. Quã multa: q̃q; admirabilia uirtutis ſtudio pręmia expoſita ſunt ad ſpes, ad gratiã, ad dignitatẽ, ad delectationẽ, ad gloriã! Quã grauia contra uitiorũ turpitudini propoſita ſupplicia: q̃ uaria ac multiplex parata pœna eſt! Nã q flagitiis dediti, ſceleribus obnoxii ætatẽ agunt: ii profecto oĩbus ſenio ſunt, atq; odio: ſemper metui: ſemꝑ fame, ſollicitudini, dedecori patent. Quamobrẽ ſi acrius rem ipſaꝫ explicata animi notione contẽplari uoluerimus, ĩtelligemus eam uim atq; amplitudinẽ eſſe uirtutis: ut cũ ꝑfecta & cõfirmata ſit ĩcredibili quadã pręmioꝝ ubertate circũfluat. Nẽpe illa magna uideri debẽt: q̃ hoĩuꝫ inuentis ciuitatũ iudiciis, populoꝝ ſcitis excogitata ſunt. Illa maiora: quę hoĩuꝫ mẽtibus mater ac diligẽs reꝝ fabricatrix natura pręſcripſit: Sꝫ ea ingẽtia atq; ampliſſima putãda ſunt: q̃ diuina ꝓuidẽtia cõſtituta, eos q huiſce pręmiis affecti ſunt, ſine dubitatione beatos faciunt. Nec nõ ſupplicioꝝ ac pęnaꝝ eadẽ ratio habẽda ẽ: quarũ ſeuere malos plectũt: quę hoĩbus ĩſtitutis inuẽtę ſunt: grauius pręmunt: quas natura cõſtituit, acerbiſſime torquẽt: cruciant: uexant: miſeros reddũt: quas diuina inſtitia lege ineluctabili ſanxit. Nam quid primũ legum latores maxĩe ꝑſitentꝰ: quo ſapientum & ſummorum uirorum mens intendit: quo ſpectat conſilium atq; ſtudium omne! Nõne uiciſſim ſuppliciis agunt ac præmiis: ut illis a male uiuẽdo hoĩes deterreant: his uero ut ad uirtutis exercitationẽ impellãt: atq; deducant? Ac uirtutẽ ipſaꝫ tãta ueneratione ꝓſecuti ſunt ueteres: ut tanq̃ Deam colerent: ac ſumma pietate conſecrarẽt: exiſtimãtes (ut ipſe opinor) nõ tã Deã ẽe, q̃ ſũmi atq; ĩmortalis principis Dei ſingulare atq; ampliſſimũ donum: eos uero quos eximia uirtute præſtare animaduertiſſent: intellexiſſentq; bene uiuendo magnam ſibi gloriam comparaſſe: diuinis etiam honoribus affecerunt. Itaq; in antiquis legibus hoc imprimis traditũ eſt. Diuos & eos qui cęleſtes ſemper ha-

biti colunto:illos quos nanciſcendo cœlo merita uocarunt. Aſt illa pp quę datur homini aſcenſus
in cœlū:mentē/uirtutē/pietatē/fidemq́ earum laudū delubra ſunto:nec ulla uitioꝝ ſacra ſolemnia
obeunto. Hinc ſciri pōt:quāto ſemp ī honore uirtus apud maiores noſtros habita ſit:cuius etiā de
dicata publice tēpla eēnt. Hinc liquere arbitror bonorū oīum ampliſſima pręmia:cū ex hoīuʒ gene
re eos q egregia uirtute prædiri uiderēť/cōſecratos coli uetus lex iuſſerit. Quid.n.ē tā legis ꝓpriū:
qd tam iuri accōmodatū/q̄ bonorū atq̧ improboꝝ habere rōnē? Neq̧.n.aliud cupiunt:neq̧ aliud
ſpectare uidenť ii q uel leges ferūt:uel iuris ſcientiā ꝓfitenť:quos ſi uere Iuſtitiā colant/nō iniuria
quiſpiā Sacerdotes appellauerit:niſi id maxīe/ut nō ſolū metu pęnarū:ſʒ etiā premiorū exhortatio
ne oīs hoīes bonos efficiant. Hoc pręcipue legū latoribus ꝓpoſitū eſt:hoc iis in aīo fuit:q urbes ini
tio conſtituerūt:hoc uolunt:q rebus publicis pręſunt:hoc maxīe deſiderāt:q ciuitatū ādminiſtratio/
nem capeſſunt:q Magiſtratus gerūt. Omniuʒ profecto ea mens eſt:ut uirtutis/ac probitatis meritis
multiplicium honorū tribuāt gloriā:malorū improbitati tū ignominiam/tum exquiſita ſupplicia:
quaſi iuſtū pretiū perſoluāt. Quare et.L.Craſſus apud.M.Tulliū in explicatione Iuris ciuilis ac le
gum/uerū & iuſtū/atq̧ honeſtū laborē oſtendit honoribus:pręmiis/ſplendore decorari:uitia autē
hoīum/atq̧ fraudes dānis/ignominiis/uinclis/uerberibus/exiliis/morte mulctari. Quid Cæſar Iu/
ſtinianus ſummus terrarū princeps/atq̧ iuſtiſſimus totius orbis Impator/nō ne uirtutū pręmia tri
bui merentibus oportere iudicauit? Nōne ſtudioꝝ laboribus ſpem pręmiorū/decus/ornamentuʒ/
ampliſſimos honores ꝓpoſuit? Neq̧.n.bene morata reſpublica/nec recte inſtituta ciuitas ē:in qua
bonorū ſit ac malorū diſcrimē nullū. Nam ī oībus liberis populis/pacatis hoīum conciliationibus
tranquillis ciuitatibus:quæ quidē moribus inſtitutis/legibus gubernāť:maximo uirtus ſemp iuris
ac legū ſummoruʒ honorū ſplendore celebrať:uitium ac flagitii turpitudo/dānis/ignominia/infa
mia notať grauiū pœnarū ſuppliciis plectiť. Nec.n.aliter ſtare ciuitas pōt:cuius tuendæ gubernā/
dę/augendæ fundamentū ſine dubio Iuſtitia eſt. At Iuſtitiæ propriū munus id eſſe conſtituiť:ut red
dat unicuiq̧ quod ſuū eſt:bonis quidē pręmiū:ſuppliciū improbis. Quamobrē Cato ille apud Ro/
manos ſapientiſſimus cū ſublatū deplorabat neceſſarium diſcrimen uirtutis/atq̧ improbitatis:cū ex
promiſcua illa cōfuſione oīa agi tractariq̧ animaduertiſſet:cōfeſtim procliui ad excidiū patrię Ro
manę ciuitati eſt ominatus interitū. Quod ſi uim legis inſpicere uoluerimus/intelligemus qđ legis
ipſius propriū munus haberi cōueniat. Et.n.Philoſophi ex quoꝝ uberrimis fontibus oīs cōſtituen
di iuris deſcribēdarū legū ratio ꝑfecta eſt/his terminis legū oīuʒ uim ac poteſtatē circūſcribere con
ſueuerunt:ut & iubeant quæ honeſta ſunt:prohibeant turpia:media/atq̧ indifferentia (ut uulgo
appellant) permittant:uirtutū meritis pręmia īpartianť:uitioꝝ/ac frauduʒ dedecori:ac ſceleribus
pœnas dignas impendāt. Itaq̧ oportet quidē leges/ut ad Nicoclem de Imperio ſcribens teſtis eſt Iſo
crates/primū iuſtas eſſe:deinde utiles:poſtremo ſibi ipſis cōſentaneas. Sed qd eſt/iuſtas fieri leges:
niſi cū natura:cū honeſtate/cū uirtute/cū rōne cōgruentes? At natura & honeſtas & uirtus & ratio:
quæ a natura initium incoationēq̧ ſuſcipiūt:id pręcæteris poſtulant:id maxime expoſcunt:id ī pri
mis expetunt:ut nec uitio/atq̧ improbitati deť uenia:nec uirtuti/ac laudi fiat iniuria. Nō poſſunt
iura abſq̧ Iuſtitia aut deſcribi ullo modo:aut diutius conſeruari:a qua & appellata ſunt:nō ſunt ul
lę ſine Iuſtitia leges:quæ adeo eiuſce præſtantiſſimę uirtutis ſolidis fundamētis/ac firmiſſimo robo
re innituntur:ut nō ſecus ex Iuſtitia/atq̧ ex ſeminario fruges ortū habere uideanť. Parens Iuſtitia le/
ges parturit:educat:ſemp geſtat in ulnis:perpetua tueť:ac ſeruat. Nec.n.ciuitates appellandæ ullo
pacto ſunt:non concilia ad bene uiuendū congregata:non cœtus hoīum iure ſociati:ubi nec legi/
bus/nec moribus/nec deniq̧ inſtitutis uiuiť:ſed latronū potius conuēticula/gladiatoꝝ manus/agre
ſtium feraꝝ greges:nō apium aluearia:ſed ignauorū fucorū examina Sed ī omni gubernatiōe:ut
in libris de Republica grauiter/atq̧ accurata orōne oſtēdit Plato:palma ſine dubio Iuſtitiæ tribuēda
eſt Quæ ut ſola initio diſſipatū in montibus/in ſiluis diſperſum hoīum genus compulit:unū con
gregauit in locū:in ſocietatē uitæ conuocauit:mœnibuſq̧ conſepſit:ita iuſtiſſimis ornauit:atq̧ arma
uit præſidiis:leges/iudicia/iura deſcripſit:ac peperit ciuitates. Et.n.in oībus ciuitatibus conſtituen/
dis/atq̧ ſeruandis pręcipue Iuſtitia floret:ſempq̧ dominať:quę uelut annoſa/ingens/ac procera ar
bor/frondes perpetuę/atq̧ indeficientis uiriditatis:flores pręcipui honoris/atq̧ ampliſſimę laudis:
fructus mirificæ ubertatis effert. Hæc pœnā improbis:hæc flagirioſis ſupplicium cōminať:hæc iu/
ſtis pręmia uirtute pręditis honorē/gloriāq̧ largiť. Quę q̄ altis radicibus defixa:q̄ nixa firmo robo/
re eſt/tam multis patuliſq̧ ramis diffundiť. Huius umbra ſuauis uniuerſum ꝓtegit hoīum genus:
hoc iucūdiſſimū ſubſidiū/tutiſſimū perfugiū eſt ſalutaris portus mortaliū oīum. Nec uero aliud ra
mi tā frugiferę arboris ſunt:q̄ ortę/ac ꝑfectę a iuſtitia leges:& p totū orbē diffuſę/ac ꝓſeminatę.

❡Auguſtini Dathi Orationis.XLII.Tomos ad idem.

BOnorum oīum uiri Senenſes:quę humana imbecillitas adipiſci pōt:eruditi uiri/ac ſa
pientes/nō ſine optimis rōnibus pręſtātiſſimū duxerūt eē uirtutē. Nihil eſt.n.qđ tam
late pateat:nihil qđ maiorē uel utilitatē pariat/uel laudē. Siquidē quāta cuiuſq̧ extiterit
uirtus:tā magnā apud oēs hoīes gloriā cōſequeť:& qui maximę uirtutis ac probitatis

participes fuerint: & maxime erũt laudabiles. Itaq; & Philoſophi laudem diffinire uirtutis præmiũ conſueuerunt. Cætera expertia laudis ſunt: cũ a uirtute defecerint. Illud Poeta mordaciſſimus uehementi indignatione commotus dixit. Probitas laudatur: & alget. Q nimmo ſola uirtus: & bene uiuendi ratio ſolidæ laudis: & ueræ gloriæ auctor: atq; effectrix eſt: quę altiſſimis defixa radicibus creſcit in dies: atq; etiam propagatur: & ita ꝓpagatur: ut uel ſeculorũ omnium, & prepetui ęui fama celebref. Sed & uoluptas quoq;, quę qdem uera, & ſtabilis uoluptas eſt: unde obſecro niſi a uirtute ꝑficiſcitur? Recte Cato ille ſenex: conſcientia bene actę uitæ, multorumq; benefactorum recordatio: iucundiſſima eſt. Nã et contra grauia acerba, intollerabilia tormenta ſunt animi, turpitudini, ac flagitio obnoxii. Et boni quidem cultæ uirtutis mirificos, et ſuauiſſimos fructus capiũt: īprobi uero q̃q̃ publici iuris: & ciuilium iudiciorum pœnas effugiunt: is certe exq̃ſitiſſimũ ſupplicium non conditæ ſed ingenitæ legis uitare non poſſunt: qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur: nec de ſe ſitam ullo pacto poteſt declinare ſententiã. At uirtus q̃ dulcis, q̃ iucũda ſit: nunq̃ ſatis quiſq̃ explicare potuit. De utilitate uero quis ambigat? Nam id ſolum conducere, & prodeſſe hominibus: quod honeſte: & cũ uirtute fit: probata iampridẽ ſententia eſt. Itaq; praua, & iniuſta omnia obſunt: honeſta, atq; optima quęq; plurimum utilitatis afferunt. Siue igitur utilitatis, ac uoluptatis ratio nos mouet: ſiue gloriæ: & laudis cupiditas: hęc ſola ars: hęc uita eſt: per quã eas facillime aſſequamur. Hęc una nõ iam ſummum bonum eſt: ne in Philoſophorũ errorẽ incidamus: ſed ad ſummum bonum & uerã beatitudinem: & iter præbet: & ſola perducit. Hęc uia eſt in cœlum: & in fœlicem cœtum beatorũ: quo oĩum hominum niſi quis forſitan humanitatem exuerit: dubio procul ſpectat, ac feſtinat intentio. Neque oratione (ut quidã arbitrati ſunt) maxime pręſtamus belluis: & longe abſumus a natura ferarũ: ſed potius cognitione: atq; exercitatione uirtutis. Verę diuitię nõ in auro: & argẽto: nõ in præclaris ædificiis: & magnificis tectis: nõ in ſignis marmoreis: & eburneis opificiis: nõ in fulgentibus gẽmis, ac ſplendentibus margaritis: nõ in uaſis Corinthiis, aut ulla ſupellectile pretioſa: nõ in pecoribus, atq; armentis: nõ ĩ uillarũ ſplendoribus, & locupletibus fundis: nõ in ſeruorũ, atq; ancillarũ gregibus: nõ in ſumma cincinnatulorum: & calamiſtratorũ turba: nõ in ſcyphorum poculorũq; uarietate: nõ deniq; in ulla externarũ rerum abundantia: non ſunt: inq̃ ſitę uere diuitiæ: ſed in poſſeſſione uirtutis, honeſtatis, officii, in earum rerum copia: quæ parte nunq̃ hominẽ deſerunt: neq; ĩ hac uita ſolũ: ſed etiam in ſempiterna, & perpetuo duratura. Hinc probe Lactantius noſter: Nihil nobiſcum: īquit: ferre poſſumus: niſi uitam bene, & ĩnocẽter actam. Et is nõ iniuria imprimis copioſus, atq; opulentiſſimus exiſtimandus eſt: qui ita ſe comparat: ut plurimarum uirtutum comitatu ſepiatur. Harũ diuitiarum nõ ludo: ut eſt apud Poetam: ſed ſerio Maieſtas ſanctiſſima dicenda eſt. Iure ergo ac merito reliquis rebus omnibus anteponendam uirtutem cenſuerũt: quã nõ modo maiorum inſtituta: decreta principum, publicę leges: diuina, ac Pontificia iura Philoſophorum: deniq; præcepta uel ſuadent, uel imperant: uerum etiam natura ipſa tacita omne hominum genus uidetur inſtruere. Scythę enim gens Barbarorum inculta, atq; immanis, uirtutem tamen, & Iuſtitiam ſtudioſiſſime colũt: nõ qdẽ legibus: ſedẽ ingeniis. Neq; tã ſapientiũ doctrina: pręceptiſq;, philoſophorũ: q̃ naturæ bonitate proficiũt: & tã nuſq̃ gentiũ uel moderatio, uel abſtinẽtia maior: ut iã plene liq̃at naſci hoĩem ad colẽdã uirtutẽ: quã qui negligit: is ex hoĩum cõciliatione repellendus eſt. Nec uirtutẽ noſſe ſatis eſt: quę idcirco a nobis ĩueſtigat (ut ait Ariſtoteles) ut boni efficiamur: ſꝫ & ad exercitationẽ quoq; accõmodanda ẽ: quandoquidẽ oĩs eius laus, id quod ſũmus Orator tradidit ĩ actiõe cõſiſtit. Hãc oĩbus & diſcendam: & exercendam ſuadeo: uobis præſertim quos diligo uehemẽter, & mirifico amore cõplector. Quamobrem cum ſępius cogitauerim: qua ratione ueſtræ dignitati cõſulerem: nihil uiſum eſt omnino præſtabilius: q̃ ut bene uiuendi præcepta cõficerem: potiuſq̃ ſcriberem. Vtrũ uero hortamenta hęc: q̃ præcepta magis appellem neſcio. Nam qui per uos multum ſapitis: noſtra fortaſſe inſtitutione nõ egetis. Sed habebitis certe meæ erga uos beniuolentiæ perſpicuum documentũ: haud magna hęc res eſt: ſed nec cõtẽnenda ut opinor. Ita. n. fiet: ut tradens beneuiuendi uiam uobis præcipiã ſolis: & ſimul proſim omnibus. Vos animũ a me auertite: & ſapientes uiros, unde hæc manarunt omnia: loqui putate: ut pie, ac iuſte uiuendi diſciplinam: & uos admoneamini: & cæteri inſtruãtur. Principio igitur cura omnis debet eſſe diuini cultus. Siquidem pietate, ac religione ſublata: nulla omnino poteſt eſſe uitæ cõſtantia: ſed ſumma fit rerum omnium perturbatio, atq; cõfuſio. Quocirca prędare, ac ſtrtuiter ſacra eloquia ſæpe teſtãtur: timorem Dei initium eſſe ſapientiæ. Hinc eſt illud Hebręi concionatoris.

¶Auguſtini Dathi Oratio. XXXXIII. de hominis dignitate: atq; præſtantia.

HVmanæ naturæ originem: patres ampliſſimi: mortalis uitæ conditionem: futuræ fœlicitatis gloriam: animo debemus ſemper, & cogitatione complecti: Vt noſtræ dignitatis ammoniti: turpitudinem omnem, ac peccati labem abiiciamus. Noſtram ætatem: quæ nimium celeriter labitur: nõ in rebus flagitioſis, atq; obſcœnis: ſed in uirtutis, & honeſtatis exercitatione collocemus, ut per uirtutis, ac probitatis gradus, ad æternæ, atq; ĩmortalis fœlicitatis amplitudinem peruenire poſſimus. Habet homo mentem, rationem cõſilium, uirtu

rem/ſapientiam/quibus muneribus/cœteris omnibus animantibus antecellit. Itaq; eleganter/& luculẽte Romanus Philoſophus/ac magnus orator Cicero: Animal hoc inquit/prouidum/ſagax/acutum/memor/plenum rationis & conſilii/quem uocamus hominem: præclara quadam cõditione generatum eſt. Nam quid ẽ: per in mortalem Deum mente preſtabilius? Quid ſapientia omnino præclarius? Quid uirtute/quæ ĩ terris ſoli homini ẽ tributa/aut melius/aut optabilius dici/& cogitari poteſt? Merito igitur de natura ſua gloriatur humanũ genus/quod rationis/ac diuine mentis particeps ſi naturam ducẽ ſequitur: uirtutis luce clareſcit/decore/honeſte/ac laude refulgẽt: maximis quibuſq; ſplendeſcit ornamentis. Sed interdũ uideri ſolet eius conditio fortaſſe miſerior: cuꝫ anguſtis hominis uita ſit circumſepta limitibus. Nam exiguum eſt id: quod nobis datur: qui/nec quicq̃ taꝫ breue: tam circumciſum eſt: teſte Plinio auctore clariſſimo/q̃ hominis uita longiſſima. Quo magis elaborãdum eſt: ut deſidia omni: & ignauia cõtempta: ſpretis indecoris uoluptatibus/repudiatis delitiis per uirtutis iter ad felicitatis gloriam: & ad ueræ beatitudinis metã properemus. Quam parauit/ac propoſuit benignus Creator/ac Redẽptor Deus: iis qui iuſte/ſobrie/caſte/pie uixerint ĩ ſæculi huius curriculo: atq; certamine: in quo ſi quis hoſtium ſuperatis inſidiis: carnis deſpectis blandimentis: callidi aduerſarii confractis armis/uictoriæ palmam fuerit aſſecutus/perueniet illo beatus/ubi abſq; omni perturbatione/æuo immortali/ac ſempiterno fruatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXXIIII. de recto hominis fine

NIhil eſt pro Philoſophorum ſentẽtia/uiri patres/quod maiore ſtudio/ac diligẽtiore opa ſpectare debeamus: q̃ id: ad quod naturã hominis Deus ꝑcreauit: & finxit. Neq; .n. fruſtra geniti ſumus: cum ſit omnium animantium homo abſq; dubitatione cunctis laudibus preſtantiſſimus. Bene igitur/ac ſplendide Ariſtoteles ad intelligenduꝫ: atq; ad agẽdum/natum hominem tradit: ut intelligendo uerum adipiſcatur: agendo bonuꝫ/ac per intellectum ueri notione perſpecta: per uoluntatem uero: atq; actionem comparata uirtute: & in hoc mortali æuo: quatenus ratio: & natura progreditur/bene/ac beate uiuat: & poſt uitæ huius curriculum ſempiternæ fœlicitatis gloriam aſſequatur. Illo nanq; noſtra omnis aſpirat/ac feſtinat intẽtio. Neq; enim commorandi diutius in his uitæ tenebris natura nobis uel perenne domicilium dedit: uel permanentem ciuitatem: ſed nos potius erexit ad cœlum: & ut ſupera peteremus: multis nobis/ac perſpicuis documentis oſtendit. Efficiendum igitur nobis eſt: & cunctis elaborandum uiribus: ut reiectis terreſtribus rebus/deſidia omni: & torpore poſito: contemplationis: & uirtutis alis admotis: illo tandem expeditiſſimum iter arripiamus/ubi beati/& æuo ſempiterno fruũtur/& cum illo regnant/q pro imenſa bonitate/nos & ueræ beatitudinis/& diuinitatis ſuę tribuit eẽ participes. Dixi

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XXXXV. Thomos ad Diſcipulos: quod animus eſt colendus: ut ager.

ANimum ſapienter nonnulli arbitrantur diſcipuli iucundiſſimi ſegetis obtinere inſtar: atq; agri ſimilitudinem gerere. Etenim colunt agricolæ arua: ſegetes ſubigunt aratris multo ante q̃ ſerant: ut exirpatis uirgultis: fruticibus conuulſis: optimum iaciant ſemen/ac deinde uberem frugem demetant. Alioquin neglectus/atq; incultus ager ſpinis infructuoſis horreſcit: & creſcentibus infœlicibus herbis bonuꝫ ſemen aut naſci nõ poteſt/aut adoleſcere non permittitur. Itaq; qui ſerere ingenuum uolet agrum: liberat arua prius fruticibus: falce rubos/filicemq; reſecat: ut noua fruge grauis Ceres eat. Animum quoq; diligenter excolere debemus: ut ſublatis uitioruꝫ ſentibus: ex optimis ſapientiæ: & uirtutis ſeminariis: uberes/ac mirificos fructus edat: Nec ſolum nouandus eſt ager ſed iterandus quoq;: & tertiandus/ac magnis laboribus ſubigendus. Ita enim lętę fiunt ſegetes/ac redduntur feraciſſimi agri: Animus itidem nõ ſemel tantum: ſed iterum: ac ſæpius excolendus eſt: ut radicitus uitiis tum exirpatis/tum etiam ſublatis erroribus uniuerſis: dignus ſit: qui præclarum ſemen excipiat. Quam quidem ſententiam bene his uerbis proſecutus eſt Cicero. Vt ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt ſic ſine doctrina animus: cultura autem animi Philoſophia eſt. Hæc autem extrahit uitia radicitus: & pręparat animos ad ſatus accipiendos: eaq; mandat his: & ut (ita dicam) ſerit quæ adulta fructus uberrimos ferunt. Lactantius quoq; Firmianus haud longe ab ea ſentẽtia eſt; qui ait. Sicut ĩ ſentes ager qui eſt natura fecundus: exuberat: ſic animus incultus uitiis ſua ſponte inualeſcẽtibus/uelut ſpinis obducitur: ſed cuꝫ uerus cultor acceſſerit: ſtatim cedentibus uitiis fruges uirtutis oriuntur. Proinde cunctis uiribus contendere debemus: ut ſi bonam: atq; uberrimam frugem percipere concupiſcimus; diligentem adhibeamus induſtriam/nec ullis parcentes laboribus/animum omni ſtudio atq; accuratiſſima opa excolamus: præſertim ſi agricolis corruptibiles: nobis ĩcorrupti propoſiti ſunt fructus. Thales Mileſius: qui primus apud Græcos ſapiẽtis nomen aſſecutus eſt: ut hinc animi pręſtantiam: inde fragilitatẽ corporis indicaret: nõ componere faciem: ſed bonarũ artium ſtudiis animum excolere præclarũ eſſe aiebat. Siquidem animum diuinitatis participem habemus: corpus cõmune cum belluis. Ita animi Imperio/corporis ſeruitio magis utimur: ut nobilis tradit Hiſtorici ſententia.

Species animi exquirenda eſt omni induſtria:corporis forma cōtemnenda. In ſola mente(ut ait La
ctantius)ponenda eſt hominis ratio. Qui autem corpori ſeruiunt:qui uentri obediūt/dignitates ho
minis proſternunt/& ad belluarum naturam proxime accedunt. Ad animum igitur perficiendum:
atq; exornandum omnis accomodanda diligentia eſt. Forma autem ipſa corporis prorſus habenda
pro nihilo. Hęc ut ait Iſocrates uel ętate deletur:uel aliqua ui morbi langueſcit. Paulo momento quę
maxima pulchritudo eſſe uidebatur/tanquā flos repente conteritur/ac tenues euaneſcit in auras.
Donum forma breue eſt:bonum autem ita fugax/ita omnino lubricum:ut uel ipſo ad huc uiuen/
te homine pręmoriatur in nobis:formā igiť animi curare debemus:quę uirtus/& doctrina ē:quarū
utraq; maius in dies ſuſcipit incrementum/& cum ætate ipſa ſemp̄ augeſcit. Ariſtoteles magnus ille
Peripateticorū princeps præclare:aſpectus inquit a continente aere illuſtratur/animus autem a libe
ralibus diſciplinis. At liberales diſciplinas/ad uirtutem quidem capeſſendam plurimum conferre ar
bitratus ē. Hanc uero pulchritudinem cum adepti fuerimus/ita ſplendeſcet animus:ut:non eximiā
formam. ſed pene diuinam ſortitus eſſe uideatur.

¶ Auguſtini/Dathi Oratio. XXXXVI. De amicitia.

SI quicq̃ ē:quod merito inter mortales laudari debeat/ingenui atq; optimi adoleſcētes:
ſi quicquā ē/quod magnis honoribus exornari conueniat:ſtatuo id amicitię potiſſimū
tribuendū/quā idcirco ſiue Deus nobis/ſiue mater omniū rerū natura dedit/ ut eſſet.
quod arctiſſimo uinculo humanam ſocietatem ſeruaret/ac perpetuo tueretur. Nam ſi
homines natura congregantur/id quod Philoſophorū omniū uoce: & ſapientiſſimorū
hominum teſtimonio conſtat:quid eſt per īmortales Deum/quod ad eam rem accomodatius/& ma
gis idoneū uideatur q̄ amicitiæ uis:ammirabilis/ac ſumma poteſtas! Excellit nanq; hominū genus:
rationis conſilii/atq; intellectus præſtantia:pollet uirtutis/& ſapientię laude. Eminet bonarū artium
ac liberaliū diſciplinarum gloria:Prudentiæ/& multarum rerū ſplēdore claret. Sed omnia mea ſen
tentia:quæcunq; in homine magna/& præclara putantur:antecellit:ac ſuperat amicitia. Qua quid
melius/quid utilius/qd magis neceſſariū/quid deniq; præſtabilius eſſe poſſit! Scite/atq; elegāter ma
gnus Philoſophus ē/inquit:amicitia uirtus quædam uel cum uirtute:Res inſuper ſumme neceſſaria
ī uita. Sine amicis:n. nullus eligeret uiuere:licet cūcta alia poſſideret bona. Nam & locupletes/& in
dignitate/ac ſumma potentia conſtituti :plurimū amicis indigere uidentur. In paupertate quoq;/ ac
reliqs calamitatibus unū putant in amicos eſſe refugiū. Hęc iuuentutis compeſcit errores:hæc ſene/
ſcentis ætatis imbecillitati ſuccurrit. Hęc hominū generi multifariam conducit:ad res pręclaras gerē
das maxima ſolet adiumenta conferre. Sed qd de utilitate amicitiæ dicam plura! Quę certe in amici
tia tanta ē:ut nuſquā uel maior/uel uberior reperiri poſſit! Hęc res aduerſas facit leuiores:proſperas
& ſecūdas exornat/pacem conciliat/bella dirimit/ſingulorū uitam continet: reipublicę decus/ac di/
gnitatem tum efficit/tū etiam ſeruat:ſingulis hominibus:paucis/atq; uniuerſis prodeſt:obeſt nemi/
ni. Eam pręcipua/ac ſingularē inter nos cōtraxit uirtutis opinio. Eam queſo omni ſtudio: & cunctis
(ut aiūt) uiribus cōplectamur:ut eius firmiſſimo ſepti pſidio: atq; iucūdiſſimis āminiculis/fꝛeti:q̄
nr̄a mens ē/ardētius īgenuarū diſciplinarū: & bonarū artiū ſtudia pſequātur:ut facti tāti uori cōpotes
parentibus gaudio amicis emolumento/ patriæ honori/& cōmodo eē ualeamus. Tuq; pſtās animi
adoleſcēs hoc ſceptrū accipito: & ad huius tantæ neceſſitudinis conciliationē iuuandā/tuendā/ampli
ficādā:uigila/labora: & omni induſtria contende:ut & noſtrę expectationi reſpondeas: & magnam
ſimul gratiam adipiſcaris: & gloriam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXXVII. di Pace.

ILla inter eruditos/ac ſapientes uiros iam pridem diſceptata controuerſia eſt:glorioſi:
atq; excelſi Magiſtratus:optimi/atq; ampliſſimi patres:quidnā ſit illud:quod in cunctis
humanis rebus magnum/præcipuum:atq; expetendum bonum uideri debeat. Diuer
ſi nanq; diuerſa ſenſerunt. Alii diuitias prætulerunt:quod ſubſidia belli ſint:atq; orna
menta pacis:alii uoluptatem:quæ tamen uox pecudum uidetur eſſe non hominū. Alii
honores/ac ſplendorem nominis:quod ad eam rem homo/quaſi ad immortalem quandam poſſeſ
ſionem natus eſſe uideatur. Alii opes præſtare arbitrantur. Nōnulli uero uirtutem ueluti rē quāpiā
præclariſſimā maximis laudibus efferendam putāt:atq; ob eam cauſam cunctis rebus:atq; humanis
poſſeſſionibus præferendam. Verum neq; diuitiæ:neq; ullæ uoluptatum illecebræ:neq; opes/hono
res/dignitates:neq; res ulla prorſum fortunæ dominatui/ac temeritati ſubiacens in bonis/aut expe
tendis rebus collocanda eſt:nec ē quicq̃ ex iis quæ modo commemorata ſunt/quod ueri/quod per/
fecti/quod abſoluti boni rationem obtineat Proinde laudantur ueteres ſapientes: & quibus deinde
ueritas ipſa diuinitus illuſtrata eſt. Qui cum omnia diligenter:atq; accurate mente. & cogitatione lu
ſtraſſent;conſtituere tandem pacem:eam rem eſſe;quæ & omni laude/ac ſplendore floreret: & rerū

omnium expetendarum gloriam/ac dignitatem antecelleret. Si enim originem pacis: ſi amplitudi/
nem: ſi fructum explicare uoluerimus: non dubium erit: quin Principatus illi bonorum omnium/ac
palma tribuenda ſit. Omne datum optimum: (ſi Iacobo Apoſtolo credimus) omne donum perfe
ctum de ſurſum eſt: manans a patre luminum. Quem & auctorem bonorum omnium: & cunctorũ
munerum largitorem eſſe nemo dubitat. Cum ſit igitur ſummum pax/atq; extremum bonum: fate
ri cogimur ex uberrimis diuinæ Maieſtatis: atq; ſcatentibus fontibus proficiſci. Vnde. n. niſi a Deo
atq; illis in exauſtis diuinæ benignitatis fluentis tãti muneris magnitudo: hominum generi dari po/
tuiſſet? Quamobrem & auctorem pacis Deum ſacra ſępe teſtantur eloquia: & diuinorum Prophe/
tarum uaticinia: Dei filium Principem pacis uenturum eſſe cecinerunt. Pacis uero dignitatẽ/ac ſplen
dorem ſatis laudare quis poſſit? Nõne tantę rei maieſtas: atq; gloria: Oratorum omnium ſuperet elo
quentiam? Omnes nanq; homines naturali quodam pacis ducuntur amore: ad eamq; adipiſcẽdam
ingenti cupiditate rapiuntur. Qui ſi naturam ducem ſequi uoluerint: aut ſemper paci conſulẽt: aut
ita bella gerẽt: ut per ea ipſa nihil aliud niſi quæſita pax eſſe uideatur. Hanc qui non intelligit: quid
bonum ſit: ignorat/hanc qui non proſequitur immanis: qui non amat improbus: qui non ample/
ctitur uæcors: qui non tuetur: demens: atque inſanus putandus eſt. Dulce nomen eſt pacis/eximi/
us inquit/Orator/res ipſa uero iucũda/tum etiam ſalutaris. Quem igitur tam ſuauis/tam frugiferę:
tam expetendæ rei odium ceperit: hunc nõ appellare hominem debemus: ſed in figura hominis im
manitatem gerere belluarum. Cætera omnia aut honeſta ſunt: ſed laborioſa: atq; aſperiora uideri ſo
lent: ut fortitudo: cõſtantia/moderatio/continentia: ut alia generis eiuſdem/aut certe dulcia: & iucun
da putantur: ſed turpitudinis/ac dedecoris labe polluta ſunt: cuiuſmodi obſcęnę uoluptatis illecebræ
perſpicuum exemplum præbent: ſola pax ex omni numero & honeſtiſſima res eſt: & mira quadam
ſuauitate omnia præſtat. Ecce q̃ bonum magnus Propheta inquit: & q̃ iucundum habitare fratres
inunum. Cum pace nanq; concordia iuncta eſt: per quam etiam paruæ res creſcũt: & ad ſummum
clariſſimæ dignitatis peruadunt faſtigium. Itaq; & unigenitus Dei filius piiſſimus generis humani
Redemptor pacem dedit: pacem reliquit iis quos in mundo miro ſemper amore dilexerat. Præcla/
ra nimirum hęreditas: cunctis theſauris pręnoſior: omni patrimonio præſtantior. Dulci pacis uer/
bo Apoſtolos ſalutare iubebat: paces ut comprecarẽtur: inſtituit: pacis ſtudioſos Dei filios uocatum
iri uoluit: pacem ſemper dilexit: ſuaſit: proſecutus eſt. Sedatis bellis: tranquillatis rebus: pacato or/
be: Saluator humani generis natus eſt Chriſtus. Pacem ſecum attulit: ut pacem conciliaret: carnis
imbecillitatem induit: prolapſus e cælo/ſemetipſum exinaniuit: atq; eſuriens: ſitiẽs/algens: æſtuans:
laborans: humanæ ſe fragilitati ſubiecit. Quam uero per criminis: & culpę labem hominum genus
pacem amiſerat: ille morte paſſus reddidit. Et deniq; tanti mediatoris opera ima ſummis concilia/
ta ſunt. Lux uera effulſit iis: qui in tenebris erant: atq; in regione umbræ mortis uerſabãtur. Ac mor
te deniq; ſuperata: greſſus hominum direxit in uiam pacis: & æternę ſalutis aditum patefecit. Quid
pace melius? Quid optabilius? Quid tantopere expetendum? Hoc immortalis Dei præcipuum do/
num: hoc ampliſſimum cæleſtis Principis ac præclariſſimum munus eſt. Hoc nobis diuina bonitas
tribuit: hoc ſola uirtus: ac Iuſtitia parit. Erit: inquit Eſaias: opus Iuſtitię pax/Ac proinde diuino Vate
teſtante: Iuſtitia/& pax oſculatæ ſunt. Qui igitur pacem inquirit: & tanti muneris perſequitur gloriã
is de cælo petat/probitatem exerceat: innocentiam complectatur: Iuſtitię opera conſectetur. Ita enim
beatitudinis iter arripiet pacem habiturus: quæ humanam conciliationem tuet: ciuitates conſeruat:
Regna cõſtituit: beatas facit Reſpublicas: prodeſt omnibus: nocet nemini: quæ nuſquam intempe
ſtiua eſt: nunquam moleſta: ſi quidem uera ſit: & nihil habens inſidiarum. Præclare igitur Sylius Ita
licus. Pax optima rerum: Quas homini natura dedit. In hac peculiare Dei domicilium conſtituitur:
quoniam in pace factus eſt locus eius. Sed & qui pacem nominauerit: haud dubie cuncta ſimul bo
na complexus eſt. Nec temere apud Athenienſes Neptunno Mineruam præualuiſſe ueterum mo
numenta prodiderunt: quod ille equum protulit: id eſt aptum animal bellis: quæ ciuitates euertunt: re
gna demoliuntur: & uel firmiſſimam labefactant ſæpe Rempublicam. Munus dedit Minerua pręſ/
ſtantius: paciferam Oliuæ arborem: quod in pace præcipua Reipublicæ ſalus: dignitas/gloria con/
tinetur. Quodq; ſacræ teſtantur hiſtoriæ cum iam Eluuio in terris ceſſaſſet aquarum: detulit Colũ/
ba oliuæ ramum ad ueſperam. ut tanto pacis omine: & mala deleri: & conciliari bona putaremus.
Verum deficiat illum dies: ſi quis pacis innumeras laudes/uel perſtringere uoluerit. Si igitur diui/
næ uoluntati parere: ſi adipiſci beatitudinem uolumus: pacem diligamus/pacem ſeruemus/pacem
complectamur: & quam nobis impartita ẽ diuina benignitas ſummis uiribus: atq; omni induſtria
tueamur. Vnde ocium/tranquillitas/ſalus/beatitudo deniq; totius ciuitatis exiſtit. Poſtremo Deus il
le optimus/maximus/munificentiſſimusq; omnium largitor munerum ueſtræ ampliſſimæ Rei/
publicæ: quæ maximis quibuſque ornamentis excellit tam præclarum donum: quæſo per omne cu/
ſtodiat/ac tribuat ſemper quam mundus dare non poteſt pacem/ut ſumma cum ueſtra fœlicitate/&
gloria/ſecura/tranquilla/beata/ac ſtabilis perſeueret/& perpetuo ſæculorum æuo pacis firmitate
fruatur. Dixi.

❡Auguſtini Dathi Oronis. XXXXVIII. thomos ad diſcipulos: de humana fœlicitate.

MVlta ſunt: Diſcipuli iucundiſſimi, ac pene innumerabilia: quæ de fœlicitate, ac beatitudine & dici: & ſcribi poſſint. Sed tria potiſſimum: quod ad præſentem inueſtigationem pertinet: & noſtra explicatu uidētur: & ueſtra: atq; omniū cognitione digniſſima. Quid Philoſophi tradiderint: quid de uirtute ſentiendus ſit: poſtremo qd de beatitudine ſacri Theologi & magiſtri ueritatis pcepерint. Abſoluā paucis hæc oīa: atq; a Philoſophorū primū inſtitutione exordiar. Fuere ex Philoſophis multi: & ii qdē nequaquā indocti: qui tria conſtituerent genera bonorum: maxima animi: ſecunda corporis: externa tertia. Hi eorum bonorum cumulatione beatitudinem conſtare iudicabant. nec eſſe beatum quemquam: cui tria illa omnia non adeſſent: Fuere enim inter Philoſophos: qui ſolum bonum in uirtute ponerent: ut Stoici: qui nihil dicerent bonum: niſi uoluptatem. ut Epicurei: nihil bonum, niſi uacuitatem doloris: ut Hieronymus Rhodius: nihil bonum, niſi naturæ primis bonis perfrui: & iis quidem uel omnibus: uel maximis: quod Carneades Academicus diſſerere ſolitus eſt. Dinomachus: & Caliphon cum honeſtate etiā uoluptatem copularunt: Diodorus Peripateticus indolentiam cum honeſtate coniunxit. Hæ imprimis firmiores de ſummo bono, deque beatitudine ſententiæ celebrantur, quas nos quoniam iam euanuiſſe uidentur: miſſas faciamus: & illam pertractemus: quæ Platonem, atq; Ariſtoteleṡ habuit auctores. Nam primum plato: deinde etiam Ariſtoteles duplicem uidetur fœlicitatem conſtituiſſe: unam: quam politicam, & ciuilem: alterā, quam contemplatiuam iidem philoſophi appellauerunt. Cumq; tria in homine ſpectarentur: uires ſeu potentiæ, habitus, opera, neq; in uiribus animæ: neq; in habitibus fœlicitatem ponendam cenſuerunt: quod ille etiam malis cum bonis communes ſint: habitus autem nequaquam laudari debeant: niſi ad exercitationem accommodentur. Quocirca & habens quis habitum: niſi ex eo actio proficiſcatur: comparatur homini dormienti. Atq; homines q̄ diu quidem dormitant: ut primo Moralium librorū traditus eſt: nihil neq; differre boni ab improbis: neq; fœlices præſtare miſeris uidentur. Itaq; in opere, atq; actione: actione inq̄ uirtutis collocanda fœlicitas eſt: nec cuius uis uirtutis exercitatiōe: ſed eius, quæ perfecta: atq; abſolutiſſima ſit uirtus. Eſt igitur fœlicitas (ut Ariſtoteli placet) operatio animæ ſecundum Perfectam uirtutem. Et perfecta quidem uirtus in ciuili uita Prudentia eſt: in uita autem contemplatiua Sapientia. Quiſquis igitur nouerit pro ſingulari, atq; eximia Prudentia cœteros regere, ac moderari: is ciuiliter fœlicitateṡ adeptus eſt: qui autem ſolertiſſime: atq; acutiſſime diuinas contemplationes, atq; altiſſimas ſpeculationes commentari, meditariq; potuerit: is in contemplatiua uita fœlix, ac beatus fit. Plato autem id quod poſt modum & Ariſtoteles confirmauit: ciuile bonum tripartitum conſtituit: maximū in animo: mediuṡ in corpore. minimuṡ in fortuna: quoruṡ bonorū accumulatione, & complexione actiuā fœlicitatem: quam in hominū conciliatione: & ciuili ſocietate uiuimus conſtare exiſtimabat. Quod ſentire & Tales Mileſius uideri poſſit: cum eum fœlicem diceret: qui corpore quidem ſanus, fortuna locuplex: animo neq; ignauus neq; impitus eſſet. Contemplatiuam uero fœlicitatem in ſola uirtute animi: & contēplatione idem Plato collocauit. Pari exēplo Ariſtoteles præceptoris ſui hoc loco ſectatus ueſtigia in Ethicis ad Nicomacum duplicem diſſeruit fœlicitatem: alteram ciuilem primo libro: decimo libro alteram: quam & ipſe contemplatiuam appellaret. Sed hac de re, alio tempore latius. Aliorum nunc Philoſophorum ſententias proſequamur.

❡Auguſtini, Dathi Orationis. IL. thomos ad diſcipulos: de medio uitæ ſtatu: quo ſumma cōſiſt uitæ tranquillitas: atq; humana in terris fœlicitas continetur.

COnſiderāti mihi: ac ſæpius multa animo: & cogitatione uolutanti: Diſcipuli ſuauiſſimi: triplex uitæ genus occurrit: quod humanæ conditionis ſortitur uarietas. Vnum eoruṡ qui ſumma inopia rerum omnium premuntur: alterum eorum: qui fortunis florent: copia bonorum omniuṡ circunfluunt: diuitiis ac facultatibus redundant: tertiū quod interiectum inter utrūq;: neq; copia diffluit neq; urgetur inopia. Primum calamitoſum uideri ſolet: ſecunduṡ anxium: ac ſollicitum: poſtremū tranquillū: atq; expetendum. Illud quod prius conſtituimus: niſus eſt poſuiſſe, ac reieciſſe Iuuenalis: cum dicit

Haud facile emergunt: quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Nam plæroſq; nimia paupertas: quæ a parua pecunia ita appellata eſt: a magnis rebus proſequēdis abuocauit ſæpe, ac retorſit. Secundi autem generis illius quid proprium eſſet non ignorauit Fauorinus Philoſophus: non Boetius: non eorum quiſquam: qui & habitu: & appellati ſunt ſapientes. Siquideṡ hinc exorta illa ſententia eſt. Multis egere: qui multa habent: magnamq; indigentiam nō ex magna inopia: ſed ex magna copia naſci potius. Multa nanq; deſyderari: ut quæ multa habes tueri poſſis. Itaq; bene præcipiunt ac ſapienter: qui iactura: q̄ quæſtu dicunt opus eſſe, ſi quis proſpicere uelit ne ulla re egeat, atq; abunde uiuat. Nempe minus habendum eſt: quo minus deſit. Ac ſtultiſſimus

gui.

eſt eorum error/qui omnem in cumulandis diuitiis curam/atq; opam poſuerunt. Illud uitæ genus beatiſſimũ eſſe conſtat: quod nos tertio loco adiecimus: quale uixerunt quondam in aureo ſęculo Saturno Rege ut Poetæ etiam carminibus prodiderunt.

Cum frigida paruas
Præberet ſpelunca domos: ignemq;/laremq;
Et pecus/& dominos cõmuni clauderet umbra.
Siluestrem montana thorum: cum ſterneret uxor
Frondibus: & culmo: uicinarumq; ferarum
Pellibus.

Hoc idem uitæ genus laudauit & Seuerinus Boetius: cum ait: fœlix nimium prior ætas: contenta fidelibus aruis. &c. Tibullus autem præclare eorum contempſit diuitias: qui uel pecuniarum appetentes magnam uim auri poſſiderent: uel locupletes uillarum magnificẽtia: cultioris ruris ſplendore: multis iugeribus delectarentur: medium uero quod in manibus eſt: atq; in meditullio poſitus uitæ genus collaudauit. Eius hi uerſus ſunt principio lepidiſſimi carminis.

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro:
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quem labor aſſiduus uicino terreat hoſte
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Tum ſapienter ſubiecit/
Me mea paupertas uitæ traducat inerti:
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Quid eſt: me mea paupertas: &c. niſi & illum/& quemuis ſapientem parua pecunia: & modicis ſumptibus eſſe contentũ? Quę uita iners/quieta/tranquilla eſt: & perbeata. Inertia enim non deſidia ẽ: ſed quies potius: atq; ociũ. Sicut & Plinius in epiſtola: non tamen ut omnino ab inertia mea/& quiete diſcederem: ad retia ſedebã. Cui inertię negociorũ moleſta: & laborũ occupatio oppoſita eſt. Tollitur itaq; rerum abundantia maior cum dicitur.

Me mea paupertas uitę traducat inerti.
Tollitur & domeſtici laris defectus: cum adicitur.
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Hęc profecto uitæ ratio ſi rerum externarum: & bonorum poſſeſſionem ſpectemus: mediocris uideri debet: ſin uitæ commoditatem & tranquillitatẽ conſyderare malimus: nulla tam iucunda res erit: quæ cum huius iucunditate conferri poſſit: Hic incredibilis ſecuritas deliteſcit: hic perennis tranquillitas includitur: ſumma ac propria continetur uoluptas: ueræ delitiæ poſitæ ſunt: ad huius uitæ ſtatũ ac perfectiſſimam quietem/quantum humanarum rerum fragilitas patitur: addi omnino nihil poteſt. Eam igitur uitæ tranquillitatem/& Horatius Flaccus in Eppodo: & carmine & magnis laudibus proſequitur in hunc modum concinens.

Beatus ille qui procul negociis
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore. &c.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. L. thomos/de laudibus Hiſtoricorũ pariter & oratorum.

MAgna ſemper apud præclaros principes/ac populos non modo Græciæ/ac Latii: ſed & cœterarũ totius orbis nationum atq; gentium laude/& gloria digni habiti ſunt geſtarũ rerũ ſcriptores: q uel hiſtorias/uł ãnales litteris cõmẽdauerũt. Q̃d plurimũ/tũ ad antiquitatis memorias tũ etiam ad iuuandam rerum publicarum amminiſtrationem/ſcriptorum monumenta ꝓdeſſe uideantur. Atq; ob eam cauſam magno ſemper in honore apud ueteres fuit Orator: cui uel Scæuolæ quondam & Vlpiani ceſſeruut: ſed nec Pyrrhones: & Herilli certarunt: quod omni laude cumulatus antiquitatis notitiam percalleat: & memoria uetera repetens/ac maxima quęq; animo/& cogitatione conplectens: plurimũ non ſolum litterarum rudibus: non modo doctis/atq; eruditis/ſed Regibus/ac populorum primatibus: & ciuitatum/ac rerum publicarũ gubernatoribus adiumenti ferre uideatur. Mirifice laudatus eſt Cato. quod optimus Imperator: optimus Senator: optimus Orator extiterit. Sed Imperator ſemel: & ad ſũmum iterũ ꝓfuit. Profuit Senator uiuẽs i ipſis curię penetralibus/at uero profuit Orator non in curia ſolũ: ſed i campo: ſubſelliis/roſtris: in foro uehemẽter profuit: & illa dicens: multa ſcribens: & profuit ſemper Dum uixit/& proderit ſemper mortuus. Illa iure ciuitas laudatur: quæ uiros ſapiẽtes/ac doctos: & celebres imprimis Oratores alit/fouet/amplexatur/in pretio/in deliciis habet. Ita Athenæ quondam: Lacedæmon: Thebæ floruerunt: ita Roma totius caput orbis: & Senenſis populi mater: ita inquã pręcœteris gentibus/ac nationibus Imperio: & gloria claruit: q̃diu Demoſthenes: Chilones: Epaminundę Cicerones maxime uiguerũt. Hi nanq; & patrię ante alios proſpiciunt ſaluti: conſulunt dignitati: &

ſoluti compedibus: & corporum uinculis: non abſq; præſentis æui quodam ueluti iucundo pabulo: & conſequentis ſæculi fructu uberrimo: maximarum rerum gloriam perſcripta poſteritati commen dant/ac ueluti per manus tradunt. Sed ope/& præſidio iuuãda ſunt: ut præclara hominum profe/rantur ingenia. Bene: ut pleraq; omnia ſummus Philoſophus locutus eſt Plato

Sententiæ Platonicæ aſtipulator. M. Tullius/& ipſe quoq;. Honos. inquit: alit artes: omneſq; incen duntur ad ſtudia gloria: iacentq; ea ſemper: quæ apud quoſq; improbantur.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. LI. thomos: ad diſcipulos de cõtẽptu rerum humanarum.

ERam nuper ocioſus: & mente: quæ nunquã quieſcit: multa uerſabam diſcipuli per iucũ di: & longe cæteris rebus omnibus chariores: ante omnia uero imbecillitatem huma/ni generis: inanes curas: ſtultiſſimas mortalium cogitationes. Ac per opportune mihi il lud occurrit: quod in Epiſtola Iohannis Apoſtoli non minus uere: q̃ grauiter ſcriptum eſt. Nam cum eos: quos uæhementer diligeret: ad contemptum humanarum rerũ/ex hortaretur: Nolite/inquit/diligere mundum: neq; ea quæ in mundo ſunt. Statimq; ſalutaris moniti: uel præcepti potius optimam/grauiſſimamq; rationem ſubnectit Quoniã omne quod eſt in mun do: cõcupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorum: & ſuperbia uitæ. Triplex hæc labes totum iam pridem inuaſit humanum genus. Triplex hic funiculus omnium pene mortalium corda: ani/moſq; deuinxit. His homines inſolubilibus fere nexibus/ac loramentis: quaſi duriſſima compede ita aſtringuntur: ut difficile expediri/ac diſſolui queant. Et quis eſt: quem non tangat ambitio/aua/ritia quatiat: moueat luxuria! Quemuis media elige turba: Flaccus ait/aut auaritia/aut miſera ãbi/tione laborat hic nuptiarũ inſanit amoribus. Hę ſunt profecto tres illæ immanes feræ: quas recen tior Poeta offendiſſe ſe ĩ huius cõuallis/ac ſaltuoſi nemoris ſalebris: nõ inſulſe cõmentus eſt. Quid eſt enim Leo: aliud/q̃ ſuperbiæ: atq; ambitionis ſerules! Quid Leena/niſi blandientis ueneris illiciẽs titillatio! Quid deniq; Lupa/pręter q̃ nefandæ cupiditatis expleta uoracitas! Hęc nos mala hac/atq; illac miſeros inſectantur: conſequntur: laniant: & quod longe omnium dementiſſimum eſt: ultro ſe his ſtulti homines uorandos obiciunt. Itaq; bene exclamat noſter Satyrus.

O curas hominum o quantum eſt in rebus inane

Et Lucretius pari indignatione percitus: hiſce uerſibus/mortalium increpat uanitatem.

O miſeras hominum mentes: o pectora cæca.
Qualibus in tenebris uitæ: quantiſq; periclis.
Degitur hoc æui: quodcunq; eſt.

Non eſt enim Iuſtitiæ: non probitati/non uirtuti locus: ſed plena iniuriarum/ac fraudum: plena ſce lerum. ac flagitiorum ſunt omnia. Sæpe cogitans ipſe mecum: mundi huius miſeriam: atq; infœlici tatem: utrum uel maris/uel ſaltuoſi nemoris appellatione illum uocitem: neſcio. Hoc mare magnũ Propheta inquit: illic reptilia: quorum non eſt numerus. Vaſtum hoc pelagus magnis ſemper gliſcit perturbationum fluctibus: uariis multiplicium calamitatum tempeſtatibus inhorreſcit. Hic luctan/tur uentorum agmina: & magnas crebro excitant ſtridentes: ſonoraſq; procellas. Sæuit ubiq; malo rum omnium turbulentiſſima rabies. Nuſquã ſecurus: nuſquã totus incedas. Hac illac circũcurſant: ut quemuis feriant confertiſſimi hoſtium cunei. Vbiq; occurrunt inſtructæ prædonum claſſes/Pyr/rhatarum præſto ſunt quæ infeſtum habent:

Reliqua huius orationis ſunt deperdita.

¶Præcellentiſſi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis Secundus
Orationum liber fœliciter incipit.

¶Oratio Prima de laudibus Diui Hieronymi.

ANTE q̃ de Hieronymi laudibus: quæ mea mens eſt: præſtantiſſimi
patres: atq; ornatiſſimi Viri: dicam ea quæ dicenda feſtus hic dies am
monuit: æquum eſſe exiſtimo: ut huiuſce meæ inſtitutionis conſiliũ ex
ponã breuiter: ne quis fortaſſe ignoratione deceptus: quod uehemen
ter mea ſententia laudandũ ſit: id uel falſa ulla criminatione: uel iniu
ſtis cõuitiis pſequatur. Nõ. n. erã neſcius eã haberi oportere diui Hie
ronymi Patris ſanctiſſimi auctoritatem: atq; præſtantiã: ut q eius lau
des q̃uis modice pdicare inſtituiſſet: eũ nõ uulgari quadã dicendi fa
cultate: ſed ingenti potius: & eloquentia: & doctrina prædiũ eſſe or
natũq; deceret. Sed nec inficior huius auguſtiſſimi loci amplitudinem
rei pſertim tã pclarę obeundę gratia: uix ſummis: atq; pſtantiſſi
mis uiris cõcedi oportere: eſſe uero me indignũ: cui tam eximii: tanq;
excelſi ſuggeſti pateat aditus. Quin etiã exploratũ erat: quod a ſapiẽ
tiſſimis uiris traditur: pcipientibus us ſemper abſtinendũ eſſe: quæ noſtri ingenii infirmitatẽ lon
giſſime ſupare uideant: legimus & Flaccũ nõ inſcite monentẽ. Verſate diu: qd ferre recuſent: qd ua
leant humeri. Quę qdẽ oĩa diligenter aĩo cõplexus uerebar plurimũ: ne mea infirmitas maior one
ri tam graui: ac moleſte ſuccumberet. Necuero nunquam prouinciam hanc adeo difficilem ſuſcepe
rem: niſi apud me plus amicorum ſiue auctoritas: ſeu uoluntas: q̃ uera ratio ualuiſſet. Quis enim
bonis artibus: atq; optimis diſciplinis inſtructus amicorum ſtudiis aduerſari queat! Magna nanque
eſt amicitiæ uis atq; poteſtas: quippe qua in rebus humanis nihil dulcius inuenitur: nihil appetitur
ſanctius: nihil fructuoſius cuſtoditur. Sed id quoq; ad dicendum: magnam mihi uim attulit in hoc
frequente pclaro. p conſeſſu: quod deditus noſter Hieronymo eſt omnis ac deuotus animus: incre
dibilis in eum amor: ſumma obſeruantia: ſingularis: ac pcipua ueneratio. Quid mirum igitur cui
quam uideri debeat: ſi ad dicendum compellor: quem & amicorum hortatus excitarunt: & maximũ
erga Hieronymum ſtudium: ac potius pietas inflammauit! Naʒ qđ ſcilicet uulgus uſurpat: quodq;
Poeta magnus: ac Vates cantauit eloquentiſſimus: omnium ab amore uinci. Id profecto nullius ſciẽ
tiam fugit: atq; optimi cuiuſque conſenſu uerum eſt: & ita uerum: ut omnis ferme hominum uita:
ex amore: atq; beniuolentia pendere uideatur. Quod uero pondus ſit: quantaq; uis uel amicitię: uel
dilectionis: hinc uel maxime intelligi poteſt: quod his ex rebus lex tota fiuit: & emanant Prophetæ.
Verum ne dicentis imperitia huic patri beatiſſimo: cuius ſolemne die hodierna peragimus: multi
plicẽ iniuriam intuliſſe uideretur noſtram ipſam indignitatem: autoritate loci huius: atq; amplitudi
ne compenſauimus. Itaq; iuſtis de cauſis: iuſtam quoq; nactus (ut ipſe opinor) ueniam: multo iam
audentius: uberrimum campum orationis aggrediar: & pro mearum uirium imbecillitatem dicam
de Hieronymi laudibus: breuius tamen q̃ res ſuopte ingenio ampliſſima dici poſſit. Quæ enim tam
multis: tamq; magnis: ac pclaris laudibus: par oratio inueniri poſſit! Velim mihi liceat: qui Poetis
mos eſt: a uotis pcationibusq; immortalis Principis initium ſumere: ut firmiſſimis auxiliis fretus
ſi non omnes: id enim q̃ difficillimum eſt: at aliquas Hieronymi laudes apud nos hodie præſtantiſ
ſimi uiri oratione complectar. Sed quis prorſus ad explicanda huius uiri merita ſermo ſufficiat! Vn
de ipſe potiſſimum exordium ſummam! Verum in hac me ancipite animi cura maxime ſcilicet eo
rum ſententia conſolamr: qui id magnum præceteris laudis genus eſſe arbitrantur: cum oratio
nis copiam eius: quem laudamus: magnitudo: ac uirtus exuperat. Illud autem (niſi fallor) noſtro
inſtituto initium commodiſſimum putandum eſt: ut oſtendamus non una laude ſolum: ſed potius
rerum omnium gloria Hieronymum floruiſſe: ut non iniuria theſaurum quendam uirtutũ omniũ
huius uiri animum iudicare debeamus. Sed eius imprimis laudo ingenium: Sanctimoniam effero:
ſtudium: atq; doctrinam admiror. Quis enim unquam in omnibus ſæculis: aut didicit facilius: aut
plura nouit! Siquidem ita docilis erat: ita & ad uirtutem capeſſendam: & ad percipiendam diſcipli
nam facilis: ut ad nullam rem aliam q̃ ad liberaliſſimas: atq; optimas artes: natus eſſe uideretur!
Quas uero plerique homines uix firmioribus annis corroborataq; ætate uirtutes adipiſcuntur: hic
cõfeſtim poſt matris ubera: atq; in teneris unguiculis eſt cõſecutus: ut pene cum lacte nutricis uirtu
tem ſimul ſuxiſſe uideretur. Quid dicam de memoria: quæ plęrunq; ſplendidiſſimi ingenii comes ẽ!
Omnia nanq; celeriter: ac facillime percipiebat. Ea deniq; rurſum omnia: quod munus utrunque
perraro cuiquam datum eſt: tenaciter memoriterq; ſeruabat. Hac itaque ingenii bonitate fretus
Hieronymus: protinus ſibi optimos quoſq;: qui per id temporis: doctrina florerent: præceptores
delegit. Quocirca adhuc Pętextatus: ac per adoleſcens: qui patre Euſebio clariſſimo uiro natus eſ

ſet nobili genere/oppido Stridonis non incelebri:quod a Gothis euerſum ſub Dalmatię quondam
ac Pannoniæ fines pp Illiricum mare ſitū erat:continuo patriaꝫ dereliquit:in qua praro quiſquaꝫ
excelleat: & contemptis parentū delitiis:ſpretis oībus incertis ac fallacibus bonis:ut uera atq; Imor
talia conſequeret Pythagoræ:Platonis:Apollonii exēplo nouos adiit populos:uariaſq; orbis ipſius
oras perluſtrauit. Ac primū Romā ad Donatū Grāmaticū/Victorinū Rhetoreꝫ/audiendos uenit.
Peractis aūt puerilibus ſtudiis/& diuina quadā eloquētia comparata:q maiora animo coniectaret:
diuino ſpiritu duce/Cōſtantinopolim cōmigrauit:inq; ea urbe in ſacris ſcripturis Gregorio Nazan
zeno uiro ea tempeſtate magna doctrina ac ſanctimonia præcellenti diligenter ſtudioſeq; opam de
dit. Inde uero ut doctiſſimoꝝ oīuꝫ doctrinā deguſtaret:uel imbiberet potius:Antiochiam ad Apol
linarē audiendū in ſanctis litteris. imprimis eruditū/nō mediocri labore traiecit. Tum Alexandriaꝫ
petiit: & Didimo uiro optimo & homine doctiſſimo/magiſtro/ac pręceptore uſus/ſummā & abſo/
lutiſſimā quandā ſtudioꝝ gloriam adeptus ē. Demū Hieroſolimā & Bethleem ꝓfectus/Hebraicam
linguā ſub hebręo Barania curauit ediſcere. Itaq; ſcientiæ appetentiſſimus Italiam adiit:in Græciam
tranſmiſit:pertranſiuit Aſiam:peragrauit Iudęaꝫ ad deſerta uſq; late uagantiū Barcheoꝝ:quos mo
do Aphri Barciuanos appellāt/laborioſo itinere ꝑuenit:ut q pręcæteris docilis eēt:in diuerſis terra
rū plagis inueniret ſemꝑ quod diſceret: & doctior eo pacto indies ac melior fieret. Quantū uero ĩ
tanta doctoꝝ ubertate profecerit:haud quaq̄ eſt hic narrandi locus. Hæc uero idcirco attigimus:ut
fulgentiſſimū ingenii lumē:quo polleret Hieronymus:liquido ac perſpicue patefieret. Iam eius ſin
gularem inauditamq; uirtutē/ac ſanctimoniā enarrare quis poſſit? Et.n.ſi cuiuſq; uiri probitas ma
xime colendis præceptis diuinis conſtat:quis fuerit Hieronymo melior/atq; præſtantior:quo pene
neq; feruentius Deū quiſquā:neq; ſociū dilexit ardentius? Atq; notā ueræ dilectionis/quę ſit/domĩ
nus ac ſaluator noſter declarat Ieſus:q apud Ioannem Euangeliſtā/ab iis diligi ſeſe atq; amari perhi
bet:q & ſermones eius ſcrutauerint: & fecerint uoluntatem omnipotentis atq; æterni patris. Quare
& dū ĩ terris uerſaret/ad eos ſæpius diſcipulos cōuerſus:quos ex omni numero ſibi ipſe delegerat:
uos inquit/amici mei eſtis:ſi feceritis quæ præcipio uobis. At Hieronymus/ut in ſeruandis diuinis
mandatis totū ſe collocaret/ſęculi honoribus pro nihilo habitis/deſpectis opibus/dignitatibus abie
ctis/ſeipſū abnegauit: & accepta cruce/nudus ſecutus ē dominū. Vaſtā ægypti ſolitudinē aliquot an
nos coluit:agreſtium tantū/atq; imanium ferarū ſocius. Vrbium ac populoꝝ frequentias euitauit:
quo lōgius ab hoīuꝫ conſuetudine diſiunctus/ui cōtēplationis Deo ipſi familiarius iūgeret. Vicu/
lum Bethleē domicilū ſibi cōſtituit:pręſepe illud glorioſū cōplexus:ubi ď beata Virgine naſci digna
tus eſt Saluator mūdi. Atq; oīa hæc eo geſſit:ut ocioſius faciliuſq; ſaluberrimis Chriſti uocibus ob/
temperaret. Quare merito iure is dignus exiſtimandus ē:ſicut & Eccleſia ipſa concinit:cuius nō eſt
inuentus ſimilis:q conſeruaret legē excelſi:factus & ille beatus uir:quē prædixit multo ante Dauid
prophetes:Qui nō abiit in conſilio impioꝝ: & ĩ uia peccatoꝝ nō ſtetit: & ĩ cathedra peſtilentiæ nō ſe
dit:ſꝫ ĩ lege domini fuit uoluntas eius: & ĩ lege dñi meditatus eſt die ac nocte. Quę uero a Deo præ/
cepta ac tradita ſunt/ea non modo coluit ipſe diligenter:ſed etiā rudes homīes & diuinæ legis igna
ros/accuratiſſime docuit:ut pro ipſius Saluatoris uerbis & pręſtans ĩ terris: & in cęlo maximus ha/
beri debeat. Eluxerunt inter mortales præclara/atq; ſplendidiſſima eius geſta:atq; ab initio morta
lis uitę uſq; ad decrepitam uixit ætateꝫ:ut uerbo pariter/atq; exemplo cunctis hominibus prodeſſet.
Eius ita feruebat fides:adeo ſpes uigebat:ita deniq; exardeſcebat charitas:ut perpauci ſint:qui cum
Hieronymi præſtantia conferri poſſint. Quid loquar de eius prudentia/Iuſtitia/animi magnitudi/
ne/frugalitate/beneficentia:quæ earum uirtutuꝫ/quas modo attulimus/quaſi comites quædā atq;
āminiſtræ ſunt? Prudentiæ (ut Platonici tradunt) duplex munus ē: & alterū qdē/quo ob cupidi/
nem ueritatis humanas res aſpernamur:alterum/quo animum omnem ad diuinarum rerum con
tēplationē conuertimus. Hic impromptu eſt egregia Hieronymi uirtus:q ut in ſacris litteris & in
ſummi boni inueſtigatione ſine moleſtia uerſaretur:proripiens ſe in fugam ampliſſimæ dignitatis:
inſignia contempſit:ne honorum faſtigio/elatus in aliquam flagitiorum luem prolaberet:quo ma
gis admiror eorum temeritatem:qui Deo (ut ipſi ferunt) inſeruientes/ſublimiores gradus non
tam fugiunt/q̄ omni ſtudio conſectantur. Nūc autem ne quid a propoſito digrediamur:Iuſtitiæ ea
uis eſt:ut iura omnia diuina & humana contineat. Hic uero pater ſanctiſſimus Deo creatori atque
Principi animum omnem (ut paulo ante mōſtratum eſt) mentemq; deuouit. Iniuriam autem in/
tuliſſe qui potuit is:qui & bonis omnibus prodeſſe uoluerit: & multos haud quaquā lędere? Quip
pe exiſtimabat Hioronymus una cum Socrate/maximum malorum eſſe/non pati iniuriam:ſed fa/
cere. Ad hęc perturbationes uehementioreſq; motus omnis:quod ſuum eſt magni atq; excelſi ani/
mi/fortiter ſemper atq; animoſe compreſſit:aduerſariorum inſidias atque multiplices oppugna/
tiones: ut pernoſcebat acute:ita et uiriliter ſuperauit. Denique ludibria/maledicta/improbo/
rum hominum inſectationes pro Chriſti nomine magno et conſtanti animo pertulit. Nemi/
nem extimeſcebat eorum: qui Chriſtianæ Fidei ueritatem pernitioſis ſuperſtitionibus uiolarent:
ſed (ut Seuerus Sulpitius teſtis eſt) aduerſum perditos quoque pugnam acerrimam pugna/

tit/cunctis uiribus ſemper Hereticos Inſectatus:quorum improbitas ea tempeſtate latius emana/
bar.Quanta uero Hieronymi Temperantia/q̃ magna moderatio fuerit/multa per omnem eius ui/
tam exempla declarant.O uirum ſummis laudibus & perenni atq; ĩmortali gloria dignum:q nul/
lis ſe unq̃ carnis illecebris:nullis turpiſſimæ Veneris flagitiis inquinauit:ſed cęlibem ſemp/ac pene
ſuperoꝝ degens uitã/ad ultimos ætatis terminos uirgo uſq; ꝑmanſit:nec obſtãt ipſius uerba:qbus
contra hãc ſententiã uſpiam uſus ſit.Nam q uirtute pfectus eſſet/eiuſmodi integritatẽ intelligere ui
debat̃:quæ & ſoli Deo tribuit̃:ac cadere in quẽq̃ mortaliũ nõ poteſt.De uictu uero & cultu uitę qd
multa dicã! Nam ſm Pythagoreoꝝ morẽ/oleribus ac pomis uictitabat.Sed illud nempe memora
bile:et.n.uinũ/carnes & cibos oẽs ſplendidiores exoſus/nihil unq̃ coctũ accipiebat:& aqua frigida
utebat̃.Peronibus/crepidiſne indutus ſacco amictus/uel denſas ſiluas/uel pręrupta montiũ incole
bat:uigilias plerũq; producebat ad multã noctẽ:qđ ſiquando fragilẽ carnem arctior ſomnus op/
preſſiſſet:tum effetũ corpus/& uix hęrentia oſſa durius collidebat.Cubile ſibi e foliis/culmiſq; cõ/
ſtrauerat:horrida ſaxa pro puluillo ſæpius in terra capiti ſupponebat:frequenter in lachrymas:fre
quẽter ĩ gemitũ ꝓrumpens.Et q̃q̃ pallebãt eius ora ieiuniis:horrebant uerberibus:ſqualebãtq; ma
cie membra:tñ infirmiorẽ carnẽ quę nimiũ in pleriſq; ad labem ꝓcliuis eſt/crebra epdomadarum
inedia ſubiugabat:nihil unquam effeminate egit:nihil molliter:nihil intemperanter:ſed cõtra oia
ſobrie:omnia modeſte:oia recte/ac decore geſſit.Quid beneficentia:nõ ne præcipua in Hierony/
mo fuit/atq; admirabilis! Nã cũ intellexiſſet/ea lege hoies naſci:ut ipſi inter ſe aius alii ꝓſint/nul/
lam unq̃ ne minimã qdẽ tp̃ris partẽ effluere paſſus ẽ:qn eam ad hoĩꝫ utilitatẽ cõferret/paratior
ad hoĩes iuuandos Hercule illo:quẽ Poetaꝝ fabulæ produnt:hinc & ad obeundã Chriſti militiam
freqtẽtẽ cohortẽ inſtituit:coegitq; ꝑmultos:quos optimis & legibus & moribus erudiret:nõ hoĩuꝫ
famaꝫ/id qđ fecit Pythagoras:ſed uerã ſpectans ſolidiſſimãq; uirtutẽ.Sed & muliebrẽ quoq;/ſiue in
ſcitiam/ſeu fragilitatẽ ſcitus ac ſaluberrimis inſtitutis ad ſummã uirtutẽ adipiſcendã excitauit.Teſtis
eſt Paula nobilis fœmina/atq; ſanctiſſima.Teſtis ẽ Euſtochiũ inſigne quoddã uerecũdiæ/ac pudi/
citiæ decus:quaꝝ utraq; ad uirilẽ dignitatẽ ꝓxime uidebat̃ accedere.Teſtes ſũt & aliæ multæ.Illud
etiã haud mediocre beneficentię inditiũ eſt:qđ quicqd bonoꝝ/quicqd familiæ poſſideret:id omne
in mediũ dabat:oẽſq; qui uel conſulto uł forte quadã ad eius ædes ac ſacrũ tugurium diuertiſſent:
præter q̃ Hereticos hoies/hilari fronte ac læto aĩo excipiebat.Q đ ſi lautiora obſonia defuiſſent:at
pręſto erant mitia poma:caſtaneę molles:& preſſi copia lactis.Nec modo in homĩes:ſed in belluas
quoq; atq; in ſilueſtres feras/quaſi ad prodeſſendũ natus/magna nõnunq̃ contulit beneficia.Quip
pe q etiã ſaucii Leonis & medicũ ſeſe & hoſpitẽ geſſerit:qđ officiũ adeo Leoni ipſi gratũ fuit:ut obli
tus agreſtis ĩmanitatis/Hieronymũ poſt illa ſemp obſeruauerit:atq; qđ ad nullã rem aliaꝫ utilis eẽt:
iumentũ qđ unicũ habebat Hieronymus/cũ in paſcuis erraret/cuſtodiẽduꝫ ſuſceperit.Hoc cũ aliqñ
a prætereuntibus quibuſpiam/q Camelos oleo onuſtos agerẽt/adductũ in prædam eſſet:arcto poſt
Leo ſopore excitus/cũ iumentũ nuſquã comparuiſſet/ęger domũ ac ingẽti mœrore affectus rediit.
Porro pauculis diebus exactis/foras ꝓſiliens/nunq̃ uł ſagace indagine/uel aſſidua induſtria deſtitit:
quoad iumẽto perquiſito/furti reos ſupplices ad Hieronymũ cõpulit.Quã diu uero iumentuꝫ ipm
abfuerat:id qđ ſupra hoĩum fidẽ pleriſq; uideri ſolet:uel imponi tergori erũnulas ad uectandũ li/
gnoꝝ faſces manſuetiſſime paſſus eſt.Sed qd hac de re plura!Omnis ꝑfecto eius uita/nõ beneficen
tiæ ſolũ:uerũ etiã innumerabiliũ aliaꝝ uirtutũ exempla ſuppeditat.Solent pleriq; qum clariſſimos
uiros & maximis uirtutibus præditos cõmemorare uelint:Barbaros:afferre Hannibalẽ:Zopyrũ:
Abarin:Anacharſim:Ochum:Atlantem.Gręcos Themiſtocleꝫ:Ariſtidẽ:Phocionẽ:Leonidã:Age
ſylauꝫ:Epaminũdã.Romanos.M.Curiũ.C.Fabriciũ:Fab.Maximũ:Attiliũ Regulũ:Paulũ Aemi
lium.P.Scipionẽ:App.Claudiũ.C.Leliũ.L.Piſonẽ.M.Marcellũ:In qbus nõ tam uirtus q̃ uirtutis
inerant ſimulacra.Ego uero his oĩbus Hieronymũ lõge ſtatuo anteponendũ:a quo uno maxiaꝝ
uirtutũ oium exempla petant̃.Erat in Hieronymo religio Abel:Abrahę fides:Patienta Iſaac:labo/
rũ perpeſſio:quãta in Iacob nõ fuit:continentia Ioſeph:Iob ſinceritas:miſericordia Moyſi:probi/
tas/qualis in Ieſu Naue fuit:ac Samuele:Dauid:Heliæ:ac Ioannis uehemẽs charitas:Salomonis ſa
pientia:Tobiæ integritas:Danielis iudiciũ:Ex qbus oĩbus uirtus eiuſmodi conflata eſt:ut ad ſum/
mũ laudũ cumulũ nihil oĩo addi poſſit.Reſtat/nũc/ut de eius doctrina dicamus:quẽ diuino inge/
nio præſtitiſſe/ac ſingulari uirtute ſatis multis uerbis oſtẽdimus.Nemini igit̃ dubiũ eſt præſtantiſſi
mi patres:quin merito iure is & haberi doctiſſimus & appellari debeat:q ad ſcientiam rerũ conſe/
quendã acre ſtudiũ perpetuũq; adhibuerit:præſtantiſſimis præceptoribus uſus ſit:plurimas diſcipli
nas comparauerit:deniq; multaꝝ linguarum peritiam calluerit.Sed cuius ſtudium cum Hierony/
mi incredibili diligentia comparandum! Hic eſt enim ille/qui nullam unquã temporis moram pe
nitus inanem conterebat:nec contentus dierum opere/furtiuis quoq; noctium temporibus fruęba
tur.Legit (ut Aurelius Auguſtinus teſtis eſt) omnium eorum libros:qui ante ſuam ætateꝫ aliquid
tradiderunt.Donatus aũt Victorinus:Gregorius Nanzazenus:Apollinaris:Didimus:Baranias:
a qbuꝫ Hieronymus ĩſtitutus ẽ:Ariſtarchi:Socratis:Pherecydis:Pythagorę:Architę:Platonis/ac ue
terũ oĩuꝫ/uł ęquabãt gloriã:uł antecellebãt.At plerũq;/qđ de parẽtibus/ac liberis cõtigit diſcipu/

li quoq; eorũ a qbus inſtituti fuerint uel claritudinẽ uel humilitatẽ: & quod maius eſt aut uirtutes:
aut uitia imitant. In magno apud oẽs honore Pythagoras fuit: itaq; ſemp floruit Pythagoreoꝝ no-
mẽ. Iacuit Epicureoꝝ apud optimos quoſq; improbatũ: atq; reiectũ. Hieronymus autẽ (ut ad eius
laudes redeã) quo plures præceptores habuit ac preſtãtiores eo præclarior atq; illuſtrior exiſtimã
dus ẽ: oĩum præterea diuinaꝝ atq; humanaꝝ reꝝ uiſibiliũ atq; inuiſibiliũ occultaꝝ atq; terreſtrium:
ſempiternaꝝ deniq; atq; mortaliũ cumulatiſſimã quandã ſcientiã aſſecutus ẽ. Atq; qđ Paulus magi
ſter gentiũ in diuinis muneribus ãnumerat: quodq; perpaucis adhuc uideo cõtigiſſe multaꝝ lingua
rũ genera cõparauit: uernaculũ ſermonẽ Hebraicũ: Græcũ: Arabem: Syrũ deniq; Chaldeũq; cõple-
xus. Itaq; pp ſũmã doctoꝝ auctoritatẽ: pp multaꝝ urbiũ luſtrationẽ: pp ĩcredibilẽ uarietatẽ lingua
rũ: & qđ oĩum primariũ ẽ: ob ſingularẽ uitæ ſanctimoniã totius antiqtatis ac ſæculoꝝ oĩuꝫ memo
riam ſupauit. Quantũ uero ĩ reꝝ doctrina & ſacraꝝ litteraꝝ cognitione pfecerit: & multa & pręcla
ra ſui ingenii monumẽta teſtant. Legimus Ariſtotelẽ nõ minus q̃ Platonẽ: Homerũ quendã Philo
ſophoꝝ libros circiter quadringẽtos cõſcripſiſſe: totidẽ Tyrtanũ: Theophraſtũ eius alũnũ: Epicurũ
trecenta uolũmina: Chryſippũ ſeptingẽta qnq;: Multa Democritũ: Multa Zenonẽ Cittięum: Plura
Zenonẽ Eleatem: cõpluria Eraclitũ Scotinon: Varia Empedoclẽ Agrigẽtinũ. Sed hoꝝ oĩum labo-
res facile noſter Hieronymus ſupauit. Quare ſinite me q̃ſo nõnulla huius ſanctiſſimi uiri opa ex ma
gna quadã infinitate libroꝝ ĩ mediũ pferre: partim q̃ accurate ipſe cõfecit: partiꝫ quæ aptiſſime ex
externo ſermone in Latinã linguã cõuertit. Nã q̃rẽti mihi hęc ſeſe potiſſimũ obtulerũt. Scripſit. n. al
tercationẽ Luciferiani & Orthodoxi: de Seraphin & Oſanna: de Frugi & de luxurioſo filiis: de tribꝰ
queſtionibus Legis ueteris: aduerſus Eliudium: de Mariæ uirginitate perpetua: ad Euſtochiũ de uir
ginitate ſeruãda: q̃ſtionũ hebraicaꝝ ĩ Geneſim librũ unũ: Hebraicoꝝ nominũ librũ unũ: de locis
librũ unũ: de aſſumptione glorioſiſſimæ Virginis ſermonẽ q̃ pulcherrimũ ad Pãmachiũ: Apologe
ticũ & Epitaphiũ de optimo genere interpretãdi librũ unũ: de tribus uirtutibus libellũ unũ: de uita
clericoꝝ ad Nepotianũ: de terra repromiſſionis ad Dardonũ: de ſupandis mundi illecebris ad Ru
ſticũ Monachũ: de reſurrectione carnis ad Mineruũ & Alexandrũ: ad Cyprianũ preſbiterũ de fine
pſalmi. lxxxiii. Dexterã tuã ſic notã fac ad Paulinũ preſbiterũ de oĩbus diuinæ hiſtoriæ libris: exor
tatoriaꝫ epiſtolã ad Eliodorũ: cõſolatoriã de morte filiæ ad Paulã: ad Marcellã epiſtolaꝝ librũ unũ:
ad Paulã & Euſtochiũ epiſtolaꝝ librũ unũ: ad Demetriadem uirginẽ epiſtolas multas: epiſtolaꝝ ad
diuerſos librũ unũ: queſtiones. xi. ad Galaxiam: Chronicon omnimodæ hiſtoriæ: cuius magnã par
tem e Græco Euſebio cõuertit: aduerſus Iouinianũ hereticũ libros duos: de uiris illuſtribus: in quo
libro. c. xxxvi. eccleſiaſticorũ ſcriptoꝝ meminit: de. xii. lectoribus ad Deſideriũ: quoꝝ primuꝫ Au-
relium Auguſtinũ cõmemorat. Scripſit uitã Pauli primi heremitæ: uitã Captiui Monachi: uitã bea
ti Hilarionis: uitã beatæ Paulæ: ac multoꝝ pterea ſanctoꝝ patrũ uitã illuſtrauit: ſcripſit in Pauli epi
ſtolas cõmentarios: & in epiſtolas qdẽ ad Galathas cõmentarioꝝ libros tres: in epiſtolã ad Titũ cõ
mentarioꝝ librũ unũ: in epiſtolã ad Philemonem cõmentarioꝝ librũ unũ: in Eccleſiaſtem cõmenta
rios: homelias ĩ Canticũ cãticoꝝ duas: homelias ĩ Lucã nouẽ & triginta: in pſalmos pręſertim a pſal
mo. x. uſq; ad pſalmũ. xvi. tractatus ſeptẽ: ſcripſit in. xvi. Prophetas: explanationũ libros. xx. ſicut
ipſe idem teſtat ſup Eſaiam: q ſunt in Oſeę libri tres: in Amos libri tres: in Zachariã libri tres: in Mi
cheam libri duo: in Abbacuch libri duo: in reliquos ſeptẽ libri ſinguli: q oẽs fiũt numero. xx. Scrip-
ſit explanationes ĩ Ieremiaꝫ: in Ezechielẽ cõmẽtariorũ libros cõplures: quoꝝ duos cõmemorat edi-
tos ĩ epl'a ad Marcellinũ & Anapſychiã: Scripſit in Eſaiaꝫ explanationũ libros. xviii. explanationes
in Danielẽ: quas diſtinxit in. xi. uiſiones: Scripſit plogos cõplures in Pentateucũ Moyſi: multos in
Prophetas: multos ĩ Hagiographos: multos ĩ Euãgeliſtas: plogos & argumẽta ĩ epl'as Pauli: in Ca
nonicas epl'as: in actus Apl'orũ: in Apocalypſin Ioannis: in uitas patruꝫ. De Arabi: de Chaldaico:
de Hebręo: de Græco ſermone multa cõuertit. Et de Græco qdẽ iprimis tractatũ Origenis ĩ Epitha
lamicis: uitã Malchi Monachi: homelias ĩ Ieremiam & ĩ Ezechielẽ. xxviii. Librũ Didimi Alexãdrini
de Spũ ſcõ: epl'aꝫ Epiphanii: Cyprii miſſam ad Ioannẽ: alia item multa Sed & nouũ teſtamẽtũ Græ
cę fidei reddidit. Tranſtulit. n. Euangeliũ Matthęi: tranſtulit Euãgeliũ Marci: tranſtulit Euãgeliũ Lu
cæ: tranſtulit Euangeliũ Ioannis: tranſtulit Pauli Apl'i epl'as: & ad Romanos quidẽ unã: ad Corin-
thios duas: ad Galathas unã: ad Epheſios unã: ad Philippẽſes unã: ad Colloſſenſes unã: ad Theſſa
lonicẽſes duas: ad Timoteuũ duas: ad Titũ unã: ad Philemonem unã: ad Hebręos unã. Tranſtulit
actus Apl'orũ a Luca editos. Trãſtulit Canonicas epl'as: Iacobi unã: Petri duas: Ioannis tres: Iudæ
unã: & demũ Apocalypſin Ioannis. Teſtamẽtũ aũt uetus iuxta hebraicã ueritatẽ traduxit: & primo
qdẽ Pentateucum Moyſi: quẽ uocant Hebręi Tora: diſtributũ in libros quinq;: Bereſcit: quem dici-
mus librum Geneſeos: Elleſcemot: quem dicimus Exodum: Vagichra: quem dicimus Leuiticum:
Vaidaber: quem dicimus Numerum: Ellehadebarim: quem librum Græci δευτερονόμιον uocant
nos librum ſecundę legis poſſumus appellare. Mox tranſtulit Iehoſcua bin nun: qui dicitur a no-
ſtris Ieſus: Siue Ioſue filius Naue. Tranſtulit Sciophetim: qui inſcribitur liber Iudicum: et eum
qui ſibi annexus eſt libellum Ruth. Tranſtulit libros Regum quattuor: Primum & ſecundum:
qui dicuntur Samuel: tertium & quartum: qui dicuntur Malachim: ideſt Regnorum. Tranſtulit

Diu re/idest/uerba dierũ:quẽ nos librũ Paralipomenon uocamus:qđ eſt chronicon quoddã totius
diuinæ hiſtoriæ/partitũ in libros duos: Trãſtulit Ezram diuiſuꝫ ĩ libros duos: & ĩteriectũ Neemiam
Trãſtulit librũ Tobię. Trãſtulit librũ Iudith. Trãſtulit librũ Eſter:cuius nõnulla pars nuſq̃ ẽ apud
hebreos inuenta:pręſertim exẽplũ epiſtolę Regis Artaxerxis:quã e Gręcoꝝ theſauris Hieronymus
deprompſit:q idem tranſtulit librũ Iob/ſumptũ pro diuerſis locis ex Syro:ex Arabi:ex Hebręo ſer
mone. Tranſtulit ſoliloquia ſeu hymnos Dauid ꝓphetæ:qđ Græci Pſalterium uocãt:unũ quidem
uolumen:diſtributũ aũt in qnq̧ inciſiones. Tranſtulit Miſxle Scielomo:quas Græci parabolas:no/
ſtri ꝓuerbia uocant. Tranſtulit eiuſdẽ Cohelet:q dicit̃ Eccleſiaſtes. Tranſtulit eiuſdẽ Scir Liaſcirim/
idest/Canticũ canticoꝝ:quos tres libros (ut probatiſſimi auctores ferunt) triduano opere exple/
uit. Trãſtulit & librũ Ieſu filii Syrach/prænotatũ apud Hebręos:non Eccleſiaſticum:ſꝫ parabolas.
Tranſtulit e Gręco librũ Sapientię:quẽ pleriq̧ Philonis Iudęi/genere Alexãdrini fuiſſe affirmãt. Hic
nuſquã apud Hebręos repertus eſt. Tranſtulit Eſaiam. Tranſtulit Ieremiam/& eius lamentationes:
qua ſuæ urbis cladẽ quadruplici planxit alphabeto. Tranſtulit & Baruch:qui tamẽ in Hebręo cano/
ne nõ habet̃. Tranſtulit Ezechielẽ. Tranſtulit Danielem Hebraicis quidẽ litteris:ſed Chaldaico ſer
mone conſcriptũ:ſicut & Ezras eſt/& una Ieremiæ pericope:nec Suſannæ hiſtoriã:Hymnuꝫ trium
pueroꝝ:Belis. Draco niſq̧ fabulas ommiſit:& ſi nuſquã apud Hebręos ſunt. Tranſtulit Tere Aſar:
qđ ſonat apud nos Duodecim. Eſt.n.liber in duodecim Prophetas diſtributus:q ſunt Oſeę:Iohel:
Amos:Abdias:Ionas:Micheas:Naum:Abbacuchi Sophonias:Aggeus:Zacharias:Malachias. Po
ſtremo tranſtulit duos Machabeoꝝ libros: Primũ ex Hebręis:alterũ e Græcis:ſicut & Græce editũ
conſtat. Alia & ſcripſit multa:& tranſtulit:quę uel iam periere:uel nõ inciderunt in noſtras manus.
Hæc uero oĩa mira elegantia & incredibili quadã ſuauitate confecit:ut uere Homericũ illud de Ne/
ſtore/Hieronymo conueniat. ἀπο ἀυτου τῆσ γλώττησ μελιτοσ γλυκιων ῥεεν ἀυδὴ:quod eſt.
Ab eius lingua melle dulcior fluebat oratio. Iure itaq̧ Hebręus quiſpiaꝫ Hieronymũ Prophetę uer
bis affari poſſit. Ma nim lezu:lechichchiim ratheca/middeuaſch lephi. Idem & de Græcis aliquis:
ὡσ γλυκεά τω λαρυγγί μουτά λογιά σου υπερ μέλιτι στοματί μου. Dicant & noſtri idẽ. Quã
dulcia faucibus meis eloquia tua ſup mel ori meo/ Vere nãq̧ dulcia ſũt habẽda eloquia:quę neq̧ ul
lo implicant̃ errore:& quemuis hominẽ ad ſummi boni calcem expedito calle deducũt. Qđ aũt de
Ariſtotele dicebat Auerrohus:idem & de Hieronymo ꝓferri liceat:qđ in tãta ſcriptoꝝ/ac uolumi
num uarietate/lõgo iam annoꝝ curriculo/nullus ne paruus quidem inuẽtus eſt error. Demũ uero
ĩmortalibus multis confectis operibus:& quæ nulla obliuione extingui poterũt:cũ bonũ certamen
certaſſet:& mortalis huius uitæ curſum oẽm peregiſſet:accepturus uictoriæ inſignia:nõ tam fortis
miles q̃ Dux ĩuictiſſimus res humanas deſeruit:expletis circiter nonaginta ætatis annis:In cœlũ/ac
beatoꝝ ſpirituũ domiciliũ tranſlatus eſt:nactus/ut auctores nõ ĩcelebres tradunt:Baptiſtæ ac præ/
curſoris dñi Ioannis parẽ excelſitati gloriã. Sepultus ẽ aũt Bethleem in eo ſepulchro:qđ iuxta præ
ſepe Domini/in faucibus ſpeluncæ/ſibi ipſe conſtruxerat. Mortuus eſt pridie kalen. Octobres:q eſt
feſtus hic:ac lætiſſimus dies:emerſis tñ (ut mihi compertũ ẽ) circiter Mille & quadraginta ſeptem
annis:cũ Honorius Auguſtus annũ duodecimũ ageret imperii. Quamobrẽ ne iam plura dicã:hor
tor uos oẽs:atq̧ oro præſtantiſſimi patres:ut alacres Hieronymũ/cũ alias ſemp:tum hodierno die
maxĩe/maximis honoribus:& ingenti ueneratione ꝓſequamini:feſtũ ſemp agatis hũc dieꝫ/ad Hie
ronymi laudes:quẽ ingẽtiſſimis omnipotens dñs miraculis decorauit:la . . . conuertatis:ut nos
clementiſſimus Princeps eius precibus ac meritis & in terris incolumes tueat̃:& uita defunctos/Hie
ronymi ac beatoꝝ oĩuꝫ cõſortes efficiat. Mihi quęſo ignoſcite humaniſſimi uiri:ſi ĩ Hieronymi lau/
dibus efferendis breuior fuerim q̃ opus erat. Nam ille qdem (ut noſtis) plures ſunt/q̃ quæ angu/
ſti tpris curriculo referri poſſint. Maiores uero q̃ quæ ab indiſerto uiro explicari queant. Multa tñ
prætereo cõſulto/ne uos patres optimi a diuinis muneribus deterream:cũ iam adueſperaſcat. Alio
poſt fortaſſe tp̃re laudes uberiores afferemus. Poſtremo gratiã uobis/q tam attentis auribus indo/
ctũ hoĩem ac rudẽ audiſtis:qa nequeo agere libentius obticuerim. Ipſe uobis clementiſſimus Deus
atq̧ eius præpotens ſeruus Hieronymus pręmia digna ferãt. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio ſecunda De Paſſione Domini.

DOminus noſter & omnipotẽs/ac totius mũdi Princeps Deus:q ꝓ ĩmenſa bonitatis ſuę
largitate/tãti opis molẽ confabricatus ẽ:q cælũ & terrã cõdidit:q reꝝ oĩum uiſibilium
atq̧ iuiſibiliũ uarietatẽ effecit:atq̧ diſtinxit/domini/ac uiri Senenſes/plurimũ ſemp di
lexit humanũ genus:& ſingulari quadã/atq̧ incredibili beniuolẽtia & charitate cõple/
plexus eſt: qui pro eius ſalute comparanda/unigenitum ſuum dedit:proprio filio nõ
pepercit:ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illũ:qui factus obediens uſque ad mortem:mortem crucis
ſubiuit:& acerbiſſimę paſſionis extremũ ſuppliciũ ꝑpeſſus eſt:ut quem ab ipſo creationis initio glo
riã & honore coronauit:præcipuis ornamentis affecit:ampliſſimis muneribus cumulauit:lapſum
redimendo æterna morte liberaret:& a duriſſima Diaboli captiuitate ereptũ/quaſi quodã poſtli/
minio ad cœleſtis regni gloriã ac beatitudinẽ reuocaret. Quãobrẽ ſtatutis diuinæ ꝑdeſtinationis ar
bitrio/atq̧ maturis præfinitis temporibus/miſſus eſt de cœlo unigenitus Dei/& coęternus patri fi/

lius:q poſtq̃ iuſtitiam & rectam uiuendi uiam docuit:demũ in ligno pendens:quę per lignũ quoq;
amiſſa erant cœleſtis hęreditatis iura repararet:dicente Apl'o. At ubi uenit plenitudo tẽporis-miſit
Deus filium ſuũ-natũ ex muliere:factus ſub lege:ut eos q ſub lege erant-redimeret. Veruntamẽ nõ
ſatis proderat-natum fuiſſe Saluatorẽ:niſi & per Crucis patibulũ redemiſſet humanũ genus: & ab
inferoꝝ teterrimo carcere-ad cœleſtis patriæ lucem populũ excitaſſet:qui ſedebat in tenebris: & ob
peccati labẽ-ac diuinæ legis præuaricationẽ-in mortis umbra iacebat. Itaq; oportuit pati Chriſtum
& ea cõplere:quæ Deus ipſe nõ abſq; ãmirabili prouidentia & ineffabili myſterio fieri uoluit:queq;
per Prophetas ſuos multis ſæculis ante prędixit. Sacratiſſimã nanq; Ieſu Chriſti redemptoris paſſio
nem noſtræ liberationis auctorẽ-atq; effectricem ſalutis-cũ multa antiquæ legis figuraꝝ ſacramẽ-
ta-tum plura ſanctoꝝ Vatũ-ac Prophetaꝝ uaticinia-ideſt certa Spũs ſancti oracula cecinerunt:quæ
iam ſingula ꝑ crucẽ Chriſti & perſpicue reuelata & expleta ſalubriter ſacra Euãgeliſtarũ eloquia pro
didere:ut iam tandẽ Leone teſtante-manifeſto complerentur effectu:quæ diu figuraꝝ fuerant pro
miſſa myſterio. Scitis-inquit Ieſus diſcipulis ſuis:qa poſt biduum paſcha fiet: & filius hoĩs tradet̃ ut
crucifigat̃. Veteris legis paſcha cũ agno Iſraeliticus ppl's ueſcebat̃:typum noſtri Saluatoris oſtendit.
Et.n.paſcha noſtrũ imolatus eſt Chriſtus:cũ in aram crucis ſublatus tradidit ſemetipſum ꝓ nobis
oſtiam-& oblatio uẽ Deo-in odorẽ ſuauitatis:ut uerus Pharao-atq; antiquus hoſtis:cũ ſuo mergeret̃
exercitu: & nos ꝑ uerum phaſe-ideſt tranſitũ domini-de ægypto ad cœleſte regnũ-de morte tranſi-
remus ad uitam:quos ſub peccati iugo uetuſta ſeruitus tenuiſſet. Edus quoq; ad huius ipſius rei prę
figurationẽ in ueteri lege cędebat̃:ad quẽ imolandum quot annis Iudęi ĩ paſchali ſolemnitate con
ueniebant:quemq; mactare pro ritu ſolebat uniuerſa multitudo filiorũ Iſrael ad ueſperũ:quod ri-
diculum uideri potuiſſet-edum unũ tam multa hoĩum millia ĩmolare:niſi hoc tantũ ſacramentum
futuræ ĩmolationis arcana texiſſet:quando uno expleta ſacrificio eſt uariarũ differentia uictimarũ.
Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotũ & Scribę: & conſilium fecerũt:ut Ieſum dolo tenerẽt: &
occiderẽt. Hoc futurũ Ieremias Spũ ſcõ reuelante-multo ante prędixerat. Et.n.ait: & Chriſtũ dicen
tem inducit. Et ego quaſi agnus manſuetus-quaſi portat̃ ad uictimã: & nõ cognoui:qa cogitauerũt
ſup me conſilia-dicẽtes. Venite:mittamus lignũ in panem eius: & eradamus euꝫ de terra uiuentiũ:
& nomẽ eius nõ memoret̃ amplius. Et lignũ quidẽ (ut Lactantius ait) cruceꝫ ſignificat:panis ue
ro dominicũ corpus:qa ipẽ cibus eſt: & uita oĩuꝫ q credũt in carnem:quã ipſe portauit: & in crucẽ
in qua pro noſtra redemptione pependit. Sed de eodem conſilio malignantiũ-atq; conuentu:apud
Sapientẽ-q̃ liquido-q̃ plane dicit̃. Circumueniamus iuſtũ:quoniã inutilis eſt nobis: & cõtrarius eſt
operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis:promittit ſe ſciẽtiam Dei habere: & filium Dei
ſe nominat. Ac rurſum. Morte turpiſſima condemnemus eum:erit enim reſpectus ex ſermonibus il
lius. Cumq; intraſſet Sathan in Iudam:qui dicebatur Scarioth-unum de duodecim:ut proderet Ie-
ſum Principibus ſacerdotum-pacti ſunt illi pecuniam ſe daturos:atque conſtituerunt ei triginta ar
genteos. Et Ioſeph ille magnus uir:ac magni Patriarchæ Iacob filius:quemadmodum ueteris te-
ſtamenti ſcriptura declarat:non triginta aureis:ut ſeptuaginta interpretati ſunt:ſed triginta potius
argenteis prætereuntibus Iſmaelitis uenundatus eſt:id quod Hieronymo-& Hebraica ueritate
prodente didicimus. Atque is proculdubio Saluatorem præfiguraſſe dignoſcitur. De quo & Za
charias dilucide. Appreciauerũt-inquit:mercedem in eum triginta argenteos. Ac de Iuda prodi-
tore in ſuprema cœna Ieſus ait diſcumbens cũ duodecim diſcipulis ſuis:Qui intingit mecũ manum
in paraſſide:hic me tradet. Quod ipſum in pſalmis legit̃. Qui edebat panes meos:magnificauit ſu
per me ſupplantationẽ. Et alio rurſum in loco. Tu uero homo unanimis Dux meus & notus meus
q ſimul mecũ dulces capiebas cibos:in domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Melchiſedech (ut
in Geneſi ſcriptũ eſt) Sacerdos panẽ & uinũ obtulit Abrahę: & benedixit ei. Ieſus aũt de quo Pro-
pheta. Tu es ſacerdos in æternũ ſm ordinem Melchiſedech:cũ deſideratũ paſcha cũ diſcipulis man
ducaret:ut ſignificantem hoſtiam uerũ ſacrificium tranſmoueret:effecit ſane quod magiſter gẽtium
Paulus ſcribens Corinthiis ait. Dominus noſter Ieſus Xp̃s in qua nocte tradebat̃:accepit paneꝫ: &
gratias agens fregit: & dixit. Accipite-& manducate:hoc eſt corpus meum-quod pro uobis trade-
tur:hoc facite ĩ meaꝫ cõmemorationem. Atq; amplius. Similiter & calicẽ poſtq̃ cœnauit-dicens. Hic
calix nouũ teſtamẽtũ eſt ĩ meo ſanguine:hoc facite quotienſcũq; bibetis-in meã cõmemorationẽ.
Q̃d' q̃dẽ iandudũ ꝑ Ezechielẽ fuerat pręmõſtratũ. Ego-inquit:imolabo uobis uictimã ſup monteꝫ:
ut comedatis carnes: & bibatis ſanguinẽ. Quare & in Bethleem naſci uoluit. Quippe Bethleem He-
breorũ lingua domus panis interpretat̃. Itaq; apud Ioannẽ Saluator uere de ſe ipſo dicit. Ego ſum
panis uiuus:q de cœlo deſcẽdi. Et iterũ. Patres noſtri manducauerũt mãna ĩ deſerto: & mortui ſũt:
q manducat hũc panẽ-uiuet in æternũ. O q̃ magnũ-q̃ admirandũ-q̃ ſalutare-q̃ incõprehenſibile-ſa-
cramẽtũ:de quo ſcite ſacer Hieronymus noſter:Poſtq̃ typicũ paſca fuerat impletũ: & agni carnes cũ
Apl'is comederat:aſſumit panẽ:q cõfortat cor hoĩs: & ad uerũ paſchę tranſgredit̃ ſacramentum:ut
quomõ in præfiguratione eius Melchiſedech ſummi Dei Sacerdos panem & uinum offerens fece
rat:ipſe quoq; ĩ ueritate ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. O q̃ dulce pabuluꝫ:q̃ ſuauis potus
q̃ ſalutaris hoſtia. Vere in fortitudine cibi huius cæci uident:ſurdi audiunt:muti loquuntur:claudi

ambulant:leproſi mundantur:ſtulti reſipiſcunt:conualeſcunt ægroti:mortui reuiuiſcunt: & ad ui⸗
tam quidē ꝑducuntur ęternam. Sed iam ad reliqua ꝑgamus. Peracta cœna⸗atq; hymno dicto⸗exie
runt in montē oliuaꝝ:ubi dñs & orauit ipſe: & Apl'is orare pręcepit. Iuxta ꝓpheticū illud. Mandu
cauerunt: & adorauerūt oēs pingues terræ:ac deinde prædixit inſtantis paſſionis euentū. Oēs uos
ſcandalū patiemini in me in nocte iſta. Scriptū eſt.n. Percutiaȝ paſtorē: & diſpergenť oues gregis.
Hoc apud Zachariā legiť. Percute paſtorē: & diſpergenť oues. Paulo poſt orōne facta ſubiecit. Dor
mite iam⸗& requieſcite:ecce iam appropinquabit hora: & filius hoīs tradeť ī manus peccatoꝝ. Hoc
quoq; pręuiderat ꝓpheta pſalmographus dicēs. Captabūt ī aīam iuſti: & ſanguinē inocentē cōdem
nabūt. Eſaias uero: Peccata inqt⸗multoꝝ ꝓtulit: & pp facinora illoꝝ traditus ē. Sed qđ Origenes &
Remigius diligenter aduertūt:aliter ab aliis traditus ē. Traditus nāq; ē a patre filius hoīs:ꝗ ꝓprio
filio ſuo nō pepercit:ſed ꝓ nobis oībus tradidit illū. Traditus a ſe ipſo ē:quippe ꝗ tradidit ſemēt ip
ſum ꝓ nobis hoſtiā īmaculatā Deo. Traditus & a Iuda eſt impio proditore:ꝗ oſculo tradidit Salua
torē:ut ipſa Euangeliſtaꝝ ſacra conteſtať hiſtoria. Traditus a ſūmis Sacerdotibus: Trāditus a Iudęo
rū plebe:traditus a Pilato:traditus a Diabolo acerrimo humani generis hoſte. Sed a patre traditus
ē hoīs filius ob miſericordiā:traditus a ſeipſo ꝓ noſtra oīumq; ſalute. Traditus a neqtiſſimo Iuda
pp auaritiā. Traditus a ſummis Sacerdotibus ob inuidiā:traditus a plebe pp ignorantiæ cęcitatē:
traditus a Pylato pp ignauiā:traditus a Diabolo pp metū:ne ꝑ doctrinā illius de manu eius genus
auelleret humanū. Porro ſicut dixit dñs ad Gedeonē in iudicū libro: Ne timeas:in hac fortitudine
tua liberabis Iſrael:ita & oranti Ieſu apparuit Angelus de cęlo confortās eū:ꝗ erat Iſraeliticū ppl'm
redempturus. Ioab ī libro Regū Amaſam fratrē ſalutauit: & quaſi oſculās ꝑcuſſit ī latere: & Iudas
oſculo filiū hoīs tradidit in manus peccatoꝝ. Sanſon a Philiſteis abductus ē uinctus catenis⸗dicēte
Ezechiele. Ecce data ſunt ſup te uincula: & ligabunt te ī eis. Et Ieſus ligatus⸗ductus ē ad Caypham
principē Iudęoꝝ. Micheas uir iuſtus & ſanctus a Sedechia filio Canaan⸗in maxillā ꝑcuſſus ē:dicēte
Michea. Percuties maxillā Pricipis Iſrael: & unus aſſiſtēs miniſtroꝝ dedit alapā Ieſu⸗dicēs. Sic reſpō
des Pōtifici! Prophetauit Eſaias: Faciē meā nō auerti ab icrepātibus & cōſpuētibus ī me. Et Ieſus illu
ſus ceſus⸗faciē uelatus cōſputus ē:dicēte ꝓpheta. Ego ī flagella paratus ſum: & dolor meus ī conſpe
ctu meo ſemp. Et iterū. Ego fui flagellatus tota die: & caſtigatio mea ī matutinis. Tulit Abraham li
gna holocauſti: & poſuit ſup Iſaac filiū:ut imolaret eum. Et Ieſus⸗ꝗ Eſaia teſtante⸗tanq̄ ouis ad oc⸗
ciſionē ductus ē:baiulās ſibi crucē:exiuit ī eū:ꝗ diciť Caluariæ locus. Et fratres nudauerūt Ioſeph
tunica talari & polymita: & milites diuiſerūt ueſtimēta dñi ī ſortē mittentes:dicēte ꝓpheta. Diuiſerūt
ſibi ueſtimēta mea: & ſup ueſtē meā miſerūt ſortē. Signū poſuit:atq; exaltauit. Moyſes ſerpētē ęneū
in deſerto:quē ꝑcuſſi aſpicientes⸗ſalui fiebāt. Et Ieſus in Euāgelio. Ego⸗inqt:ſi exaltatus fuero⸗oīa
traham ad me ipſum. Et Euangeliſta. Hoc aūt dicebat⸗ſignificans qua morte eſſet moriturus. Qđ
non ignorauit Propheta⸗diuini arcani conſcius. Accedet homo ad cor altuȝ: & exaltabiť Deus. Ille
igiť qui iuxta ꝓphetaꝝ oracula uenit de Edom⸗tinctis ueſtibus de Bozra:qui torcular calcauit ſolus
formoſus in ſtola ſua:ut exſolueret:iuxta Prophetę uaticiniū:quæ nō rapuerat⸗in Golgotha crucifi
xus eſt:uulneratus pp iniquitates noſtras:ut dicit Eſaias:attritus pp ſcelera noſtra. Quod manife⸗
ſte Dauid cecinit. Foderunt manus meas & pedes meos:dinumerauerunt omnia oſſa mea. Cru⸗
cifixi ſunt aūt & duo neq̄ cū Ieſu ad dexterā alter:alter ad ſiniſtram:ut ſcriptura plane impleret⸗di
cens. Et cū iniquis deputatus eſt. Qđ ſi ab hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſup uniuerſam terraȝ uſq;
ad horā nonā:in multo ante prædixerat Amos ꝓpheta. Et erit id die illo⸗dicit dñs:occidet ſol meri
die: & tenebrabiť dies lucis. Ieremias aūt. Subruit ſol ei⸗cū adhuc medius dies eſſet:qđ nec Sybillā
latuit⸗quæ ait. Medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus horis. Clamans Ieſus ī cruce⸗uoce ma
gna dixit. Heli Heli Lemazabathani:hoc a ꝓpheta prænuntiatū eſt: & a Saluatore eiſdem uerbis in
patibulo ipſo ꝓlatū. Deus Deus meus reſpice in me:quare me dereliqſti!longe a ſalute mea: Et reli
qua ſummiſſiore uoce ab eodē ipſo expleta oīa:quoad uentum eſt ad eius pſalmi locum: In manus
tuas cōmēdo ſpūm meū:quē quidē uerſiculū ipſuȝ cū clamans iterū uoce magna protuliſſet⸗aīam
expirauit:conſumata morte⸗& a lege præfigurata⸗& a ꝓphetis multo ante prędicta:et latronū qdē
fregerunt crura:at non Ieſu:quoniam per ꝓphetam dictum erat. Os non comminuetis ex eo. Sed
cum iam ſpiritum tradidiſſet:unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo⸗mirabile uiſu⸗
exiuit ſanguis & aqua: & aqua quidem in lauacrum:ſanguis in pretium redemptionis humanæ.
Scripturam impleri oportebat dicentem. Videbūt in quem trāſfixerunt. Miſſus eſt Ionas in mare:
&ptæparauit Deus piſcem:ut deglutiret eum. Et Ioſeph depoſitum corpus Ieſu⸗inuoluit ſindone
mūda: & poſuit ī monumēto:in quo nōdum quiſquā poſitus erat:dicente Eſaia. Et erit ſepulchruȝ
eius glorioſum. At tum denique generationi prauæ & adulteræ quærenti ſignum⸗datum eſt ſi⸗
gnū Ionę prophetæ:dicente in Euangelio Matthei Saluatore. Signum non dabitur ei:niſi ſignum
Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre Ceti tribus diebus & tribus noctibus:ita erit filius
hoīs ī corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed multiplicia quoq; data ſunt ſigna. Sol ob⸗
ſcuratus eſt:terra mota eſt:petræ ſciſſæ ſunt:monumenta aperta ſunt:multa corpora ſanctorum
quæ dormierāt:ſurrexerunt:uelū templi⸗ſciſſum eſt mediū:a ſūmo uſque deorſum:quia uere filius

Dei erat:in quem ſeuierat Iudęorum ſumma crudelitas:quem blaſſemabat impiorũ cęca pſidia/di
cens. Alios ſaluos fecit:ſi Rex Iſrael eſt/deſcendat de Cruce/ſuperni ignara conſilii:ſalutaris myſte
rii neſcia:quia dominus regnauit a ligno:& ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituit:ut
unde mors orta eſſet:uiciſſim inde uita reſurgeret:ut quemadmodũ primus homo ꝑ lignũ mortis
labem incurrerat:ita ſecundus homo peccati neſcius in ligno crudelẽ mortem patiens/uere & mor
tem dãnaret:& nos a morte & a captiuitate Diaboli liberaret. Recte igiť Leo in Iudęis inuectus ait.
Vocibus ueſtris ſtultisq; blaſſemiis reddunt oĩa elementa reſponſum:& unã ſimul in nos ſententiã
ferũt. Cœlũ/terra/ſydera:quæ ĩdignos uos ſuo miniſterio ꝑſtantes terribili motu inſolitoq; defe
ctu tenebras mũdo/ueſtræ cęcitatis oſtentãt. Q̃d ſi ad arguendũ nec cœleſtia/nec inferna ſufficiãt:
& crucem Chriſti magis potuerunt petræ atq; monumẽta/q̃ ueſtra corda ſentire:ſaltem q̃d in tem
plo actũ eſt/ſcienter aduertite. Velum/cuius obiectu intercludebanť ſancta ſanctorũ/a ſummo uſq;
ad ima diſruptũ eſt:& ſacrum illud miſticumq; ſecretũ:quod ſolus ſummus Pontifex iuſſus fuerat
intrare/reſeratũ eſt:ut nihil iam eſſet diſcretionis:ubi nihil reſederat ſanctitatis. Latebat Iudęos ſa
cræ redemptionis myſterium. Melius Cayphas:q tum erat Pontifex:cũ ĩ Senatu ſententiã diceret:
conſilium dederat Iudęis expedire affirmans:ut unus pro populo moreretť:ac nõ totũ genus imme
ret interitus. Quippe Saluator mortẽ noſtram moriendo deſtruxit:q mortem carnis ꝑ humani ge
neris redemptione ſuſcepit. Proinde in pſalmoꝝ libro ſcriptũ eſt. Eduxit eos de tenebris & umbra
mortis:& uincula eoꝝ dirupit. In Exodo aũt. In manu forti eduxit Deus de ægypto & de domo ſer
uitutis. In Apocalypſi uero Ioannis. Redemiſti nos Deus ĩ ſanguine tuo/ex omni tribu & lingua &
populo. Quare nõ abſq; ratione uolente Deo:& titulus Cruci ſuperpoſitus eſt litteris Græcis:He
braicis:& Latinis. Venit.n.filius hoĩs:apud quẽ non eſt diſtinctio Iudęi & Græci:in omni hoĩum
genere quęrere/& ſaluũ facere quod perierat. Sed ſi pergam Prophetaꝝ teſtimonia proferre/& fi
guratarum inuolucra reſerare:fuerim fortaſſe longior/q̃ uel mei conſilii ſit:uel ſtudii/ac uolũtatis ue
ſtrę. Onus utiq; graue/magni Oratoris copia dignũ/imbecillitati meę oĩo ĩpar. Quare & Sybillaꝝ
uaticinia conſulto prętereo:quarũ Delphica:Cumana:Phrigia/flagella/ꝓbra/contumelioſaſq; Chri
ſti paſſionẽ/clara uoce/& aperto teſtimonio protulerũt. Sed iam conſentaneum uideť:quoniam de
Chriſti paſſione noſtra omnis habetur oratio:circa illam paucis contemplari. Primum/q̃ grauis/q̃
acerba:deinde q̃ frugifera/ac ſalutaris extiterit. Vere Saluatori noſtro/q pro nobis hodie paſſus eſt:
Ieremię uox illa cõgruat. O uos oẽs q tranſitis ꝑ uiã/attẽdite & uidete/ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor
meus. Quod facile in promptu ſit:ſi conſiderare uelimus uarias in illum debacchantium Iudęorũ il
luſiones iniquas accuſantium criminationes/multiplices labores/doloreſq;:grauiſſimam totius cor
poris perpeſſionem. Nam primũ coram Principe Sacerdotum/Caypha Pontifice illuſus eſt:coram
Herode Galilęę Tetrarcha illuſus eſt:coram Pylato pręſide/ac Legato Syrię illuſus eſt:uniuerſo in
ſpectante pp̃lo turpiter illuſus ẽ:in ara Crucis cõtumelioſe illuſus ẽ. O perfidia/atq; impia Iudęoꝝ
natio:quę cũ innumera diuinitatis ſigna fuiſſet intuita:falſũ tñ teſtimoniũ quęrit cõtra le.um:iuxta
propheticũ illud:Scrutati ſunt iniq̃tates:defecerũt ſcrutantes ſcrutinio. Et iterũ. Inſurrexerũt in me te
ſtes iniqui:& mentita ẽ Iniq̃tas ſibi. Accuſat Saluatorẽ impia Iudęoꝝ natio ꝓhibẽtẽ tributa dari Cæ
ſari:dicẽtẽ ſe Chriſtũ Regẽ eſſe:ſubuertentẽ populũ:ac ſeducentẽ turbas:tẽpli demolitionẽ ꝓfiten
tem/ac tridui reędificationẽ:deniq; blaſſemantẽ. Quomodo ꝓhibẽtẽ tributa dari Cæſari:q tẽtanti
bus & ꝓcontantibus illis/multo añ reſponderat:reddi oportere/quæ ſunt Dei Deo:quæ Cęſaris Cę
ſari? Quare q̃d ſe Regẽ ꝓfitereť? Nõ ne ipſe Rex uirtutũ eſt? Rex gloriæ:iuxta ꝓpheticã uocem?
Rex ſæculoꝝ ĩmortalis:cuius regnũ nõ ẽ hic:ſed Rex Regũ/& dominãtiũ dñs:q ęternis Imperiis
regnat ĩ cęlo:ꝑ quẽ Principes dominanť ĩ terris:ꝑ quẽ Reges regnant:& Imperii diuturnitate lætã
tur? Quo pacto ſeducentẽ pp̃los eum accuſare ſunt auſi:q ad hoc natus ẽ:& ad hoc uenit ĩ mũdũ:
ut perhiberet teſtimoniũ ueritati? Quomodo ſubuertentẽ turbas:q ipſe uia ẽ/ueritas/& uita:lux ue
ra/quæ illuminat oẽs hoĩes:q uẽ cupiũt:q uolunt ſe cunctis erroribus & cęcitatis tenebris liberari?
Quẽ nõ ſecus q̃ Ceruus deſiderat fontes aquaꝝ:expectabãt in limbo patres:atq; eius preſtolabãť
aduẽtũ cũ Zacharia dicentes. Illuminare his q in tenebris & umbra mortis ſedẽt:cũ poſt mortẽ ſan
cta eius aĩa ab incõtaminato diuiſa corpore:deitate tñ ĩ corpore & aĩa inſeparabiliter ꝑmanẽte. In
ferni clauſtra penetrans/uocẽ ꝓpheticã diligẽtiſſimus hũanę ſalutis ĩpleuit:ut attollerenť Infernorũ
Principũ portę:& ad eripiẽdã Tartarei Ducis prędã/introiret Rex glorię:Rex fortis/& potẽs:q de
ſæuiſſimo atq; ĩmaniſſimo hoſte triumphaturus acceſſerat. Quid dicã de diſſolutione tẽpli:qñ nõ
de manufacto tẽplo:ſ; de uero illo/ac ſacratiſſimo ſui corporis tẽplo loquereť:q̃d præfinito tẽpore
moriturũ erat poſt triduũ a mortuis ſuſcitãdũ? Quid dicã de blaſſemia? Nõ ne hũc ĩpia Iudęoꝝ na
tio audierat ſemꝑ glorificãtẽ coęternũ patrẽ:honorificãtẽ Deũ/atq; eius opa uoce/ſignis tot/tãtiſq;
miraculis & glorioſis opibus manifeſtãtẽ:adeo ad obediẽdũ patri alacrẽ:ut ul' formã ſerui acciperet:
parens illi uſq; ad mortẽ:mortẽ aũt crucis? Multifariã uero paſſũ Xp̃m qs ignorat:q ſacra Euãgeli
ſtaꝝ ꝓcepit oracula? Eſuriit:ſitiit:ſudauit & alſit. Laborauit:ĩfirmatus ẽ:mortuus ẽ. Atq; eſuriit q̃dẽ:
q apud Lucã Euãgeliſtã ait. Amẽ dico uobis/ex hoc nõ mãducabo illud:donec ĩpleať ĩ regno Dei.
Ne dicã de ieiunio. Q̃d nõ mõ inſtituẽdo:ſ; multo ẽt magis ſeruãdo docuit. Qui cũ ieiunaſſet.xl.

cū dies/tum noctes:poſtmodū eſuriit. Sitiit:q & in patibulo Crucis Sitio inquit: & poſtea q̄ cū diſcipulis cœnauiſſet:nō bibā amodo de genimine uitis:uſq; in diē illū:quum illud bibā uobiſcū nouū in regno pris mei. Abſit q ſæpius eodem die nudatus eſt: & ſuis ueſtimentis exutus:cū ſtabāt miniſtri ad prunas:qa frigus erat & calefaciebāt ſe:qđ Euangelii ſcriptura declarat. Sudauit cū alias:tū præcipue:cū inter orandū factus eſt ſudor eius tanq̄ guttæ ſanguinis decurrētis in terram. Laborauit ceſus uerberibus/attritus flagellis: & baiulans ſibi Crucē:ac ſubiiciens ſanctos humeros ponderi ad ſupplicii profectus eſt locū. Infirmatus ē qñ Eſaia teſtante:uere lāguores noſtros ipſe tulit:& dolores noſtros ipſe portauit. Genus mortis ſubiit:quo nullū grauius:nullū crudelius:nullū:acerbius:nullū deniq; ignominioſius:uel dici aliud:ul' cogitari pōt. Quo Syculi nō īuenere tyrāni maius tormentū. Ac uere p Prophetā dictū eſt A planta pedis uſq; ad uerticē nō eſt ī eo ſanitas. Nā ſi totū aſpicimus/nulla pars corporis dolore uacat:artus oēs:membra oia magnis ſuppliciis patent. Fędatus/cruentatus/deturpatus eſt ſpecioſus forma pre filiis hoīū. Si caput aſpicimus/ſpinis coronatum eſt:dicente p ſapientem Concionatorē Ieſu. Egredimini filiæ ſyon: & uidete Regē Salomonem diademate coronatū:quo coronauit eum mater ſua:quæ erat uniq; Iudęorū Synagoga:unde illi ſm carnē genus erat. Quod ſi ceruicē aſpicimus/colaphis percuſſa eſt:ſi faciem/uelata eſt:ſi barbam/uulſa eſt:quoniā dedit genas ſuas uellentibus. Si nitida membra/flagris & fuſtibus ceſa ſunt:ſi manus & brachia/protenſa ſunt:ſi coſtas:ſi latus/lancea perforatum eſt. Si pedes/duriſſimis clauis confixi ſunt:os uero illud glorioſum atq; ſuauiſſimū:ex quo melle dulcior fluebat oratio/nectare atq; ambroſia dignū/felle & aceto potatū eſt:dicente Propheta. Dederunt in eſcam meā fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto. Hinc Aurelius Auguſtinus:Propinator fontium potaē aceto:mellis dator/cibaē felle:flagellaē remiſſio:condemnaē uenia:illudiē Maieſtas:rideē uirtus:perfundiē largitor imbrium ſputis. Et rurſum/Flagellatus eſt:ſpinis coronatus eſt:ludibrioſa ueſte amictus ē:amaris conuiciis illuſus eſt:alapis cęſus eſt. Sed quorſū tā multa paſſus eſt filius hoīs:filius inq̄ hoīs:in ſæculo natus:ſed Dei filius ante ſæcula genitus! Quem ad finē turpiſſima morte peremptus! Certe ad redimēdū:certe ad ſaluandū humanū genus:ut nos de morte liberaret ad uitam:de corruptione ad incorruptionē:de tenebris ad lucem:de inferis ad cœleſtia regna:de miſeria ad perennis glorię fœlicitatē. O miram Saluatoris pietatē:o ineffabilem/inauditamq; clementiam. Scite Apl's ad Romanos ſcribens:Reconciliati ſumus Deo/p mortē filii eius. Vere p Auguſtinū. Saluator cum eſſes inimicus/patri meo reconciliaui te:cū inter montes & ſiluas errares/quæſiui te:humeris meis portaui te:patri meo reddidi te:laboraui:ſudaui:caput meum ſpinis oppoſui:manus meas clauis obieci:lancea latus meū aperuit:ſanguinē meū fudi:aīam meam poſui:ut coniungerem mihi te:& tu diuideris a me. Per leonē uero q̄ uere:q̄ pie! Ego ſū/inquit/ueſtra remiſſio:ego paſcha ſalutis:ego agnus:q p uobis ſum iugulatus:ego ueſtra redemptio:ego uita:ego ueſtra ſum ſalus:ego ueſtra reſurrectio:ego ueſter ſum Rex:ego uos per meam dexteram ſuſcitabo. Bene rurſum Auguſtinus adiiciens. Venit ad nos cœleſtis negociator accipere contumeliam/& dare honorem:ſubire mortē/& dare uitam:haurire ignominiam/& dare gloriam. Gregorius aūt q̄ grauiter/q̄ accōmodate inquit. Caro factus eſt:ut nos ſpirituales faceret:inclinatus eſt:ut eleuaret:exiit:ut introduceret:uiſitabilis apparuit:ut inuiſibilia mōſtraret:flagella pertulit:ut ſaluaret obprobria: & illuſiones ſubſtinuit:ut ab opbrobrio ęterno liberatet:mortuus eſt:ut uiuificatet:qui ī natura ſua manet ſemp incomprehenſibilis:in natura noſtra comprehendi dignatus eſt/ac flagellari: quia niſi ea quæ infirmitatis noſtræ ſunt/ſuſciperet/nequaq̄ nos ad ſuę fortitudinis potentiā ſubleuaret. Hęc cū ita ſint:ſi nō ingrati/& tantorū beneficiorū īmemores uideri uolumus:cōſideremus humiliter:hæc cogitemus diligēter:hęc mēte & aīo uolutemus: hæc dies meditemur & noctes:reiiciamus uanitatū illecebras:uoluptatum illecebras cōtēnamus:fortunę aſpernemur ludibria:noxia mūdi blādimēta uitemus:carnē cū uitiis crucifigamus: quoniā/ut ait princeps Aplorū:Chriſtus paſſus ē p nobis:relinquēs exēplū:ut ſequamini ueſtigia eius. Pareamus āmonēti/ac pcipienti Saluatori. Qui uult uenire poſt me/abneget ſemetipſum/& tollat crucem ſuā/& ſequaē me. Nam ſi fuerimus ſocii paſſionū:erimus & cōſolationū:ac demū die tertio ſacro reficiemur conuiuio ſacratiſſimi corporis & ſanguinis domini:conſurgentes cū Chriſto in gloria cœleſti: & īmortalis lucis claritate:quā poſt curſū uitę huius ille nobis largiri digneē:q hodie p nobis mori uoluit: & nūc ſedet a dextris Dei/p infinita ſeculorū ſęcula. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. III. De laudibus diui Bernarnardini Senenſis.

Velim hodie dari mihi maiores dicendi poteſtates illuſtres Magiſtratus:Optimates:ac patres ampliſſimi:uelim/in q̄ ſummam/dari mihi eloquendi copiam apud magnos uiros uerba facturo: & tam doctrinę laude q̄ ſumma auctoritate pręſtantes. M. Cato ille ſenex:ut ex Originū eius libro ſeptimo conſtat. loquēs cōtra Ser. Galbā/hiſce uſus eſt:uerbis. Multa me dehortata ſunt huc prodire anni ętas/uox/uires/ſenectus. Quanto me plura dehortarenē:prohiberentq;/hoc tāto aditu laudis:niſi me hodie huius ſolēnitatis celebritas cogeret & ueſtrū qui in hoc auguſtiſſimū templū ad uenerandū Bernardinū cōueniſtis:explorata facilitas adiuuaret. Sed quantus rei exponendę magnitudini impat ſit dicentis eloquium:

ſpes eſt tamen in eo ſita omnis: qui uere ſcientiam habet uocis: & hominum mentes luce ueritatis il
luſtrat: labia infantium ſoluit: & fantiū ora/tū linguarum generibus/tū ſermonū īterpretatione mu
neratur: Verū ne fruſtra ipſa cōteratur oratio: noſtri propoſiti argumentū paucis abſoluamus. Mul
ta ſunt excelſi/atq; illuſtres Domini: quæ prēclaram faciunt ciuitatē: atq; ut mittam urbanarum rer
ſplendorē: Iuris/ac legum diſciplinam: geſtarum rerum glorias: cœteraq; generis eius: uera atq; prē
cellentiſſima laus ſummorū ciuium: & clarorū uirorū dignitate/atq; amplitudine conſtat: ſi ciuibus
potius ciuitas q̃ illi ciuitate floreſcunt. Et apud priſcos qdē: qui uanæ ſuperſtitionis ducerent errore:
alii Ioues: alii Mercurios/alii Aſculapios/alii Hercules/alii alios īſolēter iactare ſunt ſoliti. Nos uero
q Chriſti nomen gerimus: & Crucifixū Redēptorē colimus: abiecto ſuperſtitionis errore: eos cele/
bramus/ac ſummis mactamus honoribus: q religione/qui ſapientia/q pietate/qui ſanctimonia/qui
uera gloria illuſtres fuerunt/qui ſoluti corporū uinculis: perſpicuis documentis in cœlum/ac beato/
rum domiciliū ſunt tranſlati. Vna omnium prima Senenſis ciuitas/iampridē gloriari poſſit: quę prē
ter alios celebres: & claros uiros: & omni laudis genere antecellentes opifices primū in omni exerci
tatione nobiliſſimos: tum Philoſophos/Oratores: utriuſq; conſultos Iuris Theologos: & quod ual/
de glorioſum eſt: tres per diuerſa tempora Pontifices Maximos: Gregoriū ſeptimū: qui antea Oldo
brandus uocatus ē: anno: M.lxxiii. mox anno. M.clviii. Alexandrū tertiū: q quattuor Sciſmaticos
ſuperauit: mira/& prēclara geſſit: quę haud eſt narrandi locus. Poſt uero Pium. ii. quē ipſi uidimus:
multis prēdeceſſoribus Catholicę fidei ſtudio/uirtute/gloria parem. Prēter alios inq̄ celebres: & cla/.
ros uiros/ſanctorum quoq; fęcunditate Senenſis ciuitas præſtat: & copia. Et ne Galganū Ciſterſien
ſis ordinis amplificatorem cōmemorē cælitē glorioſum: cuius tā preclare apud nos extant reliquiæ:
cuius ſacrum uerticē cū capillis: & cutem quaſi iuuentis/tū indura ſilice defixū gladiū oēs plurimus
ammirantur. Ne dicā Ambroſiū Sanſedoniū Doctorem beatiſſimum/ex Predicatorū ordine: cuius
laudes alio ſum tempore proſecutus. Ne dicam Andream Galleranū dilectū Deo/& hominibus: ab
inuadente aliquādo inimico ereptū: atq; id circo diuinitus ſublatum in æthera: Ne dicam Petrū Pe/
tronem Cartuſienſem/plenum Spiritu Sancto: Ne dicā Bernardū Ptolomęum: qui Montis Oliueti
religioni primus dedit exordiū: Ne dicā deinde Antoniū/Lantinum/Petrum/Ioannem: quattuor di
ui Auguſtini Sacros heremitas: Ne dicā Francum Chriſti potius: q̃ ſeculi militia decertantem: Ne di
cam Ioachinū ex Pellicariorū genere: & cum eo Franciſcus utrunq; ex ſeruorū ordine: Ne dicā Ioan
nem Columbinū ſectatorem Ieſu: & ſanctę Ieſuatorum fraternitatis inſtitutorē: Ne dicā Sororem:
qui in toto terrarum orbe claram hoſpitalem qdē primus condidit: Ne dicā Franciſum Vincentius:
& Nicolaum itidem Senenſem/deuotiſſimos Chriſti ſeruos: Ne dicā Aldobrandeſcā/ex Pontiorum
familia: cumq; ea Bonizellam Caccontiā ſanctiſſimas mulieres: quas Deus glorioſis inſignibus de
corauit/ac magnis donauit muneribus: Ne dicā Petrū pectenariū/uirū mira ſanctitate illuſtrē: Vt
taceam Chriſti athletas Petrum & eiuſdem patrię/ac Minorū ordinis Ioannē Martinociū: quorū ille
pro Chriſto ſuſpenſus patibulo: uel totum biduū inſpectantibus multis/uerbum Dei fudit: alter ad
karas pro Chriſti nomine affectus ſupplicio eſt: & martyrio coronatus. Vt taceam cœteros: q mul
ti magni/& ſancti uiri cōprobant. Katerinā ſacrā uirginē: & cōfeſſorem prēclariſſimū Bernardinum
nemo eſt: q neſciat: quorum & explorata ſanctitas eſt: & noſtro æuo potiſſimū refulget gloria. At de
Katerina qdē alias copioſius ſum locutus: hodie ſe mihi Bernardinus offert: de cuius laudibus dicam
breuius: q̃ de tanto cęlite dici debeat. Fuit igitur Bernardinus: & in ſeculari primū cōſuetudine: atq;
illa cōmunis uitę inſtitutione: in qua medii officii/& uirtutū leuiorū ratio continetur: & in illo pfecto
uiuendi genere: in quo recta ſunt oīa: & noſtro & aliorum iudicio probatiſſimus: nec contentus māda
ta ſeruare: q in lege Domini dies meditaretur/& noctes: qd qdē ad mediū officiū pertinere iudicat:
arripuit & ſalutare conſiliū: atq; ut perfectū expleret officiū renuncians terrenis opibus/nudus ſecu
tus eſt Dominū. Igitur cū accepiſſet diui Hieronymi ſalutare prēceptū: q ait: Quicqd in te primū in
ſtitueris/hoc manebit: & ad initiorum tuorum regulā reliqua uita decurrit: ipſa quoq; primę pueritię tem
pora: & ī optimis/ac liberalibus diſciplinis: & in colēda uirtute/ac uitę honeſtate collocauit. Platōis
probauit ſententiam: qui in Philoſophos autumans ait. Quod ī ueri inueſtigatione uerſent: quodq;
ea quæ plæriq; uęhementer expectant: de quibus inter ſe digladiari ſolent: cōtemnant: & pro nihilo
putent/propterea iuſtos eſſe. Itaq; Bernardinus longe melius/q̃ Celtarum: & Gallorum Druydę: In
dorum Gymnoſophiſtę: Aegyptiorum Memphitici Vates: Perſarum Magi: Gręcorum Philoſophi:
Hebręorum Eſſeni relictis rebus aliis: ad ſalutarem ſapientiā aſſequendam: operam omnem/ac tem
pus accommodauit: ut ueritatem indagaret: indagatam perciperet: perceptam tueretur: recte com/
paratam uolente Deo cœteris nunciaret. Vere cum Cicerone dicebat. Omnia alia/incerta/caduca:
mobilia ſunt: una uirtus eſt altiſſimis defixa radicibus: quę nunquā ulla ui labefactari poteſt: nunq̃
dimoueri loco. Et rurſum cum illo Stoicorum probata ſententia. Nunquā ego neq; pecunias iſtorū.
Neq; tecta magnifica: neq; opes: neq; Imperia: neq; eas: quibus maxime aſtricti ſunt homines: uo/
luptates in bonis rebus: aut expetendis eſſe duxi. Ratio in promptu eſt. Nam & qui eiuſmodi rebus
circunfluunt: maxime tamen deſiderant ea: quibus uęhementer abundant: Neq; enim expletur unq̃
neq; ſatiatur cupiditatis ſitis. Neq; ſolum ea quæ habent libidine augendi cruciantur: ſed etiā amit/

tendi metu. Hanc Cicero ſententiam tradidit: optimis argumentis rationibusq; diſſeruit. Bernar/
dinus aūt/uita/ac factis liquido & perſpicue illuſtrauit: eorum numero iure cenſendus: qui Lactantio
Firmiano prodente/contemptis oībus & priuatis & publicis actionibus: ad inquirendā: atq; inueſti/
gandā ueritatem: aīuʒ/ac ſtudiū contulerunt: exiſtimantes multo eſſe pręclarius/ac laudabilius diui
narum/humanarūq; rerum ſcire/& inueſtigare rationem: q̄ ſtruendis opibus: cumulandis honori/
bus inherere. Quibus rebus (ut idē ipſe pręclare Lactantius inquit) quoniā fragiles terrenęq; ſunt:
nemo melior: nemo beatior effici poteſt. Nam ſapienter quidē a ſapiente dictū eſt. Beatus uir. q poſt
aurū non abiit: nec ſperauit in pecunię theſauris. Pręcipit Apoſtolus/ac magiſter gētium: quę ſurſum
ſunt: inqt: ſapite: non quę ſuper terrā. At uero diuitię: id quod Ioannes Caſſianus oſtēdit: uiſco ſimil
limę perhibent: quo ſi implicentur aues: ſurſum proculdubio uolitare nequeunt. Et nos uiſco diuitia
rum obliti/uincti/compediti: nec humo tolli poſſumus: nec ſupera/ac cęleſtia petere. Bernardinus āt
qui Apoſtolos meminiſſet aliquādo Saluatorē affatos. Ecce nos relinquimus oīa: & ſecuti ſumus te:
Apoſtolorū ſectatus ueſtigia: Apoſtolicam ſibi uitā propoſuit: atq; ut pfectā ſapientiā adipiſceretur:
actiuam uitaʒ: quā appellant: cum contēplatione cōiunxit: occupatus prędicando/docendo/exhortā
do/ocioſus meditando/orando/ſcribendo: & qui nunc ſunt populis: & conſequenti poſteritati pro/
fuit. Religionem aūt complexus: & ipſe illam cunctis uiribus adamauit: & cæteros ad eādē capeſſen
dam gratiſſime cohortatus eſt. Nouerat. n. bonū eſſe in religione uerſari: & in illa tanquā in Ithabi
rio Monte/cum Petro/Iacobo/& Ioanne: quaſi tabernaculis poſitis Saluatorē Chriſtū/& Dominum
glorię intueri: Aeternū patrem cū unigenito filio/& Spiritu Scō/ī Colūbæ ſpecie per mentis eleua/
tionem: quantū in carne homini datur: aſſidue contemplari Franciſcū imitatus Bernardinus/opes
contempſit: aſciuit paupertatem: uoluptatē aſpernatus eſt: delegit caſtimoniā: ſuam ipſius abnegauit
uoluntatem: ſe penitus Deo/ac totū tradidit. Tria uero illa: quę feruntur bonorū genera: ſiue fortu
nę: quæ extra nos ſunt/ſiue corporis: quæ circa nos eſſe putant: ſeu deniq; animi: quæ intra nos eſſe
noſcuntur: hęc ille prorſus abiecit: ut ea aſſequeretur bona: quæ & ſupra nos ſunt: & uere bona putā
da: in qbus illa utiq; conſiſtat charitas: quæ uirtutum cumulus eſt/ac bonorum omniuʒ plenitudo.
Quod ſi uere ſapientē appellamus eū: qui non modo ipſe cū uirtute uiuit: ſed alios quoq; ad bene/ac
pie uiuendū impellit: quales eos fuiſſe accępimus: qui primi diſperſos/in montibus homines/ac paſ
ſim beſtiarū more uagantes: ad ſocietatem uitę conuocarunt: uere ſapientem Bernardinū exiſtimare
debemus: cuius ſapiens: & perpolita oratio/ad rectam Fidem: ad catholicam ueritatem: ad orthodo
xam religionem deuios compulit: atq; ad æternę ſalutis uiam direxit: atq; perduxit. Quo circa cum
antea in eorum ordine: qui Chriſti Confeſſores cognominantur: & iideʒ Pontificatus expertes: ſan
cta celebraret eccleſia. Paulū Tebęum uaſtę cultorē ſolitudinis/atq; Heremitam primū: & illius tum
uita/tū ætate ſociū Antoniū Aegyptiū/tū Maurū/Iulianū/Gilbertū/Guilielmū Pictauienſem/Thō
mam Aquinatem: Benedictum Monachorꝫ & cœnobitarum omnium principem: & magnæ prolis
parentem/Petrū Moranenſem/Iuonē Britannum Honofrium Anachoritam/Antoniuʒ Patauinū:
Alexium Romanum/Paſtorem Preſbyterū/Dominicum Hiſpanienſem ordinis Prędicatorꝫ Ducem
atq; inclytum patrem: Euſebbium inſignem pietate uirum: Bernardū ex Burgundia glorioſæ pręco
nem Virginis: e cuius ore dulce fluebat eloquum ſuper mel/& fauum: Ludouicū Francorū Regem:
Egidiū/Nicolaum Tollentinatē/Mamilianuʒ/Hieronymū Preſbyterū magnū latii decus: & Chriſtia
nę religionis lumen/Franciſcum Minorum autoremq; q Stigmata Ieſu Chriſti etiā portauit ī corpore
quaſi Patriarcham quendā fęcūda prole pręclarꝫ/Hilarionem uirū ſanctiſſimū/Leonardum ex Gal
liarum prouincia/Sabbam Venerandū patrē: Galganū deniq; noſtrum: nup & Senenſem Bernardi
num adhibuit: q Ieſu nomen manifeſtauit hominibus: & Fidei firmitatem uehemēter adauxit: glo
rioſus Confeſſor Præco ueritatis īſignis. Sed nō eſt par tantis laudibus dicendi facultas: ſed nec tem
poris patiūtur anguſtię: longius euagari. Proinde ſtatuam ipſe mihi iam tandem dicendi modum:
ſi ea prius in medium attulerim: quæ ad Bernardini præconium iā pridem a me ipſo confecta ſunt:
& ab eo poſt modum comprobata: qui fuit glorioſus Pontifex Pius .ii. cuius auctoritate ut in Ar/
chiepiſcopatus Pontificalibus libris extat: etiam in hoc ipſo natali intra nocturnarum lectionum of/
ficia in Eccleſia ualeant decantari. Referam illa igitur: quo audientibus uobis/plus multo legendis
noſtris auctoritatis accedat. Ea uero ſunt huiuſmodi.

¶ Bernardinus patria Senenſis bonis ꝓgenitus parētibus: nobili/& claro genere ortus: cū a primis
ætatis tēporibus/optimā ſemp ſectatus eēt bene ac recte uiuendi uiaʒ ſecūdo & .xx. ſuę ętatis āno:
contēptis delitiis ſæcularibus: ſpretis humanarꝫ rerū blandimētis: deſpectis fortunę ludibriis/ſubiit
beati Franciſci regulā: & ſacratiſſimæ Minorꝫ religioni ſe mācipauit: ī qua ita ſapiētę ſtudio: ita diui
narꝫ litterarꝫ diſciplina & cognitione ꝓfecit: ut tertio poſtq̄ religionē āno ingreſſus erat: cępit cōcio
nari ad populos: & in frequentiſſimis hominū conciliis euangelizar uerbū Dei: qua in re adeo p eaʒ
tempeſtatem effloruit: ita præter cæteros palmam & principatum obtinuit: ut non modo in tota Ita/
lia: ſed etiam apud pleraſq; Chriſtianæ dignitatis nationes/ac gentes celeberrimum haberetur eius
nomen. Nam mirum qua dicendi copia/quo ſplendore uerborum: qua ſententiarum grauitate/q̄
multiplicibus ac uariis ſacri eloquii teſtimoniis pollere/ac circumfluere uideretur. Erat illi dulcis in

exhortando ſuauitas:uehementis in redarguendo inuectio:ſumma in probando grauitas:magna in
perſuadendo fides:in laudandis uirtutibus precipua ubertas:in flagitiis execrandis mira contentio
incredibile in operando artificiū:doctrinæ/& eloquentiæ prçclariſſima laus.Ammirabili uero quo
dam ſtudio:atq; induſtria:nunc frenis/nunc calcaribus ad flectendas populorum mentes/atq; ani
mos utebatur.Ac latiſſime quidem huius ſanctiſſimi patris patebat inſtitutio:ita ut nulla in tota Ita
lia pene ſit ciuitas:in quā non exierit ſonus:& uerbum eius.Clara autem uoce/ac bonis lateribus in
eo laudatiſſimo inſtituendi genere uerſatus ē:perſeuerauitq; ad extremā uſq; ſenectutē:atq; ultimos
uitę terminos.Ita flagitioſos multos:atq; iprobos a turpitudine/ac ſcelere abuocauit/ad amorē uirtu
tis/ac beneuiuendi ſtudium:rationēq; conuertit.In primis ſuadens:contēnēdū eſſe mūdum:& quæ
in eo ſunt:& ſolum diligendum deum:ſicut & uerum ſummū bonum exiſtimare debemus.Ad ſcri
bendum etiam alijs contulit:nō intermittēs feruentiſſimū prædicādi munus:p multos diuinæ ſcrip
turæ locos illuſtrauit ſermones:& conciones ſuas mandauit litteris:& librorū multa ſcripſit/atq; ędi
dit uolumina:quæ ut incorrupte ſcripta ſunt:ita etiam magno habentur in prætio:& leguntur qdē
a multis:probantur ab omnibus.Multa quoq; in pleriſq; Italię urbibus/atq; oppidis erexit ſeruorū
Dei ſancta cęnobia. Beati Franciſci regulam:in qua magnus ille feruor obſoleuiſſet:& ut res pronę
ad malum plęrunq; in deterius prolabuntur:ubi flagrātior illa Charitas refrixiſſet:hic ſua ſapientia:
uirtute/labore/ac diligenti opera ad priſtinas reuocauit ſanctimonię itegritatem.Innumeram pene
tum iuuenum/tum ſenum etiam multitudinē percalcatis rebus humanis/ad ſacrę religionis clauſtra:
& ſublimitatem cōuocauit:nō minus ſanctæ conuerſationis exemplo:q̄ ſalutaribus/ac frugiferis do
cumentis.Multorū inſuper extitit bonorum auctor.& agrēſtes nōnullos/atq; efferatos populos:ad
religionis cultum:& ad uirtutis diſciplinam redegit & laudem.Quorundam uero aut ſuperſtitioſā
uanitatem:aut ſolutiorem uitę licentiam nō modo acriter improbauit:ſed etiam ſapienter ſubſtulit.
Demum cum multis/& præclaris inter mortales editis operibus/bonum certamen certaſſet:& indies
magis/ac magis de uirtute in uirtutem profeciſſet:prouectus ætate Aquilam pergens:aduerſam ua
litudinem contraxit:qua & abſumptus migrauit ad Dominū:& cui ſemper firmiterq; ſeruierat:ſpi/
ritum altiſſimo reddidit:& qui.vi.Idus ſeptembres natus erat ānno ab exortu Saluatoris Ieſu Xp̄i
M.ccc.lxxx.xiii.kl's Iunii:qui eſt uigeſimus menſis huius:atq; hodiernus dies:rebus exceſſit huma
nis/annum agens.iii.& lx.adhibitis menſibus octo:diebus.xii.Aquilani corpus eius aſſeruant:q̄d
ipſum tale eſt:ut uere perhibeat teſtimonium ſanctitatis.Comprobata autem ſuæ perfectione uirtu/
tis:perſpicua miraculorum atteſtante gloria:diuina diſpenſante:clementia:a ſummo ſacerdote/ac
Pontifice Maximo Nicolao.v.annis a Chriſti natiuitate labentibus.M.cccc l.qui & annus remiſſio
nis erat:ſūma fere Chriſtianorum omnium populorum celebritate:& conſpectu:ammirabili cæli/
tis ipſius ſplendore.Sanctæ Romanæ eccleſiæ:& Apoſtolicę ſedis auctoritate:iudicatum/definitūq;
eſt:in canone conſtituendum eſſe Bernardinum/annumerandūq; in ſanctorū catalogo:cuius det no
bis ſectari ueſtigia:qui ut eſt mirabilis in ſanctis ſuis:ita uult oēs homines ſaluos fieri:& cęleſti ſecū
gaudio perfrui per infinita ſeculorum ſecula.Eia igitur omnes ſumma deuotione:atq; animorum
lætitia/lætum imprimis celebrem & feſtum agamus hunc diem.Hora dimando perdono dal glorio
ſo Sancto Bernardino della troppa breuita:& feſtināua/da le uoſtre excellentiſſime Signorie:ſe ha/
ueſſe dato tedio con longo parlate Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.IIII.de laud ibus Diuæ Chaterinæ Senenſis.

MAgnus & toto penę orbe celebratus Orator excelſi/ac potentes Domini:patres reue
rendi:religioſi Sacerdotes:uoſq; oēs dilectiſſimi in Chriſto Ieſu:cū aliquando incau
ſa grauiſſima dicturus eſſet:ut & modeſtiā ſimul profiteretur:& neceſſarium dicendi
officium non deſereret:huiuſcemodi & luculentis uerbis/& honeſta excuſatiōe uſus eſt.
Mea inquit fuit ſemper in hac re uoluntas/atq; ſententia:quemuis ut hoc mallē de his:
q̄ eſſent idonei ſuſcipere q̄ me:me ut mallem q̄ neminē.Ego uero tametſi nō ignoro ſummam illius
ac præclaram eloquētiā:& meas cōtra uel infantiam maximam/uel ruditatem:tamen hoc mihi cum
illo nō abſurde conuenire uidetur quod & res ad dicendum grauiſſima oblata eſt:& eam pręterire
ſilentio:iuſta repræhenſione nō poſſum.Nam ſi nullū officium referēda gratia magis neceſſariū ē
ut eodem ipſo auctore teſtante didicimus:Nos qui glorioſæ Virginis Catherinæ intercedētibus me
ritis miranda quædam ab æterno numine accæpimus beneficia/nefas putamus:ſi tātę laudis præco
nium/nullo uocis noſtræ oraculo proſequamur:non quidem id auſi ea fiducia:ut nos tātis explican
dis rebus ſufficere poſſe arbitremur:abſit:uerum cum diuo Gregorio dicimus.Vires quas imperitia
denegat:Charitas miniſtrabit:illa pręſertim diuinū nobis īpertāte præſidiū:q̄ ēt īfantiū linguas fa
cit diſertas:q̄ ſuppliciter p̄cantibus nūq̄ defuit q̄ fidēter poſcētibus optatā ſemp opem:atq; auxliū prę
ber.Sed & illud Sancti Doctoris Hieronymi ueq; teſtimoniū/ſpem noſtram & fouet/& auget:quod
facilis/& prona dicendi uia eſt:quę ipſa ubertate materiæ:curſum orationis accendit:qualem certo
credimus eam:in qua de beatæ Virginis Catherinę laudibus pertrāctandum eſt:cuius & feſtū diem

hodiernum agimus: & magno cū huius populi gaudio annua ſolemnitate lętamur. Qua de re non
nulla hodie mihi dicere cupienti: illud mea ſententia congruū: ac per opportunū occurrit exordium
quod ipſa quoq; in huius diei ſacris ſolēnibus decantat eccleſia. Hęc eſt. Virgo ſapiens: quam domi
nus uigilantem inuenit. Quibus plane uerbis abſoluta: & perfecta quędā huius Virginis laus: ſum
ma uirtutis eius plenitudo monſtratur. Quod exploratiſſimum fore nō dubito: ſi de Virginitate: ſi
de Sapientia: ſi de Vigilantia paulo loquemur uberius: atq; eas pręcipuas: pclaraſq; uirtutes: ad hāc
glorioſam cęlitē accōmodauerimus. Quanta ſit uirtus: q̄ ammiranda Virginitas: tum perſpicua ra
tione: tū ſacris oraculis: & ſanctarum ſcripturarum auctoritate dignoſcitur. Hęc. n. prae coeteris uirtus
cūctas ſordidę: atq; obſcęnę uoluptatis illecebras ſpernit: ab omni labe humanę fragilitatis abſoluit.
Qui uero firmo illam conſtantiq; animi propoſito ſeruare decreuerint: hi ſupra humanā dignitates
attollunt: & cęleſtiū degentes uitam proxime accedunt ſuperis: & ſimillimi Deo fiunt. Ac per Virgi
nitatem quidem tanto datur propius: & cęleſtia contemplari: & diuinarū rerū perſpicere ueritatem:
quanto ea uirtus a corporū ſorde ſecretior eſt: & abeſt lōgius a fęditate omni: atq; corruptionis cōta
giis. Eſt n. Virginitas quēadmodū rectiſſime Aurelius Auguſtinus finit: ī corpore corruptibili: īcor
ruptionis ppetua meditatio. Quocirca & Euāgelica ueritas huic quaſi excellentiſſimae uirtuti pmiū
quoq; āpliſſimū deberi cōfirmat. Cūq; triplicē fructū pponat. xxx. cōiugatis: q ī ſtmus gradus ē. lx.
cōtinētibus q mediū locū obtinēt: uirginibus aūt: quorum dignitas cęteris oibus āteferē: Matthęo Euā
geliſta prodente: fructū cētesimum merito tribuendū eſſe intelligimus. Nā & hi ſunt: qui in Apoca
lypſi Ioannis: ſecūtur agnum quocunq; ierit: cantantes canticū nouum ante Thronū Dei: quod ſoli
modulantur: qui cū mulieribus nō ſunt coinquinati: & labem carnis: atq; īmunditiam omnem exe
crati: amiciuntur ſtolis albis: & corona īmortalis glorię decorantur. Tanto quippe uirginitas maior
reliquis: tanto preſtabilior eſt: quanto fructus centeſimus reliquos duos ſuperat: atq; illis cumulatio
rem menſuram reddit. Bene igitur de uirginitate loquens Ambroſius: Pulchritudinem inquit: quis
poteſt maiorem aeſtimare decore Virginis: quae amatur a Rege: probatur a iudice: dedicatur domi
no: cōſecratur Deo? Bene & Cyprianus: quo inquit: Virginum ſublimior gloria eſt: maior eſt cura
flos eſt illa eccleſiaſtici germinis: decus: atq; ornamētū gratię ſpiritualis: illuſtrior portio gregis Chri
ſti. Hieronymus aūt qui primas ſemper uirginitati dedit: uirgines ſimiles Angelorum eſſe aſſeuerat:
& eas proculdubio affirmat eſſe foelices: tanq̄ uere imitentur Chriſtum: quē Virginem de Virgine
natum: Virginitatem praetuliſſe cōſtat. Vere n. īq; uirginitas a catholicis Doctoribus Angelis dicitur
eſſe cognata. Quid eſt. n. Virginem agere: niſi ut Hieronymus noſter ait: in corpore: ſine corpore ui
uere: ut ipſi dicimus in carnis ergaſtulo: uitam imitari Deorum? Quantis igitur Catherina Senenſis
laudibus efferenda eſt: quae conciuis noſtra: bonis orta parentibus: prius ſeſe dicauit Deo: q̄ Deum
poſſet per aetatem cognoſcere. Quę inter ipſa uitę primordia: ſex annos nata: ut ſoli Deo ſeruiret: he
remi ſolitudinem concupiuit: atq; ab ipſa tenella ętate Virginitatē ſuam Deo conſecrauit: & ſe uni in
ſtituit cęleſti ſponſo Virginem caſtam exhibere Chriſto. Sed quae uera: quae perfecta uirginitas eſt?
Illa nimirum quae ſociam habuerit ſapientiam. At quā ſapientiam? Certe non humanā: de qua ſcri
ptum eſt: Perdam ſapientiam ſapientum: & Prudentia prudentum reprobabo. Sed illam in quā pu
ram uerāq; diuinam ſapientiā: cuius duplex gradus eſt: falſa intelligere: uera cognoſcere. Quę uniq;
claritas eſt: & lumen cordis humani: per quā contēpta humanarum rerum fragilitate: ad cognitio
nem creatoris Dei: & ad ueram amplectendā religionem inſtituimur: cuius: ut ait glorioſus Bernar
dus: duplex munus eſt: declinare a malo: & facere bonum. De qua uere: & eleganter a Lactātio Fir
miano dictum eſt: idcirco data eſt homini ſapientia: ut cognita bonorum: malorumq; natura: & in
appetendis bonis: & in malis declinandis: uim ſuę orationis exerceat. Et rurſum a Salomone. Infini
tus eſt theſaurus hominibus ſapientia: quo qui uſi ſunt: participes facti ſunt amicitię Dei. Hanc qui
adeptus eſt: genus omne uirtutis amplectitur: & in humana cōciliatione iuſtitiam colit. Pietatē uero
ac religionem ad ſummū ſanctiſſimumq; diuini cultus honorem: in cuius ſtudio: ſemper & contem
platione uerſatur. Nam uera ſapientia: ac uerę religionis Pietas: inexplicabili nexu: indiſſolubili uin
culo copulantur. Hanc utraq; Chatherina Senenſis cumulatiſſime aſſecuta eſt: quippe quę Deū ſem
per tota mente contēplabatur: & erat orationi ſemper intenta. Quę adhuc paruula āmirabili uiſiōe
uidit In maieſtate ſedentem Chriſtum dei filium: & illa cum Paulo apoſtolo intuita eſt arcana cęleſtia
quę fari nō poteſt lingua mortalis. Diuinarum autem rerū: & ſanctarum ſcripturarum periſſima de
Deo īmortali: de religione: de pietate: ac diuino cultu: de diſciplina uirtutis: de iuſtitia: de charitate:
multa & uerbo pręcępit: & litteris cōmendauit. Multorū ſtultos errores: atq; impiam ſuperſtitionem
ſapientiſſime cōfutauit: & ſpiritu donata Prophetico multa & prędixit ſaepe: anteq̄ fierēt: & occultiſſi
ma reuelauit. Quod eius inſigne Virginitas: & ſapiētia erat: Virginitatis: & ſapientiae praemiū Pro
phetia. Quāobrē & qdā Romani Pontifices: Gregorius. xi. & Vrbanus. vi. hac ipſa iubente Deo: in
rebus magnis pro eccleſia gerēdis auctore ſunt uſi. Erat. n. Virgo ſapiens. Sed ſicut fides: ſic ſapiētia
ſic uirginitas ſine operibus mortua eſt. Itaq; iubet ſaluator uigilandū: atq; orādū: ne tētationi pateat
carnis infirmitas. Et beatus ille ſeruus: quē die: noctuq;: & ī quacūq; uigilia dominus uigilantē: atq;
excubantē inuenit. Nā & ſobrii eſſe: & uigilare debemus: ut ſęuiſſimi: & callidi hoſtis uitemus īſidias:

qui tanq̄ Leo rugiens circuit/quærens quē deuoret: mille nocendi artes cōfingit: laqueos nectit: &
multiplices machinatur dolos: cui reſiſtunt fortes ī fide: & omni tēpore ī ſanctæ religionis operibus
uigilātes: quæ ſunt: humilitas/patientia: auſteritas uitæ/abſtinētia/animi magnitudo/miſericordia:
laboris aſſiduitas: cœteraq̄ id genus. Humilis fuit: quæ uilis apud hoīes: & abiecta uideri uoluit: & in
paterna domo etiā ancillari officio functa eſt. Patiēs fuit: quę Diabolicas tētationes malignātiū ſpi/
rituū pugnas: iproborū inſectationes: patientiæ clipeo: & fidei galea/ſuperauit. Auſtera fuit: quę di/
gnos fructus penitentię fecit: & beati Dominici regulam: quę in Eccleſia Dei maxime ſemꝑ floruit:
profeſſa uſq̄ in finem perſeuerans cōſtantiſſime ſemꝑ/cumulatiſſimeq̄ ſeruauit. Abſtinēs fuit: quæ
carnē ſ domuit: ieiuniis/uigiliis/uerberibus/corpus afflixit: amicta cilicio/ligneo lectulo/& ſcabello
pro puluillo uſa: plumas execrata: delitias oēs cōtempſit: uini/ & carnium uſum prorſus abiecit: ali
quādo ſolo herbarū ſucco: diu ſola euchariſtię cōmunione contēta: ita ut nec pane/nec leguminibus
ueſceretur. Accincta fortitudine/oēs perturbationes animi ſuperauit: & cū dęmonibus crebro lucta
ta/ſeſe inuictam pſtitit: uictrix ſemper euaſit. Quis referat miſericordiā eius: quę benigne pauperes
Chriſti fouit: quia īdulgēte patre larga manu ſubuenit: pauit eſuriētes/potauit ſitientes/nudos ope
ruit: ęgrotātibus miniſtrauit: afflictos & calamitate preſſos ſolata eſt: & ſtudioſe pro Xp̄i nomine:
corporali ſimul & ſpirituali auxilio profuit/nec modo ſingulis ꝓfuit hoībꝰ: ſed ēt populis: quod Flo
rentini teſtantur/pro quoꝝ pace/quo tēpore cū Eccleſia diſſidebant: & erant iterdicto ſubpoſiti Apē
ninum/& Alpes tranſgreſſa: Auinionem uſq̄ ad Romanū Pontificē profecta eſt. Fide/Spe & Chari
tate munita. Poſtq̄ duas horas ſomno īdulſerat: reliquū omne tēpus uigilabat/orabat/ꝑdicabat: opa
miſericordię exercebat. O fœlicē Virginē/o ancillam Dei glorioſam/o prędaram Chriſti ſponſam.
Quis ſatis digne laudare uirtutem eius: qs referre īnumeras: & āmirabiles eius Virginis laudes!
Quis cōmemorare poſſit! Sed magnū/ſed ſanctū/ſed celebre ī populis eſt Catherinę nomen: cuius
ſanctiſſimā uitam ſecuta eſt gloria mors: ſiquidē peracto tertio/& xxx. ętatis anno obdormiuit ī Do
mino: & quod multis/ac perſpicuis reuelationibus īnotuit: in cęlū tranſlata eſt: ꝑpetuo regnatura cū
Chriſto. Coronā īcorruptā atq̄ īmarceſſibilem aſſecuta eſt in cęlis: miraculorum gloria refulget ī ter
ris. Sed eoꝝ pene ī finitus eſt numerus. Vnū nequeo prętermittere: quod ad filiū ſpectat: quē habeo
unicū Nicolaū Frāciſcū: q proximis ānis ęgrotans cū deſperata ſalute iam prorſus ab omibus extin
ctus putaretur: Caterinę Virgini cōmendatus: ſubitoq̄ q iam fere mortuus erat: reuixit: & dolore ta/
beſcēti patri: mirabile dictu: breui fuit/ac diuinitus reſtitutus īcolumis. Scitis plęriq̄ qa uera loquor
& q uidit/teſtimoniū perhibet. Habeo ſummo Deo grates: q ſanctoꝝ ꝑcibus: & huius glorioſę Vir
ginis īterceſſione tāto me dignatus ē donare munere. Sed deficiat me dies: ſi de miraculis eius dice/
re ꝑgam. Comprimam ipſe me: nam multorū dierū oratione ad hāc rē opus ēēt. Illud patet in prōp
tuq̄ eſt omnibus quod propter exploratam eius ſanctitatē & ob ſummam miraculorū gloriā diſpē/
ſante Deo/a diuino Pōtifice Pio. ii. ī ſanctarum Virginū catalogū aſcita ē: quas Romana ueneratur
Eccleſia: eius glorioſa ſolēnitas ab uniuerſali fideliū cōcione celebratur. Multę orbis natiōes/ac po
puli ſanctis mulieribus gloriātur. Gloriatur Alexādria Martyre Catherina/Aſia Priſcilla/Antiochia
Margarita: Bithinia Theodora/Britānia Edeltruda/Capadocia Dorothea/Aegyptus Eugenia/Oriēs
Sotherę/Paleſtina Maria quā Aegypciacā cognominātꝰ/Mauritania Felicitate/ac Perpetua/Thebais
Euphraſia/Sicilia Agatha/Scotia Brigida: Hiſpania Eulalia/Vngaria Elyſabeth/Gaudent Syracuſæ
Lucia/Mediolanū Euphemia/Aſſiſiū Clara/Tibur Simphoroſa/Cumę Iuliana/Oſtia Prepedigna:
Rauēna Valeria/Pariſius Ygenoupha/Tolletum Leocadia/Karthago Ianuaria/Tyrus Anatolia/
Pergamū Agathonica/Ceſarea Reparata/Iconiū Tecla/Cizicū Fauſta/Lętatur Sena nobilis urbs
Etruriæ: Lętatur Sena fœlix ciuitas Catherina Senēſi: cuius ſanctitas toto orbe diffuſa clareſcit/quæ
patrum noſtroꝝ memoria/intra hæc mœnia orta: & cū parentibus noſtris conuerſata: nunc cū ſacra
tiſſimo choro Virginū cū Agnete/Apolonia/Priſca/Emerentiana/Petronilla/Praxede/Chriſtina:
Cecilia/Barbara/Iuſtina/Vrſula: cœteriſq̄ ſacris Virginibus triūphat in cælis: & una de numero pru
dentum: quæ ſumpſit oleum in uaſis ſuis cū lampadibus obuiam ſponſo prodiēs in cæleſtibus nu/
ptiis optati ſponſi/optatis potitur amplexibus/ac dulciſſima uiſione perfruitur: & cum æternæ beati
tudinis/atq̄ īmortalitatis gaudio/inter filias Ieruſalem: & inter ſanctos ſors illius eſt. Illud uere dicere
poſſit Senenſis populus: neq̄ ē. aut aliquādo fuit/tā grādis natio/q̄ habeat Deos appropinquantes
ſibi: ſicut adeſt nobis Deus noſter. Ciuitas Virginis: queq̄ Gęnitricis Dei: almę diuę: ſuperorū atq̄
Angeloꝝ Reginę: titulo/& nomine gloriatur: poſt īclytos Martyres Creſcentiū/Anſanū/Sauinum:
Victorē/Bernardinū prędicatorē ueritatis/huius patrię lumen noſtri ſęculi decus: ī tra ſuos penates
aduocatam habet/& Catherinā Virginem apud deum: & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: ut iam
multiplicatis īterceſſoribus/eiuſmodi beneficia cōſequamur. quæ ſummū ſplēdorē: ſummā huic po
pulo cōferāt dignitatem. Tāto igitur freti patrocinio/maiore fiducia depręcemur æternū/atq̄ oīpo/
tentē Deū: ut huius Virginis meritis: Diaboli effugiamus īſidias: mūdi deſpiciamus noxia blādimē
ta: repugnātē/ac reluctātē carnē/mētis/ac rationis legibus ſubiiciamus: ut ſobrie/iuſte/caſte pie uiuē
tes ī hoc ſęculo: expectātes beatā ſpē: & aduētū glorię magni Dei: & tā firma defenſiōe ꝓtecti: priua
tim qdē adipiſcamur aīarū ſalutē: publice uero tranqllitatē: qetē/cōcordiā: & illā īprimis: quā mun
dus dare nō poteſt pacē: ſed ille tribuit ſolus q unus uiuit ī trinitate ꝑfecta ꝑ īfinita ſęcula ſęculorū.

¶ Voi deuotiſſime madri: & uenerabili dõne: accioche a noſtra cõſolatione ĩ alcuna parte ſiate participi del ſermone: & del parlare noſtro: facto p reuerentia della glorioſa uergine ſancta Catherina Seneſe: douete intendere: che a ſua laude: & a ſua cõmemoratione habiamo atteſe: & conſiderate tre cõtemplatione principali. Prima della ſua uirginita: Secundario della ſua ſapientia: Tertio della ſanctita: & perfectione ſua in tutte le opere pertinenti alla ſcã religione. Peroch cognoſcẽdo queſta glorioſa ſancta: di quanta nobilita: & di quanta excellentia ſia lo ſtato delle ſacre Virgini ĩ multo tenera eta cõfirmo: & ſcõ pposito dedico el corpo ſuo & cõſecro la ſua uirginita al omnipotẽte: & ſuperno creatore: & uolſe pſeuerare ſe mundo: & imaculato uaſe pretioſo: & puriſſimo tabernaculo di itegrita & perfecta pudicitia: come a digna ſpoſa di Chriſto ſi cõuiene. Elegẽdo: & ſequendo quello ſtato loquale in tutta la cõgregatione de fedeli e piu perfecto: piu excellente: & ſupremo. Alloquale la infallibile Euangelica uerita infra tutti li ſtati della humana uita attribuiſce: & cõcede el principato: & aſſigna el primo loco del fructo cẽteſimo: & piu exuberãte ne la multiplicatione della gratia. Et pche la Virginita ſenza la ſapientia e impfecta habiamo demõſtrato ſecondo la fragilita del nro ingegno: quãto queſta ſacra Vergine fuſſe ſempre ĩ tutta la ſua uita prudẽtiſſima: & ueramente ſapiente: & del bel numero una delle beate uirgini prudẽti: renuntiando al mondo & a tutta la uanita: & delitie temporali diſprezando tutte le coſe caduce: & trãſitorie: & tutte le fallaci & momẽtanee poſſeſſioni: riſguardando: & ſequendo ſolamente el ſommo & ĩ cõmutabile bene. che e ſolo lo eterno Dio: creatore del mondo: & redẽptore della humana generatione: & ſubtracto lo ſuo affecto da tutte le coſe terrene: ſolo cõtẽplando Dio: deſiderando: & amãdo qllo: doue cõſiſte lultimo fine noſtro: & la felicita uera: & la uera beatitudine della cęleſte uita. Vltimo habiamo ſuccintamente tractato della pfecta ſanctimonia di qſta beatiſſima uergine manifeſtata nello exercitio di tante uirtu: nella uniuerſale obſeruãtia della diuina legge: & abnegatione della propria uolũta: & nella executione di tucte le ſancte ope reqſite alla integrita della perfecta religione. Et maxime della grande humilita: della ſingulare patientia: della auſterita della uita: della ſumma abſtinentia: della pſeuerante cõſtãtia: della ĩextimabile miſericordia: delle continue exercitationi: mediante lequali ſanctiſſime ope e ſtata ornata: & decorata dallo eterno Dio: & in uita: & poi alla morte della gratia: & euidentia di tanti miracoli: della quale coſa dificilmente ſi potrebbe p humana eloquentia: & p mortale lingua ptractare ĩferendo particularmẽte la liberatione del mio unico: & dilecto figluolo nel grauiſſimo languore: & mortale infirmita giudicata: loquale nientedimeno ſi degno la diuina clementia pli meriti delli ſuoi ſancti: & cõmendatione di queſta ſacra uirgine mirabilmẽte liberare. Et ĩ fine come aſſumpta al cęleſte regno: triũpha in cęlo cõ lo ſacratiſſimo choro delle ſancti uirgine: & fruiſce la ĩmortale beatitudine: & eterna gloria. Et hora eſſendo di tãta gratia nel cõſpecto dello eterno Dio dobiamo pregare lei deuotamente p lo ſuo populo Seneſe: ſiche p li ſuoi meriti & efficace intercesſione cõſeguiamo deſiderata ſalute: & ultimamẽte qllo glorioſo fine: alquale aſpira ogni rationabile appetito: & humão deſiderio. Dixi.

¶ Menſe Octobri Caliſto. III. Pont. Maxi. celebrata eſt ſancti Caliſti Martyris ſolẽnitas: & pręcepto Magiſtratuũ: ab omni ciuitate Senenſi feſtus dies actus ẽ: & officiũ in cathedrali eccleſia a primis ueſperis: & deinceps duplex maius decãtatũ eſt. Et cantata inſup miſſarũ ſolẽnia: cũ adeſſent ĩ eodẽ tẽplo Magnifici dñi: Vexilliferi: qndecim uiri: & oẽs totius urbis Magiſtratus magna cũ põpa: & apparatu: & ciuiũ ſumma freqntia: & totius populi magna celebritate: cũ oblatione multorũ cereorũ: & deuotiſſime oĩa ad feſtũ diẽ inſtructa ſunt: iuſſu. xv. uirorũ: habuit Secretarius Reipublicę Auguſtinus Dathus ĩ cathedrali eccleſia orationẽ ĩ honorẽ ipſius Martyris: q̃ & recitauit ĩtra miſſarũ ſolẽnia pro marmoreo excęlſo ſuggeſto: & ea fuit huiuſmodi: quæ eſt ordine quinta.

COnſueuerunt plereq; mũdi nationes ac gentes: Illuſtres Magiſtratus: Orator clariſſime uenerãdi patres: uoſq; reliq uiri Seneſes: eos miris ſemper: ac ſũmis laudibus efferre: quos pręcipua uirtute: ſingulari integritate: ãmirabili uitę cõſtantia pręſtare a ĩaduertiſſent. Id ſtatuẽtes (ut arbitror) nõ ſolũ uberrimũ eſſe uirtutis alimentũ laudẽ: ſed etiã uerũ cõſentaneũ & a deo conſtitutũ pręmiũ: iis q recte: iuſte: ac pclare in terris uixerint. Itaq; alii coronati ſũt: aliis aurea argẽtea: aerea: marmorea ſigna ſũt poſita: Multi eruditorũ hominũ uoce carminibus hiſtoria celebrari: pleriq; omnes glorioſis ĩſignibus: atq; ornamẽtis affecti. Quod ſi & ſuſcipere: & aſſequi meruerũt: ĩ qbus nõ uera: nõ perfecta nõ abſoluta: ſed ficta quędã: atq; adũbrata uirtus erat: qd nos facerẽ debemus ĩ eos q uerã ſapientiã: religionẽ: iuſtitiã: pietatẽ: & cuiuſq; generis uirtutẽ aſſecuti: tũ ſolidę laudis meritis claruerũt: tũ ſoluti corporũ uinculis: & ĩ cęlũ trãſlati: cũ Xp̃o regnãt: & æuo ſempiterno atq; ĩmortali gl̃a pfruunť? Par eẽ ſtatuo uiri Seneſes: ut ad eos efferendos: celebrãdaſq; tãtę uirtutis ãplitudinẽ: & claritatẽ: oẽs uires ingenii: maximã dicẽdi copiã: ſummã eloquentiã intẽdere: atq; adhibere debeamus. Et. n. laudãdos uiros glorioſos ſapiẽtiſſim9 concionator hortať: ac pcipit: cuiuſmodi illũ eẽ cõſtat: cuius hodie diẽ feſtũ agimus: Caliſtũ uirum ſanctiſſimũ: Sacerdotẽ magnũ: inuictũ Athletã: & glorioſum Chriſti Martyrẽ: cuius laudes cogitanti mihi: illud Lyſiæ magni Oratoris cõueniat. Neq; oẽs ætatẽ cunctis mortalibus parẽ orationẽ pclaris huius

opibus pſtare poſſe. Nã cũ ſe ad ſũmũ bonũ adipiſcẽdũ: ad cognoſcẽdũ & diligẽdũ cõditorẽ Deũ:
ad imitãdũ Redẽptorẽ ac ſaluatorẽ Ieſum Xpm: natũ eẽ intelligeret: ſpretis hũanis ac fallacibus bonis
ad æterna cæleſtis theſauri præmia aĩum oẽm: & cogitationẽ conuertit. In lege dñi dies meditatus:
& noctes: ita uirtutẽ cõplexus ẽ ut ſine macula mortalẽ uitã tranſigeret aurũ .i. hũanæ uitæ labẽ cõ
tẽneret: nec ſparet ĩ pecunię ludibriis: pro qbus plęriq; hoĩes iura oĩa diuina & humana ſubuertũt.
Voluptatũ aſpernaret̃ illecebras: q̃ aĩas hoĩum pernitioſa titillatione deliniunt ac proinde teterri
mã labẽ exoſus: ſemetipſum abnegauit: & accepta cruce ſua: ſecutus eſt eũ: cui q ſeruit regnat: q pa
ret: ſperat: q placet beatus eſt. Præclara & eximia predicanda eſt Caliſti uirtus: q bellator fortis ac
pugnator acerrimus: mundi laqueos confregit laſciuientẽ carnis ĩmunditiã domuit: callidi hoſtis: &
aduerſarii Dyaboli ſuperauit inſidias: deniq; legitime decertans dignũ ſe corona preſtitit: quã repro
miſit Deus diligentibus ſe. Cũq; ſancti ac diuini numinis inſpirante gratia ad ſacri Pontificii culmẽ
aſſumptus eſſet: ita Chriſti gregi: & eccleſiæ ſanctæ pręfuit: ut oĩa conſilio prouideret: ſapientia rege
ret moderatione tẽperaret: diligenter tueret̃ uirtute iuſtitia & ſanctitate pficeret. Illud Apoſtolicus
probans. Qui epiſcopatũ deſiderat: bonũ opus deſiderat. Deſiderare eũ qdem bonũ opus: ſed opor
tere eiuſmodi hoĩnem irreprehenſibilem eſſe. Verũ ut ad faſtigiũ pertingeret ſummę laudis: uoluit
hic magnus Pontifex p Xpo mori: gratia ſubire tormenta: exqſitos ppeti cruciatus: Abluit ſtolam
ſuam in ſanguine agni: ut coronã incorruptibilẽ: ſemp uirentẽ palmã: glorioſum martyrii diadema
ſuſciperet: ſuos prædeceſſores imitatus: quos oẽs ſanguinẽ p Chriſti fide certantes fudiſſe cognoue
rat. Petrũ principẽ Apoſtolorũ paſtorẽ electũ dominici gregis: & ſaluatore Ieſu pontificẽ conſtitutũ.
Linũ q Petro in Apoſtolica ſede ſucceſſit. Mox ceteros: q deinceps ſerie quadã ſubſecuti ſunt Cletũ:
Clementẽ: Anacletũ: Euariſtũ: Alexãdrũ: Sixtũ Theleſphorũ Iginũ Piũ: Anicetũ: Sotherem Eleuthe
riũ: Victorẽ: Zepherinũ. Cui porro ſucceſſit Caliſtus: cuius hodie ſolẽne: & memoriã recenſemus.
Nam id erat per ea tempora pontificibus maxime propoſitũ: ut pro tuendo nomine Chriſtiano præ
berent iugulũ: & p uere religionis fide ſeruanda: ultro ſe extremo ſupplicio deuouerent. A quorũ cõ
ſuetudine ne diſcederet hic ſummus Pontifex: & ipſe quoq; martyrio coronatus eſt. Quippe quẽ im
pius Cæſar Alexander primũ dierũ quinq; affecit inedia ita ut nec cibũ neq; potũ ſumeret: deinde
fuſtibus & uerberibus cædi iuſſit. Poſtremo cõſtrictũ: & mẽbra ligatũ p feneſtrã pręcipitem in puteũ
dari. Atq; ita migrauit ad dominũ: cũ ſediſſet annos .v. menſes .ii. dies uero .x. Qui diẽ obiens: neq;
de ſe fortunæ decernendũ pmiſit neq; maturã mortẽ expectauit: ſz pclarã potius & glorioſam dele
git: ſepultus eſt aũt in eo loco quod ab eius nomine Cimiteriũ Caliſti uocant. Huius illa extant præ
ter cœtera memorabilia opa: qđ obſeruationẽ ieiuniorũ p quattuor anni tẽpeſtates inſtituit: baſilicã
trans Tiberim condidit: cimiteria in uia Appia effecit. In qbus multa ſacerdotũ Martyrũ humata ſũt
corpora. Huius maximã in fide ſinceritatẽ: ſummã intollerandis ſuppliciis cõſtantiã: atq; animi ma
gnitudinẽ: incredibilẽ in pſeuerando firmitatẽ: ſatis laudare nemo poſſit. Vere igit̃ Caliſtus & dictus
& appellatus eſt: q Gręco genere ſermonis interpretat̃ optimus. Sed qs nõ Caliſtus optimus? Tres
nanq; ad noſtra uſq; tẽpora in eccleſia Dei: Caliſti ſummi Pontifices celebrant̃ Diſpares qdem ætati
bus: ſed certe moribus nõ diſſimiles. Primus Romanus: quẽ hodierno die memorat ac decantat ec
cleſia: q uanã ſuperſtitionẽ: & ab hominãdã Idolorũ culturã ĩprobauit: cuiuſq; precibus & quattuor
eodẽ tẽpore Idolorũ Sacerdotes diuino fulmine abſumpti ſunt: & ara Iouis incenſa: ãmirabile dictu
Alter Caliſtus Burgundus: q falſam: pernitioſam: & nefariã Heretycorũ prauitatẽ ſubſtulit. Nã & in
Toloſana Synodo: quã frequentiſſimã anno primo ſui pontificatus coegit: accitis cunctis ex Gotia:
Gaſconia Hiſpania & citeriore Britãnia magnis ſapientiſſimiſq; pręſulibus dãnati Heretici: & ab ec
cleſia depulſi ſunt oẽs: q ſub falſa religionis ſpecie: dominici corporis & ſanguinis ſacramentum: ba
ptiſma paruulorũ: Sacerdotiũ cœteroſq; eccleſiaſticos ordines: & legitima dãnabant fœdera nuptia
rum. Nec multo poſt tẽpore cũ Romã teneret urbẽ: conuocato rurſum ſanctorũ patrũ conuentu: oĩa
Burdini Hereſiarchæ deteſtanda dogmata ſublata: & q̃ ab eius ſectatoribus pſeudo Epiſcopis inſti
tuta forent: irrita facta ſunt oĩa. Tertius nunc Caliſtus ſedet: q a ſuperioribus illis deleta Idolorũ cul
tura: & Heretica prauitate ſublata (ut certe magna ſpes eſt) Barbarorũ ĩmanitatẽ perfidiã & furorẽ
comprimet: accinctus beati Petri gladiũ armabit ſe ad ultionẽ impiorũ: inſurget acriter aduerſus p
fanũ agreſte ac teterrimũ hominũ genus: & magnanimis Principibus ac Regibus potentiſſimis cõ
uenientibus in unum: potenti dextera excęlſi Turcorũ fœdã atq; impuriſſimã gentẽ ſuperabit: quæ
Conſtantinopoli expugnata: Raſcia oppreſſa: Pelopõneſo Epiro cũ exercitu tranſmiſſo: in tota Græ
cia debachat̃. Iam Vngaros piũ & fidele genus premit ac pene Italiæ finibus ĩminet. O magnum:
atq; diuinitus inſpiratũ Pontificẽ: q ſimul atq; a ſacro patrũ cętu deſignatus eſt: uotũ uouit altiſſimo
ut fidẽ Chriſti tueatur. Turchos depellat: illorũ propulſet iniuriam: illatã catholicæ plębi contumeliã
ulciſcat̃: Cõſtãtinopolim uindicet: ſubactã Gręciam de manibus impiorũ eripiat. Quod qdẽ ſanctiſ
ſimum propoſitũ ac ſalutare cõſilium: ut cõmodius: atq; efficacius proſequat̃: ab optimis fundamẽ
tis auſpicatus in initium: ad conciliandã & ad firmandam Italię pacẽ aĩum conuertit: & ſuæ ãmirabilis
prudentię opam cõtulit: ratus fruſtra expeditionẽ in Turchos cõparari: diſſidentibus inter ſe ac bel
ligerantibus Chriſtianis populis. Quę uero hactenus effecerit: teſtis imprimis: uiri Senenſes: ueſtra

ſit ciuitas:cuius libertatē iniuſte laceſſitā conflato magno exercitu-tanto amore:tā uero cordis affe-
ctu-tā flagrāti pietate defendendā ſuſcepit:ut nec ullis parſerit ſumptibus-nec laboribus:quo Senā
.i.Romanę eccleſię ſepē(ut ipſe apellat)ab inſidiantiū oium defendat Iniuriis. Quę oīa idcirco fa-
cit prouidentiſſimus paſtor:ut ſedatis Italicis cōtentionibus:ſopitis inteſtinis bellis:aduerſus infide
les arma conuertat:& hoſtē impiū-& teterrimū ex Europa deturbet. Quā uictoriā ut conſequatur:
ſupplicibus uocibus deprecemur oīpotentē-atq; imortalē Deum-ieiuniis-helemoſinis-orationibus:
eius opē-atq; auxiliū implorantes:ut deuicta barbarorū impietate:ſacri Euangelii ſonus in omnem
terrā exeat:& in fines orbis terrę glorioſum Chriſtianæ fidei nomen-ac decus longe-lateq; fundat.
Glorioſiſſimę Virginis diuæ Marię intercedētibus meritis:& illius adiuuantibus precibus:q p Chri
ſti fide hodie paſſus eſt:& nunc in cęlis triumphator aſſiſtit:ei:qui infinitis ſeculis regnat.

Hora deuotiſſimo populo eſſendo nota la cagione della preſente ſolennita-ordinata p q̄ſti Magni
fici rectori:& Magiſtrati:ſi exhortano le deuotioni uoſtre-& excellentie:che uoglino cū optimo aio
porgere humili preci allo eterno Dio:& benigno creatore:che p li meriti della ſua dulciſſima-& glo
rioſiſſima madre delli beati Principi-delli Apoſtoli-Petro & Paulo:& del fideliſſimo Martyre ſancto
Caliſto-ſi degni proſperamente-& cō ſomma gloria cōſeruare-& augumentare la Sacroſancta Ro
mana eccleſia:& al ſuo optimo-& uero paſtore Vicario di Ieſu Xpo-& ſummo pontifice Caliſto.iii.
infundere la ſua imenſa gratia:p la quale come benignamēte-& cō ſi feruēte amore-defende-fauore
gia-& mantiene la liberta-& lo ſtato di queſta republica:demonſtrando la ſua ualoroſa potentia-con
tra le inuidie delli iniuſti pſecutori:coſi proueda:& cōferiui ppetua-ſtabile-tranquilla-& ſecura pace
p la uniuerſa Italia:& p tutti li populi Chriſtiani refrenando la Barbarica infedelita:acciochè domito
lo crudele-& maligno inimico Maumethe impio ſignore delli Turchi:& ſubiugate le Barbare natio
ni:extēda la gloria della religione ſancta fede catholica-& Chriſtiana uerita p lo mondo uniuerſo:a
laude dello eterno Dio-& a ſalute noſtra. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio .VI. de laudibus diui Andreę Apoſtoli.

SVmmis laudibus patres chariſſimi:ſanctus Dei apoſtolus ē efferēdus Andreas:q a ſal
uatore noſtro i electiſſimū gregē aſcitus:relictis oibus q poſſidebat:uere ſecutus ē dñm.
eruditus ab eo-q illuminat oēm hoiem-ac ſalutarē diſciplinā præbet optātibus:uere in
iuſtitia-& ſanctitate pfecit:aqu i ſapiētię ſalutaris ex ubertimo fonte manantē affatim
bibit:abunde potauit. Qui uero audierat magiſtrū-& dominū pcipientē: diſcite a me:
q a mitis ſum-& humilis corde:illius omni ſtudio āplexatus ueſtigia:factus ē obediēs :factus ē mitis
uſq; ad mortē:mortē aūt Crucis. Illud.n.propheticum nouerat:diriget māſuetos in iudicio:docebit
mites uias ſuas. Itaq; nō iniuria id glorioſo Dei Apoſtolo Andreę conueniat:quod de populi Iſraeliti
ci Duce Moyſe in Numeroꝝ libris legitur. Fuit uir mitiſſimus ſup oēs. Vere ſiqdē appellatus ē uir:
a quo ipſa dicta ē uirtus:qd' ſapientes ueteres tradiderunt:quę una res hoiem a cęteris ſeparat ani-
mantibus. Iure mitiſſimus habitus Andreas:q p Xpo mori cupiens:Crucis patibulū ardēter opta
uit:iucunde ſubiuit:cōſtāter ptulit. Atq; ideo coronā & palmā aſſecutus :ſi i beatorū numero mites
recēſentur:ā ndē cęleſtis beatitudinis cōpos effectus Andreas:cū eo-quē imitatus ē:regnat glorioſus
in ſecula. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. VII. de ſacramento altaris.

COgor optimi.ac uenerandi Patres:q p ętatis ſimul atq; ingenii imbecillitate rerū oīu;
ſim prorſus ignarus:de in effabilis rei ſacramēto:ſermonē facere:quā uix p fari poſſit
lingua mortalis. Dicā igit̄ pauca:cū multi tēporis anguſtia no ſuppetat:ut uīæ ſatiſfa-
ciam uoluntati:& horū patrū iuſſui pareā. Piiſſimus generis humani redēptor:cū; ex
hoc mundo eſſet trāſiturus ad patrē āmirabile inſtituit ſacratiſſimi ſui corporis:& ſan-
guinis myſteriū:ut q nīæ carnis mortalitate ſuſcepta-formā ſerui induit:& adueniente plenitudine
tēporis:p Crucis patibulū-nos a ſęuiſſimi hoſtis poteſtate liberauit:ut nīæ fragilitati mederetur:&
totius humani generis ſaluti uſquequaq; cōſuleret:carnē ſuā-quā de itemerata uirgine matre ſum
pſerat:in cibū:ſanguinē uero preitoſiſſimū in potū dedit:& illū i panis:hunc in uini ſpecie-deitatis
ſuę pudētia:& incredibili dono pietatis-ſūinendum inſtituit:ut tanti uirtute ſacramenti:& cæleſtis
alimēti fortitudine:nō ad montē Dei Oreb-quē admodū de diuino quodā Propheta:diuina quoq;
teſtant̄ eloqa:ſed ad ſupnā ciuitatē-ac ſanctā Ieruſalem facilis-atq; expeditiſſimus pateret acceſſus.
Qua pp no maxima abſq; ratione ſacroſancta altaris hoſtia:quā uerus Melchiſedech Pontifex maxi
mus-ac ſummus ſacerdos Chriſtus Ieſus-primus imolauit-panē-ac uinū offerens:uiatici nomen ac
cępit:ut itelligāt oēs:quos uerę fidei-ac diuinę pietatis claritas illuſtrauit:eius uiatici ſalutari pſidio:
ad ęternę uitę pmiū ueniēdū. Qđ i ſupma nocte cœnę-cōficiēs dedit diſcipulis ſuis:quos tātopē in
mūdo dilexerat:& iuxta ſacri Prophetę uocē-uerę memoriā fecit mirabiliū ſuo ꝝ-miſericors-& mi-
ſerator dñs-atq; eſcā dedit timētibus ſe. Quod enarrās uas electionis-ac magiſter gētiū Paulus Co
rinthiis ſcribens. Ego inquit-accepi a domino-quod & tradidi uobis:qm̄ dñs noſter Ieſus i qua no-
cte tradebat̄-accepit panem:& gratias agens fregit:& dixit. Accipite-& manducate:hoc eſt corpus
meū:quod p uobis tradet̄:hoc facite in meā cōmemorationē. Hodie tāti ſacramēti ineffabile donū

collatū eſt nobis. Itaq; ex toto corde & cūctis mētis noſtræ uiribus īmortales piiſſimo Saluatori gratias pſoluamus: & imenſam maieſtatis eius clementiā deprecemur: ut nos & æternę ſalutis participes digneť efficere: & eaȝ imparati optantibus nobis facultatē: p quā & iugi meditatione & aſſiduę uocis præconio glorificemus nomē eius excelſum ac benedictū in ſæcula ſæculorum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VIII. Habēda Epiphanię celebritate: qum feſta totius anni ſolemnia conuocato in templū Chriſtiano populo ſignificantur.

MIra Saluatoris noſtri benignitas frēs chariſſimi ab ipſo creatiōis initio ineffabili pietate generi ſemp pſpexit humano: q hoīes ad imaginē ſuā: ac ſimilitudinē conditū innumeris decorauit muneribus: & coronatū gloria admirabilibus exornatū inſignibus: cunctis creaturarū generibus prætulit: manuū ſuaȝ opibus quaſi dominatorē pręfecit. Ad cęleſtis regni imortalitatē adipiſcēdā genuit: ut ambulantē in lege eius: et iuſtitię opa obeuntē: poſt mortalis uitæ curſum diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participē. Cūq; p culpā lapſus ac p aduerſarii inſidias præuaricator effectus iura æternę hęreditatis & cœleſtis gloriæ pdidiſſet: per ineffabilē redēptoris Dei bonitatē tandeȝ meruit reparari. Itaq; adueniente plenitudine tēporis: ut Apl's ipſe teſtať: generis miſertus humani de cœlis a regalibus ſedibus & a ſupni ſolii culmine uenit in mūdū. Et q erat ſplendor patris & figura ſubſtātię eius natus ex muliere: ut Prophetaȝ ſcripturas impleret: uerbū caro factū eſt: et habitauit in nobis. Id qđ nup dominicæ natiuitatis ſolēnitas declarauit. Ille ipſe hodie adoratus a Magis: a Ioanne ī Iordanis flumine baptizatus ex aqua uino facto deus apparuit. Per ſacratiſſimā mortē ſuā mortē noſtrā deſtruxit: et uitā reſurgēdo reparauit: aſcendēſq; ad cœlos locū nobis æternæ beatitudinis cōparauit. Miſſo deniq; Paraclito ſpū ſcō cœleſtium bonoȝ omniū uoluit nos eſſe participes: ut agnito ſūmo & incōmutabili bono: quæ ſancta atq; indiuiſa Trinitas ē: p ſacroſanctū atq; admirabile ſacramentū & pretioſi corporis & ſanguinis Chriſti ſalutare uiaticū ad æterna cœleſtis theſauri præmia dirigamur. Igiť ad ueſtrā ſpūalem lætitiā atq; animorum ſalutem: Scitote fratres chariſſimi

VIII. kal. Februarias Septuageſimam fore

III. Idus Februarii Diem Cinerum & initium ſacri ieiunii quatragenarii.

IIII. kal. Aprilis Glorioſam reſurrectionem: cum paſcha noſtrum imolatus eſt Chriſtus.

Nonis Maii: Eleuationē admirabilē Redēptoris nr̄i: qn̄ aſcēdēs ī altū captiuā duxit captiuitatem.

XVI. kal Iunias: Sacratiſſimā Pentecoſten: in qua adueniente Sp̄s ſancti gratia facta eſt ſūma bonorum omnium plenitudo.

IX. kal. Iunii: Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis ſacra ſolemnia: unde uerum eſt gaudium: atq; æternæ & mortalis beatitudinis præmium..

V. kal. Iunii: Venerandam dominici corporis & ſanguinis cōmemorationem: ut mentibus noſtris panis uiuus qui de cœlo deſcendit iugiter perſeueret.

Quæ diuina myſteria ac ſacra ſolēnia recolētes ad æterna mereamur cęleſtis patrię gaudia puenire: illo ipſo tribuente q p infinita regnat ſæculoȝ ſæcula.

Annuntiaſi dilectiſſimi in Chriſto ad ſpirituale letitia & conſolatione delle anime uoſtre come Adi. xxv di gennaio ſara laſeptuageſima: &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. IX. Ad idem.

SAluator noſter frēs chariſſimi q erat ex patre an̄ ſcl'a genitus de Virgine quoq; ī ſęcula naſci dignatus ē. Et aſſūpta noſtrę carnis mortalitate Prophetaȝ ſcripturas ipleuit: ſacra patefecit oracula: figuraȝ īuolucra explicauit. Veteris legis umbra ceſſante exultare debemus Xp̄o Ieſu Redēptori nr̄o. Nō qdē āplius ī neomeniis ac Iudęoȝ ſabbatis: ſed inſignibus ac ſacris diebus ſolēnitatū noſtraȝ. Natus eſt. n. Saluator noſter nūciatus ab Angelis: paſtoribus indicatus: Circūciſus p lege: adoratus a Magis: a Ioanne baptizatus: ſignis ac pdigiis nō in Iudęa ſolū Deus: ſȝ toto potius orbe notiſſimus. A ſpū ſcō ī deſertū ductus ē: trāſfiguratus ī mōte: paſſus ī cruce: ac p mortē deuicta morte pfectus ad īferos. Tertia die pdiit uictor glorioſus a mortuis: & poſt reſurrectionē ſuā oībus diſcipulis manifeſtus apparuit. Per aſcēſionem uero ſupa regna repetēs ſedet ad dexterā Dei pr̄is. Demiſſo cœlitus Sp̄u ſcō Aploȝ pfecit corda uoces & opa. Vt euāgelizantibus illis recōdita illuſtrareť magnalia. Et trini atq; unius Dei admirabile ſacramētū & icarnati uerbi myſteriū pandereť. Q đ ſub panis ſpecie latēs fieret cibus hominū & ſalutare uiaticū pducēs ad regna cęleſtia. Quæ cū fideliū āniuerſaria celebritate lætificentur: par eſt annunciare credentibus: quibus recolenda ſint p inſtantis anni curriculū ac ſtatutis recenſenda diebus. Itaq; erit &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. X. Ad idem.

MAgno cunctis fidelibus ppl'is gaudio frēs chariſſimi ratio ſuadet: & mira exultatione lętandū. Q đ p incarnati uerbi myſteriū noua mētis noſtræ oculis lux ſupnę claritatis infulſit. Vt Deū uiſibiliter agnoſcētes in inuiſibiliū amorē corda credētiū rapianť. Vere lętandū eſt nobis: qn̄ ęterno patri conſubſtantialis filius in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparens noua nos immortalitatis ſuæ luce reparauit. Sacri inſtitutione ieiunii docuit terrena deſpicere: inhiare cœleſtibus: ſolidam uirtutem & immortalia præmia comparare. Atq; ut mūdi labē & peccata tolleret: uerus agnus oblatus ad uictimam: & pro redimēdis nobis pa

ſcha noſtrũ imolatus ē Chriſtus. Humani generis ſalute in ligno crucis cōſtituta: & p lignũ deuicto hoſte q in ligno deuicerat: ex culpa manātē mortē noſtrā moriēdo deſtruxit: & uitā reſurgēdo reparauit. Ac poſt glorioſã reſurrectionē ſuā/ & diſcipulis oībus manifeſtus apparuit: & uidētib9 illis in cęlū aſſūptus ē: ut nos diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participes. Itaq; aſcēdēs ſup oēs cęlos/ ſedēſq; ad patris dexterā i excelſis/ ſacri dona myſterii largitus ē: ac pmiſſum Spm ſcũ i filios adoptiōis effudit. Huius lumie illuſtratæ fideliũ mētes/ tūc tandē noſſe potuerūt: qm̄ opimus & æternus pater cū unigenito filio & Spū ſcō/ unus ē Deus: unus ē dñs: ut a cōfitētibus uerā ſempiternāq; deitatē/ quę nobis diuinitus reuelata ē: & ī pſonis ppriętas: & i eſſentia unitas: & i maieſtate adoreť æqualitas. De huius munere uenit: ut p uiaticũ ſalutare/ pretioſi corporis & ſanguinis dñi æterno & incōmutabili bono/ perenne ac fœliciter pfruamur. Quæ oia uni electo dominico gregis tributa ſūt: dū illū bonus paſtor p beatos Aplos cōtinua ptectione cuſtodit: atq; iiſdē rectoribus gubernať: quos tāti opis Vicarios eidē gregi cōtulit præeſſe paſtores. Ad feſta igiť uētura nos pręparet: et quas nūciaturi ſumus ſolēnitatū gaudia/ lætos diuina pietas pringere nos cōcedat. Eius īteruenientibus pcibus: atq; adiuuātibus meritis: quæ unigenitū Dei filiū/ Deū ex ſubſtātia patris anũ ſæcula genitū/ hoīem quoq; de puriſſimis ſanguinib9 i ſęculo naſciturū: Sps ſci obūbratiōe cōcepit: et uirginitatis gloria pmanēte lumē æternū mūdo effudit Ieſum Xpm dñm noſtrū. Ille ipſe nos quæſumus uenturus Iudex/ ſtatuat īter oues a dextris eius: & pris benedictiōe donatos/ ac cęleſti pabulo refectos/ ad imortalia pmia deduci faciat beatoꝝ. Cuius Maieſtatē laudāt Angeli/ atq; Archangeli: Cherubin quoq; ac Seraphin & Virtutes cœloꝝ omnes glorificāt in ſæcula ſæculoꝝ. Scitote igiť fratres chariſſimi &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XI. Ad idem.

LAetemur frēs chariſſimi/ qđ p natiuitatē Saluatoris/ atq; īcarnati uerbi myſteriū noua mētis uſę oculis lux ſupnę claritatis īfulſit: et ęterno pri coęternus filius ī ſubſtātia uſę mōtalitatis appatēs noua nos īmortalitatis ſuę luce reparauit. Qui ſacri inſtitutiōe ieiuniū uitia cōprimit: mētē eleuat: pfectā uirtutē īmarceſcibilia largiť & pmia. Ex hūani generis ſalute ī ligno crucis cōſtituta: ac p lignū deuicto hoſte: q ī ligno uicerat/ figuratus agnus/ ſalutaris uictima/ uere digna hoſtia/ uere paſcha noſtrū īmolatus ē Xps. Quæ aūt ex peccati labe fluxerat mortē noſtrā moriēdo deſtruxit: et uitā reſurgēdo reparauit. Cūq; ſublatis ęternalibus portis glorioſus reuixiſſet a mortuis: et multifariā reſurrectiōis ſuæ gloriā oſtēdiſſet: tādē diſcipulis oībus manifeſtus apparuit. Et ipſis cernētibus ē eleuatus ī cęlū: ut nos diuinitatis ſuę tribueret eē participes. Itaq; aſcēdēs ſup oēs cælos/ ſedens ad dexterā pris: quos pcipue ī mūdo dilexerat: ſeptēplici munere donauit: & pmiſſum Spm ſcm̄ ī filios adoptiōis effudit. Cuius lumīe illuſtratæ fideliū mētes/ tūc tandem noſſe potuerūt: qm̄ oipotēs pater cū unigenito filio & Spū ſcō unus ē Deus: unus ē dñs. Vt a cōfitētibus uerā ſempiternāq; deitatē: in pſonis ppriętas: in eſſētia unitas: in maieſtate adoreť ęqualitas. Et adiecto prętioſi corporis & ſanguinis domini myſterio/ ac ſalutari uiatico/ uiaꝫ ueritatis ſectātibus/ facilis ad cœlos aditus/ ac certus ad īmortalia regna pbereť ingreſſus. Quæ oia dominico gregi tributa ſunt: quē bonus paſtor p beatos Aplos ſuos cōtinua ptectione cuſtodit. Dū iiſdem rectoribus gubernať: quos tāti opis Vicarios eidē gregi cōmiſit pręeſſe paſtores. Ad feſta igiť uētura nos præparet: & quas nunciaturi ſumus ſolēnitatū gaudia/ lætos diuina pietas pringere nos cōcedat. Per ſanctā interceſſionē eius: q unigenitū Dei filiū anū ſæcula genitū/ mox hoīem quoq; ī ſæculo naſciturū/ Sps ſci obūbratione cōcepit: & uirginitatis gloria pmanente/ lumē æternū mūdo effudit Ieſum Xpm dñm noſtrū. Per quē æterni Principis maieſtatē laudāt Angeli atq; Archāgeli: adorāt Dominationes: tremūt Poteſtates. Cæli cœloꝝ uirtutes/ ſancta Cherubin/ ac beata Seraphin glorificāt in ſæcula ſæculorū. Scitote igitur &c.

¶ Auguſtini Dathi Oro. XII. De laudibus glorioſiſſimæ Virginis Matris Dei Mariæ.

ADmonet hodierna ſolēnitas: cogit iuſte imperātiū auctoritas: ſuadet obediēdi uolūtas excelſi Domini/ ac excellētiſſimi patres: ut de ītemerata Virgine & glorioſiſſima Dei matre perpauca: cū multa nequeat ībecillitas mea/ in mediū pferēda eſſe/ uideantur. Vna cunctis ſæculis extitit: q mortalis cōditionis dignitatē antecelleret: & gloriam Maria inclyta Regina cœlorū. Quæ uel in ipſo matris utero a totius peccati labe atq; culpæ oīs exempta contagio/ ęternę prędeſtinationis fœlicitatē auſpicata ē. Quę mūdo exorta quaſi ſtella matutina & aurora ueri Solis pnūtiata/ uēturo Saluatori puriſſimū habitaculū pręparauit. A Gabriele archāgelo ſalutata/ cōcepit de Spū ſcō: ac grauis facta cōfeſtim/ humanæ pignus redemptionis accepit. Illū geſtauit ī utero: quē pcurſor glorioſus/ matris aluo clauſus/ & ſenſit & admirando exultauit gaudio. Quādo & bñdicta īter mulieres a cognata Helyſabeth pdicata ē: & bñdictus fructus uētris eius. Quippe quę Saluatorē mūdi genuit: & poſt partū uirgo pmanſit. Sꝫ & quē adorat multitudo Angeloꝝ/ anno xiiii. cōcepit ętatis: quintodecimo pepit: legitimo tpre pſentauit ī tēplo. Tres circiter ac. xxx. cū illo uixit ānos. Ad duodecim (ut pleriq; tradūt) poſt filii paſſionē ſupſtes/ tādē ad regni gloriā tranſlata & ī cęlū aſſūpta ē. Exaltata ſup choros Angeloꝝ ad ſupas beatoꝝ ſedes ſiue ī corpore ſiue extra corpus/ fateť ſe neſcire Hieronymus. Vel ſi cū Auguſtino ſentire malumus: & anima ſimul & corpore: uel qđ ſanctæ mulieri Saxonię diuinitus reuelatū eſt. Prius qdē aīa: mox uero etiā corpore. Nūc cum eo: quem eundem patrem habet/ & filium cœleſtis regni aſſecuta immortalita/

tem quo ſempiterno fruit̃. Et illũ intuet̃ glorioſũ i cęleſti ſolio: quẽ paſſuʒ aſpexerat p ſalute humani generis in crucis patibulo. Quo nos magno empti pretio ſupplices deprecemur illã: quę hunc ſaluis auctorẽ mundo edidit: & illum ſacris lactauit uberibus: ut eius interueniente ope uiuentes ĩ hoc ſeculo mundi huius uitemus inſidias. Et corporũ laxati uinculis non quidẽ p ſpeculũ in enigmate ſed glorificati Deum faciem uideamus ad faciem. Ac ueſtra deniq̃ prædara ciuitas fieri mereat̃ templũ domini. Vos cũ beata Virgine ſacrarium ſpũs ſancti: noſq̃ oẽs eadẽ optima uiuendi duce poſt mortalis uitę curſum ęternæ fœlicitatis palmã aſſequamur & gloriã. Volente illo: q p ineffabilem bonitatẽ dedit hãc dulciſſimã patriam glorioſiſſimæ Virginis patrocinio gubernari. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIII. De aſſumptione Virginis: quam habuit ad cœtum Florentinorum in eccleſia cathedrali cũ Pius ſecundus Pontifex maximus Senæ ageret & turba frequẽtiſſima Epiſcoporũ & maximorũ patrũ ac ciuiũ Florẽtinorũ & Senenſiũ adeſſent.

MAgnę feſtiuitans celebritas mutui amoris cõmemoratio ueſtrorũ meritorũ ãplitudo ornatiſſimi cõſeſſus ſplendor optimi ac reuerendi patres & pſtantiſſimi uiri nõ indiſertã hoĩs inculcam orationẽ: ſed eloquentiſſimi uiri facundiã poſtulare nõ ĩmerito uidebant̃. At me dicere & obedire compellit generoſi ac magnifici Equitis auctoritas eius: quẽ hæc Reſpublica & Senenſis ppl's huius ſacratiſſimi templi ãminiſtrationi præfecit. Proximis nãq̃ diebus celebrata eſt: & hodie quoq̃ recolit̃ glorioſa ſolẽnitas: in qua Regina cęli: domina Angelorũ: ianua paradiſi: fons uirginitatis & pudoris: ſpeculũ ſanctitatis: exemplar uirtutum oĩuʒ: tutiſſimꝰ mortaliũ portus: ac ſingulare pfugiũ glorioſiſſima mater Chriſti aſſũpta ẽ ad etherẽũ thalamũ: & pacto mortalis uitę curſu rebus derelictis hũanis exaltata ẽ ſup choros Angelorũ ad cæleſtia regna: ubi cũ illo uiuit: & ĩmortali atq̃ ĩmarceſcibili gloria fruit̃: qui noſtræ ſalutis auctorẽ genuit æterni patris unigenitũ filiũ: quẽ ſi cœli & mũdus totꝰ capere nõ potuit: ſola meruit ob ineffabilẽ uirginitatis atq̃ humilitatis magnitudinẽ intra uteri ãguſtias mũdi Redemptorẽ piiſſimũ continere. Hunc uos celebres ac lætiſſimũ diem agimus: & quoniã amicorũ oĩa merito debẽt eẽ cõmunia: ueſtra & optata præſentia & cõmuni participatione multo certe alacriorẽ ac iucundiorẽ intuemur. Nam ſcite & prędare. F. Quintilianus nõ reperio inquit qd in rebus hũanis excogitauerit natura præſtantius amicitia: quã laudans diuinus doctor Caſſiodorus ait. In humanis rebus nihil dulcius inueni t̃: nihil ſanctius appetit̃: nihil fructuoſius cuſtodit̃: habet n. fructũ uitæ: q̃ nũc ẽ & futuręʒ: amicitia ꝑpria ſuauitate uirtutes alias cõdit: aduerſa tempat: luſtitiã cõponit: triſtitiaʒ iucundat. Hæc uero inter Florentinos ac Senenſes maxĩe ꝑfecto uiget: floret ac plurimũ: q queadmodũ proximis finibus iuncti ſunt: ita arctiſſimo amoris uinculo & naturali quodã atq̃ indiſſolubili Charitatis fœdere copulant̃. Atq̃ ob ſummã aĩorũ concordiã tuendæ pacis ac ſeruandæ luſtitię cõmune ſtudiũ: ob præcipuũ deniq̃ tum in diuinis tum in humanis rebus cũ beniuolẽtia & charitate cõſenſum nõ iniuria uno ſpũ uiuere credunt̃. Qui igit̃ ad præclatiſſimaʒ huius diei ſolẽnitatẽ pie amice atq̃ humaniter cõuenĩſtis maximis uos laudibus digniſſimos iudicamus & piuʒ glorioſiſſimę Virginis cultũ atq̃ ſummã illi exhibitã uenerationẽ acceptiſſimã ferimus: tanq̃ ab ea ciuitate quę flore eximiæ laudis & maximarũ rerũ oĩum ſplẽdeſcit: atq̃ enitet gloria. De qua pręſertim ab indocto uiro & in his tẽporũ anguſtiis ſileri ſatius eſt q̃ exiliter prædicari.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. De Saluatoris aduentu coram ſummo Pontifice & ſacro Cardinalium cœtu.

NOn ignorabã ſanctiſſime Põtifex ac Reuerẽdiſſimi ĩ Chriſto patres: q magnis atq̃ ampliſſimis de rebus orationeʒ foret habiturus et nõ tam hoĩs eloquio q̃ potius Angelorum linguis (ut ita dixerim) ut ſupra humanũ ingeniũ facultate opus eſſe. Veteres nãq̃ tũ apud Gręcos tũ etiã apud Romanos eloquentiſſimi Oratores ſi forenſem cauſam acturi eſſent ꝑtimeſcere plerũq̃ ac formidare conſueuerunt. Quanto igit̃ magis imperito mihi grauiſſimũq̃ hodierno die onus ſubituro & iniiciebat̃ metus & ſilentiũ congruebat ea i re quã nullũ dicẽdi genus ſatis explicare poſſit: niſi ĩploratũ ĩtercedẽte glorioſiſſima uirgine Dei genitrice Maria cęleſte ſubſidiũ & tuę ſimul beatitudinis ac tot reuerẽdiſſimorũ patrũ explorata clementia ad ſuſcipiẽdã tã difficilẽ ꝓuinciã nõ nullã fiduciã pbuiſſent. Verũ ne ab inſtituto ꝓpoſito noſtra diſcedat oratio ſacratiſſimi Euãgelii lectione hodie uobis pręclara Saluatoris noſtri Ieſu Xpi natiuitas indicat̃. Deus nãq̃ æternus cõditor atq̃ omnipotẽs pater q ꝑ ineffabili bonitate mũdũ condidit uniuerſuʒ: cunctis quæ effecerat ãmirãdis opibus hoĩem pręfecit: quaſi dominatorẽ oĩuʒ: quę ꝑcreata ſunt: & p uiſcera miſericordię eius gloria & honore inſup coronauit: & creaturarũ pene oĩuʒ uarietatẽ hoĩs ſubiecit impio: ut ĩtelligi faciliime poſſit q̃ta ſit illius erga humanũ genus q̃q̃ ineffabilis atq̃ inaudita dilectio. Pręſertiʒ uero ſi creationis ipſius finẽ atq̃ cauſaʒ ſolerti ſtudio ſcrutari ac ꝓſpicere uoluerimus. Nã idcirco cõdidit Deus hoĩeʒ: qđ ſacra liqdo teſtãt̃ eloqa: ut cęleſtis hęreditatis particeps hõ fieret: atq̃ ĩmortalitatẽ ſimul aſſequeret̃ & gloriã. Quibus qdẽ magnis atq̃ ãmirandis muneribus cũ ſeſe hõ p diuini mãdati ꝑuaricationẽ & p peccati labẽ exuiſſet: miſerta humanæ cõditionis diuina pietas p incarnati uerbi myſteriũ rurſuʒ adipiſcẽdę beatitudinis iter apuit: mortalis lapſus ruinã ſalutari remedio reparauit. Itaq̃ adueniente plenitudine tp̃tis & ipſo articulo inſtãte gratię: q a Saluatoris aduẽtu ſũpſit exordiũ: miſit deus filiũ ſuũ queadmodũ Galathis ſcribit Apl'ꝰ:

Natũ de muliere: factũ ſub lege: ut eos q ſub lege erãt/redimeret: ut adoptionẽ filioꝝ dei reciperemꝰ.
Proinde a regalibus ſedibus uenit: q nobis pietatis & iuſtitiæ uiam panderet: q luce patefacta ueri
tis/& mundũ cunctis purgaret erroribus: & hoĩum mentes: quæ ĩ ſumma reꝝ ignoratione & cæci
tatis caligine uerſabant̃: ad contuendã ſupni fulgoris claritatẽ pduceret. Hic eſt nimirũ: quẽ Ioãnes
Baptiſta poſt ſe uenturũ pdixit: cuius calciamẽti corrigiã ſoluere nequaq̃ dignũ ſeſe arbitrabat̃. Cu
ius & præiuit aduentum: ut pararet uiam dñi: & rectas faceret ſemitas Dei noſtri. Hic eſt ille: q poſt
Ioannẽ quidẽ de matre ſine patre natus ẽ: de Spũ ſcõ conceptus: ſed añ ſæcula oĩa ex patre genitus
ſine matre. Duplicẽ uero piiſſimi Saluatoris aduẽtũ/quemadmodum ſancta repręſentat eccleſia: ita
quoq; ſacri eloquii oracula pdiderũt. Nam & ĩ humilitate uenit dñs & ſaluator noſter Ieſus Xpˢ: q̃
formã ſerui accipiẽs/exinaniuit ſemetipſum: & ad redemptionẽ generis humani perficiendã/carnẽ
ſcilicet aſſumpſit humanã. Vere nãq; aduenire dñs tradit̃: q ubiq; p inuiſibilẽ Maieſtatis ſuæ pręſen
tiam adeſt: dum aſſumpto eo/qđ uiſibile eſt: uiſibilẽ ſeſe obtutibus noſtræ carnis oſtendit. Qđ utiq;
tum factũ eſſe non ambigit̃: qñ uerbũ caro factũ eſt: & habitauit in nobis: qum uiſitauit & fecit re/
demptionẽ plebis ſuæ/& habitantibus ĩ regione umbrę mortis/lucẽ ſupnæ claritatis infudit. Ac tum
quoq; affuturũ ſine dubitatione cenſemus: qum uiderimus filiũ hoĩs uenientẽ in nubibus cœli/nõ
quidẽ in humilitate: ut in priore illo/quẽ prædiximus aduentu: ſed cũ uirtute magna potius/ac ma
ieſtate: quemadmodũ ſacri Euangelii teſtimonio & ipſius Saluatoris uoce pſpicue comprobat̃. Ve/
nit iam tandẽ igit̃: nec certe diutius cunctatus ẽ/expectatus Redemptor/ac deſideratus cunctis gen
tibus: quẽ ueteres patres prędtolati ſunt ad redimendos utiq; illos: quos ſub peccati duriſſimo iugo
uetuſta ſeruitus detinebat: nũc facti ſunt magni deſiderii cõpotes. cũ nato dño. uiderũt oẽs termini
terræ ſalutare eius: uiderũt tẽpus acceptabile: dies optatæ ſalutis conſpexerũt: quos Prædicator ueri
tatis annũciat. Puer natus ẽ nobis: filius datus ẽ: ut magnus Propheta inquit. Sed quorſum natus:
quẽ ad finẽ datus nobis? Quo tandẽ unigeniti filii Dei in carnẽ aduentus/& noſtræ carnis tẽdit aſ/
ſumptio? Ad humani generis ſalutẽ ãmirabile ſpectare ſacramẽtũ negare poſſit nemo. Siquidem
Aplõ teſte/uult Deus oẽs hoĩes ſaluos fieri. O mirã æterni conditoris clemẽtiam. O ineffabilẽ diui
nę puidentiæ largitatẽ. Quæ tanta uis ingenii: q̃ tã magna dicẽdi copia: quodnã eloquẽtię flumen:
tanti myſterii dignitatẽ: tam incredibilis pietatis & miſericordię ſatis poſſit dignis laudibus enarrare
pręconiũ? Quis porro tam pręclarus Orator: quiſue eximia doctrina pręditus phũs: q incarnati uer
bi ãmirabile ſacramẽtũ aut uerbis explicare queat: aut mente & cogitatione complecti? Verbũ caro
factũ eſt: Ioannes pręcipuus cœleſtiũ arcanoꝝ indagator: q accumbẽti Saluatori. ſupra pectus eius
in cęna recubuit: uoce cũctis antea inaudita ſęculis mirabiliter/ac uehemẽter intonuit. Verbũ inq̃t
caro factũ eſt: & habitauit ĩ nobis. Sed qđ nã uult ſibi uerbũ carnẽ factũ: niſi ęternũ uerbũ ſplẽdore
pãtris (ut ait Apl̃s) patri coęternũ: & figurã ſubſtãniæ eius/noſtræ carnis & mortalitatis inuolucra
induiſſe? Verbũ qđ eſt ingenitus Dei filius: & añ ſæcula natus aſſumpſit: Sed qđ nã aſſumpſit? Car
nẽ aſſumpſit humanã. Et ima ſummis copulata ſunt: & diuinitatis atq; humanitatis natura ĩ unam
perſonã iuncta eſt. Quam uero prædixit Vates ſacratiſſimus Eſaias: Virgo cõcepit pepit filium: uo
catũq; eſt nomen eius Emanuel: qđ utiq; Hebręoꝝ uerbũ/noſtrate ſermone interpretat̃ nobiſcum
Deus. Vere nãq; nobiſcũ Deus: quoniã uerbũ caro factũ eſt: & habitauit ĩ nobis. Et quẽ ſacra pphe
tarũ oracula cecinerũt: Dei filius factus homo iam tandẽ in terris uiſus eſt: & cũ hoĩbus cõuerſatus
eſt. Nẽpe res mira/& humanis ſenſibus haud quaq̃ peruia: diſpariũ reꝝ p incarnationẽ filii Dei car
nis & uerbi iungit̃ cõtuberniũ. Nũc ueritas de terra orta ẽ: & iuſtitia utiq; de cęlo pſpexit. Quando
quidẽ p aduentũ Saluatoris Ieſu Xpi rorarunt cœli deſup: nubes pluerũt iuſtũ: terra apta ẽ: ac pul/
lulauit Saluator. Id nãq; Hebręoꝝ lingua/Ieſu nomẽ pſonat: qđ & uocauit Angelus miſſus a Deo:
prius q̃ in utero cõciperet̃. Atq; pp ſalutarẽ huiuſmodi diuinitatis & humanitatis unionẽ/ac pp in/
carnati uerbi incõprehenſibile ſacramẽtũ accedat homo ad cor altũ: & cũ origine tãti myſterii ſoler
tiſſimo cõtẽplatore cõſideret ſtupẽdã cõpagem: inauditam pmiſtionẽ aĩo mẽteq; uoluter: qua Deus
& homo: mater & uirgo: fides & cor humanũ ad inuicẽ cõiũgunt̃: ſublimitas diuinæ poteſtatis du
bio pcul illuſtrata ẽ: quę & de nihilo uniuerſa initio cõdidit: & p aſſumptionẽ carnis/extrema quæ
ſuapte natura lõgiſſime opponũt̃. Cęleſte ac terrenũ/imũ atq; ſũmũ/finitũ & infinitũ copulauit in
unũ: qđ multo añ p Spũm ſcũ; intuitus atq; ãmiratus Eſaias: Generationẽ eius in qt/qs enarrabit?
Diuina eluxit ſapientia: quæ ad redimẽdã hoĩs naturã: quæ duriſſimis captiuitatis cõpedibus tene/
bat̃: eam mirabile dictu rõnẽ excogitauit: quã callidus humani generis aduerſarius atq; antiquus ho
ſtis cõiectare nõ potuit. Siqdẽ delitescẽs ĩ carne diuinitas/Diabolũ latuit: atq; ita reparationis noſtrę
ſacramẽtũ hoſtis ille pfidus ignorauit. Multifariã ĩnotuit nobis: ac patefacta eſt diuina benignitas:
quæ nõ utiq; pp ſe: uerũ pp noſtrã ſalutẽ carnẽ qdẽ ſuſcepit humanã: ut q mandatũ nouũ dederat:
ut inter nos diligeremus: ipſe imprimis ſũmæ atq; ardentiſſimæ dilectionis laxaret habenas. Illud
Apl̃i & uerũ & pſpicuum teſtimoniũ eſt/dicẽtis. Propter nimiam charitatem: qua dilexit nos: miſit
Deus filium ſuum. Quamobrem non temere gaudere debemus: & quidem gaudio magno ualde:
quia natus eſt nobis hodie Saluator mundi. In cuius diebus orta Iuſtitia eſt: & abundantia pacis. Lę
temur oẽs: ac profuſis exultemus gaudiis. Timorem oẽm cũ paſtoribus cuſtodientibus uigilias no

ciſprorſus abiiciamus. En prolapſus de cęlo Angelus, nolite timere, inquit. Ecce. n. euangelizo uo-
bis gaudium magnū quod erit omni pplo: qa natus eſt hodie ſalutis auctor. Cui cœlum, terra, ma
ria oia ſeruiunt: omniaq; quæ in eis ſunt. Quem adorat multitudo cœleſtium militiaꝶ: quē ſupera
& infera oia uenerant̃: cui aſſiſtunt beatoꝶ cœtus: Principatus oēs, ac Dominationes obediunt: tre
munt Poteſtates. Qui ſi unus pro nobis fuerit: erit certe contra nos nemo. Nec imaniſſimi hoſtis
Maumetis præualebit inſania. Non truculēta Turchoꝶ rabies: nō ueſana Barbaroꝶ gentium pote
rit obeſſe malignitas. Chriſto Duce, uel unus fugabit mille: & duo fundent decē millia. Non. n. in
fortitudine equitū: nō numeroſo exercitu: nō armis, & bellica uirtute: ſed in diuina ope & incarnati
uerbi ſingulari præſidio, uincendi ois ratio, ac ſpes tota ſita eſt. In hoc uno q̃ confidūt, nullius perti
meſcunt inſidias: ac faciliime optatæ fiūt uictoriæ compotes. In cuius manu ois poteſtas eſt: cuius
Impium nullis finibus circunſcribit̃: nullis terminis claudit̃: cœlo, terra, inferis longe lateq; propa-
gat̃. Bene igit̃ ámonuit cœleſtis nuncius, prorſus nihil eſſe extimeſcendū. Prodit in lucē lux uera:
quæ illuminat mundū oēm: qua exorta, tenebræ pellunt̃: mortis caligo diſcunt̃: & ad debellandam
ſęuiſſimi hoſtis imanitatem, certa & inexpugnabilia auxilia præparant̃. Regnat ſup nos hodie Sal-
uator mundi. Hic contundet ceruices hoſtium: auferet bella uſq; ad finē terræ. Arcus fortius con-
teret: & confringet arma: & ſcuta comburet igni. Solus nā ꝓ exaltat̃ in gentibus: exaltat̃ in terra ue
re dominator dñs. De cuius natiuitate gaudent Angeli: lætant̃ Archangeli: exultāt iuſti: iubilat mul
titudo cœleſtis exercitus, laudās Deū, atq; inquiens: Gloria ī altiſſimis Deo: & ī terra pax hoībus bo
næ uoluntatis. Proinde lætum hūc atq; hilarem ſumamus diem: in quo Redemptor orbis uenit in
mundū: & ſublimē deprecemur Maieſtatē eius: q̃ præfinito tēpore rurſum uenturus eſt, ac iudicatu
rus uiuētes & mortuos: ſalutarē nobis īcarnationis ſuę largiat̃ effectū: ut deleta peccatoꝶ oium labe
cęleſtē atq; imortalē gloriam adipiſcamur: te aperiente ianuam regni cęleſtis: cuius claues tibi pater
ſancte traditæ ſunt ab eo: qui per infinita uiuit ſæculorum ſæcula. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XV. Qum Epiphaniarū celebritate, Chriſtianæ cōcioni conuo
catę in templum feſta totius anni ſolemnia nunciant̃.

HOdie frēs chariſſimi celeberrimus Epiphaniaꝶ dies, pia deuotiōe celebrat̃. Vere nāq;
lux mūdo inſolita fulgoris & cœleſtis claritatis effulſit. Sedenti in tenebris pplo, & am
bulantibus ī regione umbræ mortis, ortus eſt Sol iuſtitiæ: & diuturnis ſæculis expecta
tus, iam tandem ī terris uiſus Saluator, & cunctis gentibus manifeſtus eſt dñs ī noſtræ
carnis inuolucro: quæ inuiſibilis erat: mortalibus hodie uiſibiliter apparuit ſuprema di-
uinitas. Hūc hodie ſtella, quæ Magos duxit, in præſepio patefecit: uox ęterni Patris & Spūs ſcūs in
Columbę ſpecie, in Iordanis fluuio declarauit: aqua in uinū uerſa, in nuptiali manifeſtauit cōuiuio:
panū multiplicatio, & cophinoꝶ exuberantia ī deſerto monſtrauit. Qui igit̃ ꝓ ſalute noſtra, ut nos
reconciliaret, in mūdū uenit: ut nos redimeret, crucis pependit in ligno: ut nos glorificaret: ſurrexit
a mortuis: ut peruium iter monſtraret: ad cęlos aſcēdit: ut ſanctificaret: Spūs ſancti muneribus dona
uit: ut beatos faceret: trini & unius Dei fruitionē oſtendit: ut in arduo difficultatis itinere, uiaticū ſa
lutare pręberet: carnē in cibū, ſanguinē ſuū in potū dedit: ille nos & ī præſenti ſæculo gratiæ ſaluta-
ris, & ī futuro ſempiterno ſuo participes glorioſæ imortalitatis efficiat. Vt quemadmodū ad ſanctā
Ieruſalem ámirabilis Stellæ ductu, hodie Magi ꝑfecti ſunt: & ad Regē auro thure Deū: myrrha ho
minē teſtati ſunt: ita nos ad supernā Ieruſalē dignet̃ perducere: q̃ oia mirabili diſpenſatione guber-
nat: & ſacra ſolemnitatū myſteria recenſeri uoluit ad eius gloriā & ad noſtræ ſalutis ac redemptio
nis effectum. Proinde ſcitote dilectiſſimi noſtri &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVI. Ad idem.

HOdie ſancta mater ecclēſia dilectiſſimi, ſacra recenſet ſolēnia: qbus ſaluatoris noſtri Ieſu
Xpī diuina myſteria recolunt̃. Vt ī ſancto Epiphaniaꝶ die: in quo noſtræ mortalitati
uerbū caro factū eſt: Deus homo multifariā patefactus ē: & ex inuolucro carnis, ineffa
bilis eius diuinitas eluxit nobis: primū glorioſa ac celebri adoratione Magoꝶ: itū aqua
in uinū uerſa ſacri atteſtatione miraculi: tū ſanctæ atq; indiuiduæ Trinitatis, ámirabili
atq; pſpicua pſonaꝶ demōſtratione: cū Pater ī uoce: Filius ī carne ſeſe oſtēdit nobis: Spūs ſcūs ī Co
lumbæ ſpecie. Merito igit̃ Saluatorē noſtrū paucis añ diebus carnē noſtræ imortalitatis aſſumpſit:
ab ultimis terraꝶ ꝑfecti finibus Reges adorāt: Reges Tharſis & inſulę munera offerūt: Reges Ara
bū & Sabba dona adducūt: nos quoq; ſūma deuotionis pietate ueneremur: q̃ ꝓ nobis natus, paſſus
ſepultus, ſurrexit a mortuis: coelos aſcēdit: ſacris Apoſtolos Chriſmatibus inſigniuit: humanæ ſalu
tis atq; redēptionis noſtræ ſancta myſteria cōſumauit. Scitote igit̃ dilectiſſimi: quę ꝑ anni circulum
feſta ſunt celebranda ſolēnia. Erit igitur &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVII. Ad Deū in honorē diui Bernardini Senenſis.

DEus: qui humanum genus, miro ſemper amore proſequeris, & benigno, ac ſalutari
nunquam deſeris auxilio: præſta quæſumus: ut qui beatum Bernardinū Confeſſorē
tuū & doctrinæ & ſplēdore & miraculoꝶ gloria illuſtrare uoluiſti: eundē apud tuā cle
mentiam, perpetuū ꝓ nobis interceſſorē habere mereamur. Per dominū noſtrū &c.

Oratio.XVIII.Secreta ad idem.

DA nobis queſumus domine intercedēte beato Bernardino Confeſſore tuo optatum ſacramenti ſalutaris effectum: & quod noſtra fragilitas obtinere non poteſt: dignare nobis eiuſdem placatus precibus benigne conferre: Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: &c.

Oratio.XVIIII.Poſt cōmunionem ad idem.

QVeſumus omnipotens & miſericors Deus: ut pium in nobis perficias ſanctæ religionis effectum: & Confeſſoris tui bernardini adiuuantibus meritis quod ore cōſigimus ac pia deuotione ſuſcepimus: & ad ſpiritualem nobis conferat medicinam: & ad æternæ ſalutis proficiat incrementum. Per dominum noſtrum: &c.

Item Oratio.XX.Ad idem.

PRecibus domine ſupplicantis populi propitius ac benignus intende: & qui beati Bernardini ſolemnia colimus: tribue nobis illius meritis: ut expiata peccatorum omnium ſorde ad tua ſancta celebranda myſteria pura mente accedere ualeamus: Per dominum uoſtrum: & cc.

Item Oratio.XXI.Ad idem.

REfectos domine ſanctis ac ſalutaribus ſacramentis fac nos queſumus per interceſſionem beati Confeſſoris tui Bernardini: cuius hodie natalicia celebramus: & deſpicere ſemper terrenam labem: & æternum atq incōmutabile bonum tota mentis dilectione complecti: Per dominum uoſtrum: &c.

Item Oratio.XXII.Ad idem.

OMmnipotens ſempiterne Deus: qui pro ineffabili dono pietatis glorioſum Confeſſorem Bernardinum & ſancti nominis preconio & euangelicę doctrinæ inſtitutione illuſtrare uoluiſti: præſta queſumus: ut illius interuenientibus precibus & uirtutes conſequi: & ſolutus corporum uinculis ad æternę uitæ gloriam peruenire mereamur. Per dominum noſtrum: &c.

Item Oratio.XXIII.Ad idem.

DIgnare nobis domine celebrandi myſterii effectum impendere ſalutarem: & illum tota mente diligere: quem beatus Confeſſor Bernardinus & firmiter credidit: & ardenter prædicauit Saluatorem Ieſum Ghriſtum dominum noſtrum: &c.

Auguſtini Dathi Orationis Thomos.XXIIII.Qua optimū aſſerit eſſe ordinem: ut totius uel uerbi uel operis & a Deo nobis origo ſumat: & ī Deū conſumatio referat.

DIuini numinis ꝑuidentia oīa āminiſtrari & regi atq illinc manare oīa: inde omne preclarum donū ac perfectū proficiſci munus: q negat: is non modo impietatis arguendus eſt: ſed etiā extremæ dementiæ. Nam uerū bonū ſummū bonū ſcatens undiq innumerabilium bonoꝝ ſine dubitatiōe Deus eſt. Ad quē cū acceſſeris præſto ſunt tibi bona oīa: a quo cū diſceſſeris nihil eſt: qđ uſpiam boni repire queas. Solus eſt: q & beare hoīes pōt & expetēda oīa abūde largiri. Quamobrē nō ſolū ſacri & diuini eloquii ſalutaria inſtituta: ſ3 etiā in natū ac Philoſophoꝝ uoces diuini cultus pietatē omni ſtudio nobis pſuadere conātur. Atq ut omittamus eos: q ipſi cū magnū aliqd exordiuntᵉ diuinā opem implorāt: is enī pene infinitus ē numerus: eos maxie referamus: q añ oīa piam & caſtam diuini nūminis uenerationē pręceperūt. Pythagoras nāq ſūma auctoritate phūs uitā hoīs rectam inſtimens īmortales qdeꝫ inquit Deos primū quemadmodū lege cautū eſt uenerare: & iuſiurandū cole: q Diis īmortalibus ſumpſit initium: qbus primā ac ꝑcipuā debemus pietatē. Q đ qdē merito laudamus: ſi illud exceptū ſit: nō plures Sed unū eſſe uenerādū Deū: quē diuina oracula ꝑdiderūt. Iſocrates uir magna doctrina ac ſūma eloquētia ſcite præcepit hæc inquiens. Primū qdem quę ad Deos ſpectāt uenerare: nec ſacris litandis ſolū: ſed etiā iuſiurandi religione tuenda. Et illud qdem diuitiaꝝ affluentiam indicat: hoc uero morū ꝑbitatē. Cole Deū cū alias ſemper tum uel maxīe cū ciuitate. Ita.n. uideberis & ſacrificia Diis īmortalibus exhibere: & ſimul parere legibus. Quid Xenophon Socraticus nōne maxīe pietatē colendā cenſet: cū dicit! Cum in paruis: tum ī magnis inchoandis negociis primi motus a Diis ꝑficiſcantᵉ. Hiuuſmodi quiddā apud. M. Tulliū ī libris de Legibus ꝑditū eſt a Diis īmortalibus agēdi nobis capiēda primordia. Illa quoq uetus Lex traditᵉ Diuos & eos q cęleſtes ſemp habiti colunto. Proinde fuit Romanoꝝ uetus inſtitutū: ut & publice & priuatim ſumpto prius auſpicio: qđ ad religionem ptinebat: omnia gererentᵉ. Nam quemadmodum prima officia deberi Diis immortalibus manifeſtum eſt: ita & in primis rebus diuinis dandam operam ſuademus. Quod magnus Vates Virgilius Maro nequaquam prætermiſit: qui in hunc modum cecinit. Imprimis uenerare Deos.

Moderatus autẽ Columella patremfamilias-qui larem ſuum familiarem ſalutat-ante omnia Deos Penates iubet adorare. Nam ſi ab re diuina ſumatur exordium-plerunq; ipſe dies pulchro diſtinguit ordine rerum. Itaq; Martialis quum ſcribit-qd agat rure morans-ſic cecinit. Mane deos oro &c. Quocirca Seuerinus Boetius recte inſtituere uiſus eſt-inuocandum rerum omnium patrem: quo prætermiſſo-nullum rite fundatur exordium. Ad eius igitur opem confugiendum eſt: ut inceptis omnibus-ac uotis aſpiret. Adſit autem propitius noſtris tum conſiliis-tum etiam actionibus. Ita.n. optima & ſtabilia iecisse uidebimur noſtrorum operum fundamenta-Quod Saluatoris diuina uox pręcepiſſe creditur: quæ ait: Primum quærite regnum Dei: & hæc omnia adiicientur uobis. Dixi.

❡Auguſtini Dathi Oratio. XXV. Quæ quidem inuocatio quædam eſt ad Deum in principio alicuius operis peragendi.

EXiſtimant uiri ſapiẽtes: qui omnibus de rebus pręclare & ſplendide ſunt locuti: unum quodq; humanum opus ad optatum tandem exitus peruenire: ſi ab eius nomine profectum fuerit: cuius prouidẽtia a moderatione cuncta reguntur. Etenim ut Magiſtro gentium prodente-cognouimus: Deum-trinum atq; unum eſſe conſtat: ex quo omnia in quo omnia: per quem omnia. Et nos quoq; illius ineffabilem maieſtatem ſupplices deprecemur: ut noſtræ actiones-ac ſermo omnis & ab eius nomine ſumat exordium: &ad eius gloriam fœliciſſime dirigat. Ad quod quidem facilius implorandum-intercedat pro ampliſſimis meritis primum alma ac glorioſiſſima Dei Genitrix: Apoſtolorum principes Petrus & Paulus: Penates Regni huius: & noſtrę ciuitatis. N. et. N. omnis deniq; cœtus cœleſtis-ac triumphãtis exercitus.

❡Auguſtini Dathi Oratio: Ac laudes panęgyricæ diuorum Auguſtini: Nicolai: Margaritæ: Theodoræ.

Antiphona.

Acerdos & Pont. refulget in templo Dei Doctor inclytus Auguſtinus: coruſcat miraculorũ claritate Præſul ſanctiſſimus Nicolaus: Exultat in conſpectu Dei uirgo pretioſa Margarita martyrii clara præconio: athletam Chriſti Hermetem .s. imitata germanum dono Dei illuſtris Theodora regna tenet cęleſtia.

Verſus.

Mirabilis Deus in ſanctorum ſplendoribus.

Reſponſorium.

Virtutem largitur & gloriam diligentibus ſe.

Oratio.

DA nobis quęſumus oĩpotens Deus p ſanctoꝝ tuorũ atq; electorum pontificũ Auguſtini & Nicolai: petq; beatarum uirginum ac martyrum Margaritę & Theodoræ merita glorioſa-ſalutem mentis & corporis: ut eorum iugiter uenerandam memoriam pia deuotione recolentes-& gratiam in præſenti ſęculo conſequamur: & gloriam ĩ futuro: Per Chriſtum dominum noſtrum.

Auguſtini Dathi Senenſis Orationum Liber Tertius Fœliciter Incipit.

Auguſtini Dathi Oratio Prima De laudibus Senenſis patriæ & optima Reipublicæ gubernatione: & conſignatione uexillorum pro uetere illius inclytæ Ciuitatis ſingulo quoq; Semeſtri ſeruata conſuetudine.

TRADVNT Veteres ſapientes uiri patres: q̃ omnibus de rebus: tū
grauiter: ac ſplēdide: tum ornate copioſeq; diſſeruerunt: nihil in cun
ctis humanis rebus eſſe maius: nihil melius: nihil oīo præſtabilius: q̃
concilia cœtuſq; hoīum iure ſociatos: quas uno ac proprio noīe ciui
tates appellant. Nam cū homo: quem rōnis præſtantia longe natura
ſeiunxit a bellua: gregale ac ſociale ſit animal: tum is demū rectā ui
detur aſſecutus uitæ rōnem; ſi conſtituta ciuitate: quæ diſciplina mo
ribus conſtat & legibus: tempus atq; ætatem oēm ad perfectū uirę cul
tum: atq; ad uirtutis executionē accōmodauerit: ſi ad bene: laudabili
ter: honeſte: tranquille: beate uiuendū animū oēm cogitationēq; con
uerterit. Id uero nuſq̃ facilius q̃ in ipſa hoīu3 conciliatione fieri poſ
ſit. Quocirca maxime laudant̄ qui primi urbes condiderūt: & diſper
ſos montibus & ſiluis hoīes: ac paſſim belluarum more uagantes: ad
ſocietatem uitæ conuocauerunt. Itaq; exiſtimant Sapientes: & quidē nō iniuria: ualde præclarū: ur
bem condere: multo præclarius: conditam inſtituere: longe uero præclariſſimū: inſtitutam recte gu
bernare. Horū primū mœnibus: legibus alterū: tertium Magiſtratibus pbe conficit̄. Et qdē3 urbiū
conditores inſtar Deorū in cœlum tranſlati ferunt. Legū latores maximis ubiq; gentium celebrant̄
honoribus: optimi ciuitatū rectores & conſeruatores imortalē gloria3 in terris aſſecuti: beatiſſimas
quoq; in cœlo ſedes adipiſcunt̄. Sūmis efferēdi ſunt laudibus maiores noſtri uiri Senenſes: q nobis
præclare fundatam urbem reliquerūt: ampliſſimis decoratā ornamentis: ſanctiſſimis munitā legi
bus: optimis & inſtitutis & moribus tēperatā. Mitto urbis originē: de qua Galli præſertim Senones
ac ueteres Romani certāt: Siue Senas: ut pleriq;: ſiue Senam: ut Liuius: ut Appion Alexandrinus:
& nōnulli præterea nobiles hiſtoriatu3 ſcriptores: appellare malimus. Ac ſiue a Senonibus Gallis:
quos p hæc loca (ut fama eſt) Furius quondā fugauit Camillus: ſiue a Senis collibus: in qbus edi
tus poſita eſt: ſiue potius a Senatus auctoritate: ut quidā arbitrant̄: ſiue deniq;: quod probabilius ē:
a conditoris noīe: q per Romuli tēpora: prima huius urbis fundamēta iecit: Sena uocitata eſt: illud
certo affirmare poſſimus: matrē Senenſem populū pfiteri urbē Romā non ſolū Latii decus: ſed etiā
totius caput orbis. Siue ueterū quondā Romanorū colonia: ſiue municipiū Sena fuerit. Indicāt cū
alia documēta complura: tum illuſtria ſignia: ac uetuſta monumēta Lupa nutrix: ac lactentes pueri
Remus ac Romulus. In promptu ſunt huiuſce urbis laudes: nobilitas generis: amœnitas regionis:
loci ingenium: uetuſta primordia: pręclara ędificia: magnifica tecta: ingentia tēpla: auguſta: ac ſan
cta delubra: religioſiſſima phana: tum cœli clementia: læuitia ſoli: agrorū ubertas: terræ ac maris op
portunitas. Illa præterea præſtantiora: Imperii dignitas: libertatis ſplendor: litterarū ac ſtudiorū glo
ria: recta bene uiuendi ratio: atq; inſtitutio: ādmirabilis Reipublicæ diſciplina: optima legū atq; inſti
tutorū ſanctio: quibus certe laudibus: inter Etruriæ præclaras urbes: Sena floret: & cū in pleriſq; cæ
teris impar habēda nō ētū nōnullis & quidē grauioribus ita pollet: ut multas nō æquare ſolū: ſed
etiā ſuperare uideat̄. Sed hęc de his hactenus perſtrinxerimus ſatis. Verum nōnulla de optimo Rei
publicæ ſtatu & ciuitatis cōſeruatione in mediū allaturi: de ciuitatis noīe: diffinitione: diuiſione: pau
cula pręferemus. Alia nāq; eſt urbis ratio: alia ciuitatis: alia reipublicę. Et urbs quidē muros comple
ctit̄: mœnia: ædificia: pergama: tecta: uel ab orbe dicta: qđ in orbē antiquæ conderentur ciuitates:
uel qđ urbare aratro definire eſt: & ab urbo parte & curuatura aratri appellata: qua olim mœnia ſi
gnabant̄. Ciuitas aūt ciuiū multitudinē: & collectionē quandā: qđ & pſpicuū ē: & uis ipſa uocabuli
manifeſtat. Reſpublica uero: modus: ordo: diſciplina ciuitatis ac ratio: p quam bene ac recte uiuit̄.
Diffiniūt ciuitatē pleriq; magna eruditione ac doctrina uiri: collectā ciuiū multitudine3 ad bene ui
uendū coactā. Diffinit. M. Tullius: magnus ſimul phūs & Orator ī ſexto pręſertim de Repub. libro
conciliū cœtumq; hoīum iure ſociatū. Diffinit Ariſtoteles Peripateticorū princeps in Oeconomicis
libris: multitudinē domorū: agro & pecunia ſatis: ſuperq; abūdantē ad bene uiuendū. Hæc uiq; oīa
nō nihil fortaſſe uerbo differūt: at re ipſa prorſus cōueniunt. Nā oīu3 quæ modo expoſitæ ſūt: diffi
nitionū illa una eadēq; ratio eſt: ut & plures & in unū collectos: & ad bene uiuendū congregatos: ac
iure ſociatos eſſe cōueniat. Qđ oībus accuratius contēplantibus plane liquebit. Multifariā uero ci
uitatē doctiſſimi ueteres partiri ac diſtribuere cōſueuerunt. Diuidit̄ nāq; ciuitas primo ī domos &
pagos. Hę ſunt. n. partes ciuis. Et domus qdē multitudinē pſonarū: cuiuſmodi ſūt maritus & uxor:
parentes & liberi: dominus & ſerui. Pagi uero domorū multitudinē continēt. Diuidit̄ ciuitas p Ari
ſtotelis ſentētia: in Principem: conſilium: prætorium: populum. Principē quidē ad imperandū: Con

ſilium ad decernendũ:prętoriũ ad iudicandũ:populũ ad parendũ/atq; obtẽperandũ.Diuiditur ciui
tas in tribus:unde & Tribuni:qđ his pręeſſent appellati:quod qdem Romanæ urbis conditor fecit
Romulus/& Ramnenſes Tatienſes lucereſ uocauit.Diuiditur ciuitas in Curias/Centurias/Claſſes.
Quod tũ Romulus ipſe:tũ Seruius Tullius:& ueteres Romanorũ Reges feciſſe monſtrant.Diuidi
tur ciuitas ĩ uaria diuerſorũ munerũ loca:qualia apud Romanos.M.Cicerone cõprobante/forum:
cipus/roſtra/ſubſellia.Diuidit ciuitas & ĩ diuerſos plerũq; ordines/uelut Roma in nobilitatẽ/ac ple
bem/& harũ mediũ equeſtrẽ ordinẽ.Diuidit ciuitas:& in diuerſa quoq; miniſteria/ueluti agricolas:
ſunt q uictũ miniſtrant:artificũ/q reliquũ ſuppeditant uitę cultũ:bellatorũ ac militũ:q & parta tuẽtur
& externas propulſant iniurias:quẽadmodũ diſtinxit Hippodamus.Diuidit ciuitas in uarios Magi
ſtratus:cuiuſmodi apud Romanos fuere:Dictator/Cõſules/Pretores/Queſtores/Tribuni/Prefecti:
Triumuiri/Aediles/alii itẽ ꝑ multi:& ii præcipue:quos pulchre cõmemorat/atq; exponit Varro La
tini qdã parens eloquii.Diuidit ciuitas in res urbanas/ac bellicas/quarũ hæ robore/uiribus/animi
magnitudine exercent in bello/illę pacatis tẽporibus potius cõſilio/æquitate/Iuſtitia.Poſtremo diuidi
tur ciuitas ĩ plura mẽbra.Nã quoddã ciuitas/ac reſpublica corpus eſt:quod recte oſtẽdit philoſopho
rũ priceps Plato.Eius uero corporis plura ſunt mẽbra:ſed caput principes ſunt ciuitatis/& maximi
Magiſtratus/qđ eleganter/& concinne Plutarchus Cheroneus autumat peripateticus apprime nobi
lis:oculi atq; aures/Prætores/ac Iudices:& oio qui iuri dicendo præſunt/cor patres Senatores/Con
ſiliarii/manus bellatores/& milites/Pedes agricolę.Et eius loci/atq; ordinis inferioris hoĩes:ſine quo
rum opa:reliquum corpus ſubſtineri neqt.Sed cæteris prætermiſſis:quæ ad nomen:finitionẽ:diui
ſionẽ pertinent ciuitatis:pgamus ad ea:quæ cõſeruationẽ ſpectant/& optimũ continent Reipublicę
ſtatũ:non ex noſtro ducenda ſenſu:ſed haurienda potius ex Ariſtotelis/ac peripateticorũ fontibus:
hoc qdẽ ordine/ut primũ explicemus:quæ ad ciuitatẽ tuendã:rerũ publicarũ rectores ſeruare cõue
niat:deinde in qbus eorũ uerſari conſilia/tum illa adiiciamus:quæ accuratiore ſtudio declinare.Nã
qui Reipublicæ pręfuturi ſunt:ut cõmuni ciuiũ utilitati ꝓſpiciant Ariſtotele duce:q pręclaros de be
ne regenda Republica libros confecit:ita uigilare oportet:ut ciues a labe turpitudinis arceant:ut ne
uel leuẽ qdẽ noxam permitendã intelligãt/ac ueluti in ſemine/nequitiã elidendã:obſiſtendũ nanq; le
uioribus:ne ſenſim ad grauiora ſerpat:ſi mortale genus procliue ad malũ:dum ſemel cępit labitur:
& fuit nemo ẽt Poeta teſte:repente turpiſſimus:paruũ initio errorẽ/ait ſũmus philoſophus Plato:
plęrunq; tandẽ fieri maximũ.Parua aũt ſępe culpa:ſi crebrius repetatur:facile maioris turpitudinis
incrementũ ſuſcipiat.Neq;.n.inſcite Plutarchus illud probat Heſiodi:ẽt pauxillula adiectione ſi fit
forte frequenter:ingentem ſępius aceruũ conflari.Diſtribuendi aũt ſunt ꝑ dignitate ciuitatis hono
res/ac maioribus afficiẽdi:q maioribus excęlluerint laudibus:minoribus uero/qui uirtute/& ſapien
tia inferiores extiterint.Id.n.maxime propriũ iuſtitiæ eſt:eius quæ in diſtribuendo uerſatur.Sed &
nemini inferenda iniuria eſt:nemini prorſum nocendũ.Siqdẽ ita natura/ęqtas/ratio/honeſtas præ
cipit.Eo nanq; pacto recte ciues habuerint:& pręclare patebit ciuitas cõſtituta.Nõ aũt ab re fuerit:
ea ciues bonos extimeſcere:quæ optimũ queant aut infringere/aut labefactare ciuitatis ſtatũ:ſi recte
Reipublicæ firmamentũ formido ponitur:& parit(ſi Lactantio credimus)cautionẽ metus.Non is
qdẽ/quem Stoici ĩ perturbationibus numerant/& a ratione recedit.Sed q Ira prudentiã:ut ira non
nunq̃ fortitudinem iuuat.Quare & apud ueteres Lacedęmonios timori dicatũ templũ oſtendit Plu
tarchus Chęronenſis:quod maxime Rempublicã timore cõtineri arbitrarẽt.Pericula.n.& clades re
qdes longiſſime:metu uero propiſſime ab eſſe præſtat:Quod ſi externa ꝑtimeſcãt ciues bella:nihil
loci relinquetur ĩ teſtinis ſeditionibus/ac ciuilibus diſſidiis/ac facile ciuiũ animi iure cõcordes eadem
ſpectabũt:una erit oĩum uoluntas/eadẽ oibus in rebus cõſenſio:quæ utiq; uera eſt cõcordię ratio:&
quædã proſpera uniuerſi Reipublicæ corporis ualitudo/ac firmitas ceu contra diſcordia triſtis lues:
& ciuilis(ut ita dixerim)cõpagis direptio.Peſtis edax ac totius ciuitatis excidiũ.Iure igit ciuitates
laudant:quæ inſtitutis regunt:& legibus:mõ hę ſanciant:ꝑ quas facillime diſſenſionũ oĩuz/ac diſ
cordiarũ auferãtur ſeminaria/ac penitus tollãtur e medio.Illud probant uęhementer:q de bene gu
bernanda republica pręceperũt:ut in magiſtratibus deligendis/delectus habeatur imprimis diligẽs
a ſciſcendis bonis:ĩprobis reiciẽdis.Nã q ratione/fide/integritate/magiſtratus gerunt:iis potiſſimũ
credenda eſt:& cõmittenda reſpublica.Qui uero iniuria præfuerint/ac ſe pperam geſſerint:ii nõ ſo
lum a poteſtatibus repellendi ſunt:uerũ ẽt poena/ac digno ſua improbitate afficiendi ſupplicio.Atq;
omni ſtudio ſapientes procurandũ cẽ'ent:ne cui ampliores:q̃ uel ratio/uel dignitas poſtulet:hono
res deferantur.Et.n.q præter dignitatẽ/præterq; rationem fortaſſe ad honorũ gradus fuerint eue
cti:inſolẽtiores plærumq; euadere conſueuerũt:ut q copiis:opibus/honoribus nõ qdẽ ad decus:ſed
ad ſuã ſimul ac cæterorũ utantur labẽ.Et id qdẽ uſu uenit iis præſertim/q ex infima fortũa & humili
loco ad honorũ amplitudinẽ attollunt:& repente nimis:magis præficiunt rebus gerendis:Iure lau
datur rerũ oĩum modus:certis progreditur gradibus ratio:nõ ſubito:ſed ſenſim/ac pedetentim eo
deductura:quo uirtutis momenta propenderint.Arctiſſimũ omnium quo ĩter ſeſe natura homines
uinciũt:uinculũ/caritas:& beniuolẽtia merito iudicatur:eã cum amplecti oẽs oportet:tũ eos præ
cipue/quibus data eſt imperandi poteſtas/ac populis regendis pręſunt.Quos nõ abſq; optima ratio

ne priſci nõnulli auctores:paſtores appellare ſunt ſolitĩ.Nam id eorum fertur ingeniũ:ut pro gre-
ge tuẽdo etiã aĩam fundere parati ſint:& cunctis ſe obiectare periculis. Rex tyrãno quid interſit:q̃s
eſt qui neſciat? Qui ſe regem gerit:is cõmunem ſuorũ utilitatẽ ſpectat:a ſuis cõmodis animũ auer
tit:& Tyrãni mores aſpernatus:dum ſaluti cõmuni proſpiciat:cętera poſt habet uel potius cõtemnit
oĩa.Regis iſta:qui pro temporibus imperat optimus magiſtratus reipublicæ:& uniuerſorum ciuiũ
ſalutem lõge anteponit ſuę.Quod quidẽ ibi fit:ubi tũs beniuolentię:& charitatis uiget ratio. Beni-
uolentiam aũt:atq̃ animorũ ſtudiũ facile beneficẽtia cõſeqtur:& officiũ comitatur: qui rerũ huma
narũ nodus eſt:& ciuilis ſocietatis ſtabile firmamẽtum.Sed ad cohercẽdam improborũ audaciã:quę
maxime ĩ hoc lubrico temporũ dominatur: opeprętiũ ẽ iuſtã adhiberi poteſtatẽ:p quã a male uiuẽ
do deterreãtur.Atq̃ ita maleficii ac ſceleris adimatur facultas: ut quos nõ cohibet ratio:legum & iu
diciorũ compellat metus.Sed ad poteſtatẽ quoq̃ uel retinẽdã uel augẽdã:opes &copias adeſſe cõ
ducet plurimũ reipublicæ:ut nõ ſolum ciues mali comprimãtur:ſed etiã externorũ ſi quãdo uſus ac
ciderit:propulſetur iniuria.Tam & ſi potẽtia firmior nõ tã opibus atq̃ diuitiis cõſtet:nõ tam milite
& armis:nõ tam externarũ rerũ affluẽtia:q̃ iuris æquabilitate q̃ legũ robore q̃ ciuium concordia q̃
deniq̃ cõſilio ſapiẽtia atq̃ exercitatione uirtutis:ad hibito & amicorũ pręſidio:quos par ſtudiũ:cõſi
milis uolũtas:quos ꝓbitas cõciliauit &fides.Ita cõparatã ciuitatẽ nec labefactãt ĩprobi:nec ĩuadẽt
aut finitimi hoſtes aut exteri ſi aſint.Qui cęteris ĩpãt:ĩtegros ſe:atq̃ ĩnocẽtes prębeãt ſi abuocãt reli
quos ciues a turpitudine atq̃ ad capeſſendã rectã uiuẽdi uiã:ex citare uoluerit Neq̃.n.fruſtra dicit
q̃les ſint ĩ repub.Prĩcipes:tales reliquos ſolere eẽ ciues:Itaq̃ oportet eos:q coeteris pſunt eã ſubire
agendæ ætatis rationẽ ut non tã uerbo erudiẽdis:q̃ excitandis exẽplo:fiãt coeteris beneuiuẽdi magi
ſtri:ſi nõ ĩmerito populorũ errata in eorũ Principes referuntur:quando uel propoſita ĩpunitate de-
linquunt:uel ſe auctorũ ſuorũ imitatores præſtant.Sit igitur ſtudiũ diligẽs ei:q rẽpublicaꝫ gubernat
uirtutẽ ęqtatẽ frugalitatẽ rectamq̃ ĩ omni uita tueri rationẽ:ſi forte cupiat ſubditos habere conſimi
les:qbus pateat ipſe aut uitii aut uirtutis exẽplar.Proſpiciat aũt in dies:& uigili cura rebus incũbat
quæ noxiæ reipublicæ quæ ſalutares cadere poſſint:ut has ſtudioſiſſime proſequatur: illas tanq̃ ſco
pulũ fugiat.Quod certius cõmodiuſq̃ aſſequatur:ſi prætetita mẽte repetat & ſimilitudine cõparata
annectat futura præſentibus:& oẽm uitæ curſum ſolertiſſime cõplectatur ut in hũc modũ excubãti
nihil nouũ nihil ĩprouiſum nihil inopinatũ nihil deniq̃ nõ ſtudioſiſſime meditatũ ueniat.Ita.n.&
ſuæ dignitati & ſuorũ saluti facile cõſuluerit.Cũq̃ rebus probe ãminiſtrandis cõſiliũ præmittendũ
ſit:eo qdẽ utatur ad ea oĩa:quæ cõducere reipublice uideãt.Id aũt magnæ curæ ſit:ne publicæ pe-
cuniæ profundãt:quæ nerui ſunt ciuitatis:& tũ ornamenta pacis tũ belli pſidia.Diligentẽ habeat
uectigaliũ rationẽ:quæ & nitori ciuitatis & neceſſitati tẽporũ plurimũ inſeruiunt meminerit quod
a Cicerone in.iii:de republica libro traditur:optimũ & in priuatis familiis:& in Republica uectigal
eẽ parſimoniam.Videat uti alimenta oĩa frumẽtũ uinũ oleũ poculenta:atq̃ eſculenta oĩa abunde
ſuppetant ac nihil deſit omnino ex iis rebus quæ ad reliquum uitæ cultum ſpectent.Quę negociato
res:quæ artifices:quę agricolæ ſuffecerint:iuſto paranda ꝓponãt copia ad ſit:modus:& prætium
adhibeãt dolus fraus.uanitas ꝓcul abſint.Præficiantur cuſtodes ac uigiles urbi q eam pſto ſint tũ
ab inſidiis oĩbus tum quorũuis hoſtium incurſu uindicare:ſeditioneꝫ amoliri tumultus cõpeſcere.
Sit ante oĩa accuratiſſimum pacis ſtudium:in qua plane non populorum modo tranquillitas:& ci-
uium ſalus:ſed ipſa quoq̃ ſita eſt uitæ beatitudo. Quod ſi bellorũ urgeant tempora:de libertate de
ſalute de Imperii dignitate uiriliter decertetur.Ferendis legibus ſumma adhibeatur induſtria:ut a iu
ſtitia pfectæ eiuſmodi ſanciantur:quę & optimũ tueantur reipublicę ſtatum:utilitatem augeant:de-
cus amplificẽt:& facile ciuiũ accõmodent ingeniis.Sit cõdendarũ legũ magna cura:longe aũt ſer-
uandarũ maior:ut ita uirtutũ oĩum cultus uigeat:quæ legali iuſtitia cõtinentur:& flagitiorũ ac faci-
norũ oĩum:quæ hoĩum conciliationi aduerſantur:ſeminariũ extinguãt:auaritiæ &cupiditatis im-
primis:quæ ſapientũ teſtimonio radix malorum eſt oĩum:& ad quæuis ſcelera rapit mortaliũ pecto
ra.Tum nefandæ libidinis:& illicitæ Veneris:quæ & ipſa eſca malorũ eſt:& molles aĩos blande deli
niens:haud dubie:& uirtutis labem ſemp affert:& plęrũq̃ etiã uitæ cladẽ.Præterea inertię deſidię
& turpis ocii:quę res una multiplicẽ nequitiã gignit:& maximã docet improbitatem:poſtremo ela-
tionis:ſuperbię odii crudelitatis inuidiæ & oĩum deniq̃ id genus malorũ:quæ maxime apta ſunt:
ſanctam dirimere humani generis ſocietatẽ.Sed aſſueſcant ciues ad peſtem auaritiæ propellendam
pecuniam cõtẽnere.ad uitandã obſcęnæ libidinis ſordem ſacra amplexentur cõiugia nec iuuentutem
cęlibem eſſe patiantur:matrimoniorũ frequentia celebretur:quę libidinẽ frenat:incõtinẽtiã pellit:ſo-
bolem gignit:ciuiũ multitudinem auget:perennis durationis cauſaꝫ ſuppeditat.Ac ne langueſcant
ciues ocio magno:in honore artes habeantur & ſtudia.Poſtremo diſcant ſapienter & conſiderate iu
ſte atq̃ innocenter:cõſtanter ac fortiter:temperanter ac uerecunde:honeſte ac laudabiliter uiuere.
Sed uideo me progreſſum longius.Vos igitur iam tandem obſecro ampliſſimi Magiſtratus libeat
Iuſtitiam capeſſere:pacem ſectari concordiam atq̃ unanimitatem ſeruare:patriam diligere libertatẽ
amplecti ac firmiter retinere.Vna iuſtitia eſt:& mater omnium & Regina uirtutum:& quę philoſo
phorum omnium uoce atq̃ conſenſu in omni rerum publicarum amminiſtratione maxime domi-

natur & floret: uiget plurimum ſplendeſcit excellit: malos plectens: daris bonis præmia Pax dulce ẽ humanæ uitæ pabulũ: firmamentũ ſaluris: fructus ſummæ ubertatis: opus peculiare iuſtitiæ: incolumitas populorum ſtatus quidã bonorum oium congregatione cumulatus: uerum honeſtum iucundũ perfectum bonũ. De quo bene Silius Italicus magnus uates. Pax optima rerum. Quas homini natura dedit. Porro concordia quæ cũ pace tota prorſus apta coniugata implicata eſt: & naturali quadã ſocietate cõiuncta: a corde appellata: unum efficit cor ciuiũ oium unum ex pluribus animũ. mentem unam: unã eandemqꝫ omnium uoluntatem: ut ſit ciuium inter ſeſe ueræ fraternitatis ratio & illa quam natura ipſa pręcipuam ingenerauit amicitia: quod eſt omniũ rerũ diuinarum atqꝫ humanarũ cũ beniuolentia & charitate ſumma conſenſio. Vos optimi magiſtratus mementote Empedoclis Agrigentini ſententiam: nõ ſolum domũ & ciuitatẽ: ſed ẽt quæ ſunt queqꝫ mouentur omnia: ea conſtare amicitia: diſſipari diſcordia. Patria uero poſt ĩmortale numen ac ſuperos merito iure in officiorum gradibus ſecundũ locũ obtinet. Patria nanqꝫ quẽadmodũ parentes: & ipſa quoqꝫ generationis eſt auctor: quippe quæ nos genuit: aluit educauit in urbe ac domo in recta uiuendi ratione collocauit. Itaqꝫ patriam diligere patriam adiuuare patriaꝫ cõſeruare patriã amplificare debemus. Bene & compoſite locutus eſt Aurelius Auguſtinus dulcis patrię amor: domus dulcior dulciſſimus parentum. Luculente. M. Tullius. Vnicuiqꝫ noſtrũ chari ſunt parentes liberi propinqui familiares: ſed oẽs omniũ charitates patria una complexa eſt. Pro qua quis bonus unq̃ mortem dubitauit oppetere: cum ei profuturus eſſet? Accedit libertas cæleſte donum: humanæ nobilitatis: uitæ ſpecimẽ: ſignaculũ gloriæ diuinæ largitatis & parentis indulgentiſſimæ naturæ pręclarũ monumentum ac ſummi pignus amoris. Hæc cunctis theſauris antecellit: quando nec bene pro toto libertas uenditur auro. Et. n. fructus eius pretioſior eſt cuntis opibus ut quæ expetuntur oia huic nequeãt comparari. Veniunt fere bona oia pariter cũ illa: ut mori malit uir magnus & ſapiens: q̃ ãmittere libertateꝫ patiatur pro qua tuenda magnanimis uiris oĩs debet eſſe contentio. Hanc nil pręter pacem ſuperat quæ ipſa nihil eſt aliud (ut probe definiunt ſapientes) q̃ tranqlla libertas. Hæc igitur cogitate patres: hæc meditamini: ad hęc enitimini & contendite cũctis uiribus: in his diebus laborate & noctibus: ad hęc aium ſtudiũ operã conferte: & quæ cœteras uirtutes condit: ſimul & perficit diligentiaꝫ adhibete. Quę ſi diligẽti uobis fuerit ſeruata cuſtodia: quatenus capit noſtra fragilitas: humanã fęlicitatẽ: quæcũqꝫ tandem illa ſit conſequimini in terris: ſed & quo olim mortaliũ cura: & noſtra oĩs aſpirat intentio ſoluti corporum uinculis nanciſcemini beatas ſedes: ubi interminatis ſæculis: quod ſacri Vates diuinitus inſpirati cecinerunt: corã licebit intueri dominũ gloriæ Deum inq̃ deorũ dominum: quod ſummum quod ſolum uerũ incommutabile bonũ eſt: & eorum potiri: quæ nec uidit quiſq̃ nec audiuit nec capere qſq̃ cogitatione poſſit: quæ (ut in Timeo diuinus locutus eſt Plato) mẽs humana nullo modo cõplecti: lingua mortalis neutiq̃ ualeat explicare. Et ea parauit ĩmortalis princeps diligentibus ſe & tũ pie uiuentibus tũ iuſte rẽpublicã gubernantibus. Sed iam tandẽ tẽpus ammonet paſſa hęc cõferre uexilla: & uictricia uos optimi Magiſtratus capeſſere ſigna: quæ tribuuꝫ ſuur Ducibus conferenda. Qua quidẽ in re: & nobiliũ Hebręoꝝ morem: et ueteꝝ Romanorũ ſolẽnem ritũ: & Platonis inſtitutum imitari Senenſes cũ cœteris laudibus perſpicuum afferunt optimæ inſtitutæ ciuitatis ac reipublicæ documentum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio .II. de laudibus Senẽſis ciuitatis: quum glorioſiſſimus Rex ac Princeps magnanimus Ferdinandus: & excęlſa Senẽſis reſpublica Sancto iuncti ſunt fœdere.

HEc ciuitas & ueſtra Reſpublica Illuſtres Magiſtratus: patres & uiri Senenſes: quod minime cuiq̃ obſcurũ putamus: magnis iam pridem ſplendeſcit laudibus: ingenti excellit gloria: multis atqꝫ ampliſſimis ornamentis floret. Et ut mittã ingenium loci agri fœlicitatem: cęli clęmentiam: terræ & maris ditionẽ: uetuſtę decus originis: quippe quæ ueteres Romanos auctores habet. Vt mittam ingẽtia tecta: pręclara męnia excelſiora pergama: religioſa ac locupletiſſima templa: totius ſplendorem urbis: Imperii dignitatem: cũ illi & numeroſi & celebres ac uetuſti pareant populi: quæ oia oculis ſubiacẽt: & in cuiusqꝫ facile conſpectuꝫ cadunt. Illa certe maiora ac mirabiliora uideri debẽt: quæ mentis atqꝫ animi cogitatione cernuntur ſumma religio ac diuini cultus pietas: recta gubernandi ratio: reipublicę ordo: diſciplina uirtutis: Legũ atqꝫ iſtitutoꝝ ſctim õia: maioꝝ cõſuetudo: ingeniorũ benignitas: ciuiũ ęquabilitas atqꝫ cõcordia: & qđ ſolũ beatas facit reſpub. naturale quoddã ac diligens ſtudiũ pacis. Hinc fulget diuinũ ac cęleſte donũ: incorrupta & ſerena libertas: hinc licterarũ & ſtudiorũ uiget gloria. Ingenuarũ artiũ: ac diſciplinarũ cultus exiſtit: hinc externarũ reꝝ affluentia patet: & magna quędã ubertas & copia: ut in hac celebri admodũ patria tũ naturę adiumẽta tũ illa quæ putant fortunæ cõmoda tũ uel maxime diuinę bonitatis munera affatim ſuppetere uideant. Quare inter antiquas ac nobiles nõ mõ Etrurię: ſed ẽt totius Italiæ urbes annumerata eſt: & ad ultimas uſqꝫ oras: & remotiſſimas orbis regiones: Sena uetus ac ciuitas Virginis nomen propagauit: & gloriã. Sed quænã eſt humanaꝝ rerũ conditio? Qđ nemo ignorat: qđ ẽt ingemiſcendũ eſt: uirtus ſemp & quæ maxime a uirtute orit: fœlicitas patet inuidiæ. Bonitas mundũ effecit oẽm: qđ qdẽ in Timęo oſtendit Plato: & quę ĩ mundo ſunt

cõdidit oĩa. Hic eſt.n. creator oĩum: & mũdanę uniuerſitatis opifex/effector/ac molitor Deus: a quo
oĩs (ut idẽ Philoſophus inqt) pcul abeſt/ac longe faceſſit inuidia. Mundũ contra oẽm: & quę i mũ/
do cõſtãt: queq́ mouent᷑/oĩa ſoluere/ac labefactare conat᷑ ĩuidia. Inuidia primũ humanũ genus iua
ſit: p ĩuidiã primũ igreſſa mors eſt orbẽ terrarũ. Non temer̃ igit᷑ ſapien/ac nobiliſſimus uates Home
rus: inuidia execratus/truculentã beluã: aculeatũ ſcorpiũ: uoraciſſimã Tygridẽ: & quaſi quandã hu
mani generis cladẽ appellauit inuidiã. Quorſum uero hęc. Multi p diuerſa tẽpora: quod uel accępi/
mus patrũ memoria/uel ẽt ipſi uidimus/liberã/pacatã/florentẽ/opulentã: Beatã rẽpublicã Senenſi/
bus inuidentes: ſimul aut ſæua rapiendi cupiditate/aut execranda dominãdi libidine cõmoti: noua
moliri iniuria laceſſere/bellũ inferre/temere auſi ſunt. Alias clandeſtinis cõſpirationibus/ac dolis ma
lis inſidiãtes/alias palã delectu/& magno cõflato exercitu: & equeſtribus/atq́ pedeſtribus/undiq́ col
lectis copiis: in Senenſe ſolũ irruentes: paſſim graſſantes: hoſtiliter inſultantes uobis. Idẽ nõnunquã
exteri duces/idẽ nõ nulli ſępe finitimi ſunt aggreſſi. Per ſæpe in graue diſcrimen Sena uocata ad ex/
tremũ (ut ita dixerim) uitę periculũ: & pene ultimã libertatis cladẽ redacta eſt. Proh mira ĩmortalis
Dei bonitas: p inaudita/atq́ incredibilis diuæ Mariæ Virginis pietas. Omnium reſtitit aduerſario/
rum telis: arma repulit: oẽs proſtrauit inimicos/ſuperbos oppugnatores deiecit: hoſtes profligauit:
Senenſi populo/urbi uetuſtiſſimę/ciuitati Virginis pſpexit: uictoriã peperit: ueſtrã rẽpublicã ſaluas
fecit. Semp ciuitas Virginis manſit incolumis: diuino ſepta præſidio: & cæleſti illa protecta dextera
quã nec hoĩs lingua/nec uox Angeli fari poſſit. Iam nõ abſurde de illa Dauid cõcinat ſacratiſſimus
Vates. Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas Dei/ciuitas Virginis. Vere nanq́ memorabile/atq́ admirã/
dum uideri debet: ut unus fuderit mille/& duo fugarint decẽ milia: Nomino ego neminẽ/ne in quẽ
piã fortaſſe cõtumelioſior uideri poſſim. Referã tñ unũ de multis: qđ & geſtũ/& uerũ fuiſſe cogno
uimus. Nã annis ſalutaribus. M.cclx. (ſi recte memoria teneo) ad Montẽ Apertũ trans Arbiã flu/
uiũ/contra aduerſantes/atq́ oppugnantes finitimos: q opibus: q armisq magno equitũ: atq́ pedi
tũ numero ualebant: a Senenſibus Ducibus parua educta manu/nõ mõ fuſi/& fugati hoſtes: uerũ
ẽt capti multi: multi cæſi/reliq profligati ſunt/ac de ſuperatis hoſtibus/quaſi optima quædã: Senã re/
portata ſunt ſpolia: pręda ingens allata: illuſtris cõparata uictoria: glorioſus partus triũphus/ut tũ
pene uicti hoſtes Victoribus Senenſibus ſeruire uiderẽt᷑. Nihil multis iã ſeculis/noſtra in regione tã
magnũ/tã pręclarũ. Sed qđ uetera pſeqmur? Cũ ſepe alias/tum proxima nup ęſtate qdã belli duces:
nõ tam ſuis uiribus fręti/q̃ eorum occultiore cõſilio/atq́ ope: q nunq̃ eo cõtẽti ſunt/quod eſt/& alie/
nis occupandis opes augere ſuas quærunt: nihil tale Senenſes opinantes adorti ſunt: & in eorũ agrũ
facto impetu: prædonũ ac latronũ more inſidiantũ innocentibus: & rectis corde: uaſtare oĩa deleſ
infeſta habere: armis/rapinis/cædibus permiſcere oĩa conabantur. Confuſa oĩa: et perturbata uide/
bãtur: aduerſus Romanã quoq́ eccleſiã: ſecretiora agitabantur cõſilia. En reſpexit de cælo Deus hu
manarũ operũ Iudex: & iniuria laceſſitis ſenẽſibus: auxiliũ ferẽdum ſtatuit. Pulſauit idcirco ea res ani
mum Sixti Pontificis maximi: quẽ Chriſtianę reipublicæ principẽ: & Chriſti uicariũ: propulſatorem
iniuriarum: & caduceatorẽ ſanctũ eſſe decet. Excitauit imprimis Glorioſiſſimũ Ferdinandũ Regem
quidẽ potentiſſimũ/ac principẽ pacis: q ſęuam tyrannidẽ exoſus dura/pectora mulcere didicit: belli
motus cõpeſcere: improborũ ſedare tumultus. Regali deniq́ poteſtate parceret ſubiectis: & debella
ret ſupbos. Regẽ inq̃ pacificũ/ac noſtræ ppugnatorẽ libertatisq uere ad mortales iuuandos: atq́
ad prodeſſendũ oĩbus natus perſpicitur: quod nõ mõ ſiculi norunt: Apuli: Lucani: Calabri: Brutii:
cæteriq́ qbus ille iuſte/atq́ legitime imperat: ſed longinq́ ẽt nationes/atq́ exteræ gẽtes/tum Ciſalpi
ni plęriq́/ac tranſalpini populi: qbus ille nunq̃ defuit: quos ſępe/manu/exercitu/claſſe afflictis rebuſ
iuuit. Teſtes ſũt i pximiore regione aliqñ Veneti: teſtes Mediolanẽſes/teſtes Ferrariẽſes: teſtes Flotẽ
tini/teſtes ſunt Senẽſes: quorũ paulo añ oppugnatores debellauit/atq́ ita debellauit: ut turpiter ĩ fu
gã ceſſerint: & ueteres Lares turpiter deſerere ſint coacti. Vt iã illud plane affirmare nõ dubitẽ: quot
quot Senẽſi patrię aliqñ inſidiati ſũt iniuriãue tulerũt: fœlicẽ Senẽſib9 rẽpublicã ĩuidẽtes/tũ priſcis
tẽporibus/tũ nr̃a ẽt tẽpeſtate: eos & irrita/atq́ inania habuiſſe cõſilia: & iuſtas tãdẽ/ac ſuis ſcelenbus
dignas dediſſe pęnas. Verũ ad cõprimẽdas ĩpias/atq́ nefarias: ĩproborũ cogitationes: ad occurren
dũ malignantiũ ſtudiis: ut in longitudinẽ quoq́ proſpiciat᷑: quod ſuũ ſapientis eſt: operepretiũ fuit
ſalutare cõſiliũ: atq́ efficax remediũ adhibere. Placuit igit᷑ æterno Principi: q maxime res curat hu
manas: id quod diuã cæli Reginã Mariã Virginẽ una cum cœteris ſacris penatibus noſtris cõpreca/
tam arbitramur: ut Rex pacificus Ferdinandus: & pacificus Senẽſis populus: quod lætũ/fœlix/fau
ſtũq́ ſit ſcõ fœdere iũgerent᷑: amicitiã/ac ſanctã coirẽt ſocietatẽ: ut ſectatoribus pacis ĩ unũ cõuenien
tibus: quantũ tribuerit diuina benignitas/trãqlla ſint tẽpora: ſecura/& tuta ſint oĩa: & neqtia/atq́ ini
quitate ſublata/ſũma ĩ pace uiuat᷑. Hęc uero optabilia/& pręclara ab immortali deo oĩa pfecta ſunt
dona: a quo bona cũcta mortalibus tribuũtur. Munificẽtiſſima hæc ſunt munera: Magnificę igitur
quatenus ĩbecilitas humana pgredit᷑: oĩpotentẽ cælorũ principẽ glorificemus/benedicamus: uene
remur adoremus: grates ĩmortales pſoluamus: ne tot tãtorũq́ beneficiorũ ĩmemores: ne igrati prorſum uideamur. Cœteri hoſtias cędãt: immolẽt uictimas: ſua ſacra/atq́ holocauſtomata ferant: mactẽt
delectas de more bidẽtes: Hircorũ/atq́ uitulorũ ſanguine litẽt. Nos pias preces ſacrificia cordis: ſo/

ſemnia uota:ſacra adhibeamus ſupplicia:ante oía expiatas mentes/accincti gladio Iuſtitię potẽtiſſi/
mæ:quę ſola eſt pacis/ac beatitudinis auctor. Sit igiť gloria in altiſſimis Deo/ĩ terris pax hoĩbus:ad
quã Senenſis populi tendunt ſtudia:ueſtra oía aſpirãt cõſilia:et pace firmiter cõſtituta:bene/ut fœli
citer ſit ſplẽdidiſſimo Ferdinãdo Regi:& illuſtri Senẽſi generi/ac peculiari populo Virginis. Poſtre
mo ille nobis pacẽ tribuat:q̃ unus eſt auctor pacis:in cuius diebus/orta eſt habũdãtia pacis/q̃ hoĩus
cõciliationẽ lętari iubet ĩ uinculo pacis:q̃ filios ſibi arrogat cõſectatores pacis:ſi poſſident filii Dei
optimũ legatũ:pręclarã hæreditatẽ: & uerũ patrimoniũ pacis:ſi dulce ẽ pręcœteris rebus nomen pa
cis:ſi res iucunda & ſalutaris poſſeſſio pacis/ſi bonũ/& iucundũ eſt in unũ habitare ciues:in unitate
concordiæ:ac tranquillitate pacis. Pax nobiſcũ ſecura in terris: pennis in cælo: & eius in hoc ſæculo
gratia/qui p̃ omnia ſecula ſæculorum uiuit/& regnat. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio .III. de Senenſis urbis dignitate/atq; præſtantia: & recta eius ciui
tatis Inſtitutione:deq; ſeruanda reipublicæ tranquillitate & gloria.

PRodunt ueteres Hiſtoriarũ ſcriptores:Magiſtratus præclariſſimi/ac uos oẽs uiri Senẽ
ſes:Lycurgũ Lacedæmoniorũ Regẽ/q̃ ea in urbe ſalutares ĩprimis/ac ſanctiſſimas le/
ges cõdidit/populũ ad obſequia Principũ:principes ad iuſtitiã Imperiorũ inſtituiſſe. Neq;
.n. q̃cquã aut in iis q̃ p̃ſunt iuſtitia melius:aut in iis/quos parere oportet:obediẽdi uo/
luntate/laudabilius cogitari poteſt. Atq; ita demũ recte/& præclare hoĩum cõciliatio:
ac ſocietas regiť:ſi Principes/& ciuitatũ rectores iuſtitiã tueanť:inferiores uero prõptos ſe/& alacres
ad parẽdũ exibeãt. Quod ipſe mecũ reputãs/q̃uis nec ingenio/nec doctrina/nec dicendi exercitatiõe
ſim p̃ditus/tñ magnifici Capitanei/& hoꝝ patrũ Impio:atq; auctoritate coactus: q̃bus obtẽperare
neceſſe eſt:ſuſcipiendũ mihi hoc orandi munus:potiusq̃ recuſandũ cenſui. Non erã ipſe neſcius in
hac p̃clara concione: & celebri/atq; frequentiſſimo cõſeſſu/ſummã dicendi copiã:pręcipuã orationis
elegantiã/ſingularẽ uerboꝝ dignitatẽ:iuř optimo poſtulari. Verũ ad hoc magnũ/ac p̃difficile onus
ſubeundũ:nõ mea me p̃duxit uoluntas:ſed parendi neceſſitas cõpulit/quę res ſpẽ haud dubiã inſpec
tandæ ueniæ polliceť:p̃ſertim a ueſtra facilitate/atq; clæmentia:quæ ibi culpaꝫ eſſe minime putabit:
ubi nulla præceſſit peccandi uoluntas. Res magna hodierna die ſeſe mihi explicandã offert/cuius
magnitudo/ac ſplendor ẽt eloq̃ntiſſimi cuiuſq; Oratoris copiã/& ubertatẽ antecellat: ſed huic p̃ in
genii fragilitate ſatiſfeciſſe uideor:ſi tria fuero breui oratione cõplexus. Dicã igitur pauca/de Senen
ſis urbis dignitate:atq; præſtantia:de recta huius ciuitatis inſtitutione:de tuẽda reipublicæ tranq̃lli/
tate: & gloria. Cõſideranti mihi multas/ac pręclaras Senenſis urbis laudes:occurrit primũ antiqua
eiuſdẽ urbis origo: & a clariſſimis maioribus orta uetuſtas. Habet .n. Senẽſis ciuitas matrẽ Romam:
& oĩum/quę in toto orbe terrarũ ſunt opulentiſſimã ciuitatẽ:habet progenitorẽ/ac parentẽ uictorẽ
quondã gentiũ oĩum/ac dominũ Romanoꝝ populũ:cuius decus/atq; ampliſſimã gloriã:& Latinæ
oẽs: & Græcę decantant hiſtorię. Quippe iactis Romanæ urbis primordiis:q̃ a cõditore tanti Impe/
rii fluxerunt:p̃fecti ad hęc loca:Senã cõdiderunt: & auctorẽ ſuũ imitati:ĩ collibus uelut arcẽ quãpiã
mox futuræ urbẽ poſuere:q̃ a paruis profecta initiis:ut ĩ plęriſq; cõtingit:paulatim exinde ad urbis
magnitudinem excreuit. Ea res dedit Senenſi populo:quaſi originis ſuæ certũ inditiũ/ac p̃petuũ in
ſigne Lupã nutricẽ:lactẽtes Remulũ/ac Romulũ. Quod q̃dã nõ ignobiles auctores tradunt a Seno
quodã Romano: & clariſſimo uiro fuiſſe profectũ: & ab eodẽ ipſo Senæ ĩditum fuiſſe nomen. Hinc
Sena uetus/ob priſcæ originis uetuſtatẽ:nõ modo Italorũ uſurpatione:ſed ferme populoꝝ oĩum cõ
ſenſu meruit appellari. Indicãt uetuſta monumenta:ſigna cõpluria:monetæ ĩſcriptio: & multę pluri
bus ĩ locis ipſa uetuſtate/pene obliteratæ marmoreę literæ. Quod ſi loci/in quo ſita eſt:opportunita
tem quęrimus:eminet hæc q̃dẽ ĩ editis/ac ſaluberrimis collibus:uiget amœnitate regionis:quę nec
humili planitie deprimitur/nec rurſum ĩ ſublimiorẽ altitudinẽ erigitur:quę nec feruentiore æſtu fla
grat:nec eluuione aquarũ exundat. nec aut Aquilonis/aut Auſtri impetu quatitur/nec exuritur ſolis
ardoribus:nec niuibus/aut aſperiore gelu riget. Mediũ quoddã (ut ita dixerim) tẽperamentũ aſſecu
ta eſt & locũ eiuſcemodi:q̃ cæli excællit ſalubritate/atq; clæmentia:aeris rẽperie/ubertate agrorũ/ua/
rietate earũ reꝝ/& copia:quæ neceſſariũ uictũ: & ſufficientẽ alimoniam prębeat. Vt quantũ Floren
tia finitima urbs in planitie:tñ Sena in Hetruſcis collibus poſita/plęriſq; ciuitatibus antecællat. Hoc
tñ ãmirabilior:quod p̃ nemoribus/& ſiluis:atq; agreſtiũ ferarũ habitaculis/manu/& opa ad cultuꝫ
amœniſſimę urbis redacta ẽ. Atq; ſi urbẽ ipſaꝫ cõſiderare uoluerimus:extãt ingẽtia ædificia:pręda
ra mœnia ſplendida/ac magnifica tecta:religioſa delubra:fana auguſtiſſima: ãmirabilia tẽpla/mar/
more/ſignis/tabulis/pictura/atq; omni nitore fulgentia. Ex his baſilica maior:quę eſt Cathedralis ec
cleſia: & e regione eius/hoſpitalis ædes utraq; in honorẽ dicata Virginis:cõmuni oĩum iudicio tales
ſunt:ut nuſq̃ cõſimiles apud oẽs fideles populos reperiri queant:quaꝝ p̃p eximiã pulchritudinẽ/ac
magnificentiã/longe/lateq; fama uagať: & plurimũ Senenſis urbis illuſtrat gloriã. Cuius quantus
ſit decor declarat ſpecioſus cãpus/latitudine/circuitu/& ornatu Inſignis:p̃pulchro latere ſtratus/altis
undiq;: & pręclaris circũdatus/ac redimitus tectis/tũ uiarum/& plateaꝝ ordo:plurimi & ſcatentes
aquarũ fontes:deniq; oĩs generis/uel p̃ſidia/uel ornamenta/quæ ipſa in prõptu ſunt oĩbus. Iam de
ampliſſima eius ditione/q̃d multa dicere opus eſt? Terra mariq; Sena ĩperat:oppida cõplura:caſtel

la p multa:populi nõ ignobiles illi ſerulunt:urbes ẽt nõ in celebres/eius ditioni ſubiacent. In his fe/
raciſſima ora: & omnia regio circunſcripta littoribus Tyrrheni maris:gregibus atq armentis fęcun
da/ferulitate ſoli/uarietate fructuũ ubertate/& multitudine paſcuorũ/uęhemẽter abundans:q̃ quaſi
frumẽtaria cella finitimorũ oĩum/ac p Aliũ præcipue excelebertimo Telamonis portu/multa expot
tans neceſſaria alimenta/ẽt exteris/& longinqs populis ſubminiſtrat. Sed quãta ſit Senẽſis urbis glo
ria:hinc maxime cõſtare poteſt:quod nõ mõ Cluſiũ Hetruſcorũ quondã Regũ florẽtiſſimũ domi ci
liũ: & inſignis regia:ſed ẽt totius Hetruſci Regni decus in Senenſis ciuitatis Imperiũ traſlatus eſt. Et
Romani qdẽ ab Hetruſcis regibus Sellã curulẽ/litores/togam pictã pręteſtam/Magiſtratuũ ĩſignia:
Senenſes uero eximiũ regiminis ſplendorẽ: &maximã Imperii gloriã acceperunt. Quiddicã de ciuiũ
ingenio:facillimis moribus:naturali quadã uitę ſuauitate/iucunda cõſuetudine:mutuo interſe amo
re/charitate in ſuos/hoſpitalitate in peregrinos/beniuolentia in oẽs? Quales uiros hæc ciuitas tule/
rit:innumerabiles poſſint nobis exẽplo eſſe. Ac plurimi in omni genere laudis multifariã floruerũt.
Teſtis ſit cęles ĩclytus Bernardinus alter poſt apl'ſ Paulũ p̃dicator & doctor ueritatis. Teſtis ſit nume
roſa turba beatoꝝ Senenſiũ ciuiũ quã firmiter credimus in cęlo regnaſ cũ Xp̃o. Teſtis ſit Virgo am
mirabilis Caterina:nõ mulier/ſed Virago: & quæ in figura hoĩs cæleſtẽ ſpirtũ geſſit. In ſũma uero
doctiſſimorum hoĩum multitudine/& copia:teſtes ſint Gerardus diuinus Philoſophus:Petrus Ruſ/
ſius noſtra memoria ãmirandus philoſophus: Vgo Bentius alter quodãmõ mortalibus datus Hip/
pocrates:multi ĩ omni doctrinæ genere cũ ſuperiore floruerunt ætate/tũ noſtris tẽporibus celebres:
& illuſtres uiri ãmirabili gloria præſtant. Et ut taceã Alexãdrũ.iii.quẽ ueteres narrant hiſtoriæ:ut ta
ceam reliquos:quos narrare longũ ſit:teſtẽ habemus locupletiſſimũ Pium.ii.q nunc in Apoſtolatu
ſedet uirtute/ſapientia/rerũ oĩum cognitione/ac laude præſtantiſſimũ: & pene ſupra hoĩs ĩgenium
innumeris muneribus decoratũ/clariſſimũ terreſtre ſydus: & catholicæ fidei fulgentiſſimus lumen.
Sed ad rectam ciuitatis inſtitutionẽ feſtinat oẽo. Maiores noſtri Romanorũ ſectatores:q nobis hanc
remp. tã præclare fundatam reliquere:optimis illã cõformarunt inſtitutis/ac legibus:qbus/& diui/
no cultui debitus honos exhibetur: & ſaluti ciuiũ: & cõmuni utilitati cõſulitur. Hinc ſolẽnes cerimo
nię:anniuerſaria ſacra:multa ad diuini numinis cultũ & uenerationẽ religioſiſſime ſũt cõſtituta. Nec
uſquã genitrĩ/ſuperorũ Regina piiſſima/mortaliũ defenſatrix:ĩcorrupta Dei mater/& glorioſiſſima
Virgo:religioſius colit/amplioribus honoribus celebraſ:cuius nõ ſolũ tutela/& ope hæc ciuitas frę
ta eſt:ſed ẽt num poteſtate & legitimo Imperio gubernaſ/& regitur. Porro iura leges/inſtituta/mu/
nicipales ſanctioẽs/probati mores/reliqua Senenſis ciuitatis diſciplina eiuſmodi eſt:ut uere a Roma
norũ fontibus orta eſſe uideaſ. Hinc forũ/pretoriũ habendi ſenatus locus/cominiorũ ordo/hinc ſub
ſellia: & plura tribunalia ciuilibus mũeribus obeũdis cõparata. Hinc ærarius:uectigalia/hinc tribuũ
trina partitio/hĩc nobilitatis: & ppl'i diſtincti ordĩes/hĩc ſtudioꝝ Gymnaſia:ĩ qbus theologi/phi/iuris
cõſulti/rhetores/& diſciplinarũ oĩus pfeſſores publice docẽt. Hĩc magiſtratꝰ cõſtituũtq reip. Pręſine
q ciuitatis ſalutẽ tueanſ:q eius dignitatẽ & decus ſubſtineãt. Quos oẽs a Romãis traxiſſe originẽ de
clarat hodierna celebritas:ĩ q̃ hęc uictricia ſigna: & p̃clara uexilla magiſtratibus tribuũſ: Pricipi ppl'i
& uexillifero iuſtitiæ ante oẽs:tribunis populi/qui cuſtodiæ ciuitatis ĩuigilãt:Cẽturionibus/& Cẽtu
riaꝝ ſigniferis:quos ſequnſ qui ex ſuburbanis locis mox q ex agricolis delectũ faciãt:ut ita oĩa Senẽ
ſis Imperii menbra ad urbem:quę caput eſt/quaſi ad domiciliũ uitæ: & ad tutiſſimã arcem intendere
uideanſ. Nec temere militaria hæc ſigna Magiſtratibus ſunt tributa:ut ĩtelligãt oẽs uigili cura: & mi
litari quodã ſtudio/ac ſumma animi magnitudine laborãdũ:ut rectam diligẽtiſſimamq rei publicæ
amminiſtrationẽ tueantur. Ac de his quidem ſatis.

¶ Hora excelſi ſignori:ornatiſſimi Magiſtrati: & preſtatiſſimi cittadini exeqro cõ breuita la parte ter
za nel principio da me pposta:laquale cõtiene la cõſeruatione della gloria: & della tranqllita publica
Peroche non obſtante/che li enumerati doni/& ornamenti della citta uoſtra ſieno grandi/& molto
excellenti:nientedimeno ſupremi/& ſplendidi oltra tutti li altri dobiamo iudicare la liberta/la pace:
& la glorioſa fama. Liquali tre pretioſiſſimi theſori & ĩmortali: & celeſti doni/cõuiene ſtudioſa mẽte:
& cõ tutta la forza dello ingegno cõſeruare. Cõcioſia coſa che la liberta/come maxime aneſtano li pru
denti iuriſcõſulti in tãto e precipuo/& excellentiſſimo dono:che infra le humane poſſeſſioni merita
mente e collocato nel primo loco. Et a q̃ſta la natura artifice delle coſe generate in diua ſingularmen
te/& ĩduce lhomo come nobiliſſimo/& diuino aĩale: & a tutti lialtri ſupremo:anco Signore di poco
ĩminuto dalla nobilita Angelica. Onde nel principio del mõdo creato:tutti li homini naſceuano libe
ri pche dice el Romano philoſopho parlãdo della humana p̃ſtantia: & ſingulare excellentia. A diuin
cta eſt appetitio q̃dã principatus. Et a demoſtratione della liberta quãto ſia preclaro bene ſi diffini/
ſce la liberta:poteſtas uiuẽdi ut uelis. Che la liberta nõ e altro/ſe nõ poteſta di uiuere ſecõdo el tuo uo
lere:intendẽdo la uolũta cõforme/& cõſentanea alla ragione:della quale nõ puo:ne debba deuiare
ne p alcũ mõ eẽre aliena. Et po le citta et populi liberi degnamẽte ſi poſſano chiamare felici:median
te tãto ĩmẽſo/& ĩfinito dono:alquale tutte le richeze/et le abũdantiſſime diuitie:tutti li theſori/et tẽpo
rali poſſeſſioni nõ ſi potrebbono cõparare. Eſſendo q̃lla in uerita:p laq̃le li magnanimi cittadini:et
li ueri amatori della patria:ẽt nõ dubitano expouere ad extremo pericolo la ppria uita:et ſpargere

p quella el propio ſangue. Secondario ſeguita eldono della pace: laquale come altre uolte mi ricordo
hauere dimōſtrato p optime ragioni cōla liberta ſi dice eſſere coniuncta. Come ēt declara laſua diffi/
nitione. Pax eſt.n. tranqlla libertas. Che la pace/e una tranqlla liberta. Laquale ſupa: & antecelle
tutte le coſe deſiderabili: & expetende come ſommo & extremo bene cōceſſo dalla diuina largita alli
huomini mortali ī terra. Onde dice elgrande oratore nelle ſue Antoniane orationi. Dulce nomē eſt
pacis: res ipſa tū iucunda/tū ēt ſalutaris. Bene honeſto ſenza aſperita: dono ſuauiſſimo ſenza macu/
la. Fructo di iuſtitia: & inuerita da ogni uitio & corruptione totalmente alieno. Nel quale el cumulo
di tutti li benii & la exuberantia dogni honeſta: & iucūda coſa cōſiſte/& ſi cōtiene. Onde pli philoſo/
phi ſi cōclude la pace eēre la pſperita de populi: el firmo/qeto/ſolido/& tranqllo ſtato: & ultimo fine:
alquale debba intendere/& dirizarſi ciaſcuno humano cōſilio ogni fatiga: & noſtra opatione. Cōli
quali duo antenominati beni ſi connecte neceſſariamente loſplēdido nome: & la glorioſa fama la/
quale ſi pduce/& deriua ſolamēte da qlli principii: & da qlle cagioni: onde naſce liberta/& pace. Et
certamēte ſenza tali radici/nō puo alcuno uirente ramo di fama: & di gloria pullulare. Et po ſeuole
te qſti ſingulari doni: & excellentiſſimi ornamenti ppetualmēte cōſeruare/e neceſſario indubitatamē
te ſtabilire due principaliſſimi fondamenti: liquali ſono cōcordia & iuſtitia. Accioche mediāte queſti
dignamēte alla citta noſtra cōuēga lo oraculo del ſacro: & diuino Propheta: & alla patria Seneſe ſia
decto meritamēte Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Virginis. Quoniā fumdamēta eius ī mōtibus ſan
ctis. La citta della uergine: ſi chiama la citta Seneſe: ſotto el ſuo titulo dedicata fumdata ſopra li mon/
ti ſancti: quādo e/recta: & ſi gouerna cō iuſtitia: cō pfecta unione: & cōcordia. Remoſſa & fugata in
tutto ogni partialita/ogni diſcordia/& ſeditione/& ciaſcun turbulento affecto: pponēdo: & riſguar
dādo p ſolo ultimo fine: la cōmune ſalute: & publica utilita. Dimēticando/et poſtponēdo ogni priua
to cōmodo: et particulare intereſſo. Et anteponendo ſempre a tutte le coſe el bene della patria: come
piu degnio & piu ſublime anco diuino. Hauendo firmiſſima qlla āt ica: et pbata ſententia. Vnicuiq
noſtrū chari ſunt parentes/liberi/ppinq/familiares: ſed oēs oīum charitates: patria una cōplexa eſt.
Et po uolēdo hormai cōcludare & terminar el parlar mio optimi cittadini: et digniſſimi Magiſtrati
cōlegati cō uinculo di uera dilectione: ſeguite li rectiſſimi ueſtigi di noſtri antecessori/amate la cōcor
dia/obſeruate la iuſtitia/pſeuerate nella ſancta unione/prēdete la uera diſciplina della uirtu/diſpone
te li animi noſtri alla obſeruantia delle leggi. & laudabili inſtituti: pcurate la pace: riguardate el com
mune bn̄: cercate: & opate la ſalute lhonore/lagloria/latranqllita: & qete della dulciſſima patria & no
ſtra republica: delle quali ſanctiſſime: & glorioſe ope nō dubitate chē riporterete nō ſolo laude/com/
mendatione/& gratia appreſſo li homini mortali: & nella terrena regione del mōdo: ma ēt dopo el
corſo della preſente uita dallo eterno Dio nel concilio de beati remuneratione pfecta: & ſempiterna
retributione: & īmortali: & īmarceſcibili premii nella celeſte patria. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oro. IIII. de optimis/& rectoribus: & cōſeruatoribus rerū publicarū.

¶ Qui cūcta moderat: & regit oīpotens Deus pater & filius & Spūs Scūs ille apiat labia noſtra. ut
ea fari poſſimus: quæ & ueritatis iter oſtendant: & nobis cōferant ad ſalutem.

Nihil eſt in cūctis humanis rebus maius excellentiſſimi dn̄i uiri Seneſes: nihil ſummo
oratore teſtante: illi optimo/maximo: & oīpotenti principi: atq īmortali Deo: q omnē
mundū regit: qd̄ qdē fiat in terris acceptius: q̄ cōcilia coetuſq hoīum iure ſotiati: que ci
uitatis uno: & pprio nomine appellant. Et illi qdē qui primi urbes cōdiderunt: & diſp
ſos montibus & ſiluis hoīes/ac paſſim belluatū more uagantes/ad ſocietatē uitæ cōuo/
carunt: pculdubio magni uiri extiterunt/ac iure habiti ſunt: & appellati ſapientes/Sed pari quoq di
gni ſūt laude: earundē ciuitatū rectores/& cōſeruatores: quorū uirtute/opa/auctoritate illa gerūt: q̄
a totius mūdi pricipe/ac rectore deo īpata ſunt: in qbus uniuerſa lex pendet: & tota ſita ē religionis
ratio/& recte/ac laudabiliter uiuēdi diſciplina. Hæc duo ſunt æterni mandata principis: primū ut co
lat deus: alterū huic ſimile: ut pximus diligat. Hoc iubent leges: hoc populorū ſcita ſunt: Hoc iura
diuina/& humana cōtendunt. Hoc ſtudio omni curar debēt rerū publicarū rectores/& magiſtra/
tus: ut p rectam illorū amminiſtrationē/iuſte/pie/moderate/tranqlle uiuat hoīum cōciliatione/ac ſo
cietate. Tantiſp. n. bona fuerit/tranqlla/& beata reſpublica: dū boni/& ſapientes extiterint: q Magi
ſtratus gerunt. Tales nanq cōſtat eē ciuitates/ac populos: quales hi fuerint: q eis gubernandis/ac re
gendis præſunt. Boni ſunt aūt q acriter libertatē retinent/& ad libertatē patriæ tuendā/parati ſunt ēt
uitā/& ſanguinē fundere. Boni ſunt: q oīa ad cōmunē referunt utilitatē/ac decus: obliti cōmodorum
ſuorū. Boni ſunt: q totū corpus reipublicæ procurāt/nec dum partē aliquā tuent/reliquas deſerunt.
Boni ſunt: q factioſorū ſeditionē execrant: que res una pniciem ciuitatis inducit: & uel firmiſſimam
labefactat ſepe rēpub. Boni ſunt: q ira/odio/inuidia/inimicitia/ac cęteris prturbationibus uacuos ſe
ſe præſtiterint. Boni ſunt rurſus q intelligunt: ſe gerere pſonā ciuitatis: & eius dignitatē ſubſtinent/ac
decus. Boni ſunt: q iuſtitiā diligunt/leges ſeruant/iura/atq inſtituta tuent. Boni ſunt: q diligunt iui
cem/concordiā amant/unitatē ſpiritus conſectantur: pacē amplectunt: quæ bonorū oium cumulū
pſtat: q totius hūani generis ſalutē cōtinet: et aurei ſęculi ſpēm quādā imaginēq reducit: cuius dulce
eſt nomē res ipſa iucunda/ac uere ſalutaris: et quia a Saluatore Xp̄o et ſūmo patre relicta: ideo certe

cunctis theſauris precioſior/et patrimonio omni: atq̧ hęreditate pręſtantior. Boni deniq̧ magiſtratuſ ſunt: q oia quaſi/Deo teſte: quē trinū/& unū uenerant/ac metuunt: pie agunt/cogitant/dicunt: nihil cupide & auare: nihil timide/& ignaue: nihil intēperāter/nihil incontinenter/ac molliter gerūt. Qui nō famā: ut ſtulti faciunt: ſed ſolā conſcientiā uerent: & dū rationē uirtutē ueritatē ſequant: cętera pro nihilo putant oia. Hos ſolent ſapientes dignos exiſtimare: q reipub. pręſint: q magiſtratus gerāt q magnis negociis miniſtrandis/& populorū gubernaculis pręficiant/Ita.n. ſubiectis pderunt hominibus: & eorū/q ab eis reguntur/ꝗ optimā geſtabūt curā: boni paſtoris exēplo: q uel aīam ſuā dat p ouibus ſuis: & rapaciū luporū deuitat inſidias. Paſtores nanq̧ ſunt: q alios regūt/& q regunt/merito Ariſtotele teſte ouibus comparātur: ut ſcite Homerus paſtorē populorū Agamenonē appellare fit ſolitus. Eiuſmodi nos magiſtratus probamus: hos quęrimus: hos optamus dari nobis in hac pręclara ciuitate: atq̧ optime iſtituta repub. Quę una noſtris ſęculis floret: nec minus ſplēdeſcit: ꝗ quōdā bellica gloria pręſtans Lacedemon: doctrinarū laude clarentes Athenę: Imperio/& ſummis opibus Roma refulgēs: in hac inq̄ urbe: iqua oīum pene conſenſu aurea dominat libertas. Tales nos magiſtratus intuemur: q mō gubernant uiros ſapiētia/moderatione/ītegritate ornatos: & ciuitatis ſtudio: ac patrię charitate flagrantes. Tales quoq̧ annuat nobis Deus: hodie in hac preclara comitiorum celebritate: ut & ſumma ipi uirtute prędīti: & eorū q mō pręſunt: īuitari exēplo patriā cōſeruēt iuuēt/amplificēt: glorioſa Dei matre/Regina cęli: & huius urbis domina intercedēte Maria/& penatibus noſtris fauētibus/ac ꝓpiciis: quoꝝ ope/& pręſidio fręta Senēſis patria quęſo fit illa quo ad fieri poteſt: imperiū oceano: famā/q terminet aſtris: ad ęterni Principis decus: & huius florētiſſimi populi tranquillitatē & gloriam. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. V. de ampliſſimis laudibus Senēſis/& urbis & ciuitatis: deq̧ optima eius reipub. diſciplina/& recta gubernātiū ciuiū ratione: & mō uice illius: q ſanctę Synodi Religioſorū oīum ſacri alicuius ordinis celebritate cōcionem fit habiturus ad Senēſem populum: Generali eorum duce/ac Rectore iubēte.

Memini me Reuerēdi patres/ac ſacratiſſime cœtus: & ī frequētibus hominū conciliis: & apud uiros ſapientes: & doctrina/atq̧ auctoritate pręſtantes: orationē habuiſſe/ac ſępe magnis de rebus uerba feciſſe nec tamen aut uires ſuccubuerunt ingenii: aut dicēdi fiducia nobis defuit: Nunc uero cōtra & ipſa ingenii mei fragilitas: & cōſpectus uester metuēdus/ac uenerandus: ab huius pręclari muneris ſuſceptione/& a dicēdo ī hoc ſplendido cōſeſſu longiſſime deterrebat: niſi ueſtrarū dominationū/& paternitatū cōperta benignitas: dicēdi auſuꝫ ꝑmiſiſſet. Quod ſi dicā fortaſſe cōfidentius/ueſtrā incredibilē ſapientiā: & ſingularē rerū oīum doctrinā ignorare uidear: Sin uero nimiū ꝑtimeſcā: credat fortaſſe qſpiā latere me maximā ueſtrā āmirabilēq̧ clementiā. Itaq̧ hinc/atq̧ inde rebus oībus exactius/impenſiuſq̧ ꝑſpectis: hoc mihi accipiā dicendi tēperamentū: ut & parēdi neceſſitati nō deſim: & orandi imperitiā: quanta pro rerū magnitudine liceat orationis breuitate cōpenſem. Ea potiſſimū ſpe fretus: quę ab ingēti paternitatū ueſtrarum facilitate profecta: qbus ipſe careo/uires ſubminiſtret ingenii. Primū igit cęleſtis numinis inuocato pręſidio: de huius ciuitatis ampliſſimis laudibus dicendū uidet: ne ab eorū diſſideā conſuetudine: q tū ex hoc loco: tū ēt hoc tēpore habere orationē cōſueuerunt. Atq̧ illud īprimis cogitanti mihi ea de re explicādū occurrit: quod Scipio Naſica apud Romanos quōdā ſapiētiſſimus & uir optimus a Senatu iudicatus/uſurpat ſolitus erat: cū de ciuitatis ratione: deq̧ repub. tractandū cēſuiſſet. Nā & muros ſpectandos: & mores multo magis cōſiderandos eſſe exiſtimauit: quorū qdē alterum mouet oculos & delectat ſi ordine: ſi modo/ſi ornatu/ſi pulchritudine & recta ratione conſtiterit: alterius longe maior oblectatio eſt: qum uirtutis momētū: qum honeſtatis inſtitutio: qum rationis diſciplina/ac libramentū affuerit. Sed uere hęc ciuitas quocūq̧ nos animo/& cogitatione uertimus: quocūq̧ oculi aſpectauerint: & pręcipuis inſignitur ornamentis: & ſummis ſe laudibus efferendam prębet. Atq̧ ut ab iis: quę in aſpectum cadunt: noſtra hęc proficiſcatur oratio: pręclara ſunt imprimis huius florentiſſimę urbis moenia: celebria ędificia: magnifica tecta: religioſiſſima tēpla: ſancta delubra: ędes magno nitore fulgentes: urbs ipſa ingentibus circūdata muris: cęlſis ſepta propugnaculis: uariis atq̧ mirificis decorata ornamentis: ut merito iure/inter celebres totius Italię ciuitates ob multarum rerum ſplendorem annumerari poſſit. Quę utiq̧ omnia ſi ſingulatiꝫ quiſpiam complecti uelit: uel Athenienſis Demoſthenis: uel Romani Ciceronis ſit opus elogo. Forum nanq̧ ipſum: platęę angiporta/compita: quadriuia: fana/porticus: uiaruꝫ ordo: illuſtriū multitudo domoꝝ. Scatentiū aquarum fontes: multiplex diuerſorum locorū: tum diſtinctio: tū amœnitas: tuꝫ deniq̧ eoꝝ/q artificioſe/cōpoſita: & magnifice ſtructa ſunt/ac reliqua eius generis ꝑmulta: ita omnibus perſpicua atq̧ explorata ſunt: ut nec ꝑfecto meis uerbis: nec cuiuſq̄ explicatiōe egere uideant. Erat priſcoꝝ āntiqua natio parū differēs ab īmanitate ferarū: qppe q paſſim/ac libere beſtiaꝝ mos in ſiluis uagabat & mōtibus: nec dū ciuitatū excogitatis cōciliis. Primus āt urbis cōditor: q maximoꝝ bonoꝝ cauſa extiterit: quēadmodū Peripateticorū pnceps Ariſtoteles ait: nō ſolū in magno ꝑtio ha

bitus & honore ẽ:ſed etiã ueneratus ut Deus:qppe q id domiciliũ primus effinxit:ad qđ gregale &
ſociale aĩal hoiem natura genuerat. Mox Semiramis Babyloniorũ Regina q̃q̃ alias fortaſſe nõ ſatis
laudata:et ueterũ Poetarũ carminibus:et doctiſſimorũ hoium celebratᷣ hiſtoriis:q̃ prima inſtitutaꝫ-&
iã cõditã urbẽ-cocto latere circũſepſit:ac tãtę rei ꝑclarũ inuẽtũ artificioſo munimine redimiuit. Siue
ipſa natura duce-quę hoium maxíe cõciliationẽ reſpexit:ſiue ut quibuſdã uideri ſolet:a cõſtituenti-
bus nidos auibus ſimilitudine ſumpta. Quæ res declarat mea qdẽ ſentẽtia iter ꝑclara humani gene
ris opa-urbẽ ĩprimis cõſtituendã eſſe:q̃ parata & a quopiã ſapiẽtiſſimo uiro excogitata-primũ hoĩes
maxíe ſeiunxit a ferino uictu:diſeperauitq̃ a natura ferarũ. Sed illa demũ urbs añ alias magnis lau
dibus extollẽda ẽ:in qua ſicuti de hac cõſtat-nõ ſolũ murorũ ædificiorũq; habita ratio ẽ:ſed lõge ma
gis ea ⁊ rerũ:q̃ uľ maxíe ad hũanę naturæ ꝓſtantiã-& quandã ueluti ampliſſimã celſitudinẽ ſpectãt.
Ea uero ſunt-quæ ĩ abſoluta ciuitatis rõne & ꝑfecta reip. laude ſita eſſe cognoſcimus. Quæ qdẽ ple
raq; oĩa huic ciuitati de qua loq̃mur:cuiuſq; ornamẽta nõnulla ꝓ ingenii noſtri ſũma imbecilitate
delibamus-ſine dubitatiõe adeſſe ꝑſpicimus. Et.n. uiri ſapiẽtes-& q in omni philoſophantiũ nume
ro palmã obtinẽt:ciuitatẽ cũ diffiniũt:hiſce terminis cõplectunt. Multitudinẽ illã qdẽ eſſe domorũ:
agro ſufficienter-ac pecuniis abũdantẽ ad bñ uiuẽdũ. Paucis uerbis plurimũ ineſt ponderis:et mul
ta-quæ ad magnũ ciuitatis ſplendorẽ-ac decus referunt-luculẽte & grauiter collecta ſunt. Nihil de-
niq; ꝑtermiſſum:qđ uel conditis urbibus neceſſariũ eſt:uel huic ciuitati-quã laudandã ſuſcepimus:
aptũ atq; cõueniẽs. Nõ.n. tã magnifica tecta & murorũ cõpoſite atq; artificioſe ſtructa cõgeries ciui
tatem exornant-q̃ ciuiũ potius ſpectati mores-ꝓbatiſſime ac laudabiliter inſtituta uita:et recta de-
niq; ac ꝑclara reip. gubernatio. Quæ oĩa ꝓculdubio ĩ hac ipſa urbe cumulatiſſime eluceſcũt. Taceo
igit cœli clementiã:aeris ſalubritatẽ-ac tẽperiem. Vbertatẽ ſoli:agrorũ fertilitatẽ:loci oportunitatẽ:
ſegetũ cõmoditatẽ:uarietatẽ fructuũ:cuiuſq; generis annonæ mirificã copiã:magnã uim frumen-
torũ-& leguminũ:Cereris & Liberi (ut aiũt) precipuã affluentiã. Optimi pecoris poſſeſſiones:nu
meroſa armẽta:numeroſos greges:paſcuorũ feracitatẽ:opima & pinguia pratorũ-colliũ & uirentiũ
conuallium pabula:oĩum quæ ad uitã tuendã attinẽt-multitudinẽ ac redundantiã. Opes item-atq;
ingẽtes facultates ſilentio ꝑtereo. Externarũ rerũ nitorẽ atq; elegantiã miſſaꝫ facio. Illa certe nõ poſ-
ſum nõ attingere:q̃ ꝓ ſapientiſſimorũ hoium iudicio-& uere opulẽtã ciuitatẽ-& urbẽ ſplendidiſſimã
reddũt. Itaq; abũdat hec ciuitas magnis ac preſtãtibus uiris:optimos habet ac diligẽtiſſimos patreſ-
familias. Lætat reip. piiſſimis rectoribus:ut ſiue ſingulos cõſideremus ciues:ſiue paucos:ſeu deniq;
uniuerſos abũde ſuppetat pleniſſime atq; abſolutiſſimæ laudis cumulus. Nẽpe ciues ipſi primũ his
oĩbus ꝑditi ſunt-ac decorati muneribus:q̃ in ſũmis ac clariſſimis uiris ineſſe ſolẽt. Bifariam Philoſo
phi cõſueuerũt partiri uirtutes:et alias qdẽ tradiderũt:q̃ natura nobis ĩgenitę ſũt:alias porro quas
diſciplina-uſus-atq; exercitatio cõparauit. Primas illas-quæ oẽs uno ingenii noĩe continent:huius
urbis ciues pleriq; oẽs aſſecuti ſunt:ut & dociles exiſtant:q̃ res una ꝑ cæteris oĩbus ꝓſtantiam hoĩs di
ſtinguit a belluis: & memoriæ polleant bonorũ & demũ incredibilẽ aĩorũ fælicitatẽ-manſuetudinem-
humanitatẽq; poſſideant. Quarũ rerũ tã & ſi nõ ipſa laudet adeptio:quãdoq̃dẽ illas natura dedit:at
certe rectus ac moderatus uſus plurimũ nõ ĩmerito laudat:quod de uobis ciues clariſſimi liquido
ac ꝑſpicue conſtat. At uigẽt ꝑterea acuta & ſplendidiſſima hoĩum ingenia. Itaq; tulit ſemp hæc ciui
tas uiros magnos-doctrinę gloria-& ſũmę eruditionis laude ꝓſtãtes:et ĩ omni ſtudiorũ ac litterarũ
genere illuſtres-ac ꝑclariſſimos:q uel in diuinis ac ſacris eloquiis & ſanctarũ ſcripturarũ oraculis:uľ
in altiſſimarũ occultiſſimarũq; rerũ contẽplatione-cognitioneq; admirabiliũ cauſarũ-uel in Iuris-tũ ci
uilis-tũ pontificii-tũ diuini-tum etiã humani ſolertiſſima Prudentia:ſanctiſſimarũq; legũ peritia:uel
in Medicinæ ſalutari ſapientia:uel in dicẽdi copia-& eloquentiæ ſplendore-atq; oratoriæ laudis ele-
gãtia:uel deniq; ĩ cæteris artibus-atq; liberaliſſimis diſciplinis plurimũ floruerunt. O præclarã ciui-
tatem. O urbẽ uirorũ illuſtrium feracẽ-& omni genere laudis præſtantiſſimã. Quis ſatis tuã amplitu
dinẽ & tuarũ rerũ incredibilẽ maieſtatẽ referre poſſit? Sed pauca de multis-quæ ad ſcientiæ pertinent
laudẽ-hæc delibaſſe ſufficiat. Impar eſt noſtri ĩgenii imbecilitas tãtarũ rerũ efferẽdis ꝑconiis. Quid
dicam de earũ uirtutũ ſũma ꝓſtantia:in qbus uera laus ſita eſſe dignoſcit? Magna & admirabilis uir
tus Prudentia ẽ:et rebus hũanis recte gerẽdis maxíe neceſſaria:q̃ res bonas-malaſq; diiudicat:q̃ cę
teris uirtutibus oĩbus adeſſe ſemp & intermi ceri debet:ut & ꝑcipua ſit ac ꝓſtantiſſima oĩum: & nul
la ſine Prudẽtia:id quod Socrates rectiſſime ſenſiſſe credit:rite laudari poſſit. Verũ quis dubitat hãc
adeo uigere ac pollere apud uos ciues ornatiſſimi:ut nemo nõ prudẽs:non ſapientiſſimus & habe
ri & appellari poſſit? Quam rem ꝑfecto facilius quiuis noſſe-q̃ explicare queat. Eximia atq; excellẽ-
tiſſima uirtus Iuſtitia eſt:quæ reddit ius ſuũ cuiq;:quæ nemini nocet:ꝓdeſt oĩbus:quamlibet propul
ſat iniuriam:cõmunẽ utilitatẽ ſectat:oĩum hoĩum ſaluti conſulit:dignitatem cõſeruat. At ſplende
ſcit ea qdẽ:et in mirũ modũ in hac ueſtra prędariſſima ciuitate luceſcit. Quod & raro ꝑ hæc polluta
tẽpora ac deprauata ſæcula uſpiam cernit:et de hac una urbe ueſtra egregie ꝑter cęteras-oẽs-q quidẽ
recte iudicare poſſunt:fere uno ore & una eademq; uoce teſtant. Quod ſi animi magnitudo miris
effertur laudibus:quod emineat:atque antecellat imprimis:quoniam circa res arctas ac perdiffici
les:circa labores perpetiendos:circa ſubeunda pericula-non recuſanda etiam grauiſſima diſcrimi-
na. Circa glorioſam quoq; ſuſcipiendam mortem-abſq; dubitatione uerſatur. Nemo eſt:qui neſciat

hác tñ í cupiditus coli/accuratiſſimeq́ ſeruari: præſertim cũ utilitate ꝓpoſita & ad tuendá amplifican
dáq́ ciuitaria ſalutẽ/ac dignitatẽ. Quamobrẽ ea uirtus maxíe a ſapientiſſimis uiris laudari cóſueuit:
ut p fortitudinẽ & p maximá hác/ſplendidiſſimáq́ uirtutem/patriæ cómodis ac reip. proſpiciaẽ ho
noribus. Quotiens magno/elato/excelſo aío hac uſi ſint: tũ ſinguli ueſtrũ: tũ etiá uniuerſi: cũ reip.
utilitas: cũ patriæ neceſſitas poſtularit: innumera poſſint í mediũ exẽpla proferri: ut ob eam cauſaſ ui
ros magnos/uiros fortes/magnanimos/glorioſos/& oĩum ſũma ꝑdicatione digniſſimos cẽſeamus
habẽdos: et ſæpenumero ueteribus cõprobãdos Romanis: q patriæ ſalutẽ/ac decus/uitæ antepone
re nõ dubitabãt: et modo ciuitati ꝓdeſſent: et ſanguinẽ ꝓfundebant: & ſectati Decioꝝ: quos hiſtoriꝗ
celebrant: ꝑclara ueſtigia/morti ſeſe ultro ac ſponte deuouebãt. Quid loquar de Temparantia/mode
ratione/frugalitate: in qua una ꝑcipue admirabilis uirtutis ſplendor & laudis claritudo uerſaẽ: atq́
conſiſtit! Nã ſi Temparantia eſt: ut Philoſophi tradũt: animi circa res inutiles atq́ inhoneſtas uictrix
ac pudica dominatio: cuius nitore & luce tota hoĩs uita refulget. Q uis ẽiq ignoret huius laudẽ in
hac ciuitate clareſcere/ac plurimũ dominari! Modus í rebus: ordo í humanis actionibus: hinc uel
maxíe ſumpſit exordiũ. Modũ uero tueri/ordinẽ in cũctis gerẽdis rebus cõſeruare/magna ac ſplẽ/
didiſſima uirtus ẽiq́ ab ipſa quoq́ reꝝ oĩum ꝓcreatrice/& optima parente natura nobis oĩbus in/
dita uel ingenita uideẽ potius. Illud Horatii flacci uerũ teſtimoniũ ẽ. Eſt modus in rebus: ſunt certi
deniq́ fines: Quos ultra citraq́ nequit conſiſtere rectũ. Hęc uos uirtus ciues ampliſſimi/celebres &
glorioſos reddit. Itaq́ Chilon Lacedęmonius ſcite dixiſſe ferẽ: q unus fuit ex ſeptẽ Sapientũ nume/
ro: quodq́ ab oĩbus rectiſſimo animi iudicio cõprobaẽ μηδεν αγαν: q ꝺ Latini íterpretanẽ Nihil
nimis. Q uandoqdẽ uirtutes oẽs/mediocritates quaſdã Philoſophi eſſe aſſeuerãt. Atq́ ita oĩbus in
rebus optimá eſſe mediocritatis regulá: ut omne/quod nimiũ ſit/uituperatione/ac probro carere nõ
poſſit. Q uocirca illud laudaẽ Pythagoricũ εν πασι το μετρον αριστον. In cũctis menſura optima.
Q uis igiẽ nos nõ laudet: qs nõ ꝑdicet: qs nõ magnifaciat: quis nõ plurimũ admireẽ: apud quos ni
hil nimis: q ꝺ arbitranẽ apprime í uita eſſe utile: apud quos certi ſunt reꝝ fines: & cõſiliorũ/atq́ ope
rũ/totiuſq́ deniq́ uitæ ordo/modusq́ ſeruaẽ: & eorũ/quæ uel dicũtur: uel fiũt/recta mẽſura ẽſt! Fi
dem/cõſtantiam/grauitatẽ/animi magnitudinẽ/ꝓbitatẽ/cæteraſq́ tũ multas/tum maximas uirtutes
ſi pergã: nõ dicã laudare: ſꝫ referre deficiat me dies: ad q ꝺ explicandũ (ut Hieronymi uerbis utar)
Tulliani fluuius ſiccaretur eloquii. De re autẽ familiari: deq́ domeſtica adminiſtrationis íſtitutione
nihil ẽ: quod fuſius dicẽdũ eſſe uideaẽ. Q uæ cũ in liberis educãdis íprimis eluceat: quãta ea í re ue/
ſtra hęc laude digna ſit ciuitas: cũ multa argumẽto ſunt: tũ hoc præ cęteris quod ueſtra pubes/& be
ne inſtituta iuuẽtus/ita boniꝭ artibus & laudaris exercitationibus mancipaẽ: ut ſuo poſt tẽpore/uiri
ficos ac lætiſſimoꝭ fructus efferat: q ꝺ eſt ciues bonos/ſtudioſos integritatis/amatores patriæ/cõtẽp
tores libidinũ/inſectatores turpitudinis/laudis & ſolidæ/appetẽtiſſimos gloriæ. Q ꝺ ſi ad initiorũ
regulá reliqua uita decurrit: ut ad Demetriadem ſcribẽs teſtaẽ ſacratiſſimus Doctor Hieronymus:
ueſtræ urbis glorioſa iuuẽtus/optimis a teneris ãnis uirtutũ imbuta odoribus/eoſdẽ in oẽs ꝓducit
uitæ: & í uniuerſam iugiter cõſeruat ętatẽ. Venio nũc ad ea/quæ ueſtræ reip. extollũt gloriá: ad diſci
pliná ciuitatis: & rectã gubernãdi rõnem. Cũ. n. in artifices/agricolas/milites/Magiſtratus/bene in
ſtituta ciuitas partiaẽ: ab re eſt: ut de agricolis/deq́ artificibus longiorẽ ſermonẽ faciamus: q omẽs
uberẽ reꝝ oĩum ſubminiſtrãt: ac ſuppeditãt copiam: & neceſſariá ad cultũ uitæ ſufficientiá pręſtãt:
artium tã multitudo & ſũma miniſterioꝝ uarietas ueſtrã hác & decorãt: & longiſſime illuſtrãt ciui/
tatem: quibus excoliẽ: atq́ expolitur humanum genus. Vnde eleganter/ſane/ac luculẽte magnus
phũs/& íprimis ſapiẽtiſſimus Plato/negociatores & mercaturæ ſectatores plurimũ laudare cõſue/
uit. Itaq́ & a Iurecõſultis hæc uerba de Platone ſcripta ſũt. Vir ſũmę prudẽtiæ & auctoritatis apud
Græcos Plato: cũ inſtitueret quẽadmodũ ciuitas bñ ac beate habitari poſſit: huiuſmodi negociato/
res íprimis neceſſarios duxit. Reuerendi patres/ac uos ciues ꝓſtantiſſimi ueſtræ ciuitatis inſtitutiõe
ſi qs recta & euoluta animi notione cõtẽplari uoluerit/nihil cõpoſitius/nihil ſanctius/nihil melius:
nihil ornatius cogitari queat. Iura diuina/hũanę leges/& ꝑclara inſtituta teſtanẽ. Scimus Iuſtitiaſ &
pietatẽ eſſe ſeruãdá in his ciuitatibus: q̃ recte ſunt legibus ac moribus cõſtitutæ. Vt p pietatem/ſan
ctiſſime diuini cultus cuſtodiaẽ honos: Deũ uerũ/trinũ & unũ/omnipotentẽ mũdi rectorẽ/creatorẽ
uiſibiliũ oĩum atq́ inuiſibiliũ creaturaꝝ/largitorẽ bonoꝝ oĩum: cũq́ illo glorioſiſſimá atq́ interne/
ratam Virginẽ Saluatoris noſtri Dei genitricẽ & ſacratiſſima cælitũ concilia/pia & cõgrua celebrita/
tate ueneremur: Per Iuſtitiá ad bñ uiuendũ. & ad rõnis normá hoĩum uita ſalubriter dirigaẽ. Qui/
bus ex rebus bñ conſtitutę ciuitatis diſciplina ꝑficiſcaẽ. Pro Deus ímortalis/quanta harꝝ reꝝ oĩum
hæc una ciuitas laude floreſcit/Pia in Deũ ſtudioſiſſima Chriſtiani cultus/orthodoxæ & catholicæ re
ligionis obſeruãtiſſima/ſacroꝝ & cerimoniarũ cultrix diligens: gens ſancta/ppl's fidelis: ciuitas diui
nis miniſteriis libẽter intẽta: De qua illud ꝓpheticũ iure cõueniat: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas
Dei: cuius fũdamẽta ꝓculdubio locata ſũt ſup firmá petrã/& í mõribus ſãctis cõſtituta. Ciuitas dilec
tionis/ciuitas cõcordię/ciuitas charitatis & pacis. Quá icirco beatá ſentirẽ debem9: ipa quoq́ Euãge
lica ueritate teſtãte: q̃ ait: Beati pacifici: qm̃ filii dei uocabũẽ. Beata igiẽ & pacifica ciuitas: & quęuis
pace gaudẽs hoĩu cõciliario/ac ſocietas: quá Dei filiá & dilectá deo atq́ hoibus exiſtimare debem9.
Cuius leges: cui9 mores: cũius íſtituta: cuius diſciplina oĩs ad uirtutẽ/ad Iuſtitiá/ad honeſtatẽ/ad de

eius ſpectat: & ad ſolidã dirigiť gloriã. Inſtituta/ad exempla recte uiuendi: exempla/ad ſpecimẽ uerę
laudis elucеſcũt. Laudant ueteres maiores Athenienſiũ urbẽ: ſed ĩ ea una floruit humanæ ſapiẽtię &
doctrinæ cognitio. Quippe ex qua plurimæ Philoſophorũ diſciplinæ fluxerũt. Laudãt & glorioſam
Lacedęmona prædicãt. Sed quæ eius cõmẽdatio alia afferri põt/q̃ rei militaris & bellicæ exercitatio
nis gloria? Laudant: ac plurimũ Chorinthũ efferũt. Sed quorſum eius niſi ad nitorẽ ac lauticiam:
ad opes delitiasq; laus intendiť: ut totius Græciæ lumẽ Cicerone prodẽte/appellareť? Singulæ ſin/
gulis ornamẽtis antecellebant. At ueſtra hæc nulla uera & certa bonorũ laudatiſſimarũq; terũ oĩum
atq; artium laude deficit. Quam nõ Solones/aut Dracones: aut humanarũ cõditores legũ extollũt:
ſed Chriſtianiſſimi ritus ſanctiſſima obſeruatio/& Iuſtitiæ firma cuſtodia: ut ſi Thales triplicem ob
cauſam fortunæ gratiã agendã putaret: quod homo. nõ bellua: quod mas/nõ fœmina: quod Græ/
cus/nõ aũt Barbarus natus eẽt: uos ciues preſtantiſſimi/cœlorũ Principi: cuius uerũ numẽ eſt: grates
ĩmortales pſoluere cõueniat: qbus tã glorioſa ciuitas/tamq; multis ornata laudibus patria cõtingit:
quã prẽs noſtri huius ſacrę religionis pfeſſores deligere iſtituerũt: in qua ſanctã hanc ſynodũ cele/
brarẽt: qm̃ ibi plerũq; diuini numinis inſpirante gratia/cuncta rite procedũt: ubi ſobrie/iuſte/pie/ac
religioſe uiuiť: ubi uiget Dei timor: quod/ut cecinit ſacratiſſimus Vates/rerũ oĩum primũ ẽ: ubi re/
gnat Prudẽtia: cõmunis utilitatis affectio: dilectio proximi: uirtutũ chorus incredibili fulgore clare
ſcit. Quibus de rebus longe fortaſſe melius erat: nihil fuiſſe locutũ/q̃ in concinna & breui nimium
orõne uoluiſſe cõplecti. Sed quod ingenii imbecillitas prætermiſit: adiungit optima ac ſincera uolũ
tas. Nos uero: q intellexerimus hũc cœtũ/& ſeruorũ Chriſti congregationẽ humaniter/benigne &
lætiſſimis aĩs fuiſſe ſuſceptaꝫ: arbitramur nullã poſſe a nobis ęquã tãtis meritis repẽdi gratiã. Nõ. n.
Homerũ ſecuti eſtis dicentem.

Sed Apoſtolicũ: q uolentẽ abire Saluatorẽ: coegerũt illũ: ut ſecũ maneret inclinata die. Quam uero
agere neqt noſtræ tenuitatis fragilitas: mẽs ipſa/cuius multo amplior uis/ac poteſtas ẽ: habebit im
mortalẽ ac ſempiternã. Quodq; datũ eſt his/q contẽptis humanis delitiis/& terreſtribus rebus abie
ctis/Deo ſeruiũt: & ĩ lege dñi dies meditanť: ac noctes deuotiſſimas fundemus pces ad eius ĩcõpre/
henſibilẽ maieſtatẽ: q orõnes exaudire digneť humiliter ſupplicantiũ: & uota mortaliũ reſpicit: ſi ia
ctauerimus cogitatũ in eum: ut ipſe uos enutriat/tueatur: foueat: ut hæc glorioſa & præclara ciuitas
ĩ bonis operibus pſeueret: & ab eius gratia nuſquã diſcedat: q cumulũ largitur nobis bonorũ oĩuꝫ:
ut pro ſua ineffabili bonitate uos adiuuet: defendat: amplificet: augeat remp. ac fœliciſſimã faciat:
& cœleſti bñdictione dignetur: ut ab oĩbus liberetur inſidiis: hoſtili quaq; inuaſione cuſtodiať: cun
ctis protegať aduerſis: ut in huius uitæ uarietate concordiã/dignitatẽ/unanimitatẽ/mutuã beniuo/
lentiam ſeruare poſſitis: & illa lætari ppetuo: quã mũdus dare nõ põt pacẽ. Finẽ igiť dicendi faciaꝫ:
& Apl̃i uerbis utar: pax Dei/quę exuperat oẽm ſenſuꝫ/cuſtodiat corda ueſtra/& intelligẽtias ueſtras
in Chriſto Ieſu dño noſtro. Scio me: q non ſum exigui mei ignarus ingenii/minime tantarũ rerum
magnitudinẽ potuiſſe conſequi. Peto ueniam ſupplex: & horum/q adſunt/imploro clementiaꝫ: prę
ſertim reuerendiſſimi patris noſtri ſummã benignitatẽ: ut congruam ac debitam erratorũ emenda/
tionem adhibere uelit. Spes eſt in reuerendiſſimi noſtri Generalis incredibili humanitate: q non ſi/
ne maximis rationibus tanto miniſterio dignus habitus eſt: dilectus Deo & hominibus ob ſummaꝫ
integritatẽ/præcipuam uirtutẽ/morũ ſanctimoniã/agendarũ rerũ peritiam/exquiſitaꝫ/eruditionẽ atq;
doctrinã: diuinę legis perfectã inſtitutionẽ: ſacratiſſimę diſciplinæ notitiam: & perfectã quandã cun
ctis in rebus Prudentiã: quẽ paſtorẽ: quẽ rectorem: quẽ tantæ religionis cuſtodem dedit nobis dñs:
q nos dirigat ĩ uiam ſalutis: & huius dominici gregis curã & uigilantiſſimã cuſtodiã gerat. Eius igi
tur ſufficientia/quæ oĩbus a Deo/Apoſtolo teſte: & meos oẽs tum emendabit errores/tum etiã de/
fectus explebit: illo fauente: q infinitis ſæculis regnat Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. VI. De iis rebus: quas Rerumpublicarum Rectores
ac Magiſtratus habere conueniat.

NOn ſum neſcius Magnifici atq; excelſi Domini/& clariſſimi Magiſtratus/uos reliq prę
ſtantiſſimi ciues/eum q in tã celebri loco uerba facturus ſit/magnis quibuſdã & pręcla
ris laudibus ornatũ eſſe oportere: ut nõ modo loci dignitati: ſed etiã rei magnitudini:
& eorũ q adſint/expectationi ſatiſfacere poſſit. Scite & uere Doctor ſacratiſſimus dice/
re ſolitus erat/grandes materias/ingenia parua nõ ſufferũt: ut cũ ea oĩa mecũ aĩo repetã/ſubuerear
ne nõ potius incõſulto/q̃ modeſte feciſſe uideat: q in tã claro & illuſtri cõſenſu orõnẽ habere decre
uerim apud eos: quorũ plane eruditio ac ſapientia exploratiſſima ẽ. Sed fiduciã pręſtat ueſtra ſũma
facilitas: q̃ nõ orõnis ſplendorẽ poſtulabit (ut arbitror) ſed potius ſentẽtię ueritatẽ: & dicẽtis nõ ar
rogantis inſtitutũ: ſed optimã mẽtẽ/rectiſſimũq; ppoſitũ. Quęri igiť ſolet a doctis ac ſapientiſſimis
uiris/quę illa ſint: q̃ ciuitatũ Rectores/ac Magiſtratus habeř cõueniat: ut bñ/pacate/ac tranqlle una
quęq; ciuitas ac reſp. guberneť: ut & uerã beatitudinẽ adipiſci poſſit: & ppetuo ocio ac diuturna pa
ce fruať. Sed ea demum maxime ſeruanda ſunt: quæ nos hodie apud ueſtram celſitudinem breui/
percurremus. Nam pręcæteris rebus diuini cultus reuerentia tuenda ẽ. Iuſtitiæ conſeruatio/concor
diæ unitas: recta adminiſtrandarum rerum ratio. Et enim ciuitas/teſte magno Philoſopho/ſocieta/

tum oīum principaliſſima eſt: & principalis boni gratia conſtituta: ſed hoībus bona: niſi ab omnipotente rerum oium creatore tribuunť. Nam omne datum optimū: atq; omne pfectum donū deſurſum eſt: deſcendēs a patre luminū. Ille auctor pacis ē: ille dator quietis: ille largitor ſapientiæ: ille deniq; gratiaꝝ oīuꝫ fons uberrimus. Illū igiť uenerari: illū ſuppliciter obſecrare debemus: ut p ſua immenſa clemētia ciuitatē ueſtrā cuſtodiat: & remp. tueať. Proxime accedat Iuſtitia: quæ una ī publicis adminiſtrationibus maxīe dominať: quę reddēs cuiq; quod ſuū eſt: bonos extollit: malos deprimit: probos honorat: mulctat improbos: ſupbis reſiſtit: humilibus dat gratiā: inſolētiam coheret: uirtutē celebrat: atq; oīa gerit: qbus ciuitatis ſtatus: decus: ac dignitas cōſeruať. Nā huius uirtutis ꝓprius eſt: declinare a malo: & facere bonū: ex qbus opibus Prophetę teſtimonio: oriť: atq; manat tranquillitas: quod ē ſummū atq; ampliſſimū ciuitatis bonū. Quid de cōcordia multa dicamus? Vinculū ciuilis ſocietatis unanimitas eſt: q̄ dū una eadēq; uolūtate reipub. ſalutē & cōſeruationē intēdit: oīa fęliciter: oīa ꝓſpere: oīa p uoto ſuccedūt. Ecce q̄ bonū: inqt Proheta: & q̄ iucūdū habitare frēs ī unū. Magnū bonū cōcordia ē: quæ rempub. uel ſola tueť iucundū bonū: quod ꝑpetuā pacē: ac ſecuritatē parit: ut ubi ea fuerit. ibi uera ac ꝑpetua tranquillitas eluceſcat. Poſtremo recta gerendarū rerū ratio neceſſaria ē. Quæ oīa & cōſilia & cogitationes & opa reipub. utilitatē referat: & ad ciuitatis ſalutē: & ad cōmune bonū dirigat. Quoniā factio & priuataꝝ reꝝ reſpectus: & ſuoꝝ cōmodoꝝ cupiditas: ut præclare Hiſtoricus magnus inquit: ſemp nocuerūt: nocebūtq; cōſiliis. Ciuitatis bonū proponendū eſt: & ad illud aſſequēdū tenendūq; oīs eſt adhibenda cōtentio. Hæc ueſtra nouit ſumma Prudētia: hæc ueſtra ſeruat induſtria: q̄ ſi eadē exercere diligētiſſime perrexeritis: florētiſſimā ſemp poſſidebitis remp. libertatē: pacē: & gloriā retinebitis: quę magna & ꝑcipua ciuitatis bona ille ſemp impartiri & & cōſeruare digneť: q ad imitationē Ieruſalēꝫ ciuitatis ſupnę p uirtutū obſeruationem uoluit & ī terris illius imaginē condi. Veſtra aūt illa ſit: quæ imprimis omniū bonorū amplitudine atq; ubertate floreſcat. Dixi.

¶ Augustini Dathi. Oratio VII. De Republica uere beata.

DEcebat nō Imperitū hoīeꝫ: ac padoleſcentē me: uel puerū potius: celebres Magiſtratus atq; excelſi Domini: ſed uirū auctoritate præſtātē: & eloquentiæ ornatū laudibus ī hoc illuſtri loco & pręclaro cōſeſſu uerba facere. Excuſationem afferet: quæ ſola coegit parendi uolūtas: & ſūma p uiribus orōnis breuitas. Pręcipue uero: cū nō ad recte gubernādā remp. cohortanda ſit ueſtra amplitudo: ſed de bene: ſapienter: moderate: ac iuſte adminiſtrata: ſit certe ſūmis laudibus efferenda. Nam q cupiunt uere beatā eſſe remp. ii procul dubio diuini numinis maieſtatē: & cęlites ac ſupos oēs ſūma ueneratione: & ampliſſimis ꝓſequnť honoribus. Si omne datū optimū: & omne donū pfectū deſurſum ē: & ab īmortalis Principis largitate: pia Sanctoꝝ intercęſſiōe bona cūcta ꝓcedūt. Proxime Iuſtitiā proponūt: atq; eam ſtudio omni ac totis uiribus cōplectunť: q̄ reddēs unicuiq; quod ſuū eſt: una pręcæteris in omni reipub. adminiſtratione maxime domināť: reſiſtēs ubiq; ſupbis: dans uero humilibus gratiā. Adhibēt porro cōcordiam: atq; unanimitatē: quod ē uel maximū ciuilis ſocietatis uinculū: & ciuitatis ſalutē: ſecuritatē: cōſeruationē inducit. Quandoqdē optimū & ſalutare eſt: habitare frēs in unū: ut inqt Propheta: et in unā ſemp cōuenire aīoꝝ ſententiā. Ad hæc aūt ſuoꝝ obliti cōmodoꝝ: oīa conſilia: uerba: opera: ad reip. decus: & cōmunē referūt utilitatē: deniq; ſalutē patriæ nō mō externis rebus: ſꝫ uitæ quoq; anteponūt: & ſanguini. Quę oīa excelſi Magiſtratus: cū de ueſtra amplitudine exploratiſſima ſint: cęteris relictis: quæ probe nouit ueſtra incredibilis ſpaiētia: & ſæpe a doctiſſimis uiris ex hoc loco pertractata ſunt. Fundemus pias ad Deū & genitricē eius pręces: ut ueſtrū Imperiū & præclarā ciuitatē ornatā armis: legibus armatā: quæq; in ſūmoꝝ ciuiū adminiſtrationē incidit: in tranqllitate pacis & reꝝ omniū ſplendore & gloria perpetuis ſæculis tueať: ad Ipſius omnipotentis Dei laudē. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio. VIII. De præclara Reipublicæ inſtitutione.

ERant partes meæ: niſi fallor: excelſi atq; illuſtres Domini: & ampliſſimi Magiſtratus: q ad hāc præclarā læti diei huius ſolemnitatē cōuenistis: hāc tā grauē & imbecillitati meę intollerandā orandi ꝓuinciam: iis agendā relinquere: quoꝝ & eloquēdi copia & elaborata induſtria cōperta oībus atq; explorata ſit. Partes magni Oratoris datæ ſunt mihi: quæ illum decebāt: quē merito ob maximas uirtutis & ſapientię laudes: Capitaneū populi: magnis rebus gerendis cōſtituit ueſtra Reſpublica. Nec me fugiebat hoc mihi: tum p ętatē: tū ob inſcitiaꝫ minime cōuenire. Sed ſi mihi hoc indecorū: illud certe multo erat magis: aſpernari Magnifici Capitanei iuſſa: q̄ me proculdubio capeſſere fas ē. Qua ſola rōne ductus: inde mihi ſummā dicendi exordiū: unde oīs tātę celebritatis ratio ꝓfecta ē. Nec quę ad rem nō ꝑtinent: curæ erit mihi ut aggrediar: quod facere ii ſolēt: q uel multa ſeſe ſcire ꝓfitenť: uel uberiore orōne admirationeꝫ q̄ maximā apud eos: q audiūt: & ampliſſimā laudē conanť adipiſci. Ego uero: quæ de ꝓclara reipub. inſtitutione dicēda exiſtimauerim: ea perbreui quadā ſum orōne proſecuturus. Socrates parens Philoſophiæ: quem ſapientiſſimum oraculo Delphici Apollinis iudicatum feruntic um de optima Republica loqueref: & quidnā de illa ſentiret: in mediū ꝓferret. Optima ciuitatis iacta fundamēta dicebat: & perpetua quadā firmitate cōſtare: ſi ſapiēs: ſi uirilis: ſi tēperās: ſi iuſta foret: quæ quidē magnę

extimleq; uirtutes:tam & ſi totius humanę uitę cõtineant rõnem:pręcipue tñ ad bene regendã ciuita
tem adeo neceſſarię ſunt:ut abſq; ea℞ præſidio nulla nec munita ſatis:nec tuta ſit ciuitas.Sed qppe
ſtabilitas oĩs & tota Imperii diuturnitas ab iis ſalubribus fontibus orta:tũ demũ hoĩum cõcilia tueãt
ac ſeruat:ſi ea℞ quas Socrates numerabat:uirtutũ robur ppetua atq; inconcuſſa firmitate teneret℞
Præclare Socrates:et hoc qdẽ ĩprimis elegãter.Nã qs dubitare poſſit rõnem:quæ ſoli in omni ani-
mantium numero homini data ẽ:hoĩem ſeparare a natura fera℞:ac lõgiſſime a bellua℞ ĩmanitate
ſegregare? Sed qd ratio petit:qd ſpectat aliud-q̃ uirtutis actionẽ-atq; exercitationẽ:quæ ab ipſa ra-
tione pfecta latiſſime patet:et tũ ſapientiã prudẽtiãq;:tũ æquitatẽ-animi magnitudinẽ:uerecũdiã:
modeſtiã-pbitatẽ.Fidẽ colendã ſuadet:pręcipit:imparat.Qua℞ uirtutũ Sapientia-quę una oĩum ex-
cellẽtiſſima ẽ:in maxima℞ re℞ cognitione cõſiſtit:Prudentia ĩ capiẽdis conſiliis-et bona℞ mala℞q;
re℞ habẽdo delectu.Aequitas ĩ hoĩum ſocietate tuenda:ac ius ſuũ reddẽdo cuiq;:animi magnitudo
alias in perturbationibus repellẽdis ſedãdisq; iniuſtis motibus:alias ĩ fragilibus contẽnendis rebus
tota uerſat̃.Modeſtia ĩ oĩum conſilio℞ actionũq; ſeruanda rõne:et eo℞ oĩum:q̃ ul' dicũt̃:uel agun
tur ordine & modo:qbus ex rebus conflat̃:ac demũ cõficit̃ id:ad quod naſci hoĩem Philoſophi ue
ro teſtimonio pfitent̃:quod ẽ ad fœlicitatẽ adipiſcẽdã:et illam conſequẽdaʒ beatitudinẽ:quæ certe
ſtatus ẽ bono℞ oĩum cõgregatione pfectus.Sed ſi ſingulis hoĩbus hæc uehemẽter ſunt neceſſaria:
ſi beati eſſe uolũt:et ad muto℞ aĩalium feritate diſtingui:q̃to magis hoĩum cõciliis ac cętibus:quæ
ciuitates appellant̃:ut nihil ſit:q̃d illi Principi Deo placeat magis:nihil qd' oĩo poſſit eẽ acceptius?
Vere nãq; homo gregale aĩal ẽ:et ad ſocietatẽ natũ.Sed oĩum pricipaliſſima ſocietatũ ciuitas ẽ:quę
Ariſtotele magno teſtãte pħo-cæteras oẽs abſq; dubitatiõe cõplectit̃.Quare ſi recte noſſe:ſi uere ſen
tire uoluerimus-ſtatuemus pculdubio totã & bñ uiuẽdi & bene regẽdi rõnem ĩ ſola uirtutis actione
cõſiſtere:et a ſapiẽtiæ fluentis:q̃ una uirtutes oẽs ſuo ambitu cõtinet:dubio procul manare-ac pfi-
ciſci.Atq; hinc erat illa Platonis iaʒ nota oĩbus-ac celebrata ſentẽtia.Qui dicere ſolebat:beatas fore
reſpublicas:ſi eas uel ſtudioſi ſapiẽtiæ regerẽt:uel ea℞ rectores ſtudere ſapientiæ cõtigiſſet:Ac ppea
ſcite ſimul atq; ĩprimis utiliter-optimus uitę inſtitutor:q luculẽtũ de hac uirtute librũ edidit his uer
bis terra℞ Principes-ac re℞ publica℞ rectores iuſtruit.O reges ppli-inqt:diligite ſapientiã:ut regne
tis in perpetuũ:diligite lumẽ ſapientiæ oẽs:q præeſtis ppl'is.Vere nanq; ſapiẽtia mater dicit̃ oĩuʒ-ac
Regina uirtutũ.Quã q ſequunt̃-a recta uiuẽdi rõne nũq̃ aberrãt:Parit.n.uirtutes oẽs eas ĩprimis:&
qbus ſeruatis-pclara ẽ-ac merito laudãda oĩs reipub.cõſtitutio:totaq; hoĩuʒ cõciliatio:et rite ſimul
& beate pcedit.Nec ẽ aliũde pietas ac religio:p quã ĩmortali totius mũdi Principi-ac reliquis ſupis
honores-ſacrificia-cerimoniæ ſũma aĩo℞ deuotione ac cultu-ſtatutis tẽporibus pſoluunt̃:p quã cer
to ſibi pſuadet mortaliũ genus:æternũ-ac diuinũ numẽ:res curare hũanas:& quod ipſe quoq; teſta
tus ẽ Cicero:pio℞ atq; impio℞ habere rõnem:ut q bene & cũ uirtute uixerint:præmia digna repor
tent:ſcelerati uero-atq; improbi iuſtis pœnis-ac uariis ſupplicio℞ generibus afficiant̃:ut q patriam
adiuuerint:ſeruauerint:auxerint:ſoluti corpo℞ uinculis fœlici æuo-atq; ĩmortalitate fruant̃:q uero
in ea delẽda fuerint occupati in tetra-horrida-formidoloſa infero℞ loca mergãt̃.Nõ eſt aliunde Iu-
ſtitia-quæ una uirtus totius humanę ſocietatis dicit̃ fũdamẽtũ:quã nõ iniuria regẽda℞ ciuitatũ-uete
res ſapientes Principẽ eſſe tradiderũt:quippe quæ ſola ſũmos cũ infimis pari iure tuent̃-nemini no
cet:tribuit cuiq; ſm ppriam dignitatẽ:hãc patere latiſſime nemo ignorat:cũ nulla pars uitæ neq; pu
blicis-neq; priuatis in rebus.neq; in domeſticis negociis-atq; forenſibus:neq; ſi priuatum qd agat̃:
neq; ſi contrahat̃ cũ altero uacare Iuſtitia poſſit:atq; ĩ colẽda Iuſtitia maximus ineſt uirtutis ſplẽdor:
ut merito tradiderit teſtis locuples-Euripides Iuſtitiaʒ-ſydera quoq; fulgẽtiſſima luce-& claritate prę
ſtare:hãc Chryſippus phũs in Stoico℞ diſciplina clariſſimus (ut ait Gellius) cõdigne & decore de-
pinxit:cũ eius Imaginẽ a priſcis Rhetoribus pictoribuſq; fieri ſolitã ſcribit:Forma atq; filo Virgina
li:aſpectu uehemẽti & formidabili:luminibus oculo℞ acribus:neq; humilis:neq; atrocis:ſʒ reuerẽ-
dæ cuiuſdã triſtitiæ dignitate.Quibus quidẽ ex imaginibus ĩtelligi uoluit pclariſſimus phũs eum:q
uel iudicando-uel gerendo Magiſtratui ſit præfectus:quo℞ uterq; quidam Iuſtitiæ Antiſtes haben-
dus eſt-oportere eſſe grauẽ-ſanctũ-ſeuerũ-incorruptũ-inadulabilẽ:cõtraq; improbos nocẽteſq; imi
ſericordem-atq; inexorabilẽ-erectũq; & arduũ:& ui potentẽ:& maieſtate ęquitatis-ueritatiſq; terrifi
cum.Q̃d utiq; omne nõ magna ſine rõne-tum a uetuſtis artificibus-tum a doctiſſimo Philoſopho
effectũ eſt:ut intelligãt oẽs uerũ eſſe:quod & Græcus Plato & Latinus.M.Tullius in Politica inſti-
tutione tradiderũt:in cunctis ciuitatũ ac populo℞ gubernaculis oportere imprimis uigere Iuſtitiã:
qua ſi caruerint hoĩes:intereat oĩs humana ſocietas-neceſſe ẽ.Q̃d ſi ſapiẽs extiterit:q rempub.gu
bernat:Iuſtitiã omni ſtudio ac diligẽti induſtria tueri conabit̃:ſi tranquillã-ſi pacatã-ſi glorioſaʒ-ſi
diuturnã-ſi deniq; ſaluã eſſe uelit rempub.Sed ab eodẽ quoq; ſapientię germine-cõcordia pullulat:
de qua minime opus eſt plura ĩ mediũ pferre.Vere nãq; dulce eſt cõcordię nomẽ-ueluti arctiſſimũ
uinculũ-ad cõnectẽda ciuiũ corda:ut uno cõſenſu-una eadẽq; uolũtate-eadẽ cupiãt ſemp.q remp.
gubernant-eadem ſpectent:eadem ſequantur:quod eſt:ut uniuerſo℞ ciuium ſalutem tueantur:to-
tum corpus reipublicæ procurent:incolumitatem ciuitatis omni ſtudio:& cunctis (ut aiunt) uiri-
bus:& magna ſemp induſtria-diligentiãq; cuſtodiant:imprimis ut paci conſulãt:quę res-Cicerone
teſtante:tum iucunda eſt:tũ etiã ſalutaris:Per quã uere etiã paruę res augeſcunt:& magna indies

intremēta ſuſcipiūt: quēadmodū & diſcordia uel florētiſſima īmpia & ciuitates quoq; āpliſſima dilabunt̄. Nā qđ de diuiſo regno Euāgelicū oraculū ꝓdit‐deſolationi patere: id ꝑfecto patet latius: ut ne parua qdē domus abſq; cōcordia poſſit diutius ꝑmanere. Igit̄ ciuium unitas atq; cōcordia: pax ciuitatis una cū ſanctiſſima Iuſtitiæ ſocietate beatitudinē pariunt illā: ad quā oīuʒ certe mortaliū aſpirat intentio: qua adepta‐ſuperorū uitā imitant̄ ī terris. Sed ſum fortaſſe‐q̄ credidi‐longior ipſe mihi iam finē dicendi faciā: ſi paucis antea ad hæc pręclara capeſſenda ornamēta ueſtrā amplitudinē clariſſimi atq; inſignes patres: qui nouos Magiſtratus ingreſſuri eſtis: fuero cohortatus.

¶ Eſſendo aduq; excellentiſſimi magiſtrati la Politica uita & ciuile cōgregatione‐coſa ſopra tutte le altre ī terra acceptiſſima allo eterno & īmortale Dio: quādo cō la ſancta inſtitutione delle leggi & diſciplina & regola di uirtu ſia dalli ſuoi rectori gouernata‐e‐coſa cōueniēte & alla dignita uoſtra ſommamēte cōſentanea‐cō ardēte animo & cō uigilātiſſima cura ītēdere al debito officio delli uoſtri ornatiſſimi & ſplēdidi magiſtrati: alli quali da q̄ſta glorioſa republica ſete degnamēte ꝑpoſti & ad iuſto reggimēto & alla cōſeruatione di tutte q̄lle ſingulari & neceſſarie uirtu: le q̄li nel noſtro latino parlaſ poco īnāzi habbiamo cōmemorate. Demōſtrādo ī tāta adminiſtratione la prudētia‐la moderatione: la magnanimita & diligētia uoſtra‐& la ꝑfecta charita & ſincera fede inuerſo la patria: di cui lo amore giuſtamēte ſi debba preponere a qualūche altra affectione: Perche e‐coſa indubitatamēte uera‐& da ciaſcuno cōceſſa: che la uirtu‐quale & quāta ſia nelli publici reggimenti‐apertamēte ſi manifeſta. Accioche mediāte la cura & induſtria delle uoſtre excellētie‐queſta florēte republica glorioſamēte le uoſtre opere interuenienti ſi cōſerui & reſplēda‐tāto piu la uoſtra ſingulare ſapientia cō degna & immortale fama delle uoſtre Magnificētie: & finalmēte ꝑ intercesſione della intemerata madre di Xp̄o & Regina di queſto florido populo oltra la gratia de fideli & buoni cittadini‐& ueraci amatori della patria necōſeguiate dallo eterno Dio celeſti & īmarceſcibili premii: & coſi uecōceda quello: qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi De Iuſtitia & laudibus ſtudioꝝ & Mercaturę Oratio. IX. Qum ꝑ uetere Senenſis patriæ cōſuetudine‐nouis Magiſtratibus uexilla uictricia & glorioſa inſignia publice commendantur.

MAgna & dicēdi facūdia‐& multaꝝ reꝝ cognitio neceſſaria eſſe uidebat̄‐Magiſtratus celeberrimi‐atq; optimi patres‐ei q corā cōſpectu ueſtro magnis & grauiſſimis de rebus ſermonē facturus eſſet. Ea ī me nulla eſſe uideo: & idcirco libenter a tam claro dicēdi officio abſtinuiſſem: niſi huius loci ſors & noſtrę reipub. cōſuetudo ad dicēdū cōpuliſſet. Nec me ꝑduxit uolūtas: ſed magis coegit neceſſitas. Verūtamē duo me iure & merito compellunt: ut breui orōne apud uos utar optimi Magiſtratus‐ac pręſtātiſſimi uiri: primū ruditas & ingenii mei imbecilitas: quæ lōgius ꝑuagari nō debet: deinde uel diei anguſtiæ‐uel aſperitas tēporis‐ne iuſtaʒ reprehenſionē incurrā: ſi plura q̄ deceat‐in mediū ꝑferre uelim. Scio igit̄ pleroſq; hoc loco‐atq; hoc tp̄re de Iuſtitia: de eius uirtutis officio & laudibus loq ſolitos. Sed cū ſatis multa ea de re atq; ex hoc ipſo loco dicta ſint ꝑ hoīes diſertos‐atq; eloquētiſſimos‐iudico minime opus eē: ut alia de Iuſtitiæ laudibus ulterius ānectant̄: præſertim cū ꝑſpicuus ſit eius uirtutis fructus‐& ſplēdor ampliſſimus: ut iure cæteris uirtutibus oībus ꝑferēda eſſe uideat̄. Quid aūt ciuitatē & rempub. ſeruet cōſideranti mihi: qđ urbes‐celebres faciat: duo potiſſimū occurrūt‐& aio ſe præſentant litteraꝝ ſtudia: & Mercatoꝝ negociationes‐atq; artificū miniſteria. Nā de litteraꝝ ſtudiis quid multa dicere neceſſe eſt! Hæc cognitionē pariunt: intellectū ꝑficiunt: hoīem.i. aīal rationale exornāt: & a beſtiarum & mutoꝝ aīalium feritate diſtinguūt: aperiūt ad capienda cōſilia‐ſalutis uiam: ut ꝑ ſcientiā & rerum inueſtigationē & cognitā ueritatē‐ciuitatis ſalutē‐reipub. utilitatē‐patriæ firmamētū‐& gloriā‐cōmunē tranqllitatē & pacē tueri & cōſeruare poſſimus: unde elegāter & ſapiētiſſime ſūmus Orator laudat litteraꝝ ſtudia ī orōne ꝑ Archia Poeta‐& dicit. Hęc ſtudia adoleſcētiā agūt: ſenectutē oblectāt: ſecūdas res ornāt: aduerſis ꝑfugiū ac ſolatiū prębēt: delectāt domi: nō impediūt foris: ꝑnoctāt nobiſcū: peregrināt̄: ruſticāt̄. Proxime poſt reꝝ ſcientiā‐rōne & ordine ſeq̄t̄ artiuʒ multitudo‐ac uarietasq̄ ad rectā ac ꝑfectā ciuitatis inſtitutionē ac diſciplinā‐neceſſaria ē. Et.n. oportet ciuitatē rerum oīum habere ſufficientiā & copiā: ꝑ quas hoīum uita cōſeruari ac ſubſtineri poſſit. Ita nāq; & uera ciuitas & beata iudicari debet: ſi ad bn̄ uiuēdū cōſtituta legibus & moribus conformata‐munita ſapientum uiroꝝ cōſilio‐oīum abunde ſuppeditet: et ſubminiſtret ubertatē‐ac circūfluentiaʒ: q̄bus inter ſe hoīes iuuare‐ciuitates cōtinere‐neceſſaria alimēta cōparare‐uitæ pręſidia‐& maxīa queq; adiumēta cōferre poſſint. Hinc reperta & inuēta ē primū Mercatoꝝ induſtria: deinde artificuʒ labores‐atq; opa. Illi ex alto & ex lōginquis regionibus adducunt: et importāt: q̄bus ipſi caremus: et exportant̄: quæ ſupra neceſſitatē ſuppetūt nobis. Artifices uero miniſterioꝝ diuerſitate & multiplici exercitatione‐et ſufficientē & expolitā atq; excultā uitā hoīuʒ reddūt. Alii ędificant: et architecturā exercēt: alii lanificio intendunt: alii texturam agūt: alii alias utilitates & uitæ cultus expediunt: ſine quibus hominum ſocietas parum differret a natura ferarum: quę naturali tantum inſtinctu agit̄: nihil conſilio: nihil ratione: nihil induſtria ac ſtudio molitur: et efficit. Ad hæc duo mentem ciues conuertite: ad ſtudiorū augēdam celebritatem in ueſtra glorioſa repub. ad frequētāda & cōponēda artium miniſteria‐uires & operam adhibete: quæ duo præclaram ueſtram efficient ciuitatem: et illa ſine

labore parabitis: ſi Iuſtitiã & cõcordiã & legũ ſanctitatẽ ſtudioſe & unanimiter ſeruare uolueritis.
Et ego ueſtras Magnificentias quãtũ mea exhortatione ualeo: ut cunctis conatibus pficiatis/pluri
mum oro/atq; obſecro: & poteſtatis publica inſignia/& uictricia hęc uexilla: ut ad pacem & gloriam
huius ciuitatis accipiatis/uehementer exhortor: illo concedente: qui ſine fine uiuit & regnat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. X. De laudibus Iuſtitiæ: & optima & Regum/ac ciuita
rum Rectorum gubernatione.

Siquid in me eſſet eaꝝ laudũ/ſacra Maieſtas/ac uos Proceres nobiliſſimi: quę & huius
loci auctoritati/& rei ipſius ſplendori cõueniũt: maiore pculdubio fiducia/dicẽdi ini/
tium exordiri: & hoc magnũ orãdi munus ſuſcipe potuiſſẽ. Sed cũ multaꝝ reꝝ ratio:
hinc eloquendi imperitia/unde rei magnitudo: illinc glorioſi cõſenſus Maieſtas: hanc
dicendi puinciam phibere uideaẽ/uereor: ne quis me temere atq; impudẽter feciſſe ar
bitreẽ: q tam difficiles partes ſumpſerim: Prę́ſertim cũ fragilitatis meę propriũ munus ſit potius au
dire/ꝙ loqui. Cæteꝝ parendi uolũtas/& ſũma imperantis auctoritas/tantũ ualere apud me debet: ut
nõ tam uiriũ meaꝝ/q neceſſaria pręcepti habẽda mihi ratio ſit. Nam pręclare & ſplẽdide Doctor in
ſignis atq; inclytus Aurelius Auguſtinus: obedientia inquit/mater quodãmodo eſt oium/cuſtoſq;
uirtutũ. Hãc ueri: hãc colere neceſſe eſt: ſine qua reliquaꝝ uirtutũ oium decus amiṫ. Proinde &
parẽdi neceſſitate cõpulſus/& tuæ Maieſtatis clemẽtia/ac cæteroꝝ/q adſunt humanitate ac/facilitate
fretus: ꝗ hodie mihi Sp̃s ſcĩ gratia illuſtrãda dederit: ea oĩa diuino opitulãte numine/breui orõne
perſtringã. Magnus igiẽ & illuſtris Orator/ac ſũma apud Romanos auctoritate Phũs. M. Tullius
cũ de Repub. ſcriberet: Platonis ſententiã ſecutus tradidit Nihil eſſe illi principi Deo: q oẽm mũdũ
regit: qđ qdẽ in terris fiat acceptius/ꝙ cõcilia coetuſq; hoium iure ſociati: quæ ciuitates appellanẽ.
Sȝ qd eſt: iure ſociata ciuiũ multitudo: niſi quę optimi Principis gubernaculis ſubiacet: ꝗ legũ religio
ne cõformaẽ: inſtitutis regiẽ: moribus ac diſciplina uirtutis cõſtituta eſt! Quæ deniq; Iuſtitiæ laude
cõtineẽ: cui uõ iniuria/palmã in omni rerũpublicaꝝ adminiſtratione uiri ſapientiſſimi tribuerunt.
Quocirca bñ ac ſcite ſapiẽtię monimẽtis pdiẽ. Diligite Iuſtitiã: q iudicatis terrã. Et. n. ꝗ ſit iuſtitię ne
ceſſaria uirtus: q ciuitatũ & populoꝝ gubernationi pſunt: ꝗ late pateat: quãto ſplẽdore fulgeat: ne/
quaꝗ ſit explicare difficile. Nã perſpicuũ eſt ad ciuilẽ ſocietatẽ naſci hoiem: quæ ſine Iuris æqualita/
te: abſq; recta Iuſtitiæ diſtributiõe diuitius pdurare nõ põt. Tantiſper. n. firma eſt: atq; icolumis hu
mana cõciliatio: dũ quod ſuũ ẽ: pro ſua qſq; dignitate ſuſceperit. Sed id certe huius uirtutis propriũ
munus ẽ: quæ ut deuinciat inter ſe hoies: ac perpetuã illoꝝ ſocietatẽ tueaẽ/cõmuni hoium utilitati
cõſulit: & ius ſuũ cuiq; reddẽs/propriã cuiuſq; dignitatẽ cõſeruat. Egregia quędã hæc eſt prę cæteris
atq; admirabilis uirtus: quę cũ ſtudioſe oibus colenda ẽ: tum uľ maxie Regibus/Principibus/& q ci
uitates gubernãt: q magiſtratus ãpliſſimos gerũt: q pplis & rebus publicis pręſunt: ac maximis fun
gunẽ muneribus. Quãobrẽ & pinceps phoꝝ Plato i omni ſemp reipub. inſtitutiõe/infundẽdũ ani
mis Iuſtitiæ amorẽ cenſuit: ſine qua nõ ſolũ reſpublica (ut ipſe dicebat) ſȝ nec exiguus hoiuȝ cętus
põt: nec domus qdẽ parua cõſtare. Nec ulla pfecto re alia: quod ſcire oẽs ac noſſe debẽt: tam longe
abſumus a natura feraꝝ/ꝗ rõnis praeſtãtia/ꝗ uirtutis laude/ac ſplendore Iuſtitiæ. Hęc uera Dux hu
manæ uitæ putãda ẽ: quæ oium comitatu ſepta uirtutũ/uitia pellit: turpitudinẽ fugat: propulſat in/
iuriam: Reges facit: regna cõponit: urbes parit: diſſipatos hoies ad iure uiuẽdũ cõuocat: cõciliat in
ter ſe hoies: ac pręcipuo quodã amore & charitate deuincit. Hæc profecto uirtus ẽ: quę initio leges
ſanxit: iura cõſtituit: hoium cõcilia optimis tempauit & inſtitutis & moribus. Hęc inocentũ hoium
& ſupplicũ miſereẽ: bene merentibus gratiã cõfert: male meritos ulciſciẽ: Fidẽ/quæ firmamentũ eſt
humanæ ſocietatis/inuiolatã ſeruat: ſocietates atq; amicitias colit: hæc Deo imortali Prĩcipi piiſſimũ
cultũ exhibet. Principibus cõgruã reuerentiã: patriæ charitatẽ: parentibus honorẽ: ſtudiũ ac beniuo
lentiam cũctis hoibus. Hæc oibus æquabile ius diſtribuit: honeſtos & pręclaros labores honoribus
pręmiis/ſplẽdore decorat: uitia hoiuȝ ac fraudes dãnis/ignominiis/uinclis/uerberibus/exiliis/mor
te pſequiẽ. Quid põt igiẽ aut cogitari maius i hoium uita/aut i populoꝝ & ciuitatũ gubernatione
optabilius poſſideri! Et cæterę qdẽ uirtutes/ſi iuſtitia deſit/nõ modo nihil pdeſſe queunt: ueꝝ etiã
ſolẽt obeſſe plerũq;: ſed nec abſq; Iuſtitia uirtutes exiſtimãdę ſũt. At hęc qdẽ uel ſola tã pręclara/tam
ſalutaris/tã frugifera ẽ: ut oĩs uerę utilitatis ratio/ab hac ipſa manare ac fluere uideaẽ. Foelix pfecto
ille Principatus: foelix nimiꝝ ea ciuitas: ea beata reſpub. putanda ẽ: in qua floret: regnat: ac domina
tur Iuſtitia. Cuius uim admirabilẽ ac pręcipuũ decus Lycurgus Lacedęmoniorum legiſlator accura
tius mente & cogitatione cõplexus: q leges ſanctiſſimas condidiſſet: populũ/ut Principibus obſe/
queretur: Principes/ut Iuſtitiam tuerentur/inſtituit. Floruit Lacedęmoniorum: floruit Athenien/
ſium: floruit Romanorum principatus/ꝗ diu apud illos uiguit domi rectum conſiliuȝ: foris iuſtum
Imperium. Contra uero ubi uel dominandi libido: uel acquirendi cupiditas: Iuſtitiam polluit: ac
Iura omnia diuina & humana ſubuertit: opes corruerunt: & omnis totius Imperii dignitas/atque
gloria labefactata eſt. Illud profecto nequaꝗ temere a Philoſophis diciẽ: uiros bonos ex Iuſtitia no
minari: atque in hac uirtutis ſplendoreȝ maximum contineri. Quippe hac una uera abſoluitur: ac
perfecta probitatis ratio. Nam & declinare quæ mala ſunt: & quæ ſunt bona/atque honeſta/per/

ficere:ea demũ conſumata Iuſtitia eſt.Quid põt ab hoibus gratius fieri Deoq́ cuncta gubernat:in cuius ditione cuncta ſunt poſita/q̃ uirtutis huius exercitatio? Ille.n.perſpectis erroribus homnũ/filium unigenitũ dedit:& miſertus fragilitatis hũanę/Ducẽ miſit e coelo:q nobis Iuſtitiæ uiam panderet:cui Lactantio Firmiano teſtante/chariſſimũ ſacrificiũ eſt:iuſtũ opus. Iuſtus nanq; eſt dominus: quo á magnus Propheta concinit:et Iuſtitiam dilexit.Hanc parare ſibi:hãc ſeruare omni ſtudio debẽt:quẽadmodũ tuæ Maieſtati & ueſtrę ſapiẽtiæ notũ eſt:q pplos regũt:q capeſſunt Reſpublicas:& ciuilia exercẽt munera:quandoquidẽ Iuſtitia aut ipſa ſũma ẽ uirtus (ut ſacri Theologi pdiderũt) aut fons ẽ ipſe uirtutis:quæ bonos mercede muneratᷣ:ad probitatẽ/innocentiã/rectãq; uiuendi rationẽ impellit:ſcelus atq; improbitatẽ cohercet:uias peccatoꝝ diſperdit:ſupplicibus parcit:audaces cõprimit:humiles extollit:deprimit ſupbos:inopes adiuuat:uiduas ſuſcipit:pupillũ defendit.Hæc enim Iuſtitiæ uera ſunt opa:quæ facere uirum bonũ:quæ ſequi Regem:nationũ Principẽ:populorũ rectorẽ decet.Ita concors erit ciuium oĩum uoluntas:ita recta ac laudatiſſima regni & ciuitatis diſciplina:quæ & perpetuæ firmitatis ſtabiliat fundamẽta:& beatos Reges:fœlices populos:fortunatas ciuitates efficiat.Et.n.Iuſtitia ſacra Maieſtas/uoſq; excellentiſſimi Proceres/credite mihi:imo nõ iam mihi:ſed uiris potius ſapientiſſimis credite:mater eſt oĩum:Princeps & Regina uirtutum.Quæ cũ oĩum utilitati proſpicit:tũ pacẽ & quietẽ parit:qđ eſt oĩum mortaliũ/atq; totius humanæ ſocietatis ſummũ atq; extremũ bonum.Hinc Vates ſanctiſſimus/diuinæ uocis oraculũ fudit:Miſericordia & ueritas/inquiens/obuiauerũt ſibi:Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.Et rurſum Eſaias:Erit/inquit/opus iuſtitię pax.Nam & in diebus piſſimi Saluatoris:ut q iuſtitiam & pacẽ maxĩe diligit:orta ẽ iuſtitia & abũdantia pacis.Quaꝝ utranq; ille nobis perpetuã/& imprimis tuæ ſacratiſſimę Maieſtati florentiſſimã de ſupnis impendat:q ſolus eſt effector bonoꝝ oĩum:& tũ amator pacis:tum etiã charitatis auctor:q ſolus omniũ hoĩs ſalutẽ/populoꝝ conſeruationẽ efficit:ſeruat:nutricatᷣ:cõtinet. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.XI.Ad nouos Magiſtratus Senenſis Reipublicæ/de iis rebus: quas ciuitatum Rectores habere præcipuas/ac ſeruare conueniat.

OPortebat eruditũ hoĩem/ac uirũ ſapientẽ præcellẽtiſſimi magiſtratus/extitiſſe eum:cui hæc pdifficilis dicendi puincia mandaretᷣ.Ego.n.cũ utriuſq; ſim laudis expers/metuo ut me temere potius/q̃ laudabiliter feciſſe arbitremini.Sed hoc mihi uitio dandũ erat:ſi uel mea ſponte:uel meo ipſius conſilio:nõ alioꝝ iuſſu fuerim ad dicendũ cõmotus.Illud mihi dicere cogitanti in mentẽ uenit:plurimum in omni publicaꝝ rerũ adminiſtratione ualere optimi Magiſtratus/diligẽtiam atq; auctoritatẽ:qbus de rebus & ciuitatũ & populorũ oĩum gubernacula/ac pręſidia cõtinentᷣ.Sed oportet huiuſmodi hoĩes/q publicis muneribus pręſit/Iuſtitiæ/Prudentię/moderationis prẽditũ eſſe laudibus:qbus efflореſcentibus tranquillitas/pax/ocium/gloria uigeant neceſſe eſt.Nam Iuſtitia ea eſt uirtus:quæ pręcipue in omni gubernãdi rõne meruit principatũ:quippe unicuiq; p meritorũ tribuẽs dignitatẽ:bonos præmiis/atq; honoribus: improbos cruciatibus/ac ſupplicioꝝ pœnis afficit:ut inter bonos & malos diſcrimẽ ſit:quale in ueteribus Romanis ſcimus fuiſſe laudatũ/ac poſtmodũ ſublatũ ſapientiſſimus Cato deplorauit.Si tantiſper ampliſſima fuit Romani Imperii dignitas/q̃ diu Iuſtitiæ atq; ęquitatis iura floruerũt.Verũ iuſtum eſſe parũ prodeſt:niſi & pręclariſſima uirtus adiuncta ẽ:quæ in regendis hoĩbus maxĩe ſplendeſcit:ac dominatᷣ Prudẽtia:ex ea nãq; ſalus uitæ/& conſeruatio dignitatis exoritᷣ:ut & conſilii iuuare/& pudẽtia regere/& recte ac tuto oĩa tueri poſſimus.Sed eius admirabilis ſplẽdor oĩbus (ut opinor) in promptu eſt.Quid dicã de moderatione:quæ ita oĩum doctiſſimoꝝ hoĩum laude celebratᷣ: ut nec mea/nec cuiuſpiam alterius orõne egeat? Frenat concitatos aĩoꝝ impetus:cupiditates reprimit:iracundiã cohercet:uim deniq; cohibet perturbationũ oĩum:mentẽ pacatã ac tranquillã efficit: ut ea cũ adſit/recta ſit reꝝ oĩum adminiſtratio:& ad iudicandũ recto boni & æqui examine procedatᷣ.Has quęſo ornatiſſimi uiri:q hodierna die clariſſimũ initis Magiſtratũ:capeſſite laudes:has cogitate:has colite:magnũ regendę ciuitatis præſidium.His clariſſimus ornamẽtis eos q publico munere defuncti ſunt:qbuſq; ipſi ſucceditis excelluiſſe cõſtat.Qui ita ſe geſſerũt:ut & publicæ ſaluti/& dignitati ſuæ cõſuluiſſe uideantᷣ.Quibus pfecto Rectoribus/ſi credimus ſũmo Philoſophoꝝ oĩum Platoni/nõ modo hoĩus mortalia prẽmia:ſed & de ipſius ſempiterna parata ſunt munera:Sꝫ eandẽ quoq; gloriã uobis auguramur:ſi & uos ſapientiã/moderationẽ/Iuſtitiam/æquitatẽ/cæteraſq; eximias uirtutes ãplexabimini.Ita.n.gubernantibus uobis/ſummã tranquillitatẽ ac pacẽ conſeruaturos uos merito confidemus:& huius ciuitatis decus ea rõne ſperabimus fore ſemp incolume.Quæ oĩa is nobis obſeruantibus tribuat:quẽ bonoꝝ oĩum eſſe auctorẽ conſtat. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio XII.De Iuſtitiæ laudibus:qum de more Senenſis patrię uictricia ſigna & paſſa uexilla nouis magiſtratibus publice commendantur/ab iis:qui publico functi ſunt munere.

CVm ſæpiſſime p hoĩes eloqnẽtiſſimos Magnifici Dñi/præclariſſimi Magiſtratus/atq; ornatiſſimi uiri ex hoc ipſo loco oratũ ſit:& ea explicata:quę ad pręſentẽ celebritatem ptinere iudicantᷣ/optimũ factu eſſe arbitror:ut omiſſis his unde hodiernæ celebritatis ratio ſumpta eſt/ea breui ſermone atq; orõne cõplectar:quę ad optimũ ſplendidũq;

ciuitatis/ac reipublicæ ſtatum ſpectare perſpexerim. Ne ſi grauiorē dicendi ꝓuinciā ſuſceperim. aut
ignorare imbecillitatē meā/aut rei magnitudinē extenuaſ cuiꝗ̄ uideri poſſim. Neqꝫ enim mea ipſius
ſponte: ſed magnifici Capitanei iuſſu: quē iure optimo: patrē/atqꝫ Imperatorē habeo ad dicendum:
cōmotus acceſſi. Quāobrem decere ratus ſum. ſi in hoc dicendi neceſſario: potius ꝗ̄ uoluntario mu/
nere ad ea orationē oēs accomodauero: qbus potiſſimū cuiuſqꝫ reipublicæ firmitas/ & bene inſtitu
tæ ciuitatis gubernatio/ac regimen cōtinet. Nā ſapientiſſimorū oīus auctoritate/atqꝫ ſententia: unā
imprimis conſtat eſſe iuſtitiā: quod elegantiſſime Philoſophorū oīum fere primus Plato dicere con
ſueuit/cui ī omni rerū publicarū āministratione palma tribuit. Si qdē eius uirtutis maxime ꝓprius
munus eſt: unicuiqꝫ ſecundū propriā reddere dignitatē. Qua in re: & legū oīum ſanctiſſimarū: & iu
ris/atqꝫ æquitatis ſita: & collocata uis eſt. Atqꝫ a iuſtitiæ fontibus illa manarunt/ac ꝑfecta ſunt oīa:
ꝑ quę firmiter & ciuitatū oīum: & cuiuſlibet principatus ſtabilitur fundamentū: ac uera perpetuaqꝫ
tranqllitas roboratur. Nēpe Iuſtitiā ueteres ſapientes: & conſulti iuris definire cōſueuerunt/cōſtan
tē: ac ꝑpetuam uoluntatē/ius ſuū cuiqꝫ tribuētem. Quid eſt autē cōſtans: & perpetua uoluntas niſi
plenę/atqꝫ abſolutę uirtutis ꝑfectio quā una re iuſtitiā pręcæteris oībus ꝑſtare cognoſcimus. Quid
porro ius ſuum tribuere cuiqꝫ. niſi religionis cultū ſeruare: hominū ſocietatē: & cōciliationes tueri
Et. n. ea tū fieri tum etiā adeſſe cōſtat: ſi ſolam hanc uirtutē pręclariſſimā: uel potius uirtutū omniū
matrem/ac Reginā/omni ſtudio totoqꝫ (ut aiūt) pectore cuſtodire/ac ſectari uoluerimus. Nam tum
ꝓculdubio reddit cuiqꝫ ſecundū ꝓpriā dignitatē: cū īmortali Deo/ac totius mundi Principi: q cun/
cta gubernat: uerū & religioſum exhibet diuini cultus honorē. Quod eſt unicū ueræ pietatis officium
eius: quā Græci Aurelio Auguſtino teſte/mō Euſebiā/ mō Theoſebiā appellāt. Deinde cum ad ho
minū conciliationē perueniēs/reddit maioribus reuerentiā: æqualibus concordiā: inferioribꝫ: diſci
plinā. qbus muneribus/qd melius/qd honeſtius/qd deniqꝫ ad humani generis tuendā ſocietatē accō
modatius/aūt cogitari/aut cōmemorari poteſt! Iuſtitiā cū ſeruauerint homines/nec uiolētię/nec frau
di/nec iniuriæ/nec audaciæ/ nec temeritati relinquet locus. Itaqꝫ duce iuſtitia/q gubernandis popu
lis: q gerēdis magiſtratibus præſunt: id præcipue ſpectant: id agunt: ut leges/quæ a iuſtitię fontibus
hauriuntur: Inuiolatas ab oībus ſeruari iubeāt. Quas q ſanxerunt: id ſecuti ſunt: ut ciues & q parere
debent: bonos faciant/ac probos reddāt: id nanqꝫ iubent leges: id unū ſibi proponunt legū cōdito/
res: cū honeſta imperant: turpia uetant: ut declinent hoīes a malo/ac faciāt bonum: quæ ut Hierony
mo prodente cognouimus/& ſacro Propheta teſte didicimus: cōpleta eſt: ac perfecta iuſtitia. Non
iniuria hæc una uirtus cœteris oībus antefertur: cuius amor: ut ille diuinus inqt Philoſophus: rerum
publicarum gubernatoribus infundendus ē: ſine qua non mō ciuitas: ſed nec exiguus hoīum cœ/
tus: nec domus qdē parua conſtabit. Nec mirum cum uno iuſtitiæ nomine/quēadmodū plæriqꝫ ue
teres arbitrati ſunt: uirtutes oēs cōtineātur. Hęc eſt. n. quā legalem appellāt Philoſophi iuſtitiam: a
qua ſunt oēs rectæ actiones: ac præclara uirtutis opa. Ad cuius amorē cū exortaretur/atqꝫ inuitaret
uir ſapientiſſimus/ciuitatū rectores: diligite: inqt: iuſtitiā: q iudicatis terrā. Nam & iuſtus dominus:
iuſtitiam dilexit. Et eā pręcipue laudē omni induſtria colendā/atqꝫ exercendam uoluit: iis præſertim
qbus āminiſtrandaꝝ rerū data poteſtas: & regēdarū ciuitatū cura cōmiſſa ē. Hæc. n. & pacē ſola con
ciliat: humano generi/& unanimitatem: atqꝫ concordiam efficit. Quod unū uel maximum uinculum
eſt: ad cōnectendas ciuium uoluntates: ut ommiſſis priuatis rationibus: & cōmodis: cōmunē ciuita
tis ſalutē/ac tranquillitatē tueant. Quod ubi fit: proculdubio uera redditur nobilis Hiſtorici ſenten
tia: ex parua magnā fieri ciuitatē: & magnū/atqꝫ ampliſſimū fœlicitatis gradum cōparari. Sed quis
ſatis hæc quæ/& decus/& fructū uberrimum pariunt: laudare poſſit! Quis tam frugifera/tanqꝫ præ
clara munera ſatis digna oratione complecti ualeat! Deficiat me dies: ſi in earū uirtutū laudibus ex
plicandis/noſtra diutius īmoret oratio. Sed & præter conſilii mei propoſitū/ac rationē longior ſim:
ꝗ̄ imbecillitatis meæ comperta fragilitas poſtulare uideatur. Illud certe affirmare nequaꝗ̄ dubitaue
ro: ſi unam iuſtitiam: & eius comitē concordiā ſectari/ac ſeruare uoluerimus: huius ciuitatis ſtatū pręſ
ſentē incolumē/& tutiſſimū reddiderimus. Vt nec cuiuſꝗ̄ uires: nec inſidiantiū fraus/ulla ex parte:
aut obeſſe/aut officere queat. Quare Magnifici domini: & Magiſtratus clariſſimi: qbus fulgētia hæc
inſignia ꝑ uetere ciuitatis ueſtræ cōſuetudine tribuenda ſunt: amplexamini iuſtitiā: cōcordiā diligite:
leges/ac iura ſeruate: publicę ſaluti cōſulite: & omni ꝑturbatione reiecta: ad rectā ciuitatis guberna
tionem/aīum induſtriāqꝫ cōuertite: ut ꝑ hos ſapientiæ gradus/ꝑpetuo regnare: & reipublicæ fœlici
tatem tueri poſſitis ad laudem dei. Dixi.

¶¶Auguſtini Dathi/pro eo/q Regis nomine: nobilem aliquem uirū/ac uirtute: & rerum co
gnitione: experientiaqꝫ ꝑfectū/in prætorē deligit ciuitatis: Oratio. XIII. qua præclare inſtruit
qd ſeruare eū cōueniat: & qualis debeat eſſe is: q alicui āminiſtrationi/ac iuri dicendo præfici
tur: & gerendis grauibus rebus præeſt/ac reipub. gubernandæ.

DEcebat eū: q hoc loco uerba facturus eēt: & eloquētia/& doctrina pręſtare: uir clariſſi/
me/atqꝫ optime ꝑſes: ut ꝑ doctrinā qdē intelligeret: qd agendū: qd ſeruandū eſſet: per
eloquētiā uero/alios ad bene agendū īpelleret. Vtraqꝫ res longe a me aliena ē: ſꝫ tū ne
uetus cōſuetudo a maioribus noſtris inſtituta deſerat: paucula ꝓ noſtri ingenii captu:

in mediũ pferã. Q ui alicui p̃miniſtrationi prȩficitur: & regendis rebus præeſt: debet ĩprimis ipſe ſecum meditari / ac diligenter excogitare: qd ſit qđ maxime: & prȩ cœteris rebus curari: & ãminiſtrari conueniat: ut cognitis / ac recte pceptis muneris ſui partibus: oẽm ad res cõficiendas / induſtriã / laborem: atq; operã adhibeat. T ũ ſeruare debet ĩ cõſiliis circũſpectionẽ: in orõne modeſtiã / in actionibus atq; opibus fidẽ / diligentiã / celeritatẽ: ut p hȩc diuini cultus honori ſatiſfiat: Regiæ maieſtatis decori ſeruiat / iuſtitia / eqtas / & oĩs laus cumulatiſſime expleat. Hoc ẽ. n. uerũ præſidentis officiũ: hoc uir ſapiens / & bonus contẽdere debet / ad hanc exercitationẽ ſuam oẽm conferre induſtriã: ut bene agenti debita reddãtur præmia: quẽadmodũ & iis / q aut negligenter / aut turpiter: uel deliquerint / uel omiſerint: iuſta ſupplicia irrogant. Tua notiſſima eſt uirtus: Iuſtitiæ amor: optimaq; rerum exercitatio: hanc oſtende in tuo magiſtratu / & in hac iniuncta ãminiſtratione preſta tui uires ingenii: ut a Regia maieſtate cõmendationẽ referre & gratiã / & ab omni ciuiũ ornatiſſimo cȩtu / & auctoritatẽ / & laudẽ reportare merearis. Eam qdẽ ſerenitatis Regis eẽ conſtat: ueterẽ / ac probatiſſimã cõſuetudinem: ut reddat unicuiq; ſecundũ ppriã dignitatẽ: nec minus ad honores bonis deferẽdos propenſa ſit: q̃ ad ſeueritatẽ iuſtitiȩ exercendã ĩ eos: q facinoroſe / ac turpiter uixerint. Hæc ego tua uenia breuiter attigerim. Sed tua prudentia longe cumulatius nouit: ac rite inſtructa eſt recte gubernandi diſciplinã: reliquum ẽ: ut agas / & fructũ cognitionis bene agendo adipiſcaris tuis cõſiliis: & prȩclaris opibus: fac ut tuã illuſtres dignitatẽ: qđ ut cõtingat: illũ deprecor: q habet rerũ oĩum poteſtatẽ. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. ad idem.

Fuit mos uir p̃ſtãtiſſime ac nobiliſſime eq̃s: qđ tu minime ignoras: apud oẽs / tũ ueteres ſapiẽtes / tũ nr̃ȩ tẽpeſtatis / magnos uiros / ac pricipes: q in gerẽdis rebus: & populorũ ãminiſtratione uerſarent: ut cũ cȩteris in rebus: tũ uel maxime ĩ magiſtratibus deligendis præcipuũ ſtudiũ conferrent / atq; accuratiſſimam õpam: ſed in illis potiſſimũ eligendis id ſeruaſ cõſueuerunt: qbus / & ius dicẽdi: & tuẽdæ æqtatis poteſtas tribuẽda erat. Ita. n. & ĩpantiũ dignitatẽ: & populi ſalutẽ ſeruari arbitrabant. Hæc igit ĩprimis omni laude digna cõſuetudo ẽ / & ubiq; & apud clariſſimos reges / ac pricipes: & apud illuſtres ciuitates / atq; urbes celebrata. Nã iuſtitiæ tuendæ: ppulſandis iniuriis / arcendis malis præ eẽ debent / q uirtutẽ a primis coluerũt ætatis tẽporibus: q integritate ualeant / qui nullis animi perturbationibus ſint obnoxii / q ira / odio / inimicitiis uacent / q nullius minas pertimeſcant / q gratia / & precibus nõ flectant / q ut dominus p Prophetã admonet: ueritatẽ / & iudiciũ pacis iudicẽt. Viduã / & pupillũ ſuſcipiãt: inopes / atq; opulẽtos pari iure cõtineant: q deniq; ſi qd acciderit ẽt mortem turpitudini anteponant. Id ẽ. n. ſapientis officiũ: & q rebus magnis agendis p̃futurus ẽ. Quȩ qdẽ cũ in te eẽ nõ leuibus coniecturis: ſed pſpicuis documentis animaduerterimus: decreuit Rex noſter ſereniſſimus te Pariſienſis urbis deligere præſidẽ: & annuum eũ tibi deferre Magiſtratũ / tuæ uirtuti / fidei / ac bonitati cõfidens: ſpans clariorẽ fore eã urbẽ: ſi in ſeruãda iuſtitia a ſapiẽte regat: & tuis meritis debitũ p̃miũ acceſſurũ. Q ui ſi recte eã p̃turã geſſeris: ſicut palma florebis / & gratiã tibi apud ſereniſſimi Regis maieſtatẽ / maiorẽ cõparabis. Dixi.

Auguſtini Dathi orõ. XV. qua ad pbe / ac iuſte delatũ ſibi magiſtratũ gerẽdũ aliqs cohortat.

Veteres ſapientes: q optimarũ rerũ oĩum diſciplinã inſtituerũt uit clariſſime: ita ſentire: ita ſemp iudicare cõſueuere: ut magis rebus ãminiſtrandis p̃ficeret: q diuino cõſilio: q exquiſita ſapiẽtia: q moderatione: q animi magnitudine: q rerũ maximarũ cognitiõe pollere uiderent. Sed ĩprimis neceſſariã iuſtitiæ laudem eſſe tradiderunt: cui princeps philoſophorũ Plato in gubernatione ciuitatis / ac reipub. inſtitutione principatũ dare palmam: ſemp tribuere cõſueuit. Magna nanq; præ cæteris uirtus eſt: ſplendore cœteras antecellit: uirtutũ oĩum comitatũ ducit: ſine qua nõ ciuitas / non regnũ / nõ oppida / non domus / nõ ulla hominũ conciliatio ſeruari poteſt. Q uãobrẽ pclare Hieronymus uirtutis huius prȩſtantiam extollens / oĩs inquit: uirtus uno iuſtitiæ nomine cõtinet. In qua (ut ait ſummus orator) uirtutis ineſt ſplẽdor maximus: & boni uiri tum nomen / tũ ẽt rationem conciliat. Itaq; ſapienter ac ſcite factũ eſt uir præclariſſime in hoc ampliſſimo Magiſtratu deferendo: cum eius decus tuȩ uirtuti: & ſingulari præſtantiæ tributũ eſt. Nam ut plane oẽs intelligunt his profecto laudibus ornatus es: quas adhibere debent: q ciuilia exercẽt munera: & magnarũ rerũ curam / atq; ãminiſtrationẽ gerunt. Proinde hortor tuam animi magnitudinem: ut ĩ hoc ornatiſſimo atq; ampliſſimo magiſtratu / in hac bene: & prȩclare inſtituta ciuitate / ita labores / ita efficias: & glorioſo iuſtitiæ certamine cõtẽdas: ut is optatus / atq; electus eſſe uideat: q magno uirtutis adiumento / ampliſſimæ ciuitatis reſpondeat dignitati. Ita. n. & ſereniſſimi Regis ſatiſfeceris uoto: & tua illuſtrabitur uirtus: qđ magiſtratus ppriũ munus eſt. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. XVI. in noui Rectoris ingreſſu.

SI ea: foret in me dicẽdi facultas glorioſi / atq; excelſi Domini / celebres magiſtratus / atq; præſtantiſſimi uiri: ſi ea eloquendi copia atq; poteſtas: quæ & ueſtræ amplitudini: & loci huius auctoritati conueniret: profecto longe iucundiore aĩo / maximum hoc dicendi munus: & grauiſſimã dicendi prouinciam ſuſcepiſſem. Sed earum laudũ expers: quæ Oratoris ppriæ ſunt / quæ de huius excellentiſſimȩ Reipublicæ gloria / quæ de ſtudio /

rum ac diſciplinarum celebritate: quæ de rectoris officio: quæ de eius laudibus: q hūc præclariſſimū
magiſtratum hodie ſuſcepturus eſt: pro uſitata cōſuetudine dicenda uiderentur: ea p breui oratione
cōplectar. Ad quod qdem munus non me perducit uoluntas: ſed potius parendi compellit neceſſi
tas. Tria igitur exiſtimant uiri ſapientes illa eſſe: quibus cuiuſq ciuitatis potiſſimum illuſtratur glo/
ria: præclarā gubernandi inſtitutionem ac diſciplinā: geſtarū rerum amplitudinem ac decus: inge/
nuarum artiū ac liberalius ſtudiorū celebritatē. Quod ſi huius ornatiſſimæ ciuitatis diſciplinā quæ/
rimus: licet intueri q̄ magna q̄ diligens q̄ accurata ſit pietatis ac religionis cura: q̄ exacta ſacrorū ob
ſeruatio: q̄ præcipui diuini cultus honores. Quid leges ſanctiſſimas qd iura & pręclara inſtituta: qd
mores pbatiſſimos referā! Iuſtitia q̄ ſemper magno ſtudio ac diligenti induſtria culta ſit: q̄ pſpicue
ſemp floruerit in hac una maxime ciuitate: nemo ē qui nō cumulatiſſime nouerit. Geſtarum rerum
laudem cōmemorare quis poſſit! Prohibet eā rem oratione cōſequi ac uerbis explicare pſpecta mei
ingenii ībecillitas: quę eiuſmodi ſplendorē egregię laudis dicendo æquare nullo pacto poſſit: ut di/
cendo præteriri ſanius ſit q̄ non ſatis p dignitate exornari. Iam ſtudiorū amplitudo: & oīum maxi/
marum artium & diſciplinarū gloria ſua ſponte ita refulget: ut neq mea nec cuiuſq̄ cōmemoratiōe
egeat. Mater quædam & altrix hæc ciuitas eſt oīum laudatarū artiū: & philoſophiæ oīs præcipua
quædā (ut ita dixerim) nutrix: & oīum liberaliū diſciplinarum educatrix. Hic ſe proferunt pclara
ingenia: diuina ſtudia celebrant: ſacri Canones: pontificia iura floreſcunt: naturæ arcana inueſtigan
tur: Medicina pollet: Eloquentia dominatur: Dialectica uiget: laudabiliaq ꝗ curricula exercentur:
cæleſtiū terreſtriūq rerū illuſtratur cognitio. Præſtantiſſimi in quocūq ſtudiorum genere præcepto/
res: Doctores ubiq gētiū celebres & uiri ſapientiſſimi cuiuſq diſciplinę uberē ſuppeditant facultatē.
Atq ob eam cauſam p uniuerſas nō Italiæ ſolum: ſed ēt totius pene orbis nationes ac ciuitates huius
reipublicæ decus ac fama diffundit: apud quoſq & generoſiſſimos Reges & claros prīcipes ac no
biliſſimos deniq populos magna hæc ciuitas auctoritate pollet & gratia. Proinde iampridē inſtitu/
tum ē ſcite ac ſapienter: ut quotannis pręficiat diſciplinaꝝ pfeſſoribus qſpiam: q regēdi āminiſtrā/
di & recte gubernandi curā gerat: quē ab ea regendi poteſtate ac ratione Rectorem uocare cōſueue
runt. Qui cū res magnas atq pręclaras acturus ſit: eū ſemp diligūt pficiendū tāto collegio: quē pſtat
ingenio uirtute ſapiētia moderatione diligētia: atq æqtate pſpexerint: ut & iuſtitiā tueri: & ſuſtinē
ſtudiorum decus: & extollere pbos: coercere ualeat īprobos. Quę res quāto difficilior ē: atq ardua
magis: tanto certe laudabilior atq pſtantior exiſtimari debet: Talē te cū eſſe putaret hoc doctiſſimoꝝ
hominū collegiū: & ſapientū uiroꝝ cœtus ad hoc te ornatiſſimum munus & ampliſſimum delegit
Magiſtratū: quē tu hodierno die in hoc celeberrimo cōſeſſu & illuſtri loco: inq magnificoꝝ Domi/
norū & ſummoꝝ uiroꝝ: atq præſtantiū ciuiū cōſpectu ſuſcepturus es: ea lege ac fœdere: ut oēs tui
ingenii uires atq animi robur intendas ad laudatiſſimam recte gubernādi uiā: p quā huius floren/
tiſſimi ſtudii ſeruet: atq augeſcat dignitas: quod noſcere futurū confidimus: qum tuas cōſideramus
præcipuas: atq ammirabiles multaꝝ reꝝ laudes. Nam patriam habes clariſſimā: genus laudandū:
optimam cognationē: ſed quę ſplendidiora ſunt: pſpicaciā ſolertiam acumen ingenii: uirtutis laudē
ſapientię ac moderationis amplitudinē: iuſtitię amorē & conficiendarum rerum celeritatem ac dili/
gentiam: quę pfecto oīa iis q magnis rebus præfuturi ſunt: neceſſario adeſſe homines arbitrantur:
adiunctis duabus Platonis nobiliſſimi philoſophi ſalutaribus præceptis: quorū illud primū eſt: ut te
totū huic præclare āminiſtrationi tradas: & huius precellentis uniuerſitatis honori atq emolumēto
proſpicias: & oblitus particulariū cōmodorum oia quæ uel dicturus uel facturus es: ad eundē finē
referas. Alterū ut iuſtitia & æqtate totum collegii corpus procures ac tuearis: & æqualē omniū: qui
tuæ poteſtati ſubiiciuntur rationem habeas. Ita enim concordię & ſaluti conſulitur: & malorum oīū
facillime tolluntur ſeminaria. Hęc ſerua: hęc meditare intelligens te gerere perſonam huius uniuerſi
tatis: & debere te eius dignitatem & decus ſuſtinere: leges atq inſtituta tueri: ad capeſſendā ſapien/
tiā recte āminiſtrando impellere: a flagitio a turpitudine & facinorum oīum labe: & fęditate cohibe
re: ut q ſapientiam & doctrinā pfitentur ac liberalem ſectantur exercitationē: nō ſolum ipſi laudabi
liter uiuant: ſed aliis quoq exēplo ad bene uiuendū & inuitamento eſſe poſſint. Sed iā ſ indues huius
ornatiſſimi Magiſtratus glorioſum inſigne: quo tanti muneris īdicatur uel ſinceritas uel poteſtas: ut
hoc indumento capitis accępto: oībus ſtudiorum profeſſoribus: & ſectatoribus bonarū artiū ꝗs eſſe
uideatis: quē obſeruare: quem uereri: cui parere atq obedire debeant: & apud eoſdē īmagno ſis hō
nore ac pretio. Sed iure iurando te obſtringes iura omnia huius uniuerſitatis: quæ & nunc ubi reli/
gioſe iuiolabiliter ac ſumma diligentia ſeruaturū. Atq ut intelligas adeptum te eſſe huius Magiſtra/
tus auctoritatem: primum orno te conſueto capitis inſigni: deinde trado ī manus tuas uniuerſitatis
ſigilla: quibus pro debito arbitrio utaris quotiēs opus accident. Claues inſuper tribuo tibi huius flo/
rentiſſimæ reipublicæ nomine. Et his omnibus rite peractis oro æternum conditorem & cæli ac ter
rarum rectorem Deum: ut huic ciuitati pacem & bonorum omnium ubertatem impartiatur: amato
ribus ſapientiæ concupita uota: tibi Magnifice Rector rectam gubernandi rationem: & demū per
functi laboris glorioſum præmium ad æternam immortalis dei laudem ac decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio .XVII. ad idem.

TAm ñra eſt:Magnifici Dñi:patres ãpliſſimi-ac celeberrimi uiri:huius loci dignitas:ac cele
britas tantus ueſtri cõſpectus ſplẽdor ac decus:ut mihi urgeat mei muneris-ac dignitatis
neceſſitas:facile hodierna die-hanc dicendi prouinciã cœteris traditurus eſſem. Siqdẽ
animaduertebam me aut dicendo temerariũ-aut ingratũ ſilendo iudicatũ iri. Quæ res
profecto ancipitẽ meo animo curã-ac dubitationem afferebat. Cũq; diutius cogitaſſem
modo impudentiæ crimen:mõ ingratitudinis indignitatẽ:qua eſſe nihil poteſt tetrius:mecũ animo
repetens ſtatui tandem ſuperiorem potius noxam:q̃ uel ſolam ingratitudinis ſuſpitionẽ icurrere. Cœ
terum cũ meę partes ſint:ut & de huius florentiſſimæ reipub. laudibus aliquid pſtringa;: & ueſtris
ampliſſimis meritis gratias agam:profecto unde initium capeſſam:neſcio. Quod ſi qui oĩa-& perfi-
cere igenio: & elaborare induſtria poſſint:uix tamen quæ ꝓpoſita ſunt:ſatis digne ualeãt explicare:
nõne ſimillimũ ueri uideatur:ut in his ipſis attingẽdis imbecilles ingenii mei ſuccũbant uires? Quis
.n. ſatis cumulate referre queat huius optime inſtitutæ ciuitatis laudes :q̃ uariæ-ac multiplices:quæ
maximæ:quæ ſplendidiſſimæ ſunt? Nã cum ciuitatẽ nõ tam præclaris mœnibus:q̃ optimis moribus
conſtitutam eſſe oporteat:ueſtra hæc cũ primis ea in re floret-ac prę cœteris enitleſcit:ut merito-ac iu
re quodam principatũ obtineat. Multæ in ea ꝓbatiſſimæ leges ;ſanctiſſima inſtituta ſunt: laudatiſſi-
mi mores:& quod uel maximũ eſt:in rerũ publicarũ gubernationibus-ſum̃ma-& legũ-& inſtitutorũ
omnium-ac deniq; diligentiſſima iuris-atq; iuſtitiæ obſeruatio. Vbi nam gentiũ accuratius uirtus excoli
tur? Vbi honeſtatis-atq; officii exercitatio maior? Vbi deniq; ingenuæ artes maiore imprecio-atq; ho
nore uerſant? Sed quãnã huius ciuitatis inſtitutio:q̃ recta ãminiſtratio ſit firmiſſimę pacis:diuturni
ocii-ac ſummę tranquillitatis exẽpla declarant. Verũ præter ampliſſimas-atq; innumeras cuiuſq; ge
neris laudes:quas difficile qdẽ nõ ſolũ extollere-atq; exornare:ſed uel numerare qſq̃ poſſit:id quod
huius pclaræ urbis nomen(ut ita dicam)ad ſydera tollit:uigent in ea litterarũ ſtudia:optima quęq;
ars-ac diſciplina floreſcit. Nec uſq̃ maior humanitati-atq; eruditioni locus eſt. In hac uniq; ciuitate ige
nia ſeſe hoium oſtentãt:bonis artibus expoliunt-pficiunt deniq; exqſita doctrina. Quæ res ita am-
plificat ueſtræ reipub. atq; ciuitatis decus:ut ad ſummũ ſplendorẽ pene nihil poſſit accedere. Atq; ob
eam iprimis cauſam-glorioſum eius-atq; ſplendidũ nomen:uel ultimos terrarũ fines penetrauit:ut
merito Senenſis ciuitas ueteribus-ac pclariſſimis Athenis cõparãda ſit. Nec ſi erãt Pyręo longis mœ
nibus:ac maris præſidio tutiores.id circo tamen ueſtrã hanc urbẽ ſtudiorũ gloria-ac ſcientiarũ flore
antecellebant. Eſt igit apud uos Magnifici domini-ac celeberrimi uiri conſuetudo:ut cũctis ſtudiorũ
ſectatoribus quot annis præficiat-q & rectorẽ gerat: & ueſtræ huius uniuerſitatis ãminiſtrationi pſit.
Ea nunc mihi ſors oblata eſt:quẽ & ſi oĩo indignũ nouerã tantis honoribus:ueſtra tñ benignitas tã
claro magiſtratu ornari uoluit. Verũ oportebat eũ hoiem-q tantis rebus præfuturus eẽt:ſumma au-
ctoritate-ſpectatiſſima uirtute-acerrimo-ac diuino quodã pollere cõſilio. A quibus rebus-quo ipſe ab
horrebã longius:tãto uobis maiorẽ gratiã agere debuiſſe;. Sed cũ dignã ꝓ tot tãq; ĩmortalibus bñfi
ciis afferre nequea;:q̃tũ mea ĩbecillitas ꝓgredit:nõ tã magnã ago:q̃ igẽtẽ habeo. Atq; cũ uobis oĩa
debeã magnifici dñi-ac celebres uiri neq; niſi parũ præſtare poſſim:qđ i me erit in hũc ãpliſſimũ Ma
giſtratũ:atq; eximiũ munus-oẽm diligentiã-atq; induſtriã-oẽm opa;-ac tẽpus-ſummã deniq; fidem
collaturũ polliceor. Nec ullis parcẽs laboribus:toto (ut aiunt) pectore:ueſtræ Magnificæ-dignitati:
& Magiſtratus ipſius honori cõſulam:atq; proſpiciã:ad laudẽ omnipotentis Dei. Dixi.

Augustini Dathi Oratio. XVIII. qum Gymnaſii Rectori-a ſummo Magiſtratu:capitium
uerſicolore ornatu diſtinctum:& cœtera eius dignitatis inſigna cõferuntur.

VErum oĩu; natura parẽs-atq; optimarũ ſanctionũ auctor collegę inſignes:atq; illuſtres
domini:patres ampliſſimi:uoſq; igenuarũ diſciplinarũ ſectatores:ĩ cite-ac ſapiẽter hoiu;
ſocietatẽ inſtituit: & quod recte peripateticorũ princeps Ariſtoteles tradit:alios ad ipe-
randũ:ad parendũ alios naſci uoluit. Vt ĩperent qdẽ-q ſplendore ingenii: & ſapiẽtiæ lau
de cœteros antecellunt:pareãt uero-quorũ robuſta corpora ſunt: & laboribus exercẽdis
idonea:ſed minus aptę mentes ad pſpiciẽda quę recta ſunt: & hoium generi ſalutaria. Hanc naturæ
tã pręclarã:tãq; frugiferã inſtitutionẽ imitata ẽ hoiu;-ac pplorũ cõſuetudo. Atq; inde quoq; effectũ
eſt:ut alii præſint:ſubſint:atq; obtẽperẽt alii. Hinc Lycurgus apud Spartiatas ſapientiſſimus legis la
tor:populos diſcreuit-ac principes:& ut populi principibus obſequerent:principes ut iuſtiſſime ipe
rarẽt:inſtituit. Natura igit-& hoium-ac populorũ ſcitis iſtituta ẽ iperãdi ratio. Ac magnũ qdẽ-& pul-
chrũ exiſtimãt hoibus iparet:maius-ac pulchrius ĩpare liberis:ſed nõne maxime-ac pulcherrimũ ipe
rare iis:q maxĩe igenui-ac liberi ſũt:qđ eſt-ingenuarũ artiũ-ac liberaliũ ſtudiorũ pfeſſores:q ſeiũcti a
multitudine-& a uulgi cõſuetudine ſegregati:ætatẽ oẽm i pręclara doctrinarũ exercitatione cõſtituũt?
Nõ ſolũ aũt bene morati Reges ĩpant:ſed ẽt q iuſte-ac legitime ciuitatibus pſunt:q maximos-atq;
ãpliſſimos magiſtratus gerũt. Nõ ſunt alieni ab ĩpio uel paſtores gregis:nõ nauiũ gubernatores:nõ
claſſiũ pręfecti:nõ equorũ-& quadrigarũ aurigę:nõ Impatores-atq; exercitus duces:nõ populorũ ptin
cipes:nõ ciuitatũ: & rerũ publicarũ rectores:nõ deniq; alii cõſimiles;q cęteris hoibus moderant & prę
ſunt. Magno in honore apud Gręcos fuit Plato:qppe q erat ueteris Academię princeps:in magno
Arceſilaus:qui mediæ:in magno Lacydes:q nouę extitit auctor. Illuſtris fuiſſe fert & Ariſtippus Ci

renęus/Cirenaicorũ philoſophorũ princeps: Phedon/Eliacorũ/Megaricorũ Eraclides/Cinicorũ Antiſthenes/Eretricorũ Menedemus/Dialecticorum Calcedonẽſis Clitomachus/Peripateticorũ Ariſtoteles/Stoicorũ Zeno Cittieus. At ſinguli (ut ueteres Hiſtorici tradunt) ſingulis pręfuerunt philoſophorũ diſciplinis. Sed euge letare/& gloriare Ioannes: q hodie in opulẽta urbe: in florentiſſima ciuitate: in glorioſa republica/in celebri Academia/in nobiliſſimo Gymnaſio/in hoc ẽt ſplendido cõſeſſu/in magna pręſtantiũ uirorũ corona: unus oĩum ſtudiorũ/diſciplinis rector pręfectus es: & maximis a noſtra republica affectus honoribus: ut iã plane ĩpeſiis q uere liberi ſunt/ac liberaliũ ſtudiorũ ſectatores pareant tibi/q diuinã ſapientiã/q ſacra: & Pontificia iura/q ciuiles/atq̃ humanas leges/q pcreatricẽ oĩum laudatarũ artiũ philoſophiam: q ſalutarẽ medendi pitiã: q humanarũ rerũ gubernatricẽ eloquẽtiã/q differendi rõem/q coeteras uel benedicendi/uel beneuiuẽdi diſciplinas/& artes pręclariſſimas pfitent. Vt cũ te antea Sicilia illuſtraret notiſſima in orbe terrarũ inſula: patria nobilis: clari parẽtes: multa fortunę ornamẽta: plurimæ ingenii/ac uirtutis laudes: accedat nũc quoq̃ & maximi/atq̃ ãpliſſimi magiſtratus dignitas/ac præcipui honores. Multa fuerunt olim apud Hetruſcos primũ deĩde apud ueteres Romãos pclara magiſtratuũ ĩſignia: ſella curulis littores: toga picta: atq̃ prætexta alia pterea nõnulla eiuſdẽ generis ornamenta. Cidarim Perſarũ Reges uſurpare cõſueuerunt Regiũ capitis inſigne. Hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat. Nec id qdẽ magno abſq̃ myſterio regii inſigne geſtaminis. Tibi tanti Magiſtratus decus uelut Cidaris Perſarũ more capitium (ut appellat Varro) rubro/atq̃ albo/& uerſicolor ornatu diſtinctũ: nõ temere in capite tuo ponit quaſi quoddã diadema decoris: & corona glorię. En igit illud Apoſtolicę ſedis: ſacri Impii: noſtræ reipublicæ auctoritate/& nomine capiti tuo libenter adiicimus: ut intelligas te quaſi Gymnaſiarchus quendã: & Rectorẽ Senẽſis academiæ maximã ſuſcipere poteſtatẽ: ea tñ lege: atq̃ fędere: ut ipſe prudẽtia/iuſtitia/moderatione integritate/diligẽtia/& ſingulari quadã uirtutũ oĩum laude pditus: ita regas: atq̃ gubernes tuę fidei cõmiſſum ſcholaſticorũ coetũ: q ex tua Sicilia: q ex Hiſpania: q ex Luſitania: q ex Gallia: q ex Germania: q ex Liguria: q ex Tranſalpinis nationibus: q ab exteris/& remotis regionibus: q a finitimis populis ad hauriẽdã ſapiẽtiã cõfluunt: ita inq̃ regas: atq̃ gubernes ſcholaſticorũ coetũ: ut & ipſi optatã adipiſcant ſtudiorũ gloriã: & noſtrę ciuitatis/ac reipub. augeãt dignitatẽ. Poſtremo cũ hæc quoq̃ ſuſceperis primũ ſigillũ hoc: quaſi quoddã pignus fidei: & auctoritatis tuę pclariſſimũ monumẽtũ: deĩde noſtrorũ ſtudiorũ/atq̃ uniuerſitatis iura nõ plãe cauſa ne dormiãt ſed apta/ut p te aſſidue uigilẽt: & ab oĩbus ſtudioſe ſeruent: cũctis opibus/ſermonibus/cõſiliis tuis aſpiret ſemp diuini numinis gratia: ad laudẽ eius. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oro. XIX. uice rectoris Gymnaſii qũ gratias agit acceptorũ ĩſigniũ Rectoratus.

NOn eram neſcius: excelſi/atq̃ illuſtres magiſtratus: patres ampliſſimi/ac ſapiẽtes uiri: & ueſtræ dignitati: & tã pclari cõſeſſus ſplendori: lucubrẽtã/atq̃ ſtudio elaboratã orõnẽ hodierno die merito iure afferri oportere. Quod qdẽ & ueſtra ĩcredibilis amplitudo: & huius pręclariſſimi/& ornatiſſimi auctoritas loci: & ingẽtis beneficii accepti magnitudo iure optimo poſtulare uidebant. Sed cũ ĩparẽ tantis meritis/tenuiſſimã ingenii mei facultatẽ eẽ perciperẽ: ſtatui ipſe mecũ meas partes eẽ: ut neq̃ ſileã prſus/neq̃ rurſum longiorẽ ſermonẽ faciã: nõ iniuria grauiorẽ calũniã ſubiturus/ſi mihi magni cuiuſq̃ oratoris prouinciã: atq̃ officiũ uendicauerim: cũ ab eo exercitationis genere: nec ingenio/nec dicẽdi copia ſuppetẽte lõge me abhorrere ĩtelligã. Oĩum quę in hoĩum uita: ac ſocietate uerſant/florẽt: & pręcoeteris mea quidẽ clare ſcũt ſentẽtia ĩgenuę diſciplinę/& litterarũ/ac dotrinę ſtudia p hæc hoĩum excolunt ĩgenia: plurimum exornat humanũ genus. Illę uero beatę ſunt ciuitates & uerę: florẽtes populi: apud quos maxime uigẽt ſtudiorũ Gymnaſia. Vna ẽ Senenſis reſpub. quaſi oĩus pręclariſſima: ĩ qua ſapiẽtes/& doctiſſimi uiri ĩ omni ſtudiorũ genere: ita doctrina/& glĩa pollẽt: ut ex plęriſq̃ orbis nationibꝰ ac remotiſſimis regionibus ad ſuſcipiendã ſapientiæ alimoniã cupidiſſime pmulti ueniãt: & optatã deniq̃ ſtudiorũ palmã aſſequant. Qui tantis rebus pfit: ope pretiũ ẽ: ut uirtute/cõſilio/ſapientia/moderatione pręcellat. Quę qdẽ a me plęraq̃ ornamenta lõge abeſſe intelligo. Erit tñ p his ſumma integritas: ĩcõcuſſa fides: ſtudiũ diligẽs: atq̃ accuratiſſima in hoc gerẽdo Magiſtratu induſtria: ut q dignas p tantis muneribus nequeã & laudes afferre/& gratias agere: ſaltẽ uigilando/laborãdo/bene agendo ita coetera penſare cõtendã: ne uſquequaq̃ ingratus uideri poſſim. Illud oĩbus uiribus mihi ppoſitũ fuerit: ut p ingẽti ueſtra humanitate tãtis nũc decoratus honoribus nihil curẽ/atq̃ efficiã ſtudioſius/q̃ huius inclytæ ciuitatis: florẽtiſſimi ſtudii: ueſtrarũ dominationũ ſatiſfaciã dignitati. Quod ut facilius aſſequamur: eũ dies cõprecabor & noctes: unde manãt fluẽta cũcta bonorũ. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oro. XX. uice Rectoris gymnaſii: q magiſtratu defunctus ſucceſſori ſuo commendat Roctoratus inſignia.

CVm uires meę nõ ſufficiãt: ut ĩ tãto cõſpectu digne aliqd ualeã dicẽdo cõplecti magnifici/& glorioſi dñi/patres ĩſignes/ac ſucceſſor pclariſſime: decreui rẽ potius attingere ipſam: q̃ plura incõdite loq: præcipue cũ oĩa notiſſima ſint: q̃ de huius ampliſſimę ciuitatis laudibus: & de ſummo huius magiſtratus honore: quẽ merito hęc reſpub. tuę tribuit dignitati. Nã & magnã illius poteſtatẽ cõſtat eſſe & gloriã. Et ut ad ſtudii huius ce

dat ſplẽdorẽ: & ad tuę magnificẽtię cumulũ laudis: depręcor illũ: q bona oĩa tribuit: & largiť mortalibus. Cũ itaq̃ floreas ſapientia moderatione cõſilio uirtute: atq̃ auctoritate accipe noie huius idy
re ciuitatis: & magnificorũ dominorũ inſtituto fulgida hęc & pręclara inſignia ad laudẽ Dei Diuę.

Augustini Dathi Orõ. XXI. ad Senenſem Magiſtratũ de recta reipub. gubernatione.

S Eniorẽ loq oportebat: & uirũ ſapientia atq̃ auctoritate prętantẽ: reuerẽde in Xp̃o pater Magnifici atq̃ excelſi dñi: uenerabiles patres uoſq̃ ãpliſſimi uiri. Me aũt ſilentium
decebat potius: qđ & eruditionis atq̃ eloquentię deficiã laudibus: ſimq̃ prſus ab ordi cõſuetudine alienus. Sed cœteras oẽs tũ ætatis tũ ĩperitiæ meæ rões: una uincit parẽ
di neceſſitas. Quãdoqdẽ ad dicendũ eorũ me cõpellit uoiũtas: quorũ (niſi me fallit opinio) uel aſpnari iuſſa uel ĩperata renuere: minime cõgruebat. Proinde firmiſſima & ineuitabili ratione coactus: exponã paucis: quæ Spiritus ſancti illuſtrante gratia hodiernæ ſolẽnitati cõuenire existimaueri m: fretus ĩprimis cæleſti præſidio: ac ueſtrarũ dominationũ adiuuante clementia. Naʒ de
bene regenda ciuitate de recta reipub. gubernatione: deq̃ optimi magiſtratus officio uerba ex hoc
loco fieri cõſueuerunt. Magna res qdẽ: atq̃ ingenii mei: qđ perexiguũ ẽ: longiſſime ſupans facultatẽ. Sed ex ueterũ ſapientũ fontibus hauriemus: q̃ hodie in hoc ſplendidiſſimo cõſeſſu explicanda dicimus: & ex ſanctarũ ſcripturarũ uocibus noſtra depromeť orõ. P. Scipionẽ eũ q primus Aphricius
appellatus eſt. P. Cornelium Emiliamũ in Maſſiniſſæ Regno ad quẽ ſalutandũ uenerat: p gẽtẽ am
monuiſſe legimus iuſtitiã colendã ac pietatẽ. Id qđ pręclariſſimo de repub. libro proſecutus eſt Cicero: qđ & ob eã cauſam ſomniũ Scipionis inſcribitur. Nam iuſtitiã ac pietatẽ imprimis ſeruare debent q reipub. pręſunt: q magiſtratus gerunt. Quibus certe magnis præcipuiſq̃ uirtutibus ueluti
ſtabilibus firmamẽtis. diuina oĩa atq̃ humana iura continenť. Etenim p pietatẽ ſumma cũ deuotione ac fide uera cõpleť dei dilectio: quę proculdubio in ſeruandis mandatis eius ſita eſt: ſicut nobis
ſaluator p Euangeliſtaʒ oſtẽdit: dicens. Siqs diligit me: ſermonẽ meũ ſeruabit. Nos ãt q in fide Chriſti uiuimus: fundati ſupra firmam petrã ſupedificati ſumus ſupra fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarum: unũ ſolũ ac uerũ & oĩpotentẽ Deũ colere debemus: unũ in deitate: trinũ in pſonis: q in
principio terrã fundauit & ſtabiliuit cęlos prudentia: q plaſmatũ hoĩem gloria & honore coronauit
atq̃ ad ciuilẽ illũ cõgregationẽ ac ſocietatẽ conſtituit. Quocirca & rectiſſime Romanus ille philoſophus: atq̃ eloquentiſſimus orator nihil ẽ inqt illi principi deo: q oẽm mundũ regit: qđ qdẽ in terris
fiat acceptius: q̃ concilia cœtusq̃ hoĩum iure ſociati: quæ ciuitates appellanť. Sed tũ demũ uera cõcilia ſunt & præclara humanæ uitæ ſocietas: ſi diuini cultus honore: ſi pietatis obſeruatione: ſi ueræ
ſapientiæ ac religionis ſplendore refulgeat. Vt intelligant hoies: q ad uirtutẽ & ad decus nati ſunt
ab ĩmortali Deo bona cũcta pcedere. Solũ Deum largitorẽ uirtutis: auctorẽ libertatis: principẽ pacis: datorẽ quietis: fontẽ uberrimũ gratiarũ ſcatẽtem bonorũ oĩum. Qui ut initio mũdũ cõdidit: ita
admirabili ordine: & inenarrabili prouidẽtia moderatur & regit. Quem ob eam cauſam & creatorẽ ſecundũ Platonis ſententiam: & rectorẽ (ut Ariſtoteles ait) mũdanę molis: & credere & appellare debemus. Vnde & uere p Prophetam dicit. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manus eius annũtiat firmamentum. Cui ad tuendam pietatis laudẽ & ſolemnes ſacrorũ ritus: & debitas cerimoniarũ inſtitutiones ſtatutis tẽporibus preſoluere debemus: pręces fundere: ac ſupplicationes afferre
ut ſanctã rerũ publicarum conciliationem: ac totius generis humani ſocietatẽm incolumeʒ tueri: & immunẽ malorũ oĩum preſtare dignetur. Quod ut imprimis p inclyta ueſtra republica ĩpetrare mereamur: uigilando agendo bene conſulendo: quæ bona & recta ſunt opando contendere: atq̃ efficere debemus. Sed cũ pietate ipſa: de qua hactenus pauca locuti ſumus: congrue adhibetur iuſtitia.
Quæ una imprimis in uniuerſa humani generis congregatione: precipue ſemper floruit a merito
dominať. Nã ſicut Platone teſte didicimꝰ: ſine iuſtitia nõ mõ ciuitatis principalis ſocietas: ſed ne ulla
quidẽ pars eius conſeruari poteſt. Qua ut Hieronymus Doctor ſacratiſſimus prodidit: uirtutũ oĩuʒ
cumulus cõtineť. Ita ut eius propriũ munus ſit: & a malo declinare: & bonum ſectari. Quæ duo cũ
põeſſerint: ciuitas ac bene ĩſtituta reſpub. trãqllitate ac ppetua pace lętať. Bene ſiqdẽ Eſaias Propheta. Erit: inqt: opus iuſtitię: pax. Pſalmographus uero Dauid recte modulatus ait. Iuſtitia & pax oſculate ſunt. Quare & ſcite põcepat. Declina a malo: & fac bonum: inqre pacẽ & pſequere eã. Illud oĩbus
maxime exploratum eẽ arbitror: iuſtitiã in omni rerum publicarum adminiſtratione prę cæteris neceſſariã eẽ: p q̃ Reges regnãt: Principes dominanť: ciuitates & populi oẽs pacem aſſecunť. Quã uiq
ab ĩmortali cęlorũ principe hoĩbus tributã eẽ putamus ad tuendã hoĩum in terſe cõciliationẽ ac ſocietatẽ. Q m̃ eleganter iuriſconſulti diffiniuẽt iuſtitiã cõſtautẽ eẽ ac ppetuã uoluntatẽ: ius ſuũ unicuiq̃
tribuẽtẽ. Itaq̃ hęc una uirtus oĩbus cõſiliis atq̃ actionibus põſto eẽ debet. Nulla deniq̃ pars uitę neq̃
publicis neq̃ priuata neq̃ forẽſibꝰ neq̃ domeſticis in rebus iuſtitia uacare poteſt. In qua tã pſpicuus
ſplendor uirtutis ĩeſt: ut nõ iniuria tradiderit. M. Tullius. Ex iuſtitia uiros bonos nominari. Per iuſtitiã ſiqdẽ leges ac iura ſeruanť: uirtus atq̃ honeſtas coliť: ppulſať iniuria: cohereť ĩprobitas: &
qđ pauloante attigimus: pacis tranqllitas cõparať: in qua humanę ſocietatis uideť que dãmõ cõſtať
fœlicitas. Quare ſapiens ſcite hortať: q populis pſunt: & rerũ publicarũ gubernaculis ſunt pfecti: &
ãmonet dicẽs. Diligite iuſtitiã: q iudicatis terrã. Ad q̃ auidius ãplectendã: uras fuiſſeʒ dominationes
cohortatus: niſi ueſtra ſponte intelligerem excęlſi Domini uos huius tam eximiæ uirtutis excellere

preſtantia: ut iam ſuperuacuum ſit: plura ea de re in medium afferre. Dixi.

¶ Ang. Dathi Ofo. XXII. qua deſignatos reipublicæ Magiſtratus: ad pacem tuendam: amplectendam concordiam: iuſtitiamq́ ſeruandam plurimum cohortatur.

CVm ipſe mecũ cõſidero: q̃ magna ſit huius loci auctoritas: uiri pſtantiſſimi: ſtatuo fragilis: & exigui ingenii ĩbecillitatẽ haud quaq̃ hodiernę celebritati poſſe ſatiſfacere: & condignã afferre ui e ãplitudini dicẽdi facultatẽ. Quãobrẽ ne ingrauiorẽ culpã incidã: neue ad orandi ĩperitiã: adhibeã loquendi audaciã: ac temeritatẽ: ad breuẽ exortationẽ præſentẽ oẽm ſermonẽ accõmodauero. Præſertim cũ & ſepe alias: & ab hoĩbus eruditis: atq; ab eloquẽtiſſimis uiris copioſe iiſdẽ de rebus: atq; uberrime dictũ: tractatũq; ſit. Cõſtat etenim pcipuũ ex oĩbus rebus: & accuratiſſimũ bonũ eẽ pacis tranqllitatẽ: q̃d uere dicũt Stoici habere oẽs nnmeros inter humana cõcilia: qppe q̃d ſolũ rerũ oĩum expetendarũ ubertatẽ: & cumulũ cõplectitur ut iure optimo dicere queat q̃ pacis bono pfruit cũ ſapiente cõcionator. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Idq; ultimũ abſq; dubitatione ẽ: & extremũ bonũ ac finis potius bonorũ oĩus. Sed ſi uiã ad eũ pueniendi q̃rimus: duas ceteris expeditiores eẽ affirmant: q̃ recte oĩa: ac diligentiſſime cõtemplant: unã iuſtitiæ: quæ mater quodãmõ eſt oĩum pcreatrix uirtutũ: q̃ & ſupis: & mortalibus reddit q̃d ſuũ ẽ: alterã unanimitatis: atq; cõcordiæ: p quã oĩa augeſcũt expetẽda bona: & incrementũ ſuſcipiunt: & poſt habita priuatorũ cõmodorũ ratione: cõmunis ſalus: atq; utilitas conſeruat. Qui igitur tantæ ãminiſtrationi præfecti eſtis: diligite iuſtitiã: concordiã amplectimini: ſeruate leges: iura cuſtodite: exaltate pbos: cohercete malos: reddite unicuiq; q̃d ſuũ ẽ: aſpnamini ſeditionẽ oẽs: cõtentiões fugite: uitate diſcordias: ſectamini æq̃tatem: & ſicut certo ſpamus q̃d ampliſſimũ bonum ẽ omniũ: pacẽ: & tranqllitatẽ optatã conſequamini: atq; ut ita cõcedat deus: deuotiſſime ſupplicamus. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oro. XXIII. qum ſummi ſenenſis reipublicæ magiſtratus clariſſimũ uirũ Ioannem Penſium Siculum militari ornamento inſigniret: & auro.

ILlud apud Reges oẽs ac pricipes: ampliſſimi Magiſtratus: & celebres patres: apud oẽs itẽ benemoratos populos: atq; orbis nationes: & ciuitates: quæ legibus: & moribus cõſtitute ſunt: maxime ſemp efferri: ac laudari conſueuit: ut quod iuſtitiæ ſuũ munus eſt: ſingulis hoĩbus ſua iura tribuant. Vt nec improbi: & humanæ ſocietatis uiolatores pena: ac ſupplicio careant: & boni & ſapientia: ac laude pſtantes uiri debitis premiis: atq; ampliſſimis afficiantur honoribus. Atq; inde factũ ẽ: ut quę apud Priſcos quodã laboris: & duri diſcriminis militaris: ac bellica foret exercitatio: ad magnũ exinde decus: atq; uirtutis pmium: & pbitatis ornamentũ transferretur. Ex quo nõ ſolũ eos q̃ armis: & geſtarũ rerũ floreret gloria: militaribus donare ſolẽt pclaris inſignibus: ſ; eos quoq; q̃ in toga: ac pace: pie: iuſte: moderate: laudabiliterq; ſe gerant eodẽ ipſo munere: & togata q̃ appellant militia: exornare conſueuerunt. Nec. n. q̃ua in ciuitatibus a uiris præſtantiſſimis: uiliter: ſapienterq; magno aĩo: & excelſo gerunt: inferiora ſunt iis: quæ ab impatoribus: ac bellorũ Ducibus: uiribus: & robore miniſtrantur. Quãobrẽ nr̃a quoq; reſpublica: q̃ oẽs ſapiẽtes: & Mag. uiros & charitate ſẽp cõplexa ẽ & honore pſecuta Ioãnẽ Pẽtiũ nobili genere uirũ: & uirtute: ac doctrina & ĩtegritate ſũma pditũ: quẽ ĩ ſuo Gymnaſio rectorẽ ãnos plures: & pclarũ ĩ ſua iuſtũ ãminiſtratiõe cognouit Senatus cõſulto militaribus ornamentis: & auro ĩſignire decreuit: ut ſimul ueterũ laborũ nõnullũ pmiũ reportaret: & ſuo poteſt tẽpore reddendo iuri ĩ nr̃a urbe pficeret. Q̃d Prætoriũ munus: & in hac ciuitate pcelebre: ut q̃ ĩ capeſſenda rerũ ſcientia: & doctrina uerſatus ẽ: & ĩ Rectoratus officio: Sapientiæ pfeſſoribus ĩperauit: iã tandẽ ad res maiores accingat: & q̃a ſapientiæ fontibus hauſit: ad huius reipub. & cæterorũ populorũ ſalutẽ atq; utilitatẽ conferat. Vt pręſit iuſtitiæ miniſtrandæ: & in hac togata militia: ſacra & tẽpla: & pias ædes tueat: pupillos defendat & uiduas: nõ ſinat a potentioribus iopes premi: æquabilẽ ſe oĩbus iudicẽ pbeat: cõcordiã pariat: pacẽ foueat: & cũcta uirtutis opa diligenter exerceat. Noſtræ uero reipu: ſalutẽ: dignitatẽ & gloriã ſtudioſe ſemp exquirat. A qua hodierno die: tua Ioannes Penſie uir clariſſime plurimũ dignitas illuſtrat. Proinde ſuſcipe læto aĩo donũ populi huius ampliſſimum: & nomen eius ad ſydera tolle.

¶ Et pio antiquo: & laudabile inſtituto: & approbata cõſuetudine a piu euidẽte docuẽto della uoſtra uirtu: & optimo pposito a cõſeruare inuiolabilmente le coſe antedecte: & extollere q̃ſta florẽtiſſima republica: ne giamai alla ſua dignita: & ſalute cõtrauenire: ne aſtringerete nelle mani del noſtro excellente priore col uinculo: & religione del ſcõ iuramento a laude ſempre dello eterno Dio. Dixi

¶ Aug. Dathi Ofo. XXIIII. qũ. N. Lucenſem: ac Senenſem Prætorẽ: in fine magiſtratus publico inſigni: & uictrici ſigno: ac præclaro uexillo donaret Senenſis reſpub. quodã ueluti: ac pſpicuo ſuarum laudũ teſtimonio: & ppetuo eternæ ipſius gloriæ monumento.

PRæclara fuit ſemp nõ mõ huius reipub. quę a maioribus noſtris: præclare quoq; iſtituta eſt: Eques pſtantiſſime: ſed ẽt populorũ oĩum cõſuetudo: q̃ iuſte: & laudabiliter ad bene uiuendũ cõparati ſunt: ut tuendę uirtutis: ac pficiendæ iuſtitiæ gratia: eos ſemp non ſolũ beniuolentia & charitate cõplecterẽt: uerũ etiam ſummis laudibus prædicarent: & magnis inſuper honoribus afficerent: qui de ipſorũ patria & ciuitate bene meriti eſſent: id ſibi perſuadentes: quod plane exploratum eſſe omnes intelligunt: non minus præclarum & deco

rum eſſe præmia bonis dare: quã ob bene geſta præmiis decorare: & ut Plinii ſapientiſſimi uiri
uerbis utar: ſtatuaſ in foro populi Romani ponere: quam habere. Ea propter hi ampliſſimi patres
q huic gubernandę reipub. Rectores nunc pfecti ſunt auctoritate ac decreto noſtri Senatus: te cer/
norẽ faciunt: habere te uniuerſę huic ciuitati chariſſimũ: nõ ſolũ pp cõmunẽ ac reciprocã Seneſis ac
Lucenſis patrię naturalẽ atq̃ inſitã beniuolentiã pſpectãq̃ & pbatiſſimam amicitiã: ſed & pp ingen
tẽ tuã uirtutẽ ſapientiaſ moderationẽ: quã in regẽdo Magiſtratu pręte tuliſti: & pp ſummæ integri
tatis merita: denique uero ut intelligas id ab intimis atq̃ optimis aĩs pficiſci: hoc noſtrę ciuitatis inſi/
gne tibi decernunt ac deferunt: ut ſit illud qdẽ & tuæ uirtutis ppetuũ monumentũ & noſtræ indi/
tium charitatis ac ueri pignus amoris. Quod accipito lęto aĩo: & macte eſto gloria & honore ſemp
& in patriam rediens: & p orbem totum quocunq̃ uoceris. Dixi.

Aug. Dathi Oro. XXV. uice Regis: q clarũ belli ducẽ: fide pbatum ac bene de ſe meritum familiariũ ſuoꝝ cõſtituit numero ac uictoribus ſignis donat quibuſdam ueluti bellicę uirtutis inſignibus: & militaris ſuę ipſius laudis perpetuis monumẽtis.

VEtus mos: & antiqua maioꝝ noſtrorum fuit cõſuetudo: Dux belli ſtrenue atq̃ inuicte athleta iuſtitię ſeruandę gratia: eos ſemp premiis afficere atq̃ honoribus decorare: qui ſingulari uirtute & eximia animi magnitudine prędiri eſſent: atq̃ eo magis: ſi ad huius regni gloriã ac decus: ſuã i bene gerendis rebus & uirtutẽ & operã contuliſſent. Q̃d cũ nobis & huius ſolo maieſtati cõpertũ de tua pręſtanti uirtute: atq̃ exploratũ ſit te amicoꝝ & familiarium noſtrorũ numero cõſtituimus ac ppetuo aggregamus: & eũ eſſe pfitemur: qui inter magnos & claros belli Duces ac fortiſſimos pugnatores iure optimo collocari debeas ac demũ inter eos reponendũ ẽe iudicamus: q de nobis bene meriti ſũt: & ſeſe uirtutibus: & rebus geſtis dignos fecerũt noſtra familiaritate & gratia. In quaꝝ qdẽ rerũ pſpicuum teſtimonium: hoc te dono muneramur: & hęc tibi deferimus uictricia ſigna munus tuæ uirtuti accõmodatũ: debitũ tuis meritis: claris & ſtrenuis bellatoribus dari ſolitũ: noſtrę erga te ſummę beniuolentię teſtimonium: & ueri pignus amoris: ut nõ ſolũ teſtibus tuę uirtutis merces pateat: ſ; minoribus quoq̃ ac poſteris tua laꝰ & claritas eluceſcat. Hoc tibi optimo largimur cordis affectu tu hilariter fac: & lęto ſuſcipias aĩo.

Auguſtini Dathi Oratio. XXVI. in comitiis habita: cum de more Seneſis patrię: noui Magiſtratus forte quadam ducerentur e buxolo.

PVlcre tradit maiorũ noſtrorũ auctoritate excelſi Magiſtratus: ac patres. C. Sed & uetetũ quoq̃ ſapientũ ſententia cõprobatur: q tũ apud Romanos & Græcos: tũ ẽt apud Hebreos præclaras orbis nationes maxime floruerunt: tales plęrũq̃ ẽe populos: quales ĩ fuerint: q populis regendis pręſunt. Hinc aureum flumen. M. Tullius ad. P. Lentulum ſcribens ait. Hęc in ciuitate aĩaduertenda: quę ſunt apud Platonẽ noſtrũ ſcripta diuinitus: quales in repub. Principes eẽnt: tales reliquos ſolere eẽ ciues. Hinc & Antigonus Rex quõdam Macedonũ: q magnis fortunis polleret & gloria: i Epiſtola ad Zenonẽ Citieũ: cũ nõnulla de doctrina ac fœlicitate pręmiſiſſet: hęc tãdẽ in calce ſubiecit. Cuiuſmodi Dux fuerit ciuitatis: tales ut plurimũ ſubditos fieri neceſſe ẽ. Hinc & ſapientiſſimus concionator Ieſus Syrach filius in eo libro: q Oeconomicus inſcribitur: Secũdũ iudicẽ populi inqt: ſic & miniſter eius: & qualis Rector ẽ ciuitatis: tales & in habitantes i ea. Quocirca optimos magiſtratus eligendos cenſuerunt: q uolunt rẽpub. ſaluam eſſe: & populũ ipſum ad beate honeſte bene uiuendũ uel traducere uel ĩpellere. Optimi aũt Magiſtratus ſunt: qbus ea res ſunt propoſitæ: quas optimus qſq̃ debet: cõmunis ſalus: reipub. dignitas: atq̃ libertas: q ad cõmunẽ utilitatẽ oĩa referãt: obliti proprioꝝ cõmodorũ: memores aũt eius q̃d auctor pbatiſſimus tradit Liuius in hæc uerba. Factio reſpectuſq̃ rerũ priuatarũ ſemper offecere: offi cietq̃ publicis cõſiliis. Optimi ſunt Magiſtratus: q uniuerſum corpus procurat ciuitatis: ciuiũ ſectionẽ oderunt: & pniciẽ ciuitatis ac labẽ execrantur: ſeditionẽ uidelicet: atq̃ diſcordiã. Optimi ſunt magiſtratus: q prudentiã adhibuerunt ad recta ac ſalutaria capienda cõſilia: amore & charitatẽ ad rẽpu. amplectendã: diligentiã uero ad pficiendã rerũ adminiſtrationẽ. Itaq̃ recte pręcipit optimos magiſtratus: prudentiſſimos amantiſſimos diligentiſſimos eẽ oportere. Optimi Magiſtratus ſunt: quales Moyſes Iſraelitici Dux exercitus: diuinitus inſpiratus expetere cõſueuit: nam grandiores pp grauitatẽ: atq̃ cõſtantiã: delectos p tribus & familias ob uirtutis præſtantiã ſimul atq̃ concordiã: doctrina denique pditos: q diuinã & humanã legẽ inſtructi: iuſtitiã & ęquitatẽ cõſectarẽtur: & nec ad dexterã: neq̃ ad ſiniſtrã deflecterent: ſed uia regia graderentur. Optimi magiſtratus ſunt: q præmiis utentes & pœna inter bonos. & malos diſcrimen pſtant: e ciuitate aũt ſtudioſe amoliuntur: luxuriã auaritiã turpitudinẽ inuidiã: cæteraq̃ generis eiuſdẽ: q̃ labefactant ciuitates: ad excidiumq̃ pducunt: & populos pdũt. Optimi magiſtratus ſunt: q cogitãt ſep cõſilia pacis & pacatis tẽporibus ad pacẽ retinẽdã opaſ ocę atq̃ iduſtriã cõferũt. Per bellorũ uero tẽpora: qualia nõnũq̃ alternę hũanaꝝ rerũ uices ferũt: & nũc cõtingũt: iis quos fœdera ſcã iunxerũt. Sixto Beatiſſimo Romano Pontifici: Regi potentiſſimo Ferdinãdo: & nobis ipſis crebris finitimorũ laceſſitis iniuriis. Optimi inq̃ magiſtratus qui bellorum motibꝰ: hoſtiũ ppulſãt iniuria: ulciſcũtur iprobitatẽ: erectas domãt ceruices: magnis ãt rebꝰ gerẽdis decus tuentur imperii: augent reipu. gl'ias: & i poſteꝝ pariũt firmiorẽ pacẽ, Nam & idcirco bella gerũtur ut in pace uiuatur. Eiuſmodi impreſentiarum præeſſe cognoſcimus: qui una cum Dictatoribus no

tris Balię patribus:loco diſiūcti:ꝓpoſito uero cōiūctiſſimi:& uolūtate pares:uigilādo·agēdo bene conſulendo·diligenter diſponendo:his difficillimis temporibus·publicis rebus gerendis præſunt. Conſimiles hodie in hac præclara comitiorꝫ celebritate·nobis diuina ſors offerat:quorū conſilio·uirtute·prouidentia·beata ſit futura reſpub. Quod ut facilius aſſequamur·æternum mundi Pricipem: quē uere Deū deorꝫ dominū Propheta ſacratiſſimus uocat:a quo facta ſunt:ac gerūť oīa:ſine cuius numine factū eſt nihil:caſta·pia·integra·incorrupta mente ueneremur:paſſis manibus·ac ſublatis ī cœlū cordibus·innocemus:& quē ſanctiſſime adoramus:& colimus:cōprecemur his uerſibus. O q res hoīumq·deūq Aeternis regis īperiis:& fulmīe terr es:Iuſtitię·rectiq dator:q cūcta gubernas: Sęuam imprimis tolle cladem:ſtatue tandē grauibus erumnis modū ſūme Olympi rector:da finem Rex magne laborꝫ:de ſublimi ſolio ac cœleſti throno reſpice propius Senenſem populum:adſis nobis fœlix:optata comple:preces audi:annue ſupplicū uotis. Parce pio generi & propius res aſpice noſtras: Tuq o piiſſima Virgo:ęterni Regis filia:eadē ac parēs Regina cęlorꝫ:noſtræ Impatrix urbis: quæ ī cœleſtibus ſedibus ſuperemines Angelorꝫ choros:una cū Dei filio·eodē & tuo nato totius moderatrix orbis:fac nobis propiciū:quē Redemptorē genuiſti mortaliū:quē tua geſtarūt beata uiſcera:quē admotis ſanctis uberibus·ſacro lacte pauiſti. O patrię Senēſis honos:o uita ſalusq ſpesq hominū:quē terra·poli·mare·ſydera adorant:redde inq̄ placatū ac fœlicē tuis Senēſibus filiū:aduerſa pelle:bona cuncta poſce. Hæc uiri Senenſes Regina cœlorꝫ eſt:mater Regis Angelorꝫ:noſtrę ſalutis initium:miſericordiæ complemētum:fons gratiæ:& humanæ fragilitatis tutiſſimum præſidium:ac ſingulare profugium:pudicitiæ ac ſanctitatis exemplum:ſpeculum ſapientiæ:ſupernæ gloriæ ſplendidiſſimum lumen:Intemerata Dei genitrix·ab æternis ſæculis cœleſti prædeſtinata conſilio:quæ uirginali clauſtro illum portare meruit;cuius uel totus cœlorū omniū ambitus capax eſſe non poterat. De hac nanq iamdudum ſapientiæ oraculis prænunciatum erat. Qui creauit me:requieuit in tabernaculo meo:quæ Deum & hominem Redemptorem mūdi·humani generis Saluatorem genuit:et hanc patriam:patriam hanc dico uiri patres·ab hoſtium ſemp defendit inſidiis. Hanc nos igiť ſupplices deprecemur:ūt ſicut huic ciuitati ſola præeſt:ac dominatur una cū filio:ita eius ſalutem·firmitatem·quietem·pacem benigniſſime tueatur:ut ita eius munita ac uallata præſidio & ope ſanctiſſima freta·malorū omniū ſit ſemper īmunis:& candida libertate ac diuino ocio cum ciuium ſumma cōcordia perpetuo ſecura fruať. Vos quoq Apoſtoli Principes Chriſtianæ religionis columen & uera mūdi lumina:uos ſacri ac ſancti penetrabiles noſtri Penates:q huius urbis & Senenſis populi tutelæ præeſtis:uos·quos hæc patria tulit:diuina uirtus in cœlū tranſtulit:uos cœlites ac ſuperi omnes adhibete noſtris Magiſtratibus gratiam:largimini ſapientiā:uirtutē conferte:date ſalutem:iuuate uictoriam:ut fauētibus uobis·q mūdū regit oēm Deus:beatā efficiat Senēſes remp. Poſtremo & q nūc præeſtis Magiſtratus:& q deinceps prefuturi eſtis:quo ſitis ad bn̄ gerendā Remp. alacriores ſic habetote. Si pie ī Deū:ſi caſte in nobis:ſi iuſte ī hoīum cōciliatione & ciuili ſocietate uixerimus:licebit diuturnis tēporibus & lōgo ſæculorꝫ curriculo beatā poſſidere Remp. Licebit multis pplīs·terra mariq imperare. Licebit Magiſtratus gerere:exercitus regere. Licebit pendulis atq albis infulis ornare tempora. Statutis uicibus aureas & argēteas urnas·bicolores tum tripartitas·tū quadripartitas pyrides proſpere nouare. Hūc uero ſignis & auro fulgētē theſaurū·atq auguſtā corbanā tubicine pręcinētes modulante tibicine·apparitoris ſubiecta atq alternata ceruice·oliua·& feſta fronde·longo ciuium & Senatorꝫ agmine p urbē geſtare. Licebit habere Senatū calata centuriata·comitia cogere:concionaris ſententiā dicere:ſancte decernere:ſed & leges & iura pręſcribere·uolētibus atq obedientibus impare. Licebit opimis paſcuis & ſalinis·amplis uectigalibus·fertilibus aruis·agricolarꝫ·artificū·mercatorum iucundis muneribus pfrui:& quod ſummū ī rebus hūanis bonū eſt·inconcuſſa libertate uti:ac perpetua pace lætari:demū cęlorꝫ nanciſci p̄mia. Atq ita faxit Deus optimus·maximus:q large ſuppeditat bona cuncta mortalibus. Dixi.

¶ Aug. Dathi Orō. XXII. Habita·dū Paulo Lucullo Aglano ęquiti Senēſis reip. collata ſūt ſigna.

COnſueuere maiores nr̄i & ueteres ſapiētes æques inſignis Paule Lucille·uiros magnos & uirtute ac laude p̄ſtātes·magnis quoq efferre laudibus:& ampliſſimis pſeq pręmiis. Hinc ſunt coronæ militares:quę priſca uetuſtate celebranť:hinc triūphalis corona:hinc obſidionalis corona:hinc ciuica corona:muralis corona:caſtrēſis corona:nauatis corona:oualis corona:oleagina corona:hinc laurea:hinc alia pmulta id genus:uel inſignia uel munera. Hinc ē illud. C. Plinii magni auctoris locuples teſtimoniū:nō magis decorū & inſigne eſſe·ſtatuā ī foro pplī Romāi habere·q ponere. Hinc illud ē cōpertū oībus catholici Doctoris·ad magna p̄mia p magnos labores pueniri. Hinc illud Platonis ſūmi pene phorꝫ oīum:honore ali artes: oēſq accēdi ad ſtudia glīa:iacere cōtra ea:q apō quoſq īprobāť. Ab ea cōſuetudine hęc nūq̄ diſceſſit reſp. eamq ipaꝫ recte tuēdi rōnē·ſtudioſe ſemp accurateq ſeruauit:Et ut bn̄ ac laudabilr īſtituta ē: & ſanctiſſimis legibus gubernať & moribus:ita p̄claros & p̄ſtāti uirtute ac laude uiros ſūmis decorat ornamētis:āpliſſimis pſeqť p̄miis. Itaq cū in tuo p̄clariſſimo Magiſtratu tuā nouerit uirtutē·integritatē·moderationē·diligētiā·optimā deniq bn̄ regēdi uiā:certe cū antea Aglanos oēs ueteris amicitię iure & ſacri cęlitis diui Bernardini adiūcto poſtmodum arctiſſimo uinculo amaret:& ſūma charitate di-

ligeret. Cognitis nūc tui Magiſtratus laudibus: tuis ita poſcentibus meritis: præter ſummā totius ciui
tans beniuolentiā & gratiā: quā tibi cumulatiſſimā cōparaſti: donat te noſtra reſpub. magno Senatus
cōſenſu: et cunctis ppli ſuffragiis: ſuis inſignibus ac perpetuis monumētis. Futurū qdē poſthac ſem
per tuæ uirtutis: ſapientiæ: integritatis perſpicuū teſtimoniū: & ſūmi tandem pignus amoris. Id tu læ
to accipito aīo: ac macte eſto ubiq; gentium auctoritate & gloria huius præcellentiſſimi Magiſtratus
noſtræ Reip. & ciuitatis huius nō imemor uſquam. Dixi.

¶ Aug. Dathi ad Quirites Orō. XXVIII. pnouo Senatore urbis de laudibus Romanę ciuitatis.

QVanq̄ itelligas maiore eloquēdi copia opus eē uiri præſtātiſſimi: & illuſtriſſimi patres &
uberiore dicēdi orōne ei: q tantę dignitatis locū ſubit: tñ quod muneris neceſſitas agere
cōpellit: breui ſermone cōplectar. Cū pręſertim huius celeberrimæ urbis: florentiſſimæ
ciuitatis: optimæ inſtitutæ reip. præclariſſimi atq; ampliſſimi Imperii ubiq; gentium ful
gear ſplendor: & admirabilis gloria: atq; eximiæ laudes pateant: cū ciuiū ſplēdida inge
nia: laudatiſſimi mores: ſingulares: præcipuæq; uirtutes toto iam clareſcant orbe terrarum. Nam ue
re huic pphēticum illud cōgruit: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Nā iure optimo: ciuitas Dei ap
pellari debet: in qua regnat diuini cultus religio: uirtutū oīum exemplar: Iuſtitiæ ſplendor eluceſcit:
Quæ oīa cū a primordio tā glorioſi Imperii tantopere ſemp exculta ſint: factū eſt nō īniuria: ut uni
uerſi terraꝝ orbis aſſequereť Imperiū. Ad uirtutē: iuſtiā uidelicet: quæ oīuꝫ pclariſſima: & in omni
adminiſtratione neceſſaria ē: uires oēs & diligētiā adhibere: & cōferre debetis: ut ea uigente: eadem
āplitudo tantę reip. & admirabilis dignitas pſeueret. Hāc iprimis tueri: ac ſeruate: q tā ornatiſſimo
magiſtratui pēſt: ut itelligāt oēs: hoc uere eē gentiū oīuꝫ patrociniū firmiſſimū: ac ſingulare pfugiū
& ueluti tutiſſimū portū: in quo mundi totius gentes: ac nationes faciliime congeſcāt. Neq; eni gcq̄
pōt aut pſtantius dici: aut cogitari ſublimius: q̄ huius pclariſſimi ppli Maieſtas. Si pari ſtudio & indu
ſtria floreant eadē: quæ quondā cęperūt excellentiſſima oīum bonoꝝ munera: ut p iuſtas & optimas
laudataꝫ reꝝ oīuꝫ exercitationes: & ſummā ingentiaꝫ artiū celebritatē: ſit illa ciuitas glorioſa: Impe
rium Occeano famā: quæ terminet aſtris. Atq; ita futurū ſperate debemus: pcœleſtis gratię benigni
tate & p ſumma ueſtraꝫ paternitatū uirtute: atq; admirabili prouidentia. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIX. Ad idem.

QVm nihil ſit Romano noīe nec pclarius gcq̄: nec ſplendidius: illuſtriſſimi patres & Qui
rites ornatiſſimi: ſtatuo ne rei magnitudini & huius loci auctoritati iniuriam feciſſe ui
dear: quæ ipſe cōſentanea arbitror: breui orōne ac ſermone cōplecti: ſi tutius: ſi melius
eſt: de rebus magnis pauca potius: q̄ diffuſiora proferri. Ac primū pręſtantē & nobiliſſi
mū æquitem. N. magnis laudibus dignū eſſe iudico. Qui ſapienter: q moderate: q lau
dabiliter eum Magiſtratū geſſit: quo nullū amphorē nec maioris dignitatis eſſe nō imerito arbitra
mur. Nā cū ſit una iuſtitia pter cæteras oēs eximia: atq; excellētiſſima: & mater qdā ac Regina uirtu
tū: illā maxie meti debēt: q huic pclariſſimo Senatorio muneri pſūt: ſiquidē Iuſtitiæ exercitatione hu
mana cōciliatio & ſocietas cōſeruať: ciuitates fœliciter gubernanť: pax: id eſt ſūmū īter res oēs huma
nas bonū: ocium & tranqllitas efflo reſcit: & plenitudo atq; ubertas expetendaꝝ reꝝ oīum: quā uirtu
tē diligēter colētes: i q hāc urbē glorioſiſſimā præclare fundatā reliquerūt: adepti ſunt totius orbis Im
perium. Ac nūc qdē cunctis terraꝝ oīum pplis antecellit: & obſeruatione Iuſtitiæ: & reꝝ cunctaruꝫ
laude: pręſertum cū illā Deus ſedē & domiciliū eē uoluerit Chriſtianæ atq; apoſtolicę dignitatis: cuius
fundamēta uere poſita ſunt ī mōtibus ſanctis: cuius nō ſecus q̄ Syon diligit portas dñs ſup oīa taber
nacula Iacob. Ciuitas Dei Roma: de qua glorioſa dicta ſunt. Quæ pclara huius īclytæ & dominātis
urbis munera: cū mecū cōſidero: ſupplex depcor eū: q cęlos & cūcta gubernat: ut eā mihi ī hoc Sena
torio & pclariſſimo munere tribuat facultatē: ut ſeruare tantæ urbis decus: & tueri Iuſtitiā in hac ex
cellentiſſima ciuitate ualeā cū ſūma huius glorioſi ppli pace ac fœlicitate ad ſanctæ Romanæ eccleſię
amplitudinē & ſancti Pōtificis Pii Secūdi gloriā: & illuſtriſſimarum paternitatū ueſtraꝝ ſplendorē.
Ad quā rem oēm ipſe & fidē & operā & accuratiſſimā induſtriam adhibebo.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXX. Pro Senatore urbis: fine Magiſtratus.

SI qua ī me fuiſſet dicendi poteſtas: uiri pclariſſimi: atq; celeberrimi patres: libēter & de Iu
ſtitiæ laudibus: & de ſucceſſoris meriti orōnē habuiſſem. Sed utrūq; ſūmi oratoris elo
quentia & diſertiſſimi hoīs ingenio & facūdia explicādū eēt: q̄ qdē lōge a me abeſſe ſen
tio. Nā ſi Iuſtitiā laudare uelimus: ea pculdubio uirtus ē: cui in oīum reꝝ adminiſtratio
ne palma tribuiť: p quā Regna: Principatus: reſpublicę & ciuitates oēs ac ppli ī pace ſer
uari in tranqllo ac tutiſſimo loco cōſtitui & collocari poſſunt: ſine qua nulla tā magna hoīum conci
liatio ē: nulla tā firma ſocietas: quę nō ſtatim ea uirtute ſublata: extinguať: & pereat. Quamobrē in
ſignis phūs Plato unā prę cæteris neceſſariā oſtēdit eſſe in iis luculēns libris: quos de Republica: in
ſtitutione compoſuit: quæ reddens unicuiq; quod ſuum eſt: hominum concilia ſtabili firmitate tue
tur: & continet. Quam qui ſeruant: hi lautiſſimum adipiſcuntur Imperium & præcipuum decus: atq;
immortalem gloriam aſſequuntur. Flos mundi totius & caput uniuerſi orbis Roma teſtatur: cuius Iu
ſtitiā referre nemo poſſit. Cuius glorioſum regnū: atq; uniuerſale Impium ueteꝝ oīum: tum Latino

rum⸗tũ etiã Græcoꝝ hiſtoriæ concinũt. In quã q̃ impauerũt⸗unã Iuſtitiam cũ cæteris uirtutibus ſeruare ſemp & colere contẽderũt: ita ut Brutus is: q̃ primus tyrannidẽ & iniuſtũ regnũ ex ea urbe ſubſtulit: uiuendi autẽ libertatẽ inuexit: neq; etiã ſuis ipſius liberis pepercerit: quo patriæ ſaluti cõſuleret: & illeſã immolatiq; Iuſtitiã tueref: oblitus paternæ pietatis: quæ oẽm fere amorẽ ſuperauit tã prędarę uirtutis memor eſſe nequaq̃ deſineret. Id ipſum & pleriq; Romani feciſſe perhibent. Atq; ea res imprimis eidem urbi uniuerſum pene terraꝝ oĩum imperiũ peperit. Huius autẽ uirtutis ſtudio conſtat incenſum atq; inflãmatũ eſſe ęquitem præſtantiſſimũ. N. quẽ ſummi Pontificis ſapientia huius præclariſſimi Magiſtratus ſucceſſorẽ cõſtituit. Q đ eius prudentiam⸗moderationẽ⸗animi magnitudinẽ & eximiã ꝓbitatem intellexit ſufficere tanto muneri: ut ſit⸗q̃ diuini cultus reuerentiã: Iuſtitiæ firmitatem & conſeruationẽ impleat: huius florentiſſimæ urbis ꝓſpiciat dignitati⸗paci & quieti intẽdat: ac deniq; ſanctiſſimi Domini noſtri diuina prouidẽtia eccleſiæ Principis⸗uotis ſanctiſſimis ſatiſfaciat: ut pro bene geſtis atq; adminiſtratis rebus & gloriã ſingularem⸗& huius illuſtriſſimi ppli reportet gratiam. Atq; ut id ita illi tribuat omnipotens Deus⸗& terraꝝ rector⸗ac cęli arbiter magnis ac deuotiſſimis ſupplicationibus deprecamur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXI. Ad idem.

Optabam patres illuſtriſſimi⸗eam mihi datam fuiſſe eloquentiæ facultatẽ: qua aliqua ſaltem ex parte⸗meo potuiſſem munere fungi. Et primũ q̃dẽ parẽ rependere orõnis uicẽ: in qua ſentio ab eo: q̃ nup orõnem habuit: nihil eſſe prætermiſſum: quod ad magnũ dicendi ſplendorẽ ꝑtinere poſſit. Deinde ut aliquas & huius glorioſæ urbis⸗& ueſtraꝝ paternitatũ laudes afferre i mediũ concederef: poſtremo ut debitas agerem ueſtris dignitatibus gratias. Sed cũ intelligam hęc oĩa longiſſime mei ingenii uires exiguas ſupare: multa quæ neceſſaria huic ꝓpoſito forent: in pauca conferã. Nam cũ conſidero qua liberalitate: q̃bus honoribus: qua benignitate a ueſtris præclariſſimis paternitatibus affectus ſum: iudico ꝓculdubio me oĩa uobis debere: quę uel natura tribuit: uel fortuna cõceſſit. Siquidẽ acceptoꝝ beneficioꝝ & meritoꝝ tanta eſt magnitudo: ut nec animi uiribus⸗nec corporis muneribus⸗nec externis facultatibus tam incredibili amplitudini ualeaꝫ reſpõdere. Quas uero nequit referre mea fragilitas: agere nõ ſufficit lingua mortalis: eas tñ aĩus ipſe habebit ueſtris paternitatibus imortales gratias⸗ac ſempiternas: & dũ ipſũs hos reget artus: quantũ diuini numinis benignitas annuet: cunctis uiribus⸗totoq; (ut aiunt) pectore ueſtris cõmodis inſeruire⸗iuſſibus ac uolũtatibus parere⸗atq; obtemperare conabor. Id meũ ſtudiũ: ea ſęp erit accuratiſſima exercitatio: ut extollã huius florentiſſimę urbis nomẽ: & glorioſiſſimi huius Impii decus ꝑdicationibus & laudibus ad ſydera tollam. Q đ ut ſeruet: ut meaf: atq; ãplificet: ſub optimi paſtoris⸗ac diuini Pontificis gubernatione⸗beneficẽtiſſimus Deus deuotiſſima ſupplicatione oro atq; obſecro: & ſimul eã mihi dignef tribuere facultatẽ: ut nec ingratus ac tãtoꝝ beneficioꝝ imemor cuiq̃ uideri poſſim. Poſtremo ita me ueſtris illuſtriſſimis paternitatibus deuinctũ atq; obnoxium ꝓfiteor: ut nec ẽt capitis periculũ & uitæ diſcrimẽ effugiam: cũ ueſtris paream: atq; obediam iuſſibus. Hoc propoſitũ animi: & firmiſſima mentis ſententia: quam nec extorquere fortunæ caſus: nec ulla immutare poſſit aduerſa tempeſtas. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXII. Pro aſſociato agente gratias comitantibus.

Quam grata⸗q̃ iucũda fuerit aſſociandi benignitas⸗uiri ꝓſtãtiſſimi⸗atq; optimi patres: nemo ſatis oratione & uerbis ualeat explicare. Comperta eſt & ſumma humanitate comprobata optima ueſtrorũ aĩoꝝ uoluntas⸗& gratia. Q uod omne nomĩe Magnifici Rectoris noſtri & domini mei pro magno & maxime liberali accipif beneficio: ac magnę ob eam largitatis magnitudinẽ ueſtris meritis agunf gratiæ: quas clementiſſimus Deus dignetur rependere. Ac diſcedat quiſq; pro libito. Dixi.

¶ Aug. Dathi Orõ. XXXIII. Ad cõmendãdum: q̃ bene aliquid adminiſtrauerit.

Dignum atq; æquum putari ſolet uiri & patres honorandi: ut fideliter laborantibus iuſta ac debita rependaf mercedis gratia. Nam ita res humanæ bene laudabiliterq; gerunf: ſi Dei æterni Principis ꝑ captu fragilitatis noſtræ ſeruenf ueſtigia: q̃ male agentibus pœnam ac ſuppliciũ impendit: bene opantibus rependit pręmia. Nouit ueſtra ſapiẽtia fidem⸗diligẽtiam⸗ſeruitutẽ meã⸗ac deuotiſſimũ animũ: & promptã ad ſeruiendũ ueſtris iuſſibus uoluntatẽ⸗Facultas forſan defuit: fides & bona mẽs atq; aĩus certe defuit nunq̃. Proĩde ueſtra benignitate fretus⸗oro: atq; obſecro: ut quantũ inſtituta ueſtræ uniuerſitatis ſanxerunt⸗ſeruitorem hũc ueſtrũ fidelẽ⸗ac deuotiſſimũ ſuſcipiatis: qui ſe in ueſtram benignitatẽ & pręcipuam uirtutẽ totis uiribus cõmendat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXIIII. Ad ſeipſum ꝓ ſuſcepto labore cõmendandũ.

Omnia iura diuina & hũana ſuadẽt: ac poſtulaf uidẽf uiri ꝓſtãtiſſimi⸗atq; obſeruãdi prẽs ut iuſta laborãtib9 ꝓmia debeãt. Oĩs bñ cõſtituta lex & recta hoĩuꝫ cõſuetudo id iubet: id ꝓcipit: ut reddaf cuiq; q đ ſuũ eſt. Quocirca & ueteres ſapiẽtes Iuſtitiã diffinire cõſueuerũt⸗cõſtãtẽ ac ꝑpetuã uolũtatẽ⸗ius ſuũ unicuiq; tribuẽtẽ. Hãc ego ſentẽtiã cũ iãpridẽ diligẽtius cõſideraſſem: ut tribuerẽ uobis quod cõgruere ueſtris dignitatibus uiderẽf:

deuotũ me ipſuȝ: & corpus & uitã tradidi:id ſequẽs:id ſpectans:ut ueſtris inſeruiaȝ cõmodis: & uolũtatibus ac iuſſibus ſatiſfaciã. Id unũ ſemp dies ac noctes pficere atq; explere conabor. Vos aũt uiciſſim domini mei colẽdi ueſtra ope & liberalitate ſeruitorem fideliſſimũ (ut ego arbitror) iuuare debetis: & eum q in ueſtra ſolũ benignitate cõfidit cõmẽdatũ ſuſcipe:ut ueſtra mercede fultus poſſim uſq; ad extremũ uitæ ſpũm ueſtræ amplitudini iugiter famulari. Quare ueſtrã imploro humanitatẽ:ut ita me cõmẽdatũ habeã dignẽt:ut p ueſtrã liberalitatẽ pateat gratũ eẽ:quod facio: & acceptũ opam:quam ſincere fideliterq; exhibeo. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXXV. Ad gratiam agendam.

BEneficioꝝ magnitudo patres ampliſſimi & benefactores præcipui ingentẽ quoq; gratiam rependi poſtulat. Veſtra aũt ĩ me collata benignitas maior eſt q̃ ut a mea imbecilitate retribui poſſit. Itaq; ſtatuo nõ eſſe relictã mihi referendæ gratiæ poteſtatẽ. Sed me conſolaẽ illud:quod ſapienter tradit eximius phũs & orator:quũ dicit. Nimirũ inops ille ſi nõ refert gratiã:habere tñ põt. Oro igiẽ ueſtrã amplitudinẽ:ut metiaẽ nõ exiguas uires:ſed ſummã animi mei deuotionẽ ac fidẽ. Deũ aũt deprecor:ut pro talibus meritis:q eſt bonorum omniũ munerator:prẽmia digna repẽdat. Me uero habebitis omni tẽpore ueſtris iuſſibus atq; imperiis paratiſſimũ. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XXXVI. Ad agendam uice alterius gratiam.

COgit me Magnifici ac celeberrimi Rectoris nři & dñi mei auctoritas atq; uolũtas:ut ueſtris hũanitatibus gratiã ageẽ debeã. Supat id imbecilitatẽ meã. Sed cõtẽptus pręcepti (ut dicit Hieronymus) pręcipientis iniuria ẽ. Itaq; patres pcellentiſſimi Doctores inſignes & uos eruditiſſimi uiri:q p ueſtra hũanitate tã grata pręſentia dignati eſtis tã benignũ pſtare munus:primũ dicit gratiſſimũ fuiſſe ueſtrã benignitatẽ & ſũmã oĩbus attuliſſe lætitiã:deinde ampliſſimæ uobis aguntẽ gratię:nõ quas ueſtra mereẽ ſũma hũanitas:ſed quas rependere põt eius facultas:q a uobis hodierna die maximũ accepiſſe beneficiũ profiteẽ: Deũ oramus ut retribuendi pro meritis & ſæpius collætandi tribuat poteſtatem.

¶ Aug. Dathi Oratio. XXXVII. Ad laudandam aliquoꝝ fidem in patriam.

QVoniam cõſuetudo eſt:eorũ:q uero amore patriã ac ſingulari dilectione cõplectunẽ & fide re ipſa indicare ſincerã animi uolũtatẽ & deuotiſſimũ cordis affectũ:cũ nihil ſit in omni reꝝ numero patria amabilius:nihil dulcius: & cũctis mortalibus prorſum acceptius. N. nobiles uiri & Magnificæ Senenſis ciuitatis:unde pclara illis origo ẽ præcipua charitate ſtudioſiſſimi:quos uarietas fortunæ uariis quoq; belloꝝ & calamitatũ tẽpeſtatibus fatigauit:quiq; oĩbus tẽporibus dulciſſimę patrię totis uiribus cũctis conatibus adhęſerũt: & incõcuſſam fidẽ ac deuotionẽ ſeruauerũt:nũc quoq; ut certiſſimis documẽtis ſuã optimã diſpoſitionẽ & fidei ſinceritatẽ oſtẽdãt: & perſpicuis inditiis ac manifeſtis expimentis aperiant: &c.

¶ Au. Dathi Oro. XXXVIII. Habita ab eo:qum Prior ſummũ Magiſtratũ ingredereẽ.

LEgimus excellẽtiſſimi Magiſtratus in ueteꝝ monumẽtis Sacerdotibus & Regibus morẽ fuiſſe:ut ſceptra tenerẽt. Et Latinus qdẽ is:q quõdã regnauit ĩ Latio:tanq̃ pater patratus apud Vatẽ facũdiſſimũ ſceptrũ tenet:qppe q Sacerdotibus fecialibus pręfectus eẽt. Sed & celſa ſedet Rex optimus arce Sceptra tenẽs:mollitq; aĩos: & tempat iras. Sceptrũ quoq; daẽ iis:q ãpliſſimos gerũt Magiſtratus:ſceptrũ inq̃ daẽ:quod ẽ regiũ ac ſacerdotale inſigne:ut intelligãt boni Magiſtratus diuinã ſibi & humanã legẽ ĩprimis eẽ ſeruãdã: Iuſtitiã colẽdam & pietatẽ:ut p Iuſtitiã hũanę ſocietatis ſaluti cõſulaẽ:p pietatẽ uero proſpiciaẽ diuini cultus honori. Hinc Scipio ille ſuperior ſexto apud. M. Tulliũ de repub. libro p quietem ſalubriter ad modũ Nepotẽ & Aemilianũ Scipionẽ admonẽs: Iuſtitiã cole ĩquit & pietatẽ:q̃ cũ magna ĩ parẽtibus & propinquis tũ in patria maxĩa ẽ. Aegyptiorũ olim celebris natio:quæ Oſyrim uenerabaẽ: & eundẽ Solẽ eſſe putabat:inſculpebat ſceptrũ: & ĩ eo ſpẽm & figurã oculi exprimebat:ut oſtẽderet eos:q poteſtatẽ habẽt:mẽtis oculis & altiſſima animi cogitatione circũſpicere oportere:q̃ regendis pplis & gubernandis ciuitatibus aptiſſima eſſe uideanẽ. Paſtores & q gregibus atq; armẽtis pręſunt pedũ idest paſtoralẽ geſtãt uirgã. Paſtores Homero teſtãte ſunt uiq; ppłoꝝ Principes:ac reꝝ publicaꝝ Rectores: bonus aũt paſtor q iuxta Saluatoris uocẽ uel aĩam ſuã dat p ouibus ſuis:quincuplicẽ uirgã geſtare phibeẽ uirgã diſciplinæ:p quã audaciã & improborũ hoĩum inſolẽtia cõpeſcaẽ. Virgã poteſtatis:p quam iuſte præſit uirgã cognitionis & ſcientiæ:per quam inſtruat:uirgam cuſtodiæ:per quam Iuſtitiam liberalitatem pacem & legum diſciplinam cuſtodiat:ac tueatur. Virgam miſerationis:per quam tenuioribus & iniuria laborantibus pie miſericorditerq; ſubueniat. Virgam debellationis: per quam uictoriam aſſequatur. Datur igitur uirga Prætoribus pp diſciplinam. Daẽ Principibus pp ſummam regẽdi poteſtatem. Datur ſenioribus:in quibus ſapientiæ munus excellit. Datur Præſulibus ad cuſtodiam obeundam. Datur Regibus ad manſuetudinẽ & clementiam exercendam. Daẽ Imperatoribus ad hoſtilem imperũ coherceendus:atq; iniuriam propulſandam. Aſſumpſit Zacharias propheta uirgas duas:ac pauit gregem ſuum. Ac duæ uirgæ quidem duæ ſunt præclaræ eximieq; uirtutes:altera Iuſtitia:altera Manſuetudo:p quas poſſit qui impat parcere ſubiectis & debel

ſuppliciterq̄ cõmẽdat: ac ſicut ipſe erit prõptiſſimus ſemꝑ tuæ ſanctitatis obſeqis: ita in tua beatitu/
dine ſpem ſummã conſtituit: cuius/ & deobſculor pedes ſanctiſſimos eiuſdẽ pricipis uerbis. Dixi.

❡ Auguſtini Dathi Oro. VII. ad ſummum Pontificem ſalutãdű: & exibẽdam ſibi alicuius
reipublicæ nomine debitam reuerentiam: in eius aſſumptione.

NOn eram neſcius pater ſanctiſſime ac clemẽtiſſime Pontifex ſummis qbuſq; laudibus
præſtare oportere eű q corã tuæ ſanctitatis cõſpectu orõem habiturus eſſet. Nam cum
hinc conſidero rei: de qua agendű ẽ: magnitudinẽ ac ſplendorẽ inde eorű: q nos miſe
runt tű meritorű amplitudinẽ tű ingentẽ aiorű deuotionẽ: illinc tremendum & glorio
ſiſſimű tuæ beatitudinis conſpectű: ſtatuo me haud quaq̃ ſatis idoneű ad dicendű eſſe:
in quo nec ulla nis ingenii: nec eloquendi facultas: nec dicendi conſuetudo in eſſe cernitur. Sed pa
rendi neceſſitate cõpulſus: fratrus explorata & ſingulari uel incredibili potius tuæ ſanctitatis clemen
tia: paucis exponã Senenſiű mandata: & eius reipublicæ iuſſa: quæ ante alias oẽs fide deuotione cha
ritate atq; obſeruantia tuæ beatitudini affecta eſt: & Apoſtolicæ ſedis: & throni huius glorioſiſſimi
nomini deuotiſſima. Igitur noſtri Magnifici Domini: & uiri Senenſes naturali quodã amore & cha
ritate Sacroſanctæ Romãę Eccleſię: & Apoſtolicæ ſedis filii deuotiſſimi: qbus cű fortuna ois Scẽ ma
tris eccleſiæ merito debet eſſe cõmunis: tum pp chriſtianæ religionis reuerentiã: tű ob mutua & ue
teris ætatis: & noſtrorű tẽporű in alterutrű beneficia: tű ob eam ſummã pietatẽ: qua cunctis ſemper
fauoribus Sancta Romana eccleſia hanc rẽpub. pſecuta eſt: tű ob uicinitatis rationẽ: quæ in propin
qua ſűmæ neceſſitudinis parte conſtituitur: eű ſemp Apoſtolice ſedi præeſſe optauerunt: q chatholi
cæ fidei gloriã: Romanę eccleſiæ firmitatẽ: chriſtianorű populorű: & oĩum fideliű pacem unanimita
tem concordiã & exaltationẽ meretur. Cű igiẽ tua beatitudo iãpridẽ ab ineuntis ætatis primordiis ea
ſemp ſtudioſe curatit: uigilanter incubuerit: p quę orthodoxæ fidei augereẽ amplitudo: & chriſtiani
nominis illuſtrareẽ maieſtas apud oẽs fideles nationes magno ſtudio indeficiente labore aſſiduis
curis: tua ſanctitas eiuſmodi effecerit opa: p quæ domita ẽ inimicorű Chriſti: & perſecutorű eccleſiæ
temeritas atq; inſania: aucta & ãplificata catholice fidei: & chriſtianę religionis dignitas ac maieſtas
ſtatuunt ad ſolidű eccleſiæ firmamentű: & ad tuendű Romanæ eccleſiæ decus atq; gloriã: p ãmirabi
li prouidentia oĩpotẽtẽ deű: ĩ cuius poteſtate & ditione cuncta ſunt poſita delegiſſe tuã ſanctitatem
ad tanti miniſterii ſacramentű: ut ſimul tuis ampliſſimis meritis debita præmia pberẽẽ: & conſulereẽ
fideliű populorű ſaluti. Qua de re agunt ĩprimis benigniſſimo creatori gratias: q adeo ſalubriter hu
manis rebus: & oculo ineffabilis benignitas proſpexit. Exinde ob fęliciſſimã hãc & glorioſiſſimã aſ
ſumptionẽ inexplicabili quodã exultauit: & letanẽ gaudio tanta populű Senenſem uniuerſum: & ci
uium aĩos inceſſit iucunditas: ut oẽs uno ore: incredibili plauſu: mirã inenarrabilis gaudii ſuſcepint
uoluptatẽ ita: ut nõ mõ ciues ipſi: tű ſinguli: tű uniuerſi: ſed ipſa quoq; męnia: et ipſa ciuitatis ędifi
cia ingentia quędã letitię et gaudii ſigna pferre uideanẽ. Vere ob hanc ſacri Pontificatus aſſumptio
nẽ: atq; ſummi Apoſtolatus dignitatẽ gaudet nřa reſpub. q̃ una pręcoeteris oĩbus totius Italiæ urbi
bus cű ſcã Romana eccleſia finibus atq; agro ppiſſime iungiẽ: ſꝫ multo magis artiſſimo pcipuæ cha
ritatis nectiẽ uinculo. Lętatur uęhemẽter nřa ciuitas: cuius pclara Gymnaſia: tua quoq; præclara do
ctrina: ſűma eruditio: & ſalutaris inſtitutio plurimű illuſtrauit. Exultat ĩprimis Senenſis populus: q
pacẽ ſuopte ãplexus ingenio uidet in Petri ſede amatorẽ tranqllitatis Principẽ pacis: ſectatorẽ iuſti
tiæ: atq; oĩuꝫ bonorű operű imitatorẽ eius: cuius uicẽ pro ſalute fideliű ab tua ſanctitate geri iſtituit.
Gloriaẽ Senẽſis patria q̃ te prædeſtinatű tanto miniſterio meruit habeẽ doctorẽ: & pinde atq; uerna
culű ciuẽ in ſinű quondã ad mittere: & ſuo quodãmõ geſtare gremio. Itaq; ſedulo: & exoptimo aio
cõprecaẽ eum: q tantű Vicariű in terris conſilituit: & Paſtorű uigilantiſſimű: & ſummű Sacerdotẽ:
& patrẽ clementiſſimű: & uerű Pontificẽ: ut lõgo æuo & cű magnæ fœlicitatis gloria hoc cæleſte mu
nus benigniſſime tueaẽ. Lętis igiẽ & exultantibus aĩs Senenſis reipub. & illius iucundiſſimæ patriæ
noie: adoramus tuã ſanctitatẽ: pedes deoſculamur ſanctiſſimos: glorioſiſſimã beatitudinem uenera
mur: ciuitatẽ ipſam: & dulciſſimã patriã: quæ in ſolius tuæ ſanctitatis cõfidit clementia: & ſpem ſalu
tis collocauit. Tű ditionẽ eius oẽm agrű urbes oppida: ĩprimis libertatẽ qetẽ pacẽ deuotiſſims pręc
cibus cõmendamus: & exoptimis aĩs eandẽ rẽpub. & patriã iucundiſſimã: cű oĩbus ſuis opibus: &
fortunis deferimus tuæ beatitudinis uoluntati atq; obſequiis omni tẽpore paratiſſimam: ea ſemp co
gitantẽ: quæ tuę ſanctitati ac beatitudini grata fore pſpiciantur ĩpollicentes eã fidẽ deuotionẽ obe
dientiã & amoris ſinceritatẽ: qualis optimos: atq; obſequentiſſimos filios decet. Cœtera quæ nobis
cű tua ſanctitate cõferenda ſunt: alio tẽpore tua beatitudine annuente remotis arbitris explicabimus
Finem nunc faciam dicendi orans hos patres: & collegas: ut quæ mea imbecilitas prætermiſit: pro
ſua ſapientia humaniter expleant. Dixi.

❡ Aug. Dathi Orõ. VIII. ad ſummű Pontificẽ ſalutandű alicuius nõie ciuitatis: & ad ſibi col
latorű beneficioru gratiã peragendam: & cõmendandű ſtatus: atq; ſalutem reipublicę.

DEcebat pater ſanctiſſime ac beatiſſime Pontifex: eű q corã tremẽdo tuæ ſanctitatis con
ſpectu: orationẽ foret habiturus: pra ſtare cű cœteris ãpliſſimis laudibus: tű præcipue
ãmirabili eloquentia & ſingulari quodaꝫ ſplendore: atq; ubertate dicendi. Sed uo meű
ingeniű huic ſublimi: & glorioſiſſimo muneri: q̃ omnino ſit ĩpar. Verű coegit Senẽſis
reſpub. & illius populi ſummus magiſtratus: ut & ad tuã me contulerim ſanctitatẽ: &

mandato expoñã eius noĩe. Fretus igiẽ tuę beatitudinis inaudita clementia: Senẽſis populi iuſſa proſequar. Ac primũ illius uicẽ gerens: tuæ ſanctitatis ineffabilẽ gloriam: & Apoſtolici culminis decus quãta poſſit: ꝓ mei ingenii uiribus adoro ſupplex: & debita ueneratione cõplector: pedes ſanctiſſimos deoſculatus. Deinde uero: qđ difficillimũ uel potius oĩo ĩpoſſibile ſit: gratias imortales: ac ſempiternas tuæ beatitudinis inenarrabili beneficientiæ: quę ſicut diuina quadã uirtute totius ſacroſanctę Romanę eccleſię ꝓuidet: tuet: & auget ãplitudinẽ: exaltat gloriã: firmitatẽ roborat: catholicę fidei ãplificat icrementa: ita Senenſem populũ: & ciuitatẽ: illiusq; ditionẽ: & agrũ oẽm ſua ãmirabili ꝓuidẽtia: uirtute: benignitate: & amore icredibili ab hoſtiũ ꝓtexit ĩſidiis: inimicas oppugnationes depulit: libertatẽ cõſeruauit: ſtatũ erexit: cũctis auxiliis: & fauoribus ꝓſecuta ẽ. Id eternũ cordib9 Senẽſiũ ciuiũ: & ĩdelebili memoria bñficiũ: uł potius bñficiorũ cumulus ꝑmanebit. De qua re melius ẽ ſilere q̃ pauca dicere. Tertio loco iuſſus ſicuti ęqũ ẽ ciuitatẽ ipſaʒ Senẽſeʒ ſacroſcẽ Romanę eccleſiæ: & tuæ beatitudinis filiã obſeruãtiſſimã: ac deuotiſſimã ſeruitricẽ humillimis præcibus: & deuotiſſima ſupplicatione cõmẽdo: ſimul: libertatẽ eius: ſtatũ: regimen uniuerſum: ciues ſingulos: & Magiſtratus comitatũ: ac municipia pari ratione cõmendo. Cũ certo cõfidat Senenſis reſpub. oẽs fortunas ſuas: & quæ illius tuenẽ tranqllitatẽ: & pacẽ: oĩa ſola tuæ beatitudinis ꝓuidentia: pietate: ꝓtectione: & charitate gubernari: augeri: ac firmiter cõſeruari. Quod ẽt: ut cõſueta benignitate fiat: omni humilitate & deuotione deprecor: ac ſuppliciter obſecro. Ad hæc uero deferre tuæ ſanctitati: quæ ſua ſunt: id ſupfluũ uideatur: & uanum. Habet profecto ciuitatem ipſam: ciuiũ aĩos totius eius populi uoluntatem ſuis ſemper promptam: ac paratam imperiis. Dixi.

¶ Augustini Dathi Oratio. VIIII. ad idem.

SI uelim Sacratiſſime Pontifex: ac diuine Paſtor corã taʒ excelſo throno: atq; auguſto beatitudinis tuæ conſpectu: mea ſponte uerba faceẽ: cũ inde cõditionis humilitas: hinc fragilitas ingenii iure ꝓhibeat: atq; deterreat: iuſta ꝓculdubio repentione non carẽ: cum ꝓſertim nulla ſit eloquentia ſatis: nulla uis dicendi abunde ſuppetere poſſit: Sed facile me ueniã ĩpetraturũ cõfido: qđ parendi neceſſitas ad taʒ graue onus ſubeundũ cõpulit: his iubentibus: quorũ uoluntati: ꝓ humilitatis muneẽ: parere neceſſe ẽ. Senẽſis populi: & ſenatus mandata expoſituri acceſſimus: nã una illa ꝓclara reſpub. inter cæteros Italię populos Sacroſcẽ Romanę eccleſiæ: Apoſtolicę ſedi: ac ſãctitatis tuę nõ ĩ deuotiſſima: Sacratiſſimũ Saluatoris nři Ieſu Xpi Vicariũ: una præ cęteris maxime ueneraẽ: & colit. Ardenti deſiderãs deſidero: eccleſię Romanę eũ Præeſſe paſtorẽ qui catholicæ Fidei gloriã: & fideliũ oĩum populorũ ſalutẽ: pacẽ: cõcordiaʒ atq; firmitatẽ tueaẽ. Quãobrem cum ad tanti miniſterii ſacramentũ aſſumptã ĩtelligit diuinę prouidẽtię diſpẽſatione tuã ſanctitatẽ: mirãdum letatur ĩ modũ: ĩcredibili exultat gaudio: immẽſas æterno Principi: & uniuerſorũ domino grates pſoluit: q̃ tam ſalubriter humani generis utilitati: atq; ornamẽto proſpicere dignatus eſt. Cenſuit autem ꝓ ſumma huius fide: & ĩ Apoſtolicã dignitatem: ac tuę beatitudinis cultu: atq; obſeruãtia uiuę uocis oraculo: merito gratulãdũ. Proinde Senẽſis populi uerbis: & illius ꝓclaræ reipub. nomine: q̃ nõ taʒ uicinitatis rõe: q̃ ꝓpinqua uerę amicitię: ac neceſſitudinis ꝓte reponiẽ: q̃ incõcuſſa fide: cõmuni fortuna: mutua aĩorũ charitate: cũ Romana eccleſia indiſſolubili fœdere iuncta ẽ. Tuaʒ beatitudinẽ adoramus: pedes ſãctiſſimos deoſculamur: Ieſu Xpi uicariuʒ: & ſup quẽ edificauit eccleſiã: ſucceſſorẽ Petri: & eccleſiæ ſcẽ principẽ ueneramur. Cũq; ſpeʒ ꝓcipuã ſalutis: & pacis: ſemp ĩ Apoſtolica ſede: & q illi ꝓeſt: ĩmutabili ꝓpoſito cõſtituerit ciuitatẽ ipſam Senſẽʒa quã tua dudũ doctrina: atq; iſtitutio illuſtrauit: q̃ tua pietas miro ſẽp amore cõplexa ẽ: omni ſtudio: humili ꝓce: ac ſupplice uoce cõmendamus: quatenũs ſtatũ eius ſẽp incolumen: & pacẽ: quaʒ ſequnẽ: q ex deo ſunt: & ea ſemp ciuitas ſtudioſe cõplectiẽ: firmiſſimã tuearis. Vt cũ pacẽ ſemp a primæ ętatis tẽpribus: adamaueris: pacẽ cũctis fidelibus ſuaſeris: uiã pacis docueris: nũc tãdẽ cũ uicẽ geras eius q gratis amator ẽ: & pacis auctor: ubiq; gentiũ uigeat ſũma tranqllitas: iuſtitia floreat: & qualis fuit in diebus Saluatoris abũdantia pacis. Poſtremo eadẽ beatitudini tuæ dediſſima: ac uere deuota reſpublica: q̃ ĩ ſinũ admitti tuæ pietatis exoptat: & ſeſe: & fortunas: ac facultates ſuas oẽs hilare: ac libenter defert: & tuæ ſanctitatis paratã obſeqis: & oĩbus certe alacrẽ iuſſibus. Fidẽ exhibet obeditẽtiã præſtat: amoris ſinceritatẽ: & cõgruã deuotionẽ pollicẽ: nec quouis tẽpore cultũ uere amãtis populi pręſtare deſinet: & intimę filiationis affectũ. Deprecãs eũ: q tã benignũ: præcipuũ donũ cõtulit: ut q̃ lõgiſſimo æuo cũ ſcẽ eccleſiæ incolumitate: & gloria: taʒ optatũ: tã diuinũ Paſtorẽ: & quaſi quendã bonorũ auctorẽ oĩum tueri digneẽ. Sed nemo ſatis explicare poſſit. quæ abũde nobis iniuncta ſunt. At quæ minus copioſe ſunt dicta: partim credimus tuæ ſanctitati nõ obſcura partim horum patrum: & collegaruʒ ſupplebit prudentia. Ac nonnulla: quę præterea ſubnectenda ſunt: dabit (ut ſperamus) tua clæmentia aliũm enerrandi locum. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oro. X. uice illius: q ſummo Pontifici: de eius aſſumptione gratulatuẽ: ac ſuaʒ domũ: & familiã cõmendat ſuę beatitudini.

NVlla uis ingenii tanta ẽ: nedũ ĩbecillitas mea: ſanctiſſime: atq; clementiſſime Pontifex: ſuis uiribus ualeat explicare: q̃ inenerrabili animus meus exultet gaudio: ob tuam ſacratiſſimã aſſumptionem: ad huius Apoſtolici culminis dignitatẽ. Ea res uerã ſummãq;

letitiam peperit: cum propter uniuerſalis eccleſiæ: & Chriſtiani populi ſalutem: tum propter fœlicis patriæ gloriam: tum ob eã ſingularẽ in auditãq; meã erga ſanctitatẽ tuã deuotionẽ ac fidẽ. Deprecor mundi rectorẽ: ut hanc tam diu optatã fœlicitatẽ longo æuo tueatur: & ſeruet. Cumq; N. familia multis de cauſis ſit tuæ ſanctitati deuotiſſima: & ex ea Petrus Ioannis optimus pater meus: & liberi eius oẽs feruentiſſimo quodam affecti ſeruitutis uinculo: cõmendo oẽs tuæ beatitudini in mirum modum: utpote eos: q omni tempore parati ſint tuæ ſanctitatis obtẽperare iuſſibus. Dixi.

❡ Auguſtini Dathi Oratio. XI. ac ueluti exordiũ quoddã: qũ rei alicuius publicę orator Secreto loco: & abditis penetralibus: ſummo Pontifici arcana mandata euoluit & explicat.

SOlet plærunq; orandi prouincia: Pater clementiſſime: unice ĩ terris Ieſu Xpi uicarie: quæ a nõ nullis grauiori ætati pp auctoritatẽ tribuit: dari potius natu minoribus: qbus maxime dicendi exercitatio cõgruere exiſtimat: qua mente nos quoq; ducti: ornatiſſimo collegæ: & iuris conſulto: In quo ea foret ætatis ratio: ſed par qbusq; natu maximis doctrina & laus orãdi munus fuerat demandatũ. Is ꝗꝗ opinor: lõge feciſſet ſatis: eloquar ipſe nunc potius: ne maiorũ uoluntati obtrectare uidear. Sed eo tñ fœdere: ut & copioſius: & ſplendidius augeat p ſua facultate quæ ipſe obtẽperandi gratia pſtringam paucis. Cœtera quę & multa & uaria a pleriſq; amplificationis gratia: potiusꝗ neceſſitatis ratione afferri ſolent: In tanto rerũ grauiſſimarũ pondere miſſa faciemus: & miſſi a Senenſi populo: Apoſtolicæ ſedis: & tuæ beatitudinis deuotiſſimo: eius reipublicæ iuſſa breui oratione proſequemur. Dixi.

❡ Aug. Dathi Oratio. XII. quom mortui Cardinalis roſeus galerus: atq; argenteũ tintinnabulum de more ſummo Pontifici referuntur.

QVod ſine ſummo dolore: ſine gemitu: & lachrymis referre nõ poſſũ pater ſanctiſſime cũ placuerit ei in cuius ditione cęleſtia: & humana cuncta ſunt poſita: euocare de carnis ergaſtulo fœlicis recordationis dominũ reuerendiſſimũ. N. Albienſem: q ab Apoſtolica ſede p ſumma integritate doctrinæ: & ampliſſimæ uirtutis ſplendore ad ſanctorum patrũ ſacrum collegiũ euectus & dignitatẽ: p Sanctæ Romanæ eccleſiæ: p catholicę fidei conſeruatione: p Chriſtianæ religionis gloria: feruentiſſimo ſemper ardore laborauit. Fidei deus ſaluti: & uitę anteferre paratus: hęc ſacra inſignia: & ueluti lugubres tanti patris reliquias: unde benigne collata ſunt: ad Apoſtolicã ſedẽ: & ad tuã refero ſanctitatẽ. Quod & ius moſq; uetus poſtulat: & ille piiſſimus pater pie quoq; edixit moriens. Quare pater beatiſſime dignare clæmenter ſuſcipere: quæ pater ille magnus tenuit: & præclare geſſit: cũ ſanctæ eccleſiæ: atq; Apoſtolicæ ſedis ornamento: & cũ ſumma illuſtratione uirtutis. Simul memoriã tantorũ meritorũ pia celebratione: & immortali proſeq laude. En roſeus galerus: en argẽteum tintinnabulum pater ſanctiſſime quæ ipſa deflent illius dulciſſimi patris orbitatem: qui relictis humanis rebus ad eum migraſſe putandus eſt: in quem ille uiuens in terris firmiter ſperauit: & credidit. Dixi.

❡ Aug. Dathi Oratio. XIII. ac ſermo familiaris pro oratore ad Pontificem Maximum inuitandum ad ſuauiſſimam uiſendam patriam.

INtelligunt: Beatiſſime Pater: Senenſes ciues tuã ſanctitatem unicum profugium: uberrimum ac ſuauiſſimum pabulum: patriæ firmum columen: ubi ſpes tota patrię ſita eſt. Intelligunt propriũ ẽe filiorũ: q ueri ſunt filii ſummã in optimo patre habere fiduciã: propriũ indulgentiſſimi parentis annuere filiorũ uotis: bene ſibi cõplacere: opiara gratificari. Intelligũt tuã ſanctitatẽ poſt Paſtoralis curæ regimen: nihil cupe magis: ꝗ prodeſſe patriæ: augere illã: cunctis commodis: ſummis mactare honoribus. Hac igitur ſpe adducti: & communi fiducia enixius tuã beatitudinẽ deprecantur: ut poſt illa fomenta: ꝗ iã alias dicta ſunt: ſaltem pro æſtiuo: & flagrãtiore anni tẽpore uenire dignetur ad ſe colligendã ac recreandam: ad reuiſendã: ad uiuificandã: erigendã glorificandã dulciſſimam patriã: ad conſolandos: atq; oblectandos dilectiſſimos filios: deniq; ad pficiendã redẽptionem plæbis ſuæ. Nã patriæ aſſidua & clara illa uox eſt. Firmamentũ meum: & refugium meũ es tu. Quis locus iucundior! Quæ regio gratior! Nuſꝗ pfecta inueniri poſſit: aut cæli clemẽtia: aut alimẽtorũ ubertas: aut rerũ oium cõmoditas maior. Iacto præcipuam in Apoſtolicam ſedem: & in tuam beatitudinẽ reuerentiã fidem ac uenerationẽ in oẽs reuerendiſſimos Cardinales ſummã deuotionẽ: in Curiales cunctos beniuolentiã: & ſingularẽ charitatẽ. Illud uere dici poſſit. Iuuenes & uirgines. Senes cum iunioribus: & ipſi pene lactentes pueri: & clamant oẽs: & tuæ beatitudinis optãt ac præſtolantur aduentũ: ipſa deniq; uocant patriæ mœnia. Quare humili ſupplicatione hanc unam præcipue uiſitationem patrię illi deuotiſſimi filii ac ſeruitores precant. Quã ipſam cũ cuperent: & poſtulare cum uellent: dubitabant: ne agere cupidius uiderentur. Sed poſt modũ ꝓpoſito: & audito Vrbis egreſſu: continuo Oratorẽ creauere: & maiore fiducia ſupplicare ſunt auſi: & ita orant oibus precibus. Hoc erit ampliſſimum: hoc ſummũ: hoc immortale habebunt beneficiũ. Quod etiam flexis genibus tuã beatitudinem deprecant. Hæc eſt Senenſiũ mens: hæc uoluntas: hoc flagrantiſſimũ deſideriũ: quod uerbis ĩplere nemo poſſit. Sed quæ pro mittentium uoluntate plura dicenda erant: tua beatitudo ãmirabili ſapientia ſua ſpõte cõiectat. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oſo. XIIII. Pro eo q una cum patre Romam petit: ſummũ Pontificẽ aditurus.

QVm nihil ſit optatius nobis: nihil gratius: ꝙ præſentẽ tuã beatitudinẽ intueri Sacratiſſime Pontifex: ac diuine paſtor: iddirco ad tuæ ſanctitatis conſpectũ una cũ patre iucundiſſimo libuit urbẽ Romã uiſere: et quod urbe longe præſtabilius eſt: aſpectare tuam beatitudinẽ: ideſt: diuinũ in terris numen: ſummũ Sacerdotẽ: æterni Principis: ac Saluatoris Ieſu Chriſti Vicariũ: nationũ oium fideliũ unicũ profugiũ: & chriſtiani nois clariſſimũ ſydus: dulciſſimæ patriæ Senenſis fulgentiſſimũ lumẽ. Cuius beatitudinẽ intueri ſũma fœlicitas: & aĩoꝝ noſtroꝝ incredibilis uoluptas eſt. Veneramur igiẽ tuã ſanctitatẽ: & illam flexis genibus adoramus: pedes deoſculamur ſanctiſſimos mira cũ iucũditate: atq; ineffabili lætitia. Veꝝ ne longior oratio moleſta ſit: genitorẽ & meipſum: ac domũ uniuerſam: quæ in ſola tuæ beatitudinis clementia confidit: & ſpem omnẽ collocauit: humillimis precibus ac ſupplice uoce & obſecratione cõmendamus: Deũ deprecantes: ut cũ uitæ longitudine tuã ſanctitatẽ fœliciſſime tueaẽ. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XV. Ad habẽdam gratiam: uel agendã potius ſũmo Pontifici.

PErſpecta pater ſanctiſſime accepti muneris magnitudine: & beatitudinis tuæ ſũma pietate: ac magnificentia: quæ tam benigne donum ampliſſimũ conferre dignata ẽ: nunꝙ ſatis dignas mea imbecillitas poſſit uel agere: uel referre gratias: ſure tuo igiẽ ac merito fateor: tuæ me ſanctitati mea debere oĩa: ne ingratus: ne tanti accepti beneficii imemor poſſim exiſtimari: ſi minus egerim: retulerimq;: certe habiturus ſum imortales tuæ beatitudini: ac ſempiternas grates: ſperans Chriſti Vicariũ: Chriſti ſectaturũ ueſtigia: q non uerboꝝ uenditationẽ: aut humanaꝝ facultatũ munera: quibus ipſe nõ eget: ſed ſeruans corda: fidei ſinceritatẽ: & optimã mentem: atq; animi arcana metiẽ: ac reſpicit. Illum igitur ſupplex oro: q non ſupera ſolum & cœleſtia: ſed mortalia quoq;: ac terreſtria curat: ut & debita rependat præmia: & mihi (ſi ita poſtulare fas eſt) referendæ gratiæ tribuat facultatẽ. Ego dum ſpiritus hos ſublimẽ bit artus: quantũ natura quantũ fortuna: quantũ diuina gratia dederit: ueri ac deuotiſſimi clientis officio nũꝗ deero. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oſo. XVI. Ad cõmendandũ aliquẽ ſũmo Pontifici: ſiue ſeipſum potius.

IAmpridem exardeſcebat animus: tuam adire ſancti atẽ: cuius conſpectu & optata præſentia: me quodãmodo beatũ fore putabam. Nunc pater ſanctiſſime mira exorta lætitia eſt: facto mihi uoti compoti. Ago imortali Deo gratias: cuius uices tua gerit ſanctitas: q tam optati boni me participẽ facere dignatus eſt. Et quoniã ſupplices ſuos ac deuotiſſime confidentes benigne ſuſcipit tua clementia. N. domũ illi ſuppliciter cõmendo: & humillimis precibus: præcipue uero fratres meos: & meã familiam uniuerſam: quæ ſpem ſuã oẽm in tua ſanctitate locauit. Nec puto abre & amoris ſtudiis alienum: ut me ipſum tanto cõmendem diligentius: quãto ob ꝓfeſſionis meæ rationẽ: opis tuæ ſanctitatis indigeo magis. Qui deditus iam plures annos Pontificio iuri: quantum ingenii fragilitas paſſa eſt: in eo feruentiorem operã conſumpſi. Sed uere dicitur: Haud facile emergunt: quorum uirtutibus obſtat Res anguſta domi. Fretus tuæ beatitudinis patrocinio hæc ſtudia capeſſere inſtitui: ut tanto minus indigne me miniſtrũ Chriſti parem: quanto Eccleſiaſtici iuris notitia: & tuæ ſanctitatis fultus præſidio: rem fortaſſe ſupra tenues uires meas conarer attingere. Quæ ſpes ſola ĩ tua ſanctitate conſtituta: ut id auderem: effecit. Ea igitur ne me fruſtreẽ ſpes: tuã ſuppliciter clementiam deprecor: præſertim cũ ſim adhuc & primus & ſolus: q ex tota. N. domo: q auſim fiducialiter poſtulare. Neq;. n. quiſquã ex ea a tua ſanctitate quippiam aſſecutus eſt. Sed fortaſſe apertũ nobis non eſt: q̃a nemo pulſauit. Demũ aſſequendæ doctrinæ ſum utiq; cupidiſſimus: libri deſunt: facultates male ſuppetũt: tuæ me ſanctitati deuotiſſimũ ſeruulũ deuotiſſime cõmendo. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oſo. XVII. Pro eo q ſe cõmendat Pontifici propter paupertatem.

CLementiſſime paſtor: cũ ſpes mea omnis in tuæ ſanctitatis clementia ſita ſit: cũ exoptem inchoata perficere ſtudia: cum difficulter emergere poſſim: cuius uoluntati & deſiderio obſtat res anguſta domi: inops & pauper ab ineunte ætate: commendo me humillimis precibus tuæ ſanctitati: & eam oro: ut per uiſcera miſericordiæ & pietatis: me digneẽ deuotiſſimũ ſeruulũ cõmendatum habere. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XVIII. Ad agendam Pontifici gratiam.

AMpliſſimi beneficii magnitudo pater ſanctiſſime: merito uiri eloquentiſſimi oratione egebat: qui dignas ac meritas tuæ beatitudini grates perſolueret. Ego uero qui a tuæ ſanctitatis clementia maximis ſum honoribus decoratus: non pro ullis meritis: ſed pro ſola tua beneficentia: atq; ineffabili benignitate cum nequeaꝫ pro tanto munere ullam rependere gratiam: oro ſupplex diuinam bonitatẽ: ut retribuat pro me & dignum præmium: & eam mihi tribuat facultatem: ut bene agendo: ac fideliter ſeruiendo: tuæ ſanctitati uidear non ingratus: nec tanti honoris ac beneficii imemor. Tuæ autẽ beatitudini uitam meã omnẽ: & fortunas meas: & quicquid a Deo tributũ eſt: me debere profiteor. Itaq; nec uitæ: nec ſanguini parcam: dum paream: atq; obtemperem tuæ ſanctitatis iuſſibus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XVIIII. In ſalutatione Pontificis.

EXplet ingenti atq; incredibili gaudio aĩus diuine Pontifex: dum tuam optatiſſimã intueor ſanctitatem. Quam quidẽ ardẽter uiſere/ coram & adorare cupiebã. Cuius adepti uoti gratia/ & æterno Principi grates ſummas ago: & tuæ beatitudini: quę me audiendo/ tam benigno dignatur munere. Illi igitur inprimis me ſupplici uoce/ ac ſumma humilitate cõmẽdo. Et ut me ſeruũ fidiſſimũ habere proſequatur: deuotiſſimis precibus tuã deprecor ſanctitatẽ: cuius parere aueo ſanctiſſimis iuſſibus: & ei me etiã atq; etiã cõmẽdo. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XX. Ad idem.

HIc eſt ille mihi fœlix & uere beatus dies/ ſacratiſſime Pontifex/ ac diuine Paſtor: in quo diuinitus data facultas eſt: tuã adire ſanctitatẽ: & beatiſſimos eius pedes deoſculari. Exultauit aĩus: ut uideret diem hũc: uidit: & inenarrabili lætaẽ gaudio. Dedo me & uitã oẽm tuæ ſanctitati genibus flexis & ſupplice uoce cõmendo. Dies oro & noctes omnipotentem cœloꝝ Principem: ut ſummũ hoc bonũ ęuo diuturno ac longiſſimo tueaẽ. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXI. Ad Cardinaelm ſalutandum.

IVuat intueri pręſentem tuã ſanctã dignitatẽ Antiſtes indyte: cuius tã multa extant pro chriſtiana repub. & recte facta/ & præclara geſta. Cuius & fuit antea ſalutaris profectio: & nũc glorioſus reditus. Quem natũ intelligimus ad ciues iuuandos: ad patriam amplificandã: ad tuendum uniuerſum fidelium genus: ad prodeſſendũ oĩbus. Deum quęſo ut longe nobiſcũ: & glorioſo ĩ terris æuo fruare: ſerus tandẽ ac beatus uenturus in cœlum. Sis obſecro pius uſq; ac fœlix nobis: patrem ſuſcipe: & me: qua ſoles charitate complectere: ac neutrum unq̃ tua gratia deſerat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXII. In aduentu Cardinalis: ſiue Epiſcopi in ſuam dyoceſim nomine Cleri.

AEquum erat reuerẽdiſſime in Chriſto pater & domine/ hoĩes maiore facundia & doctrina præditũ/ in tuæ dominationis conſpectu ſermonẽ facere. Sed nõ impudenti auſu: at obediendi potius uolũtate: quod a clero & uenerabilibus patribus huius dyoceſis/ & Senenſis ditionis imperatũ eſt: breui oratione expediam. Nã oẽs mirã lætitiã & incredibile gaudiũ ſuſcepimus ob tuæ dominationis aſſumptionẽ/ & adeptionẽ Aretini Pontificatus: certi enim ad tanti Præſulatus ſublimatũ culmẽ: q̃ cõſilio/ uirtute/ moderatione/ ſanctiſſimo uerbo: deniq; & exemplo cõmiſſum popl'm regat: & ſui gregis oues in uiam ſalutis/ & recte atq; orthodoxę religionis inſtitutionẽ dirigat: atq; cõpellat. Bene igiẽ & cõgruenter exultamus/ tuæ dominationis aſcenſũ. Nã bonũ opus Epiſcopatus eſt/ Paulo teſte Doctore gentium. Et nunc hominẽ irreprehenſibilem dedit nobis glorioſus Deus: quẽ precamur deuotiſſimis precibus: ut tuã dominationẽ cunctis ſemp honoribus proſequaẽ: ut tanto paſtore duce/ perficere poſſimus ſancta eccleſię miniſteria: ad diuinæ Maieſtatis gloriã/ ſalutẽ aĩaꝝ/ & fidei feruorẽ: & ad ueram in Chriſti charitate unionẽ/ atq; concordiã. Freti aũt tuæ dominationis ſumma benignitate/ uniuerſum hunc Clerũ Senenſis ditionis ac tuæ dyoceſis: q̃ deuotionẽ debitã exhibiturus acceſſit: humili ſupplicatione tuæ dignationi cõmendamus: ut eum ſuſcipiat: inſtruat: foueat: ac benigniſſime tueaẽ. Qui ſe omni tẽpore deditiſſimũ tuę dominationi pollicẽ: offerens optimã uoluntatẽ: promptiſſimã obedientiã: & ſummã deuotionem atq; fidem: & quaſcunq; pro ſua clementia poſſidet facultates: paratus non modo momentaneas diuinas: ſed uitã profundere & ſanguinẽ: dum tuæ dominationis obſequaẽ imperiis. Sed hi patres mei & uenerandi Sacerdotes defectus meos oẽs pro ſua ſapientia cumulate ſupplebunt. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. XXIII. In uiſitatione Cardinalis.

IVuat intueri præſentẽ tuã ſanctã dignitatẽ Antiſtes indyte. Quæ firmiter ſtabilit eccleſiam: patriam iuuat: fert cunctis opem fidelibus: prodeſt omnibus. Sis queſo longæuus in terris/ Pius ſemper/ ac fœlix nobis. Cuius uita illuſtrat eccleſiam: fidelium populorum ſalutem tuetur: affert nobis uoluptatem/ & decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oro. XXIIII. Ad ſalutandũ Cardinalem.

SAlue magnum decus eccleſię unicum pręſidium: et fulgidum patrię lumẽ: cuius cum fuerit pro chriſtiana Republica ſalutaris profectio: glorioſus reditus. Sis/ quęſumus/ perpetuo fœlix/ atq; incolumis: cuius uita ſaluti cunctis fidelibus nobis præſentia incredibili uoluptati & gaudio. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXV. Ad agendam gratiam Cardinali uel Epiſcopo.

MAgne pater/ ac reuerẽde domine in ſacra huius diei ſolemnitate/ in tuo uenerando conſpectu/ in præclara conuiuarum corona/ in ſumma ac lautiſſima epularum largitate damus gloriam Deo: diuum Bernardinum glorificamus. Tuę benignitati gratias ingentes agimus: & ut ſis perpetuo fœlix/ & in eccleſia maior/ Deum omnipotẽtem deprecamur. Qui noſtri omnium lætitiam augeat. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XXVI. Pro eo qui publico nomine defert munera Cardinali.

REuerendiſſime in Chriſto Pater & Domine. Magnifici & excelſi Domini Senenſes filii obſeqntiſſimi tuæ reuerendiſſimę dominationis: q plurimũ gauiſi ſunt eius aduẽtu ad eorũ loca: & uehemẽter deſiderãt proſperã incolumitatẽ tuæ reuerẽdiſſimę dominationis: ad indicandã ex aliqua parte ſuã erga illas maximã deuotionẽ ac fidẽ. filiali quadã fiducia uiſitãt tuã clemẽtiã: & illi tenue ac puſillũ offerũt munus: orantes humiliter. ut nõ rei paruitatẽ: ſꝫ eorũ uoluntatẽ & diſpoſitionẽ aĩorũ cõſideret: et demũ ſe & totã ciuitatẽ tuę reuerẽdiſſimæ dominatiõi cõmẽdãt: tanq̃ pcipuo patri: & optimo illius ciuitatis defẽſori. ac bñfactori. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XXVII. Quam ipſe habuit: quãdo ab expeditione Turchorũ. redeuntẽ Cardinalẽ diui Angeli. Senenſes domini uiſitarunt.

AEquum erat reuendiſſime in Chriſto pater & dñe. hoĩeꝫ doctrina atq auctoritate præſtantem. in tam præclaro conſpectu ſermonẽ facere. Cogor tamẽ horũ magnificorũ Magiſtratuũ parere uoluntati: ac iuſſibus temperare. Præmittã ipſe pauca. Eorũ ſingularis prudentia atq hũanitas omniſſa ſupplebit. Lætat̃ hæc ciuitas uniuerſa Reuerẽdiſſime dñe cunctus Senenſis ppl's: & hii imprimis Magniſici Dñi magnis exultãt gaudiis: tuæ reuerendiſſimæ dominationis ex longinquis regionibus reditu. ad hãc ciuitatẽ aduentu. optatiſſimo eiuſdẽ ac periucundo conſpectu. Cũ iliũ præſentẽ intueant̃ Sacerdotem magnũ. ac reuerendiſſimũ patrẽ: cuius ſummã beniuolentiã. paternã charitatẽ. maximã erga hanc Remp. beneficentiã ſunt experti. Cuius & multa uariis tẽporibus: & ampliſſima ĩ hanc ciuitatẽ extant beneficia. In cuius patrocinio ac benigna ope ſpem ſummã & indubitatã fiduciã habere debemus. Ingens uero eſt hęc lętitia ob ſacroſanctæ Romanæ eccleſię. atq Apoſtolicæ ſedis reuerentiam: quã præcipuã ſemp hæc ciuitas præſtitit: ob ſummi Pontificis & clæmentiſſimi paſtoris ſanctitatẽ: quæ eſt fideliũ oĩum populorũ tutiſſimũ profugium: et huius patriæ fulgentiſſimũ ac ſplendiſſimũ lumen: ob eam fidem ac deuotionem. quã tuæ reuerendiſſimę dominationi pro rebus bene geſtis ad augumentũ catholicę fidei: pro admirabilibus uirtutibus: pro ampliſſimis meritis exhibemus. Quanq̃ intelligunt minime opus eſſe: cõmendant tamen hi Magniſici domini: q dilectos ſe. atq obſequentiſſimos filios arbitrant̃: tuę reuerendiſſimæ dominationi ciuitatem. regimen eius ac populũ uniuerſum deuotiſſimis precibus tanq̃ optimo ac beneficentiſſimo patri. Eidemq offerũt tum remp. ipſam. tum opes. fortunas. & facultates eius oẽs. quibus pro ſuo iure tua reuerendiſſima dominatio fidenter utatur. Cupiunt. n. pręſtare omnibus in rebus tuæ. R. dominationi & ſincerã fidẽ & deuotiſſimorũ aĩorũ affectũ. Poſtremo ſuppliciter tuã deprecant̃ clęmentiã: ut cũ ad glorioſiſſimũ ac beatiſſimũ Sanctiſſimi Dñi noſtri cõſpectũ ſe cõtulerit: dignet̃ p ſua ingẽti benignitate hãc patriam illius beatitudini efficaciter cõmẽdare: unde nõ modo huius ciuitatis ſalus ac firmamentũ: ſed etiã totius chriſtianæ fidei & catholicæ religionis glĩa pẽdet. Q đ ipſ tamẽ pculdubio tuã. R. dominationẽ ſua ſponte facturã confidũt. Quod uero ad condignã receptionẽ prętermiſſum eſt: rogãt ſupplices tuã. R. dominationẽ: ut habita tpris ratione. conſideret: ac dimetiatur: ſinceram fidem. atq optimã uoluntatẽ. Ac ſi quid in ſalutatione debita uel ſero. uel itẽpeſtiue. atq incõmode factũ eſt; humiliter ueniã depoſcunt: & rurſum ſe tuæ reuerendiſſimæ dominationi cõmendãt. Iam horũ Magnificorũ dominorũ ſapientia & benignitas ſicut prædictũ eſt: & deficientiam meã ſupplebit: ſi modo placuerit: & emendabit errata. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXVIII. Ad Cardinalem in diſceſſu ab eo.

GRatus fuerat cõſpectus. T. R. Dominationis: quemadmodũ paulo ante expoſitũ erat: nũc cũ gratiſſima uiſione. iucundiſſima ẽ benigna reſponſio. Agunt ob utranq cauſas hi Magnifici domini: & habẽt ingẽtes gratias. Verũ qđ tã humiliter de ſe tua aſſeuerat R. dominatio: nullo pacto putãt conuenire: cũ habeat hęc ciuitas tuã. R. dominationẽ ſicut prędictũ: patrẽ pręcipuũ. defenſorẽ libertatis. & benefactorẽ poſt ſummũ Pontificem omnium primum. Confidũt pręterea interceſſionẽ tuę clementiæ. apud eius ſanctitatẽ plurimũ profuturã. Iterũ ſe & ciuitatẽ tuæ Reuerẽdiſſimæ dominationi cõmendant.

¶ Aug. Dathi Oro. XXIX. Qua Cardinali cuipiam de eius aſſumptione qs plurimũ gratulat̃. Hãc orõnẽ filii nepos Hieronymus Dathus ĩ adoleſcẽtia elegãtiſſime habuit Romę ĩ aſſũptione Io. Lopes Cardinalis Capuani. magna admirantiũ Primatũ aſtante corona.

NVlla uis ingenii: nullius eloquentiæ copia: nullius ornatiſſimæ orõnis ſplendor ualeat explicare. quãto nũc gaudio. q̃ admirabili lætitia exultet aĩus reuerendiſſime in Chriſto pater & domine. ob tuam aſſumptionẽ. atq fœlicitatẽ. Video nanq ad magnæ gloriæ prouectum faſtigium: quem amo: quem colo: quem admiror: ac ueneror: quẽ tantę uirtutis ſplendore fulgere: quem iéciſſe omnium laudatiſſimarum rerũ fundamenta iampridem omnibus compertũ eſſe debet. Quem futurũ ampliſſimũ ſacroſanctæ Romanæ eccleſię decus: & ſydus quoddã lucentiſſimũ: qui quidẽ te nouerit dubitare nemo poſſit. Meritis. pręmiis. debitis honoribus tuæ. R. dominationis uirtus decorata ẽ. Nunc facilius probitatis tuæ laus elucеſcet: nunc Prudentia: nũc bonitas. & religionis chriſtianæ flagrantiſſimus illuſtrabit̃ amor: quibus plane rebus floruiſti ſemp: & te præditũ eẽ perſpicuis documẽtis pręſtitiſti. Ago igit̃ ĩmortali Deo grates: quaſcũq mea imbecillitas ac tenella ætas põt: q ſũmorũ oĩuꝫ bonorũ auctor. tanti me nũc uoti fecit compotẽ: & quod adipiſcẽdi cupiditate aĩus conflagrabat cumulatiſſime tandẽ impartitus eſt. Ma-

gna eſt.uel ĩmenſa poritis omnipotẽtis Dei bonitas·ineffabilis diuinę ꝓuidẽtię gratia:quę dum eccle
ſię firmitati conſuluit:ſolidi cardinis adiecto robore·animũ meũ ſimul expleuit iucunditate & gau/
dio.Itaq; tuæ fœlicitati plurimũ gratulor.Fœlix aũt tua putanda natio eſt:quæ tanti domini ſplende
ſcit amplitudine.Fœlix profecto ac beata iſta natio:quę optimi patris & Reuerendiſſimi Cardinalis
eminet:ac refulget gloria:& nũc potiſſimũ tuæ Reuereñ.dominationis exaltatione & noĩe.Ea tam
pręcipua dona:ut ſeruent catholicæ eccleſiæ·cũctis oro atq; obſecro precibus:& ut indies tuæ.R.do
minationis extollat decus:ac fœlicitatẽ tueat·ſupplex deprecor æterni Principis Maieſtatẽ.Nihil eſt
quod dignũ tãtis meritis aut polliceri:aut deferre ualeam.Habebit me certe tua.R.dominatio aius
ipſum·fortunas:ac q̃uis tenues facultates tuis ſemp in promptu iuſſibus:uitã ipſam·& ſanguinẽ tuę
ſemp uoluntati deuotũ.Nã quod ĩ me eſt·tuæ reuerẽdiſſimę dominationi fideꝫ·obſeruantiã·atq; de
uotionẽ·induſtriamq; polliceor:& meæ omne tẽpus a tatis. Dixi.

¶Aug.Dathi Oratio.XXX.Reſponſiua nomine Cardinalis.

AVditimus tuam luculentam atq; ornatiſſimam orationem.Ea ad modum oblectati ſu
mus.Qui aũt fidem tuam & charitatem cognouimus·nõ dubitamus de iis honoribus
quos nobis Deus non pro ullis meritis:ſed pro ſua prouidentia dare dignatus eſt:ma/
gnam ſuſcipere uoluptatem:& oblationes fieri ab optimo animo:eas nos libenter acci
pimus:& tibi agimus gratiam:uiciſſim promptu ſemper ad tuam utilitatem:& ad com/
modum paratiſſimi. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.XXXI.Ad ſalutandũ reuerendiſſimũ Cardinalem.

NOſtra ciuitas Romanã ſẽp eccleſiã ſanctiſſime colit·Reuerẽdiſſime in Xp̃o pater & dñe
apoſtolicã ſedẽ p̃cipue ueneraţ:& cętũ ſacrũ ſanctoꝝ patrũ·& ueſtrũ Auguſtũ collegiũ
ſũma deuotione ꝓſeqt.Tuã cũ primis.R.dominationẽ ob inſitũ pectoribus ſanctũ Ca
liſti nomẽ:& qđ tua benignitas hãc patriaꝫ ſũmo ſemp amore dilexit.Quare habemus
Senẽſes oẽs ĩ ſũmo honore tuã.R.dominationẽ:& huius patrię magnũ pręſidiũ:ac dul
ce decus.Cuius ſingulari pſpecta charitate·& gratia me illi defero:deuoueo:& clientem obſequẽtiſſi/
mũ dedo:et ut me ita digneţ ſuſcipe una cũ charo genitore ſuppliciter:& ſũmis obſecro uiribus:&
utrunq; tuę.R.dominationi maxima diligentia ac deuotione cõmendo.

¶Aug.Dathi Oratio.XXXII.Qum ĩ feſto glorioſiſſimæ Aſſumptionis beatiſſimę Virginis Ma
riæ:quẽ diem celebrem ſemp·atq; honoratũ habet Senenſiꝫ ciuitas:& ſolemnẽ peragit ſingu
lis ãnis:ſũmus Magiſtratus patrio de more ſacrũ·uiſit Antiſtitẽ:ac Senẽſem Epiſcopũ:a quo
lęta cohors ex ueteri cõſuetudine nullo unq̃ ĩtermiſſa tẽpore:ac diligenter ſeruata firmiterq; re
tenta opiparis·atq; ambroſiis bellariis·laute·ſplendideq; reficiţ:& ueluti quodã æthereo affa
tim laxaţ nectare:deinde ſalutatione peracta·& nemine amplius ſitiente·eximii apparatus·ue
nerando Præſuli gratiæ peraguntur his uerbis.

VNa huius ciuitatis & patriæ laus ẽ:quę cæteras oẽs antecellit:& pręſtat.Nã ex quo con/
dita ẽ:multos ꝓtulit pręſtãtes uirtute.& celebres doctrina & gloria uiros.Sꝫ nouiſſime
noſtro æuo Pium.II.Pontificẽ Maximũ:cuius explicare uirtutẽ·certe non poſſit lingua
mortalis·Quando ingenio:ꝓbitate·doctrina·ſapientia·reꝝ oĩum cognitione ita excel/
luit:ut ante Pontificatũ apoſtolicæ ſedis dignitatẽ illuſtrauerit:& ĩ ipſo Apoſtolatus cul
mine plurimoꝝ prędeceſſoꝝ facile uel æquauerit:uel ſuperauerit gloriã.Is cum plurimũ patria illuſtra
tus eẽt:& ab ea magnis affectus honoribus·illam ipſe laudibus ampliſſimis illuſtrauit:imprimis tuã
R.dominationẽ Pręſulẽ dedit:& ĩ ſacrũ ſanctoꝝ patrũ optauit collegiũ:ut qui a primis ætatis tẽpo/
ribus ĩ ſacris·ac Pontificiis litteris·& optimis quibuſq; diſciplinis adipiſcendis uerſatus eſſes·& eccle/
ſię ſanctę Dei·& patrię:q̃ te genuit·utilitateꝫ ſimul afferes·ac decus:in magna dignitate atq; ampliſ/
ſimo cõſtitutus honore·ſapientiã & ęquitateꝫ·animi magnitudinẽ·moderationẽ:q̃bus laudib9 abun
de pręſtas·grauioribus ĩ rebus exercendo illuſtriora pręſtare.Conſulit glorioſiſſima Dei mater huic
patriæ:quæ in eius tutela ſita eſt·& ſm Pii ſanctã recordationẽ patrẽ dedit:& firmũ patriæ columen
ac dulce decus:te ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalẽ:q ea huic ciuitati beneficia præſtes:quæ fœli/
cis recordationis Pius.II.auunculus tuus morte præuentus non ſatis cumulate explere potuerit.Eia
igiţ Reuerẽdiſſime dñe·in tanto Romanæ eccleſię collocatę faſtigio·perge (ut facis) patriaꝫ dulciſſi
mã ſtudio omni·ac pietate complecti:cunctis officiis atq; honoribus ꝓſequi.Et quod optimi ciuis
& maximi dñi officiũ eſt:patriam iuuare:conſeruare:augere.Quæ in tuã dominationẽ reuerendiſſi
mã potiſſimũ reſpicit:& genuiſſe tã fulgidũ lumẽ plurimũ gloriaţ.Poſtremo hi magnifici atq; excel
ſi Magiſtratus:qui ſe hodie a tua.R.dominatione ĩ hoc magno ſolẽni·benigne·hilariter·laute·ſplen
dide refectos intelligunt:agunt maximas atq; ampliſſimas gratias:& ſimul ciuitatẽ uniuerſam & ſe
ipſos·& conciues oẽs·& cunctũ Senẽſem pplm ac libertatẽ eius uehemẽter cõmẽdant tuæ.R.domi
nationi q̃q̃ optima diſpoſitione pſpecta intelligunt minime longa cõmendatione opus eſſe.Es igiţ
fœlix:& tuã reuerendiſſimã dominationẽ Deus ad ſummos quoſq; honores digneţ attollere. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.XXXIII.Ad Cardinalem ſalutandum.

AVe magne pater Eccleſiæ ſanctæ columen: firmum præſidium: & dulce decus patriæ. Adſis illi ſemper propitius: ſisq̃ fœlix nobis famulis tuis: & tuæ pietati ſumme confi/dentibus. Dignitatem tuam extollat: quæſumus in ſacro fidelium cœtu pium ac cœle/ſte numen. Dixi.

❡Aug. Dathi Oro. XXXIIII. Habita corã Reuerendiſſimo Cardinale Senenſi/ & Magnificis Dominis.

SOlidum putãt/reuerẽdiſſime dñe/ & impletũ gaudiũ illuſtres atq̃ excelſi dñi/ & hęc ciui tas uniuerſa/perfectã huius ſacri ac ſolẽnis diei feſtiuitatẽ: cũ ad cęterarũ rerũ lętitias accẽ dit ĩprimis tuę reuerẽdiſſimę dominationis peroptatus cõſpectus: & nobis oĩbus multo iucundiſſimus. Maximas agimus ſũmo Deo grates: qđ in hac pclara ſolẽnitate cõſpici mus intra dulciſſimæ patrię mœnia fulgidũ id/ ac ſplendidũ decus: qđ ſm ſanctę recor dationis Pium Pontificẽ: nõ modo eccleſiam Dei: ſꝫ hãc quoq̃ patriã uehemẽter exornat. Nobis igit̃ merito gaudemus: q tantæ ſumus lætitiæ facti cõpotes. Patriæ gratulamur: quę illũ capere/ ac tenere mereat̃ incolumen: ac pręſentẽ intueri: quẽ idcirco genuit: ut eſſet: q chriſtianã religionẽ/ & Romanã ſubſtineret eccleſiaꝫ: q ſequẽs Chriſti Vicariũ/ fideliũ populorũ ſaluti pſpiceret: q patriã ĩprimis cõ ſeruare/ adiuuare/ amplificare quouis tẽpore ſit paratus. Pro cuius ſalute uigilantiſſime laborare oĩuꝫ mortaliũ operũ pclariſſimũ eſt. Qđ cũ ſponte ſua tã ſedulo/ tã pie faciat T. R. dominatio: ſingulari laude potius q̃ ulla cohortatione opus ẽ. Te igit̃ paſtorẽ aiarũ: conſeruatorẽ patis: ppugnatorẽ liber tatis: ac deniq̃ patrẽ patriæ: ut fęliciſſimũ tueat̃/ deprecamur eũ: q de cœlo pſpicit: & cuncta hũana ſalubri et moderat̃: & regit. Qui de Seneſi patria naſci uoluit: q eius augeat ſtudio omni dignitatẽ & gloriam. Poſtremo quod animorũ iucunditati adiecerit. T. R. dominatio & hilarẽ hanc refectionem qui poteſt omnia: pręmia digna rependat. Dixi.

❡Aug. Dathi Oratio. XXXV. Pro eo q cognatũ aliquẽ/ agnatũ ſiue affinẽ nup factũ Epiſcopũ ſalutare deſiderat: & ſibi plurimũ gratulari.

SVmma ẽ aiorũ noſtrorũ lætitia reuerende ĩ Chriſto pater & dñe/ & cognationis noſtræ præclarũ decus: cũ optati tuã dominationẽ pſentẽ intuemur: q̃ uere genitorẽ meũ dul ciſſimũ/ meq̃ cũ illo una hodie magna lætitia & incredibili afficit gaudio. Quãdo deſide rii noſtri cõpotes nos factos itelligimus: & uotũ noſtrũ ſimul & officiũ expletũ. Cũ nihil cuperemus ardẽtius q̃ tuæ dominationis cõſpectu iucundiſſimo pfrui: Et qđ filios amãtiſſimos atq̃ obſeruãtiſſimos decet/ cõgruaꝫ reuerẽtiã exhibere. Agimus ĩprimis largitori bonorũ oĩuꝫ Deo: quaſ põt nſa fragilitas pingentes gratias: unde id nobis datũ eſt: qđ maximã & cumulatiſſimã nobis at/tulit uoluptatẽ. Eius nos ineffabilẽ bonitatẽ atq̃ clemẽtiã depcamur: ut noſtrę cognationi tã ſplendi dũ lumẽ lungo ęuo tueat̃: & illius cũ exaltatione noſtri generis fortunet: atq̃ amplificet gloriã. Qđ aũt tã hilare/ tã benigne/ tã exuberanti paterna charitate nos exceperit. T. R. dominatio: facit qdem pro ſua antiqua optima cõſuetudine: q̃ ſuos oẽs flagranti dilectione cõplectit̃. Qua de re ſicut habe mus q̃ maximas gratias/ ita p magnitudine benignitatis tuæ. & p ĩbecillitate noſtrarũ uiriũ nec refer re debitas poſſumus: nec dignas agere. Sed qđ in nobis ẽ: abũde ſuppetet fides noſtra: incredibilis reuerẽtia/ atq̃ deuotio. Dignare tuã nobis benedictionẽ impendere: qua etiã muniti/ tãto facilius cæ leſte donũ: ad quod iter intendimus: adipiſci ualeamus. Dixi.

❡Aug. Dathi Oro. XXXVI. Viceſſiius q miſſus a Generali alicuius ordinis/ & uitã/ ac mores ri matus Miniſtri cuiuſpiã puincialis ĩ ſacra mox patrũ ſuę religionis Synodo/ bene ipſius actę ui tę/ & rite ab eo peracti muneris perhibet teſtimoniũ.

LOci huius dignitas/ & ueſtrarũ paternitatũ amplitudo/ reuerẽdi atq̃ optimi ĩ Chriſto pa tres/ pculdubio poſtulant pro uetere cõſuetudine huius ſacratiſſimę ſynodi: ut teſtimo niũ phibeam ueritati: & de Tuſcię puinciali Miniſtro ea ĩ mediũ pferã. Quæ uere de il lo cõperta ſunt. Nã cũ ad tãti muneris adminiſtrationẽ opepretiũ ſit præficere patrẽ do ctrina/ prudẽtia/ morũ grauitate/ & præcipua gubernandi induſtria/ & ſingulari quadã regẽdi peritia probatiſſimũ diuinitus factũ arbitrant̃: ut ęterni Principis puidẽtia eum Miniſtrũ prouincię Tuſcię dederit: q uerbo pariter & exemplo ad ſancta religionis opa/ ad diuini cultus honorẽ/ ad imitationeꝫ uirtutis ac pbitatis/ ad deuotionis feruorẽ/ cõmiſſam ſibi congregationẽ inflãmaret. Quem ob do/ctrinæ & ſacratiſſimæ ſapientiæ laudẽ/ oẽs Italiæ ppl'i admirant̃: & tũ magno dilectionis affectu tum etiã ſingulari pſequnt̃ honore. Quippe lucet lux bonorũ operũ eius: & doctrinæ ſplẽdeſcit fulgor: ut audientes & intuentes uitã eius & diſciplinã/ glorificent Deũ uiuũ/ & patrẽ omnipotentẽ: q in cęlis ẽ. Illũ pp ſcientię claritatẽ/ atq̃ integritatẽ uitæ/ perſpicuũ eſt oĩbus/ plurimũ apud Romanũ Pontificeꝫ gratia & opinione ualere. Et ſũmi ipſius Pontificis petitione/ & ſuaſu adminiſtratus curã totius puin cialis capituli conſenſu fuiſſe delectũ. Quod nõ ſine magna huius ſacratiſſimæ religiõis cõtigit gloria utq in ea doctrina & probati ſunt apoſtolici & Romani Pontificis approbatione cõmendent̃. Poſtre mo puincię Tuſciæ Magiſtratus & rectores oẽs: q in hac N. ſanctiſſimi patris noſtri regula Deo fa/mulant̃: & paternitatibus ueſtris reuerendis/ & ſanctis orationibus ſuppliciter cõmendo/ ueniam pe tens: ſi fuerim fortaſſe prolixior.

¶ Aug. Dathi In creatione noui Rectoris Scaligerę. atq; hoſpitę domus glorioſiſſimæ dicatę Virgini in urbe Senenſi: Oratio. XXXVII. Pro iis qui ſacro ipſaꝝ piarũ ędium miniſterio ſunt deuoti, & glorioſo toti obſequio conſecrati.

QVi paulo ante triſtes mœrebamus Mag. atq; excelſi patres: & męſti, atq; ſũma affecti moleſtia angebamur: orbati magno pſidio & dulci refugio bñdictæ memorię amantiſſimi patris & optimi gubernatoris: q nup de hoc ſęculo trãſiit. Nũc tãdẽ plurimũ reſpiramus: & ueterẽ triſticiã in iucunditatẽ & ſummũ gaudiũ cõuertimus. Quoniã altiſſimus de cœlo dñs p glorioſam interceſſionẽ ſuæ ſanctiſſimæ matris ſalubriter pſpicere dignatus eſt: & de Rectore puidit ſm tanti miniſterii magnitudinẽ: & uere ſm cor noſtrũ: q uitam & aĩos, & oẽm conditionis noſtræ tenuitatẽ huius ſacratiſſimæ domus obſeqo cõſecrauimus. Sũma ĩ prouidẽdis rebus prudẽtia, ad bñ regẽdũ: ſingularis integritas ĩ pertractandis: diligens in adminiſtrandis fides: accurata ĩ cõficiendis ſedulitas neceſſaria ẽ. Hæc cũ ĩ nouo delecto patre & creato rectore pſpicua, atq; explorata ſint: de cuius uirtute, ſapiẽtia, pbitate: ĩduſtria & omni neceſſaria laude nemo ſit: q nõ abũde confidat, firmiſſimã ſpem cõcepimus hãc ſanctã & piiſſimã glorioſiſſimę Virginis domũ, ita gubernatum iri: ut & diuino cultui, & gloriæ ſanctiſſimę Virginis, & honori huius florentiſſimæ patrię, & paupeꝝ Xp̃i refugio, & ipſius Rectoris dignitati & nomini facillime conſulat. Q đ humiliter oramus impleri a ſũmi Creatoris bonitate p ineffabilia merita eiuſdẽ ſacratiſſimę Virginis: quę & huius Regina ẽ dulciſſimę patriæ & huius piiſſimę dña domus: q̃ tuę amplitudini cõmẽdare minime neceſſariũ eẽ putamus. Confidimus tuã amplitudinẽ, & domũ uniuerſam, & nos Virginis ſacræ alũnos benigniſſime ſuſcepturã. Ille tuũ iter in cunctis rebus pſperũ faciat: a quo omne datũ optimũ: omne donũ perfectũ: & quæ uel in cęlis habent: uel optant in terris bona cuncta procedunt. Dixi.

¶ Aug. Dathi pro Oratore ſũmi Pontificis, ad Regem Oratio. XXXVIII. Quam habere debet Legatus ipſe ad eos: qui ſibi obuiam prodeunt: a Rege miſſi.

SEreniſſimi Regis benignitas, paruitatis meæ ſupergredit limites patres ornatiſſimi, ac pręſtantiſſimi uiri: q tãto me hodie honore dignatus ẽ: & q hunc cœtũ hoĩum pręclariſſimoꝝ miſit ad me ſuę Maieſtatis humilẽ ſeruitorẽ. Sed accipio oĩa ob ſummi Pontificis reuerentiam a Regię Maieſtatis benignitate: cui maximas & ĩmortales habeo gratias: & de munificentiſſimis honoribus, quaſcunq; ualeo laudes, affero. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XXXIX. Pro Legato Pontificis aſſociato agẽte gratias comitantibus.

NOn erat mea ĩbecillitas uiri excellẽtes, tãtis honoribus digna: quos mihi tã incũde, tãq; hilariter, & Regis ſacra Maieſtas, & hũanitas uſa benigne contulit. Ago quas põt mea facultas, ingẽtes gratias: & nõ mihi prorſus indigno: ſʒ apoſtolicæ hæc oĩa tribuo dignitati: dicẽte Saluatore: Qui uos recipit, me recipit: & q me recipit, recipit eũ q miſit me. Ille ipſe p me dignet, debita rependere pręmia. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XL. Ad idem.

MAior ẽ hęc tãti honoris liberalitas, q̃ mea hũilitas ſuſcipe debeat. Nõ ad me: q inops & paup ſum meritoꝝ oĩum: ſed ad eum qui miſit ſanctiſſimũ dominũ noſtrũ refero decus. Pro ſumma humanitate & collatis honoribus gratiam habeo: & ei referam copioſe: qui habet retribuendi poteſtatem. Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio. XLI. Ac pręfatio quędã p Oratore ſũmi Pontificis ad Regẽ: a quo ipſe Pontifex Maximus auxilium poſtulat cõtra Teucrum.

NEmo eſt ex omni fideliũ numero: quẽ lateat apoſtolicę ſedis collata ab omnipotẽte Deo ſũma poteſtas. Nã conſtituit illũ Deus ĩ terris uniuerſoꝝ dñs: ſacri Pontificii, ſũmi ſacerdotii certiſſimũ cuſtodẽ: paſtorẽ ouium: & dominici gregis uigilãtiſſimũ Pręſulẽ. Cuius in manu eſt poteſtas & Imperiũ: q ad regendã Petri nauiculã in hoc ſalo fluctuantis pelagi, eccleſiæ pręfectus ẽ: cui traditę ſunt claues regni cęloꝝ: & data facultas aĩas ligandi, atq; ſoluẽdi: cui mortales oẽs & fideles Xp̃i nationes parere debẽt. In qua ſede ſacratiſſima diuina puidẽtia Pius Papa. II. collatus, ſpem magnã in tua Maieſtate repoſuit, ad tuendũ ſemp Xp̃i nomẽ: & ad Crucẽ defendendã: p quã ab antiqui hoſtis captiuitate redemit Saluator Xp̃s unigenitus dei filius humanũ genus, ad conſeruãdã ſanctæ matris eccleſiæ dignitatẽ, ac gloriã: pp eas pręcipuas atq; ampliſſimas laudes: qbus tua Maieſtas decorata ẽ: in qua ſummã prudentiã, bonitatẽ, uirtutẽ, fidẽ, diuinæ religionis amorẽ feruentiſſimũ eſſe conſtat, imitando tuę Maieſtatis glorioſos pgenitores, ac maiores Sereniſſimos: q ad chriſtianã augendã & catholicã religionẽ etiã parati erant ſemp ſanguinẽ fundere: & uitam oĩbus præſentare ac deuouere periculis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XLII. Vice eius: q a ſummo Pontifice Orator mittitur ad Cæſarem Imperatorem.

SAnctiſſimus Dominus noſter ac beatiſſimus Romanus pontifex Pius diuina diſpenſante clementia Papa. II. Auguſtiſſime Cæſar, atq; inuictiſſime Princeps, per me nuncium ſuæ beatitudinis, quantus ĩmeritum, tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati Salutẽ dicit, atq; apoſtolicam benedictionem. Nam eius Sanctitas tuam Serenitatem magno quodam

amore & ardenti Charitate complectitur. Tum ob ueterem mutuamq; beniuolentiam ac ſummæ dilectionis affectum: cum quia intelligit: & experimentis cognouit. T. S. Maieſtatem optime affectam: & excelſo atq; inuicto animo paratiſſimam ad fauorē conſeruationeſ augumenti firmitatem & gloriam ſanctæ matris Eccleſiæ: & ad tutelam ac ualidiſſimā Chriſtianæ religionis & catholicæ fidei protectionē: ad fideliū ſalutē ac tranquillitatem: & ad Barbaræ perfidię excidium ac fœdiſſimæ gentis frenationē: ſicut decet Chriſtianiſſimū Principē & inuictiſſimū totius orbis dominatorē: quē conſtituit dominus in terris una cū Romani Pontificis ſanctitate ſuper familiam ſuā: & ſup dominici gregis uigilem cuſtodiam. Hæc. n. ſunt duo luminaria magna: quæ in eccleſia ſancta Dei inceſſabili luce refulgent. Igiť optime Cæſar cū ita libuerit tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati ſupplex illaſ deprecor: ut conſtituere tempeſtiuaſ horam dignetur: in qua aliqua præfati ſummi Pontificis nomine ſecreto ac remotis arbitris cū tua Serenitate conferre & colloqui poſſim.

ℭ Auguſtini Dathi Oratio. XLIII. Vice eius: qui a Pontifice Maximo ad Regem quempiam Orator mittitur.

REx indyte ac Sereniſſime princeps mittit me ſummi Pontificis ſanctitas Pii ſanctiſſimi Domini noſtri diuina diſpenſatione Papæ. II. ad tuam maieſtatē: atq; illi p me ſuæ beatitudinis nuncium dicit ſalutē & apoſtolicā benedictionem. Non poſſit lingua mortalis ne dum mea imbecillitas Rex sereniſſime explicare maximā dilectionē p̄cipuam charitatem amorem feruentiſſimū erga Maieſtatē tuā Summi Pontificis: quē Eccleſiæ Principem: paſtorem Chriſtiani ouilis: uerum Ieſu Chriſti Vicarium in terris eſſe conſtat. Cuius beatitudo nouit iampridē tuæ Serenitatis innumeras atq; ampliſſimas laudes & deuotiſſimuſ ac promptiſſimum animum ad ea ſemper gerenda: quæ prodeſſe poſſint: & ſalutaria eſſe Sanctæ Romanæ eccleſiæ: Chriſtianæ atq; orthodoxę fidei: & illis accepta: qui Apoſtolicæ ſedi pręfecti ſunt. Ac ſuæ ſanctitati perſuaſum eſt nihil tuam Maieſtatem cupere uehementius: nihil optare ardentius q̄ tueri Chriſti nomen & catholicam fidē. Qua fiducia ſuæ ſanctitatis uerbis expoſiturus ſum: quæ eius iniunxit beatitudo: quod faciam: cū mihi tua Maieſtas congruum & accōmodatū tēpus conſtituerit: in quo mentem exponā ſanctitatis eius: & horam dari mihi ſupplico tuæ maieſtati. Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi Oratio. XLIIII. Ad idem.

VIri eloquētis & diſerti Oratoris uoce opus erat Rex ſereniſſime ad ea explicāda tuę Maieſtati: quę ſanctiſſimi Pontificis iniunxit beatitudo: & apoſtolica pietas ibecillitati meę demandauit. Sed ante oia difficillimum ſit congrua orōne complecti q̄ præcipuo & ingenti charitatis affectu præfata ſanctitas tuā Maieſtatē proſequať: Laudet præclarā tuæ Serenitatis uirtutem atq; gloriam: magnifaciat ſanctę conuerſationis propoſitū & chriſtianæ religionis deuotionē: & præſtantiaſ atq; amplitudinē præclariſſimoꝝ operū. Itaq; ſupplex oro tuam Serenitatē: ut accōmodatum mihi conſtituere & idoneū tpūs uelit: ut apud tuā Maieſtatē Pontificis iuſſa exequar remotis arbitris. Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi Oratio. XLV. Ad ſalutandum Sacratiſſimum atq; inuictiſſimū Imperatorem Romā petentem Fridericū. III. Cæſarem ſemp Auguſtum.

LAudant uiri ſapientes: & cęteris rebus oibus anteponūt Chriſtianiſſime Princeps ac ſacratiſſime Cæſar tria uel maxime quæ humanū genus imprimis tueť: ac uehementer exornant: Iuſtitiam: libertatē: & oium bonoꝝ florentiſſimū tranquillitateſ pacis. Cum nihil ſit Iuſtitia i terris præſtabilius: nihil libertate charius: nihil pace & tranquillitate iucundius. Magno igiť exultamus gaudio: & ingēti afficimur aioꝝ lætitia: quādo diuina diſpenſante largitate datū eſt: ut præſentē intueamur tuā ſacratiſſimā Maieſtatem: ideſt uerū ac potentiſſimū orbis dominatorē catholicæ propugnatorē fidei: Regem Regū oium fidelium populoꝝ præſidiū: Chriſtianæ reip. ſtabile firmamentū ac ſingulare profugiū. Quo impante Iuſtitia dominatur: uiget libertas: pax tutiſſima: & ubiq; gentium ſūma floreſcit tranquillitas: cuius iucundiſſimo ac sereniſſimo lætamur conſpectu: cuius ſublimitatem & gloriaſ hæc patria ſacri alumna Imperii: & Senenſis ciuitas una præ cæteris omnibus maxime ueneratur: & colit: & ſacratiſſimam Cæſaris Maieſtatem ſummis ſemper extollit honoribus. Totius igitur moderator ac dominator orbis Rex Regum in æternū uiue: ut cum catholicæ fidei firmitate & chriſtianæ religionis gloria optatæ uictoriæ palmam conſequaris: ſisq; ille magnus Cæſar Imperium Occeano: famam qui termines aſtris. Quo regnante Iuſtitia indies augeſcat magis: & abundantia pacis: & aurei ſæculi tranquillitas reuiteſcat. Vt edictum tandem exeat a Cæſare Auguſto: ac ſacri auctoritate imperii deſcribatur uniuerſus orbis: deniq; glorioſi principes terræ Petrus & Paulus: quorum limina tam pie reuiſit tua ſacra Maieſtas: & ſuis & ſummi Pontificis aſpirent uotis: ut ſicut duo eſtis clariſſima mundi lumina & catholicæ fidei propugnacula: ita ueſtras adiuuent uires: ut ueſtra quoq; gloria in toto terrarum orbe refulgeat: & hoſtilis inſania ueſtra potenti dextera conteratur. Dixi

ℭ Auguſtini Dathi Oratio. XLVI. Ad gratiam agendam Cæſari pro accepto munere.

AB uniuerſorum Dño ſtrenuiſſime Impator & glorioſiſſime Cęſar: tã magno ornamẽto ac munere decoratus: cum ſim ſeruus indignus: nihil eſt: quod ualeam rependere: niſi ſidem: obedientiam ac deuotiſſimam ſeruitutẽ. Sed ille rependat quęſo: qui tuam ſemper glorificet ſacratiſſimam Maieſtatem. Dixi.

ℂAuguſtini Dathi Oratio. XLVII. Pro Rep. ad Regem in huius aduentu.

REx sereniſſime ac glorioſiſſime Princeps corã tam præclaro & ſplendido cõſpectu oportebat loqui hoiem eloquentia & auctoritate maiore præditũ: ſed parere debeo Magnificis & excelſis collegis & honorandis patribus. Rex ſereniſſime tota hæc ciuitas & uniuerſus populus plurimũ lætatᷣ: atq; exultat aduentu: atq; glorioſiſſima pręſentia tuę Maieſtatis: cuius ſumus deuotiſſimi filii: & cui pp ampliſſima merita mira reuerẽtia ac deuotione afficimur. Summã lętitiam capimus: quod tuã Maieſtatẽ intuemur præſentẽ: tanq̃ optimũ patrem & ſingularẽ benefactorẽ huius ciuitatis: & inter nationes fideles Chriſtianiſſimũ Principẽ. Quapp debita reuerentiam tuæ Maieſtati exhibemus: ciuitatem cũ libertate ac ſtatu eius deuotiſſime cõmẽdamus Remp. & oẽs eius facultates offerimus cũ optimo cordis affectu: & cũ deuotiſſimis animis tuæ Serenitati. Nos paratos pollicemur oĩbus ĩ rebus tuę Maieſtatis obtemperare obſequiis. Quam optimã uoluntatẽ & ſinceram aĩoꝝ diſpoſitionẽ & præcipuam ac deuotiſſimã huius ciuitatis fidẽ diffuſius & ornatius explicare poterũt hi patres mei Magnifici: quoꝝ facũdia maior: & prudentia multo præclarior eſt. Nos iterũ cõmendamus nos & ciuitatẽ uniuerſam tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati: quã glorioſiſſimam tueatᷣ benignus totius mundi Rector. Dixi.

ℂAuguſtini Dathi Oratio. XLVIII. Ad idem in aduentu Reginæ.

GLorioſa ac Sereniſſima Regina: hæc ciuitas & eius populus plurimum lætatur: & exultat tuæ maieſtatis aduentu. Propter maximam fidem & deuotionem erga Serenitatem tuam: cui ciuitatem hanc deuotiſſime cõmendamus: & offerimus paratiſſimam cũ omnibus facultatibus ſuis tuæ Maieſtati. Dixi.

ℂAuguſtini Dathi Oratio. XLVIIII. Habita ab ipſo apud Federicũ Montis Feretreum Principem paucis poſt diebus q̃ Principatum ingreſſus eſt.

PHilippus Macedo: qui Reges ferme omnis mira quadaꝫ uirtute ac ſapientia ſuperauit: quod tu minime ignoras Magnifice Princeps: Alexandrũ filiuꝫ plurimũ lætatus ẽ: Ariſtotelis natũ fuiſſe tẽporibus: ut pręclari Philoſophi & uiri ſapientis optimis artibus inſtitutus: præclare quoq; ac ſapienter Regnũ poſtea adminiſtraret: cuius hæres futurus erat. Nouerat nanq; uir ſapiens: Rex inclytus amantiſſimus pater: illuſtriſſimus Princeps: Regni ac principatus ipſius firmitatem: eruditoꝝ hoĩum doctrina ac ſapientũ uiroꝝ pręceptis ſtabiliri. Quaꝝ reꝝ q̃ fuerit ſtudioſus Alexander: geſta eius nõ obſcure declarant. Nam tutiſſimo eo ac munitiſſimo ſeptus pręſidio: uel ad extremos uſq; terraꝝ fines uictor ꝑduxit Imperiũ. Ptolomęus Aegyptioꝝ Rex: q & Philadelphus appellatus fuit: etiã alienigenas: a quibus erudiretᷣ: magno ſtudio atq; induſtria conquiſiuit: accerſiuitq; ex tribubus Iudęoꝝ duos & ſeptuaginta ſeniores: unde potiſſimũ unius Dei cultũ: & Regni adminiſtrationẽ inſtitueretᷣ. Scipio quoq; ille apud Romanos clariſſimus: nõ tam Rex: ſummus ac fortiſſimus Impator: & cũ primis Regno dignus: ita oio ſapie: ita prorſus ſcire alebat: ut Panetius phũm ſecũ etiã in caſtra duceret: neq; unq̃ a ſuo latere diſcedere pateretᷣ. Iam uero Cæſar Aug. a quo edictum exiit uniuerſi orbis deſcribendi Athenodoro claro ĩprimis Philoſopho & familiari & magiſtro uſus ẽ. Itaq; ſapientiuꝫ conſiliis atq; inſtitutis fretus: ſũma potitus eſt reꝝ oĩum. Res aũt & gerens ſapienter: & iuſte gubernans: meruit optimo iure: ut is eſſet: q latiſſimũ propagaret Imperiũ. Nã & in Deũ pietatẽ: & ius in hoĩes: q̃ duo tenere Regẽ ac Principẽ decet. Philoſophi & eruditi edocẽt uiri. Ciuitatẽ uero uel liberare afflictam: uel fœlicem tueri: deniq; ex parua magnã facere: unde quæſo: niſi a Philoſophis diſcẽdũ eſt? Quattuor aũt illa: ſcientiam rei militaris: uirtutem: fortunam: auctoritatem. Quæ in Imperatore: eoq; qui exercitum ducit: eſſe neceſſe eſt: uiri ſapientes: atq; eruditi declarant: qui ex uberibus fontibus ſapientiæ uiuendi præcepta haurientes: optimum conſtituunt et Imperatorem & Principem. Quorſum uero hæc Princeps illuſtris? Vt qui magnitudine animi: facillimis moribus: optimo ingenio: ſolerti induſtria: cæteros huius ętatis principes uel æquas: uel antecellis rerum geſtarum gloriam: cumules litterarum ſplendore & doctrinæ laudibus. Ampliorem eniꝫ dignitatis præſtantiam: ardentius quoq; decet uirtutis ac ſapientiæ ſtudiũ. Qui igitᷣ hactenus optimas quaſq; artes ſectatus es: in tã magno dignitatis gradu: excelſo ꝑ culmine Principatus: uerũ cognitionem Princeps Magnanime cupidius amplexare: in doctrinæ ac litteraꝝ ſtudia: quũ tã uel maximaꝝ rerum finit occupatio: uel Principis dignitas patiatᷣ: ſtudioſe id quod facis: incumbe. Sed quid multis agaꝫ? Satis ſupq; (ut arbitror) ſponte tua incitatus es. Remi

niſcere Propheticam uocem: Diuinũ oraculũ noli obliuiſci: q iam princeps delectus es: q maximis negociis pfectus: intellige erudire: q & ipſe iudicas terrã: nũc diligẽtius diſciplinã apprahende: ne a recta iuſtitiæ: atq; ęquitatis uia deflectas. Quod ſi (ut ait ſapiens Bias) Magiſtratus uirũ idicat: multo magis tãta rerũ ãministratio/hoĩs dignitatẽ: atq; amplitudinẽ illuſtrat. Sʒ uere dicat Silius Italicus.
Magnæ molis opus/multoq; labore parandum.
At quo difficilius hoc/eo laudabilius/ac præclarius. Iuſtitiã: moderationẽ/ſapientiã ama præ cęteris rebus. Hæc cogita/hæc meditare/hæc cõplectere. In his colendis tua oĩs dies/noctesq; uerſet induſtria Nam & in his exercendis ſita eſt principis dignitas: ſicut in negligendis turpitudo. Verũ ſusar ciũ reprenoem: quod dici ſolet. Hæc tibi oĩa exploratiſſima ſunt: quoq; ſi exercitationẽ quoq; adhibueris: q̃d ſpãt q tuũ igeniũ liqdo nouerũt: eoꝝ quos pauloãte memorauimus: ãplitudinẽ cõſequeris: & gloriã. Si eadẽ illuſtris princeps: q̃ obire ab initio ætatis ſemp cõſueuiſti tenere/ac ſeruare prexeris licebit nobis de te dicere: q̃d de Aenea Rege Vates diuinus cecinit: licebit inq̃ nobis dicere. Prĩceps eſt Federigus nobis: quo iuſtior alter nec pietate fuit: nec bello maior/& armis. Poſtremo in iſto tuo principatu/quẽ diuino iuſſu ut arbitror/Vrbinatũ ciuiũ cõſenſu ut uideo/bonoꝝ oĩum ſtudio ut certo ſcio nuperrime adeptus es: tibi illuſtris ac Magnanime Prĩceps: & ualde: & ſerio gratulor. Deprecor ãt ĩmortalẽ Deũ: ut principatus tui amplitudinẽ/& gloriam fortunet in dies. Te uero obſecro: ut Senã clariſſimã: atq; opulentiſſimã urbẽ: quę mihi dulcis patria ẽ: ſociã cõplectaris/atq; amicã. Hanc maiores tui cũ ſumma beniuolentia ſingulari fide: maximis honoribus pſequunt: difficile dictu: q̃ tuto: q̃q; tranqllo uſi ſunt principatu. Hanc tu quoq; tibi aſciſce ſociã: q̃d ſi feceris: & firmius: & ppetuo dominaberis. Me ſuſcipe clientem fidei pleniſſimũ paratũ quouis tempore/pro tua dignitate/ne capitis quidem uitare periculum. Dixi.

❡Sequentem orationẽ: quæ ẽ. L. habuit Nicolaus Dathus/filius dulciſſimus. iii. Idus Sextil' ad illuſtriſſimũ Principẽ Alphõſum Calabriæ ducẽ in magna Senenſis curia: & ubi haberi ſolet Senatus loco: cũ ſolẽnia tripudia/& ſaltatus agerent/adeſſentq; dñi: & oẽs reipublicæ Magiſtratus: & ciuiũ magna corona/& ſplendide ornata Senenſis pubes: & ĩprimis plurima uirginũ/& mulierũ turba magnifice/& Regali quodã apparatu/& luxu cõptæ: q̃ accerſitæ publice cõuenerant/& uiri tũ multi/tum ẽt nobiles & genere/ac dignitate illuſtres: q & ipſi ad celebre ſpectaculũ uenerant/& principẽ comitabãt Alphonſum: Res proculdubio annalibus & hiſtoria digna/& pp ludorũ pompam/ac celebritatem: & ob ſummã/atq; incredibilẽ ſpectatorum frequentiam/ſed certe dicã fidenter: multo facta preclarior pp hanc ipſam orationeʒ habitam/cũ puer uix decimũ natus annum eleganter/& cum ſumma principis gratia: & omnium laude/ſupra ætatis captum perorauerit.

NOn impudẽti auſu/magnanime Princeps/& Dux præclariſſime/ſed fidei/ac deuotionis ſtudio cõmotus/dicã pauca/ætate pene infans: ſermone aũt infantiſſimus. Eximię ferunt/atq; ſingulares principis laudes: q̃d in rege regũ diuinus oſtendit Vates. Imprĩmis oris ueritas/animi manſuetudo/operis luſtitia. Propter ueritatẽ/mãſuetudinẽ/iuſtiam floruit Alphõſi pręclara recordatio uiget Sereniſſimi Ferdinandi p̃clara maieſtas. Patrẽ imitans/tua quoq; ſplendeſcit p̃clara ſublimitas. Atq; idcirco cũ ſumma gloria/& pacis firmitate deduxit te mirabiliter dextera tua. Sed his accedit corporis forma: eloquentiæ nitor: uires preterea/atq; robur. Tu quoq; quantũ homini fas eſt: diuinã imaginẽ pręſe fert: ſpecioſus forma pręfiliis hoium: & abundans gratia in labiis tuis: accinctus gladio ſup foemur tuũ potẽtiſſime. Spetie polles Imperio digna: orationis ſuauitate/ac lepore pręſtas: animi magnitudine excellis: & uiribus: ut tantis ornatus muneribus/in ampliſſimo principatu/& in Regno patris floreas/ac ſereniſſimi genitoris reſpondeas laudibus. Eius autem conſectans ueſtigia: catholicam fidem: fideliuʒ populorum concordiam: bene inſtitutarum ciuitatum libertatem potenti dextera tueatis. Illius ubiq; regalis inſtituti memor: quod Mantuanus noſter cantauit Homerus. Parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos. Ve tuo ſereniſſimo patre Duce/te comite: ubiq; uigeat tranquillitas: iuſtitia: & abũdantia pacis. Mũdi rector quęſo ueſtri regni: & principatus amplificet gloriã. Tua uero illuſtriſſima uirtus/Senenſem patriam: cuius fides/cultus: & ſumma erga te charitas notiſſima eſt: paterno ſemper proſequatur amore: & me deditiſſimum clientem/fidei plenum benigne ſuſcipiat. Dixi.

❡Pridie Idus Auguſti/cũ uellet p̃fatus Illuſtris princeps Nicolaũ filiũ militaribus donare inſignibus nõ ſuʒ ego paſſus: tenellæ habita rõe ætatis: tandẽ illũ ſtolã candidã ſuis ipſe princeps manibus induit: & preſtito iure iurando/qualẽ ſui comites: habẽt/dignitate ornauit. Et accepta dignitate: egit Nicolaus gratias: & ſequentibus uſus eſt uerbis.

o Rnatiſſimo munere inſignitus illuſtriſſime Princeps: & perpetuam deuoueo ſeruitutem: & ĩmortales habeo tuæ illuſtriſſimæ dominationi gratias. Quam æternus mundi Rector/foelicem ſemper: & glorioſiſſimam tueatur. Dixi.

❡Auguſtini Dathi Oratio. LI. de laudibus Regis Gallorum.

NEquaq̃ dubiũ mihi erat: Rex inuictiſſime ac ſereniſſime Princeps: ut q in maieſtatis tuæ conſpectũ orationẽ foret allaturus: eũ nõ uulgari eloquentia: nõ doctrina quadam me diocri: ſed potius ſingulari dicendi facundia: diuina quadã eruditione cœteris hoibus antecelleret. Verũ id ipſum multo magis neceſſariũ eſſe ducebã: ſi qs tuæ ſacræ Maieſtatis eximiã gloriã ac ſummũ rerum oĩum ſplendorẽ explicaturus erat. Quod cũ aio & cogitatione cõplector: uultus palleſcit: balbutiens lingua trepidat: labia cõtremiſcunt. Dehortabat̃ me ab hoc celeberrimo genere dicendi: ante oĩa Maieſtatis tuæ: & ampliſſimarũ laudũ magnitudo: tum mei ingenii paruitas: & litterarũ quædã (ut ita dicã) egeſtas: timidũ me ac trepidabundũ reddebant. Quod ſi mihi etiam a ſummis: & clariſſimis oratoribus eloquentia tribuat̃: nimiũ quoq; uerendũ eſſe iudico: in tãti Regis ac principis conſpectu: eruditiſſimũ etiam uirũ orationem habere. Quocirca mea eloquentia nõ ſatis cõplecti magnas laudes poſſit: qui aut nullã aut paruam admodum in dicendi exercitatione operã ætatemq; cõſumpſerim: ſed uix Græcus Demoſthenes ac Lyſias difficulter Romani Cicero: atq; Ortenſius tã magnũ ſplendorẽ rerũ oĩuz ſua oratione cõſequi poſſint. Proinde tuã maieſtatẽ ſupplex oro: ne me inuerecũdũ eẽ arbitret̃ q rẽ tantã: tamq; arduam aggredi fuerim auſus. Dicã igitur paucis tuæ Maieſtatis confiſus clementia: & illa dicaz quæ mei erga tuam ſerenitatẽ animi teſtimoniũ argumentũq; phibeant. Sed qs primũ tui generis ãplitudinẽ ſatis referre poſſit? Altius .n. repetendũ foret: & lõgis qbuſdã ſtẽmatibus numerandũ. Atq; ut cęteros tã claræ tã illuſtris tã antiquæ proſapię uiros pſtantiſſimos ſilentio prætereã: quantus is decor putãdus eſt: ut tuę Maieſtatis regale genus regia ex domo originẽ traxerit: & qdẽ eorũ regum: q reliquos nobilitate: & claritudine pſtant hoc uere regale genus: & ſplendore nobilitatis pcælleutiſſimũ quodq; glorioſum Chriſtianæ fidei titulũ aſſecutũ meruit chriſtianiſſimũ appellari. Illuſtrat idẽ fulgentiſſimũ quoddã ſidus Ludouicus quõdã Rex Francorũ in terris qdẽ celeberrimus: & in cœlis in ſanctorũ numero glorię cęleſtis diademate coronatus. Nulla Regia in chriſtianis populis pgenies ẽ: quę non aliquo affinitatis: & cognationis uinculo: cũ tuo nobiliſſimo & oĩum antiqſſimo genere ſit cõiũcta. Sed tempus: ſed lingua me deficiat: langueſcant ingenii uires: ſi uelim ſigillatim uel progenitores tuos uel auos celeberrimos explicare. Sed tua maieſtas: & fęlix tui ſereniſſimi patris recordatio: ſatis afferunt ſplendoris: & nominis. Quid de tuæ Serenitatis pręcipuis laudibus? Nã quis ignorat: quãta ſit tuæ Maieſtatis cunctis in rebus prudentia: quãta pſpicacia: quanta deniq; ãminiſtrandi regni ſolertia. Quarũ qdẽ uirtutũ: & ſumma comes iuſtitia eſt: inaudita benignitas: ſingularis manſuetudo: præcipua munificentia: incredibilis fides: flagrantiſſimus chriſtianæ religionis affectus diuina clementia: qbus oĩbs ita penitus tua ſacra maieſtas effloreſcit: ut ad earũ eximiã gloriaz nihil oĩo addi poſſit. Quanta poſt hęc animi magnitudo: quãta excelſitas q̃ magnus q̃ elatus q̃ magnificus q̃ inuictus aius? Oĩbus cognita hęc: & explorata ſunt. Taceo moderationẽ tẽperantiam modeſtiã frugalitatẽ: & in tanta poteſtate pene rerũ oĩum incredibilẽ menſuram quandã ac modũ. Sed conſentanea hæc ſunt oĩa tui ſplendidiſſimi generis claritati. Nec tam tuam pręſtãtiã genus exornat: q̃ tuæ laudes potius generis ipſius decorãt: atq; honeſtãt amplitudinẽ. Peragraui uarias orbis regiones: luſtraui remotiſſimas oras: circuiui Italiã: & illius pręclaras urbes ui'endi ſtudio pquiſiui: nihil uſq̃ repertũ eſt: quod uel cum tui florentiſſimi Regni Imperio uel cũ tuę maieſtatis gloria cõferri: & cõparari poſſit. Sz ne qd moleſtię tuę ſerẽitati lõgior pariat oratio: nõ meis tã frętus meritis: q̃ ſetio aut nulla aut perexigua eſſe: ſz clemẽtiſſimæ Maieſtatis tuæ benignitate confiſus: me tandẽ humilẽ: ſupplicẽ ac deuotiſſimũ filiorũ: & ſeruitorẽ fidelẽ omnibus pręcibus trado: atq; cõmẽdo. Inutilẽ forſan ſeruũ: ſed ſane fidei amoris ac deuotionis pleniſſimũ: nec mihi qcq̃ fieri poterit uel gratius unq̃ uel iucundius: q̃ tuæ maieſtatis honoribus ac ſaluti pſpicere. Quippe mihi ea mens eſt: ut p tuæ maieſtatis dignitate ſeruanda: nõ mõ oẽm adhibeaz diligentiã: ſed neq; ullũ diſcrimen refugiã: nec ipſius uitę piculũ. Quare det mihi: quæſo tua maieſtas plixioris ſermonis ueniã: & mei humillimi ſerui aĩum experiatur: ſempiternã gratiã me accepiſſe rebor: ſi in tuorũ me grege aſcriptum cognouero: cuius inexplicabilis beneficii Deus altiſſimus creator mundi: princeps optimus maximus & ſemp uiuẽs cõdignã repẽdat gratiã & tuam ſemp gloriã ſeruet incolumẽ: & glorioſum nomẽ ad aſtra tollat. Dixi.

¶ Aug. Dathi Orõ. LII. quam habuit eius filius Nicolaus apud illuſtrẽ Principẽ Mantuanorum Ludouicũ Marchionẽ: in Archiepiſcopatu in conuiuio: dũ adeſſet reuerendiſſimus dñs Cardinalis Senenſis: & alii Epiſcopi: & Pręlati: & magna circũſtantiũ corona. v. kl'. Octobris.

COluit ſemp Senenſis ciuitas illuſtriſſime priceps: eos oẽs: q inter Italię potentatus uirtute floreſcunt: & gloria. Vna Gonzaga domus uiros ſplendidos tulit ſemp: & ſumma rerum oĩuz laude praeſtantes: cũ uniuerſa chriſtiana repu. maxime concors: & cum fidelibus populis præcipuo amore: & beniuolentia copulata. Sed tecũ ĩprimis glorioſe princeps cõiunctiſſime uiuit hęc patria: iuſtitiæ: tranquilitatis: quietis una oĩum appetentiſſima. Quod ſi morũ ſtudiorũq; ſimilitudo ueram amicitiam nectit: merito tuam excellẽtiſſimam dignitatem cõplectitur: qppe qui ſis pietatis: religionis: uirtutis cultor diligens. iuſti: & recti ſeruantiſſimus: quaſi quidam princeps pacis: & in traItaliæ fines. fulgidum quoddã ſapientiæ: inuicti animi

moderationis exemplar. Itaq̧ te indyte Princeps hilare, & iucũde intuemur: lętantes tua proſpera ua litudine: præſertim ſi pfuſus noſtris ſalubribus aquis: firmiorẽ es incolumitatẽ adeptus. Deum q̧ ſumus: ut ſalus, ac lætus dulces lares repetas: & præclarã urbem, ac feracẽ bonorũ oĩum Mantuam reuiſas: ubi cũ ſumma tuorum populorũ proſperitate: pacato, & longo æuo pfruaris: Seneuſis patriæ: & tui ſtudioſiſſimæ præcipue ſemp memor. Poſtremo ſis magne princeps ppetuo fœlix: quo iu ſtior alter: nec pietate uiget: nec bello maior: & armis. Dixi.

Aug. Dathi Oõ. LIII. Ad Mantuanum principem ſalutandum.

MOs fuit ſemp illuſtriſſime Princeps, huius ciuitatis: & patriæ: ut cũs oẽs ſapientes uiros & magnos celebraret, tũ eos imprimis: q̃ propter ſummã uirtutis: & ſapientiæ laudes: in eorũ numero cenſeantur: q̃ cæteris hoĩbus íperarent. Sed cum alii aliis de cauſis im perandi gloriã fuerint aſſecuti: una in tota Italia Gonzaga domus ita ſemper grauiter: innocenter, moderate Mantuanis: atq̧ aliis populis ſuis præfuit: ut uere ad iuuandum humanũ genus: & ad ſalutẽ ferendã hoĩbus domus ipſa tã ſplendida, tamq̧ præclara nata eẽ uidea tur. Hinc fuit multi p diuerſa tempora pfecti celebres: atq̧ indyti Principes: ſed modo tua uiget ex cellentiſſima pbitas per cunctos fideliũ populos longe, lateq̧ diffuſa. Quã in hac urbe & opulentiſſi ma ciuitate pſentẽ intueri fortunatiſſimum iudicamus. Aguntur Deo grates: qui in noſtris balneis uoluerit tuã excellentiam ualidiorem fieri: quæſumus: ut ſemper ſis illuſtriſſime princeps ubiq̧ gen tium clarus: & ſemper felix: & qui cunctorum habet poteſtatẽ: reddat te Mãtuę íncolumem: & Seneñ patriæ, ut ſemper fuit: ita poſt hac amiciſſimum pſeuerantem.

Aug. Dathi Oõ. LIIII. ac ueluti præfatio quædam: ſi quis cupiat blandiri Regi.

VEreor ne me q̃ſq̃, aut ĩpudentẽ: aut arrogantẽ ẽe arbitret: Sereniſſime princeps q̃ corã pclaro tuę maieſtatis cõſpectu uerba facere auſis ĩ quo nec dicẽdi facultas: nec ornatus nitor: nec ulla pſus eruditio: aut doctrina ieſſe cernit. Nã phibebat igenii ĩbecillitas: ĩperitia, me a dicẽdo deterrebat. Veruntamẽ cõperta mihi tuę Serenitatis ĩaudita beni gnitate fretus ubertate quadã rei ipſius: de qua ſermo mihi habẽdus ẽ: fiduciã cępi a tuę Maieſtatis clementia implorata uenia. Quæ igitur me cũ ipſe hodierna die tacitus cogitaui: ea breui oratione complectar. Conſueuerunt ſemper: optime princeps: q̃ magnis rebus gerendis pfecti ſunt imprimis iuſtitiæ: atq̧ ęquitatis habere rõem. Deinde ea ſemp omni labore: & ſtudio tueri: quę a ſuis maioribus magna, ac pclara ſuſceperint: ut quã illi impando laudẽ adepti eſſent: eandẽ ipſi in cõſer uãdo retinerent. Obliti aũt ſuorũ cõmodorũ id ſibi uel maxime pponunt magni Reges, ac Pricipes: ut q̃ eorũ ditioni parent: atq̧ imperio ſubiacent: ad bene uiuendi rationẽ: & ad rectam bonarũ artiũ diſciplinam cõpellant. Nam q̃ ad ppriã utilitatẽ, ſua conſilia, atq̧ actiones conferunt: ii pfecto: ſi ſa pientibus credimus: nõ tam Reges, q̃ iniuſti Principes ſunt habendi. Merito igitur tua Maieſtas ma ximis, ac præcipuis digna eſt laudibus. Dixi.

Aug. Dathi Oratio. LV. uice illius oratoris: q̃ uerbis Domini alicuius, Regem quẽpiam ſalutauerit, & mandata ipſi ſit eius Principis nomine narraturus.

CVm nihil ſit: tua amplitudine: & maieſtate pclarius: nihil mea quidẽ ſentẽtia pſtabiliuſ uereor: ne ſi corã tam illuſtri conſpectu ſermonẽ faciã: & tuæ ſerenitati ſimul iniuriam feciſſe uidear, & ipſe in grauẽ reprehenſionẽ incurrã: cum de rebus magnis apud regẽ pclariſſimũ ſilere ſatius ſit: q̃ nõ ſatis pro dignitate loq. At præbet fiduciã dicẽdi mihi: & audentẽ facit tuæ Serenitatis mira benignitas. Quã imprimis ueneror eius, q̃ me mi ſit nomine Ducis. N. q̃ tuę maieſtati maxime affectus: & iprimis deditus, ac deuotus eſt. Deinde eiuſ dem Principis iuſſu. oẽs eius facultates, ac uires tuæ maieſtati defero, ac polliceor: & illũ teſtificor ita erga tuã cęlſitudinem affectũ, ut nihil ſit: quin cupide faciat: atq̧ exequat: quod futurũ intellexerit ad tuæ Maieſtatis ſplendorẽ, ac decus: quẽadmodũ uetus animorum, & mutua charitas poſtulare di gnoſcitur: tuæ Serenitatis merita compellunt: & eiuſdem Principis deuota fides, & affectus poſcit: Poſtremum illius magnificentiam tuæ maieſtatis deuotiſſimam ſummis precibus: & pręcipua diligẽ tia cõmendo: Veniã petẽs: qui nec domini mei iuſſibus, ſicut par erat: & mandatis ſatiſfecerim: nec tanti loci auctoritati: & tuæ Maieſtatis ſplendori. Cœtera, quæ mihi exponenda ſunt: cum imperaue rit tua maieſtas: remotis arbitris: & opportuniore tempore proſequar. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. LVI. uice Regis cuiuſpiam, aut Domini: qui reſpõdere uoluerit Oratori alicui, nomine alterius principis, mandata ferenti & exponenti.

OMnes: q̃ ab illuſtri principe Duce Bauariæ nos adeunt: & illius nomine alloquntur: iu cunde, & intueri, & audire conſueuimus p noſtra uetere: & firmiſſima amicitia: quæ cũ magna inter maiores noſtros extitit: tum indies aucta ẽ: & nunc maxime uiget. Hac ue ro de cauſa, te Magnifice Orator cũ ſumma animi noſtri letitia excipimus: cuũ illius mã data expoſueris: quẽ ex omni amicorũ numero: & noſtri Regni ſtudioſi ſumm magno amore cõplectimur: iſtius uirtutẽ, probitatem, fidẽ: & ſinceraũ beniuolentiã ſemper dileximus: & in magno honore habuimus. Quare magnam oblectationem ſuſcepimus: & de iis: quæ nobis relata abs te ſunt: & quod grauiter, atq̧ ornatiſſime locut9 es: nec reuerentiã quã humaniter affers: ſed opti

m ii.

mam affectionem accipimus:oblationes quoq; gratiſſimæ nobis ſunt ab eo:quem inter præcipuos: & primarios noſtros amicos reponimus. Ac uiciſſim ea noſtra mens ē:ut ꝓ illius ſalute honore: & uoluntate non ſecus q̄ pro noſtri Regni gloria laboremus:quotiens & opus acciderit: & ille nos poſtulauerit. Nec eum commendare neceſſe eſt:quem in intimo corde defixum gerimus. Te uero laudamus.qui eleganter & compoſite iniunctā legationem expleueris: & congruo tempore ad reliqua audienda parati erimus. Dixi.

¶ Ang.Dathi Ofo.LVII.in uiſitatione alicuius Principis amici.Hanc orationem impuerilem habuit dulciſſimus filii nepos Hieronymus Dathus inuiſitatione legati: Illuſtriſſimi Principis Mantuanorum magna inſignium circunſtantium corona.

QVanq̄ ſplēdidioribus uerbis opus erat magnifice Princeps:exponā tamē breuiter animi mei ſententiam. Vt igitur meo officio fungerer: & ſimul animi deſiderio facerem ſatis:ſum impreſentiarum executus:quod iam pridem in animo erat: uiſere: & ſalutare:ac uereri tuā Magnificentiam:ut ita facilius tuæ magnificentiæ erga me uetus charitas refloreſcat: & mea pateſiat fides:beniuolentia:ac ſumma deuotio. Iucunde intueor tuæ M.optatum conſpectum:tei me offero:ac deuoueo: & filium me obſequentiſſimū illius eſſe profiteor: eidem: & plurimum me:ac meos omnes cōmendo:ſignificans:nihil mihi poſſe contingere gratius: q̄ mihi ab tua.M.aliquid imperari:quod eius uel honori:uel cōmodo eſſe poſſit. Quod ſi hoc officiū meæ deuotioni aptiſſimum ſerius fortaſſe expleuerim:ueniam peto: & iuſtā cauſam accipi a tua.M. cum antea nulla ſit mihi oblata facultas: & ipſa me purget abſentia:quam fecit neceſſitas:nō uoluntas. Quod autem præſentia minus fecit:cupidiſſimus animus: & mens deuota ſuppleuit. Poſtremo ero ubiq; & ſemper tuæ.M.paratus iuſſibus temperare: Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.LVIII.ꝓ eo:qui patri reduci: & ampliſſimis uſo honoribus gratulatur:atq; extollit:modeſte tamen:paternas uirtutes:ac præceptorem doctiſſimum boni diſcipuli functus officio:plurimum patri cōmendat:ac laudat.

INcredibili animus affectus eſt gaudio: & in mirum modum exultat: Magnifice orator: Eques præſtantiſſime:ac metuende pater:cum te hodie præſentem intueor: & reducē nobis:quem:ut bonos filios decet:in optimos:atq; indulgentiſſimos parentes:miro deſiderio uidere cupiebam: & alloq: poſt moram longiorem:poſt duplicem legationē huius reipublicæ præclariſſimā:qua modo poſt alias tam multas: & huic patriæ omnes lōge utiliſſimas honorifice functus es. Primū quidē apud illuſtriſſimū Venetorū Ducem:atq; potētiſſimū italiæ principem:apud quē tua iam pridē plurimū niteſcit uirtus: & gloria:tum apud clariſſimum Dominum: & Marchionem ꝑillustrē Mantuanorū: & in celeberrimis filii eius:ac ſplēdidiſſimis nuptiis. Tria ſunt igitur:quæ mihi: & uniuerſæ huic domui ampliſſimam afferunt uoluptates. Primum quod munera hæc glorioſa:ſicut tua ſemper fuit conſuetudo:grauiter:ſalubriter: & magna cum dignitate exegeris:deinde quod cū ſumma tua laudis amplificatione: & incolumitate redieris. Poſtremo quod te præſente:te adiuuante:te monente ad literarū ſtudia: & ad præclaras artes adipiſcendas ipellar. Quoniā nō ſolū tua ſapiētia: & conſilio tuę ſemp reipublicę ꝓfuiſti:ſed tuis liberis: honeſte: & diligenter educandis: & paternum amorem: & flagrantiſſimam charitatem: & ſtudiū ac curatiſſimum ſemper exhibuiſti. Itaq; intelligo id munus noſtrum: & officium eē:ut cum tantæ gloriæ ſeminaria a tua uirtute: & ſapiētia:in hāc familiā ꝓfiuiſcāt:deprecemur ęternū principē Deū:ut te nobis lōgo æuo cuſtodiat:atq; cōſeruet:ut ꝑ tuam eruditionem poſſimus facilius tuā probitatem imitari: & laudem. Poſtremo cum dederis præceptorē doctiſſimū:uirum & laudatiſſimis præditum moribus: & oībus bonis diſciplinis ornatū.qui omni cura:ſtudio: & amore:ſua nos optima: & præclara doctrina imbuit. Dominū Petrum ciuilis iuris profeſſorem cum ſit claris maioribus: & nobili genere ortus: & i rebus bonis:magniſq; uerſatus:commēdo illum tibi cunctis ꝑcibus:cui q̄cq̄d præſtabis:uel amoris:uel honoris:erit mihi gratiſſimum:q̄ me illi multū debere ꝓfiteor. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.LVIIII.uice illius:qui nomīe ſubditæ ciuitatis:ac ſubiecti populi Regem ſalutat ſuum:Dominum profitetur: & qua mortalē principem decet:ueneratione:atq; adoratione ꝓſequitur: & fidē iure ēt iurando adhibito inuiolabilem pollicetur:ac perpetuam ſeſe publico nomine obedientiam præſtaturum.

TRadūt Philoſophi: & ſapientes uiri ita hoīum naturam cōparatam eſſe. Rex inuictiſſime ac Sereniſſime princeps:ut alios iperare:alios parere: & obedire neceſſe ſit: Sed iis congruere imperandi dignitatem:q̄ ſapiētia:q̄ ingenii acumine:q̄ uirtutis pręſtātia:q̄ rationis: & conſilii magnitudine cæteros antecellunt:qui iuſtitiā: & bonitatē complectunt̄: qui ad homines iuuandos:conſeruandosq; nati uident̄: & nihil ſequuntur magis q̄ communem hoīum ſalutem:atq; utilitatem:quos uere ad imperandū: & ad regendū hoīum cœtus natura uoluiſſe creditur. Qui belli gloria qui pacis tranquillitate:ita gubernandi rationem moderantur: ut nihil ſit:quod ab eis non laudabiliter:præclare:utiliter:ſplendideq; geratur: & qui illorum ditioni ſeruiūt beate quantū in terris: & in hac mortalium uanitate fas eſt:uiuere uideantur. Tales procul dubio tuos Sereniſſimos progenitores & auctores ſplendidiſſimi tui generis ſemper fuiſſe cognoui

mus. Talem te quantum in hunc uſq; diem noſſe datum eſt: & animaduertimus a teneris ętatis tuę rudimentis: & per oẽs ætatis gradus perceptimus: & multo maxime poſthac fore ſine dubitatione cõfidimus. Nam & bona arbor bonos fructus facit: & ex glorioſiſſima tua ſtirpe pullulatunt ſemper q optime: & ſalubriter regant ſibi cõmiſſos populos. Laudamus Dominũ de cęlis: laudamus Deum in excelſis: qui dedit Principẽ nobis: cuius uirtus ammiranda eſt: & iuſte Regnũ in manu eius: & poteſtas/ & ĩperiũ: de quo recte cantare poſſit celeberrimus uates. Rex ẽ clarus nobis quo iuſtior alter.
Nec pietate fuit/nec bello maior & armis.

Quod igitur ratio cogit: tuæ ſerenitatis requirunt merita. noſtra uoluntas inducit: ammirabilis uirtutis tuę ſplendor poſtulat: Regem noſtrum: & uerum dominum recognoſcimus: ueneramur & ſacram Maieſtatem tuam: quantum fas eſt: adoramus: utpote quæ a Deo eſt: & fidẽ/ſinceritatẽ: & ſummam obedientiam damus/paciſcimur: & inuiolatam fore profitemur/uitã/liberos/fortunas/facultates/omnia naturæ/ac fortunæ dona/tuæ Maieſtati dicamus/cupidi nihil malle: q̃ tuis iuſſibus obtemperare: & obedire mandatis: & pro tuæ Maieſtatis ſalute: atq; exaltatione: omnia humana contẽnere/uitam negligere: ſanguinem fundere. Hęc noſtra/& totius populi huius mens: hæc uoluntas: hoc firmum propoſitum eſt/& irreuocabile decretum: pro quo ad ultimos uitæ ſpiritus conſeruãdo: ſicut uere/& uoluntariæ ſubiectos decet/fide nos/& iure iurando aſtringimus/orantes Dei clementiam flexis genibus: ut tuam Maieſtatem in uitę longitudine/& fœlicitate tueatur/& cũ pręclara ſobole/ut eiuſdem quoq; cũ tua Maieſtate filios uideamus: & pignora chara nepotũ. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orõ. LX. uice principis reſpõſiua ſuperioribus.

OMnipotẽtis Dei: q oẽm mundum regit/ordinẽ putare debemus dilectiſſimi filii: ut alii ad regendũ conſtituantur: alii in ſuis operibus: & actionibus/a Principibus dirigantur: ſed oĩs poteſtas ſublimi Dei poteſtati ſubiecta eſt: ut nihil fieri oporteat: niſi quod legibus diuinis: atq; humanis/& iuſtitiæ: atq; ęquitati cõſentaneũ ſit. Cumq; placuerit eterno principi nos in hoc ſolio collocare/& huic muneri pręficere: non ex ulla noſtra ſufficientia/quæ oĩs (ut ait Apoſtolus) ex deo eſt: ſed ex eius diſpoſitione commoti omnibus conatibus & cunctis ingenii uiribus contendemus/ac laborabimus: illius implere uoluntatem: ſpem omnem ab eius gratia/atq; ĩmenſa benignitate ſumentes. Nec noſtris meritis tantos honores tribuimus/ſed inſcrutabili Dei iudicio: qui ſępe ſuſcitat a terra inopem: & de ſtercore erigit pauperem: ut ſedeat cũ principibus. Itaq; ante oĩa oramus eius numen: qui humilia reſpicit in cęlo: & in terra: ut abũde dare dignetur/& ſuę ĩmenſę largitatis infundere gratiam: ut placere ſibi: & conſulere ueſtris commodis: & ſaluti queam. De ueſtra deuotione/& fide certiſſimi ſumus/optimam uoluntatem: & ſincerũ erga nos affectus: & cognouimus: & eſſe nobis perſuademus. Hoc accipimus tanq̃ ſingulare: & pręcioſiſſimum donum. Et eam putamus eſſe turrem fortitudinis a facie inimicorum omnium. Vos q̃ chari: q̃ dilecti ſitis: q̃ prodeſſe: & iuuare cupiamus/a fructibus: & operibus iudicate. Veterem ſeruate fidem: & iidem quos exiſtimamus eſſe perſeuerate. Vnam/eãdemq;/& ueſtræ ſalutis/& noſtri regni ſortem: & communem futuram ſemper putabimus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. LXI. ad idem.

VEſtra nobis optima uoluntas/ſincera deuotio/uetus obſeruantia/incorrupta fides: flagrãtiſſima charitas notę ſunt. Sunt ob id nobis gratiſſimæ. Accipimus: q̃ fideliter oblata ſunt/cupientes prodeſſe uobis: & ueſtram ſalutem: & tranquillitatem tueri. Noſtrũ propoſitum: ſi iuuerit deus/ſalutares affectus comprobabunt. Dixi.

¶ Aug. Dathi/pro legato Principis alicuius: cui fuerit bellum indictum Oratio. LXII. ad Regem: a quo conſilium ſimul/& auxilium petit ſupplice uoto.

DVm imperitiã meam/ac ruditatem conſidero glorioſiſſime princeps: dum altera ex parte ſublimitatem intueor: & ammirabilem tuę maieſtatis ſplẽdorem: tacuiſſem longe libentius: q̃ fuiſſem locutus/coram præclaro/ac glorioſiſſimo tuę ſerenitatis conſpectu. Cæterum cum ad immenſam Maieſtatis tuæ benignitatem/animũ mentemq; conuerto: nequaquam uereor quin me tua ſerenitas benignis/atq; attentis auribus audire dignetur per breuem orationem: quam nunc allaturus ſum/ad dicendum me iuſſum illuſtris principis & domini mei compellẽte iuſſu. Rem omnem paucis abſoluam/& eius/quem cõmemoraui: mandata breui ſermone perſtringam: ſperans non ſolum a tuæ Maieſtatis clementia/ueniã impetraturũ: ſed aſſecuturũ quoq; optatos effectus: eorum quæ & ipſe explicaturus ſum: & fidenter petit pręclarus dominus meus tuæ obſeruantiſſimus Maieſtatis. Nam is quidem habuit ſemper: ut plane conſtare arbitratur: Maieſtatem tuam præcipuum patrem/ac benefactorem primarium: & omnibus in rebus ſingulare profugium: quod quidem ſibi ſemper fore propitium/& præſentiſſimum confidit: ſi quid agendum contingat: quod ad ſui ſtatus conſeruationem: tutelam/firmitatem: & tutiſſimam ac ſecuriſſimam quietẽ pertinere queat: non ſecus q̃ optimus filius de ſtudioſo indulgentiſſimo: atq; amantiſſimo patre ſperare conſueuit. Sed hæc tuæ Serenitati nota: & explorata eſſe nõ dubitat. Nũc

quod ſupereſt: expediam. Primum igitur illuſtris dominus meus uehementer ſe/ae præcipua cũ deuotione/tuæ Maieſtati cõmẽdat: ſed & Principatum ſuũ omnem: & omnes quaſcunq; poſſidet facultates: & ſui principatus uires. Quoniã ſumma eſt eius erga tuã ſerenitatem beniuolentia: ſingularis fides: & ſincera deuotio: ſeq; ipſum promptiſſimũ/atq; alacrem offert lætiſſimo animo ſemper tuæ Maieſtatis parere/atq; obtemperare iuſſibus. Quamq̃ hoc ipſum exploratiſſimũ eſt tuæ ſerenitati: & apud eandem ſæpenumero explicatũ/tum latius/tũ ſplendidius ab eius eloquentiſſimis oratoribus: & qui me tam dicendi copia: q̃ rerũ omnium doctrina/ae laude ſuperãt. Sequitur & alia legationis cauſa: quæ merito cũ tua ſerenitate impartiri debet. Nã Tolilia Dux exercitus: & qui pro Egyptiorum Rege militare fertur: cum nulla præceſſerit iniuria/cum nihil rei ſit illi cum meo illuſtri domino: tamen nuper ei bellũ indixit. Millies Sexagies aureũ petit. Ni aſſequatur/excurſionem/prædã/& hoſtilia queq; minitatur Ad hæc conſpiraſſe finitimas ciuitates agnouit meus Dominus: qui acri pollet igenio: ſoierti p̃ſtat iduſtria/& mira quadã ꝓuidẽtia futurorũ: & cõiuratas moliri cõtra ſe bellũ & noua tẽtare ĩcẽdia: ut undiq; circũuẽtus/& multoꝝ p̃ſſus ĩſidiis ꝓpriis: nec ꝓſpicer rebus/nec ſeruare poſſit ſtatus ſui firmitatẽ. Iacula minus feriũt: q̃ ꝓuidẽt. Certe ipſe uõ fallitur. Iniquas cogitatiões/& peſtifera cõſilia callet eoꝝ: q nihil niſi fraudẽ/& iniuriã/& uim machinant̃. Vitã bonoꝝ & ſanguinẽ ſitire uidẽt̃. Nocere: & obeſſe ſtudiũ eſt: a qbus p̃ter pretiũ/nihil expetẽdũ iudicat̃. Nec bonorũ/nec malorum delectum habent. Omnia ſe adeptos putant/ſi probis/& quietis cladem/& excidium intulerint. Ad horum inſaniam/atq; inſolentiã ſubigendã/& ipſe dominus meus accingitur/& eos inſtituit compellere/atq; excitare/quos ſecum iuſtitiæ: et ocii appetentiſſimos eſſe intellexerit. Itaq; ad tuã coronã ĩprimis cõfugere neceſſe eſſe/ſtatuit: & iudicauit: q̃ ſemp iuſtitiã dilexit/atq; ęquitatẽ: q̃ execratur malignantium cogitationes/et improborũ fraudes/ae molimina/quæ iura diuina/et humana tuetur: quæ adeſt ſemper iniuſte oppreſſis/quę inſidiantium hominũ/et tyrannorum omniũ propulſat iniurias: quę ad ſe confugientibus opem/atq; auxiliũ præbet. Idcirco illuſtris dominus meus tuę deuotiſſimus maieſtatis: teſtem deum uocat: fidem mortaliũ inuocat: nihil a ſe ortũ eẽ: quod dignum ſit eiuſmodi minitationibus/nihil commeruiſſe/nihil occupaſſe alienum: & nocendi acerbitate non ulla iuſta cauſa cõmoueri Tolilam ad denuntiandum bellorum initiũ. Hoc queritur/hoc dolet/& cũ tua Serenitate/illius expoſtulat iniuriam/& eam orat/atq; obſecrat/ut iuſta/& oportuna his malis remedia conferat: & quid omnibus in rebus agi conueniat/& fieri oporteat/conſiliũ ſimul: atq; auxilium petit: id ſecuturus: id effecturus/quod tam pro honeſtatis: q̃ pro utilitatis partibus: tua cenſuerit/& monuerit ſacra maieſtas: ſuplex ego illius uerbis/harum rerũ reſponſum opperior: teſtificans illius ſpem omnem in tuæ maieſtatis benignitate ſitã: & collocatã eſſe. Siquid forte minus apte expoſuerim: ueniam imploro. Ac rurſum cõmendo deuotiſſimis precibus principem ipſum: & dominum meum tuæ maieſtati: quam ſcimus optime/& ſaluberrime ſaluti/& tranquillitati illius conſulturam Dixi.

❡ Aug. Dathi Orõ. LXIII. pro præceptore/uel conſiliario principis alicuius: q repræhendere uult ſuum dominũ: quod indecenter: & indecore fuerit iratus in aliquẽ.

EOs maxime probare ſolẽt uiri ſapientes: qui oĩbus in rebus mediocritatẽ ſeruauerint. In ea uirtus ſita eſt/uel eſt ipſa potius mediocritas/uirtus. Quorſum hoc? Dicaʒ fidenter ea fiducia: quam tua humanitas præſtare conſueuit. Cum te hodie Legatus Celtiberorum alloqueretur/nimium iratus es: & præter q̃ tuam deceret dignitatem. Nam illud in uita apprime utile cenſent pręſertim in eius uita: qui ad res magnas: & ad decus natus eſt: ut ne quid nimis. Quę uox Chilonis ſapientis unius ex ſeptẽ fuiſſe traditur. Ac laudabat inprimis Pythagoras Samius in cunctis rebus menſuram: & eam optimã eſſe autumabat: Itaq; non inſcite Flaccus cecinit.

Eſt modus in rebus/ſunt certi deniq; fines:
Quod ultra/citraq; nequit conſiſtere rectum.

Iraſcimini/inquit/ſacer Vates: ſed adiecit. Et nolite peccare. Nec ſolem pati debemus occidere ſuper iracundiam noſtram: ut diuus pręcepit Apoſtolus. Cum ſis igitur clariſſimus rerũ omniũ laude princeps/fac: ne te ulla perturbatio uincat: ſed in omnes inuictum animum gere: hoc autem ſi cognouero: gratũ fuiſſe: apud te habebo tibi ingentem gratiam. Dixi.

❡ Auguſtini Dathi Oratio. LXIIII. pro eo: qui ex Gymnaſio ſtudiorũ/ad proprios rediens lares/ſuum uiſit/ae ſalutat dominum.

AEquũ duxi: & par eſſe exiſtimaui illuſtriſſime princeps: ut cũ diutiſſime/ae longe a parentibus/& patrię finibus: doctrinę adipiſcendę gratia fueris pegrinatus/ac uerſatus longo tẽpore exercitatione dicendi: dulces mõ poſt longa ſtudiorũ curricula repetẽs lares: adeam primum pręclarum tuæ illuſtriſſimæ dominationis conſpectũ. Quem cũ ſummam impręſentiarum iucunditate intuear: cum mihi tua pręſentia: & laribus ipſis/& focis: & cunctis humanis rebus debeat eſſe iucundior/tuam excęllentiam/qua ſeruuʒ decet/animi deuotione complector: maximam illi exibeo reuerentiã/fidem polliceor: animi deniq; affectum omnẽ deuoueo. Habebit me tua illuſtriſſima dominatio/quemadmodũ & charos progenitores: & meos

gentiles omnes ſi non prudentem: certe tamen fidiſſimum ſeruum. Nec putabo me ſtudiorũ/laborꝫ ac uigiliaꝫ/quę omnia & longa & neceſſaria ſunt in cognitione iuris: & doctrinę laude adipiſcenda fructum ampliorem: & præmiũ uberius aſſecuturum: q̃ ſi aliqua ex parte tuæ illuſtriſſimę dominationi obſequi ualeam/ac iuſtiſſimis illius iuſſibus temperare. Cõmendo me ſuppliciter excellẽtię tuę atq; ampliſſimę dignitati: quę ſemp domũ meam uniuerſam & ſectatores ſtudioꝝ/ac ſacris iuris profeſſores magno amore/incredibili ſtudio: & ſummis fauoribus proſecuta eſt. Sed nolo uel eſſe longior/uel dicendo moleſtus. Oro cęleſte numen: & ſuperos omnes: ut tuaꝫ illuſtriſſimã amplitudinẽ: & longo æuo & cum ſumma fœlicitate tueatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. LXV. Q uum Senenſis nomine Reipublicæ uiſit/ac ſalutauit una cum non nullis aliis ciuibus ornatiſſimis/Daciæ Regem Romã ad ſacra Apoſtolorum Petri ac Pauli adoranda limina uenientem.

SAlue Rex sereniſſime/atq; illuſtriſſime princeps: uenit ut hi ciues patres mei: iuſſi/& miſſi a noſtris Magnificis dominis: & excelſis huius ciuitatis Magiſtratibus: quorũ nomĩe hęc mandata ſunt nobis apud tuam ſereniſſimã Maieſtatem. Hæc ciuitas: & Senẽſis populus plurimũ diligit. & magno amore cõplectitur inter fideles populos clariſſima regna Dacię: Suetię/ac Nouergię: & finitimos eis/ac circum adiacentes populos. Tuam autẽ inclytam Maieſtatẽ illorũ principẽ chatholicæ fidei: & chriſtianę religionis ſtudioſiſſimũ colit: ueneretur/ac magno honore proſequitur: nec minore affectu: quod longiore diſiunctione locorum diſtare uideatur. Quoniam etiam intima quæq;: & remotiſſima Regna: & ultimas terrarũ regiones penetrat charitas: et peringit beniuolẽtię magnitudo. Igitur propter Regnorũ ſplendorẽ: propter ſummam uirtutis: ſapientiæ/religionis magnitudinem: Laudẽ/& amplitudinem: propter fidei chriſtianæ feruorem inſidet glorioſum nomen tuæ maieſtatis in ciuium noſtrorum pręcordiis: in oĩum Senenſiũ pectoribus. Quare noſtri Magnifici: atq; excęlſi domini/tota ciuitas: & uniuerſus Senẽſiũ populus ualde letantur: & gaudent tuæ Serenitatis aduentu: & optatiſſimo eius per noſtram urbes tranſitu. Gratulantur tuæ Maieſtatis fœlicitati/præſentiam eius gratiſſimã/ac iucundiſſimã ueneran tur. Statum huius reipublicæ: facultates/ac fortunas huius ciuitatis/cęlſitudini tuæ paratiſſimas offerunt: & ad eius obſequium ubiq;/ac ſemper uere propẽſas. Et cum ad ſancta beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli limina: & ad ſacroſanctã Apoſtolicam ſedem: & Romanam urbem tua proficiſcatur Maieſtas: precamur optimi Dei ſublimitatem/ut acceſſum/moram/ac reditum fœliciſſimũ largiatur cum augumento fœlicitatis/& glorię. Sed alia multa: quæ dicenda erant: pro amoris abundantia: & reuerentiæ debito: hortatu patrum ſapientia/& facundia: quæ multo maior eſt: poterit copioſius explicare/& abunde ſupplere. Commendamus nos omnes tuæ illuſtriſſimæ/ac ſereniſſimæ Maieſtati quam clementiſſimus Deus ad proſpera cuncta fortunare dignetur. Erunt Senenſes tuæ Maieſtatis optimi ſemper/ac deuotiſſimi filii. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oſo LXVI, ad eundem Regẽ/Roma redeuntem ad proprios lares.

MAgnificant noſtri Magiſtratus: & populus noſter tuam Rex Sereniſſime Maieſtatem. Senenſes omnes gloriam regni tui dicunt. Præclarum tuæ Serenitatis nomen inſidet: & in intimis noſtris uerſatur pectoribus. Quare tuam ueneramur Maieſtatem humiliter ſalutantes: gratiſſimo eius lętamur aſpectu. A ſanctis Apoſtolorum liminibus redeunti fœliciter gratulamur. Proſperum ad ſua clariſſima Regna & optamus: & præcamur regreſſum. Hanc ciuitatem: & ſtatum eius tuæ Maieſtati deuotiſſime commendamus. Eius facultates/ac fortunas omnes/tuo pollicemur obſequio: & parata ciuium corda: & omnium Senenſiũ mentes/ubiq;: & ſemper tuę promptiſſimas uoluntati. Exiſtimantes: & certo perſuadentes nobis: te Regem piiſſimum fideli corde: & magno: atq; excælſo animo: & conſtanti propoſito/ſanctam Chriſti religionem tueri: catholicæ eccleſiæ augere dignitatem: & gloriam & ſimul noſtram paterno affectu amore rempublicam. Proſperum iter eſto Maieſtati tuæ: & Angelo duce/fœlix quæſumus regrediaris in patriam/ubi longo: & beato æuo fruaris. Sit iterum fœlix tua maieſtas: quam exultantibus animis præſentem intuemur: & abſentem/ Dixi.

¶Prçcellentiſſimi Oratoris Aug. Dathi Senenſis Quintus orationũ liber fœliciter incipit.

¶Aug. Dathi Oratio. I. in funere Loyſii cõpari clariſſimi ęq̃tis: & ciuis Senenſis pegregii.

PRAEClari legis latoris & iuris conſultoꝝ Magnifici Magiſtratus/ac uiri pattes: illa pclara uox eſt: qua & uere ſimul: & ſapiẽter dicit: eos q pro repub. ceciderunt: in ppetuũ p gloriam uiuere exiſtimandos. Patria nanq; eſt: cui ſecundus imortalem Deus/ac ſupos: ſumma oĩa ſtudia: ſumma debent officia. Patria. n. quẽadmodũ parentes: & ipa noſtrum genus ẽ/ac uerum natalis noſtri primordium: qppe quæ gi gnit: alit/educat/inſtituit/in domo/& ſede collocat/adiumenta uitæ: ac uaria ornamẽta ſuppeditat. Hęc focos/& lares: hęc penates nřos capit. Hęc antiqua oĩa continet/parentes/liberos: propinquos: fami liares perpetuas uitæ ſocias coniuges: dulces amicos/ſepulcra maio/ rum. Oẽs oĩum charitates una/ac ſola complectitur. Huic potius: q̃ nobis nati ſumus. Hęc Platone teſte magnã ſibi ortus noſtri partem uendicat/Huic prima uitę tempora per roboris/ac fortitudinis opa per bellicam exercitationẽ: p gerẽdarũ rerũ laudẽ iure debẽtur. Media uero per conſiliu: ac ſapien/ tię rationem: per iuſtitiæ cultum: per reliquarum uirtutum pręclara munera: patrię itidem impartiri debemus. Ita leges iubent/ita monent iura/ita ſapientũ præcepta conſtituunt: quę neminẽ/niſi cõ/ fectum Senio ocio reddunt/ac feriari patiuntur: ut nõ iniuria pulcherrimam Philoſophię partem tra diderit Euphrates Syrius: agere negociũ publicũ: & in optima reipublicę amminiſtratione uerſari. Loyſius noſter Cõparius/nobilis Eques/atq; Imperatoria poteſtate Comes: cui hodie parentamus ac triſtes inferias perſoluimus: iure nobis laudandus occurrit: qui q̃diu uixit/bene/& cũ uirtute ui/ xit. Patriam iuuit/reipublicę profuit: communi utilitati proſpexit: tandem pro republica occidit/q̃d Zeno Citieus Stoicorum Princeps ſuadebat pro patrię utilitate: mortẽ occubuit. Itaq; immortalitatẽ nominis aſſecutus: uere in perpetuum per gloriam uiuere creditur. Non eſt autem mors deflenda: quam famę imortalitas conſequatur. Non igitur luctui: non mœrori/non fletibus/non lachrymis lo cus eſſe debet. Taceo Philoſophię mortem: quæ uitam ſapientis exercet: & ad uitam meliorem adi/ tum expeditiſſimum parat. Mors naturę lugenda non eſt: quę naturæ animantium diſſolutio eſt/& quod ad hominem ſpectat animi a corpore ſeparatio. Hãc leuat moriendi neceſſitas/quę (ut ait Ly ſias magnus Orator) bonis: & malis communis eſt/ac neq; ignauos deſpiciens: neq; parcens probiſ parem ſe cunctis pręſtat. Vere Claudianus inquit. Omnia mors æquat. Hęc (ut ait Macrobius Pla tonicus inſignis) pari conſtantia/nec ueniens per naturam timenda eſt/nec contra ordinem cogen/ da naturæ. Mors enim (ut ait acer Stoicus. L. Seneca) naturę lex eſt/ac tributum officiumq; morta/ lium: quæ non modo malum non eſt: ſed malorum omnium remediũ potius. Bene igitur. M. Tul lius ad. A. Torquatum ſcribit. Mori nemo ſapiens miſerum dixit: ne beato quidem. Illa autẽ mors quę æterni doloris perpeſſio definitur: facile a uiro bono/ac ſapiente uitatur. Ab ea uindicat uita be/ ne: & innocenter acta. Virum iuſtum mortis ſupplicium non tangit. Atqui Loyſius uir fuit in omni uita probatiſſimus: domi utilis/foris clarus/uir bonus inq̃/ciuis modeſtus/p ornatus eques: ſtudio/ ſus patriæ/ſectator honeſti: plenus fidei/amans doctrinę: & litterarum: ſed & pius in deum/ſocio in nocens/integer uitę/ac ſceleris purus/minime elatus/alieni abſtinens: qui ſemper nequitiam exoſus citra malam uixit ætatem: obſcenę fugitans uoluptatis. Summis quibuſq; in noſtra Republica fun/ ctus honoribus/non ditari: ſed laudari ſtuduit. Peregre egreſſus ubiq; laudem probitatis auxit. Naſ obiuit Legatus Romam/Neapolim/Mediolanum: alias pręterea claras urbes. Variis tẽporibus Põ tifices Maximos/ſummos principes/ac Reges legatus conuenit: nouiſſime uero eum: qui opulentiſ ſimo/ac pręclariſſimo Regno præeſt: Ferdinandum clarum decus Italię: principem pacis: propugna torem bonorum/improborum debellatorẽ/domitorem eorum: quæ inuicta putantur mala auda/ cię/ac ſuperbiæ: qui omnia conſilio moderatur: Iuſtitia tuetur: tranquillitate componit. Apud quẽ dum Loyſius diuerſatur. & pro Senenſi populo nuptiarum lætitiam complet/contracto morbo: tan dem rebus exceſſit humanis. Bene Iſocrates ad Demonicum. Mori egregie proprium generoſis na tura contribuit. Loyſius: qui in florenti republica: floruit in florentiſſimo Regno florenti legatione defunctus: in florentiſſima conuentus celebritate: in florenti rerum ſtatu deſideratus eſt. Vt in tam perfecto cuiuſdam humanæ fœlicitatis gradu/optime de illo ſperandum uideatur. Teſtantur uiri re ligioſi/pręſertim quipiam/ac frequentem factorum eius confeſſionem audire conſueuerunt: eã prę cipue/quam generalem paucis ante diebus: q̃ Romam profectus eſt/rite peregit: quaſi ipſe ſibi mor tem pręſagiret. Quod ſi uos flere/uel priſcorũ ritus mouet/uel patriæ ſuadet cõſuetudo/uel ipſa cõ pellit humanitas: indulgete humanitati. Nã & ſapientes amicorũ deſiderio cõmouẽt. Et duodecim tabulę eiulatũ q̃dẽ: & imoderatũ luctũ prohibẽt: Præficarũ deliramẽta: & ſtudiorũ detrectãt nęniaſ. At nequaq̃ gemitũ/q uel in ſapientẽ cadit. Flete igitur: ſi flet iuuat; ſ; nolite flere ſup illũ/q cũ bene/&

fęliciter actũ iri cõfidimus:ſup nos flere potius tali uiro orbatos qualibus utinã multis nr̃a abundet
ciuitas. Lugeatur igiť natura mortalis:ĩmortalis uirtute Loyſius celebreť. Illi comprecemur piorum
ſedes:nobis aũt præclara ſummorũ uirorũ ueſtigia conſectari. Tanti uiri memoriã debitis honoribus
proſequamur:quã ſapiens & iuſta noſtra Reſpub. iuſtis decorandam prę̃miis perpetuis monumẽtis
exornandam decreuit. Nunc proſequimini funus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Funebris Oratio altera habita ab eo in hoſpitali æde pro Nicolao
Recupero de laudibus eius & uita.

Omne mortalium genus patres:quod uos minime ignoratis:ea lege natũ:ea conditione
editũ in hanc lucem ẽ:ut ad finẽ:quem ulnimũ terribiliũ pleriq; arbitranť:ad mortem
inq̃ interitũq; pueniat. Mortalis homo:quẽ alioquin Deus & animi & corporis innume
ris atq; ampliſſimis donauit muneribus: & nobiliſſimũ oĩum:quæ in terris ſunt:ac ue-
lut peculiare opificiũ condidit:hãc quæcunq; tandẽ eſt ſiue legem ſeu ſortem nõ effu-
gir. Vere nanq; omne quod natũ eſt:quoniã ſolutioni patet:conſeneſcat:& tandẽ aliquando deſinat
neceſſe eſt. Sed nõ eſt unus hois & iumenti interitus:quod quidã temere (ut ita dicã) blaterantes
effutiunt:nõ æqua utriuſq; conditio:id quod falſo ſimul atq; impie apud Eccleſiaſten Inſipientes pro
fiteně. Nam ſi iumentũ ſpectamus & brutũ oĩa quæ illius ſunt morte deleně: & una cũ corpore:qui
da traduce quoq; materie eductus ac profectus ẽ:tenuis ſpũs tenues euaneſcit in auras:ac totus in
illo ſenſus prorſus extinguiť. Homo uero:q rationis eſt particeps:ac diuinæ mentis capax:cuius ani
mus inſufflatus a Deo nullam in terris origines habet:ita certe moritur:ut uel cadentibus uel reſolu
tis corporis membris maneat illius ſpiritus: & immortalis atq; incorruptibilis perſeueret. Quocir-
ca ſcite & apprime ſapienter magnus nõ ſecus phũs atq; Orator. M. Cicero interitũ mortẽq; diſtin
xit in eo opere:in quo de morte contemnenda grauiter copioſeq; diſſeruit. Quod cæterorũ animan-
tium interitus ſit:q corpus ſimul atq; animã tollat:deleat:peniruſq; cõficiat. Mors aũt rationalis crea-
turę & hois ipſius magis ꝓprie habẽda ſit:quę (ut probe definit diuinus Areopagita ac ſacer Theo
logus Dionyſius) non rei cuiuſquã conſumptio:ſed cõiunctorũ ſeparatio terminaě. Quare cũ ſum
mis Philoſophis ac pene ſapientibus uiris illud firmiter comprobamus:illud certo aſſerimus:illud
omni dubitatione reiecta plane conſtituimus manere hoium poſt mortẽ aĩos: & cũ corporibus ex-
ceſſerint nihilo ſerius ſempiternos atq; ĩmortales fore. Sed certe nõ eundem oĩbus curſum:nõ idem
patere omnibus iter. Quippe cũ pro meritorũ uarietate alii datum ſcelerũ pęnas proficiſcantur ad in
feros:longiſſime a beatorũ concilio ſegregati:alii ſuperos petant:quorum uitã in carne quodãmodo
præter carnẽ uiuentes magno ſtudio ac ſummo labore ĩ terris fuerint imitati. Bene igiť ab iis:quos
Spũs ſancti afflatus inſtituit peſſima delinquentiũ: & peccatorũ definita mors eſt:pretioſa uero eorũ:
qui pie atq; ĩnocenter uixerint. Si iuxta ꝓpheticam uocẽ:pretioſa ĩ conſpectu domini mors ſanctorũ
eius. De quibus præclare ſapiens: Iuſtorũ animæ inquit:in manu Dei ſunt: & nõ tanget illos tormen
tum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori:illi aũt ſunt in pace. Sed quoſnam iuſtos:quoſnã ſa-
pientes:quoſnam tantæ laudis noie dignari debemus? Eos proculdubio facile reſponderim:qui oſceę
nas uoluptates:q caduca & fallacia bona & terrena hæc ludibria reſpuẽtes ad æterna & perpetuo du
ratura cœleſtia regna rapiunť. Quo quidem noſtra ſi rectam conſectamur rõnem aſpirat omnis: &
feſtinat intẽtio. Vt igiť ad inſtitutũ noſtrum ac propoſitũ ueniamus optime de Nicolao Recupero:
cuius hodie triſtes honores:funeſtum rogum:ſolẽnes inferias:atq; exequiarũ pompas proſequimur:
optime inq̃ ſperãdũ cenſeo. Meminimus hominis ingenium:ipſi illus uidimus:q in ciuiũ oculis uer
ſabaě:nemo noſtrũ eſt:q neſciat. Quem uirũ probũ:quem ciuem clarũ:quẽ æquitem ornatiſſimũ:
quẽ huius piiſſimę ædis ſacri Xenodochii almi diuerſorii diligentiſſimũ Præfectũ pleriq; oẽs agnoui
mus. Qui bonis progenitus parentibus in ipſis etiã infantiæ rudimentis & tenellę adhuc ætatis incu
nabulis optime indolis & futuræ ꝓbitatis ſpecimen prębuit. Puer ſeſe & ad literarũ diſciplinã capeſ-
ſendam & ad mercaturã atq; ad honeſtarũ artium exercitationẽ laborem atq; operam contulit. Ado
leſcens uero quo tempore in pleriſq; feruentior laſciuit ætas:hic oĩa flagitioſa contempſit: & alias in
patria laudabiliter omnibus gratus uixit:alias relicta aliquandiu patria peregre profectus uirtute
atq; induſtria rem ſimul & gloriam reportauit:frequentiſſime in ea urbe uerſatus:quæ in tota Vene-
tia iampridẽ longe florentiſſima eſt. Mox repetita patria & ad rempub. non tam ſua ſponte:q̃ bono
rũ uel adhortatione uel uolũtate conuerſus recta ſemp tranquilla ſalutaria & ſenſit: & conſectatus
eſt. Totius aũt fugitans ambitionis & faſtus ac cęlibẽ uitã agẽs cũ alios doctos & ſapiẽtes quotquot
nanciſci uiros potuit:tũ prę cæteris oĩbus Petrũ Ruffiũ inſignẽ noſtræ memoriæ phĩm ac Theolo-
gũ ſtudioſiſſime amplexatus ẽ. Ad curã poſtmodũ huius ſacri Xenodochii & piiſſimę hoſpitalis ędis
quæ una ĩ cunctis fidelibus nationibus celeberrima eſt: & in uniuerſo terrarũ orbe clariſſima:tandem
accitus annos circiter uiginti (ni fallor) ita conſilio ita ſtudio ita induſtria atq; opera illi præfuit:ut
eorũ:quę multa geſſit nullũ mea quidẽ ſentẽtia culpandũ ſit opus. Pauperes fouit:pupillos & uiduas
ſuſcepit: lactẽtes ĩfantes aluit:adultos ad bonarũ artiũ ſtudia excitauit:ĩ carcere & cõpedibus uinctos
nõ deſeruit;egenis opẽ tulit:lãguẽtibus atq; ęgrotãtibus ſuccurrit:nudos ueſtimẽtis operuit:eſurien

tes pauit:potauit ſitientes:mortuos ſepelliit:uirgines caſtiſſime collocauit:hoſpites & conuenas be/
nigne excepit:inopes oēs tum ciues/tum peregrinos pręſidio ac pecunia iuuit. Domi induſtrius:fo
ris nō indiligens/magnificentiora hæc tecta reddidit:eccleſiam ſplendidiorem fecit. Pius ī Deum:in
ſeipſum integer:beneficus ac liberalis ī oēs. Qui cū nonaginta/aut eo amplius uitæ annos exegerit
eum ſeſe in omni ętate pſtitit:ut laudari ab oībus iure debeat:uituperari queat a nemīe. Siquidē ui
uens theſaurizauit ſibi theſaurū nunq̄ deficientē in cœlis:moriturus uero ſacris Chriſtiani ritus per/
actis muneribus. exigua dēpta uinciola/& tenuis ac ueteris patrimonii relicta ſuis portiuncula/deun
cem & grande æs & amplas:quas ſudore parauerat facultates/in pauperū uſus inſtituit:pie huic ędi/
hoſpitali dicauit:ſacratiſſimæ Virgini dono dedit:cui pia ſemp fide/ac pręcipua deuotione inſeruiit.
Cadauere ſuo ſacri Bernardini addicto cœnobio:cuius ſacra ueſtigia & ornamēta glorioſa/pro uirili
ſua ſtudioſiſſime conſectatus ē. Bene igiť mea quidē ſententia/hoc ſi ita appellare libet epitaphio Ni
colaus:& iuſto eſt decorandus eulogio. Pius Recuperus Nicolaus piæ Virginis ędi incredibili pieta/
te Præfectus:ob ſummæ pietatis ſtudia:pie credēdus eſt ſupa regna petiturus/in beatorū domiciliū:
ī ſinū Abrahę/in gremiū Virginis/in Bernardini conſortiū/in Sororis contuberniū facillime tranſſe
rēdus:quādo eam ędem:quā ille primus inſtituit:hic multū induſtria/plurimū facultatibus amplifi
cauit:& auxit. Non igiť uiri huius lugēda mors eſt:ſed uita laudanda:quē ſolutum corporis uinculis
tanq̄ & ipſum benedictū æterni patris acerſendus ſperamus ad poſſeſſionē regni eius:quod dictū &
paratū eſt electis Dei a conſtitutione mundi. Dixi.

¶ Aug. Dathi Funebris Oro. III. Habita ab eo ī funere Mariani Sozini ciuis Senēſis/utriuſq;
conſultiſſimorū Iuris:quos noſtra ætas uidit:longe oīum celeberrimi.

MOs quondā fuit/uiri patres:qđ ad Eliodorū ſacer ſcribit Hieronymus:ctiius hodie ſan
cta ſolēnia fidelis concio uenerať:ut ſup defunctorū cadauera in concione proſtrati/lau
des liberi dicerent:& inſtar lugubrium carminū/ad fletus & gemitū audientiū pectora
concitarent. Hūc ego morē in hoc funeſto ſpectaculo hodie nō iniuria reuocandū cen/
ſeo:quādo is mortuus eſt:& mortali luce defunctus:q nō modo eorū:q nunc ſunt:ſed
eorū quoq;:q ueteribus ſæculis floruerunt/uirtutē facile æquaret & gloriā. Marianus/inq̄/Sozinus/
diuinus quidā Iuris īterpres:cuius nomē toto iam fulget:& claret in orbe:cui ſapientiæ/doctrinę/ac
legalis prudentiæ palmā merito pleriq; tribuerent:quē nō modo Senenſes uiri:ſed etiam uniuerſi/&
Italici & Tranſalpini ppľi laudabāt:ſuſpiciebāt:plurimū admirabāť. Pro magna uiri ſapiētia:a quo
oēs pene mortales:quos ætas noſtra cognouit/conſiliū pariter atq; auxiliū & uitę pręſidiū expetebāt.
Ad eiuſipſius liberos ptinebat hoc dicēdi munus:q a clariſſimo & ſūma gloria præſtāte geniti patre
ſupra defuncti patētis cadauer/multiplices uarias late patentes/illuſtres/ampliſſimas laudes explica/
re/& pietatis officio debeant:& p ſūma eruditione & dicendi copia facillime poſſint. Bartholomeus
imprimis Sozinus/omni genere laudis abunde ornatus:& nunc paternę gloriæ digniſſimus hęres.
Sed neſcio quomodo duz forte a prætura uenio:cū luctuoſus acciderit caſus:ſunt ad me conuerſi:
quorū apud me iuſtis de cauſis auctoritas ualet. At uereor ne dū parere/atq; obſeq ſtudeo/imbecilli/
tatis meæ obliuiſci uideat. Itaq; poſſim uere cū Rufino dicere. Dū aliis ſatiſfacere cupio:oblitus ſum
mandati eius:quo recte ſane præcipiť. Onus ſupra uires tuas ne leuaueris. Sed qd tam eſt:quod in/
doctus ipſe partim Prætorio munere/ac multarū rerū occupationibus prępeditus/partim tēporis cor
reptus anguſtiis:uel tanti uiri laudibus:uel ueſtris auribus dignū poſſim afferre! A principe mundi
euocatus Marianus Sozinus/corporis ſolutus cōpedibus/migrauit a terris:rebus exceſſit hūanis:ne
ceſſitati paruit. Vtrū igiť moueri tāti uiri deſiderio/mortē deflere/interitū deplorare debemꝰ:an cō
tra mœrorē & luctū abiicere:tēperare a lachrymis:abſtinere doloris! Quid dicā:qd faciā:quo me uer
tam/neſcio. Gemere compellit hūanitas:ratio prohibet. Qđ ſi malū mors ſit/atq; ultimū terribiliū:
id quod uulgo arbitranť/nemo nō ſuorū mortē iure defleat. Sed certe malū ſuapte natura non eſt:ſi
eam intelligimus:p quā fit animi & corporis ſeparatio/Triplex nāq; tradiť mortis genus:qđ erudi/
tiſſime magnus diſceptauit Ambroſius. Atq; una qdē mors peccati diciť:de qua ſcriptum ē. Anima
quæ peccauerit:ipſa morieť. Alterā aūt myſticā uocant:qua qs peccato moriť:ac Deo uiuit:de qua
recte Apľs. Conſepulti ſumus/inquit:cum illo p baptiſmū in morte. Tertia uero naturalis iure opi
mo dici poſſit:p quā curſum uitę huius/ac munus explemus. Ea eſt. n. animi corporiſq; ſeceſſio. Ad/
uertimus igiť una cū Ambroſio:qđ mors demū illa malū ſit:ſi qdē pp peccata moriamur. Ea cōtra
bonū:cū qs ita mortuus fit:ut quidē a peccato iuſtificatus ſit. Tertia illa media quædam habēda ē:&
tū iuſtis & inocētibus bona/tū pleriſq; metuenda:q̄ cū oēs abſoluat/paucos certe delectat. Sed nō hoc
mortis ē uitiū:ſed noſtræ potius īfirmitatis:q uoluptatibus corporis & uitę huius delectationibus ca
pimur:& curſus hūc miſeri cōſumare trepidamus:in quo plurimū amaritudinis:perparū iucūditatis
ineſt. Et qdē in exiguo melle/multa uenena latēt. At nō ptimeſcūt Sācti mori:nō ſapiētes uiri:q lon
gęuitatem huiuſce pegrinationis ingemiſcentes/diſſolui/et cum Chriſto eſſe longe pulchrius/ac bea
tius arbitrantur. Ab hoc uero nequaquam alienum eſt:qđ Midam Regem Silenum docuiſſe ferūt.
Non naſci homini longe optimum eſſe:proximum autem q̄ primum mori:id quod ipſe quoque
Euripides uſurpauit. Prius illud minime probare auſim:at poſterius tanquā uitiis imbecilitatis hu

manæ remediū optabile uideri poſſit:ne hominis ingenium a labore & uirtute ad libidinē & turpitu
dinem ꝑ uitæ diuturnitatē procliuius in profundū uitiorū ac peccatorū præcipitium dilabaꝰ:ac uitæ
prauitas:ſi forte diutius occalluerit:naturæ præſtantiā labefactet:& prorſum rectæ rōnis lumē extin
guat.Sæpe.n.malitia ſenſuꝫ hoīs īmutauit.Execrabanꝰ nōnulli ipſuꝫ quoqꝫ generationis diem.Ve
lut is qſquis ait.Pereat dies in qua natus ſum.Cui opinioni aſſentiri uideꝰ Thracū natio:quæ nata
les hoīum flebiliter exequias cū hilaritate celebraret.Mors ſi recte iudicare uoluerimus talis plerūqꝫ
habēda ē:qualis morientiū uita præceſſit:iuſtis quidē quietis portus:nocentibus atqꝫ improbis nau
fragiū.Sed omnifariā bonū mors ē:ille ipſe inqt Ambroſius:ſi pugnātia diuidit:ne inuicē pugnēt:
ſi eoꝝ portus ē:q magno uitę huius iactari ſalo fide quietis ſtationeꝫ tutiſſimā quęrunt:ſi deteriorem
ſtatū hoīs nō effecit.Quippe qualē in ſingulis inuenerit talē ī iuditio futuro reſeruat.Quiete ipſa fo
uet:præſentiū ſubducit inuidiæ:futuroꝝ expectationi cōponit.Præclare acutus Stoicus.Reꝝ natura
quæ te genuit expectat & locus melior ac tutior.Illic nō tremunt terræ:id qđ nup nimiū pauefacti
ac territi ſumus experti:non inter ſe uenti cū magno nubiū fragore concurrūt:nō incēdia regiones
urbeſqꝫ deuaſtāt.Quid mortē tantope ꝑhorreſcimus? Luculente ſane.L.Seneca:Moriendū eſt inqt:
quando?qd tua intereſt?Mors naturæ lex eſt:mors tributū officiūqꝫ mortaliū:maloꝝqꝫ oīum reme
dium ē:poſtremo (ut Ambroſius ait) uniuerſoꝝ trāſitus.Ac ſiue caſu hoīes moriānꝰ:qđ Stoici cre
diderunt:ſiue fato ut Epicurei putāt:ſeu deniqꝫ genitura qđ Pythagorici affirmare ſunt ſoliti:una ē
mortis ratio:ſi recte uixerimus ut a malis abducat & ad fęliciores ſedes aditū atqꝫ ingreſſuꝫ prebeat
ꝓcioſa eſt.n.mors Sanctoꝝ pretioſa ſapientū oīuꝫ:bonoꝝ oīum ꝓcioſa mors putāda ē.Qui uiuētes ī
terris munitiſſimā ſibi uiam ī cęlū comparauerūt.Hoc nos & de Mariano Sozino quātū credere fas
eſt augurari libet:q inter eos iure annumerādus ſit:quos ad tuendos iuuandos conſeruādos hoīes
natos arbitramur.Qui cognitionis & legalis ſapientiæ ſtudiis deditus oēm in ea exercitatione con
ſumpſit ætatē.Qui nullius fuit diſciplinæ expers:q Italię Gymnaſia & urbes:ſed impⁱmis Senā pa
triam florētiſſimā doctrina ſcripto ſentētia uoce deniqꝫ illuſtrauit.Quis nō domū eius frequētabat?
Quis nō ſibi inde conſiliū atqꝫ opē petebat?Quis nō illius acute reſponſa ſapienter dicta mature con
ſulta grauiter iudicata cōprobabat?Extant multa & præclara huius uiri monumēta ſcripta complu
ria ingentia uolumina libri reꝝ maximaꝝ cognitione referti.Earū præſertim quæ ad rectā uiuēdi
uiam ad humanoꝝ actuū directionē ſpectāt:ad pellendā iniuriā:ad colendā Iuſtitiā:ad uirtutes exer
cendas ad uitia execranda.Optimus hic Iuriſconſultus fuit optimus legū interpres optimus uerita
tis indagator.Nullius rei prorſus rudis atqꝫ integer:ſed quaſi alter Lęlius ī omni ſermone ſapiens in
re merito iudicandus.Huius fama ultimas mūdi oras penetrauit:huius doctrina cuncta reſonāt:&
totius Italię & exteraꝝ gentiū ſtudia.Quod de nobiliſſimo hiſtoriaꝝ ſcriptore Liuio ſcribit Hierony
mus haud iniuria ad hūc quoqꝫ uirū transferri poſſit:ut nō minus uiri huius ſapientiæ claritas q̄ flo
rentiſſimæ patrię ſplendor ad ſeſe contemplandū pellexerit:& ad perſpiciendā uiri huius laudē non
nullos a remotiſſimis regionibus tanti uiri fama ꝑduxerit.Ad Marianū Sozinū ut taceam Siculos
Picentes Vmbros ac cæteros finitimos ppl'os:ex Galliis ex Hiſpaniis ex Germania ex Anglia Bri
tania Hibernia ex ultimis orbis finibus confluebāt:& confluebāt quidē:ut ſapientiā eius delibarēt:
ꝑciperent:ut de uberrimis eius fontibus haurirēt.Innumerabiles ab hoc uiro inſtituti Doctores:no
biliſſimi euaſerunt:Pontificii & ciuilis Iuris adepti gloriā.Sed iam uocat funeris pompa:modus ſta
tuendus ē laudibus:quas ſine modo explicari oportebat patribus appoſitus ē ſūmus iuris interpres:
Thomā Docciū comitatus:quē habuit uitæ comitē & ſtudioꝝ ſociū ſecutus Piū admirādū diuinūqꝫ
Pōtificem:q tātope eius delectabaꝰ affatu:apud quē tātope ualebat gratia.Secutus & Bartholomeū
Piccolomineū:ne tam pręcox diſcipuli ſerior magiſtri uidereꝰ egreſſus:Secutus eſt ſummoꝝ uiroꝝ
coetū:quos multos ac celebres noſtra tulit:atqꝫ amiſit patria.Sed iam efferte funus triſte miniſteriū:
& quoniā aliqd humanitati indulgendū eſt:quatenus ratio paꝰ flete liberi:flete propinqui:nō qdē
ſup illū:ſed ſup uos ipſos potius:tanti uiri orbatos pręſidio amici & conciues flete oēs:ſtudioꝝ ſecta
tores ingemiſcite ac deflete defunctū uita Marianū:gemitū qdē:ſed nō etiam eiulatū adhibentes:ne
ſapiētiſſimi uiri mortē īſipienter ferꝰ uideamur.Iuſtas ꝑſoluite inferias:funus celebre panęgiriis ac
laudibus ꝓſequimini:Deū & cœleſtia numina comprecantes:ut ſublatus e terris Marianus transfe
ratur ad ſupos:& patrono Hieronymo:quē uiuens religioſe colebat:nūc defunctus ſæculo illi ui
uat:q ſolus eſt uitæ auctor:& reqꝗetem largiꝰ æternam. Dixi.

¶Aug.Dathi funebris Orō.IIII. Quam habuit ī laudem Thomæ Doccii Iuriſconſulti incor
rupitbilis & Doctoris ueritatis in Iure atqꝫ ornatiſſimi ciuis Senenſis.

PRohibebat ingens dolor o uiri:qui funeri adeſtis:deterrebat uis lachymarum:nec mi
nus mea mihi nota tenuitas prorſum diſſuadebat in hoc tanto coetu ſermoneꝫ facere:
niſi parendi neceſſitas atqꝫ imperantium auctoritas me ad hoc munus dicendi com
puliſſet.Obruit ingenii mei imbecilitateꝫ rei ipſius magnitudo & ſumma atqꝫ eximia
eius uiri uirtus:q nup rebus exceſſit humanis:cuius hodie in tā magna circūſtantium
corona luctuoſum funus agiꝰ.Nec mihi cogitāti aliunde cōmodius exordiendū uideꝰ q̄ ſi a deplora
tione fragilitatis hūanę noſtra proficiſcaꝰ oratio.Breuis nāqꝫ ē:plena laboꝝ uariis ac pene inumera

bilibus ſubiacens caſibus hoĩum uita/morti/atq₃ interitui ſine dubitatione obnoxia:quod ultimum
& extremum oĩu₃ terribilium nõnulli Philoſophi eſſe tradiderũt. Atq₃ a primo exordiar:qd tam cir
cuncíſum:qd tam anguſtũ:qd tã breue/q̃ hoĩs uita longiſſima! Bene ac ſcite. M. Tullius:quæ inquit
ætas lõga eſt:aut qd oĩo homini longũ! Nõ ne modo pueros:modo adoleſcẽtes ĩ curſu a tergo inſe
quens:neq₃ opinantis aſſecuta eſt ſenectus! Et.n. dies hoĩs nõ ſecus q̃ umbra prętereunt:diffugiunt:
atque euaneſcunt tanquam puluis:quem proĩicit uentus a facie terræ. Volat ætas:uita decurrit.
Tempora labunt̃:tacitis ſeneſcimus annis: Et currit freno nõ remorãte dies. Itaq₃ fert̃ Xerxes Rex
ille Perſaꝝ potentiſſimus/cum numeroſum atq₃ ĩmenſum quẽ parauerat/circũſpexiſſet exercitum/il
lachrymaſſe:quod tot millibus tã breuis ĩmineret occaſus. Hinc ſacratiſſimus Vates: Dies annoꝝ no
ſtroꝝ/inquit:in ipſis ſeptuaginta ãni:in potentatibus octuaginta. Reliquum ſi qd forte amplius acce
dit uitæ/labori & dolori merito iure aſcribit. Qualis deinde ſit hoĩum uita:q̃ magnis laboribus:q̃ ua
riis:q̃ multiplicibus pateat diſcriminibus:ut ipſe arbitror:nemo ẽ q nesciat. Proinde hanc tã miſe/
ram/tamq₃ calamitoſam humanæ uitæ ſortem deplorat Euripides:cum dicit. πασ λοδημρροσ βιοσ
άρθροπωμ κουκ έςι πονου άμαπαυσισ. Quoꝝ uerboꝝ hæc mens ẽ. Tota laborioſa eſt hoĩum ui
ta:nec eſt laboꝝ requies. Vt quod dicit uir ſũmę prudentiæ Plinius ille ſecũdus:cũ de natura loque
ret̃:difficile iudicari poſſit:parens ne melior homini:an triſtior nouerca fuerit:quippe quæ hoĩem
protinus uitę prĩcipio ad lachrymas/atq₃ ad uagitũ edit:ac ueluti a miſeria anſpicata uitã hoĩs riſus
ante diem quadrageſimũ nulli tribuit. Vni homini ex omni aĩalium numero luctũ dedit:uni multi/
plicẽ perturbationẽ:uni in ſũma uitæ breuitate ĩmenſam uiuendi cupidinẽ prębuit. Hoĩem pręceteris
animãtibus p uarios caſus:p tot diſcrimina reꝝ:ad mortẽ tandẽ interitũq₃ pducit. Quocirca elegan
ter ſapiẽs ille pdidit. Si ãnos cõputes:exiguũ tẽpus uitæ:ſi uices reꝝ/æuũ putes. Nihil eſt in tota hoĩs
uita:quod aut diutius in eodẽ ſtatu pſeueret:aut certũ exploratũq₃ uel ad breuiſſimũ momẽtũ tẽpo
ris eſſe queat:ut nõ uita hæc:quæ dicit̃ uita:ſed mors potius haberi:atq₃ exiſtimari debeat. Vt nõ in/
iuria Aurelius Auguſtinus dubitauerit:utrum mortalẽ uitã:an uitalẽ mortẽ/eam ipſam appellare de
beamus. Mortẽ quidẽ oĩbus natura propoſuit. Mortẽ effugere:mortẽ euitare nemo põt. Mort̃ doc
tus:ſapiẽs Concionator inquit:ſimiliter ut indoctus. Oĩa tẽpũs habẽt:& ſuis ſpatiis tranſeũt uniuer/
ſa ſub Sole. Mors oĩbus ſupra caput inſtat:quotidie dies ultimus appropinquat:quotidie dies aufe/
runt̃ nobis:quotidie ad finẽ tẽdimus:properamus ad mortẽ. Merito igit̃ cũ præclaro Oratore excla
mare liceat. O fallacẽ ſpem hoĩum/fragilẽq₃ fortunã:& inanes noſtras contentiones:quæ medio ui/
tę ſpatio/ſæpe frangunt̃/& corruunt:& ante in ipſo curſu obruunt̃/q̃ portũ cõſpicere potuerũt. Ho/
die imbecillitatis humanę perſpicuũ phibet teſtimoniũ ciuis clariſſimus/uir optimus/Iuriſconſultus
inſignis/Doctor celeberrimus Thomas Doccius:q uix ſexageſimo expleto ætatis ſuæ anno/morte
pręoccupatus ẽ:& ſublatus nobis ex oculis uir omni pene genere laudis/ac uirtutis preditus:ingenio/
doctrina/iuſtitia/pbitate clarus:& qd̃ de Principe Porcię gẽtis Catone Hiſtorici pdñt:Senator opti/
mus:optimus orator:pro Impatore optimo:optimus legũ ac Iuris ĩterpres. Quodq₃ de. Q. Sceuola
tradit̃/homo oĩu₃ diſciplina Iuris ciuilis eruditiſſimus:Iuris peritoꝝ eloquentiſſimus:eloquentiũ iu
ris pitiſſimus. Cuius doctrinã/& legalẽ ſapiẽtiã/nõ mõ tota admirabat̃ Italia:ſed exterę quoq₃ lõgin/
quę/ac Tranſalpinę nationes plurimi faciebãt. Ac multos ſępe ex Galliis:multos ex Germania:mul
tos ex utraq₃ Hiſpania:multos ex Luſitania:multos ex Anglia:multos ex Sicilia:multos ex Sardinia:
multos ex cæteris orbis gentibus ad hãc urbẽ colendã:ad hauriendã doctrinã:eius unius huius hoĩs
fama pduxit. Ab ultimis pene finibus cõplures tanq̃ delphicũ quoddã petentes tẽplũ/huius uiri adi
bant:ac frequẽtabãt domũ:ſummã uiri prudẽtiã/& ſolertiſſimũ conſiliũ exquirebãt. Reſponſa eius
uere reſponſa Prudentis:& quaſi oracula quędã plena fidei:plena ueritatis nõ ĩmerito exiſtimabãt.
Nunq̃ aut in uerbis/aut in ſcriptis ſuis ſecũ pugnauit:ſecũ ſemp ipſe conſenſit. Quare & Doctorẽ ue
ritatis hũc uirũ tota Sicilia & pleriq₃ nõ ignobiles ppl'i uulgo appellare conſueuerũt. Itaq₃ ob ſummã
ingenii/doctrinæ/ac pbitatis laudẽ/a tenui loco ad maximũ gloriæ faſtigiũ euaſit:oĩbus reipub. fun
ctus honoribus:fęcũda prole ſeptus/opibus & fortunis florentiſſimus. Gratus oĩbus:imprimis dile/
ctus bonis:& quę maxia & ampliſſima eius uiri laus erat. Sũmo Põtifici Pio. II. quẽ & docuit:maxie
charus. Sed qs mirificas eius uiri laudes ſatis referre poſſit! Ciuitati q̃ charus fuerit/mœrore funeris
indicat̃. Itaq₃ dicere auſim/nos moueri oportere tali uiro orbatos:q oĩbus pfuit:q cõmuni ſemp uti
litati cõſuluit:q patriã uiuit:& eã plurimũ illuſtrauit. Cuius mors luctuoſa ſuis eſt/acerba patriæ/gra
uis bonis oĩbus. Nec tñ negamus/ſi qd mali eius morte accidit:id ſolis accidiſſe nobis priuatis frugi
hoĩe/& ſapiẽtiſſimo uiro:cũ ipſo aũt fęliciter actũ ẽẽ:q oĩbus defunctus ẽ hũanę uitę laboribus:ac ſo
luto corporis carcere/ad meliorẽ uitã migraſſe putãdus ẽ. Quod qdẽ de oĩbus bonis ac ſapiẽtibus ui
ris pculdubio ſperare debemus. Nã ſpes iuſtoꝝ ĩmortalitate plena ẽ:& illoꝝ aĩę in manu ſũt Dei:ac
tã &ſi oculis inſipientiũ mori uideantur:illi tamẽ & in pace ſunt:& quiete ac beatitudine perfruunt̃.
Propter quod probe Socrates magnus philoſophus/Cicerone teſte/diſſeruit duas eſſe uias/duplices
curſus animorum e corporibus excedentium. Nam qui de humanis uitiis cõtaminauiſſent/ac ſe to/
tos libidinibus dediſſent:quibus cęcati uelut domeſticis uitiis/atque flagitiis inquinauiſſent:uel re
publica uiolãda fraudes inexpiabiles cõcepiſſent:his deuius quoddã iter eſſe ſecluſum a cõcilio Deo

rum. Qui aūt īteg̃ros ſe caſtoſq; ſeruaſſent: hiſq; fuiſſet minima cū corporibus cōtagio: ſeſeq; ab his ſemp ſeuocaſſent: eſſentq; in corporibus hūanis, uitā imitati Deorꝝ: his ad illos: a qbus eſſent profecti, reditū facile patere. Atq; hoc illud ē: qđ ī Gorgia a Platone dicit̃: eos q iuſte, pieq; uixiſſent: cū e uita migrarēt: ad beatorꝝ īſulas: hoc ē: ad Paradiſi delitias pficiſci: ubi extra ōi malo ī felicitate degerēt. Qui uero iniuſte, atq; īpie uixerint, ī punitionis ac penarꝝ carcerē: quē appellāt Tartarū ire. Nā mors pinde eſt: ut eorꝝ uita fuerit: q uitā hāc mortalē deſerunt. Et mors qdē peccatorꝝ peſſima: quēadmodū inclytus uaticinat̃ ꝓpheta. At contra, pretioſa ī cōſpectu dñi mors ſctorꝝ eius: Quam ut aſſequat̃ is: q modo uiā uniuerſæ carnis īgreſſus ē: ſupplici uoce, atq; humillimis pcibus obſecramus eū: q uult oēs hoies ſaluos fieri: q uitā perennē tribuit oibus: q cōfidunt in eo: q ſaluos facit: q beatos reddit oēs: q implorāt clementiā eius: & q illā inuocāt ī ueritate. Sed iā tpūs ē funus efferri: & defuncti manibus parentari. Et qm̄ ita carnis cogit infirmitas: atq; ipſa poſcit hūanitas, lugeri tāti uiri mortē. Quanq̄ nefas ē: quemadmodū nō de Virginio ſolū: ſed de oibus ſūmis ac ſapiētibus uiris recte dicit̃, aut fleri: aut oīo mortē uocare: qua tāti uiri mortalitas magis finita q̄ uita ē. Viuit. n. Thomas Doccius: uiuetq; ſemp: atq; etiā latius ī memoria hoīum: & ſermone uerſabit̃. Quando memoria bene redditæ uitæ conſenſu omniū ſempiterna eſt. Dixi.

¶ Aug. Dathi Funebris Oratio. V. Quam ipſe habuit in funere clariſſimi uiri Petri Ruſſii Senenſis, eminentiſſimi & Philoſophi & Theologi noſtro tempore.

NEqueo ſine lachrymis affari uos hodie uiri patres: dum cogito ſublatū e terris Petrum Ruſſiū, Doctorē nobiliſſimū: cuius uita nō modo pclarā hanc ciuitatē: nō modo totas Italiā, & pximas terrarꝝ regiones: ſed uniuerſas quoq; nationū fideliū concionē: doctrinæ ſplēdore, & admirabili ſcientiæ laude plurimū illuſtrabat: cuius mores ab ipſis uſq; tenellæ ætatis primordiis: uſq; adeo ī oēm uitā pbatiſſimi extiterūt: ut uere ad uirtutē: ad ſapientiā: ad cōmunē hoīum utilitatē natus eſſe uideret̃. Sūmā nanq; eius uiri integritatē: ingenii magnitudinē: doctrinæ laudē: nō modo noſtra rudis nequeat oratio: ſed ne eloquētiſſimi cuiuſq; uiri copia atq; ubertas ſatis explicare poſſit. Quare ex infinita quadā rerꝝ abūdantia ac uarietate: quas tāti uiri pbitas, & huius defuncti Doctoris ſuppeditat gloria: unū dari mihi ītelligo dicēdi locū: ſi ad lugendā eius uiri migrationē ac mortē uos uiri patres fuero cohortatus: & cōmunē nō modo huius patriæ: ſed totius etiā chriſtiāi generis iacturā deplorauero. Hodie proh dolor optimo uitę Duce: pręclaro oīum diſciplinarꝝ artifice: præceptore bene uiuēdi pſtātiſſimo: inſigni Philoſophiæ ac Theologiæ pfeſſore: ſacrarꝝ ſcripturarꝝ uero interprete orbati ſumus. Q đ nos iure optimo documētū probitatis: exemplū pudicitiæ: uirtutis ſpeculū: doctrinæ lumē: maximę laudis, integritatis fulgēs ſydus ſapientū uirorꝝ teſtimonio atq; cōſenſu appellauerimus. Hodie ſoluto carnis ergaſtulo, & corporeis laxatis uinculis, res hūanas deſeruit: q res hūanas cōtēpſit ſemp: ac p nihilo habuit. Solū Deū puro & nitido cordis affectu ac uirginali integritate ſectatus ē. Q ui, ut eccleſię uerbis utar, pius, prudēs, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus fuit & qetus: q̄ diu fragili carne & mole corporis circūdatus eſt. Qui pcalcatis terrenis delitiis, ſpretis mūdi honoribus, reiecta ſæculi pōpa, eam ſapiētiā āplexatus ē: q̄ ad deū: ideſt, ad ſūmū & incōmutabile bonū ſola pducit. Theſaurizauit. n. theſauros ī cęlo: quorꝝ immarceſcibilis atq; ęterna poſſeſſio ē. Audeo phibere nō ambiguū uirginitatis eius teſtimoniū: cuius cōuerſatio oīs ī ſpeculatione diuinarꝝ rerꝝ, & in coelis uerſabat̃. Q ui nūq̄ ocioſus: nūq̄ ſolus erat. Legebat ſemp aliqd: ſcribebat: docebat: cōtēplabat̃. Sociam habebat mētē: ad res altiſſimas cōſiderādas, ſpūs ſctūm comitē: q loquebat̃ in eo, ieiuniis, helemoſinis, uigiliis, orōnibus diligentiſſime ſemp intentus. Q ui diuino cantēte ꝓpheta, nō iniuria beatus dicēdus fuit: ſi in lege dñi fuit uoluntas eius: & in lege eius dies ac noctes meditatus ē. Q uippe q ſanā doctrinā documētam ſalutis oſtēdit: ueritatē meditatū eſt guttur eius: & labia eius deteſtata ſunt impiū. Euangelicā uitā & uixit ſimul, & docuit: ut teſtimonio Saluatoris nō ſine cauſa magnus uocandus ſit in regno coelorꝝ. Erat eius domus officina bonarꝝ artiū: unde pcepta uitæ, ſalutares monitus, exortationes uirtutis, exēpla laudatarꝝ rerꝝ oīum pficiſcebāt̃: ut merito īter eos ānumerandus ſit: q ſal terræ, & lux mūdi a Saluatore uocant̃. Os eius annuebat ſapientiā: & ſacris lectionibus aſſidue circūſonabāt aures eius. Itaq; uniuerſa ſacra uolumina ac diuina quęq; oracula ī eccleſiis benedicēs dūm explicauit. Et incipiens a Moyſe, percurrit ꝓphetas: ſacras pcoluit hiſtorias: nouā legē īterpretatus ē: ac diligenter expoſuit. Multa multis de rebus & pclara uolumina: incorruptos libros edidit. Nec hactenus uel ī eloquiis, uel ī ſcriptis eius ullus prorſus inuentus eſt error. Nihil obſcurū, nihil inexplicatū reliqt. Atq; ut taceā in differendi diſciplina: in morali ſapiētia: in Phyſicis ac Methaphyſicis ſpeculationibus: in tota deniq; Philoſophia Ariſtotelis ſcripta: explanauit Moyſi libros Geneſim: Exodū: Leuiticū: Numeros: Deuteronomiū: Librum Ioſue: Librū Iudicū: Librū Ruth: Libros Regū: Libros Paralipomenō: Libros Ezrę & Neemiæ: Librū Thobiæ: Librū Iudith: Librū Heſter: Librū Iob: Pſalteriū Dauid ꝓphę: Salomonis pꝫuerbia: Librū Eccleſiaſten: Canticū canticorꝝ: Librū Sapiētię: Librū Eccleſiaſtici Ieſu filii Syrach: Prophetas oēs: Primū Eſaiam: Hieremiā: Baruch: Ezechielē: Danielē: tū librū duodecim ꝓphetarꝝ: Oſeę, Ioelis, Amos, Abdię, Ionæ, Micheæ, Naum, Abbacuch, Sophoniæ, Aggei, Zachariæ, Malachiæ: Libros Machabeorū. Explanauit Euāgeliū Matthęi: Euāgeliū Marci: Euāgeliū Lucę: Euāgeliū Ioānis: ſacras Pauli apl'i epiſtolas: ad Romanos: ad Corinthios: ad Galathas: ad Epheſios: ad Coloſſenſes: ad Teſſalonicēſes: ad

Philippēſes:ad Timotheū:ad Titū:ad Philemonē:ad Hebręos:Actus Apľoꝝ:Caniconicas epľas Ia
cobi/Petri/Ioannis/Iudæ:Apocalypſim Ioānis apľi.Subtiliter diſſeruit quæ i ſententiaꝝ libris de ſa
croſancta/atq; indiuiſa Trinitate:quæ de mūdi & reꝝ oium creatione:quę de ſacris Dominicæ incar
nationis myſteriis:quę de ſalutaribus ſacramētis ab eccleſiaſticis Doctoribus ptractant̄.Sacros Doc
tores quēadmodū ſecutus/ita eū & uere/ac dilucide interpraitus ē.Imprimis Gregoriū/Ambroſiū/Au
guſtinū/Hieronymū.Sed & ueteres ac pbatiſſimos quoſq;:Cyprianū:Hilariū:Lactantiū Firmianū
Leonē:uenerabilē Bedā:maximū Fulgētiū:Remigiū:Iſidorū:Proſperū:alios cōplures.Quinetiam
pfamiliares habuit Baſiliū/Gregoriū Nazanzenū/Ioannē Chriſoſtomū/Ioannē Damaſcenū/Diony
ſiuꝫ Areopagitā:Origenē:cęteroſq; Gręcoꝝ ſapientię peritiſſimos.Tū Albertū Magnū:Thomā Aqui
natē:nec ommiſit Bonauēturā:Alexandrū de Ales:Franciſcū Mayroniū:Iohannē Scotū:Petrū Au
reolū:Michaelē Scotū:in pretio habuit:ac maxie coluit Doctores celebres:Egidiū Romanū:Grego
rium Senēſeꝫ conciuē noſtrū pillustrē:Ariminēſem Gregoriū:reliquos pterea oēs:q & noie & aucto
ritate digni ſunt.Qui igit̄ nō doleat:qs nō defleat tanti uiri amiſſionē:cuius pręſentia & uita i terris
mirificos:uberrimos/ac ſcītiſſimos fructus pferebat!Lugeat nō mō nobilis Ruſtia domus:q talē ac
tātū uirū genuit/ſed etiā tota Senēſis ciuitas:Lugeāt doctiſſimoꝝ hoium cœtus:& tota circūſtantiū co
rona.Lugeāt totius Italiæ glorioſa Gymnaſia:in qbus lux fulgētiſſima ſubito extincta ē.Quis nō de
ploret ſublatū ex oculis tā præclarū ſpecimē:ac doctorē noſtræ memoriæ clariſſimū/abreptuꝫ nobis:
uix qnto & qnquageſimo exacto (niſi fallor) ætatis āno!Orbari tā ſplendido lumie:q̄q̄ moriendū
eſt oibus lege naturę:indulgeamus tñ hūanitati & lachrymis:magni uiri & Doctoris funera gemitu
proſequamur/paſſi ob eius cōmigrationē grauē iacturā:nec minus tamē credamus/quantum fas ē:
uirum doctrina & uirtute probatiſſimum.Fide/ſpe/& charitate pfectum/tranſlatum in beatoꝝ domi
cilium:ubi beatus æuo ſempiterno fruat̄. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.VI.De uita & obitu pręcellentiſſimi & Philoſophi & Medici Bartho
li Turei Senenſis/in toto Latio celeberrimi.

SEmpronius Aſellio uir doctiſſimus/& nōnulli pręterea hiſtorię Romanę ſcriptores.P.
Craſſum Mutianū clarū & indytū uirū fuiſſe tradūt:& beatū idcirco phibēt:qđ quinq;
habuiſſe reꝝ bonaꝝ maxia & præcipua arbitrati ſunt.Diuitias:nobilitatē:eloquētiam:
prudentiā Iuris:Pontificii dignitatē.Nō ſunt hęc ſpernēda/nec cōtēnenda ſiue Fortu
næ/ſiue potius cœleſtis Principis munera.Sed pinde hæc ſunt oia:ut certe eoꝝ animi:
in quos ceciderint.Nā bona ſunt iis q bene utunt̄:mala iis contra:q male.Diuitias:ſi iuſtiuꝫ nactæ
ſunt poſſeſſorē:fortunæ ornamēta:uitæ pręſidia:uirtutis inſtrumēta ducimus.Res ē pręclara nobili
tas:ſi ad claritudinē generis:ſi ad longa ſtēmata/ac ſplendorē ſanguinis:uirtutis decus:ſpecimē pro
bitatis:incorrupti atq; inculpati mores acceſſerint.Eloquētia tanq̄ hūanę conciliationis Princeps:ma
gno ſemp in honore eſt habita:ſi tñ cū ſapientia fuerit & moderatione cōiuncta.Iuris prudentia/&
ipſa quoq; ad tuendā hoium ſocietatē/plurimū certe momēti habet:Si qs tamē uitæ integritatē eam
adhibuerint ab omni auaritiæ labe & cupiditate quæſtus prorſus abhorreat.Honoꝝ gradus/& di
gnitatis amplitudinē ita demū laudamus:ſi forſan crimē abſit affectatæ gloriæ:& pcul repellat̄ am
bitio.Ita beatū Craſſum quempiā iudicabimus:ſi ditiſſimus:ſi nobiliſſimus:ſi eloquētiſſimus:ſi Iuris
conſultiſſimus:ſi Pontifex Maximus fuerit.His muneribus ita demū beatitudo conſtabit:ſi exteriora
hæc/& quaſi quædaꝫ fortunæ dona tributa mortalibus:mentis bonitas/atq; animi bona pręceſſerint.
Nos q̄ hiſtorici pbabilius eū beatū & habēdū & appellādū ſtatuimus:in quo alia quoq; lōge pclaro
ra munera/& quaſi pnoſa talēta quędā effulſerint.Siquis optimo ſit natus ingenio:præditus ſūma
reꝝ cognitione/atq; doctrina:ſingulari ſapiētia ornatus:eximia pbitate ac uirtute decoratus:ppua
auctoritate munitus.Magna uis ē ingenii ad excogitandū:q cū docilitas ad facile pcipiendū:ad reti
nendū uero memoria reꝝ theſaurus naturali quadā ſocietate iungunt̄.Hęc ſunt.n.mea qdē ſententia
reliquoꝝ oīuꝫ fūdamēta bonoꝝ.Quanta ē doctrinæ laus:p quā nobis ueritas eluceſcit:mēs illuſtrat̄:
uita expolit̄ humana:noſtrę dignitatis decus effulget.Humana præſtātia lōge a quadrupedū natura
diſiungit̄.Fons cōſilii:puidēdi ratio:agendaꝝ reꝝ modus/atq; ordo:unde qnęſo aliunde/q̄ a ſapien
tia eſt!Dux certa ſalutis rebus oibus moderat̄:hūanos regit actus:erroribus liberat:tutiſſimuꝫ recte
uiuendi iter oſtendit.Ad portū optatæ quietis:ad calcē beatitudinis uſq; perducit.Virtus ſola ē hoīs
ac certa poſſeſſio.Cætera aliena ſunt oia:hæc tantū noſtra ē.Quippe quę nec p uim eripi cuiuſquā:
nec ſurripi p fraudē pōt.Nullis expoſita periculis ē:nullis prorſum patet inſidiis.Hæc uitę inſeparabi
lis comes ppetuo nobiſcū demorat̄:peregrinat̄:cōquieſcit.Hęc nunq̄ deſerit.Hāc unā nobiſcū ferre
poſſumus.Hæc aium pficit:uitā tuet̄:fortunā exornat:mortē contēnit:in bonis mortē ducit:p mor
tis ianuā ad uitā meliorem aditum præbet.Auctoritas teſtimoniū pbitatis exiſtit:ſummę laudis mo
numentū:pſpectę indiciū fidei:iucundum quoddā mentis pabulum:columen uirtutis:uitiorum fla
grum bene actę uitę perenne decus.Quiſnam igitur dubitet Bartholum Tureum fœlicem compro
bare:in quo uno quæ modo explicata ſunt omnia affatim & abunde præfulſerint!Quā ſplendido
uir fuit igenio!Quā icredibili reꝝ pene oium cognitione/atq; ſcientia!Quā ſingulari ac pene diuino
oibus in rebus pollebat cōſilio!Quāta quāq; icredibili uirtute/fide ſeptus erat/atq; cōſtātia!Quāta nō
ſolū in patria:ſed apud finitimos pplos auctoritate ualebat/& gratia!Quanta uel apud exteras natio

nes apud multos & quidē claros Principes & laude & fama clarebat! Per ætatū gradus ad ſūmā pfe-
ctamq; ſapientiā ſemp intendēs maximaq; reꝝ ſtudia conſectatus ē: ea ferme nūq̄ intermiſit: ſed ne re
miſit quidē: niſi raro admodū florentibus annis: & uſq; i ſenectā & ſeniū uirtutis ac ſapiētiæ exercitatio
nē: & ſalutis opa nō reliquit. Ad hoies iuuandos natus cū ſe pbe excoluiſſet: diuinā quandā meden
di rō cognitionē rū peritiā aſſecutus: totū ſeſe ad ferendū uitæ auxiliū & opē ſaluti pręſtādā accōmo
dauit. Remedia poſcentibus fide diligētia cōſilio opa nunq̄ defuit: q cū ſex & octoginta ferme an-
nos uixerit duo de ſexagita i curādis languoribus ro ſanādis ęgrotis aut eo fortaſſe āplius ānos exe
git: ut unus propiſſime acceſſiſſe uideat ad illū quaſi triſęclum quendā ac longeuū ſenez Auenzoar
diutiſſime i eodē peritiæ genere uerſatū: quē uixiſſe tradit Auerrohus lōgo tpre: & ad centū & trigin
ta qnq; ānos ętatē pduxiſſe: et pleranq; illa in medendi exercitatione cōſumpſiſſe. Quapp Medicę ar
tis primas eas ſtatuit deferēdas Auerrohus. Sed ad noſtrū Bartholū redeamus: q ſemp quas Medici
na ratio præſcribit horas male habētibus pręſto erat. Sæpe cōcubia: ſæpe intēpeſta nocte & anteluca
no tpre uiſebat uariis morboꝝ generibus preſſos: ſi ſe illis pfuturū conſpicaret: ul' poſthabēdę Gręcoꝝ
uigilię & lucubrationes Bartholi curę ac ſtudio uiderent. Qui uidit: & crebro exptus ē: uerꝝ phi
bet teſtimoniū. Miſericordē ſeſe indigētibus prębuit. Egenū & pauperē nō deſpexit. Piam opez mul
tis pręſtitit. Si qua foret aut ſpes uitæ aut uia ſalutis mirā Bartholus adhibebat induſtriaz. Quos mo
riendi neceſſitas peteret in iis mirabile dictu raro præſagientē Bartholū interitus hora: uel tpris po-
tius fallebat athomus: cū iam ad ſenectutē pueniſſet: & diuturna quadā medēdi exercitatione polle
ret. Ita peracriter humanoꝝ corpoꝝ ſecreta rimabat: et Medicinā ſolertiſſime pcallebat: quæ una di-
ſciplinaꝝ maxie fuit oium humano generi ſalutaris: & magnis priſcis quoq; tpribus celebrata pręco
niis: quæ primū celeberrimo auctore teſte Plinio inuentores ſuos cęlo dicauit. Hæc. n. pp ſūmā eius
utilitatē tanti æſtimari a ueteribus cōſueuit: ut p Ciceronis ſententia Deoꝝ īmortaliū ſit inuentioni
cōſecrata: ut Apollinē: quē tanti faciebat antiqtas eiuſce artis inuentorē primū fuiſſe tradāt: qoē ſecu
tus Aeſculapius Medicinā quoq; uehemēter auxit. Veꝝ (ut ommittā priſcos illos: q primi uel inue-
niſſe hāc artē: uel perditā reuocaſſe: uel cultam amplificaſſe phibent Podaliriū: Machaonē: Orpheū
Muſęum: Heſiodū: tum Hippocratē Coum: Galenū Pergamenū: præclarū Auicennā hiſpalenſem
Aſclepiadem: Heraſiſtratū: aliosq; pene inumerabiles: q maxie admirationis ſunt habiti: quos lauda
re malim q̄ cū cæteris comparare) ad Italos noſtros & recentioris memoriæ Medicos ueniam. Glo-
riat Patauiū Petro Hebano: gloriat Marſilio. Florentia Thadeo ſuo & Truſiano. Chriſtophoro ho
neſto Bononia. Forū Iulii Iacobo. Verona Gerardo Bolderio: Ioanne Herculano: nec parū etiā ami
co noſtro Petro ſacco. Alii pterea ppli alius. Sena uero una imprimis iure gloriari poſſit duobus lumi
nibus Vgone Bentio: & Bartholo Tureo: quoꝝ ingeniū doctrinā peritiam Philoſophię ac maxima
rū diſciplinaꝝ laudē tota admirat Italia. Sūmā bonaꝝ artium cognitionē & optimus qſq; & uulgus
omne prędicat: & maximis extollit honoribus. Sūt & alii hodie Senēſes Medici illuſtres: quos poſſuz
mōſtrare: & uos de qbus loquar minime ignoratis. Sed nolo blandiri uiuentibus. Cęteros nūc miſ-
ſos faciam: & ad Bartholū noſtrū redibo. Illud affirmare nō dubitem: hūc unū cū imprimis contēpla
tionē cū actione coniunxiſſe. Quis neget fœlicē Bartholū: q in utroq; genere uerſatus utrunq; eſt cu
mulatiſſime aſſecutus! Vt nō iniuria beatus uideri poſſit in terris: ſi eſſe hois (id: qd' dicere ſolebat
Auerrohus) pro ultima pfectione eius: atq; abſoluta ſubſtantia ē: ſiqs ſpeculatione ac rerū ſcientia
fuerit cumulatus. Hęc eſt. n. ultima (ut idē ait) atq; extrema fęlicitas: et uita uiq; ſempiterna. Cūq;
uirtutis laudē Bartholus ſitam i actione cognouiſſet: ita ſcite ac ſapienter diſtribuit omne tpūs ętatis
ut agēdo contēplando docēdo diſceptando medēdo nullā tēporis partē effluere pateret inanem.
Rem familiarē probe curauit: rem ruſticā non neglexit: remp. conſilio ſtudio omni officio pſecutus
eſt. Magiſtratus quoſq; noſtrę ciuitatis ampliſſimos incredibili quadā cū laude geſſit: amicoꝝ proſpe
xit cōmodis: ſtudioſos ſapientia uiros paterno ſemp amore complexus ē: ut quos ſua inſtitutione do
cuiſſet: octoginta aut eo fortaſſe amplius Medicinæ ac Philoſophiæ laurea coronauerit: ut in omne
Latiū in q; oēs fideliū pplos doctrina tāti uiri ac fama puaſerit. Sed pręcipua i eo uirtus eluxit. Quę
enim uſquā in noſtra tēpeſtate ciuilis hois tanta pbitas: quæ cū Bartholi fide inocentia integritate con
ſtātia animi magnitudine cōferri poſſit! Cōſtās ac ppetua recte uiuēdi ratio & īmutabilē optimę mē
tis ppoſitū etiā poſteritatis memoriam nō latebit. Pueritiam cōtriuit ī litteris. Ludos cōtēpſit. Ado-
leſcens altiora ſtudia cōplexus flagitiū: & Venerē tanq̄ ſcopulū fugit. Iunior ciuibus tum ſingulis tū
uniuerſis pdeſſe ſtuduit. Reliquū omne tpūs ætatis ad cōmunē utilitatē & ad hoiuz ſalutē cōtulit. Mi
ra fuit hois tēperātia. Tenui uictu cōtētus lautiora aſpnabat cōuiuia. Mos illi fuit quaſi uni ex uete
ribus Romanis: ut frequēter cibū ſemel iterdiu & leuē & facilē ſumeret: ut pdiu in offenſa ualitudine
uixerit: ſi nō effetū corpus ac iā extremo cōfectū ſenio clades ītaſiſſet pfluētis humoris: q iā cęli (ut
mihi qdē uidet) humectioris uitio cadēs ne ipſis qdez lactentibus parcit. Sz difficilius ē: in tā ubere
cāpo orōnis modū q̄ dicēdi copiā īuenire. Ipſe igit me cōprimā: & iā tādē ad finez feſtinabit oratio.
Nō poſſum nō fœlicem admodum Bartholum iudicare: q acutiſſimus: qui doctiſſimus: qui ſapien
tiſſimus: q integerrimus: q inſignis fuerit auctoritate & ſplendore nominis. Hic cum intellexiſſet
etiaz ſapientē ſacrum decere connubium: parum admodū remiſſis cōtemplationis ſtudiis: Dadā cla-

ris ortam parentibus-caſtiſſimam duxit uxorem. Erat ſibi cum illa:qualis Philoſophum congreſſus decet:nō ad uulgi conſuetudinē-aut ad uitæ delitias-matrimonii fœdera:ſed ad ſobolis procreationem referebat:ut nō ſecus coniugii legē-q̄ ſacra quædā mereḟ:unde fuit Bartholo nō ī fęcunda proles. Thōmā memini eius filiū:q peradoleſcens Fato functus ē. Forma corporis-& digna claro patre ſpecie-ſupra ætatē magnā uirtutē-tenerioribus annis-atq̧ eruditionē comparauit. Huius nō diſſimilis Bandinus nūc ſuperſtes-ita prudentia excellit & laude:ut ſenectutis annos-& quandā ueluti prçcocē au ⁊toritatē adeptus uideaḟ. Sed nolo præſentibus blandus eſſe. Taceo femellas eius filias:quę maxīe ob ſummū pudicitiæ decus & uerecundiæ-ac muliebris probitatis nomē-primatibus quibuſdam noſtrę urbis nupſerūt uiris. Vidit nepotū gregē utriuſq̧ ſexus:quibus præclara indole ornatis-ſuā Bartholus mirū in modū ſenectutē oblectabat. Fortunis Bartholus ampliſſimis floruit:q opibus & re⁊ bona⁊ oīum circūflueret copia:potiſſimū uero cōſilii-probitatis-ſapientiæ-doctrinæ-gloria. Sed ea tamē etiā in ſecūdiſſimis rebus moderatione fuit:ut nunq̄ quaſi unus e multis eſſe uidereḟ. Nemini ſe præferebat. Ab īmutabili uitæ conſtantia nunq̄ diſceſſit. In utraq̧ fortuna ſe īmotū præſtitit:q proſperis minime unq̄ efferreḟ: & aduerſa fortiter tolleraret. Nam (ut ommittā alia) quo aio Thōmæ filii mortē tulit:liceat nobis eum Socrati & Lęlio comparare:de quibus diciḟ:quod una erat frons:atq̧ idem illis ſemp uultus. Quā uero laudabiliter humana contempſerit:ultima eius indicauit uoluntas. Nā ita oīa recte-moderate-ſapienter inſtituit:ut totus ad eum uerſus:unde eſt oīs creationis initium:ea præſcripſerit:quę ſm rationē & ſm diuinam legē probarenḟ. Et illud (ut cōiectari licet) probans Ennii: Nemo me lachrymis decoret:neq̧ funera faxit:in probro habendū ſtatuit: quod a Sapientis grauitate longe abhorrere cognouerit:et de campano tumore-ac poetica uanitate depromſit Neuius.

Immortales mortales ſi foret fas flere:
Flerent diuæ Camęnæ Neuium Poetā:
Itaq̧ poſtq̄ eſt Orcio traditus theſauro.
Obliti ſunt Romæ lingua latina loquier.

At contra Bartholus habens oīa mortalia ac terrena pene pro nihilo-cœleſtia atq̧ ęterna ſuſpiciens a pōpis funeris-aſpernatus uulgi morē-interdixit: & ſepulturæ decreuit modū:ut in perpetuo illo ſuo & conſtanti mentis decontēnendis hūanis rebus propoſito-ad ultimos eum uitæ terminos perſtitiſſe plane oēs intelligerent:liquidoq̧ cognoſcerēt. Et ut ſemp cū uirtute-& beate uixit:ita pie ſeſe ad mortem prçmuniit:quā nunq̄ timendā duxit: & obiturus uere ſapientis functus eſt munere. Quod ſi nemo iure unq̄ deplorauit ſe mortalē genitū:quis eum defleat:q uiuens ſummā ſapientiā adeptus eſt: moriens ſummā uitæ laudē cōprobauit:p mortē æternitatē noīs cōſecutus! Non decet laudare poſt mortē. Laudādus ē nauta:qum ad portū peruenerit. Portū nō iniuria Bartholū putem attigiſſe ſalutis. Comprecemur æterni Principis Maieſtatē:ut eius ſpūm transferat in ſalutis domicilium:q uiuens moralium ſalutē omni ſtudio ſemp tueri conatus eſt. Dixi.

Aug. Dathi funebris Oratio. VII. De morte & laudibus generoſiſſimi ęquitis & integerrimi-atq̧ clariſſimi-& nobiliſſima Senenſis ciuitatis familia orti ciuis Franciſci Aringherii.

Fleuit Dominus Lazarum:id quod ſacra eloquia prodiderūt: fleuit Deus & homo mortalem hoīem-morte affectū-uiri patres:qa uehementer amabat eum. Quem erat ſuſcitaturus a mortuis-fleuit Saluator noſter Ieſus Chriſtus quatriduanū in monumēto fetentem quo uidelicet noſtrę indulgereḟ imbecilitati:ſi eos quoq̧ defunctos uita defleamus:q chari nobis in uita-iuſtis de cauſis extiterunt. Quod dū ipſe aio & cogitatione complector-nō pudet me aliquanti ſper dolori indulgere-& lachrymis:quod e conſpectu & oculis ſublatus eſt noſtris Franciſcus Aringherius ęques-nobilitate generis prçſtantiſſimo⁊ ac doctiſſimo⁊ hoīum: Epiſcopo⁊ & Cardinaliū cognatione-& longo ſtēmate clarus:uir ꝓbitate-ſapiētia fama illuſtris. Qui cū uixerit annos circiter ſexaginta-oēs pene quoad nobis compertū eſt-non in uanis ſæculi huius oblectamētis:nō in aliqua turpitudinis labe:nō in uoluptatū illecebris:nō in ulla de ni ꝓ uitii ac ſceleris fęditate:ſed ī amplectenda-colendaq̧ uirtute:in parandis bonis-atq̧ ingenuis artibus:in patriis laudibus amplificandis-atq̧ erigendis conſumpſit. Qui illico a puero natus ē ſenex: & grauitatē prudentiāq̧ ſuxit cū lacte nutricis:ac propterea quantus quantus erat:totus ſapientia & uirtus erat. Ac ſubinde optimus uir ſemp-& frugi. Vtilis patriæ & reipub. utilis liberis-uxori-& ſuis omnibus:utilis propinquis:utilis amicis:utilis oibus:qui noti ſibi:quibus notus ille erat:charus ciuitati:charus ſingulis ciuibus:charus finitimis:charus exteris populis:gratus ſummis Pontificibus: oibus inq̄:qui ſua ætate in Apoſtolatu ſederūt:gratus Cæſaribus:gratus Regibus & magnis Principibus. Sed qd uā obſecro tantopere charus & gratus fuerit Franciſcus Aringherius! Erat qppe nota & explorata ſumma uiri Integritas-ſapientia-moderatio-& ſingularis atq̧ excellens ī omni genere laus. Itaq̧ cū ſemp ī rep. prç cęteris maxīe floreret ī grauiſſimis reip. periculis atq̧ negociis:obiit Legatus Romam: Neapolin: Venetias: Mediolanū: Lucā: Florentiā: Ferrariā: Bononiam: Peruſiū: cæteraſq̧ nō icelebres urbes. Totam pene Legatus illuſtrauit Italiā:bello & pace magna & prçclara geſſit. Lætos uidit dies multos:ſed illum uniq̧ fauſtiſſimū-cū rediens a Venetis-clariſſimo in toto Lauo

Principatu: ſocietate cum Veteris inita: magno totius populi plauſu exceptus ē: feſta fronde coronatis ductus in Senatum: & inde ab eodem ipſo ſupraq̄ explicari poſſit: honorifice reductus domum. Quid de Alphonſo dicam celeberrimo noſtræ memoriæ Rege? Nonne ita hic uir unus apud eū auctoritate ualuit: ut uel renitentibus multis: traduxerit illum in Senenſis populi uoluntatem: atq; ſententiam? Tum uidelicet/cum Rex ipſe præclariſſimus Ioannem Baptiſtam Aringherium Franciſci ipſius filium/puerum admodum ob patris gratiam: & propter eximiam pueri indolem magnis affecit honoribus: & militari honeſtauit dignitate. Sed ex innumeris exemplis/his ſimus contenti paucis. Nam plura afferre & ſuperuacuum eſt: cum ſint pleraq; notiſſima: & difficile mihi: quem in anguſto quodam/ac breui temporis articulo dicentem compulerunt: qui uires meas ecco amoris indicio ſunt dimenſi. Ad Franciſcum redeo: qui uiuens in terris: ſemper patriæ profuit: patriam adiuuit: patriam tutatus eſt: & cunctis (ut aiunt) amplificauit uiribus. Amicis nunquam defuit: publicæ ſaluti conſuluit: pacē adamauit: ciuium concordiæ proſpexit. In conſilio prudēs/in ſermone modeſtus: & gratus/in rebus agendis promptus/atque impiger. Vir optimus iudicatus ſæpius Tribunus plebis/ſæpius princeps populi/ſæpius Cenſor fuit. Omnibus defunctus ē reipublicæ Magiſtratibus/nec in patria ſolum: ſed in urbe quoq; Roma ſummis eſt affectus muneribus. Senatorem urbis iterum geſſit. Indicant Senatus populiq; Romani inſignia: & præclara uexilla. Vbiq; laudes/ubiq; magnos eſt honores aſſecutus. Quandoquidem ut Philoſophi tradunt/laus: & honor ueræ uirtutis eſt præmium. Quæ cum cogito: & ipſe temperare a lachrymis nequeo: & luctum ſuis: imo cunctis ciuibus diſſuadere uix audeo: cum uideam nos orbatos tanto uiro: & tantis decorato muneribus. Quamq̄ apud nos plus ualere ratio debet: q̄ uel noſtra imbecillitas/uel trita imperiti uulgi conſuetudo. Illa inquam ratio plus ualere debet: per quam plane dignoſcitur concluditurq; non modo malum nullum eſſe mortem: ſed potius magnum bonum. Mors putanda eſt hac mortalium uita: plena laboris: plena miſeriæ/plena angoris/plena luctus. Id quod deplorauit ſapiens Euripides auctor probatiſſimus/deplorat: & magno ingenio uiri. Sed nec aſſentimur indoctis quibuſdam: qui ſe ſapientes profitentur: & interire cum corporibus animos arbitrantur. Caligat eorum mens cœcata uoluptatis illecebris: & turpiſſimæ ignorantiæ obuoluta nebulis. Vera diſſeruit Socrates: uera ſcripſit Plato & Academici pleriq;: & Peripatetici Philoſophi: qui immortalitatē animorum certiſſimis argumentis: & rationibus comprobarunt: & duplices illorum curſus cum corporibus exceſſerit. ut qui male: & impie uixerint: in tetrum carcerem demergantur: qui uero bona egerunt: perducantur ad ueræ beatitudinis gloriam. Vera imprimis nouit Magiſter gentium Paulus: cupiens diſſolui: ut cum Chriſto eſſet. Quod ſi moriendum eſt omnibus lege naturæ: eorum minime deflenda mors eſt: qui cum uirtute laudabiliterq; uixerunt: & nati ad immortalitatis fœlicitatem carnis compedibus: & corporis uinculis ſunt abſoluti: cum uiuit ſemper uirtus: uiuit celebris memoria: immortalia: & præclara extant opera/quæ nulla ætas/nulla extinguet obliuio. Id de Franciſco noſtro Aringherio Equite: & ciue clariſſimo facile ſperandum ſit: qui & ipſe uir magnus fuit: & præcipue Ioannē Baptiſtam: & Alexādrum: atq; Albertum: egregię iuuenes laudis: ſuæ uirtutis/ac probitatis filios claros reliquit heredes. Qui ut in urbe totius Italiæ opulentiſſima mortem obiit: & in celebri patria ſepultus eſt: ita in patria cæleſti glorioſus ſemper exultet: in beatorum aſcitus concilium condant cineres: atq; oſſa eius. quibus datum eſt: nos iam tandem recta ratione inſtituti: ſummum capiamus ex probitate eius: & uirtute ſolatium. Dixi.

¶ Aug. Dathi De laudibus clariſſimi/& Poetæ/& Oratoris Campani Epiſcopi: funebris tomos orationis Octauæ: quam tamen ipſe non habuit: ſed uel alterius rogatu ſcripſit: & nomine/ſeu quod/uero magis eſt ſimile/noluit Dathus præſtantē eloquētiæ laude uirum: atq; amicum/ſuo præconio: & laudatione carere. Reliquum huius orationis eſt perditum.

QVod ſine ui magna lachrymarum fari neſcio: uiri patres: ſublatus eſt de terreno carcere: & de mortali luce migrauit. B. Campanus: a Pio quondam .ii. Pontifice Maximo Aprutinus Pontifex conſtitutus. Quod eum nouerat uirum bonum: natum ad communem hominum ſalutem/atq; utilitatem tuendā: ad Latinas litteras illuſtrandas: & ſi ita dicere fas eſt: quaſi Muſarum alumnum: ex Helicone profectum: ad ſtudiorum gloriam propagandā. Qui non a parentibus quibus ille filius nomen/ac ſplendorem dedit: non a patria: quæ in abdito orbis angulo deliteſcit: gloriam/laudem/ac decus comparauit: ſed ipſe ſibi ſtudio ingenio/exercitatione/uirtute maximam gloriam peperit: ut per uirtutis: ſapiētiæ/doctrinæ gradus: ex humili loco/ad magnum honoris faſtigium peruaſerit: ut iam tandem in toto latio Campani nomen: nomen clareat: ſplendeſcat Eloquentia: doctrina refulgeat.

¶ Excęllentiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis. VI. Orationnm liber fęliciter incipit.

¶ Auguſtini Dathi Oratio: quam ipſe habuit palatio Dominorū Seneoſinm: magnia ciuium
& clarorum homiuū aſtante corona: inſpouſalibus Magnifici Equitis/ & Prætoris Senenſis
Laurenni Iuſtini.

CVPIEBAM ſi ſioe dedecore fieri potuiſſet Magnifici/ac potentes do
mini: præc ellētes Magiſtratus: uoſq; ornatiſſimi uiri: hanc dicendi re
cuſare prouinciam: quod eam noo mihi: ideſt/imperito homini: ſed
lis conoenire putarem: qui abundant ingenio: qui eloquendi copia
excællnnt: qui auctoritate præſtaot. Sed memor eios quod oerus prę
ceptor Hierouymus tradit. Quanto poteuoores ſoot domini: tanto
oportere oos eſſe ad obedientiam prompoores. Idcirco maloi uideri
fortaſſe dicendo indoctior/q̄ ſilcodo/ & imperata renuendo coutu/
max. Verum quicquid ſupra oires meas: ac tenuez facultatem fuerit
auſos id omne excuſare debet pareodi neceſſitas. Sed rem ipſam pro
ſeqoamor. Cum multa io hominum uita & magna: & peæclara ſunt:
tum illnd pręſtabile i.nprimis uideri ſolet: quod a natura profectum:
etiam ſanctiſſimarum legum aoctoritate firmatur. Eiuſmodi eſt ma
ris/ac fœminę coniugario: quam cum natura rerum omoium mater cuncta aoimalia docuiſſet: in
homionm genere/legibns: atq; inſtitutis conformata eſt: ne coniunctionis appetitus: qui procrean/
di canſa datus eſt nobis/paſſim: ac promiſcue belluarum more uagetur: ſed certa moderanooe rega
tur/ac rectę rationis cohereeatur/ac temperetor habenis. Hoc uero ſacrus connobium eſt: & ſancta
matrimonii conſtitutio. Quam probans Apoſtolus Magiſter gentium Paulus: cum ad Hæbręos ſcri
beret: Hooorabiles/inquit/nuptię/ & cubile immaculatū. Hinc Cecrops qui primus apud Athenien
ſes regnauit: maximam adeptus eſt laudem: quod primos de connubio legem tulerit. Hoc enim iu/
ra omnia diuioa: & humana commendant. Nam quemadmodum Auguſtino teſtante/nnpōale bo
num tripartitum eſt: fides/proles/ſacramentum: ita & per illud tria iura complentur per fidem/nāq;
lex humana perficitur: per liberorū procreationem: naturæ paretur/per ſacramenitm uero/dioinæ
legi ſatis fit: atq; Enengelicæ ueritao. Per hoc ſingulis conſulitur hominibns: quorū inbecilitas: atq;
indigentia coniugali ſocietate fouetur: hinc eſt illa per Moyſen domioi uox: cū primū mulierem for
maturus eſſet. Non eſt bonnm: hominē eſſe ſolum faciamus ei adiutoriom ſimile ſibi. Per hoc recte
familiæ gubernāt: & res domeſtica facillime diſpēſatur: cuius cū partes ſint: homo/ & poſſeſſio: ad
utranq; tem tuendam: neceſſaria eſt coniugalis ſocietas. Hinc ē Ariſtotelis teſtimoniū in Oecooomi
corū libris Probam mulierē omoibns quæ ſont intus dominari oportet: curāq; habere omniū ſecū
dum præſcriptas leges: nō pmittērē queq̄ ingredi ſine pcæpto uiri: uetitam maxime uerba: quæ de
mulierum corruptela circumferuotur: & ſiquid intus accidat ut ſibi notum ſit ſoli: & ſi quid ab ingre
dientibns cōmitattur: ut penes uirum ſit culpa. Hinc & in Menone Plato: decet mulierem domoſ be/
ne diſpenſare: ſalua facientem omnia: quæ intrinſecus ſunt/ & obſequentem eſſe niro. Per hoc quoq;
cōmuni utilitati pro ſpicitur: creſcit humanū genus: popnli multiplicātur/terra repletur/ciuitates pro
ſeminantur. Hinc. M. Cicero inſignis & philoſophus: & orator ad filiū. Cū hoc natura cōmune ſit
oīum aoimantium: ut habeant libidinē procreandi: prima ſocietas in ipſo eſt coniugio: proxima iu
liberis: deinde una domns: cōmunia oīa. Id aūt ē pricipiū urbis: & quaſi ſemioariū reipublicę. Poſt
ſequntur fratrū coniunctiones: poſt coöſobrinorū: ſobrinorūq;: qui cum in una domo iam capi oō
poſſint: in alias domos tanq̄ in colonias exeūt. Sequitur cōnubia: & affinitates: ex quibus etiā pluref
propinqui: qoæ propagatio: & ſoboles: origo eſt rerū publicarū. Sed inumera ſont: quæ a matrimo
nii fonte proficiſcuntur bona. Quamobrem & Iuno infenſa Troianis/Soror/ & coniux Iouis: apud
Maronē Virgiliū tempeſtatē petitora: & Eolū uentorū Regē ut Poetæ fabulātur: i ſoam ſentētiā tra/
ductura/nō habuit quod maius deferret: ſed quodqood habebat ſummum pręmium: & doonm am
pliſſimom pollicetur deſponſationem filiæ/ac modulatur his uerſibns.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam
Connubio iūgam ſtabili: propriamq; dicabo
Omnes ut tecum meritis pro talibns: annos
Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.

Quibus ſaoc uerbis uera/ac ppria ſacri cōiugii uel cōmoda uel ornamēta declarant. Quæ præcipua
ſūt/maris: & fęminę cōiūctio legitima copulatio: īdiuidua oītę cōſuetudo: fidei & cōiugalis pudicitię
cōſeruatio/dierū lōgitudo: & uitæ iucūdiſſima diuturnitas: filiorū deniq; pcreatio: q præcipuus ſacri
cōnnbii finis ē: & fructus uberrimus. Quæ qdē oīa: quę utiq; & multa/ & pręclara ſunt: cōſiderās: &
recto ſecū iudicio uolutās Magnificus Eques: & ſolertiſſimus iuris cōſultus Laurentius Iuſtinus: da

riſſimus noſtræ urbis Præſes: tanq̃ uere ſapiẽs: q ſe intelligit nõ ſolũ ſibi natũ eſſe: ſed ad cõmunem
potius/perpetuamq; ſalutẽ: & prouirili ſua ad conſeruationem cõciliationis humanæ: iam maturus
uxori: animum ad uxorẽ appulit: & nuper diuina inſpirante gratia. deſpondit ſibi Virginem for/
moſiſſimã Panteſileam clariſſimi quondam/& doctoris/& Militis Baltaſaris Rimbotti filiam de quo
rum laudibus cupio potius dicere: q̃ poſſum. Quãq̃ ſcio oportere neminẽ a quopiã laudari præſen
tem: & grauiter ſapiẽtem ferre: ſi coraʒ laudibus efferatur. Sed certe ſponſo: & ſponſæ utriq; illuſtris
patria eſt: præclarũ genus: & a preſtantiſſimis ductum parentibus. Vtriq; magnæ fortunę: utriq; flo
rentes opes: utrinq; ſumma uirtutis/ſapientiæ: probitatis/ doctrinæ ſplendeſcit gloria: utrinq; ma/
gnum dignitatis decus. Pater Virginis/pater ſponſi: & ipſe pinſignis Eques ſponſus ipſe: oẽs pro/
culdubio nobili germine nati: omnes in plærisq; Italiæ urbibus ob magna uirtutis merita: & magi/
ſtratibus: & ampliſſimis honoribus functi ſunt. Vbiq; eoruʒ oĩum glorioſa fama niteſcit. Sed redeo
iterũ ad ſponſum/atq; ſponſam: utriuſq; genus ſplendidum eſt/forma: & dignitas liberalis/ac perue
nuſta/integra/& florida ætas: ſpectati/ac laudatiſſimi mores: pbatiſſima uirtus: alterius ſumma pru
dentia: & grauitas: alterius maxima pudicitia: atq; honeſtas: utriuſq; magna laus: ut uere credẽdum
ſit diuinitus eſſe cõiunctos. Qui qdẽ rem putauit ipſe Magnificus Eques Laurẽtius: excelſi. Domini
putauit inq̃ cũ ueſtris magnificentiis cõferendã: & hanc ſponſalium cõmunicandã celebritatẽ: ut ſo
lidum ſit hoc gaudium: ſi eos ſimul lætantes: congratulãteſq; intueatur: quos in ſummo habet ho/
nore: quos obſeruat/& colit: quibus ſe ipſum: & fortunas ſuas ſe debere exiſtimat: quos deniq; huius
optati boni auctores habet: ut iam per hoc arctiſſimũ uinculũ adepti coniugii membrũ ſe factuʒ in
telligat ueſtræ florentiſſimæ ciuitatis: quam de cętero/alteram habiturus eſt patriã. Poſtremo tu Lau
renti: & in hoc coniugio/& in omni uita: deum quæſo: ſis fœlix: & tua laurus adiecta Panteſilea/ppe
tua uiriditate floreſcat/ut tanq̃ lignum/quod plantatũ ẽ ſecus decurſus aquarũ: det fructũ ſuũ in tem
pore ſuo: quod eſt: ut ad laudẽ Dei uideas filios filiorum tuorum: pacẽ ſuper domũ tuã/ac ſuper uni
uerſam terrã. Vnũ erit huic ciuitati gratiſſimum: ſi nõ tu Panteſileã alio traduxeris: ſed illa te ad nos
traxerit: ut uere hæc poſſit gaudere ciuitas: quod & illa nõ careat & te. i. optimum: & præclariſſimũ
ciuem ſit aſſecuta.   Dixi.

¶ Aug. Dathi Oratio altera in Sponſalibus.

NOn opinãti mihi: atq; imparato prorſus/patres optimi: hæc delata res: & prouincia ẽ:
quæ proculdubio & meditatione præcipua: & magni oratoris copia: & eloquentiſſimi
uiri egebat eruditione/atq; doctrina: dabitis ueniam ut ſpero: & ipſe aperiã paucis ue/
ſtræ huius lętiſſimæ conuocationis cauſam. Scite/ac uere proditur Ariſtotelicum illud.
Bonum eo diuinius: quo uideatur cõmunius. Proinde id bonum quod & latiſſime pa
tet: et ad totius humani generis amplificationẽ ſpectat: ſummis quoq; uideri debet: atq; ampliſſimis
dignum laudibus. Quo numero iure/ac merito ſacrum cõnubiũ a uiris quibuſq; ſanctiſſimis collo
catur: quo ſeruatur/augeatur/multiplicatur humanum genus: cuius quanto dignitas eſt: et nobilitas
naturæ præſtantior: tanto ea res facilius iudicari poſſit: & optima omniũ/ac cœteris pene omnibus
præferenda/per quã ſaluti: atq; incolumitati humanæ conciliationis proſpectũ eſt. Id autem ſacrum
eſſe coniugium declarauit uir ille apud Romanos clariſſimus: cum Cenſor apud populũ hæc fatus
eſt. Si ſine uxore poſſemus quirites eſſe: oẽs ea moleſtia careremus: ſed quoniam ita natura inſtituit
ut neceuʒ illis ſatis commode/nec ſine illis ullo modo uiui poſſit: ſaluti perpetuæ potius q̃ breui uo
luptati cõſulẽdũ uidebať. Quod ipſum luculẽtis ſane uerbis cõfirmauit Lactãtius Firmianus ĩquiẽs
pfecto ĩ oĩbus: cœteriſq; aiantibus diuerſitas ſexus: et coitio: et generatio nullã habet aliã rationeʒ:
niſi ut oĩa genera uiuẽtiũ: quoniã ſunt cõditione mortalitatis obitura: mutua poſſit ſucceſſione ſer/
uari. Sed illud ĩ humano genere potiſſimũ effloreſcit p ſanctiſſimas cõnubii leges: atq; intemerata
ſacri coniugii fœdera. Quod qdẽ præcipuũ/ac præclariſſimũ bonũ quotiẽs contrahitur merito cum
multis: ſed ĩprimis cũ propinqs: atq; amicis debet eſſe cõmune. Quãobrẽ cũ æterni principis nutu af
finitatem cõtraxerint ciues ornatiſſimi: & uiri preſtantes Galganus Burgeſius Iure conſultus noſtræ
tempeſtatis illuſtris: & Marianus Goſſus magna uir laude: & bina ſint eodẽ tẽpore ſponſalia celebra
ta: & Burgeſiæ Virgines fama/pudicitia & ætate florẽtes duæ. A. & B. ipſius Galgani filiæ nupſe/
runt/C. & A. ipſius Mariani filiis adoleſcentibus modeſtis: & gratia apud oẽs: & ſpe uirtutis pręx/
cellentibus: æquum/& par uiſum eſt in hoc cœtu: & præclara propinquorũ: atq; amicorũ corona reʒ
lętiſſimã: & piucſidã/ac diuinitus cõparatã cõferre uobiſcũ: ut ea rõe augeſcat gaudii cumulus: & ue
ræ amicitię muneri fiat ſatis: ſi ita iura diuina: & humana ſanxerunt/ſi ita recta humanæ uitæ depo/
ſcit ratio: ſi ita optima rerũ oĩum parens natura cõſtituit: ut eorũ: quos ſummæ charitatis glutinum
copulauit: qq; in diſſolubili amoris uinculo cõnectunť: oĩa tũ pſpera/tũ aduerſa debeant eẽ cõmu/
nia. Agamus igiť ĩmortali deo grates: de cuius munere uenit: ut tã magna: tãq; pclara mortales be
neficia aſſequanť in terris: & ſimul cõprecemur: ut fauſtum: ac fœlix ſit hoc connubiũ cũ optata ſo
bolis propagatione: & ſponſi/ac ſponſæ: & totius cognationis ppetua/ac ſũma lætitia: ut grãta neceſ
ſitudine: & ſacri ſponſione cõiugii iuncti ſunt/& uideãt filios/ac nepotes: & q naſcẽť ab illis & lętitia
& ppria uoluptate fruanť cũ ſumma pietate/ac perenni cõcordia ad catholicæ religionis gloriaʒ: &
ad ſummũ patriæ decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Ofo. III. I Spõſalibus magnifici ac generoſiſſimi Eqtis. & clariſſimi ciuis Senenſis Antonii Bichi.

SVm p ætatem patres ornatiſſimi & p longã ac diuturnã exercitationē dicendi iã tãdẽ emeritus pius hoc tẽpore & religionis eſt opibus in herendũ. Id quod Magiſter gentiũ Apoſtolus precipit ac ſancta dei inuitat eccleſia. Reipublicæ cura: atq; aſſiduus multarum rerũ labor me totũ ſibi pro ſuo iure uendicat. Multũ et ſæpe nimiũ hac una de re in conſpectu ueſtro locutus ſum: ut nihil nouũ nihil iauditum poſſit afferri: Sed et nescio quonã meo fato hoc uſu ueniat: ut repente ſemp: et ĩpræmeditatũ ac nihil tale opinãtẽs: ſubito me aggrediantur: q mea uoce atq; opa uti uolunt. Quorum cum habeãt imperandi poteſtatẽ: iuſſa cõtemnere nec nolo nec audeo. Sed hęc me ẽt inuitũ cogũt: ut rem hodie uobis ꝓpoſitã: et in anguſtũ redigã: et in q̃ pauciſſima uerba cõferã. Nam qd eſt: quod efferam plurib9 ſacri cõiugii dignitatẽ fructum ſplendorẽ amplitudinẽ! Nota hæc atq; explorata ſunt oĩbus. Illud magni oratoris preconium ad ſacrũ cõiugium nõ iniuria transferri poſſit. Oĩum rerum ex quibus aliqs operatur: nihil eſſe cõiugali ſocietate melius nihil uberius nihil dulcius nihil hoie libero dignius: quod uirtus ſobolis fecũditas: dulce ſocietatis cõſortiũ multarũ rerũ tum cõmoditas tũ etiam amplitudo declarat. Pacem laudat Aurelius Auguſtinus cum Silio Italico ſummum ĩ rebus humanis bonum cõſtituẽs: quod & honeſtum eſſe: & iucundũ exiſtimat: quæ duo p raro cõueniunt & in una ſede morãtur. Si honeſtum & iucundum ſacrum cõiugium eſt. ecce q̃ bonũ: & q̃ iocũdum ſponſum & ſponſam: uirũ & uxorẽ coherere in unũ & arctiſſimo atq; indiſſolubili ſancti fęderis uinculo copulari. Propter qđ relinquit homo patrem & matrẽ uxori iungitur fit unus ex duobus: ut ſint duo in carne una. Triplex cõſtituit Ariſtoteles bonum nõ modo Peripateticorũ: ſed uno excepto Platone: ꝓphiloſophorũ oĩum pricepſ honeſtum utile iucundum. Si ſacrum cõnubium diligentius cõſiderare uoluerimus: præſto illius erit honeſtas: latiſſime patebit utilitas: nemini obſcura erit dulcis cõſortii ſumma iucunditas. Dulce: & ſacrũ eſt cõiugalis ſocietatis nomen: res ipſa uero tum ſacra et a Deo auctore ꝑfecta tum hominum generi ſalutaris tum humanę ĩbecilitati neceſſaria tum honeſte degentib9 periucunda. Pulcherrimum igitur cõnubium eſt: & uere laudandus thorus ĩmaculatus. Sed hi quoq; magna digni ſunt laude qui ſe ad uitæ huius: et ſanctæ genus ſocietatis accõmodant. In his hodie. A. ſponſus ac N. ſponſa: alter ex clara. Bichorũ domo: altera cõſimili Bertorum familia: uterq; optimis nati parẽtibus ac ſpectatu dignis. Sed non ſum ego adulari ſolitus: nolo cuiq̃ blandus eẽ. Prohibet ſaluatoris exemplũ præſentẽ quẽpiam laudari. Gẽtilium eſt iſta cõſuetudo: & eorum qui diſparẽ ſequuntur cultũ. Nos qui ĩcorruptũ dogma ſectamur qui catholicã et chriſtianã integritatẽ profitemur reiecta aduladi uanitate ad largitorem bonorum oĩum deum animum atq; cogitationem cõuertimus. Nõ. n. ta3 communicãdi gratia quod uulgo putãt: ſed potius congratulãdi: et comprecãdi cauſa: in templum dei uocati eſtis: Demus igitur laudem Deo atq; illum ſolum tãti muneris recognoſcamus auctorem. Nã pios animos pia recæpta numina ſupplice ueneratione cõprecemur: ut ſponſi: ac ſponſe: ſibi et noſtri oĩu3 uota ſecundet: et optimis ſemper auſpiciis ꝓſequatur: ut diuino ſepti præſidio multos annos: et longæuã ætatem læti agãt: et pulchra fiant: ac fœcũda prole parẽtes. Superelbur iſtios nouia iunxit affinitas: ĩ charitate inuicẽ ãplexati obſculẽtur ſeſe obſculo oris ſui: et firmo denũciãt amoris nexu. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Ofo. IIII. de ſacro coniugio: Hãc orationẽ habuit filii nepos Hierõymus Dathus uix decẽnium ĩſpõſalibus Angele Dathe præfati Auguſtini neptis magna equitũ ac inſigniũ uirorum aſtãte corona.

COniugii ſacramẽtum patres chariſſimi uere ſacrum iure laudãdu3: et humano generi ſalutare nemo nõ facile ĩtellexit: qui ſacra chatholicę fidei iſtituta cognouit. Hoc ille primus ſanxit qui oĩa mirabili rõe gubernat: et eo certe tempore cum a peccati ſorde: & totius culpæ lãbe noſtra prorſus erat aliena cõditio. Per hoc nãq; terrarum orbem humano genere compleri cõſtat: et ſeruari augeri creſcere cœtũ rõne utẽtium creaturarum: quæ quidẽ ſolæ æterni cõditoris imaginem ſeruant. Hoc igitur ueneremur: & miris efferamus laudibus: eorũ cõmendãtes propoſitum: qui ſacra coniugii fœdera inuiolata integritate tuentur. Hoc igitur fœlix ſit fauſtũq; cõnubium: & ſuperni numinis aſpirante gratia macti ſunto laude fęlicitate: & gloria: quorũ hodie nuptiæ: & cõiugalis lętitia celebrãt eo auſpicio atq; omine: ut fęcũda ꝓles cũ ſummæ noſtrũ oĩum uoluptate: & ſpõſi ac ſpõſę lõgo ęuo ubertime propagetur ad ęterni principis ĩmortalem laudem. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. V. de laudibus ſacri cõiugii

CEnſent oẽs uiri ſapiẽtes: q magnis de rebus rectiſſime tradiderunt patres ampliſſimi: hominem ita ꝓcreatum: & comparatu3 naturã: ut ſocietate: atq; conciliatione lętetur. Et duabus quidem rebus ratione atq; oratione ita in humana conciliatione copulatur & iungi tur: ut ſi quis in mortalium numero eam conſuetudinem conſectetur: ut ſolitariam uitam deligat: ꝑ Ariſtotelis teſtimonio: aut ſupra hoĩem aut ĩfra hominem illum haberi cõueniat. Atq; cum multę ſint inter homines ipſos ſocietates nulla certe gratior nulla iucundior uideri ſolet: una illa: quam ĩter maritum: & uxorem: reru3 omnium artifex natura conciliauit.

Quæ pculdubio origine ac tempore ſuperat cæteras omnes: atq; longiſſime antecellit. Nec obſcura eſt Magni Oratoris ſententia: cum primã ſocietatem in ipſo coniugio apertiſſime demonſtrauit. Proximã uero in liberis: quem cernimus ſacri connubii fructum uberem: atq; omniũ ampliſſimũ. Et.n. cũ ſit humani generis mortalis conditio: & ea lege naſcamur: ut tandem aliquando ad interitum ſit: & uitæ exitum ueniendum: certe congrue ac ſalubriter ſancti coniugii interuenientibus ſacris fœderibus: conſultum eſt: ut quod ſuopte ingenio & natura mortale eſſet: continua ſucceſſione quodammodo immortale fieret. Itaq; optimo iure ſacrũ coniugium magnis efferẽ laudibus. Quod ita comparauit humani generis: ac totius mundi conditor Deus: quem ſolũ tanti muneris auctorem fuiſſe conſtat: ut facile hominũ naturã ac ſocietatem tueatur: & ſeruet. Et cũ hominẽ udo limo formaſſet: atque ſpiraculum uitæ infudiſſet: continuo fragilem ipſius hominis conditionẽ miſeratus: fecit & adiutorium ſimile ſibi: & ſociam dedit: ac totius uitæ conſortem uxorem: quæ omẽs cũ uiro ætatis ãnos exigeret: ac pulchra faceret eum prole parentem. Vt ea protoplauſtus comite ſuauiſſima ſeptus: facilius neceſſaria uitæ adiumenta pararet. Quod ſi prolis fœlicitatem & dulcium natorũ conſideramus: dulce ſolamen: nulla erit unquã tãta dicendi copia: quæ ſatis dignas laudes poſſit afferre. Quandoquidem ex ſacri matrimonio arctiſſimo uinculo indiſſolubilis amoris nodus efficiaẽ: & ſumma quędã conflatur charitas: quæ res cum ad humanã ſocietatem acceſſerit: parit inexplicabile gaudium: iuſtitiam: mãſuetudinem: cõcordiã gignit: pacem & incredibilem trãquillitatem adducit: quibus rebus nihil poteſt omnino excogitari iucundius: nihil inueniri melius: nihil pretioſius cuſtodiri. Laudemus igitur abunde ſacra ſponſalia: lætiſſimas nuptias celebremus: Deum precãtes: qui cũcta regit: ut ſpõſi ac ſpõſę uitã diuturnã cum magna ſobolis fœcũditate & neceſſariorum omnium atq; amicorum lętitia fœliciter tueatur: cum Bicorum ſplendore & eius præclaræ familiæ amplificatione & gloria. Atq; idem ornatiſſimi ciuiuũ ac prẽs: ut fœlix ſemper: ac propitius Deus: & det ſemper ætatem iucundiſſimã agere. Dixi.

Augustini Dathi Oro. VII. De laudibus ſacri cõiugii.

PAr erat uiri præſtãtes: atq; ornatiſſimi: eum: qui accurate quicquã magnis de rebus locuturus eſſet: eiuſmodi ingenio ualere: ac doctrina: ut aliqua ex parte ueſtræ expectationi: quãtum daretur uirium: reſpõderet. Nam ea eſt inueterata cõſuetudo: ut ii potiſſimum ad dicẽdum aſſurgãt: quos ſumma eloquẽtia: ſumma doctrina: ſumma deniq; auctoritate præditos eſſe conſtet. A quibus ego fretus eruditionis adminiculis: apud uiros longe ſapiẽtiſſimos tã graue auſus ſim ſubire onus: in quo nõ modo rudis: atq; indoctus: ſed eruditiſſimus quiſq; facilius ſuccumbat: q̃ uictor euadat. Perdifficile nãq; eſt: res pręclaras atq; admirabiles oratione complecti. Eiuſmodi uero ẽ de nuptiis: deq; earũ laudibus ſermo. Sed quod mea imbecillitas explicare nequit: ex uberrimis diuinę graueę fontibus petendum iudicaui: ut firmiſſimis auxiliis ſubſidiiſq; munitus: paulo audẽtius rem difficillimã tentare ualeam. Bene igitur atq; oportune ut ſapientum hoĩum inſtituta ſectemur: Seuerini Boetii egerimus.

Da pater auguſtã menti cõſcendere ſedem.
Da fontem luſtrare boni: da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere uiſus.

Iam.n. fas ſit: tã magno implorato pręſidio: ut paucula de matrimonii iure: ac nuptiarũ laudibus in mediũ proferã. Sed quęrenti ac diligẽtius conſiderãti mihi: coniugii inſtitutio: eius finis: fructus: deniq;: qui proficiſci ex eo ſolẽt: explicãdi ſe offerũt. Omne et.n. aĩalium genus imortalitatẽ quampiã cõcupiſcit: ac perpetuæ uitæ cũcta aĩalia inhiare uidẽtur. Sed natura ita inſtituit: ut morti obnoxia eſſent: atq; ut interitui ſubiacerẽt. Verum miſerata hanc ſortem mortalitatis: maris ac fœminę coniugationem inſtituit: quatenus diuina & iubẽte poteſtate: & uoluntate ſinente: per eiuſmodi maris & fœminę combinationẽ: ſi nõ alia ratione: ſaltem ſucceſſione quadã perpetuã uitã conſequerentur. Huius aũt ſententiæ teſtis eſt optimus ac probatiſſimus Ariſtoteles: qui ſecũdo de aĩa libro: hæc grauiter ac ſplendide locutus eſt. Naturale eſt inquit: omnibus uiuentibus facere alterum: quale & ipſum eſt: & aĩal quidem aĩal: planta aũt plantam: quatenus diuino ſemper participẽt quoad poſſint. Omnia.n. id appetere uidẽtur: atq; eius gratia agũt quæcunq; agũt ſecundum naturam. Hæc Ariſtoteles. Eandem quoq; ſententiam & Firmianus qui & Lactantius dictus eſt: in ſacrarũ inſtitutionum libris probare uidetur: cũ hæc ſapienter ſimul eleganterq; profatus eſt. Profecto in hominibus: cæteriſq; animãtibus diuerſitas ſexus & coitio & generatio: nullam habẽt aliam rationem: niſi ut omnia genera uiuẽtium: quoniam ſunt conditione mortalitatis obitura: mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Quamobrem bene ac ſcite iureconſulti uiri: qui pleraq;: ut erant prudentiſſimi: e Philoſophiæ fontibus hauſerunt: ſm iuris naturalis uim: maris & fœminę coniugationem: quod matrimoniũ uocãt: inſtitutam fuiſſe tradũt. Quare & natura ipſa duce: nõ homo ſolũ: q̃ particeps ẽ rõnis: ſed cætera quoq; aĩalia: quę ſũt mẽtis ac rõnis expertia: hãc eandẽ copulã affectare uidẽt: idq; ipſum pbe teſtaẽ. M. Cicero primo de officiis libro: cuius hæc uerba atq; ſentẽtia eſt. Cõmune ẽ aĩantium oĩuz cõiunctionis appetitus procreandi cauſa: & cura quædã eorũ: quæ procreata ſunt. Quibus ex uerbis pſpicuũ eſt: nõ ſolũ pcreandi curã neceſſariã eẽ: ſed etiã alẽdi: atq; educãdi diligẽtiã. Sed hęc homini cũ belluis cõmunia ſunt. Inter hoĩem aũt & reliqua animãtia hoc potiſſimũ intereſt: quod illa paſſim ac libere cõmiſcẽt lege ſoli-

ta:homo aũt mentis particeps ad coniugii ſanctiſſimas leges:ac uenerandũ matrimonii ſacramen/
tum ſe accõmodat:nõ a Cecrope inſtitutũ:ut Athenienſibus uiſum ẽ:ſed a conditore rerum oium/atq;
opifice Deo in ipſo mũdi primordio:cum & Adam primum hoiem de limo terræ finxit: & mox de
eius coſta ſociam Euam formauit. Finis aũt huiuſce ſocietatis eſt/nõ ſolum liberorũ procreatio:ſed &
ciuitatũ propagatio/& rerum publicarum. Quod eſt (ut Ariſtoteles ait) ĩ humanis rebus bonorum oium lõ
ge maximũ. Idcirco liquido manifeſtat:cũ dicit. Cum hoc cõmune ſit oium animãtium:ut habeãt li/
bidines procreandi:prima ſocietas ĩ ipſo eſt cõiugio:proxima ĩ liberis:deinde una domus cõmunia
oĩa. Id aũt eſt pricipium urbis:& quaſi ſeminariũ reipub. Hæc uero idcirco dicit. M. Tullius:quod ex
hac dũtaxat maris & fœminæ coniunctione/propagado illa naſcit/ac ſoboles:quæ eſt origo ciuitatũ
& rerum publicarum ſeminarium. Hinc tria:& ea quidem maxima & præcipua bona profecta ſũt:quo/
rum primũ ad fidẽ ſpectat:quã ĩtemeratã ĩcorruptamq; & uir uxori/& uiciſſim uxor uiro cõſeruet.
Eſt.n.matrimonii fũdamẽtum ſolidiſſimum Fides:quod charitatem ingẽtiſſimã cõtinet. Vnde & ĩ
ueteri lege & ĩ nouo etiam teſtamẽto legimus. Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ ſuã:& adhę
rebit uxori ſuæ:quod ĩtelligẽdum eſt/per firmiſſimã fidei cõſeruationẽ. Alterũ aũt bonum eſt:quod
ad liberos pertinet:quod optime fuerit ſeruatum/atque perfectum ĩ his tribus:ſi honeſte procreen/
tur:ſi modeſte alãtur:ſi inſtituãt ad bonorum morum cõformationẽ. Nam idcirco eſſe debẽt duo in carne
una. Tertium ad ſacramẽtum ſpectat. Nam ita uiuere uirum atq; uxorẽ oportet:ut ſumma cõſenſio
ne/incredibili cõcordia/ſingulari deniq; amore deuincti indiſſolubili quodã cõiugii nexu:perpetuos
inuicem uitæ ſuę ãnos exigãt. De hoc nãq; dictũ eſt:quod Deus cõiunxit:homo nõ ſeparet. Quę tria
facillime euentura cõfidimus ĩ his duobus/ſponſo/ac ſponſa:quorum cauſa ĩ hũc locum celeberrimum
uiri ornatiſſimi in præſentiarum cõueniſtis. Nam tum ſolẽt tria hæc plerũq; cõtingere:cum uir uxori:
uxor quoq; uiro cõuenit. Sed ĩ his cum cætera paria ſunt:tum mores utriuſq; probatiſſimi laudãtur.
Quibus ex cauſis futurum eſt:ut nõ ſolum duo ſint ĩ carne una:ſed duorum etiã una uolũtas:una mẽs
unus ſemp/idemq; cõſenſus:ſumma deniq; cõcordia/atq; tranquillitas. Demũ Deum pricipem obſe
cramus:ut ſicut huius cõiunctionis ſolus ẽ auctor habẽdus:ita & uobis ſpõſe & ſponſa præſentes ui/
tã felicẽ tribuat:& ita ueſtrũ cõnubiũ ſecũdet:ut liceat uidere filios filiorum ueſtrorum:& ſup ueſtra domo
perpetuã ac tranquillã pacem. Ad laudẽ Dei. Benignis auribus ueſtra ãplitudo excellẽtiſſimi patres
audire paſſa ẽ:quæ hodie a tenui ingenio ſunt profecta:& inepte potius/q̃ ſtudioſe & acriter ĩ mediũ
prolata. Fateor me perpetuo uobis deuinctũ/ac uehemẽter obnoxium. Et quoniã agẽdę gratię mihi
me facultas datur:ille quęſo/pro me repẽdat:quem fontem uberrimũ eſſe cõſtat bonorum oĩum. Dixi.

¶Aug. Dathi Oro. VII. Qua publico nomine gratulatur egregiæ coniugi indyti Ferrarieñſis
Ducis/& Sereniſſimi Ferdinãdi Regis filię/tãto dignę parente/Sena tranſeunti:& ad genia/
lem thalamum properãti:uinclaq; multũ laudat cõnubialia Dathus.

SAcri matrimonii fœdera/iura oĩa diuina & humana cõmẽdãt. Nec ſane iniuria. Quan
do quidẽ ſola res ẽ:quæ honeſta/utilis/iucũda/terrarum orbem replet:humani generis ſa
lutem tuet:propagationẽ cõtinet arctiore beniuolẽtia:& amore hoium cõciliat ſocieta/
tem. Et cũ cæterę laudãtur honeſtę oẽs ſocietates:tũ illę patere uidẽtur latius:quę ſum/
morũ Regũ ac Pricipum neceſſitudinẽ amplectũt. Quippe quæ a diuina ĩſtitutę pro/
uidẽtia:quę maximã humanarum rerum curã gerũt:plurimorum ſalutẽ:humanæ cõciliationis:cõſeruationẽ
cõmunem oium utilitatẽ ſpectãt. Euge lętemur oẽs:& magno exultemus gaudio ĩ hac ſumma ſpõſa
liorum lætitia:dulce cãtemus epithalamion. Adſit nũc quęſumus/nõ Athenienſium Hymenęus:nõ
Romanorum Thalaſſiou:nõ Poetarum celebrata carminibus:Iuno nõ Eratho:aut alia quætis Muſa/
rum numero:nec enim illis ſunt pro ſtultæ gentilitatis errore:uincla iugalia curæ:ſed mũdi Priceps
ĩmortalis Deus/ſacri inſtitutor cõnubii:& coniugalis fœderis auctor:cuius nutu cuncta gubernant
humana:& maximorum Principũ cõſilia actioneſq; regũtur. Adſit inq̃ propitius ac fœlix cœleſtiũ oium
ac terreſtrium arbiter/& Rector Deus:q nõ ſolum huius ſanctæ ſocietatis primus oium inſtituit ſa/
cramẽtum:uerum etiã in humanæ carnis inuolucro mortalẽ uitã agens/tum ſua/tum incorruptę Vir
ginis/atq; intemeratæ matris interuentu/& præſenti comprobatione nuptias conſecrauit. Aſpirẽt lę
tis ſponſalibus cæleſtia numina:& ſuperi faueãt oẽs/ac fœlicibus nuptiarum celebritatẽ auſpiciis proſe
quantur. Gaudeat nõ Neapolis/ac Ferraria ſolũ:ſed uniuerſa quoq; gens Auſonia:ac tota lętet Ita/
lia:gaudeãt fideles populi/& chriſtiani cętus:cultrix pacis:aſtipulatrix charitatis:& ocii Sena lætet:&
magno totius populi exultet gaudio/canticis/plauſibus/lætis uocibus iubilemus oẽs. Glorioſa Prin/
ceps:& Regali fulgens progenie:ſed uirtute longe fulgentior. N. ſplẽdidiſſimi Regis filia clariſſimo
nupſit Principi. Hinc Rex potentiſſimus & Princeps Ferdinãdus:inde Dux magnanimus Ferrarien
ſis Hercules affinitate iuncta conuenerunt in unũ:conuenerũt inq̃ ad cõmunem ſalutẽ retinendã:
ad pacem ſeruandam:ad firmandam uniuerſorũ tranquillitatem:ad priſci ſæculi fœlicitatẽ reuocan/
dã:ad bonorum oium cumulum augendũ. Lætemur igit omẽs:& incredibili exultemus gaudio:hi/
larem dies & feſtũ agẽtes/ſacra hæc ſponſalia ſumma aiorum iucũditate celebremus. Tu uero illuſtriſſi
ma Princeps cum tuorum omnium ſplendore ſis quæſumus/perpetuo fœlix cum dulciſſimo ſpon/

ſo Hercule diuturnam/ac beatam uitam degens:et qui te admirabili uirtute/pudicitia/uenuſtate/de
core:et maximis donauit ornamētis Deus:cū tui Regalis ac præclariſſimi generis ſplendore & gloria
pulchra faciat te prole parentem.

¶Della letitia di queſti Signori & di tutto elpopulo noſtro illuſtriſſima Madonna parlare ſaria ſuper
fluo.Perche li optimi reſpecti della noſtra precipua reuerētia uerſo laſacra Maieſta Regia/& della an
tiqua & intrinſeca beniuolentia uerſo lo uoſtro indyto & generoſo conſorte/ne fanno iuſtiſſimamen
te rallegrare & congratulare inſieme con lieti & ſinceri animi/di ogni felicita & augumēto di bene ſpe
ctante aquelli.Preghiamo lo eterno Dio che exalti & glorifichi lauoſtra illuſtriſſima Signoria:allaqua
le offeriamo la citta/& tutto quello che la diuina gratia ueha conceſſo ad ogni beneplacito & contēto
della uoſtra indyta & illuſtriſſima Signoria:laquale nō dubitiamo che p ſua ſapientia pfectamēte in
tende la buona diſpoſitione/& la ſomma iucundita delli animi noſtri:et quanto ſiamo & ueramente
contenti & iuſtamente partecipi di ogni uoſtro proſpero et felice ſucceſſo. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.VIII.Habenda poſt conuiuium a filio:q patremfamilias excuſet:
quod nulla arte/nec ſatis pro conuiuarū dignitate/facilem conuictū/ac ſimplicē menſaꝫ pa
rauerit dulcibus ꝓpinquis/et iucūdis amicis/amoris i ſuos/ac beniuolētię oſtēdēdę gratia.

Cum ſit homo ex omni animantiuꝫ numero conuiuę ornatiſſimi/natura ſocialis:præcla
re Lycurgus Lacedęmonius:q leges ſanctiſſimas tulit:inſtituiſſe fert:ut ſępe ī unū con
uenientes ciues/publice conuiuere potius q̄ priuatim conſueſcerēt:et eam ip ſaꝫ ob cau
ſaꝫ & ſi grauior ſeueriorq; uideret:nequaq̄ eſt amicoꝝ aſpernatus conuiuia:in quibus
non ad uētris ingluuiem:ſed ad dulcē quampiā & periucūdā conſuetudinē/ac ſuauiſſi
mū cōuictū ſapiēter/ac laudabiliter cōſtitutis/et flagrantes ꝑſe ferrēt charitatē:et mutuis quibuſdam
oblectarent alloquiis.Ita.n.uehementius exardeſcere uidebat mutui amoris & charitatis affectus:&
uera eluceſcere naturæ atq; hūanitatis ratio.Hac mente ductus charus genitor:q uos oēs dulces pro
pinqui/atq; amici/nō modo beniuolētia:ſed ſumma quoq; charitate ꝓſequit:ueſtra lenitate/ac facil
limo fretus ingenio/ad ſimplicē menſam inuitare nō eſt ueritus:ut quos maxīe charos habet/pręſen
tes intueret:et ex eoꝝ conſpectu/quos præcipue diligit/ſummā perciperet uoluptatē.Ferte igit quę/
ſumus/æquo aīo ſi forte feciſſe familiarius uideat.Confidit.n.ueſtram ſapientiā perſpecturā cordis
affectū/atq; optimā uoluntatē:clementiā uero ignoturā ſibi:quod ſplendorē epularū & lautos cibos
nō attulerit.Agit ob id maximā ueſtræ amplitudini gratiā:quādo nō piguit incauto intereſſe conui/
nio:ac itunt hos lares ueſtro celebrare interuentu:et læti ſuſcipere:quæ longe ſunt ueſtra inferiora di
gnitate.Det cœleſte numē contiguari ſæpius:et ea pēſare:quæ hodierno die fuerint ꝑtermiſſa.Dixi.

¶Auguſtini Dathi Oratio.IX.Pro eo q menſis remotis/gratias agit conuiuis:ſeq; ipſuꝫ ex/
cuſat:quod nō ſatis ꝓ diſcūbentium dignitate/laute conuiuium/ſplēdideq; parauerit. Hāc
orationē filii nepos Hieronymus Dathus poſt ſui ipſius patris conuiuiū in pueritia habuit
apud quoſdā nobiles ac inſignes primares.

Duo in conuiuio ſpectari conſueuerūt/conuiuæ ornatiſſimi:ut & Græci philoſophi/et il
luſtres Latini auctores tradiderūt.Hinc magnifici apparatus & epularū nitor/ac delitię.
Inde conuiuēdi & alloquēdi ſumma ſuauitas/& dulcis conuictus.Si primū conſidera/
mus/ſtatuimus uix fieri poſſe:ut ſatis ꝓ meritis/et ꝓ ueſtræ amplitudinis dignitate/lau
te & opipare conuiuium parari poſſit.Verū quod in apparandi ſplendore ommittitur:
putamus abunde compleri ex optima noſtra uoluntate/et ex hilaritate dantium aīoꝝ.Itaq; confidi/
mus conuiuæ dulciſſimi/uos imitaturos pręclarū/ac laudādū Artaxerſis Regis exemplū:q ut in ue
teribus hiſtoriis legimus:cū ſibi obequitanti/inops ac rudis agricola quiſpiā:q nihil haberet:quod
aliud dono daret:hauſtā aquā ex proximo flumine/utraq; manu detulit.Ille munus periucunde acce
pit:et lætiſſimo aīo nō rei menſus paruitatē.ſed optimā deferētis intētionē.Facient (ut ſperamus)
et ueſtræ hodie humanitates idem.Quoniā/ut recte Plutarchus ait/nō minus pręclarū eſt/parua ac/
cipere benigne/q̄ magna dare/et largiri liberaliter. Credimus igit uos defectū oēs ęquis animis ſub
ſtinere.Qui aūt tā humaniter dignati eſtis huic conuictui intereſſe:& ueſtra ornatiſſima præſentia
complere conuiuii uoluptatem:& magnā agimus/& habemus gratiā:orantes Deū:ut ſæpe & fęlici
ter conueniendi tribuat facultatem. Dixi.

¶Auguſtini Dathi Orō.X.Ad agendā nomine alterius gratiā in conuiuio.

Non me decebat in tā præclaro ſodalium conſenſu/ignarum totius diſciplinę uerba face
re/patres celeberrimi:ſi nō uenerabilis atq; optimi patris auctoritas ad dicendū/atque
imperium compuliſſet.Itaq; eius iuſſu/atq; nomine mentem eius atq; humanitateꝫ bre
ui abſoluam.Putabat ueſtras amplitudines maiore apparatu/ac ſplendore dignas eſſe:
q̄ quē ſua parare facultas potuerit.Præſertim iam pręceſſa ſolemnitate perſpecta:ac ue
ſtra conſiderata clementia:quæ hoc lætum/ac celebre conuiuium ſuo conſpectu exornare dignata ē.
Hortatur ueſtras manſuetudines:atq; orat:ut ſuæ imbecillitati/nō ulli negligentię aſcribatis:ſi non
ſit ueſtris factū ſatis ampliſſimis mentis.Ego uero libētius illi egiſſem gratiā:quā meret ipe ingentē:
q̄ ꝓ illo uſis hūanitatibus excuſationē ullā attuliſſem.Deus ꝓ ſua benignitate frequenter eiuſmodi
nos lętitia īpartiri dignet:cui pro tātis bn̄ficiis/quas poſſumꝰ grates/diligētiſſime ꝑſoluamꝰ. Dixi

¶ Aug. Dathi Oratio. XI. Ad ides in feſto Sancti Nicolai. Hanc orationem filii nepos Hiero
nymus Dathus in pueritia habuit cum domi pręfata ac Dathoꝝ ſolita feſtiuitas celebraret
magna inſignium ac reuerendoꝝ conuiuaꝝ aſtante corona.

SIquid in me fuiſſet ingenii: ſiquid eloquentię & doctrinæ: quod ſentio perexiguū eſſe:
patres & uiri præſtantiſſimi, perlibenter hodie uobis dignas ꝑ meritis egiſſem gratias:
q in hac ſacra huius diei ſolemnitate humaniter dignati eſtis, ꝙ gratiſſimū mihi ſummi
amoris ac pietatis officium exhibere: & tenue hoc & puſillū conuiuium, ueſtro ornatiſſi
mo ac iucūdiſſimo decorare conſpectu. Ea res nobis ſūmā atq incredibilē feſtiuitatē, ac
lætitiam peperit. Quod ſi defuit ciboꝝ lautitia atq epularꝝ ſplendor: pro his nos habuimus ſummoꝝ
uiroꝝ dignitatē, & lepidiſſimoꝝ cōuiuaꝝ coronā: quoꝝ pręcipua affabilitas, comitaſq ſermonis, uel
pretioſiſſimas quaſq antecellit dapes: & ſapoꝝ omniū dulcedinē ſuperat. Vt ſi minus fauces fuerint
refectæ, ꝙ neceſſe erat: abunde ſuppetierit dulcis ac frugifer confabulantium ſermo, ac ſuauiſſimum
aioꝝ pabulū. Ita quidē iucunde ut ad præclarā hodierni ſolemnis celebritatē & beatiſſimi Confeſſo
ris ac Pontificis Nicolai patris noſtri uenerandā cōmemorationē accedente ueſtræ hūanitatis mune
re, ac periucundo conſenſu, nihil ad ſummi gaudii cumulū, ac plenitudinē deſit. Profiteor me patres
ampliſſimi, pro tam ingēti beneficētia, perpetuo me uobis fore deuinctū, ac longe a referēdæ gratiæ
poteſtate diſtare. Deū igiꝷ bonoꝝ oīuꝫ auctorē: quod ī me eſt, iugiter ac ſedulo deprecabor: ut quas
mea imbecillitas neqt, pro īmenſa eius clementię largitate, ſummas ꝑ me, atq īmortales rependat
gratias: & ꝑ collato munere ampliſſima uobis reddat præmia: Præſertim uero glorioſi Pontificis Ni
colai intercedentibus precibus, ſimul & huiuſmodi facultatē impartiri dignetꝷ: ut quod hodie erratū
atq fortaſſis ommiſſum eſt: cumulatius aliis tēporibus cū ſumma oīum lætitia ualeam repenſare. Po
ſtremo id mihi ipſe perſuadeo, nō tenuis conuiuii inopiam: ſed amoris copiam & optimaꝫ animi uo
luntatē uobis ſpectatā fuiſſe: & tāto oīa fuiſſe gratiora, quāto ſimpliciora, īcautioraq ſi ab optimo
ſunt corde ꝑfecta. Si qd ueſtra quouis tēpore auctoritas impabit, nulla unꝙ erit, ī me mora. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XII. Ad gratiam agendam conuiuis in feſto die
diui Andreæ Apoſtoli.

NIhil poteſt: nec debet quidē humana conditio uenerādi, ac pręſtātiſſimi prēs, curare: aut
ſtudioſius in omni uita contendere, ꝙ ſummo & īmortali reꝫ oīum conditori Deo: & ſu
peris ac cęlitibus oībus debitū cultum ac ſummā uenerationē exhibere: quod faciūt li
benter ac ſtudioſe imprimis: q nouerunt Deū mirabilē in Sanctis ſuis, & uere ſanctū in
oībus opꝰibus ſuis: quēadmodū ꝓphetica ueritas cōteſtatꝷ. Sed īprimis uere īcredibili ad
miratioue dignū in ſanctis Apl'is: quos elegit e mundo: ut mūdū inſtrueret uniuerſum: ac præcipue
poſt principē Apl'oꝝ Symonē Petrū: ſup quē ędificata eſt eccleſia Dei: Andreā frēm eius: quē uere di
lexit dñs ī odorē ſuauitatis: & adeo in Apl'oꝝ ſacro collegio charū habuit: ut & ad maximā ipſius imi
tationē, crucis patibulū ſubire uoluerit. Eius hodie pręclarā ſolemnitatē Chriſtiana & fidelis concio
celebrat: quā cū ueſtræ paternitates atq amplitudines dignatæ ſint in hoc ſancto tēplo hodierno die
ornatiſſima ſua decorare præſentia: & poſt peracta diui Apoſtoli ſacra, & auguſta miſſaꝝ ſolēnia: hoc
ſe reficere tenui & puſillo conuiuio, aguntꝷ ueſtris humanitatibus ingētes gratiæ: & quas cogitare po
teſt facilius, ꝙ referre humana facultas. Sed Deum omnipotentē obſecrabimus: ut pro tanto mune
re pręmia digna rependat: ac retribuat tantis meritis iuſtaꝫ laboris mercedē. Veſtram aūt precamur
benignitatē: ne uilis & contemptæ refectionis tenuitatem: ſed ſummā animoꝝ deuotionē, & cumu
latiſſimæ charitatis affectū, & plenā menſurā fidei metiri uelit. Profit uobis. Dixi.

¶ Incomincia felicemente el libro ſeptimo: & ultimo delle Orationi uulgari in lingua Seneſe del preſtantiſſimo & Philoſopho: & Oratore/Auguſtino Datho Doctore excellentiſſimo: & ornatiſſimo cittadino della excelſa: Libera/& Magnifica citta di Siena. Oratione prima/in laude del ſacro coniugio.

COME per me: & meglio p altri di maggiore auctorita: & in queſto lo co: & a ſimile propoſito piu uolte/e/ſtato declarato preſtantiſſimi padri & electiſſimi cittadini/conſumate/& perfecte ſono le laudi del legiti
mo matrimonio/del ſacro coniugio/dolce conſortio/ſancta ſocieta: ſa
cramentale confederatione: & copula maritale. Et queſto lo argumē
ta: & proua la ragione: cōfirma la auctorita/corrobora la figura/ma
nifeſta lo exemplo. Et principalmente le ragioni precipue ſono quat
tro meglio che a me note alle prudentie uoſtre. La prima ſi chiama ra
tio finis. Peroche ſe ciaſcuna coſa intāto/e/buona: in quāto/e/buono
& laudabile il fine ſuo: molto commendabile/e/il ſacro matrimonio:
nelquale ſi conſiderano tre fini pretioſi & di grandiſſimo fructo. Lo
primo/lo naſcimento: & generatione del huomo animale excellētiſſi
mo: & per uigore della ragione & parte intellectiua ſupereminente
a tucti li altri: poco meno diminuto dalle intelligentie celeſti: & poco differēte dalla nobilita della na
tura Angelica. Alquale ꝓpoſito/e/la auctorita ſcripta: & replicata nel libro del Geneſis uulgata: & fa
moſa. Creſcite: & multiplicamini: & replete terrā: & ſimile del ſacro Propheta. Implera ē terra poſ
ſeſſione tua. Lo ſecōdo fine/e/il ſupplemento: & ſubſidio alla humana indigētia: laquale ſenza adiu
torio difficilmente ſi potrebbe ſubleuare: alquale fine ſono le parole del ſommo Creatore/uolen
do creare la dōna primeua. Faciamus adiutoriū ſimile ſibi. Lo terzo fine e/la euitatione dello illeci
to deſiderio oſcena libidine/carnale cōcupiſcentia: & di qualūche īpudicitia. Alquale effecto ſono le
parole dello Apoſtolo Sā Paulo nella ſua prima Epiſtola alli Corinti/capitulo ſeptimo. Propter for
nicationē āt unus quiſq; ſuā uxorē habeat: & una queq; uirum ſuū habeat. La ſecōda ragione ſi chia
ma/ratio ꝑmanētię: pche eſſendo lo indiuiduo di qualunq; ſpecie aīale p ſua natura mortale: & cor
ruptibile/mediante la cōiunctione/del maſchio: & della femina ſi cōſerua ſucceſſiuamente īmortale
in ſpecie. Et queſta e/la trita ſentētia del ſōmo Philoſopho libro .ii. de Aīa ī queſte parole. Actio eniꝫ
quæ eſt magis cōueniēs naturæ omnis uiuentis: ex iis quæ ſunt pfecta: & nō habent occaſionē: neq;
generantur caſu: p ſe eſt: ut agat aliud ſimile. Animal .n. facit aīal: & planta plantā. Ita quod habeat
communicationē cum ſempiterno/diuino ſecundū ſuum poſſe. Oīa .n. deſiderant hoc: & pp hoc agit
omne: qđ agit naturaliter. Sopra lequali parole ſubiunge il ſubtile Cōmentatore Auerroys nel cō
mento ſe bene mi ricorda .xxxvi. che la ſollecitudine diuina nō hauendo poſſuto lo uiuēte fare p du
rare ſecondo lo indiuiduo: miſerta li ha data uirtu mediante laquale ſi poſſi conſeruare in ſpecie cioe
mediante la coniugatione principalmēte del maſchio: & della femina: laquale e/commune con tutti
animanti: Con la quale ſentētia concorda la auctorita di Lactantio Firmiano nel libro primo diuina
rum inſtitutionum dicendo: Profecto in homine/cœteriſq; animantibus diuerſitas ſexus: & coitus:
generatio nullam habent aliam rationem: niſi ut omnia genera uiuentium: quoniam ſunt conditio
ne mortalitatis obitura: mutua poſſint ſucceſſiōe ſeruari. Segue la tertia ragione laquale e/decta: ra
tio cauſalitatis. E nato lhuomo come animale a tucti li altri ſupmo: & p lo quale ſi dicono tutte le co
ſe eſſere create a conſequire felicita & qſta ſi dice eſſer di due maniere: Vna e/chiamata felicita contē
platiua: laltra felicita politica: & ciuile. Et pche luna & laltra cōſiſte eſſentialmēte nella opatione della
uirtu pfecta: la cōtēplatiua ſi cōſegue p la opatione della ſapientia: la politica p lo acto della pruden
tia. Et pero ſecōdo la ſentētia di Alberto magno libro primo de Animalibꝫ doue parla del huomo.
Vtranq; operationē exercet. Aliquando .n. ſolus eſt pp fœlicitatē contemplationis: aliquando uero
in ciuitate cum multis: ſine quibus acquiri ciuilis fœlicitas non poteſt/Ma quantuche alle uolte ſolita
rio fruiſca p quanto e/capace il bene diuino: niente di meno naturalmente e/ſociale: & gregabile: &
ciuile: & ſpectāte a quella ſocieta: laquale ſopra tucte e/principale: che e/la cōgregatione ciuile teſtā
te Ariſtotele libro primo Politicorum. Et a queſta come finale intento non ſi puo peruenire ſenza li
ſuoi principii: & precedenti cagioni. Onde primo fa meſtiero: preceda la cōtinuatiōe: & ſocieta del
marito: & della donna. Onde ſono producti li figliuoli: & cauſate le familie: & da quelle li pagi & cen
turie o/uero cōtrade: & queſte ſono le parti onde ſi compone la totale congregatione: laquale eſſer
nō puo ſenza le ſue parti conſtituenti. Il perche bene parla il grande Oratore: & Philoſopho. M. Tul
lio libro primo de Officiis dicendo. Cum hoc ſit natura commune animantium: ut habeant libidinē
procreādi: prima ſocietas in ipſo eſt coniugio: proxima in liberis: deinde domus: & cæteras & ſubito
ſubiunge. Id autē ē principium urbis: & quaſi ſeminarium Reipublicæ. La quarta & ultima nel ordi
ne noſtro e/decta ratio perfectæ laudis. Perche ſecondo la ſententia del Philoſopho tucti li beni ſi
riducono a tre differētie. Alcuno ſi chiama bene honeſto. alcuno bene utile: alcuno delectabile: & u

cūndo. Et certamente quella coſa laquale tutti tre queſti ī ſe cōtiene indubitatamēte ſi puo chiamare
pfecta. Il che del matrimonio inducēdo facilmēte ſi puo demoſtrare ī modo che di queſto puo dire il
preallegato Oratore. Nihil melius p la euidente honeſta: nihil uberius p lo pretioſo fructo: nihil dul
cius p la delectatione & contento. Nihil homine libero dignius per la ſomma perfectione. Le figure
poſſiamo cōprehendere nelli riti de Gentili: & molto meglio nella diuina ſcriptura e figurato lhono
re del connubio per molti modi appreſſo li antiqui: & principalmēte li Egyptii populi uetuſtiſſimi.
Liquali ſi gloriano del primo naſcimento del huomo: & della inuētione della doctrina: & ſciēte mol
intra urbis mænia:q̃ intra uillarũ ſepta uerſari. Veniunt ſępe ĩmentẽ prerupta iſta mouterionana:&
affi fluminis collapſa uada & denſis ueptibus obſita dumeta. Videor uidere deliteſcentes latrones:
eorumq; patere inſidiis oĩa.Si ꝑ hæc turbulẽta tẽpora redũdãt oĩa ſpiculatoribus:atq; ſiccariis:nuſq̃
ſe offert tutus exitus:ut nõ iniuria:quis ẽt frequenti comite fretus uiator uel motæ ad lunã trepidet
arundinis umbrã.Nam uix regia uia ſecurus incedas.Cupio igit:ut iam cum tuis patrios lares reui
ſas·& ibi ſis:ubi una cũ collegis tuis ocioſius cures:ne qd detrimenti res.P.patiat:quę uſo conſilio:
ſtudio·labore·eget·ut nunq̃ maiore alias.Cupio inq̃:ut confeſtim redeas.Quod uero dem conſilii:
habeo nihil. Quandoqdẽ futura latent:& numq; incertus eſt rerũ euentus.Qui.n.minime ſapiam.
Conſilium ualde ſapienti darenõ auſim.Audacia ꝓ ſapientia:(q̃q̃ praua hæc ſunt tẽpora) cui uis
liceat uti:mihi nunq̃ licebit.Hoc certũ eſt mihi. Vtere tuo iudicio.Sed certe reditũ tuũ opto uæhemẽ
ter. Venies(crede mihi)cũ tuis collegis ornatiſſimis uiris·tũ mihi in primis expectatus cupidius.Ti
bi ſpero & tuis non inutile fore.Sed profecto reipub.ſalutare:cuius charitas te cõpellat: præſertim
nunc ciuitate (ſi ualitudinis habenda ratio eſt) facta meliuſcula. Iam Boreas a Septẽtrionibus per
flans aera piat:& ueterẽ cæli clementiam reducit.Nam & niue iam albeſcentibus:& pruina puſtis &
gelu:atq; glacie rigentibus terris:quod ardens Sirius plærumq; inuehit noxium uirus non poſſit
graſſari diutius: Vale.

AVgu.Dathus Hieronymo caſtello Ferrariẽſi philoſopho ac medico.S.P.D.Salue ami
ce iucundiſſime:ac uehementer aio optate meo. Vereor mi ſuauiſſime Hieronyme:ne
ꝙ caput meumꝙ annis:eadẽ noſtrã amicitiã canities inuaſerit:ſi ea ſit uini uetuſtas iuuat
me plurimũ.Sin capularis ſenectus:nimiũ ęgre ferã.Sed id me ſolaẽ abſentẽ:qd̃ nfas
puto eẽ eiuſmodi neceſſitudinẽ quã neꝙ tẽporis diuturnitas nec locoꝝ diſiunctio:nec
abſẽtia lõgior uel diſſoluere quouis mõ:uel extenuare poſſit.Quã iactis optimis fundamẽtis:ſolius
uirtutis cõciliauit opinio.Quę uero abeis ꝑfecta initiis ẽ:nec ẽt fortũę uarietati ſubiacet:atꝙ ea fręt9
ſentẽtia:minime reor:te tã alti faſtigii culmẽ ſupgreſſus:oblitũ tñ tuũ illũ quondã Auguſtinũ.Q uẽ
relinqs humi iacentẽ. Illud meminiſſe te arbitror. Pares amicos eẽ oportere.His adiicio amicitiam:
quos pares cõplexa ſit:eoſdẽ quoꝙ pares ſeruare debere.Q d̃ ſi tui diſſimilis nõ es:ſcio me e tuo ſi
nu:atꝙ ex intimo pectore:nequãꝙ poſſe dilabi.At ſi roges:quo ipſe erga te ſim aĩo:id tibi ꝑſuade eẽ
te mihi qdẽ ex omni amicoꝝ numero chariſſimũ me tui lõge oĩum ſtudioſiſſimũ: & ueteris cõſuetu
dinis: & dulciũ quondã ſermonũ ſedulo memorẽ.Epicurũ imitatus: & ad imaginariã qdã cõfugiẽs
uoluptatẽ.Hieronymũ fingo nũc fores meas pulſitãtẽ:nunc ĩ herbã abiectũ grata miſcẽtẽ alloquia:
Nunc ſub opacantis arboris ũbra cõniuentẽ.Nũc ꝑerrã: & patulam bũaꝰ cõtẽplantẽ interdũ canẽ
tẽ ĩ compitis:acri tuis:ꝑſępe ſuaues facetias: & lepidũ ſalẽ: qd̃ in te ẽ:cõplector aio. Tua oĩa facta
dictaꝙ memoria repeto:ac te mihi ita effingo pręſentẽ:ut ueras uidear audire:ac reddeẽ uoces.Atꝙ
tanto interdũ uiſendi tui deſyderio aĩus feruet:ut cogitante illo:Ferrariã: & Hieronymũ ãplexari cu
piente:iter pedes arripiãt: & quo anhelat animus:greſſum ĩtendãt.Sed tã multa de te uerſanẽ in pe
ctore:ut neſciam qd ſcribã potiſſimũ.Qui tibi reddet meas litteras. Antonius Turaminus:quẽ uni
ce diligo:claro ortũ genere:litteris & doctrina ſane eruditũ:optimis moribus iuuenẽ: & tui obſeruã
tiſſimũ.Is te affabiẽ meis uerbis: & corã mentẽ ĩte meã: & amorẽ flagrantiſſimũ cõmemorabit.Eaꝫ
cõmemorationẽ quęſo libenter accipito: & Antoniũ ipſum ꝑſertim mea cõmẽdatione adhibita:ſu
ſcipito benigne.Cui qcqd gratificabeẽ:ĩ me ipm contuliſſe puta. Me aũt: & amico utere: & filio: &
Matthęum Tommaſium:cui ualde afficior:ſerua quęſo in tuorum numero: & redde illum ad ſtu
diorum exercitationem inflãmatiorem. Vale

AVg.Dathus Ioanni Lucẽſi.S.Multiplex ac uaria ẽ hoĩuꝫ ratio:alia alios delectãt:& qd̃
inſignis uates cecinit. Trahit ſua quęꝙ uoluptas. Quid uero mihi cordi ſit:ſiqs rogetꝫ
haud dubie reſponderim.Ex omni rerũ numero:nihil amicitia uideri maius:nihil ꝑcla
rius:nec quicꝙ oĩo pręſtabilius.Quippe quæ una naturę hoĩs accommodatiſſima eſt:
& hoĩem maxime conciliat homini ad uitæ ſocietatem.Sed ea inter eos potiſſimum exi
ſtit:quorum de doctrina & uirtute opinio ſit: & magis præſtare laudibus iudicentur.Q um igitur ſę
pius de tua probitate:ſapientia: & multarum rerum cognitione:familiares mecum ſermones con
tulerit uir clariſſimus & equeſtris dignitatis homo:atꝙ omni uirtutis laude inſignis:Ioannes Soar
ra:ita demum mũ nomen extulit:ꝑſpicuũ: & freqũẽs tuæ eruditionis: & doctrinæ teſtimoniũ perhi
buit:ut te ꝑfecto quãꝙ nondũ uiſum ardenter tñ diligere:uel potius amore cęperim.Nã ſi uirtus ad
beniuolentiã allicit:dignus uiſus es:quẽ conſtituã amicorũ numero.Ita iaꝫ poſt hac affectus ubi:ut
nihil tam difficile factu ſit:quin illud facillimũ uideri debeat.Si gratũ:ſi iucundũ tibi futurũ ſit.Cõ
pulerat iãpridẽ tuę laudis fama:ut te mihi diligendũ exiſtimarẽ.Accedente uero locupletiſſimi teſtis
uel auctoritate:uel prædicatione:tã uehemens:tãꝙ præcipua erga te exarſit charitas:ut te inter eos
amicos collocare inſtituerim:Quib9 cũ uetus mihi fuit cõſuetudo:Probatiſſima uiguit amicitia. Te
igiẽ & hortor plurimũ: & oro:ut hanc meã uoluntatẽ nõ aſperneris: & optimũ accipias aĩum erga
te noſtrũ . Nec ſi ſum tuis laudibus ĩpar:ĩparẽ habebis ſtudio:atꝙ officio. Quãqdẽ ad rem ſpem af
fert tua humanitas: & diui Hieronymi probata ſentẽtia.Amicitiã parẽ aut inuenire aut facere.Itaꝙ
gratiſſimũ fuerit uiciſſim abs te huic beniuolentiæ reſponderi:reddiꝙ nobis tuas ꝑoptatas litteras.
Poſtremo ut iam tecũ amice agã oro:ut qũ ingenuũ: & modeſtiſſimũ adoleſcentẽ:Franciſcuꝫ Soarrã
erudiendũ ſuſceperis:ut oẽm ad eã rem curã:diligentiã:atꝙ induſtriã adhibeas:ut te duce & præce
ptore patris amplitudinẽ aſſequaẽ: & recta imitatione illuſtret facilius tuæ doctrinæ laudeꝫ.Feceris
non mõ nobis rem gratiſſimã:ſed uniuerſę quoꝙ huic rei.p.quæ Ioannẽ Soarrã diligit:ammiraẽ:
& omni ſtudio:atꝙ amore complectiẽ.Habetꝙ non Senenſem:minuſꝙ Lucenſem.Quarũ ciuitatis
ea profecto ratio eſt:ut uno ſpiritu uiuere uideantur. Vale.

AVg Dath.Pacifico Maximo.S.D.Norã iã pridẽ:ſummã ĩgenii tui elegãtiaꝫ:maximã
eruditionẽ:cumulatã exquiſitæ doctrinę laudẽ:ꝑclarã multarũ rerũ diſciplinã. Ea effe
cerunt:ut te uehementer diligerẽ:quãdoqdẽ ad beniuolentiã cõciliandã plurimũ uale
re debet doctrina:& uirtus. Vnum deerat:quod minime datum eſſet:te orantem audi
re.Qua una in re maxime uires:ac nerui proferuntur ingenii.Forte fortuna cecidit:ut
dũ nuꝑ opiparo conuiuio:& ſplendidioribus intereſſem nuptiis. Iam pene menſis remotis:lepida
& pręſtanti forma:aſſurgens Franciſca Scotta uirgo:tenera:et claro genere nobilis:& uirtute:ac laude
nobilior:Nuptiale quoddã panegyricon & dulce & graue ſimul epithalamium ageret:ea exagitatũ
copia:decore uerboꝝ:ſentẽtiarũ ſplendore:ea induſtria:ſtudioꝙ elaboratũ:ea uocis:uultus modera

ru.

tione ac uelut modulatione prolatū: ut cōtiuntæ oēs ad unū: q & multi: & preſtantes iudicio aderant: magno quodā ſtupore tenerent. Ipſe īprimis pfuſius laudarē: & uirginis ſummā cū eruditiōe mo deſtiā: & auctoris ac pceptoris in docendo preſtantiā: q nō mō ingenuos adoleſcentes: ſed & infātes quodāmō natura: puellas ſanctiſſimas: & eloqntia claras reddat. Mirifice delectati ſum9: nō tā lautis epulis: q̄ affatis ſuppeterit: q̄ iucūdiſſimis hiſce bellariis: q̄ nouiſſimo ſūt allata loco. Q ū tu Pacifice tanti muneris perebueris auctor: laudo te mirū inmodū: & q in affinē tauū in tenella ætate: p tuo ingēti ſtudio cōteceris laudis maximā tibi & ago: & habeo Maxime gratiā: Noſtrā eo pacto tuis uir tutibus ciuitatē exornas: maiorē tibi indies: & gratiā paras & gloriā: tui ingenii pręclara exibes mo numenta. At dicente Frācíſca: auerti ab illa aīum: & ipm putaui loquentē: ut te & carminis elegan tia uatē: & dicendi ornatu: atq copia haud ābigue oratorē eſſe cognouerim. Perge igit̄ ac labora ſtu dioſius. Obtrectatores uero atq inuidos qui nunq̄ ſummę uirtuti defuerūt: ſine inq̄ ualere: & illud ſit in ore Martialis. Rūpatur quiſquis rumpitur inuidia. Vale.

AVg. Dath. Chriſtophoro Lābardo S. Friſſe diu uel plurimū mihi conducit (ut arbi tror). Cognoui enī quibus & ueris amicis & fucatis utar. Nihil eſt quod ſcribam am plius: & (ut Laurentii noſtri uerbis utar) langueſcit manus. Scis q̄ui & te & Laurentiū ipm faciā: q̄ crebras ſcribā litteras noſti. Artuos quaſi meis pſus imemores uix tandes unas datis toto mēſe ad me litteras. Creditis me feſto die ac celebri ſolēni affuturū: xviii kl'as Septēbres. Sed ſi ſcire cupitis: qd' ad tēpus me expectetis: abero nō minus mēſes duos: certe an te nonas Octobres nequaq̄ rediturꝰ. Expectet igit̄ qſqs uult: atq q̄diu libet expectet. Delegi mihi: p id tēpus ſecretā ſiluā: & pīo dignū ſeceſſum: quē locū habitem potius: q̄ iſtuc redeā: et ſi monachi & anachoritæ uita mihi degenda ſit. Si oleribus ueſcendū: & pomis. Si aqua frigida utendū. Si cuꝫ Hie ronymo noſtro debilia: & uix hęrentia mēbra collidenda. Si bidui ac tridui p ferenda inedia. Malo mihi deformis & ſquallida cutis ſit atq etiopico adopta ſitu. Malo intōſa barba prolixo capillo: ſor dida ac diſſuta ueſte in ſaltu uerſari & nemore: ferarūq latibulis: q̄ in urbe cum iis uiuere: qui cum ſibi ipſis nimium placeant amicitiam ſimulant: potiuſq̄ exercent. Vale.

AVguſt. Dath. celeberrimo uati atq Oratorꝫ principi. Frāciſco Philelpho prçceptori ſuo P. S. D. Vir clariſſimus & Illuſtriſſimi principis: Illuſtris Orator Nicodemus utriuſq noſtrū amantiſſimus: uarios pſępe de te: deq tua doctrina ſermones cedit: tuas ubiq laudes prædicat eloquentiā extollit ingeniū āmirat̄: ſummā pene reꝝ oīum cognitio nē: & ſingularē quandā dicendi copiā ac ſuauitatē: apud oēs Senenſes ciues præcipuis mactat honoribus. Solus in eius ore ac ſermone uerſaris. Mihi ſi me cōueniat ſi offendat ſi alloqua tur. Subito de te mentionē infert: atq ita crebro tāq ſuauiter. Philelphi nomen uſurpat: ut nihil pręterea diligere nihil: uno excepto diuo principe: pluris q̄ tuā doctrinā: facere uideat̄. Q uę ad eū ſcri biſti: tā iucunde legit: ut nihil ad ſummā uoluptatē: pene addi poſſit. Te uero aureū flumen apellat: & tua ſcripta quaſi cęnā dubiā dubiā putat eſſe: ubi neſciat qd potiſſimū laudet. Nup tuos in Apollinē Lyricos uerſus dulce carmen: & lepidū mihi oſtendit poema. Mox Sponzeidos tuæ libros. ini .nito ris grauitatis & ſummę elegantię plenos. Vtrunq opus nō me ſolū uere amantē diſcipulū: Sed oēs etiā: q his de rebus iudicare poſſunt: uehementer ac mirifice delectauit. Sꝫ uō ē hic ſatis idoneus lau dandi locus. Id tū minime ſiluerim: q haud dubie noſtræ ſis ætatis Oratorū oīum ac poetaꝝ prīceps in utriuſq orationis facultate & gloria palmā tibi merito tribuendā. Quis dicit ſplendidius? Q uis ſcribit limatius? Q uis eloqtur magnificētius? Q uis acrius inuehit̄? Q uis carmē cōcinit ſuauius? Q uis artificioſius? Q uis laudat grandius? Quis in omni dicēdi genere excellit pręſtantius? Socra ticā redoles diſciplinā Platonicā ſapis ubertatē. Ad Demoſthenis acumen: & ad preclaram illius elo quentiā ppiſſime accedis: ut fœlix hoc ſæculū iudicare non uerear: qd' te pręconē tulit eiuſmodi: & ſi mul inclytū ac magnanimū principē: cuius memorabilia geſta tui ſint farrago libelli. Ago Nicode mo ingētē gratiā: cuius tanta hūanitas: tanq pcipua erga me charitas eſt: ut tua ſcripta quę ī manus ſuas forte inciderint: mecū uelit oīa eſſe cōmunia. Te uero hortor: atq oro ut inchoato operi conſi mile faſtigium adiicias: & abſolutū uniuerſum pferri ad nos cures: ut legendo delectari poſſimus: & laudando tuū ferre ad ſydera nomē. Q d' ſi tantū quantū cupio ipſe poſſim afferre laudis ueteꝝ oīum uel æquares uel antecelleres gloriā: atq ſi uelis tuæ doctrinæ decus diffundi ac ppagari latius fac: ut tua ſcripta in magnifici Nichodemi manus ueniāt. Vale.

AVg. Dathus Proſpero Cardinali S. D. xi. Kal'. Iulias luſtrādi agri ac ruris peragrandi cupidus in Vrſinū pfectus ſum: ut poſthabita urbis frequentia: intra cōcaua uallium atq abrupta montiū ſub ingenti lucorū umbra: & ocioſus ſępe & ſolus eſſem. Sed non ut deſidia torperemus: eo loci conceſſimus: quæ uulgi eſt: & imperitoꝝ hominū cōſue tudo: ſed potius ut tranquillitate propoſita uehementius ad naturę inueſtigationem: contēplationēq rerū aīus traheretur. In hac. u. per iucunda montiū ac ſiluarum ſolitudine: inq ma gno optatoq ſilentio non languere ociū patimur. Sed laudatas artes: præclara Philoſophiæ ſtudia: difficiliū atq altiſſimaꝝ reꝝ: tū cognitionē: tū ſcientiā cupidius ardētiuſq capeſſimus: ut bene me ac beate putē uiuere: q hiſce ī locis uiuā. Q uid enī noſtro ocio dulcius? Q uid tam magnū ex peten

AVguſtinus Dathus Celeberrimo philoſopho: ac medicorum principi Bauerio Bononienſi .S. Cupit Nicolaus filius uiſere Bononiam urbem. Sed preter urbē te ipſum multo magis: quaſi doctrinarum decus: quarum ſtudioſus eſt. Quæſo te præſta illi affabilem: & tui glorioſi conſpectus: atq; ſalutaris: ac iucundi alloquii obſecro fac participes. Ita enim redibit: nō utiq; ut ille: quē celebrar Gaditanus hiſtoriç. Sed tua ſingulari ſapiētia deguſtata: fiet una mecū tuç īmortalis prçco laudis: & gaudebit tuis diuinis uerbis: q̄ quondam ueteres Delphicis oraculis: haud quamquā ſecus. Ita & in pectore filii celebre tuum nomen impreſſeris: quod iamdudum in patris animo: & alto corde penitus defixiſti. Nuſquam fuero tuæ uirtutis: doctrinæ: Humanitatis immemor. Es peremne fœlix: ac perge in nos optimi patris uicem gerere. Vale.

AVguſtinus Dathus uolentibus Diis fœlix. Leandro ſuo .S.P.D. Viſus es mihi tuliſſe grauiter: quoniā acçeperis per breues litteras: ſed ſi meos & dolores: & labores multarum rerum conſideres: tunc profecto iraſci mihi deſinas. Quod autem doles: ut te ab inſtituto conſilio: & in cępto deterream. Id certe nunquam tibi conceſſerim. Legiſti ne meas litteras! Intellexiſti meas litteras! Non enim te īpedio. Sed ut bono conſilio agas uehementer hortor nunc quoq; ut facias idem: oro: te atq; obſecro. Magna nanq; ipſa res eſt: & magno regenda conſilio: Re integra neminem unquam penituit facti. Factam autem quis infectam reddat! Ne ipſe quidem poſſit deus Agathon air. Pone igitur prius iram omnem. Dehinc quid ſit agendum delibera diligenter. Nunquam in ſapiente uiro: aut iram: aut ultiones laudauerim. Nempe tu Ciceronianus es totus. Sic enī quod tu & recte noniſti: & conſtanter ſequeris. Cicero ait primo de Officiis libro. Iuſtitiæ primum munus eſt: ne cui quis noceat: niſi laceſſitus iniuria. Non ſapiens eſt hæc uox nec libero digna uiro. Iudicis enim eſt punire ſontem. Magni autē uiri & excęlſi animi eſt contemnere iniuriam: ſi illata eſt. Sed corā uelim hæc tecum diſceptare: Sed ſi faciat alter! Iſtic prorſum nulla extaret etiam uirtutis umbra. Si fortis es: mitte iſtęc. Si euomere iram inſtituiſti: fac obſecro tuis manibus. Illud enim tanquam per fraudem. Hoc autem tanquam petuis uidebitur fieri. Fraus enim odio digna eſt maiore. Sed quid Helenus tibi ille in ſanus! Eriphylem tibi eripuit! Immo eripuit tibi ſummum malum. Habeat: Eriphylem ſibi periturus. Si illam ſequatur. Sed dicis. Diſtricto gladio in me impetum fecit: Immo populo indicauit: ſe in ſanum eſſe. Fecit: quæ erant Heleni de ſipientis hominis. Tu uero fac quæ Leandri ſunt uiri omni ex parte ſapientis. Micte: micte paruum hominem: & Vale anime mi.

AVguſtinus Dathus Illuſtri Principi. Vrbinati Oddantonio. S.P.D. Ac perpetuam fęlicitatem exoptat. Quaſi mihi illuſtris Princeps: detulit tabellionarius tuus litteras idibꝰ Ianuariis: & ingenti me affecerunt uoluptate: & miro animū gaudio expleuerunt. Multa mihi grata ſunt: Sed iucunda præ cæteris rebus iſta uoluntas: Summa clæmentia: & principe quidem magnanimo digna. Nec ego unquam tantis me muneribus dignatus eſſem: quæ tu illuſtris princeps: in me humaniſſime contuliſti. Nimirum fortunatiſſimus me eſſe iudico. Qui apud clariſſimum principem gratia ualeam non mediocri. Sed nihil eſt: quod pro immorali beneficio contra referam. Quod uero in me eſt: animum ac fortunas meas tibi illuſtris princeps trado omnis: ac deuoueo. Inuitaſti me iāpridē liberaliter ac magnifice. Quam ob rem: relictis rebus omnibus: ante diem ád te: & letiſſimū ueniā. Præſertim cū facile intellexerim eiuſmodi te principem eſſe: qui diuina uirtute: Ingenti animi magnitudine: ampliſſimis fortunis: ac naturæ dotibus: clariſſimis omnium rerum gloria cçteris antecęllas: nec cunctatus eſſem diutius: niſi hyemis magnitudo: atq; itinerum difficultas ſumma deterruiſſet. Iam uero parentibus ipſis cohortātibus: quod fieri perraro ſolet: aliquot annos patriam relinquam. Cuius tu quoq; es amantiſſimus: & ut tecum uiuam coniunctius: q̄ primum iſtuc ad te ueniam. Interea uero clariſſime princeps: qui litteris: & optimis artibus date operam inſtituiſti: quod magnos & præſtantes uiros decet: obſecro te: libros para: quibus maxime opus eſſe cognoueris. Ego quoq; paraui: quos iſtuc q̄ primū deferri uelim. Quamq̄ ſperamus: quibus natura acre ingenium tribuit: perpetuum ſtudium attribuerit uolūtas. Bibliothecam quoq; non de eſſe. Quæ ſi fuerit copioſior: cum In dicendi facultate: tum etia in cœteris diſciplinis proficies plurimum. Vale fœliciter magnanime princeps: & admiſſum Auguſtinum in tuo ſinu diutiſſime ſerua.

AVguſtinus Dathus Guidoni Piccolomineo .S. Inſtitueră longiuſculas ad te litteras dare. Sed id conſilium repente rei familiaris cura & laborū occupatio peremit. Nam poſt quam tua mihi epiſtola reddita eſt: feſtinabundus domus uolaui. Parauiq; continuo ut ad te ſcriberē. Ecce uenit corfiniano: qui annonam deferret: & frumenti pro noſtris facultatibus uim magnam importaret. Nec ob eam cauſam poteram uſpiam diſcedere nec ocioſus eſſe. Quippe qui ſolus domi manſerim. Nam patrem impediebat non ſolus ſenii imbecilitas: ſed etiā articularis morbus: & uetus podagra. Fratrē uero deuia ambulādo defeſſum languor quidam tenebat. Preſertim cum Soles (ut noſti) nimium iter facientes his temporibus urgeant. Accipe igitur noſtram cauſam: non tamen tuis ſuauiſſimis litteris reſponſum. Nam eiuſmodi ſunt:

& tãta grauitate: & lepore cõſcriptę: ut ſi qs eis cumulate reſpõſurus ſit: plurimũ ſibi dari cupiat ocii
ac tẽporis. Quod cũ acciderit: tũ copioſe: (ut arbitror) & tuá eloquẽtiá laudauero: & aío erga me
tuo cumulatiſſime ſatiſfecero. Vt ſoles me ama: & q̃ primũ expecta tuis litteris reſpõſum . Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Clacianenſi. S. Ea eſt amicorum: quos non temeritas:
ſed uirtutis iudicium coniunxit: uetus conſuetudo: ut ſi quid aliquando petendum ſit:
agatur paucis: ſi igitur non ſit tibi aut ualitudinis cura: aut ulla impedimento moleſtia:
oro ut ad me q̃ primũ uenias. Multa enim ſunt quæ tecũ communicẽ: quęq ex te ipſo per
conter etiam permulta. Sed quid pluribus opus? Nas ſi ueneris: erit (ut ipſe arbitror)
utriq periucundũ. Expecto uero: aut tuas confeſtim litteras: aut mox te ipm potius. Vale

AVguſtinus Dathus Franciſco Patritio. S. Qum in philoſophorum uerſabar gymnaſiis:
per ſæpe ſcribere ad me conſueſcebas. Vbi uero eiuſmodi poſthabita paleſtra: ad Re-
thorum me ſcholam: atq exercitationem contuli. Nunq̃ me tuis es dignatus epiſtolis.
Nunc tandem uideo uerum eſſe: quod uulgo dici ſolet. Quem lumina non cernunt:
eum q̃ primum: & labi memoria: & animo deleri. Atq idcirco metuo: ut mei te dudũ
cœperit oblitio. Quod ſi eſt factum nihil queo ſatis mecũ excogitare cauſæ. Scis q̃ me frequẽter ad
eloquentiá impellere conatus ſis. Nec es Franciſce neſcius: quæ calcaria: quos ſępe ſtimulos adhibue
ris. Quæ omnia mecum tacitus ſæpiſſime uolutans: malui parere tuis conſiliis: q̃ mei ipſius ſenten-
tiam uncẽ ſequi. Demus In deligẽdo genere uitæ: qua deliberatione nihil ẽ neq dificilius: neq gra-
uius. Abſentis tui plurimum ualuit auctoritas. Ad tuam igitur ſententiam: & exortationẽq conuer-
ſus: ita prorſum eloquentiam ſum cõplexus: ut remiſſius q̃ par ẽ: philoſophari cœperim. Quid igi-
tur me abs te ita ſeiunxit: quos eadẽ ſtudia iunctiſſime copulare: atq innicẽ iungere debeant? Quod
ſi forte me alicuius prætermiſſi officii accuſes. Id quidem factum eſſe negauerim. Nam ita de te nigi-
lans: & cogito: & loquor: ut frequẽs cogitatio & creberrimus ſermo id mihi pariat: quale de Home-
ro prodit Ennius. Sed quid nam ẽ remiſſæ beniuolentiæ cauſæ? Si me amas: ſiquid ueteris amoris
reliquũ ẽ: fac ut ſciá: & redde oĩbus de rebus me q̃ primũ p tuas litteras certiorẽ. Vale.

AVguſt. Dath. Marcello. S. Dederam ſuperioribus diebus ad te litteras: quibus & tibi plu
rimũ gratularer: & teſtificarer ſimul amorẽ meũ erga te ſummũ. Nihil: & ſi iápridẽ ſcri-
pſimus: reſponſi allatum eſt. Quid cauſæ impedimento fuerit: neq ſane ſcio nec ſatis
cõiectare poſſum. Qđ ſi grauiores quæpiam occupatioẽs te a ſcribendo deterruerint:
cauſas non inuitus acceperim. Sin aũt uel mei te cœpit oblitio uel meũ in te aĩum ne-
glexiſti: & ipſe multũ doleo: & te iuſta reprahẽſione dignũ exiſtimo. Qđ ſi me (ut arbitror) con-
ſtanter amas. Si qd fueris nactus temporis: ſi non longiores: at perbreuis tñ: quaſdas mitte ad noſ-
litteras. Verũ ſatis iocati ſumus: quáq̃ ſerio peto a te ul' precibus adhibitis: ut ſcribas. Quanta tua ſit
Marcelle humanitas: tá facile expertus ſum: ut nõ ſim neſcius: cuius fiducia oro te: atq obſecro: ut
Galganũ Saluiũ ciuẽ noſtrũ: quiq Romæ apud nelũ Bononienſem: ætatem agere decreuit. Adole
ſcentẽ qdẽ: ingentis moribus per modeſtũ: & tua atq aliorum præſtantiũ hominũ amicitia dignũ:
noſtri ſtudioſiſſimum: & circiter unũ & uiginti annos natum. Oro inquá te ut eũ ſuſcipias & in ſinũ
tuũ admittas. Quod ſi feceris (ut ſpero) ſummũ abs te beneficiũ accepiſſe iudicabo. Et quẽ tibi com
mendo perpetuo deuinxeris. Deoſculare ſanctiſſimi dñi noſtri pedes beatiſſimos meo nomine. Me
ama: & per litteras alloquere. Siquid uero eſt opus fac oro ut ſciam. Vale.

AVguſtinus Dathus Aldobrandino. S. Iamdudũ qd agas neſcio. Qđ aũt ueterẽ exercita
tionẽ indies ardentius ãplexeris: id mihi qdẽ dubiũ nõ ẽ. Ná id animaduerti iampridẽ:
deditũ te eſſe litterarũ laudi: quá & optima uiuẽdi ratio ſequat necesse ẽ. Quorũ qdẽ neu
trũ ſeparari: ac diuelli ab altero poteſt. Fac igitur: ut q adhuc: & eloquentiæ & uniuer-
ſæ uirtutis ſtudioſus extiteris: earũ quoq rerũ pgas indies ſtudioſior eſſe. Hoc procul du
bio: q̃ tibi iucundum: tam gratum mihi erit. Vale.

AVgu. Dath. Bartholomæo. S. Apud me nihil tãtũ habet ponderis: q̃ amicitia. Nec ẽ in
rebus humanis qcq̃ prſus: qđ ei pferre audeá. Sed tũ oĩum hoĩum grata mihi eſt beni
uola uolũtas: tũ eorum gratiſſimus aĩus: quorũ & ſpectata ſit uirtus: & a teneris annis
amicitiá nobiſcũ cõflauerint. Qđ cũ ita ſit: neminẽ tibi utraq rõe par ſit anteferre. Ná
ut omittá tuas laudes: qs uetuſtate amicitię te uno apud me habeat potiora iura? Vere
id nſæ neceſſitudini accõmodatũ ſit: qđ nino uetertimo Iuuenalis tribuit. Titulũ uero: nomẽq uetu
ſtas deleuit. Tuo igit ĩ me amore: nihil acceptius: gratius nihil: nihil dulcius: ſuauius nihil: nihil cha-
rius: iucũdius nihil eẽ poteſt: cuius tá ãtiquę: tá pbatę amicitiæ fiducia: ſupioribꝰ diebus rẽ qdẽ hone
ſtiſſimá. Sꝫ nõ ſatis fortaſſe tua pſtãtia digná: ate poſtulare ſus auſus. Factũ forſitan a me imodeſte.
Sed actũ familiariter: & amice. Eá.n. noſtri amicorũ legẽ: ut quę indecora nõ ſint: oĩa ab amicis auden
ter depoſcát: multoq ẽt audẽtius: ſi nõ p ſua ipſorũ utilitate: ſꝫ ut aliis pſint: beneficia poſtulantur.
Ego qđ efflagitaui: amiciſſimi uiri cauſa: fecerim: quẽ te uno habeo excepto oĩuꝫ chariſſimũ. Qi are
ſi me amas: uelim quantũ erat petitũ q̃primũ abſoluas. Idq oro: ut facias. Quod ſi preces non pfue
runt: adhibebo & minas. Vale. Rem tuá tẽpeſtiue tranſegero. Iterũ atq iterũ. Vale.

AVguſtinus Dathus Hieronymo Ferrarienſi.S. Et ſi iandudum Ferrariam abiiſti Hieronyme: nihil tamen neq; ſcriptum abs te eſt: neq; nunciatum tuis uerbis. Quod nõ tam doleo: atq; miror. An obſecro oblitus es quid te facturum receperis? Hoccine officium eſt amici? Hoccine promiſſum? Moleſtum mihi eſt adhuc de te nihil eſſe allatum noui. Scis q̃ amici angi ſoleāt: qui uere amant. Scis qd pericli: quid ue ẽt mali contigerit cogitare. Deniq; quid metuāt nõ ignoras: ut uel ab hoſte captus ſis: uel ĩ latrones incid ris: aut quid uis ſis paſſus incõmodi. Præſertim his temporibus. Nam quis uel abditiſſimus locus ſecurus eſt? Refertum etiam prędonum Mare: undiq; bella: undiq; equeſtres pedeſtreſq; copię. Alii ſeſe accingunt prędæ. Alii mortem & interitum parant. Quid mihi credis eſſe animi: cum uoluo hæc ipſe mecum? Nõne ſcripſiſſe te oportuit: ubi Ferrariam uentum eſt? Quo tamen perueneris: nec ne incertum eſt nobis. Eia igitur ad me ſcribe. Age libera me q̃primum omni metu: & praſta te eum abſens: quem pręſens ſolebas. Sis eodem ſemper erga nos animo. Quem uero de tua abſentia dolorem cępimus. Leni interdum obſecro litteris tuis iucundiſſimis. Quas dies ac noctes (crede mihi Hieronyme) deſidero: & uehementer expecto. Nec te capiat obliuio noſtri Chęreę: qui q̃ te & diligat: & amet: iam pridem cognouiſti. Hic te plurimum iubet ſaluere. Andreoccius autem ille uir urbanus & omnium bonorum amantiſſimus mittit ubi litteras: ſeq; cõmendat diligenter. Cupit de ſuis rebus certior fieri: quidq; ſibi ſperandum deſperandum ue ſit ſcribi uehementer deſiderat: ut quid ſibi agendum ſit plane intelligat. Sorrinum igitur conueni: alloquere: interroga: ora: obſecra: tum affer ſi opus eſt. Addam ne ego preces? Dignus eſt Andreoccius: qui utatur tua opera: eius dignitati conſulas: in quem curam atq; ſtudium conferas. Quid laudem amplius? Iamdudum ille cognitus eſt tibi. Quid eius laudes afferam in medium? Ita uirtute excellit. ut proximus ſecundum Cheream ſit: quem plurimus diligas. Plura alias ſcribas. Raptim hæc iuſſit ſcribere Bartholomęus: cum iam equm aſcenderet. Sorrino iſti uiro ſcientia & uirtute præſtanti me plurimum cõmenda. Sis noſtri memor: ſicuti & nos mi: a quo tum litteras tum etiã Homericos uerſus expecto. Tu uelim me ĩprimis & Bartholomeũ ĩpm uirũ his humanitatis ſtudiis eruditũ ſtudioſiſſimũq; tui participē tuæ facias doctrinę. Vale.

AVguſtinus Dathus Petro Stephaniſtæ. S. Si me pro tua uel beniuolẽtia uel humanitate patrē uocas: & totiens chari genitoris repetis nomen. Quid eſt: quod nõ iam tandem te filium auſim appellare? Proſequar: quod abs te lepide inſtitutũ atq; uſurpatũ eſt. Præcipue uero cũ ſecundũ Nicolaum natum dulciſſimũ: tu cum lepidula Theodora ſecundũ in amore obtineas locũ. Sis igitur una cũ charis liberis tu quoq; pro filii: qui me pro genitore habere inſtitueris: & pris ſis dignatus noie. Nec ſi te tulit Hiſpania: me Italia genuit: quę longis interuallis diſtare cernuntur: Non arctiſſimus utrunq; copulauit amoris nexus. Magna ĩprimis uis amoris eſt quis neget? Tu ſi ad Iberum & Gades natus es proxime tamē iungeris nobis: qui propiſſime ad filii ſtudium accedis. Quod ſi odium non nunquã uel geminos quoq; diffidere compellit: quanti amor ęſtimandus ē? cui natura optima rerũ artifex longe maiores uires tribuit. Indum quoq; & Gaditanũ: ſi ſemel forte congrediantur: uere faciet eſſe germanos. Creuit indies mutua hæc altis radicibus defixa charitas: una tandē eſt animorum uoluntas: & uere cunctis ĩ rebus certa conſenſio. Nihil relinquit amori loci. Vnũ ſupereſt: ut quod ſummus Princeps Deus & cæteri Superi dederint: ut in hoc mortali agamus æuo. mutua noſtra beniuolentia perfruamur: reuiſamus ſæpius: ſepius cõueniamus: ut ueras poſſimus tũ audire tũ reddere uoces. Nihil tã aduerſum amicitiæ q̃ abſentia diuturnior: ultro citroq; alter alteri occurramus in uices obuiã ꝓdeamus: nec tibi urbis iſtius amęnitas ĩpedimēto ſit: nec te terreat itineris difficultas: nec remoret uel hyemis aſpitas: uel alpiũ nix dēſior ac pruina rigēs: oĩa ſupat: oĩa uincit amor. Si potuiſti metiri lõga maris ſpacia ac poſt habitis patrię delitiis tranſfretare: ut tyrrhenas oras atq; hetruſcos uiſeres colles: poteris & pauliſp relicta Bononia Senã demigrare: & aliqñ dulce diuerſoriũ repetere: quaſi delicatiores Baias: gratũ litus amæni receſſus: & quædã ueluti iucũdiſſima tempe. Ipſa te uocāt urbis noſtræ męnia. Ipſi noſtri lares imprimis: quos tecũ uolumus eſſe cõmunes. Veni igit: atq; utere tuo iure. Tu ſi uales bene eſt: nos ualemus: die noctuq; & tui & ueteris conſuetudinis memores. Vale.

AVg. Dat. Vangeliſtę. S. Perfunctũ te magiſtratu ſũma cũ dignitatis tuę laude plurimũ Vãgeliſta gaudeo. Spem quã de te ſũmã iãpridē cõceperã ĩ iſtis ãpliſſimis honoribꝰ ſingulari quadã atq; ĩcredibili uirtute ſupaſti. Mihi gaudeo: q amicũ ꝓbitate ac ſapiẽtia prędirũ nactus ſum. Ciuitati uero & nrę Reip. plurimũ gratulor: cuius adminiſtratio his tēporibus ĩ pſtãtes ciues & grauiſſimos uiros ĩciderit. Nec. n. ꝑturbatione ai: qua nulla ciuitati peſtis maior eē põt. Sed iudicio atq; uirtute ad remp. gerēdã acceſſiſti. Nã q ſe ita parãt: ut ciuitatis decus tueant: & ſuis ciuibꝰ cæteriſq; oibus pari iure cõſulãt. Ii ſũmis atq; ãpliſſimis honoribus decorãdi ſunt. Quã gloriã uideo facillime te eſſe cõſecutũ: q ad iuſtitiã colendã obſeruandamq; uirtutem omnem induſtriam ac diligentiam adhibueris. Deſinam igitur plura ſcribere: ſi id te unum admonuero: tantam te adeptum eſſe auctoritatem: ut non ſolum æqualibus tuis anteponendũ. Sed & cum maioribus natu conferendum pleriq; uiderint. Quare perge: tuam dignitatem amplifica: & uirtutē omnibus in rebus imprimis complectere: noſq; ipſos ama indies uehemẽtius. Vale.

AVguſtinus Dathus Vangeliſtę.S. Credo id tibi exploratiſſimum eſſe-diſſimillima ha-
beri oportere hominum ſtudia: & quenq; ſuis quidẽ; conſiliis duci. Sed ut multa etiam
lite diſperſa-hominum genera i duo inferamus. Quidam (ut noſti) boni-integri-inno
centes-temperantes ſunt. Alii contra improbi-flagitioſi-peſtiferi-nefarii: qui longe am
plior numerus eſſe cernitur. Quorſum uero hæc? Accepi ſeditioſos quoſdam ac turbu
lentos ciues: & quibus uirtutis exercitatio ꝓmoleſta eſt-acriter te inſectatos: dediſſeq; operam: ut non
abſolutione dignus-ſed mulcta uidereris. Sed ut tutiſſima ſunt uirtutis ac ꝓbitatis tela: ita & impro-
borum hominum inſectatio nullius ęſtimanda eſt: tantumq; abeſt: ut quorundam perditorum homi
num tibi obfuerit improbitas: ut etiam tuã dignitatẽ ac laudem plurimũ illuſtrauerit. Sed iterũ atq;
iterũ te hortor: ut ſolida iacias glorię fundamenta: atq; ita efficias: ut non ex malorum leuitate: ſed ex
ſapientum hominum atq; optimorum iudicio-tua oĩa geſta dictaq; probatũ iri uelis. Vale.

AVguſtinꝰ Dathus Andreoccio.S. Vereor dulciſſime Andreocci: ne me eo numero ho
minum cenſeas: qui fucatis uerbis amicorũ auribus blandiuntur. Quod uitii pleroſq;
oratores inceſſit: ut iam uiri boni: & quod maius eſt-oratores eſſe deſinãt. Nam qui ſe-
cus oratione profatur: atque animo ſentit. Is non amicus iudicari: neq; uir bonus ap-
pellari debet. Qui uero malus eſt: & ſuis fallacibus uerbis alienæ menti caliginem ob-
ducat. Abeſt Andreocci procul ab oratoris nomine. Verũtamẽ ego me neq; oratoris munere digna
tus ſum: & linguã-atq; mentẽ ſemper uolui eſſe concordes. Adeo ut primas tibi amicitiæ tribuerim:
non falſo quidem-ac ioco: ſed ex uero animi iudicio-ſerio conceſſerim. Quam ad rem hortãtur mul
ta: maxime uero tua uirtus: tuus in me amor: uetus neceſſitudo: mutua etiã-ſiquid ad rem pertinet-
beneficiorum alternatio. Malo ſæpenumero philoſophus eſſe-q̃ haberi orator. Ille enim ſemper ue-
ra dicit. Hic nõnunquam uériſimilia. Ego autem diutius in philoſophia-q̃ in eloquentia ſum uerſatus.
Quare facis: ut iam noſtris uerbis adhibeas fidem. Certoq; ſcias te ſerio a me amari. Quam rem cum
fueris periclitatus-notiſſima erit tibi noſtra beniuolẽtia: & in amorem ĩ nos firmius nõ iam auge: ſed
corrobora potius. Vale: & me ĩ theſauro tui cordis ſerua penitus.

AVguſtinus Dathus Andreoccio.S. Nequeo mi Andreocci apud te eſſe. Nequeo uidere
te. Nequeo alloqui: quæ mea erat ſumma uoluptas. Te mihi auferunt tua ampla nego
cia: me tibi fortaſſe multarum rerũ magni labores. Sed utinã aliquãdo dulcis Andreoc
ci quieſcas. Ego enim omnia relinquam: ut tecum ſim: ut animum oblectem dulcibus al
loquiis. Sed in tanto rerum turbine frui amicitia noſtra non poſſumus. Tu nanque
interdiu modo huc modo illuc animum uerſas: noctem uero ĩ Chirographis totam-cõmentarioliſq;
conſumis. O utinam mercator fuiſſet Plato: qui ad bene in ciuitate uiuendũ-hos negociatores ma-
xime neceſſarios ducit. Vere ille quidem: ſed tamen ipſe ſe in ſolitudinem contulit: quæ ſola recta &
ſincera eſt uita. Iſtęc certe magnis continuiſq; agitatur fluctibus. Sed hæc forſitan alias. Tu ne uidea
ris tam cito mihi ereptus eſſe e manibus: fac ut interdum una uerſemur: repetamus: reuocemus ue-
terem conſuetudinem. Hanc interpellatam diu-debilitari ſentio. Vterq; igitur accurramus Andreoc-
ci: mutuiſq; exhortationibus: ne extinguatur: inflammemus amoris ignem. Nec te mihi tua negocia
nec gratius quippiam eripiat. Sed emerge nõnunquam ex iſtis curis. Lætus nõnunquã uiue. Aman-
tiſſime mi Auguſtinum. Saltem impone finem diuturno ſilentio. Da ſuaues ad me litteras: & quãuis
nihil merear: ut memor mei ſis. Tamen effice-pro tua humanitate: quam niſi ſpoliaueris: me trahes
uiſeſq;. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioanni & Antonio.S. Sum modo Ioannes & Antoni uos affatus
per litteras. Sed niſi erit uobis moleſtum: coram hodie alloquar: exponamq; uobis: qd
mihi proxima nocte uigilanti acciderit. Viſis enim atq; auditis quibuſdam (ut Græci
ipſi uocãt) phantaſmatibus: uere horrui: ſteteruntq; comæ: & uox faucibus hæſit. Oro
igitur utrunq;: ne grauemini ad me uenire: ſiquid hodie ſuperfuerit temporis. Valete.

AVguſtinus Dathus Antonio.S. Acceptis litteris tuis: quæ ad ſextum kalen. Quintiles
ſcripta ſunt. Vix tandem reſpondendi ocium oblatum eſt. Quippe ego ſimul: atq; il-
læ redditę ſunt: reſcribere cogitaui. Verum ad ſcribendum partim docendi munere: par
tim rei familiaris cura præpeditus nobis-nihil datum eſt-neq; ocii-neq; temporis. Dabis
igitur huic cunctationi ueniam: & quod longiore interuallo officii intermiſſum eſt-& fa
cile ac modeſte feres: ac primum uelim: ne ob eam moram putes mihi minus iucundas litteras extu-
iſſe: quando ita copioſe-ita ornate ſcriptę ſunt: ut uel ad. M. Tullium: & Q. Hortenſius (ſi modo
uiuerẽt) mitti ſint dignæ. Redolent: quam tui ætas iſta patitur: optimã eloquentiam. Accedit inſuper
nitidæ orationi ſignificatio quædã præcipui amoris erga me tui: ut utrũ agam-neſciam: tuam uel lau
dem eloquentiam: uel admirer uirtutẽ. Nam amicitia præſertim ĩter bonos conflata nõ modo eſt ne-
ceſſaria: quod præclarus ait Ariſtoteles: nõ ſolũ frugifera hoĩum generi-ac ſalutaris: uerũ etiam &
ſingularis quędam atq; eximia uirtus. Quid enĩ aliud eſt: quod Peripatetici dicunt-amicitia-q̃ uel uir
tus quædam: uel cum uirtute. Quippe-quæ uel uirtutis nomen-ac rationem habere digna ſit: uel a

puriſſimis honeſtatis atq; officii uberrimis fontibus proficiſcatur? Quod is qui emolumentis aut uoluptatibus: aut nullis demũ uel corporis/uel externis rebus amicitiam metiunt/nõ profecto q̃ longe a uero abſunt: tam eadẽ uirtus nomineẽ & probrũ. Sed qd tam multa ea de re mi Antoni? Quę & ipſa ſatis ſupq; explorata eſt: & teſtes habet grauiſſimos/ac locupletes: e Græcis quidẽ Socratẽ: Platonẽ: Ariſtotelẽ: Theophraſtũ. De noſtris uero Ciceronem: Lęlium: Aphricanũ. Quod unus uel primum fuit ex paucis illis amicorũ par. Cæterũ & Epycurei ipſi: quos pleriſq; in rebus & diuinis & humanis claudicare uiri ſapientes arbitrantur. Amicitiam imprimis colendam cenſuerunt: neque ob eam ſolum cauſam: quod uoluptatis effectrix amicitia eſſe uidetur. Imprimis ſummũ bonũ & confirmatam beatitudinẽ conſtituerent. Sed ob id quoq;: quod in hac mortalium uarietate nihil inueniri queat amicitia maius/ac præſtantius. Maximã nanq; eſſe uirtutem conſtat: quod & Chriſtianæ quidã religionis ſecta ores uiri doctrina pariter/ac ſanctimonia præcellentes teſtati ſunt. Nihil inſup ipſa cogitari poteſt uberius. Nulla &enim uitæ pars: nulla prorſus ætas: nulla deniq; hominũ conditio/ac fortuna uacare amicitia põt. Nihil amicitia iucundius poſſidetur. Quis enim ita audaci polleat eloquentia: quis uel apprime eruditus ſit Orator. Quis adeo ingenio ualeat: ut memorabiles amicitiæ uoluptates/infinita eius oblectamẽta/uel cogitatione pſpicere/uel complecti uerbis poſſit? Atq; res una melle (ut aiunt) dulcior: cæteras uirtutes ingẽti ſuauitate/ueluti ſale quodã aſpergit: & condit: quę ſola nũ ex uirtutis initiis/ac ſeminariis educta ẽ: ita ſi honeſtati/officioq; acceſſerint: moleſtia & labor ea omnia non modo tollerabilia: ſed iucundiſſima etiam efficit amicitia. Cuius quidẽ ſtudio/ac ſplendore cõmotus/progreſſus fortaſſe ſum longius q̃ epiſtolæ breuitas patiatur. Sed neq; in his litterarũ anguſtiis rem ſuopte ingenio pdiffuſam concludi oportebat. Attigi paucula hæc tamẽ: ut cum alios hominũ atq; noſtrorum ſtudioſos laudarẽ: tum hoc uolui: ut te maxime probarẽ: quẽ tam &ſi in teneris adhuc conſtitutum annis: ac pene (quod dici ſolet) lactentẽ non pduxere Pythagoreę ad Biuium litteræ. Iuuat tamẽ: ac mirum in modum delectat amicorũ comparatio. Diligo te: & amo: q crebro: qui humaniter: pq; frequẽter/atq; ornatiſſimis litteris pulſitas amicitię fores. Aperui ego iampridẽ non inuitus. Intellexi nanq; te nõ adoleſcẽtulorum errore ad amorẽ: ſed conſilio quodam grauiore: & ueluti maturioris ætatis iudicio cõmoneri. Quod ſi ex iniuria quod ob raptas Sabinas uirgines conditor Romanæ urbis Romulus loqueret/poſtmodũ gratia orta ẽ. Si ex malo nõnunq̃ principio (ut ait Terẽtianus Cherea) magna familiaritas conflata eſt. Quid de ea amicitia exiſtimandus ſit: quam nulla præceſſit iniuria: quam uirtutis conciliauit opinio? Noſtra uero eiuſmodi ẽ: quam tanquam altis defixam radicibus ſpero firmam/ſtabilẽ inter nos/ac ſempiternam fore. Tu modo pergeis eſſe: quẽ iure laudemus: & ita non dico ex patris: quẽ tibi uix cognitum fallax mors ſubſtulit: ſed ex paterni nominis imitatione: ita inquam mores tuos inſtitue: ita ad uirtutes reliquas accingere: ut abeũte paulatim ætate/nõ tam anni q̃ ſapientia/q̃ eruditio/q̃ laus creuiſſe uideatur. Sed cũ adeo probata cognouerim initia/non poſſum/quin probatiſſimũ ſperem exitum. Qui igitur ultimo ad amicitiam acceſſiſti/fac ut & conſuetudine/& crebris litteris eam indies firmiorẽ facias. Vale.

Auguſtinus Dathus Antonio. S. Miraris Antoni: qd cauſę ſit/quam ob res ad Hebraicas litteras diu intermiſſas/animus reuocauerim. Cupis ſcire (niſi me opinio fallit) quid earum cognitio emolumẽti poſſit afferre. Id tibi aperiam paucis. Nam eo loci noſtra amicitia deducta ẽ: ut nihil: quod mihi exploratum ſit: tibi eſſe debeat incognitum. Noſti me iampridem mi Antoni/non tam oratoriæ artis faleris quibuſdam/ac fuco delectari/q̃ ſacris potius ac diuinis inſtitutionibus: quarum deſiderium quoddam ingẽs dudum me paulum cæpit: eaq; a primis uſq; ætatis temporibus me auiditas tenuit: ut ſiqua aliquãdo occaſio offerretur/omne tẽpus (ſi fieri poſſet) ad ſacras lectiones/operamq; conuerterẽ: quod tu multis coniecturis/ac perſpicuis argumẽtis intelligere potuiſti. Vt igitur qui totos ſe in facultate dicẽdi adipiſcẽda collocarũt: græcas litteras complectuntur: qui faciliorẽ atq; uberiorẽ copiam conſequantur. Ita & qui diuinarũ lectionũ inſtitutioni dediti ſunt: Hebraicum eloquium amplexantur: ut altius principia repetentes/firmiora iaciãt fundamẽta. A Græcis.n. oĩs dicendi ars & humanæ ſapientiæ diſciplina profecta eſt. Quapropter pleriq; litterarum ſtudioſiſſimi/e Græcorum fontibus aurire conſueſcunt. In quibus & nos (ne arroganter nimium impudenter dicamus) proluimur etiam ſumma labia. Ab Hebręorum autem uberrimo flumine/omnis diuinæ/ac myſticæ diſciplinę ius ratioq; defluxit. Quare & noſter Hieronymus mæ meæq; delitiæ ad eas ſe penitus exercitationes contulit: non tam ut laſciuientis/calentiſq; ætatis impetu domitaret: quem incredibili moderatione compreſſit/q̃ ut diuinas litteras illuſtraret: & latinæ egeſtati: quæ tunc forte erat ſacrarum litterarum, uiuẽte Hieronymo Hebraici eloquii ubertate moderetur. Nec ego id attulerim: quod merito poſſit: qui plura genera linguarum adeptus eſt. Ipſe etiam Paulus Apoſtolus: qui uere eloquentiæ Demoſthenem: copia Platonem: feſtiuitate Iſocratem: Ariſtotelẽ doctrina/ſuperauit. Fide pene Abrahã. Inſtitutiõe Moyſem ęquauit. Merito unus prę cæteris (ut Grçci uocãt) eum munera multiplicia/ac uaria diuini numinis dona cõnumeraret. Tãdẽ etiã liguarũ genera adhibuit: q̃ res nõ mõ nõ ĩfirmauit noſtrũ cõſiliũ: ſꝫ confirmauit etiã plurimũ. Habes igitur noſtri ppoſiti rationem ſatis (ut ipſe arbitror) cumulate. Reliquũ ẽ: ut uiri ſapiẽtis partibus perfungaris: & quę recta cõſilia ſũt pbes: & me ad hieronymum

ſermonem perdiſcendũ uehementius cohercerís:præſertim cum in tam florenti urbe & bonarum ar
tium alumna ac matre. Nemo iampridẽ inuentus ſit:qui tam ſalubris diſciplinæ cognitionem am
gerit. Nec uero ob id Hebraicas litteras amplexamur: ut dediſcamus latinas: pp quas & illas ſequi
mur. Tu uelim me facias certiorẽ uelim:cũ hanc lectitaueris epiſtolam. Quid hac omni de re ſentias.
Nam quod ſuades ardentius ſequor:quod diſſuades:aut deſero:aut ago remiſſius. Vale.

AVg. Dathus Antonio. S. Quod ſapientes uiri de rebus humanis ſolẽt dicere: Nihil oĩo
eſſe ex omni parte pfectũ. Id uerũ eſſe experimẽto pſpicio. Nã qd p ĩmortalẽ Deũ ami
citia ẽ firmius! grauius! Quid ea melius ac ſolidius! Vbi maior fructus! Vbi utilitas ne
rior! Vbi deniq; uel honeſtas amplior uel uoluptas eẽ iucũdior q̃ ĩ amicitia põt! Maxi
me uero ſi grauiter aut laudabiliter comperata ẽ. Cætera enĩ neceſſitudo neq; eas co
moditates habet:neq; amicitię merẽ nomẽ. Sed nota tibi hęc ſũt. Redeo unde digreſſus ſum. Quid
putarẽ uera amicitia ſuauius ĩ reb9 hũanis habebã nihil. Veꝝ quã nũc ex ea ſollicitudinẽ:quẽ mero
rẽ capio! q̃ me præſens delectabas! tam nũc crucias abſens: quẽ de abſentia dolorẽ auget tuũ inſup
ſilentiũ: ut ad ęgritudinẽ uix mali quicq̃ addi poſſit. Quam ob rem ſi ſerio me amas:niſi tua me fallit
beniuolentia aut q̃primũ redi:aut de multis rebus ac uariis perſcribe ad me nimiũ optatas litteras:
quod uelim facias:tũ mea cauſa tum ut tibi ipſi conſulas. Qui .n. multas eodẽ tẽpore diſciplinas præ
ſertim Arithmetricas cõplexus ẽ. Eum (crede mihi) nequaq̃ oportere diutius ruſticari. Quare fac
ut q̃primum uenias fœliciſſime. Vale.

AVguſt. Dath. Nicolao Vercellenſi. S. Quas ad me dediſti & ad filiũ litteras ac poema
ta:utraq; accepimus piucunde:& cũ ſumma legimus uoluptate. Magnas tibi habemus
gratias:ſtatuimuſq; nos uere abs te amari. Sed uicẽ amoris nõ parce rependimus: & ĩ be
niuolẽtia minime ſupamur. Supas nos boletoꝝ lætitia:ſed nequaq̃ amoris abũdantia.
Munus fuit nobis q̃gratiſſimũ & pluris facimus datũ abs te q̃ uel Creſi diuitias:uľ An
tiochi Regis copias. Nã & res ipſa haud parua ẽ:& ab optimo aĩo pfecta ãtecellit facile cuiuſuis mu
neris ãplitudinẽ. Sʒ nõ ob munera charus es nobis:q pp eruditionẽ & uirtutẽ ſis lõge chariſſim9. Per
ge:& p uiribus contẽde. Nõ eni fruſtra ſperas meliorem fortunã. Lepidos uerſus terq; quaterq; legi
mus:q te nobis quodãmodo præſentẽ faciũt. Cũ daẽ ocium:a tua fac conſuetudine non diſcedas.
Scripſi ad oppidanos iſtos: & ſpero meas nequaq̃ fore in utiles litteras. Puto intelligẽt nõ poſſe tibi
ſe abſq; graui mea iniuria & moleſtia uerba date. Sum deſignatus Maſſanus Prætor. Confeſtim tui
memor dedi opam:ut compotis cõmunis uoti efficiamur:ac dedi accuratiſſimã opam: & experiens
uere te diligi nobis. Nicolaus iubet te ſaluere: & Ipſe quoq; reſponſum parat. Vale.

AVg. Dath. Nicolao Vercellenſi. S. Vir pręſtans & tãq̃ optime frater & amice primarie
ſalue Nicolae inq̃ ſuauiſſime ſalutis ſis. Gratiſſimæ mihi fuerũt tuę litterę. Quippe quę
ab eo ſunt redditę:quẽ unũ ex Dathoꝝ genere: & alterum Nicolao filio patrem habeo:
quod tibi ſuapte ſponte debet eſſe notiſſimũ. Illud tamẽ nõ modo graue:ſed etiã mole
ſtiſſimũ atq; acerbũ fuit: qď tuis annectis litteris: & bipartitũ eſt:quod te nõ habeamus
eximiũ: & iampridẽ nihil ad te dederimus litteraꝝ. Quoꝝ utrunq; a uero protſus eſt alienũ. Nam
unũ te magno habemus ĩ pretio: & omnia tibi ſecundiſſima optamus. Haud ſecus atq; ex iiſdeʒ ſis or
tus parẽtibus. Quod ſi aliter ſentis:nimiũ certe falleris. Frequẽter ĩ ſermone:frequẽtius in laudes:fre
quentiſſime ĩ cogitatione uerſaris. Atq; ita demũ te obliuiſci poſſimus. Si nos obliuiſcamur ipſos. De
litteris uero qd multa! Scripſimus ad te haud perdiu eſt ego & Nicolaus binas (niſi fallor) litteras:
Quas ſi forte nõ acceperis:ualde accuſamus deferẽtium perfidiam: Sed ego inſup recẽtes ad modũ
poſt clariſſimi Principis obitum:ut meo fungerer atq; ueri amici munere. Miror ſi nondũ acceperis.
Quod ſi accepis quæſo te me q̃primũ facias certiorem:ut ſpetã quæ ad rem ptinere arbitror & ad
ueri officium ac probati amici. Dolebã optimi interitũ Principis:Gratulabar ſuccedere principatui
Clariſſimo patre nõ inferiorẽ filiũ. Tibi uero:quod pro tua fide integritate modeſtia & magna prę
terea doctrinæ laude ualeres:ualeaſq; apud illuʒ magna & auctoritate & gratia. Quod ſignificatum
nobis maximã atq; incredibilẽ attulit uoluptatẽ. Tu aũt q ſerio amas:maximo iſti Principi nos dili
genter quæſo cõmenda. Et quod ſibi natura duce debet eſſe compertum:perſuade illi:in aurẽ inſtilla
dies & noctes:ut maxime recte Senẽſi ſit fretus Rep. Cuius ſtatus una cũ pricipatu iſto uno certe ſpi
ritu uiuit. Quod q dubitat: nõdũ terũ naturã explorauit. Sed ſapit iſte ſupra ętatẽ: & te aſſiduũ mo
nitorẽ fęliciter nactus ẽ. Vale memor noſtri:q & nos & noſtra oĩa tuo arbitrio dicauimus. Fęlix es.

AVg. Dathus Franciſco Philelpho clariſſimo Oratori. S. P. D. Quas ad me nuper litteras
dediſti ſumma me affecerunt uoluptate: Quod uero plerią; ſolent ægre ferre:id plane
mihi uel iucundiſſimum fuit:ut me obiurgares. Miraris enim quid nunc rerum agam:
quid tam diu inter tot ſolatia me oblectem ruri: Miraris id quidẽ uehemẽter: metuiſq;:
ut uel languere ocium patiar:uel indignis & libero uiro & docto homine me uolup
tatibus dedam. Quod ita de me Franciſce ſollicitetis habeo tibi maximas gratias. Sed longe ſe
cus:atque eſt: cogitas: Namq; & ocium fruimur:et nobiſcum Philoſophia ruſticatur. Quotidie
enim ut ſcias quid agam uenitur in opacas ſyluas: ſub umbroſis amœniſſimiſq; arboribus conſid

tur: ubi omne ſtudium atq; opa tribuitur ſcrutandis inueſtigandiſq; rebus: Vbi peracri ingenio & ſolerti induſtria ueritas indagat̃. In eo igit̃ nos ſilentio inq; ea ſolitudine rerũ naturas cauſaſq; contemplamur. Quid nõ ne imitamur Democritũ: Pythagorã: Platonẽ: q ſecretos petẽtes dulceſq; receſſus in ocio ſũma cũ dignitate fuerũt? Ego quoq; malo habere ſolas conualles ac uaſta colere montiũ prærupta: q̃ graues perpeti urbis moleſtias. Cætera Franciſce nullius ſunt: præ his ruſticis agreſtibuſq; locis: Videor ſcripſiſſe: qd agat̃: & qbus in rebus ſumat̃ tpũs: etiã feciſſe te certiorẽ. Quare me & deſine obiurgare: & ſpera ppediem i urbe affuturũ: quo accerſunt me tuæ litteræ. ερρωσο φιλη κεφαλη.

AVg. Dath. Bartholomeo Petruccio. P.S.D. Vereor Bartholomee: iam uereor: ne interceperit quiſpiã tuas litteras: Quæ & ſi ad kal. Nouembres ad nos miſſæ erant: ſic eni nunciatum eſt: tamẽ ne Decẽbribus quidẽ Nonis pulſarũt noſtras fores. Quid nã ſibi tam longa mora? Nam ſi uel ex Sauromatis atq; Occeano ſcripſeris: ueniſſent tñ illæ ad nos iandudũ: nõ poſſum igit̃ nõ uehemẽter mirari ac dolere: niſi forte Curſinianũ diuerterint: qd̃ ibi me adeſſe ſenſiſſent. Tu denuo alias ĩterea ad me ſcribe: ut ſciam: qd agas. Quid tu amplius ruri? Nulla eni iam inde utilitas. Congeſſiſti ĩntro frumẽta. Impleuiſti cellam uinariã: ſz olcariã quoq; cellaz te dudũ impleſſe arbitror. Quodq; reliquum erat poſſeſſionis ac fructus perceptũ iandudũ eſt. Res familiaris oĩs curata ẽ pbe. Ad hæc aũt id quoq; ut redeas accedit cauſæ: Nam ut ædifices: prohibẽt hæc tẽpora: Tuaz uero nouã arcẽ: quæ altiſſima ſurgeret interpellabit aduerſa hyems. Quid te igit̃ tenet ruri: quænam ue remorat̃ uoluptas? Neq; eniz te umbratia nemora: neq; flor ida prata: neq; ſalientes fontes delectant. Quæ oĩa cũ inſeq̃tur acris hyems: nõ modo iucũda nõ ſunt: ſed ẽt ualde moleſta. Quare te ut redeas etiã atq; ẽt oro. Iaz crede mihi uenies plurimũ expectatus. Deſiderant te tui: & tam ſero redeuntẽ etiã accuſant. Veni igit̃ Bartholomee niſi loci amænitate ductus etiã ruri hibernare cõſtitueris. Iam deſine pagrare rura: & nos aliquando reuiſe. Vale.

AVg. Dathus Andreoccio Berardino. S.P.D. Iocatuſne es mecũ Andreocci per litteras? Scribis eni charũ me eſſe Inacho: quẽ ipſe & amo plurimũ: & obſecro. Gaudeo mihi: ſi id uerũ eſt: ſin minus ẽt fero. Sed q̃q̃ ubi apud me magna ẽ fides: tñ interdũ ſubuereor ne q me conſolari uelis: hæc ad leniendũ dolorẽ tam cõmode finxeris: præſertim cũ eo abſente nullũ de amore fieri piculum poſſit. Cupio Andreocci certior fieri oĩbus de rebus. Cupio reuiuiſcere neglectam diu atq; obſcuratam amicitiam: & illam indicari: quæ diu occulta latebris ac penitus recõdita latitauit. Eſt eni qd̃ timeam: qd̃ uero ſperẽ nihil ẽ: cũ quæ uigere inimicitiæ uideant̃ amoris indicium nullũ extat. Leua igit̃ me ancipite hac cogitatione: & qd aut metuendum mihi aut ſperandũ ſit q̃primũ explica. Nã me amare nihil dubium ẽ: amari aũt oĩo latet. Perfice igit̃ hoc mihi: & ad me ſcribe. Mihi erit q̃gratiſſimũ. Cætera quæ ſcribis: ĩtelligebaz prius q̃ me amares mihi dubiuz nõ erat. Ea uero lex ẽ amicitiæ: ut tam aduerſæ amicorũ res q̃ ſecundæ uiciſſim ſemp cõmunes ſint: Gaudeo mihi habere amicũ: qualẽ alterũ difficile ĩueniam. Tu cõtra me habes amicũ uerũ: q nõ quantum debet: ſed quantum poteſt te & amat: & colit. Vale dimidium mei animi.

AVg. Dathus Andreoccio Berardino. S.P.D. Quæ ad me ſcripſiſti ita fecere aĩuz dubiũ ut qd reſpondeam prorſus ignorẽ: Nam res tũ magna tum pdifficilis ẽ. Ego autẽ tam multis aſſidue curis uexor: ut ne in minimis qdẽ rebus dare cõſiliũ poſſim: & oĩo qd faciam neſcio. Solicitus ſum de multis rebus: Oĩo aũt mihi neq; cõſilii locus ẽ: neq; prorſum auxilii copia: Et q̃uis mi Andreocci ſatis ĩ te cõſilii ac ſapiẽtiæ eſſe ĩtelligam: uereor tñ ne qd facias impetuoſius tanta laceſſitus iniuria. Adhibe igit̃ prius rectũ cõſiliũ: & aĩmi tui furorẽ recta rõne moderare: Naz ut noſti etiã ĩ ſapientẽ cadit furor. Quare qcqd Andreocci acturus es etiã atq; etiã cogita. Cætera alias: Quid eni hoc tẽpore amplius ſcribam: q æger ſum: q dolore cõficior? Vale: & me ama Andreocci: ut ſoles. Iterũ mea ſpes uale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio. S.D. Etſi te antea Laurẽti diligebam: ſed hoc tpre admiratione quadã uirtutis tuæ cõmotus cæpi ẽt ardẽter amare: Vt te uno mihi neq; carior neq; iucundior ſit quiſquã: Tu autẽ quæ mea ẽ ſũma uoluptas huic ſtudio atq; amori pariter reſpõdes: ut uideor. Facis: ut uirũ decet. Id eni mi Laurẽti oĩo turpe ac fœdũ eſt: in amore uinci: Itaq; mihi plurimũ gaudeo: Studium eſt eni mihi maximũ: ut ab oĩbus amer. Quæ una res pfecto tã me delectat q̃ pleroſq; diuitiæ opes honores. Eſto tua uero erga me beniuolentia eſt mihi præ cæteris iucundiſſima: Supeſt: ut quã amicitiã uirtutis opinio ſola cõtraxit: augeat cõſuetudo ĩ dies: Quo nexu ad amoris uinculũ adhibito nihil maius: nihil firmius ĩueniri põt: Hanc inter nos amicitiã Deus fortunet: quæ ut mature exorta ẽ: ita quoq; ppetuo ac ſemp maneat: Tu uelim aĩum pnoſcas erga te noſtrum: tibiq; pſuadeas neminẽ eſſe te mihi chariorẽ. Diu ac feliciter uale dulcis Laurenti. Xi. kal. Ianuarias.

AVguſtinus Dathus Franciſco Philelpho Oratori. S.P.D. Scio te grauiter ferre atq; acerbe & ſiluiſſe me diu: & nõ miſiſſe ad te: quas dudũ poſtulabas epiſtolas: Alterũq; ut ipſe opinor ualde admiraris: alterũ uehemẽter doles: Nec id qdẽ iniuria. Nõ eniz erat neq; officii neq; hũanitatis meæ: nihil decẽ menſes ad te ſcribere: Qd̃ antea perſæpe cõſueueram facere. Quid dixi ſæpe? At ſcribebam aliquãdo: & meam teſtificabar in te tum

beniuolentiam⸗tum etiam obſeruantiam. Q uarũ utranq; ob diuturnũ ſilẽtiũ⸗forſitan putes obſole
uiſſe ĩ me. Sed abſit iſta cogitatio. Quotidie. n. maiore afficior deſiderio tui: & amore ardeo. Aueo
uidere te: audire: alloq;: atq; dulces⸗ut ſolebã⸗ac familiares tecũ cõferre ſermones. Tua me abſentia
die noctuq; ingẽti dolore ꝑmit: q̃ nõ modo nõ adimit (ut aiũt) dies: ſed ẽt indies magis⸗ac magis
excreſcit. Te uigilãs⸗dormitanſq; deſidero. Te firmiter cõſtanterq; & amo: & obſeruo. Quid multa?
Noſti iãdudũ me: & quali ſim natus ĩgenio⸗facile didiciſti. Venio nũc ad tuas epiſtolas. Has cõmoda
ui Ioanni Lanſolo hiſpanienſi: is diuitiaꝝ pleniõ ẽ⸗q̃ fidei. Abiit ille qdẽ ad inſulas Baleares: ſimulãs
ſe ꝑpe dies rediturũ. Annũ abeſt: & qd de eo factũ ſit: neſcio. Fregit nauim: ut arbitror: ipſe ſubmer
ſus ẽ. Annũ abeſt: & ubi gentiũ ſit: prorſus ignoro. Videor amiſiſſe res tuas: quę mihi erãt iucũdiſſi
mæ. Id primũ pati ęquo aĩo nõ poſſum: deinde qđ mittere ad te illas nequeã. Eſt mihi Frãciſce ualde
moleſtũ. Nõnullas tñ tuas epl'as magno quęſitas labore⸗tradidi exſcribẽdas: eaſq; mittere ad te q̃ pri
mũ inſtitui. Interea uero uel redibit Ioãnes: uel me qd ſperẽ: faciet ꝑ litteras certiorẽ. Quid ubi aliud
uis? Quid quęris? Satis tibi hoc ſit. Tu mihi ignoſce tñ: & ſiqd opus ẽ: fac me⸗ut ſciaꝫ. Vale: & tuo fi
lio die Xenophonti ſalutẽ meis uerbis. ερρωσο ω̃ ηλορη ηλιορ.

AVguſtinus Dathus Andreoccio Petruccio Senẽſi. S. P. D. Tuæ Andreocci litteræ: quas
ad Bartholomeũ ſpectatũ adoleſcẽtẽ ſcripſeras: redditæ ei iampridẽ ſunt ad Nonas Fe
bruarias. Nã cũ mihi illas dediſſes: cõtinuo relictis rebus⸗pcurri ad Bartholomeum do
mũ: is aũt ne media qdẽ decurſa uia⸗inſperãti mihi ꝑſto fuit. Ibi ego lætus reddidi An
dreocci tuas litteras. Quas ille accepit auide: legit iucũdiſſime: ut facile ĩtelligas: quantã
inde caperet uoluptatẽ. Redditæ igiẽ a me ſunt litteræ tuæ Bartholomeo iãdudũ: quẽ ut offendiſſe ĩ
tẽpre iucũdũ fuit: ita & nõ ĩueniſſe⸗multo mihi moleſtiſſimũ extitiſſet. Tu aũt⸗ſi Bartholomeũ amas:
fac ut ad eum q̃ ſæpiſſime ſcribas: pge crebrioribus eũ delectare epiſtolis. Nã cũ uolupiati ſibi⸗tũ etiã
utilitati futurũ ẽ. Nã & ſi nõ eget Bartholomeus calcaribus: tñ ſcio fore eũ ornatiorẽ indies⸗ac copio
ſiorem: ſi & ſępe & ſtudioſe res tuas legerit. Spero aũt ſi curã adhibeas⸗ꝑpediẽ Bartholomeũ euaſurũ
ſimilẽ tui: Quem ſi ad liberaliſſima iſta ſtudia natura peperit: uolũtas exercet⸗obſecro te: etiã tuæ hor
tationes ſeruẽt. Ita q cæteros noſtræ ciuitatis adoleſcẽtes ingenio & natura ſupat: doctrina etiã & hu
manitate facile antecellet: & nos quem pp probitatẽ iampridẽ dileximus: cũ hæc laus acceſſerit: etiã
atq; etiã amabimus. Vale.

AVg. Dathus Hieronymo Caſtello Ferrarienſi. S. P. D. Accepi tãdẽ quas diu deſiderarã
a te Hieronyme litteras: cũq; iis ſimul Homericos uerſus. Quoꝝ utrũq; tã iucũdũ mihi
fuit: q̃ quod iucũdiſſimũ. Præcidiſti mihi dubitationẽ: quæ pacerbe aĩum turbabat. Mi
rifice lætatus ſum: cũ audiui Mutinẽſis litteras teſtes tuas ſeruatæ amicitiæ: quę qa mihi
nõ erãt redditæ: tuli iniquo aĩo. Nã laborũ tuoꝝ: quos & ĩ ſuperãdis cæteris piculis⸗&
tranſeundis Hetruſcis alpibus⸗maximos perpeſſus eras: hiſtoriã auidus expectabã: ut reducem te &
incolumem reuertiſſe Ferrariã: potuiſſem ſolidius gaudere. Itaq; tabellarioꝝ uitio factũ eſt: ut in eam
ſuſpitionẽ pduceret: & te accuſarẽ iniuria. Quãuis difficile credebã tãtã amicitiã⸗tã cito obſolere: cu
ius optime iacta eſſent fundamẽta. Da igiẽ poſthac litteras iiſce tabellariis: quoꝝ plane tibi pſpecta
ſit fides. Sed qd de amicitia noſtra plura differã: quæ apparet liqdo: atq; extat? Quid de tua conſtãtia
loq̃? Noui. n. te ab ĩſano uulgo lõge abeſſe. Venio igiẽ ad Neſtoris orõnẽ: quã & gręce ſcriptã & la
tine ĩterp̃tatã nup ad me miſiſti. Cuius grauitatẽ ne an ſuauitatẽ plus admirer: neſcio. Inuideo Aga
menoni & Achilli: ꝑ quoꝝ diſcordia ſedãda tã apte⸗tã ornate⸗tã copioſe⸗tã pulchre orauit Neſtor.
Qui ita dicẽdi ars? Nãq; aptiſſime exordiẽ: lucide narrat: inuehiẽ acriter: uarie ornat: artificioſe cõple
ctiẽ. Quid hac Homerica orõne pfectius? Quid abſolutius? Quis modus? Q uis ordo? Nũq̃ mi Hiero
nyme æque delectatus ſuꝫ. Multa: quæ de huius orationis elegantia dici poſſunt: ου γαρ τιω τοιο η
ιλορ λογορ ὀυδε ἱδλωμεν: Spero fore: ut ſub noſtra opaca Buxo iucundiſſime cõferamus: qua nõ
minus delectari cõſueuimus: q̃ ut eſt apud Platonẽ Platano olim Socrates. Sed huius umbrã Hiero
nyme ꝑcul fugiam: donec uterq; noſtrũ alterũ complexus⸗dulcia ſimul repetat alloquia. Vereor. n.
ne ueteris uoluptatis memor⸗gemere⸗ac lachrymare compellar. Ita nanq; ſit ho ĩum more. Hæc ue
ro hactenus. Quid igitur pulcherrimã mihi Homeri orõnẽ dono dederis maximũ monumentũ⸗ac
pignus amoris: ago tibi Hieronyme gratias: qđ ut q̃ ſępiſſime faciã⸗te uehemẽter oro. Delector. n.
mirifice⸗ut Ariſtarcus⸗Homeri uerſibus: quẽ unũ prẽſtantiſſimũ inter cæteros Gręcos fuiſſe conſtat.
Aliud nunc: qđ ſcribã: nihil eſt. Bellũ gerebaẽ cũ Eugenio Pontifice. Sꝫ ſpero q̃primũ & feriri fędus
& pacem componi: idq; ſpondẽt Legati utrinq;. xvi. kal. Octobris. ἐρρωσο ω̃ ηλορη μιλωρ ἐμ σημι.

AVgu. Dath. Ioãni Sartio. S. Accipies oblitas lachrimis lras: quas dũ ſcribo: ita me gemi
tus ĩuadit: ut unde ſumã initiũ⸗pſus ignorẽ. Hei mihi: unde mi Ioãnes⸗unde obſecro
exordiar? Turbauit nos ita luctus triſtis⸗ac pacerbus caſus Frãciſci Vlmii ĩmaturã mors
ſũmi & clariſſimi uiri. Quæ quo fuit ĩopinatior: eo nobis grauior⸗ac moleſtior. Erat. n.
Frãciſcus ex omni Hiſpanienſiũ numero⸗in hac florentiſſima Italia ueluti quoddã ꝑbi
tatis lumẽ⸗ac decus. Nã quã tribuit ſibi natura bonitatem⸗miſcuit ille Itala elegãtia: ut nemo eẽt hoc
uno clarior: nemo prẽſtantior. Sic uita erat: ut oẽs qbus cognitus eẽt: Franciſcum amarẽt: ac uere⸗

renť. Q đ certe ipſo funere facile indicatum ē. Quis Seneſis: qs Florētinus ciuis tēperauit a lachrymis? Amariſſime.n. huius īteritū uiri & doluerūt oēs: & defleuerūt: ut facile cerneres q̄ ille oībus charus eēt. Nec mirū. Neſcio.n. quo pacto plus in iis uirtus eluceſcit: q tū aliaꝝ reꝝ ſplēdore: tū pulchritudine corporis ꝑditi ſunt: ut de Eurialo prudētiſſime ſcripſit noſter Maro. Gratior & pulchro ueniēs ī corpore uirtus. Q đ ipſum licet uere de Franciſco dicere: q mirabile dictu uirilē dignitatē uenuſtate quadā honeſtabat & gratia. Veꝝ hæc tibi nota ſunt. Redeo ad funeſtū caſum. Hic igiť dū ſecūdiſſimis rebus floreret: & uiridiſſimā adhuc uiueret ætatē: ab fallace atq; inſperata morte opprimiť. Heu Ioannes intēpeſtiue nimis ademit illū nobis iniqua mors: qua qd uel incertius uel mutabilius cogitari pōt? Cū alios ī tenella adhuc ætate ſubripiat: alios iam grādes natu abſumat: pleroſq; ſinat ſenio tabeſcere? Hæc Franciſcū nobis in maxīo eripuit ætatis flore. Sed accipe nūc tādem quæ nā ſibi extiterit mortis cauſa. Nā petebat Franciſcus portū Telamonis: luſtrabatq; maritimas oras: inde cōſcenſurus nauim ac traiecturus ad fratrem uiſendū: quē unice diligebat. Hic.n. parata claſſe ſoluerat Hiſpania: ut in Italiā iret. O q̄ erat ſatius: ſi celeriore curſu adnauigaſſet. Quid multa? Id Frāciſco fatū impēdebat. Peſtiferū cœpit cōſiliū: q ſibi unq̄ uidēdas duxerit maritimas plagas. Quas ita itēperies aeris ita peſtilēs nothi īficit: ut ille habēdus beatus ſit: q inde euadat īcolumis. Hinc morbū: hinc tetrā febrim cōtraxit: quę nūq̄ Franciſcū dereliqt: donec ambo uno eodēq; clauſi ac cōditi ſunt ſepulchro. Aegrauit Telamone cōplures dies: mox Senā allatus ē: cū quottidie magis ac magis febris incrudeſceret. At quæ nā febris? Nō quę foris anhelās atq; æſtuās ſe cutādā pręberet: ſʒ quę in ītimis oſſibus latitās & ſpem ſoſpitatis oſtētās clandeſtino ueneno uitalē ſpūm paulatim abſumeret. Demū ī florētiurbe uita defunctus ē: nō ſubito ille qdē: nō īteſtatus: ſʒ rebus ſuis recte ac diligēter cōpoſitis. Huius tāto honore exequias celebrarūt: ut nō apud exteros: ſed ī ſua ipſius patria mortuus eē uidereť. Moriens ꝓhibuerat funeris pompā: ſed multis ac claris uiris: q ſepulturæ interfuerūt: nō potuit ille qdē legē diceť. Alioꝝ funalia ac mille honores nō potuit Frāciſcus ꝓhibere. Oēs q̄uis hoīes ſecuti ſūt funus: ut hinc plane liqueat: qualis quātuſq; ille eēt uir. Quotus enī quiſq; & multoꝝ ſimul: & optimi cuiuſq; beniuolētiā aſſequať? Ceteꝝ is honor nō attulit tū nobis doloris finē: Quā multa.n. Frāciſcū oculis offerūt: dies noctesq; falſis ꝑſentāt imaginibus? Vt ſummo ēt dolore afficiamur: cuius æquum duxi te fieri participē meis litteris: nō qdē & cōſolationē adiiciens: q ipſe tuæ indigeā medicinę: ſʒ potius te obſecrans: ut q multū ſapis dolorē meū tuis remediis mitiges: ac lenias. Frāciſcus ut ipſe opinor: quoniā uir optimus eēt: ad Deum uolitauit: ab omni malo exēptus: nobis uero & dolendi & lachrymandi locus relictus eſt: Vale.

AVguſtinus Dathus Nicolao Tudētino. S. P. D. Define Nicolae me tā miris laudibus efferre. Nimiū enī mihi: & plus q̄ decet: tribuis. Fallit aūt te amor. Nā ī latinis litteris ſi me negē aliqd ꝓfeciſſe: certe mētiar ab ipſis pene cunabulis īter Grāmaticos Rhetoreſq; uerſatus. At uero gręcæ linguę tantū Incœpi eē diſcipulus: Atq; de Gręcis fontibus hauſimus ſolū primoribus (ut aiūt) labiis. Lōge abeſt Philelphus noſter: q ut erat utriuſq; linguæ doctiſſimus: ita nos quoq; hūaniſſime erudiebat. Quis abſq; doctore uere ꝓficiat? Cum ne ipſi qdē agricolæ poſſint: & q ī ope ruſtico faciēdo uerſanť? Cui ē id roboris? Vix p ſe qđ cupiebat Hippocrates aſſecutus ē diuino potius īgenio q̄ hūano. Sʒ Hānibal Carthaginēſium Dux & ſi erat Barbarus: potuit tū poſt bellicas laudes didiciſſe Græcas litteras: & qdē etiā ita didiciſſe: ut Græce hiſtoriam ſcripſerit. At Latinis nobis nō licet: quos miſeros deſeruerit chariſſimus ꝓceptor. Cætera Italia claros uiros amat: colit: admirať: nos uirū clariſſimū tā cito amiſimus? Sū euagatus lōgius: q Philelpho carea: q magno dolore præmar. Deniq; Nicolae paꝝ ī me eſt: at qcqd ē: id totū ītellige tuū eſſe. Nā oībus ī rebus quatenus ꝓgrediť amicitia: opam tibi & ſtudiū nauabo. Nō enī tibi aurū atq; argētū: nō Corinthia uaſa: nō fulgētes Margaritas polliceor: ſʒ bonā fidē: ac ueꝝ ſincerūq; amorē. Ego nāq; aut uere amo: aut amare nūq̄ incipio. Fac de me piculum: qñ opus accidit. Hac lege amicitiam iungamus: ut uiciſſim alter alteꝝ & amice tractet & liberaliter. Dicam tibi Nicolae uno uerbo. Tua ſunt: quæ mea ſunt: qbus uelim perfruaris ut tuis. Vale.

AVguſtinus Dathus Venātio Amerino. S. P. D. Tanti me ac res meas facis? Q đ dono mihi Philelphus dederat: qđ erat mihi ꝑgratum: tam cito obſecro tam neglīgēter amiſiſti? Tanti me ac res meas facis? Perierunt inquis tuæ tabellæ. Id primum nequeo moderate ferre. Q đ ſi forte mētitus es: eſt mihi etiā moleſtiſſimū. Hoꝝ autē utrum magis credam neſcio: ut ut ſeſe habet res nequaq̄ id mihi crede: auferes inultum. Dabis mihi pęnas: Dabis mihi magnas pęnas. Tu qd tibi agēdū ſit: uide. Q đ niſi pugillares inuenias maledicta tibi parata iam ſunt: & dignum factis ſupplicium. Vale.

AVguſtinus Dathus Guido Antonio. S. P. D. Patrui funus īpediit: ne ſim executus meas partes mi Guide Antoni. Quæ ſane erant: ut lenirē hoc tēpore dolorē tuum: quē de fratris tui morte maximum te cœpiſſe arbitror. Solēt enī uel ſapientes hoīes morte ſuoꝝ dolere atq; angi: idq; tum maxime ſi ſe: quod nup tibi uere accidit claris uiris orbatos nouerint. Nam ut nimis mętore frangi ac ferre mollius res aduerſas cenſent leuitatis eſſe: ſic acerbiſſimis caſibus fratrum liberorumq; amiſſione nihil moueri immane quiddam ac ferum uideri ſolet. Neque enim conſentaneum eſt: ut quos uitam ingreſſos lætati ſimus: eoſdē negli-

gamus:ſi uita deceſſerint.Niſi forte iucūdiorē uitā uiuere arbitremur:quā optimo cuiq ſempiternā
atq īmortalē parari nemo dubitat.Sꝫ hoc poſt fortaſſis.Nūc uero·ut ad ꝓpoſitū redeā:& doluiſſe te
& dolere nūc reor:q tā grauē·tā acerbā iacturā paſſus es.Puto incidiſſe te ī magnos luctus:q dulcē
frēm:q optimū uirū:q doctiſſimū hoīem ī ipſo quaſi ętatis flore amiſeris:cuius quotiēs ſubit me re
cordatio:uix poſſum cohibere lachrymas.Nā & ipſe quoq Carolū uehemēter amabā:eratq mihi ſe
cum ſumma conſuetudo:quo ægrius illo:ae moleſtius careo. Patruus.n.& ſi mihi charus erat:mor·
tuusq magnū dolorē attulerit:cōficiebat tñ ille ultima ſenectute·octo & ſexaginta ānos expleuerat:
quo qs plus appetat! Veꝝ Caroli mors īmatura nimis·atq inrēpeſtiua mihi uiſa ē.Vix mediū atti
gebat ætatis:cū ſubito triſtis atq iniqua mors·illū e medio ſubſtulit.Fallax mors ſemꝑ ſupra caput ī
ſtat.Plerūq aūt eos repēte opprimit:quos diutiſſime credas uiuere.Sed ne in luctū forte prorumpā
imprudēs·deſinā hęc ſcribere.Vereor.n.ne qui cōſolādi tui cōſiliū cępiſſem·dolorē augeā:uel excitē
potius:quē tua ipſe medicina fortaſſe compreſſeris.Nota eſt.n.nobis tua Guidę Antoni animi mode
ratio.Cū igiť hoc fœdere·& hac lege in uitā introierimus:ut aliquādo mouēdū ſit:qd refert obſecro
qua ętate id facias:quod naturæ neceſſitas urget!Parui·ut opinor·refert.Atq haud ſcio:an ꝑ adole
ſcētē·ac puerū exire de uita melius fortaſſe ſit.Tāta nāq ē hūana fragilitas:ut quotidie magis ſorde
ac labe uitioꝝ aīus inquinet.Sꝫ multis peccatis oneratū aīus·ad Inferos deſcēdere maloꝝ oīum ulti·
mū ē:ut ait Socrates.Quapꝑ nemo niſi admodū ſtultus formidat mori.Quo eītus aere alieno ſolui
mur:eo mea ſentētia ē ſatius.Atq hoc naturę debemus:hoc tributū ferre mortales oīs oportet.Mo·
ri oēm hoīem ē neceſſe.Nō diues:nō paup:nō Rex:nō priuatus quiſq̄ uitare hūc exitū·fugere hūc
finē pōt.Hoc aūt q iuniores mortui ſūt:etiā ſenibus pſtāt:ne ī peſſima morboꝝ genera:in multa·in
gētiaq incidāt mala:quę ſctū ingraneſcēs ætas plerūq cōſueuit afferre.Quare ex ipſa neceſſitate·nō
mediocre debet eſſe ſolatium.Niſi forte noſtra cauſa angamur ſolum:qđ fieri iniquum eē ſapiēs iu
dicauit Cato.Quod q ſiqui uitā bene·atq īnocēter egerunt:ii ꝑfecto beati putādi ſunt:ſi q̄ primus
ex hoc carcere ad cęleſtē patriā euolauerint.Huc parat aditus bonis uiris:huc ē ingreſſus iis:q & cū
uirtute uixerūt:& nemini fecerunt iniuriā.Quo ī numero imprimis ponēdus ē Carolus:q ita uitam
ſuā omni uirtute honeſtauit:ut oēs uno ore ꝑdicare eius laudes nō ſināt.Apud omēs gratioſus erat.
Quis.n.nō tulit grauiter eius mortē! Q đ nō perditis·nō ſceleratis contingit hoībus:quos oēs inte
rire expetūt.Abiit:abiit Carolus refertus ille quidē nō diuitiis·nō opibus·nō cæteris fragilibus re·
bus:quæ ut terreſtres ſunt:ita ī terra quoq manēt:ſed iuſtitia·continētia·fide·cæteriſq animi uirtuti
bus:quæ inſeparabiles comites ad Deū uſq ꝑducūt:Nec ſi īnocēter uixit:mortuus eſt:aut extinctus
Carolus:ſed ad calcē ꝑuenit potius:quo curſus ē oībus hoībus.Q uæ deniq una res ita te ſecūdo lo
co conſolet:ut dolorē oēm prorſus abiicias.Actū cū Carolo optime eſt. Q uamobrē luctu·mœrore·
ęgritudine omni omiſſa·nos quoq ita uiuamus:ita omni enitamur ſtudio:ut mortuis eodē ꝑuenien
dū ſit:quo aduētus ē iuſte degentibus.Vt tetro carcere liberi·ad beatoꝝ inſulas:quas cōcinūt Poetę:
merito·ac iure ueniamus.Vale.

AVguſtinus Dathus Epyphanio.S.P.D.Nuꝑ accepi tuas litteras interlitas lachrymis.
Cognoui.n.te ferre grauiter:ut nobis careas.Sed nos quoq tua Epyphani abſentia ue
hemēter excruciar.Abes nobis longius:qui pater eras mihi·& uitæ inſtitutor:quo du
ce·optimam ſectarer uiuendi uiam.Nunc uero ita repente filiolum chariſſimum deſe·
ruiſti.Relicta urbe abes mihi Epyphani longius:quod me male habet:quod mihi do
let plurimum.Nam conſolabaris me:ſiquid unquam accidiſſet aduerſi.Dolores noſtros:quibus
quotidie aīs ꝑmeret:plerūq leniebas:leuabas nōnūq̄.Hei nūc igiť miſero mihi:quē tot ſollicitāt cu
ręquē aſſiduę exedūt fluctuātes animi ęgritudines.Noſti aſperitates reꝝ:noſti & hoꝝ tēpoꝝ ingētes
procellas:huius quoq uitę moleſtias nō ignoras.Veꝝ crede mihi·illud ē Euripidis πασ ϩολυπηροσ
βιοσ ανθρωπων κουκ εστι πονων αναπαυσισ.Nuſquā quies:nuſquam tranquillitas eſt:ſed potius
ubiq turbę:ubiq lis peracerba.Nemo ī terris fere non miſer.Hi etiā miſeri ſunt:qbus Regna:qbus
imperia ſunt:qui in magnificis apparatibus:uictuſq & cultus elegātia degūt:ſtipati ſeruis·atq ancil
lis.Neq uero hi ſunt fortunati:qui populos armis·nationeſq ſubegerint:nō qui debellatis hoſtibꝫ:
urbibus euerſis:Regum detractis ſpoliis·glorioſas reportauere uictorias:nō qui ciuitatū Principes
ſunt:& rebus publicis præſunt:ſed illi uſq·& ter·& quater beati putādi ſunt:qui tenues caſas inhabi·
tāt:amicti ouis atq agni pelles:qui glande & olere paſcunť:qui molli herba conſidēt:q lectis cubāt
frondibus cōſtratis·& culmis:qui intra opaca uiuentes nemora·hominū conſpectum fugitant:in
cœlum uſq mente·& cogitatione ſublati.Nos humi iacentes·& quodam quaſi cœno obuoluti·quid
tenue·quid cœleſte unquā cogitamus!Proh Deus īmortalis·quāta reꝝ peruerſio:quāta hoīum praui
tas·q̄ nefanda tempoꝝ cōmutatio!Virtus nāq ſiue extincta eſt·ſiue in cœlū abiit:iandudum nuſquā
apparet.Flagitio ſolū·ac ſceleri locus eſt.Relicta nobis ꝑ integritate diſſolutio ē:pro continentia pro
fuſa labes:pro moderatione luxuria:pro īnocētia auaritia:pro fide perfidia:pro Iuſtitia uis & fraus.
Omnia dolo malo fiūt.Vbi nā bonitas:ubi charitas inueniť! Vrit hoīum præcordia acquirēdi cupi
ditas inſatiabilis.Itaq adimūt ſociis:pupillum·ac uiduā ſpoliāt:ærarium expilāt:heredes ſeſe alienis
tabulis teſtamētiſq ſupponūt:templa·fanaq diripiunt:nō homini cupiā:nō Deo ipſi parcūt:ut di·

uidis affluãt. Nihil ſordidum/nihil inhoneſtũ putant:quod queſtus gratia fiat. Pecunia uero pluris æſtimatur:q̃ uirtus. Deſitum eſt uideri quicq̃ turpe: quod cõplear diuitiarũ cumulum. Qui aũt pro quingẽtis ſexterciũ/mille repoſcit/nec is quidẽ magnus fœnerator eſt. Quãdo auaritia hos animos? M. Curius rapas comedebat mollis: neq; uero Samnitus ingens auri pondus accepit. Fabritius aũt proditorẽ Medicũ remiſit ad Pyrrhum: neq; eum ulla uis pecuniẹ pellexit ad fraudẽ. Nunc uero uel patrem interimant:paruulũ cantarũ/aut fictilem urnulam quęſituri/ Taceo reliqua. Plęraq; oĩa corrupta ſunt. Diſſoluti Senes:impudẽtes adoleſcentes:iniuſti Magiſtratus/iniqui Iudices:ciues improbi:cæteri flagitioſi. Quid multa? Verſamur in tenebris/nec ulla prorſum aut laudis/aut ꝓbitatis umbra remanſit. Inuideo igitur uobis/quos longe diſiunctos ab hominibus nõ lędit peccatorũ ſordes. Nam qui in hac celebritate uerſatur/hunc pollui:atq; fœdari quotidiana cogit conſuetudo. Dat.n. cõtagio labem:ſicut Poeta noſter teſtaẽ. Quocirca diuinas merẽtur laudes:ſi qui rebus cõtemptis humanis/emancipati deo/in ſecretas ſiluas: & ſola/ac ſaltuoſa loca ſeceſſerint. Sed quãto abſentiã tuam magis/magiſq; conſydero:tanto doleo magis:atq; diſcrucior. Si quidem nos Epyphani/optimis/& præceptis: & inſtitutis humaniſſime erudiebas. Quoſq; agros magno uel ſtudio:n' ſudore excoluiſſes:quaſi perdoctus agricola ſparſo optimo ſemine quotidie irrigabas. Nunc uero:q̃d nequeo ſine lachrymis dicere/te ſum priuatus:qui & ad uirtutẽ amplectendã calcar ĩcutere/& ad uiria expellẽda frenũ adhibere conſueueras. At nũc quoq; uitæ magiſtrũ adeſſe oporteret/ut calentis/ac ferueſcentis ætatis domitaretur effrenata uis. Sed quodq̃d corã fieri nequit. id ꝑfice obſecro litteris. Gratum nobis/ac iucũdũ erit. Ita uero pſuadebo mihi:nos apud te gratioſos eſſe. Quod ſi dolorẽ/quem nos de tua abſentia cępimus:lenire uelis ſępiſſime ad nos ſcribe. Vale.

Auguſt. Dathus. N.S.P.D. Solent cæteri homines:hoc neſcio Bachanaliorũ/ne an uinaliorum die:alii gallinã/altilẽ: & ſaginatum caponẽ:alii aprum/leporẽq;. alii pingues turdos/alii cruſtula: & lauta largiri obſonia/tibi ego amice. N. dono mitto has litteras: quas ſi legeris/plurimum ridebis. De Bachanalibus nanq; ſcribendũ eſt mihi:quę qnõdam a ueteribus inſtituta/præclare inde tranſlata ad noſtra ſunt ſęcula/atq; tanto etiã celebrantur honore/ut Bachanali feſto dici maius/ac præſtabilius nihil poſſit. Horum igitur ſacrorum rituum paucis explicemus/ut res tam præclara: & hiſtoria digna/memoriæ prodatur. Sed quid? An ne ego tam pias obſecro cerimonias audeam mãdare litteris:quas ne Pontifici quidem Scæuolę fas ſit attingere? Itaq; incipiamus ordine: Magnum certe eſt:quod delinquamus: ſed quod expiari poſſit. Prima igitur luce cũ adhuc oculi recenti ſomno cæcutiũt omnes. N. tam mares:q̃ fœminæ:tã ſenes/q̃ iuuenes:tam inopes:q̃ opulenti gregatim eunt ad meritorias tabernas:illic aras ponũt:illic menſas parant:laute illic: & opipare apparãt cõuiuiũ. Oẽs ſolliciti ſunt:alii coquũt alii magnos crateres: & pateras lauant:alii ꝑlibant epulas:uerentes credo/ne ſi parũ ſale cõditæ ſint:paulo minus bibant:aliiq; oderũt moras carnes/uel crudas norãt. Vides oẽs feſtinare: laborare quẽq; pro ſe uides. Iam uero plurimũ affertur uini:id.n. eſt primum oĩum. Interea cõfectis rebus: & ferculis undiq; ordine parans/ecce elixas carnes/pernices/lepores/faſianos:aſſa altilia/tum capones/ & gallinas:tum etiam turdos:centũ epularuꝫ genera:mille adipata obſonia:complura irritamenta gulæ:quæ nõ tã facile eſt comędere:q̃ commemorare difficile. His ubi ita completæ ſunt menſę:oẽs intenti ſacrificiis litant:omnes affatim comedunt:bibunt affatim oẽs. Oẽs eo ſancto:atq; auguſto in loco:ita ut uiros decet:uentri/ac gulę inſeruiunt:ut recte his clamet Lucillius. Viuite Lurcones:cõmeſtones uiuite uẽtris. Ibi mandones:atq; helluones non bibẽtes mactant ſolũ:ſed pinguia quętris animalia:his uictimis:his imolationibus Deũ colunt. Hæc Bachanalia noſtra/ſiue liberalia/ſiue Dionyſia appellare mauis:eiuſmodi ſunt:ut ad eorũ ſacrificia/nõ uerbenis/nõ fibris/non ceſpitibus opus ſit:ſed lautis: & exquiſitis epulis:non thure non cæteris odoribus:ſed multo/& adipe/& lardo. Omnis nanq; hic ritus non in manu: & digitis:ſed in gutture potius eſt: & faucibus. O inauditam ingluuiem/o inſatiabiles Ventres/o immanes homines:quoruꝫ uita omnis/& ars/ſagina eſt:ut de Athletis inquit Hippocrates. Hoc eſt Bachanalis feſti ſacrificium:in quo carnibus ſe & adipibus explent: nimio diſtendunt cibo:plurimo ĩgurgitãt mero. Quibus rite/ac pie cõfectis ſacris:q̃ſq; domũ redit:ut prandeat. Ibi quoq; magnifici apparatus ſunt nõ ſine ſplendidiſſimis epulis. Quarũ delitias elegantiã:atq; luxuriam mirari omnes:narrare nemo poſſit. Vorant tamen omnes cibos:uino exhauriũt omnia dolia. Inde uero hanelantes: & turgidi abiiciunt pallia quibus amicti eſſent/perſonas induunt/acturi pulcherrimos ludos. Nam laruati eunt per ciuitatem omnes cum tripudiis/inhoneſtoq; ſaltatu/cimbala pulſant/& timpana. Ita perſonati ambiunt totam urbem:circuiunt omnes uias: ꝑluſtrãt quęq; lupanaria: ut nihil reliqui ſit:quin omnia gerantur quæ turpiter/molliter/effeminate/quæ impudice/oſcene/ſordide/aut dici/aut fieri poſſint. Vide. N. celebrem/lætum/& clarum diem. Vide quid faciãt optima: & ſuauia uina. Demum uero nimium tum crapula/tum etiã itinere defatigati:rurſus domũ redeũt:ita cõmedẽdi auidi/ut fame/ac ſiti cõfici uideantur. Afferunt bonam: & magnã cęnã una hac comedunt patrimonia menſa:ut ait Poeta. Quare ſaltãdo/edendo/bibendo:hilarem totũ conſumunt diem:non tamen his epulis ſatiati:nec cœna contenti:pulchra ut mihi quidem uidetur

hæc Bachanalia ſunt:quę non modo uiſu:ſed etiam auditu iucunda ſunt. Quis tenere riſum queat! Ego iam ridendo feſſus ſum:tu quoq̧.N.plurimum ride. Vale.

Bachanaliorum die:Idibus Februariis.

AVguſtinus Dathus Nicolao.S.Dubium ē mihi Nicolae:qualis poſthac futurus ſis:qđ futura nō ſatis explorata ſint.Sed teciſti ſemen futuræ fœlicitatis in bonū agrum:quę ſi accurate:diligenterq̧ excolueris:breui tempore:& certā: & uberrimā frugem pcipies. Oro te:atq̧ obſecro:ut ita te geras:ut poſſimus te Romā iſſe gaudeř.Non ignoras qđ tibi potiſſimum agendū ſit.Da o pam:atq̧ effice:ut te laudemus.Bonam fortunā adipiſci:fœlicitatis eſt:tueri:diligentię:& uirtutis.Noſti qualem eum eſſe conueniat:qui principem ſapientiſſimum:piiſſimū patrem:clæmentiſſimū benefactorē nactus ſit. Eiuſmodi uiro:nihil tam charum ē:q̄ bunitas:q̄ fides:q̄ diligentia:q̄ modeſtia:q̄ deniq̧ alacris:ac deuota uoluntas.Quas ſemper intelleri ſitas in te eſſe:qbus ad te amandū ēt cōmotus ſuę.Eas tu res ętate poſtulāte reqrēte præſentia tiū patris:auge:cumula:cunctis uiribus complectere:ut iis quaſi optimis gradibus:ad optatum honoris faſtigiū queas peruenire.Moneo te amice:hortor familiariter:quod ut facias:nō diffidētia ulla tuę probitatis:ſed ingens mea in te compellit beniuolentia. Tibi gratulor:cui Deus optimū futuræ fœlicitatis primordiū detulit:cui ſolida:ac firmiſſima iacta ſunt fundamenta.Supereſt tibi:ut reliquum ædificium omni ſtudio perſequaris. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.S.P.D. Gratum munus:gratiſſimus quoq̧ amicus miſit ad eum qui grates paratus eſt agere potius:q̄ referre. Sed & (ſi dabitur uſpiam referendi facultas)experieris uerum erga te amici animum:ſtudiumq̧: & officium probatiſſimi amici nuſquam tibi deerit. Vale

MAgnifice uir:ac pater obſeruande ſalue:amice iucundiſſime cum liberis: & tota domo ſaluus ſis. Noſtrā:quā pene natura ipſa nō ſolum uoluntas conciliauit amicitiā:nec tēporis uetuſtas:nec locorū diſiunctio:nec deniq̧ ullus caſus: & fortunæ euentus labefactare poteſt:ſed ne fraudare:ne imminuere quidem.Sit tibi perſuaſum:te mihi conſtanter amari:eadem:quæ tibi iampridē cum dulcibus modulis explorata beniuolētia eſt:firmam perſtare:ſtabilem permāere.Q uod idē mihi de te iure coniectare liceat.Diligis diligētes:ſed nec te pateris in amore uinci:quod merito turpiſſimū iudicatur. Odiſti inſanū uulgus:uulgi quoq̧ aſpernaris ingeniū:pręſentes amantis:obliuiſcentis abſentes.Q uod ſi mutuus hic animorū affectus firmiter pſeuerat:quidnam ē cauſæ: qua propter nō omni fiducia petā abs te: quod & tibi facile factu ē:& mihi adepto periucundum! Leges amicitiæ probe calles:ut ab amicis honeſta fiden ter petantur:amicoꝝ gratia honeſta fiant. Multa de pclariſſimo exercitus duce Bartholomęo capleo ne circunferunt:& illū i flamminiā cogitare. Alii alia ſentiunt. Te ego cuius grauitatē. & iudiciū magnifacio ip̄rimis: p noſtrā amicitiā:p ueterē neceſſitudinē:p tuā fidē oro:obteſtorq̧:ut quę tibi ea de re compta ſunt:ſi litteris ſine cuiuſq̄ iniuria committi poſſint:uelis:q̄ primum ad me pſcribere:pſertim cum rumor ſit iſtū illuſtriſſimum principem:liberū: & Bartholomæo Duci: & copiis eius:tranſitum permiſſurū.Feceris rem mihi q̄ gratiſſimam: & ad ueterum officiorū cumulum nō parū adiunxeris.Qum uero opportunū cenſueris:queſo me iſti magnanimo:atq̧ glorioſo principi cōmenda: & me apud eius celſitudinem fac obſecro gratioſum. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioanni Florentino diſcipulo.S.P.D.Qui uere:ac uehementer me amas:uelim:ut & eos diligas:quos ipſe obſeruo: & plurimū ob uirtutē:ac pcipuas laudes āmiror.Cūm habet uir,nři amātiſſim9: & clarus ciuis Senēſis Philipp9 Accurſius: Quē ex aliis litteris (ut opinor)pſpicue noſti. Velim ad eā cūs:operā;tuam: & diligēs ſtudium adhibeas,ut qui iſtā præclaram rēpublicam maxime ſemper coluit: non mō adiumentum ad iuſtitiam:ſed gratiam quoq̧:atq̧ humanitatem referat.Eum igitur etiam:atq̧ ēt cōmendo:cui quicqd ſtudii:officiiq̧ cōtuleris:mihi ipſi te præſtiuiſſe arbitrare. Vale.

AVguſtinus Dathus Petro Stephaniſtæ .S. Dulciſſime: & præclare frater ſalue optime inq̄: & ſuauiſſime frater ſaluus ſis.Quanto te non ipſe modo; & Nicolaus:ſed tota domus noſtra:que communis eſt:complectatur amure:non ſane poſſit quiſpiam explicate.Nullum labitur nobis temporis momentum:quin uel colloquamur de te:uel cogitemus: & quem incredibiliter dolemus abſentes.Ipſi nobis:ad nos ſolandos præſentē fingimus.Nullius unquam fuit abſentia moleſtior:neminem prorſus deſyderamus ardētius:& quā quam tum natura:tum lex ipſa diuina:quod tu quoq̧ ſapienter profiteris:ad amorem impellit. Tamen ut te unice diligamus:fecit etiam ratio:quæ iubet:ut eos miro proſequamur amore: inquibus: uirtutem:conſtantiam:manſuetudinem in eſſe cernamus Deus te nobis intulit:in quem omnes beniuolentiæ neruos intendamus. Te filius:te uxor:te filia:te Angelus domeſticus apparitor:te noſtri omnes amant:colunt:affectant:noctes dieſq̧:deſyderant: & nullo modo obliuiſci: uel ad punctum temporis poſſunt:quo carere patienter nullo modo poſſumus.Sed ſpes eſt:ut te crebro reuiſemus: & preſente fruamur aliquando.Si te eximium atq̧ precipuum habemus:quem propinquis: quem affinibus:quem amicis omnibus anteponamus.Nec.tu.aliam ob cauaſam una uolumus eſſe

utriuſq; inſignia: niſi una foret animorum uoluntas: & omnibus in rebus ſumma cõſenſio: quod unũ maxime proprium eorum ẽ: qui uere inter ſe amant. Id tibi uelim perſuadeas: eſſe te uno chariorem nobis neminẽ. Idq; nõ ioco: nõ blandimento non falſo dicitur. Sed ſerio ex intimo cordis affectu. Si uidentur noſtrę tibi epiſtolæ rariores mirari noli: nam modo uerſamur in agro: & raro noſtrum quiſq̃ in urbem cõmeat. Qum redierimus obruemus te faſcibus litterarum. Ternas tuas ubi profectus hinc es: accępimus literas: exq; his unas tantũ ex itinere: binas uero poſtq̃ Bononiam attigiſti. Detuli repente tuas ad Nicolaum ruri demorantem cõtinuo reſponſũ parauit. Studium adhibitũ eſt: ut perquireremus uectorẽ librorũ tuorum. Retulit Petrus Turaminus in dies expectare Ioannẽ cognomento Malacoſam: & ex eo p contabimur rem ordine: & te confeſtim certiorem faciemus: ut ubi nã tui libri ſint: uel quod ad tempus ſint Bononiam perferendi: atq; q̃ primum curabimus perferendos. Dolet Petrus Turaminus non fuiſſe ſibi demandatam eam prouinciã. Nos fungemur noſtro munere: aciam explorantes inſtituimus: qui & nomen ex grã uectoris: & contendant iſtuc aſportari res tuas. Iucundiſſime Petre fac ut ſis ſemper incolumis: ualidus: lętus: & ubiq; noſtri memor quando tu nobis in penitiſſimo es corde defixus. Hanc mutuã Charitatẽ natura cõciliauit: augebit indies uoluntas. Tu quæſo ſerua: ac gere parem animum. Id quod certo credimus: atuemuſq;: & ſaluum te eſſe: & fieri præſentem nobis. Perpetuo fœlix es dimidium animi noſtri. Senæ Pridie kł'as Iulias: dum forte fortuna ueni ad urbem.

AVguſtinus Dathus Galgano Petroccio. S. E multis epiſtolarum generibus: quibus frequenter uti Galgane conſueuiſti. Id mihi probatur imprimis: & maxime cordi eſt: quo & ſummam tuam in amicos beniuolentiam præſtas: & fidem: & ad rectam uiuendi rationem compoſitis: ac ſapientibus uerbis hortaris: in hoc tua uerſatur epiſtola quã paucis ante diebus ad me dediſti: qua ob eam ipſam cauſam ſum mirifice delectatus. Quæ ſcribis teſtificantur utiq; amorẽ ſummũ erga me tuũ: unde magna ſæpe legẽti mihi comparatur uoluptas. Sed illa maiora ſunt: quæ uitam inſtituũt: & ad recte agendum uehementer impellunt. Cum tua lego Alter mihi. L. Seneca obiicitur: & nouus quidã mentis oculis Cato ſuboritur. Cuius præcępta: cuius inſtituta tam grata ſunt: ut nihil poſſit optanti mihi antiquius præſentari. Habeo ob eã cauſam ſummam tibi Galgane gratiam: & ut idem ſæpius efficias: etiam atq; etiã oro: Hoc ego tecũ fœdus percuſſerim: ut ſcribenti non deſit reſpondentis officium. Quod ſi forte nunc tibi ſim uiſus negligẽtior temporibus tribue. Rura me plærunq; tenent: perraro iampridem ſolitus ſum in urbem commeare: quo qum uenio: confeſtim laquei iniiciuntur: & retia. Siquis funeratur funebrem me orationem habere oportet. Si ad ſtudia litterarum cohortandum ſit itur ad me: undiq; me ſuaſus: undiq; preces: & importuniora uerba premũt. At iam emeritus eiuſcemodi ſum ſatur curriculis. Hęc ætas aliam rationem poſtulat: in alia exercitatione reliquum quicquid ſupereſt terẽdum eſt temporis. In ea uero maxime: ad quam ipſe peropportune inuitas. Perge amici explere munus: ſenioris in ſenem præſtare officium: & ardentius inflãmare ad ea: quæ ſola hinc migrantes, nobiſcum ferre poſſimus: quæ optimi inſtar uiatici obtinẽt Qui probe dicis: qui recte ſentis: q honeſte agis: facis ut mihi quidẽ uidetur: quod te decet: qum ad tuę imitationẽ uirtutis crebro allicis: & ſoporatũ altiore fortaſſe ſomno: nũc ſuaui uoce: nũc contentiore clamore excitas. Nam & ſtimulis pfodias licet: quando neminis q̃ tua plus apud me auctoritas ualet. Vale.

AVguſt. Dathus Galgano Petroccio. S. Binas tuas accępi litteras: quarũ utreq;. Pietinis reſonãt cõtrouerſiis. Noſti me iampridem: quali ſis natus igenio: ſcis aſtipulatorẽ pacis acrem belli inſectatorem: natura odi bellum: & quæ inde manant omnia: Altercationes: rixas: diſſidia: iras: contentiones. Quo circa eum ſis populum ad concordiam: ad quietem: ad moderationem cohortatus. Eatenus mea & omnis tendit oratio: & progreditur opera Valere ſino: ſi honeſti limites tranſgrediantur. Iuuat igitur te pręeſſe oppidanis iſtis hac tempeſtate: qui ſuopte ingenio longe in taberna meritoria libentius: q̃ in foro uerſantur: qui freno egent: qui niſi a bono auriga: & a quo regantur præſide: procliues ad malum facile turbant: cient: & in omne prorumpunt: & iniuriæ & contumeliæ genus. Non ignoras ruſtica ingenia: calles agreſtes animos: illos coherce: & qua maxima polles ſapientia auctoritate: uirtute compeſce. Equum te & Quiricentibus: & Pientinis iudicem præbe. Sed quid de his tecũ longioribus? Qui nec tuipſa unq̃ (ut ipſe opinor) rogaſti quempiã: nec feciſti rogatus. Omnia recte ſeſe habebunt: ſi a tuo ingenio non diſceſſeris: ſi ueterem morem obtinueris: ſi tui ſimilis eſſe perrexeris uiro probo: iuſto: præſidi perfacile eſt fidem tueri: ſeruare iuſticiam: frenare improbos: neminem lædere. Sumus incolumes res quoq; ſecundiſſimæ. Quibus utinam fruamur: potiusq̃ abutamur. Vale.

AVguſtinus Dathus Matthæo Tommaſio. S. Putant Stoici: (ut probe noſti) paruam eſſe: ut magnam culpam. Ego tecum exiſtimauerim: magnam eſſe: ut paruam potius. Accępi tuas binas litteras. Erant partes meæ celere reſponſum dare. Id diutius ſum cũctatus facere: certe non ſupbia: cũ ſupbi uideri ſoleat non reſpondere. Sed nec incuria: cum tu ſis mihi maximæ curæ: nec obliuione: cum tu dies: noctesq; tum i memoria: tum in animo uerſeris mihi: ſed alia fuere: quæ me ſegniorem reddiderũt: ad id efficiendũ. Quod

ipe'uehemẽter exopto. Eſt. n. iucundũ mihi ad te ſcribere. Incẽdius legere tuas litteras. Sed multo oc
rte iucũdiſſimũ crebrũ id: mutuũq; obire munus. Nã id cũ fit ueras uideor audire: ac reddeſ uoceſ.
Vnum te præcipue oro: ne litteras numeres meas: ſed uoluntatem ipſam metiaris. Quorum primũ
forſan diuturnum ſilentium pariat: alterum uero faſcem litterarum rependat: Id tibi perſuadeas ue/
lim: ſummam mihi ex tuis epiſtolis uoluptatem comparari. Quippe quæ amoris perſpicuum faciũt
documentũ. Proinde perge ad me ſcribere: & expecta tuorum laborum non iniucundam uicẽ. Quod
autem ad Iſagogicum libellum ſpectat: aperiam paucis meam ſententiam. Qum primum mihi nun
ciatum eſt: de ſuppoſiti nominis falſa inſcriptione: qum innotuit deletum Auguſtini nomen: & im/
mutatum eſſe titulum: Principio ſtomacari cæpi & accuſare temerarium auſum eorum: qui uel im/
probitate: uel inuidia indignum facinus fuiſſent auſi. Poſt uero rem ipſam accuratius expendi co/
gitans id forſan ignoratione potius auctoris: quam falſi intentione feciſſe. Quamquã nec mihi de
bet eſſe moleſtum: ſi laurentii celebrius: q̃ meum ſit nomen. Nam ut taceam doctrinã eius uiri: quæ
profecto fuit non mediocris: qum longe anteiret ætate longius anteibat & nomine Illuz ego accuſa
re debeam non iniuria: qui primus libellum arripuit: & nomen meum ſuppreſſit: atq; (audenter
dicam) me non uſq; adeo ignobilem eſſe: ut puduerit eum: qui librum aſportarit: ferre & Auguſti/
ni nomen. Nolo de me ipſo prædicare: quod agẽti uitio: audiẽtibus moleſtiæ eſſe conſueuit. Sed cer
te libellus iſte nõ reponit̃ inter ea quę a me accuratius ſcripta ſunt. Fuit quoddaz ueluti ingenii deliba
mentum non mea uoluntate: ſed quorundam amicorum opera in lucem prolatum: qui ſe lecturos
quidem: ſed minime edituros aſſeuerarent: ac tam breui lucubratione conflatũ ẽ: ut dictu incredibile
uideri poſſit. Quidã Religioſi uiri primũ abſtulerũt libellũ: delectati (ut arbitror) preceptorũ noui
tate: & Venetias uſq; perlatus ẽ: ubi & de auctoris noĩe fuit controuerſia. Demũ re cognita Augu/
ſtinus inſcriptus ẽ: & celebratus auctor: Mox pleraſq; Italię urbes peragrauit: nec uſq̃ accepi præter
quam Ferrariæ nomen in mutatum: ubi is agit: qui cum alter Auguſtinus ſit relinquat nemini iuſtę
defenſionis locum. Andreas Capaccius clarus ciuis plus dolet q̃ ego ipſe: qui condidi. Nam & ſua/
ſu eius opuſculum confectum & ſuo nomini dedicatum ẽ. Non uideo opus eſſe concertatione pro
re puſilla. Quod ſi aut in orationibus meis: aut in iis libris q a me de philoſophia ſcripti ſunt: idẽ
fieri animaduertam: cuius lenitatem: & manſuetudinẽ experiuntur: experiẽtur etiam amaros mor
ſus. Cupio ſcire de te: ſi aut odio cuiuſquã aut inſcitia factũ ſit & me q̃primum certiorẽ facias: Ac taz
& ſi ad rem comprobandam tu ipſe ſatis præſidii habes. Tamen ne Senenſium genus contẽnẽdum
uideatur. (Si ipſe opportunum iudicabis) & libelli proferas perſpicua documẽta: qui a me ſcriptus
eſt: & ſi qui nebulones ueritati tenebras effundere uoluerint: oſtendam q̃ tollerandum ſit propriorũ
bonorum poſſeſſione ſpoliari: & quod alienum a meo ingenio: & conſuetudine ẽ: Latratores agã di
gnis modis. Nam uereor interdum ne nõ uerum ſit: quod dici ſolet a nõnullis finitimis noſtris: He/
truſcis gloriã inuideri. Itaq; rogo te: ut quicquid hac de re tibi exploratum fuerit. q̃primum ad me ſcri
bas. Quod erit mihi gratiſſimum. Tuas litteras pcupide deſyderoz me autem habebis ſemper tuis
ſtudiis obſequẽtem: non ſecus: atq; optimum fratreȝ commẽda me tuo clariſſimo atq; optimo patri: &
tuos oẽs iube ſaluere meis uerbis. Vale.

AVguſtinus Dathus. Mathæo Tommaſio. S. Iucunde eſſe conſueuerũt amicorum lit/
teræ: tua uox multo certe iucundior. Paraueram longiuſculam ad te Epiſtolam teſtem
mẽi erga te animi. Sed cum Antonius Turaminus iſtac iter facturus ſit: quem me alte
rum puto eſſe: alloquetur te meo nomine aurte ab ipſo animum: Auguſtinum loqui
ipſum crede. Is uberius explicabit meam ſententiã: q̃ ipſe poſſim per litteras conſequi.
Oro te: ut longum ſermonem quem habiturus eſt: & meum eſſe exiſtimes: & ab Antonio: tanquaȝ
ab altero Auguſtino accipias: qui ipſe defert eulogium breue in Guarini laudem: quem uita defun/
ctum nobiſcum luximus: ereptum terris frugi hominem plurimum condoluimus. Sed fruſtra hæc.
Patrem tuum: quem & amo: & obſeruo: ipſe ut patrem ſaluere iube & me Hieronymo Caſtello dili/
genter commenda. Vale.

SEruus Auguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi ſupplice commendatione prę
uia: ac ſuæ ſeruituti congruenti ueneratione: perpetuam fœlicitatem exoptat. Scio ne/
quaquam opus eſſe ut plura de me ſcribam: quem iampridem i ſuorũ clientũ: ac ſeruorũ
gregem aſciſcere dignata ẽ tua dominatio: atq; ut idẽ habere pſequatur deuotiſſime tũ
oro tũ ẽt ſuppliciter obſecro: auctoribus uenerabilibus patribus Mariano Abbate & Lu
ca ſacerdote: qbus mandata res erat a tua dominatione: ſolũ illud olĩz cultũ: nũc incultũ prius: atq;
ĩfructuoſum contraximus: ut ego: & poſteri mei illud poſſideamus: & peracto qnquennio: quotannis
pendamus: quod illi par cenſuerũt: uim congiũ. Et ſi uiſum ẽ mihi onus fortaſſe fructu percipien/
do maius. Habeo id tamen a tuæ dominationis benignitate ingentis muneris loco: & beneficio tri/
butum animo donum facit quolibet munere antiquius. Supereſt: ut id omne ratuȝ habeat tua domi
natio: & ut ita p ſuas literas comprobare dignetur: deuotiſſime precor: paratus tuæ dominationis
iuſſa ubiq; libenter accipere etiam capitis periculum ſubiturus. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.Bononienſi.S.Quas detulit iucundiſſimus Neſtor paucis ante diebus ad me litteras:miſcuerunt neſcio quonampacto commiſeratione quadam animi lætitiam:Reddiderūtq; dolorem inter uoluptatemq; ancipitē. Solet nonnunquam uiris fortibus & ſapientibus nonnulla obiicere fortuna:quæ imperitum uulgus ſane aduerſa putet:quæ tamen excelſo:atq; elato uir animo facile contemnat ac pro nihilo ducat. Non pius error Neſtorem dedit nobis:ſed ea pietatis ratio:quæ maxime hominum ſocietati & hominum ingenio congruere uideatur. Quod ſi homines hominum cauſa nati ſunt:quod Stoici philoſophi ſcitiſſime tradiderūt & p ſacris inſtitutis optimus quiſq; ſociū perinde atq; ſe ipſ diligere debet. Magnis efferendus eſt laudibus:uir æ qui auxilium tulit:uitio dandus qui contra dederit damnū aut malum:alia alios decet:alia eos qui magiſtratus gerūt:amicos alia. Fecit Neſtor quod amici maxime proprium eſt:ut amici capiti conſuleret:& eum ſeruaret qui cū omnia optimo iure debent eſſe communia. Sed peruagari non licet:Ad rem ipſam redire malo. Carere te filii conuictu nō poteſt mihi non eſſe moleſtum. Si forte tibi hoc temporis curriculo moleſtum eſt. At lenit moleſtiam oēm periucunda Neſtoris conſuetudo:& alloqui hominem:atq; audire ipræſentem mirifice iuuat. In prōptu eſt ſumma uiri probitas modeſtia liberalitas ſolers igenium exquiſita doctrina ac multarum rerum cognitio. Facillimi eius delectant mores:& comis uita:ut nec incognitus nobis acceſſerit:& Charus ſit factus omnibus Senenſibus. Mihi imprimis ita charus:q̄ qui chariſſimus. Fateor me ſummum abs te beneficiū accepiſſe. Qui iucūdum amicum fratrem ſuauiſſimum dulcem uitæ ſocium obtuleris. Eum ego ſum eximium habiturus:atq; erit ille mihi non quidem filius: quod tu tam humaniter pollicens ſed certe & quod de ſummo Græci amico uſurpant

Non fuit ad hāc neceſſitudinem conciliandam caduceatore opus:ipſi fœdera percuſſimus:ſocietatem iniuimus. Crebro iam cōgrediemur:ſtudio:officioq; certabimus. Trina claruit ætate:(ut ueteres Poetæ canunt)ille triſęclus Neſtor. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. Triplice floret hic Neſtor laurea differendi diſciplina:diuinaq;:atq; humanarum rerum ſcientia medendi arte ac peritia clarus. Ex cuius ſapientia ad communē utilitates fructus manat uberrimus. Senis Neſtoris dicta. Iuuenis Neſtoris facta laudantur. Erit igitur hoc biennium. (Si tuā moleſtiam cogitauero)æuum longius. Si meā iucunditatem:per exiguū tempus:natalem patriam non ammittit: Hanc ſibi communē comperauit:bono & ocioſo animo es non modo:quia ubiuis gentium ſapienti patria eſt. Sed etiam:q dum Senam petit Neſtor:lares:& focos reuiſit ſuos. Illum ſtudiorum alumna Bononia genuit:alumna quoq; doctrinæ aſciuit:atq; aluit Sena. Quodam quaſi poſt limimo lōgiore interuallo intermiſſam Senam repetiit. Vtrunq; genus traxit Neſtor:utraq; in urbe iucundam: ac beatam uitam deget. Habebit ille me perpetuo fratrē:& tu me una cū illo filiū:atq; ut ita ſuſcipias te uehemente roro:& meū experiare erga te animū. Vale.

AVguſtinus Dathus.N.Bononienſi:S.Me in Neſtore noſtro tantū arbitror adeptū iuris:ut de eo poſſidendo:lis nobis:& dulcis contentio ſit futura. Patet ueteres amici:& ſummæ uirtutis meritū & ipſa:(ſi exaudiri poſſit)patria Neſtorē repetit. Virtuti & fœlicitati eius libens accedo. Reditui uero conabor ipedimento eſſe ut qui tanto uirtutis ſplēdore fulgeat:non in patria ſolum:ſed alibi quoq; luceat:& ubiq; pficiens:ubiq; in dies clarior fiat. Dignus ē Neſtor:qui propiſſime:ad ueterum Philoſophorum doctrinam accedit: pares quoq; aſſequatur & gloriam:paternum amorem uincat præclari filii puagatum decus. Sine quęſo quem tandiu fouiſti:nos:quos tam benigne in hanc ſortem:& communē poſſeſſionem uocaſti:aliquandiu Neſtore pro noſtro iure pfrui. Hoc erit certū ueri pigūs amoris:ppetuū uero monumētū:Lupæ:ac lactētiū Remi:& Romuli clarū inſigne. Vale.

AVguſtinus Dathus·Bartholomæo Scalę..S.P.D.Cupio ſcire quid agas:& cum uidere adhuc non poſſim:tuas uehementer expecto litteras. Quę (ut recte air Turpilius Comicus(abſentes præſentes faciunt. Fac igitur:ut & amare ſimul:& ſcribere pergas:& mea (ſi quid opus accidat)omnibus in rebus utaris opera. Ego & amo te plurimum & omnia gratificari cupio:Quod ſi periculum feceris:experieris me uere:& uehementer amantem· Vale.

AVguſt.Dath.Bartholomæo Scalæ.S.Quæ accepi de Florentinorū erga te bñficētia beniuolentiaq;:ea mihi fuerunt per q̄ grata. Nam proſperis tuis:& ſecundis rebus lætor ac propterea tibi gratulor plurimum Macte eſto commodis omnibus:& gloria. Scis diſſidere collenſes de finibus cum noſtra Repub. Quæ res cunctis eſt permoleſta ciuibus noſtris:& aliquando adhibendū eſt huic malo remedium:ne uetuſtate fiat deterius. Eſt enim omnis mali labes extinguenda in ſemine. Qua decet ueros amicos fiducia peto a te:& etiam atq; etiā oro:ut ad componendam eiuſmodi controuerſiam excelſos iſtos:atq; illuſtres hortari:& obſecrare principes uelis:ut deligant ciuem quempiam magna auctoritate:& cæteris præſtantem laudibus:quorum magno numero ferax ē iſta præclara ciuitas. Qui miſſus Reipub. Iuſſu modum tandem una cum legato noſtro ſtatuant huic diſceptationi:ut ſint tranquilla omnia:& undiq; quiete charitate:atq; ocio per fruamur. Scio te ualere auctoritate:& gratia Præſta te quæſo eum mihi:quē ſpo:

quem tam amice humaniterque pollicitus es: & cum ſim tibi deditus: ero pepetuo tibi obnoxius: ſi ad hanc rem conficiendam neruos tuos intenderis: & quos iudicabis idoneos: fueris auctoribus uſus. Vale.

AVguſtinus Dathus. Bartholomæo Scalæ. S. Conſtituerunt iampridem litteræ noſtræ: & diuturniore ſumus uſi ſilentio: ſed corda loquuntur: & uicem amoris ſentiunt. Silentium reipublicę occupationes: quas nunquam uel intermittere uel etiam remittere licet! Coegerunt: nunc ut ſcribam cogit amicitia: quæ mihi magna eſt cum Ambroſio: cui has dedi ad te litteras: diui Auguſtini cænobita: ſacræ Theologiæ ſectatore ſupra ætatem illuſtri: concionatore etiam celebri: tecum (ut accepi) affinitate: mecum uero ſumma neceſſitudine cõiuncto. Is modo ad te uenit: uiſet: ſalutabit: alloquetur etiã uerbis meis. Velim illum familiariter accipias iucunde audias: annuas quoq; uotis eius. Eum deniq; quibuſcunq; i rebus opus fuerit ſtudio atq; officio proſequare. Dignus eſt enim tuo amore: nam ad affinitatis foedera: quæ uulgo probant Accedit tum uirtutis ac doctrinę ratio tum morum ſimilitudo: quæ in amicitiis ſapientes: (ut plane noſti) maxime ſpectare conſueuerunt. Ego Ambroſium diligo: & amo uehementer. Qui differendi diſciplina philoſophiæ laude ſacri eloquii & diuinarum litterarum cognitione excellit. Caſtus homo eſt modeſtus integer mei perſtudioſus: tui etiam obſeruantiſſimus. Eum tibi plurimum commendo: & ut commendem neceſſe eſt. Nam quorundam aduerſariorũ improbitas eius dignitati inſidiatur. Patet enim ſemper inuidiæ uirtus: & uiri amplitudinem confictis dolis labefactare contendit. Propugna quæſo & inuidorum obſiſte atq; obtrecta cogitationibus. Confidit plurimum tuo preſidio: ne eum ſpes fallat: etiã atq; etiã rogo. Quod ſi citus ad nos: & hilaris redibit Ambroſius eum tibi perpetuo deuinxeris. Me ipſum quoq; nihilo ſecius. Tu uiciſſim cuius explorata mihi: & liquido perſpecta uoluntas eſt: uelim mea opa utaris: Quę ſi in tuis rebus fortaſſe inanis fit in amicorum negociis certe, (ut ſpero) non erit pſus inutilis. Vale.

AVguſtinus Dathus Bartholomæo Scalæ. S. P. D. Cum ipſe præſentem te pręſens uidere non poſſim. Venit iſtuc una cum Senenſium legato alter Auguſtinus Minos tabellio. Qui cum mihi ſunt omnia communia. Certe uir probus huamanitate: & eruditione apprime clarus. Et ſi amicorum ſunt communia omnia: ſit ille quæſo & noſtrum utriq; communis amicus. Is te affabitur meo nomine: & quæ concępi: ipſe tecum colloquetur. Tu uelim tibi perſuadeas: qum illum audies: te Auguſtini ueram audire uocem. Et ſi tertium in amicitiam aſciueris: & uerbis eius fidem adhibueris: utrunq; erit mihi q̃ gratiſſimũ. Aueto ac ſemper & incolumis eſto & noſtri non immemor uſq̃.

BArtholomeus Scala Auguſtino Datho. S. Iam de amicitia noſtra plura dicere ſuperuacaneũ puto. Itaq; non de amicitia a nobis poſt hac accipies litteras. Sed amicus ad amicum ſcribet (ut amici ſolent) admodum amice. Quod & tu continuo facis diutiusq; ut id facias oro. Ego ſi aliquando ſum in reſpondendo tardior: uelim condones. Obruor enim aliquando ita occupationibus: ut euenit ſuperioribus diebus: ut homo non multi ingenii non nunquã obliuiſcar mei. Quod mihi gratularis ob honorem muneris a populo honorificentiſſime profecto datum. Scio te cogit natura tua & noſtræ amicitiæ neceſſitas. Sed id ex Deo eſt. Illi ergo pariter laudem demus: euitamurq; ita uiuere pie religioſeq;: ut nos decet: quos cæteri homines: quod aliquam fortaſſe de noſtris moribus honeſtam habeant opinionem præcæteris honore dignos putant. Quamquam ipſe optime me noui: & curtam ſuppellectilem. Quod autem attinet ad rẽ Colleuſem. Faciam ut mones: & ſi adibes calcaria currenti (ut aiũt) magiſtratus concordiã affectat. Collenſibus omnis diſcordia detrimentum affert. Tantula lis neglıgẽda etiã aſpernandaq; uidetur ne dum tam diu tot legationes: & litteræ taliũ urbiũ tam crebro fruſtra eſſe debeant. Me quidem (ut tecum amiciſſime loquar) tota ea res ad nauſeã faſtidiuit. Heus de Corintho: de Meſana Romani digladiantur cum Carthaginenſibus. Scarna. Vaſonius mons. Elſa flumen: Mulinaccius Petrita ridicula nos nomina perturbant. Vos debetis mea ſententia pro magnitudine animorum ueſtrorũ magis ea deſpicere: atq; ultro uocare ad pacem: eam dare etiã inuitis. Si minutioris ingenii noſtri rem utiliſſimam pertinatius tutarentur. Sed ego cuicunquæ concordiæ fauebo pro uiribus: & (ut mones) ubicunq; adero: & quantũ conari potero nihil prætermittam: bene: & longũ. Valte.

BArtholomęus Scala Auguſtino Dato. S. Ex Minoe te altero quod ſcribis gratiſſimas litteras accepi tuas. Sunt enim illę quidẽ per humaniter & per amice ſcriptę. Minos quoq; ipſe: qui uerbis tuis eſt mecum ſuauiſſime collocutus: uoluptates mihi omni exp̃s re cumulauit. Ego quid de noſtra amicitia ſentirem: ſcripſi ad te ſuperioribus diebus: litterulis perbreuibus. Eas Cioni noſtro tradidi: ut ipſe ad te deferri curaret: propter eius mirificam omnibus in rebus diligentiã. Poſteaquã ſcripſeris eas ad me: quas Minos reddidit arbitror illas noſtras accępiſſe. Nihil muto de his: quæ tũ ſcripſi de noſtra amicitia. Addo etiã nunq̃ ex oibus quos aut obtulerit caſus aut uolũtas delegerit aut certe dederit neceſſitas: quempiã me auidius ad amandum acceſſiſſe. Te igitur iam non modo: ut doctum hominẽ atq; elequentem: quæ ipſa per ſe

magna quædam cauſa eſſe debet beniuolentiæ inter nos conciliandæ. Sed ut ulnum bonum: ut amicum ueterem: quem ego ut uina ſoleo anteferre recentioribus: arctiſſime ſum complexus: factuſq; opinor deſyderium uidendi tui: & corã colloquendi: ut & mire quodam ardore legam litteras tuas. Et q̃ mecum de te ſermones ſerunt: incredibili proſequar beniuolentia: quo mihi facilius eſt Minoem recipere te totum: & amare ut te alterum. Et profecto is mihi primo etiam congreſſu uiſus eſt: qui a te effingitur uir probus: humanitate: atq; eruditione apprime clarus: eius ſum affatu uehementer delectatus. Sed auxit ille ſitim meam non reſtinxit. Quid fons inquã præme: ſi in his riuulis tantus eſt ſuauitatis! Leonardus etiam beneuolentius legatus ad nos Senenſis: & tuo me nomine ſalutauit: & animi uoluntatiſq; tuæ erga me locupletiſſimum teſtẽ ſeſe præbuit. Non ego iam teſtibus: (mihi crede) natura ipſa noſtra iam teſtificatur. Ago tamen tibi ingentes gratias: qui tantũ tribuas nobis: & neceſſitudini noſtræ: ut nullum officium accumulandi amoris prætermittas. Beneuolentius autem: quem iucunde ut intuear iubes: amo: obſeruoq; diu. Noſtra etiã ciuitas probitatẽ eius & ſapientiã nouit: & habet in ſummo prætio. Coſmus quoq; Medices noſter: quem ego humanũ Deum appellare ſum ſolitus. (Naturam enim hominũ uirtute & ſapientia ſua ſuperauit) De Beneuolentio ſæpe numero cõdignas quidẽ prædicauit laudes. Nõ poſſum nõ totus eẽ Beneuolentii. Si ad eũ ſcripſeris: facito ut ei me q̃ diligẽtiſſime cõmendes: ac totũ tradas. Bene ac longum: Vale

BArtolomæus Scala Auguſtino Datho. S.D. Reddidit mihi Ciones Rani utriuſq; noſtrum amantiſſimus litteras tuas: elegantes quidem: & te dignas. Nos profecto mi Auguſtine diu amici ſumus: ita. n. ſentio naturam moresq;: quæ ornantur plane: & maiora fieri poſſunt noſtris ſtudiis: conciliare amicitias: eaſq; & conſtantes & perpetuas eſſe ſolere. Factiq; ea naturæ uis: quod ſapienter in Lælio ſcribit Cicero: ut quos nũquam uidimus quodammodo diligamus. Nam quæ iudicio noſtro: noſtraq; electione cõtrahuntur: ſæpe uel leuiſſimis quibuſq; de cauſis labefactari: diſſoluiq; uidemus: magno cũ dolore animi noſtri: quos nec immerito tantum ab erraſſe in deligendo pœnitet: qui natura ipſa: amore: beniuolentiaq; iunguntur. Eos uero non aqua: nõ ignis (ut aiunt) poterit diiungere: quin quod multo eſt admirabilius: mortuum quoq; amicum relictus in uita alter eodem animo proſequitur. Sumus nos quidẽ cõciliari natura amati: cum primum legi litteras tuas: id eſt cum primũ: qui fores quiui itelligere. Si quid ẽ in me: quod redamatione dignum ſit: uehementer gaudeo. Vera. n. amicitia nihil mihi uidetur eſſe iucundius ſed de amicitia ſatis. Ne ſus: Mineruã: Redeo ad Cionẽ. Habeo illi ingẽtes gratias: qui de te mecum perſæpe eſt ſuauiſſime collocutus: ut huius recentis coniunctionis: & neceſſitudinis noſtræ uoluptatem pleniſſime cumulauerit. Vir eſt bene prudens: & quantum natura poteſt præſtare ſuo Marte. i. ſine ſtudiis: & litteris ſatis acutus: ſatiſq; eloquẽs. Sum ego hominẽ arctiſſime complexus ut addita cõmendatione tua: nihil omnino poſſit accedere. De rebus noſtræ ciuitatis ſcio eum ad uos ſcripſiſſe q̃ diligẽtiſſime ut officium in hac re meum deſyderari abſe minime putes. Id non prætermittã proſpera iam eſſe omnia: quietiq; & paci conſona: quod cæteris quoq; omnibus gratiſſimũ: ut Sit oportet. Muſæ autem noſtræ etiam geſtiãt lætitia. Tu cũ his te oblectabis: & ĩmortalẽ efficies. Vale.

BArtholomæus Scala Auguſtino Datho. S. D. Ne redirent: & legatus: & ſcribas: & Ciones omnes noſtri ſine meis litteris. Hãc ad te ſcripſi breuiſſimam epiſtolam. Quid. n. ſim longior talibus ad te uiris: tam utriq; noſtrum amiciſſimis a nobis modo redeuntibus! Eos rogaui: quod nullæ litteræ poſſunt efficere: ut uultum ſaltem meum: animi cordiſq; humani ſignificatorem: unde & nomen ſumpſiſſe docti quidam autumant: quando corda ipſa noſtra animoſq;: natura ſagax in occulto poſuit: tibi referent. Vale lõgum & feliciter.

AVguſtinus Dathus Filius. Nicolao patri. S.P.D. Difficile factu eſt pater: quod tu etiã ipſa pe dicere ſolitus es: ut idẽ & inueſtigandæ ueritatis ſtudio incũbat: & aliarũ quoq; rerum curam ſuſcipiat: ac uelut patris familias cuiuſdã uitæ fungatur: quaſi ſeruire dominis unus poſſit duobus: quod humani imbecillitas ingenii præſtare nequit. Quando quidem: (ut apud Platonem in legibus inquit Socrates) unus unus opus recte facit: quaſi plura: quod multorum exempla declarant: plerumq; non recte: ſed perperam potius atq; improſpere. Eſt in manibus Ariſtotelis liber: qui Oeconomicus inſcribitur: quem quum odioſus lego: tum plane uideo rei familiaris pene infinitos labores: eiuſq; prouinciæ moleſtias liquido ante oculos ponit. Nos uero Philoſophiam complexi ſumus in qua ne illi quidem excellant: qui uel ad mille annos. (ſi ita dicere fas ẽ) uitam uſq; ætatemq; produxerit. Democritus: ſiue Abderites: ut pleriq;: ſiue Mileſius: ut non nulli tradunt: quo facilius philoſopharentur: magnas opes contempſit. Crates Thebanus tum magnã auri abiecit: ne uirtutes ſimul: quod perdifficile eſt: ac diuitias complecteretur. Sed & negauit noſter Cicero: diuino quodã uir ĩgenio: poſſe ſeſe: & Philoſophiæ: & uxori operã dare. Quid igitur agendus mihi: cui parum natura tribuit & ingenii & roboris! Quantopere laborandum: præſertim in hoc lubrico æuo. Nam uita hæc fugax: breuis: incerta eſt: ac uere celeriter cadentibus: languentibuſq; floſculis ſimillima. Cuius tempus labitur: & rapido curſu fugaces mortalis uitæ annos abſumit: ut probe. M. Cato: & ſapienter hominum uitam ferri ingenio cõperauerit: quod

ſuu.

quidem eiuſmodi eſt: ut uel aboleatur rubigine: uel exercitatione ipſa: atq; opere côteratur. Et nos pe
rinde ac ferrum ſiue agentes quippiam: ſiue torpentes ocio: tandem labente die ad præfinitos termi
nos: mortemq; deducimur. Itaq; cauendus eſt: ut hoc quodcunq; temporis datur amittamus inane.
Lubricis his paucisq; fruamur annis. Expergiſcamur: atq; euigilemus: ne dum ineuitabilis mors hoſ
mortales artus abſumpſerit: tum doleamus miſeri uixiſſe fruſtra. Quare ut philoſophiam ducem ſe
quar: & in hac ſalutari admodū cogitatione diutius perſeuerem. Mitte obſecro te ad larem noſtrũ
ſalutandum Ioannem fratrem: qui & alia ſtudioſe gerit: & iam per belle harum rerum adminiſtratio
nem callet. Erit eius ad nos aduentus eo gratior quo celerior fuerit: ut iam tandem ipſe remeare in
urbem poſſit. Vale.

Nicolaus Dathus pater Auguſtino filio dulciſſimo. S.P.D. Accepi tuam fili mi plenam
leporis: ſed pleniorem grauitatis epiſtolam. Ex qua cum multa mihi grata ſunt: tum il
lud certe iucūdiſſimū: q̄d te toto (ut aiūt) pectore capeſſentē intelligā doctrinæ ſtudia
non quę ſequor ipſe in hac turba fori: ac defenſionū laboribus: ſed quę auidiſſime fuiſ
ſem conſectatus: ni res anguſta domi obſtitiſſet ingenio: & tot liberis Herciſcūda fami
lia: ex medio pene ingenuarum diſciplinarum curſu: ad hanc quæſtuariam uel mercenariam potius
declamandi conſuetudinem animum aduocaſſet. Duos & uiginti parens tua: & dulcis mea uitę An
gela conſors peperit filios. Quorum quattuor: alii abortu: alii ęgro interierunt partu. Duo de uigin
ti proſpere in lucem editi ſunt: quanquā nōnullos: uel immatura mors: quę nulli parcit ætati: aut ab
ubere rapuit: aut abſorpſit florentibus annis. Omnes ſum pio patris amore proſecutus. Sed tu unus
prę cæteris (teſtor cęli numen) eo ſemper mihi fuiſti charior: q; præ cæteris uiſus es mihi optimarū
artium cupidiſſimus ac natus in primis ad litterarum gloriam: ad eam te ſponte incitatum inflam
mari ſępius: ut cætera poſt haberes omnia. Solā illam complectereris uehementer cohortatus ſū.
Omnia tibi ſuppeditata ſunt: q; tu minime ignoras: omni curam induſtria: ne aliorum bibliothecis
egeas. Currenti adieci calcaria ſępe. Nihil eſt quod cupiā atq; optem uehementius q̄ iam tandem te
uum euadere: quam clara indoles & ingenii bonitas iampridem ſpopondit: quem inde uſq; a tene
ris tuis unguiculis fore coniecit conciuium multitudo: quē præceptoris tui uiri omni laude præſtan
tis Franciſci Philelfi: quoddā uelut prędixit oraculū. Eia age: rūpe moras: relinque rura: ueteres pa
leſtram repete: propera ad optata gymnaſia: ut ibi ſis: ubi queas proficere in dies magis: & in ea q̄dē
exercitatione proficere: ad quā te unus inuitauit pater: amplexandam cenſuit: tenendam perſuaſit.
Non ſum paſſus te rura peragrare: ut uillici fungaris officio: ut rem familiarem geras: ac ruſticeris:
præterq̄ te ſtudium adhortetur tuum. Noui te ſępiſſime laudare Antiſtium Labeonem: qui: nunc in
urbe negociari: nunc in agro ociari ſolitus eſſet. Si non nunq̄ ſeceſſus amœnus: & ſolitudo magna co
gitationis incitamenta ſunt. Sed optimus omnibus in rebus eſt modus: etiam ab exercitatione fit in
termiſſio ſępe: ac dantur multi ad ſtudia reditus. Vere ſcribis fruendum eſſe hac: quam per breuem
uel natura dedit uſura uitæ: & bonis artibus iugiter incumbendum. Etiam ſi triſęcli Neſtoris: (ut
ueteres noſtri dicunt) & longæui Matuſalem: quem ſacræ hiſtoriæ produnt: longior ętas tributa ſit.
Præſto ſunt agricolæ: qui faciant lętas ſegetes: uinitores: qui prælis: & torcularibus intendant. Paſto
res: qui gregibus & armētis præſint. Adeſt Ioannes qui probe curet uillici munus. Auſcultemus Eu
ripidem: quam quiſq; nouit artem in ea ſe exerceat. Tu ueni: & notum tibi decurre ſtudium: ut ſis
gaudium & corona parentum: quando te noſtræ Senectæ habemus dulce uehiculum. Vale.

Auguſtinus Dathus Filius: Nicolao patri. S.P.D. Quanto ſim dolore affectus: quanto
etiam preſſus luctu: nemo poſſit aut uerbis, aut epiſtola conſequi: quem uiuere quē ua
lere putabam fratrem dulciſſimum: ætate florentem: & moribus franciſcum ſacerdo
tem luctuoſus caſus: & immatura mors abſtulit. Triſtem nuncium triſti animo accepi
pater: & eo iniquiore tuli animo: quo inopinatior allatus eſt. Neſciebam illum ægro
tare pater: & repente de illius interitu redditæ mihi ſunt funeſtæ litteræ. Examinatus ſum & incredi
bili quodam ſtupore affectus: ut nec tum animus conſtiterit: nec quo me uerterem ſcierim. Atque
ipſe mecum: num fato: num fortuna: ereptus eſt frater! Natura haud equidem opinor neque enim
medium uitæ curſum attingebat: quamquam quidem primum: quid medium: quid extremus in eo:
quod inſtar puncti obtinet! Quid tam circuncisum: quid tam anguſtum: quid tam breue: ut homi
nis uita! Heu fugaces nimium labuntur anni. Fugit profecto uelut umbra hominis ætas. Facta eſt
uniq; tanquam fœnum tectorum quod priuſquam euellatur exaruit. Lacrymas nequeo continere
cogitans fratris immaturam mortem: atq; acerbum interitum. O lubricum: & caducum noſtri æui
quodcunque datur ſpatium: quibus caſibus ſubiacet humana conditio. Redeuntē domum iactus
fortuito lapis hominem ferit: caput infringit: paruo temporis momento delet. Quid uita ho
minis fragilius omnino exiſtimari poteſt! Sed tria me lugentem conſolantur: & ſummam dolo
ris acerbitatem leniunt. Primum tuæ moderationis exemplum. Accepi. n. te adeo patienter filii mor
tem ferre: adeo modice: ac ſapienter: ut Catoni illi ſeni comparandus eſſe uidearis. Hanc mihi præ
cipuā conſtituo medicinam. Accedit eius: qui uita exceſſit ſingularis atque egregia uirtus: morum

probitas:integritas uitæ:pietas:innocentia:quibus ille ſemper excelluit laudibus:ut ob eam cauſam omnibus charus eſſet. Poſtremo naturæ ipſius neceſſitas magnum præbet ſolatium. Moriendum eſt enim omnibus. Longius/aut propius mors ſua quemq́ manet. Non habemus in terris id:quod Apoſtolus tradit:domicilium duraturum:ſed futurum inquirimus mortis legem ſubituri:in hanc lucem ingredimur. Cum illis bene agitur:qui pie ac religioſe/obeuntes carnis ſtractis ergaſtulis/ad b..to/rum ſedes migrauerint. Hãc ſpes præbet nobis & bene acta illius uita/& religioſa mors. Pr... e mę rere deſinamus: & contemptis humanis illecebris/ad ĩmortalis uitæ fęlicitatem aſpirẽmus. Ego tum deniq́ ſum incolumis:qum te ualentem eſſe intelligo. A ueto.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. III. kal. Maias dulciſſime pater. Vrbinũ ſalui incolumesq́ peruenimus. Nec dici queat:quanto non modo Vrbini:ſed uel toto pene ipſo itinere honore excepti ſumus. Habeo:atq́ ago Deo grates:q̃ tot me tantisq́ dignatur muneribus. Vnum id mihi moleſtum eſt:non reperiſſe illuſtrem ipſius Principem:atq́ indytum Ducẽ:qui Ferrariaſ profectus eſſet ad celeberrimas nuptias:imo (ut dicam fortaſſe uerius) ad peruiſendam Sponſam. Verum illum propediem affuturum expectamus:qui multo me maioribus. amplioribusq́ bonis afficiat. Sed quid uel mei itineris/uel honorum meorum texam hiſtoriam! Omnia plane intelliges: ſi fueris coram cum Bartholomæo locutus: quem obſecro te pater id quod antehac feciſti:non ſecus ac filium noſtri utiq́ amantiſſimum:& tui etiam obſeruantiſſimum tracta:ſuſcipe:ampiectere. Qua ille me cura/qua ue diligẽtia fouerit:non facile epiſtola conſequar. Quid nunc multa! niſi me longinquitas hæc maior:& ueſtra hoc eſt amicorum/ſodalium/propinquorum/ſororum/fratrum/atq́ imprimis parentũ turbet abſentia. Nemo eſt:qui me uno uiuat lætior. Satis ſuperq́ fortunatus is putandus eſt:qui & eo:quod habet:contentus eſt:& nihil præterea concupiſcit. Qum autem componendarum rerum fuerimus cura ſoluti:nõ frequentes modo:ſed longiſſimas quoq́ ſcribam ad uos litteras. Dulciſſimæ matri/totiq́ domui:atq́ ijs etiam:quorũ dicet nomina Bartholomeus noſter:dic queſo plurimã meis uerbis ſalutẽ. Rainaldo Peccio age meo nomine gratiã:& claris me ciuibus cõmenda. Vale.

AVguſt. Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Nequeo ſine dolore & lachrimis ſcribere pater:non poſſum:quin deteſter aduerſam fortunam:quæ me tã inique inſectata eſt. Pro dolor/interiit dulcis Oddantonius Princeps/crudeliter a ſęuiente ac tumultuãte ſuo ipſius populo trucidatus:in quo magna ſpes mea ſita erat. Quam fallax fortuna eſt:q̃ uariæ rerum uices. Habeo tamen Deo ipſi ĩmortali/ac cœlitibus omnibus grates:qui me in tanto ſæuientis uulgi furore incolumem ſeruauerunt. Per mille pericula:per denſum tumultuantium hominum agmen tranſiui:atq́ euaſi incolumis. Hoc qui mihi euenerit/neſcio:diuina me adiutum ope non dubito. Vi tamen eripuerunt me domo. Bonis ſpoliauere omnibus:una ſpes eſt innocentiæ/ac probitatis. Omnes me uiri boni una uoce mentur:non tam Principis interitum deflent/q̃ iniuſtam meam ſortẽ deplorant. Ipſe imprimis Princeps Federicus omni fauore proſequitur. Hic ſi annuerit/curabo diligẽter:ut ad uos redeam:infenſam fortunam expertus ſum:atq́ acriter inſectantẽ. Sed præſente Deo nõ ego cedã malis:ſed contra audentior ibo. Reflauit inſtabilis fortuna: nos tamen ualemus:& euaſiſſe extremæ cladis diſcrimen id/plurimum gaudemus. Interiiſſe tamen optimum Principem mirum in modum cruciamur. Vale. Scripſeram litteras:en accerſor ad Principẽ: propero ad eum:ille iubeo inquit:ut ad uos mittas tabellarium meis ſumptibus:& omnia illis ſignifices:ut geſta ſint ordine:ſimul hortatur:ut quibus conditionibus apud fratrẽ eram:apud ſe quoq́ eſſe pergam re ipſa perſpecturus:quanti me & patriam noſtram faciat. Scribit ipſe quoq́ ad noſtros Magiſtratus litteras:& ſpem optimã pollicetur. Quid multis moror! Benignũ ſe mihi & affabilem præſtat. Mitte Iuuatini uerba:& moneri illius iube/res ſuas mea diligẽtia nequaquã periiſſe. Veniam omni cunctatione remota/ad uos uiſendos:& corã omnibus de rebus diffuſius colloquemur. Aut igitur confeſtim ipſe uobis adero:aut ſcribaſ meliora & iucundiora indies. Eſto bono animo:atq́ adime moleſtiam:cæteri ut idem faciant:da operam p̃ tua ſapientia:ac fœliciter Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Velim mihi credas pater/poſt multos uarioſq́ labores:recepi tandem paululum ſpiritum:cum. iiii. Nonas Auguſtas redditæ mihi ſunt litteræ tuæ. Q đ angorũ/ac moleſtiarum ingẽs mihi fuit ſolatiũ:q̃to me dolore leuauerint/nequeã explicare. Sed tu facile cogitare poſſis:ſi multiplices noſtras ac grauiſſimas:quę me diſtraherẽt curas aĩo/ac mẽte cõſideres. Nã qd mihi putas fuiſſe animi! qũ præ oculis indignis cernerẽ tractatũ modis:qũ ſæuiſſimis ſauciatũ uulneribus:qũ miſerabiliter trucidatũ eum:q Dux foret indytus:q Princeps magnanimus:q omnibus fere & naturæ & fortunę bonis floreret:q diuino polleret ingenio:qui per tuindem/ac florentiſſimam uiueret ętatẽ: qui meo nunc conuictu/& crebra conſuetudine/ſupra q̃ dici poſſit/delectaretur:qui mane:qui interdiu:q ueſperi audire ex me ſemper auęret:ac noſſe aliqd. Sero ille quidẽ ad itermiſſa ſtudia aĩum

reuocaret.Sed eam reuocationis tarditatem ſtudii diligentia compenſabat.Doleo nimirum:ac diſcru
cior uehementer:quum tam chari Principis & dulcis Oddantonii ſubit me recordatio. Hac atque illac
perfluunt lachrymę:quotiens illius acerbũ:triſtem:& funeſtũ caſum conſidero:& quod uel maximũ
eſt mœroris noſtri & luctus fomentũ:ſuauiſſimi principis cladẽ:& crudelẽ interitũ dies cogor cogi-
tare:& noctes:ut iniquo prorſus aio ferã tãtam mihi ſecũ conſuetudinẽ extitiſſe:Qui pridie q̃ exceſ-
ſit e uita poſt longã horarũ pene triũ de officiis lectionẽ:de clarorũ hominũ morte comiter mecum
multa grauiterq̃ locutus ẽ.Credo praeſagiens:quod poſtridie ſibi miſerũ fatũ impendebat:cũq; de-
feſſum me legẽdo:ac non ita:ut cupiebat:iucunde reſpondentẽ aduerteret:mites ille ĩ me coniiciens
oculos.Da ueniã mihi Auguſtine pręceptor inquit:ac uale:quaſi tum expleuiſſet:quę erat auditurus
oĩa.Demũ ſubiecit.Fer quaeſo iportunũ me moderate:dixitq; nouiſſima uerba. Quã erat mollis:q̃
liberalis:q̃ feſtiuus illius ſermo:q̃ lenis:q̃ pclarũ igeniũ.En iacuit poſtero die exanimis ſqualẽtẽ habẽs
ac fędatã:niuidã:ante illa faciẽ:& concretos ſanguine crines.Quis lacerũ corpus ſcribat!quis diſiecta
membra:ac molles cruentatos artus! Cuius tam crudele:tamq; tetrum aut narrantis:aut cogitantis
exitium ora non cõpleant lachrymis. Verũ pręter animi ſententiã in hãc mentionẽ plapſus ſum.Ne
ſcio.n.quo modo aut natura:aut conſuetudine comparatũ ſit:ut ad ea quae acerbius animũ premũt:
ipſa nos cogitatio etiã propellat inuitos:meminiſſe animus horret:cũ inſaniens populus undiq; tumul-
tuaret:cũ ſęua arma pſtreperẽt:cũ ingẽs furor ad extremã uſq; multorũ perniciẽ tela miniſtraret:cũ
ipſe a ſęuiente graſſantium turba domo abriperer:& bona:quae haberẽ:diriperent oĩa. Anulus:q
in digito erat:pene mihi excidio fuit:q ex oĩbus rebus noſtris ſuperfuit ſolus.Nudus pfugi:in proxi
mo tẽplo delitui delatus illo:ut certe ſtatuo:diuini numinis fauẽte dextera:q̃q̃ & extruſum me domo
toruis quidã & minacibus oculis aſpectabãt.Quod ni boni ciues opẽ tuliſſent inopi:etiã uita uerſaba
tur ĩ dubio.Sed mala oĩa ab ignobili & inſano uulgo.Sopitis deinde rebus:& turbulẽtiſſimo ſedato tu
multu:& interfecto Principe:trucidato Manfredo pronotario:caeſo Thoma quodã Ariminẽſi:ſtconci
liata concordia:quã Federici interuentus peperit:cęperunt Vrbinates tum ſinguli:tum uniuerſi cla-
mitare indigniſſime factũ eſſe:ut quẽ innocentẽ:quẽ probũ:quẽ bene uiuendi inſtitutorẽ eſſe intelli
gerent:eum uilis plebecula tãta affeciſſet iniuria.Cum primis Federicus Princeps ita oĩo meũ caſum
inique patit:ut uix ſibi fratris ſui interitus poſſit eſſe grauior.Is decreuit:ſi ipſe abſentiar:ut maneas
apud ſeſe:atq; ut id faciaẽ:ampliſſima pmia pollicet.Inſup amiſſorũ recuperationẽ.Sed & de his aliis
litteris plura.Dolentẽ me:ac uariis ſollicitatũ curis:conſolatae ſunt tuae poptatae literae.Quod aũt ſim
tam charus ciuitati:plurimũ mihi gaudeo.Lugebã miſerũ infortuniũ:& animi cruciabar. Sed accep
tis & tuis & noſtrorũ magiſtratuũ:ac Reipub.litteris:non modo magnã accepi conſolationẽ:ſed etiã
lachrymatus prae gaudio. Has legi etiã quater:ac uicies:& dulce ſtillantibus interliui lachrymis:atq;
tibi.iiii.Nonas ſextiles delatę ſũt:aut legi:aut cogitaui ueſtras litteras.Idq; mihi unũ fuit ſuauiſſimũ
pabulũ:& laborũ oĩum dulce lenimẽ.Nos bene ualemus:& ad uos uiſendos cogitamus.Deferemus
uſq; ad Principis reditũ:q quo die ad me tabellarius reuertit Eugubinum pfectus eſt.Quicqd interea
noui accidenti:faciam te cõtinuo certiorẽ.Hortat me Vrbinatũ Senatus:ne quo abeam abſente Prin
cipe.Itaq; omni ratione expectandus ẽ Princeps.Spero oĩa mihi pſpere ſuccedent. Vale.

AVguſt.Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Praeclare pater mecũ agit:niſi duae res mihi
moleſtiã nõnullã afferant.Suauiſſimi Principis Oddantonii mors peracerba:& tui ar-
dentiſſimũ deſiderium:Sed alterũ dies adimet:ut aiunt:alterũ q̃primũ explebit aduen
tu:ut ipſe arbitror:ad te meo.Nup Eugubio rediit Princeps Federicus:qui cũ uarios ſer
mones cõtuli.Eius hic tandẽ animus:haec mens ẽ:ut mea mihi reſtituant ad unũ oĩa.
Sed factũ adhuc eſt nihil.Dolet nimiũ ea me affectũ eſſe iniuria.Sed ea ſunt tẽpora:ut non oĩa uelis
quae poſſis.Adhuc oĩa mortẽ minitant:& ſanguinẽ obſtentare uidẽtur oĩa:Exultãt uulgi animi:& re
centis cędis memores Principẽ ipſum deterrent:ab iuſtitiae:iuriſq; adminiſtratione.Verũ ego ita opi-
nor:ut tandẽ nihil amiſeris.Pollicet aũt Princeps:eam ſeſe opam daturũ:ut ſibi perpetuo ſim deuin
ctus.Attamẽ grauiſſimarũ ſuę rerũ occupationibus impeditur.Eugubii multa gerẽda erãt:ubi diu-
tius modo imoratus ẽ.Sed erit mihi propitius imprimis:cũ ſim ſponte incitatus:tũ noſtrorũ magi-
ſtratuum:ac praeſidium inflãmatus litteris.His ego agam p litteras gratiam:ſi uidet:cum reſponſum
accepero:ciuibus:q me Principi cõmendarunt:is reſpondere non potuit:quoniã Piſaurũ pperaret
ad Galeaz Malateſtã cõtinuo rediturus.Curabo diligenter:& ad Magiſtratus ipſos:& ad ciues iſtos
reſponſum.Miror pater:cur & tu quoq; non ad Principem aliqd litterarũ dederis:quas accepiſſet iu
cundiſſime:habuiſſeſq; perhumanum reſponſum.Vult omnino Princeps audire quotidie ex me ali
quid:ſummamq; oſtendit non modo beniuolẽtiam:ſed (ſi dicere par eſt) etiã obſeruantiã.Ex om-
nibus Seneſibus:q hic erãt:me unũ honorifice excipit:ac ſpe optima ducit. Curabo:quum rediero.
Salutis fidem ex illo:ac literas & ſimul:ut iſthuc uolem. Oſtendit ſe litterarum cupidiſſimum:quod
me plurimũ delectat.Optimus ẽ hic qdẽ Princeps mea ſentẽtia & pręclariſſimus:licet mihi quodam-
modo gloriari.Cũ caeteri deſpecti ſint oẽs:q cũ duce erãt.Ego cũ Duci percharus fuerim:Sum huic
niſi fallor:chariſſimus:quanquam uerſatur in magnis multiſq; laboribus.Miſeretq; me eius ſolli-

citudinis:nec unquam aut dies quieſcit aut noctes. Verum abiens poſt longiuſculum ſermonem delirauit. Nihil tam curaturum ſeſe q̄ rem meam. Idq; (ſi non me fallit) ex animo. Quid Curinianū agat:quantum ex noſtris prediis frumenti perceperimus:q̄ noſter fundus colatur diligenter res familiaris noſtra quo nā ſe modo habeat:ſcire de te cupio. Sed q̄primū & uos oēs & noſtra reuiſam. Ante omnia tamen de ueſtra omnium ualitudine certior fieri uelim. Matrem imprimis fratresq; ac ſorores omnes iube ſaluere meis uerbis:quos cum ſemper alias:tum præcipue ad te ſcribens augeo:atq; ardeo uiſere. Proinde cūcta relinquam:uos cupide ac propediem ſalutaturus ſuauiſſime pater. Marti cōmenda me & claris conciuibus:fac ut amicorum cœtus & æqualium turba noſtri ſint memores: nec obliuiſcantur abſentem. Nuper miſit Princeps Federicus legatos Florentiam:quid nam actu ri ſint:quum reſciuero (ſi licere iudicabimus) confeſtim accipies. Robertus de monte Albodo id ipſum opidum recepit. Princeps Galeaz Montemgaudium: Nouilaram & alia nōnulla opidula. Noui nihil eſt aliud. Vale. Quid plura ſcribam:cum iam ſum iter arrepturus? Iterum atq; iterum uale ad nos dulciſſime pater.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Si uos omnes ualetis bene eſt:nos ualemus. Legi:ac relegi:quas hactenus miſiſti ad me epiſtolas. Iis intellexi gratus tibi fore:ut agros relinquam:& q̄primum ad uos redeam. Nec uideo:quā ob rem id tantopere cupias:niſi quod expectant noſtri meum reditum. Quid mihi nunc cum illis? Num obſecro quinquaginta aureum mihi lectionem parauerunt? Id ſi factum eſt:nihil eſt morę:quin q̄primū ueniā. Sed nunqd mihi equorę greges parauerunt? Ego uero ſi recte memini neminem accepi ex tam amplo amicorum numero:qui equum obtulerit:ut mature redeam. At cupiūt:inquis:deſiderant:exoptant noſtri tuum reditum. Quod abſum:dies noctesq; cruciantur. Quid nunc mihi queſo cum illis? Verū pater ita fui iamdudum amicorū:ut iam uelim meus eſſe. Nam hæc dies alios mores poſtulat:aliam uitaę affert. Iam profecto tempus eſt:ut malim meus q̄ alienus eſſe. Q d ſi me amici & expectarent (crede mihi pater) ad uos lætus aduoles. Sed quales amici putandi ſunt qui ſemper ſuis rationibus conſulunt? Quos uero amicos uocent:eos negligūt:deſpiciūt:atq; omnibus modis ſpernunt. Siquid ſeſe ex amico ſperent adepturos commodi:tum nihil eſt amico neq; charius quicquā nec iucundius. Nihil eſt eo tempore amico melius ac præſtabilius. Quum uero ad alterius rem forte uentum eſt:neminem prorſus nouerunt. Quales hi obſecro amici exiſtimandi ſunt? Nouimus & nos ueram amicitiæ rationem. Eiuſmodi igitur amicis circūfluimus:qui ſibi nati ſunt. Horę tu pater hortatu rebus ruſticis me relictis redire Senā iubes? Quare ſi ita tibi pater cordi eſt:ut meis poſtulātibus redeam:redibo uel pedibus:ut non tam ad libertatem q̄ ad ſeruitium natus eſſe uidear. Iam procul philoſophia abſit:quæ ita animum inſtituere hominis ſolet:ut nemini parere uelit:niſi præcipientibus docentibus:ac iuſte deniq; imperantibus utilitatis cauſa. Fac igitur:ut ſciam quid de meo reditu decernas:ut meis paream. Quorum nemo adhuc miſit (niſi me animus fallit) ad me litteras. Qu d ſi non dignantur me litteris:quę ſunt præterea ſperanda ex eis? Pene uolui ſcribere. Sinant amici ualere me:& ipſi uti digni ſunt ualeant. Aueto.

AVguſtinus Dath. filius Nicolao patri. S.P.D. Si uos ualetis bene eſt:nos belle ualemus. Optamus imprimis tuam incolumitatem pater:& ut ex ſententia conualeſcas: Dies precamus & noctes. Te autem oramus:ut curis ommiſſis reliquis omnem ad uires recupērandas adhibeas operam:& animi moleſtiam ſimul & odioſam podagram ſalubribus aquis abluas:ut tuę ualitudinis integritate pacis:quam modo aſſecuti ſumus:Gaudiū cumulare poſſimus. Nam eum quęſtum putamus maximum. Sanū te ac ſoſpitem cōtueri:Id ſummę erit nobis tum lætitiæ tum etiaę fœlicitati. Hic omnia bene ſe habent. Reliquum eſt:ut iucunde uiuas:& triſtitiam omnem in lætiam uertas. Quid multa ad ueſtras ternas litteras? quæ ad uictum neceſſaria eſſent:miſimus:cumq; his obſonia:& quā Dominicus poſtulauit:ſuccidam:dedimusq; ea ad uos puero Ioannis fratris:idq; nudius tertius. Si nondum accepiſtis:miramur. Si uero accepiſtis:quid repetere eadem opus erat? Cætera:quæ poſcis:parata ſunt omnia: Siquis iſthinc ad nos uenit:cui dare poſſimus:fac me:ut ſciam per tuas litteras. Puerū ſegniorē accuſa:ac nobis iraſci noli. Iterū atq; iterum cura:ut & corpore podagraę arceas:& omnē ex animo moleſtiam pellas. Vale ſuauiſſime pater:& uxorē & fratres ſaluta uerbis noſtris.

AVguſtinus datus filius Nicolao patri. S.P.D. Cum redire decreueris:iubes equum parari tibi. Defeſſi ſumus illū tibi quęritantes pater:tandem mittimus multo certe labore quæſitum. Te & Ioannem plurimum deſideramus:quorum nos turbat abſentia. Tabellarius ſero detulit tuas litteras. Sed multis:quæ (ut paulo liberius tecum agam) iocoſe ſcripſiſſe uideris:corā reſpōdere fuerit ſatius. Quamobrem cura obſecro:ut q̄primū uenias. Rediens crede mihi plurimū expectatus. Vale.

AVguſt. Dath. filius Nicolao patri. S.P.D. Accepi. vi. Idus Auguſtas tuas litteras:qbus id nactus ſum:qd' plurimū antehac deſiderauerā. Sum. n. & de ſoſpitate tua imprimis deq; familiæ cęteræ īcolumitate abs te factus certior:qd' neſcire ſūmo ſine dolore:ſcare abſq; uoluptate nō poſſum. Quapropter te uehemēter oro:ut ſiquid daſ aliqū & tempo

tis & ocii ad nos aliquid litterarum ſcribas. Erit id quidem mihi q̃ gratiſſimum. Deſidero enim cum aliorum tum præſertum tuas litteras: quę non modo quia patris ſunt: ſed etiam ꝙ ornatę & iocoſę delectant. Q̄ꝰ aũt expiaſſe ſcribis: id neq; uerum eſt: neq; ego confiteor. Nam nihil peccanti nulla eſt expiatione opus. Quod uero tam ſero ſcripſerim: ſeritus iſthuc uenientibus tabellariis tribue. Ego .n. in ſcribēdo diligens & fui ſemper: & eſſe uolo. Scribis affuturum te hic eſſe propediem. Ego ut id facias te uehementer rogo. Vale.

AVguſt. Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Spero niſi me fefellerit opinio rem frumētariam propediē expeditũ iri. Sed ꝙ tu non ignoras flagris & calcaribus opus eſt. Nos agricolas mutauimus. At non mutarunt illi mores: atq; utinaȝ reꝙ fides eorũ ſit q̃ diligentia. Ad ſancti Quirici oppidum ad nundinas ſum profectus: ut Catonis pręceptto parerem: qui bonum ſiue patremfamilias ſeu uillicum iubet uendacē potius q̃ emacem eſſe. Dedimus operam: ut perendie ueniat: qui uinum exportet: ac uendat. Ne multa ſcribam: hunc menſem omnem ruſticis negociis diximus: quæ omnia bene ſe habeant: ſi repaſtinationem curaſſemus. Ego alias bonus uillicus ac diligens rerum gerens. Nolo aut contumelioſus eſſe: aut acerbus: ut qui tuas uirtutes imitari nequeo. Hac una ſaltem in re ſim tui ſimillimus: quæ noua contingunt inuitus ſcribo. Abacta centum & decem pecora aut eo amplius & Perinianum compulſa accepiſſe te arbitror. Hodie inſidiis pene rapti ſunt octo: ut alii referunt notrem Mattianenſes homines: qui prędam ipſam recuperare conarentur. Heri ad ueſperam Curſinianum diuerterunt. Poſtridie te uidere uacui. Tuas expecto & amicorum litteras. Inlittæ die acceſſiſſe me ad ſolēne ſancti Quirici eius nomine: ubi honorifice ac perfamiliariter exceptus ſum. Matri cōmenda me & cum amicis ceteram domũ omnem ſaluta. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Poſtq̃ ſcripſerā alteras ad te litteras eodem die amicus noſter ad multam noctem Curſinianum rediit: diuertitq; primũ ad proximum heremitam: ſed ſpero illum diligenti adhibita opera & mecum in gratiam rediturum & facturum omnia: quę tibi grata fore arbitremur. Quanquā modo incertus ſum quid agam nimis multos receſſus habet mens hominis: & imprimis huius boni uiri inſcrutabilia ſunt conſilia: & altiores cogitationes: cognitu autem perdifficiles. Cogor uarias animo uerſare ſententias. Camęleontis ſimilem dicas. Aliud ieiunus: aliud pranſus ſentit: nec idem eſt perdius ac pernox. Me certe cruciat animi: & magna ſollicitudine uexat. Teneo quod dici ſolet. Lupum auribus. Si mitto uereor illius inſolentioreȝ animuȝ: ſin retineo fraudem pertimeſco. Vide q̄d agendum ſit mihi. Nam & conſulto & mature facto opus eſt. Ego a tuo iuſſu nūq̃ diſcedā. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Et ſi fortaſſe meum redituȝ expectabas: tamen coactus ſum fallere tuam expectationem. Quandoquidem tu ſpem noſtraȝ fefelliſti. Miſeram ad te litteras: quarum reſponſum cupidius deſiderabaȝ q̃ ſcribi poſſit: atq; uenit iſthuc Ioānes ordine religioſus: & magna neceſſitudine nobis ac iuſtis de cauſis amicus. Venit is igitur Senam: te conuenit: pluribus allocutus ē: litteras meas reddidit: compluſculos in urbe dies demoratus ē. Curſinianum rediit: hunc confeſtim ſalutaui: atq; de ueſtra omniuȝ ualitudine auide: ut noſter fert uſus: percontatus ſum. Rogo: ut cōtinuo e ſinu aut ſacculo litteras depromat. Ille admiratus nihil iquit tuus pater nobis litterarũ dedit. Magna tum de ſpe decidi ſuauiſſime pater: & in dolorē non mediocrē incidi: ac me a uobis fuiſſe neglectũ magna admiratio fuit: nihil ſcriptuȝ eſſe ſumma moleſtia. Quod niſi pudor deterruiſſet: atq; obſeruantia patris: cum Terentiano Pamphilo exclamaſſem. Hoccine eſt humanum factum! Hoccine eſt officium patris! Nunquid non ego dignus eram tuis litteris! Sed mitto me ipſum pater es: nec me filium decet non probare: quæ facis: etiam ſi contemnas: in bonam accipio partem. Verum quæ ſcripta erant: reſponſi aliquid poſtulabant. Vos fortaſſe aliqua ægritudo premit. Sed mihi ad hunc diem angores erant undiq; ac moleſtiæ. Nihil de chariſſima ſorore Bartholomea noui allatum erat: dare ad uos litteras nemini poterā: redire iſthuc: & aduerſa tēpora atq; acris hyems & rei familiaris cura prohibebat. Erat mihi quotidie cum duriſſimo homine certamen: cuius iam cępimus inſolentes ceruices contundere: & iam mecum in gratiam rediit. Sed eius cauſam coram exponam potius q̃ committam litteris. Et ne de illo nunc multa accuſo iam ipſum remiſſius: præſertim cū & manſuetior ſit q̃ conſueuerit: & magis frugi reditũ meum expecto: cum reſponſum dederis. Cella olearia impleta eſt: penaria inſtruta: cura habita frumenti: ut iuſſeras: Ordeum uenundatum: uinum non ſecus: quod uendi pręſtabat. Fundus locatus eſt: colendis agris data opera. Stercorata oliueta. Veteres coloni pulſi moti q;: qui ruſtico opere exercendo ſegniores erant. Sed de ſylua cedua actum eſt nihil. De amici reditu atq; omnibus de rebus ſequar tuum & ſapientis matris cōſilium. Vnum prudenter ſubmonere ſum auſus: ne quid irate: ne q̄d incōſulto geratur. Quod ſi adhuc nō redierim nō mea culpa ē. Tuæ litteræ uel celeris reditus uel diuturnioris ruſticationis cauſam afferent. Nā Bacchanalia paruæ mihi curę ſunt: ſȝ Paſca & magnũ ſolēne maxīe erit. Tum .n. relinquā oīa ac uos uiſaȝ. Expedit mea ſentētia: ut paululũ ruſticer: ubi & rei familiari cōſulit̄; & ueteribus noſtris cōſiliis ſit ſatis: ſȝ oībus ī rebus

patebo ſemper tuis iuſſibus. Id nobis queſo gratificare: ut his q̄ primum reſpondeas litteris: & me de ueſtra ualitudine & ſæpe: & confeſtim certiorem facias. Vale.

AVguſt· Dathus filius Nicolao patri. S. P. D. Q nā primum cōfecto ſolemni ac peractis nundinis poſtridie eius diei: niſi quid impedimēto erit: ad uos ueniam: & ſimul curabo: ut Bindus ipſe mecum proficiſcatur. Malo. n. ad tuam prudētiam confugere q̄ culpam aliquam admittere. Noſti probe: & recte calles: quæ ad hanc rem opus ſint. Iam fidem dedit: ac dexterā iunxit. Cætera coṙā. Veniam mox tamē rus repetiturus: quum cœlitem Hieronymum publice laudauero. Dedi. n. ad eam rem operam. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S. P. D. Cupis ſcire quid agatur. Fruges demetuntur: earū quātum fieri pōt maturatur perceptio: ut id fiat celerius. Argētum ſuppeditauimus. Amicus tandē rediit ad nos. Conuenimus ſatis (ut mihi quidē uidet̄) concorditer: idq̄ mea facilitate potius: q̄ illius uirtute. Quid mihi agēdum ſit: qum cōſilium expetis: fac queſo: ut celeriter ſciam p̄ tuas litteras: quan quā deſidero corā tecum multis de rebus colloqui. Proinde ſi ueniam dederis: iam iter arripiam pauculos dies cōmoraturus. Omnia redundāt latronibus & ſicariis: nec ullus uſquā tutus ē locus. Nos cauebimus: & maiorē ſalutis noſtræ q̄ rei familiaris habebimus rationē. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S. P. D. Nup uir bonus & acceptis tuis plenis magnæ ſapientiæ litteris & adhibitis multis a me ſuaſionibus ac precibus p̄fracta tandem adamantina duricie conſilium cepit: ut tuis iuſſibus pateat: atq̄ in urbē redeat. Biduum diſtulit hortatu meo: ut comitē haberet periculoſioris itineris: ſed ea nos ſpes fefellit: nunc maluit ſubire diſcrimen q̄ a tua uoluntate diſcedere. Quamobrem ne multa ſcribam in hanc ſentētiam: & ne (ut aiunt) ſus Mineruam oro te pater ſupplex: atq̄ obſecro: ut ſupplicem uenientē manſuete ut ſoles humaniterq̄ ſuſcipias: arte & benignitate retinere illum ſatius ē. Noſti omnia probe: & ego quid ſcribam: tum ſcio ipſe: tū etiam exploratum ē tibi. Percupio tecum loqui hac de re longius. Itaq̄ ſi facultas dabitur: iſthuc concedam. Porro uillam reperam: & inchoatam ruſticationem perficiam. Verū nobis quoq̄ abſentibus & inuidorum improbitate urgente ſatis certo ſcio tui ſimilis eſſe non deſines. Nam qui uere ſapit: nunquā a uera ratione aberrat. Recte traditur optima rerum omnium mediocritas. Hanc uirum ſapientem tueri ſemp oportet. Sed noctua Athenas. Si pudoris limites fuerim forte tranſgreſſus: queſo te mihi ignoſce: tua indulgētia facit: ut interdum ſcribam liberius. Eſt enim quatenus filii uenia dari poſſit. Illa ne utiquam uiolata reuerentia: quę natura omnibus parētibus iuriſconſulto teſte exhibēda eſt. Ad primā facem noctis ſcripſit legatus e caſtris ad nos litteras: nunciauitq̄ pedites quadringentos & ad octoginta equites ī agrū Politiani deductos. Subſtitere (ut rumor eſt) ad Solarcum: qui locus eſt inter Politianum & Fulloniciū medius. Verent̄ excurſionē in Perintani Solū: ad meſſores arcendos boues: q a Florētinorū militibus ſurrepti fuerant. Florentinorum iuſſu tandem reſtituti ſunt. De noſtris rebus nihil eſt qd̄ ſcribam noui: atq̄ omnia bene ſe habent: niſi tāta foret meſſorū inopia. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri. S. P. D. Miſi ad te pater conſolatoriam epiſtolam. Propediem uero mittam pecuniariam conſolationem. Referam gratiam empti uoluminis: quæ res mirum in modum me delectat. Parui emiſti rem: quæ erat maximi. Quā liberalis q̄ benignus es pater. Sed reprimā me: ne cum gratias egerim: relaturus nō uidear. Cognoſces tuum mihi munus fuiſſe gratiſſimum. Nicolucia chara nobis in his barbaris locis mater febri correpta eſt: & ingenti inſuper laterum dolore premitur. Tute ſiquid agendum ſit uide. Digna eſt: quæ & tuam beneficentiam & officiorum uiciſſitudinem experiatur. Habes quid morbi patitur. Cogita quod nā referendæ gratiæ accommodatius genus futurum ſit. Mitto Chriſtophori noſtri obſignatas litteras: quas ad ędes eius libellionis deferri poſtulat. Cōmendo tibi Antonium Piccolomineum: ſimplicem uirum ac probum: & qui priſcam fidem ac uirtutem ſapit. Cognoſce queſo: ac meditare eius cauſam. Nam ipſe ſibi fingit optimas rationes: te patronoq̄ eget. Cōmendo tibi illum: & cauſam eius diligenter deſidero fieri de ueſtra ideſt: totius familiæ ualitudine certior. Scribe igitur: & cum primum facultas datur mitte ad nos litteras. Cōmenda nos optimæ matri: & fratres ac ſorores & amicorū cętū omnē plurimū iube ſaluere noſtris uerbis. Vale

AVguſtinus Dathus filius Nocolao patri. S. P. D. Ante Solis occaſuȝ pater præter ſpem iter noſtrum confecimus: ſalui peruenimus: nubes quæ late cœlū operuiſſent cohibuerunt imbrē: ſedaruntq̄ calorē moleſtiam: quod obfuturum pertimeſcebamus: & iucundum nobis fuit & proſperum ac ſalutare. Viuamus certe læti: ſi non de tua ualitudine magnum dolorem atq̄ ægritudinem caperemus. Cura & effice: ut bene ualeas: & crebro ad nos ſcribas. Ita enim leuabis me graui onere. Cura inquā diligenter: ut bene ualeas. De re familiari autem fac: ocioſo ut ſis animo. Siquidem in ea tum ſeruanda tum etiam honeſte exaggeranda induſtrie laborabimus: dum dabitur nobis ruſticandi ocium. Vale: & Ioanni Sartio celtibero uiro probo & noſtri amantiſſimo. Age queſo gratiam meo nomine diligēter: quādo ī me adeo beneficus eſt: & nos ſedulo diligit. Iterū Vale dulciſſime pater.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Accepi.xiiii.kal.Sextiles pater tuā epiſtolā. Ea fuit mihi iucūdiſſima.Noui ualētē te eſſe.Id multū gaudeo.Nos damus percipiendis frugibus opam:ſed argēto opus ē. Facies mihi gratiſſimū:ſi parū ad nos pecuniarum miſeris.Neq;.n.exigendi datur facultas.Verū cōgeſtis frumētis/& hominibus ſeſe intro recipiētibus cōflabimus:q̄tā & operariis debitā mercedē pſoluā: & cōmodāti ubi reſtituā: ac reddam.Nolo.n.quempiā his temporibus in ius uocare.Q uanq̄ pleriq; abſunt oppidani pręter paucos:qui ordine quotdiebus excubiis agēdis ſortito deſtinant. Quod utile factu ſcribis eſſe:ad id diligētē operaꝫ adhibebimus. Cōmentarios repperi:in quibus rei frumētariæ rationes continentur. Vinum ut ueneat curæ eſt mihi:quanq̄ eius permagna eſt uilitas. Attamē uereor:ne recens calamitas caritatē pariat.Satius erit perſpicere:ſi pro temporibus pretium cōmutet. Pecus omne:armenta & greges belle ſe habēt:errantq; lætis ſaltibus.Equleus uenit:ſignaq; indies.Id nolo ne ſis neſcius: curamus illū probe:& ibi alimus.Scitus ē ſororis puer:& lactei diſtenta ubera nactus/& alumnā faceciſſimam. Iacobus frater ualet:& eius curo ualitudinē diligēter. Laute uiuimus:quantū licere putamus:diligētes ſalutaria:& aſpernantes quæ nocitura uideant. Si ualetis/bene eſt:nos ualemus:& ſi minus ſecuri. Rumor eſt/parari bellū:iminēt nobis Florētinoꝝ copiæ:quæ omnibus ſunt magno terrori.De oībus rebus ad me ſcribe.Pecuniam ſiquam miſeris:do fidē:fęneratā dixeris. Vale.

AVg.Dath.filius Nicolao patri.S.P.D.Quāto nos dolore & moleſtia tua affecerit ęgrotatio:ſcribi ſatis nō poſſit.Nunc aūt habeo Deo grates:ſi te recte confirmaſti. Cura diligētiſſime tuā ualitudinē:& ſiquid acciderit noui/ad me ſcribe. Mętus:quē belli ſuſpitio inieciſſet/nobis oio adēptus ē. Vbi inſpexi pater tuas litteras:gaudeo rem ſuccedere ex ſententia. Argentū accepimus:& quantū ad nos dederas. Reliquum ē:ut maturandis rebus intendā:& tuis iuſſibus paream:ac demū conflato me ære alieno diſſoluā:ut recepta pecunia/& adiecto ut etiam pollicitus/fęnore credas mihi poſthac nō inuitus. Vale.

AVguſt.Dath.filius Nicolao patri.S.P.D.Quanuis ad te nupertime dederim literas:& rogatus/atq; inuitus pditiſſimū tibi hoīeꝫ/ac ſceleſtiſſimū cōmēdauerim:ſpero tñ iiſdē te uſurū uerbis:qbus apud magnū uatēuſa ē Iouis (ut fabulant) & ſoror & cōiunx. Me ne incepto deſiſtere uictā! Minus turpiter nō incepiſſes principio/q̄ modo nō pſequeris. Fratres illius ſupplices ueniūt ad me:q ſcelus admiſit:pertinaciter obdurat.Cōmiſſi eum nihil pudet:utere tuo iudicio:q uere ſapis.Me expecta.vi.Idus Septēbres. Interim res (ut opinor) oēs erūt in uado.Quid multa! Iuuat multis certe de cauſis fuiſſe ruri. At iam urbē cupio uiſere/& ibi eſſe:ubi nō cū ruſticis uiuit ingeniis:ſed grauibus ſeriiſq; rebus intēditur. Proinde cōſtituto tēpore iſthuc uolabimus.Interea gratū mihi feceris:ſi ad me ſcribes.In qbus aūt officiū perſoluendū eſt:quęſo te/meam uicem gere. Vale.

AVguſt.Dath.filius Nicolao patri.S.P.D.Vetus maliuolus noſter:qui & nos & familias noſtrā tam crebris cumulauit iniuriis/laceſſere nō deſinit.Quotidie in paſcuū noſtrum agrū omne pecus agit:& noſtro fundo inſolēter inſultat.Cuius īgreſſu etiā prætoris edicto atq; auctoritate phibebat. Alit ille nō paſtores/ut mihi qdē uidet/nō cuſtodes armēti & gregis:nō ſubulcos/aut opiliones:ſꝫ graſſatores/atq; emiſſarios/& alieni agri populatores/plus milies iā deprehēſus nullā ſuę īprobitatis pęnā dedit.Sꝫ qm̄ nemo illius ſcelus ultus ē.Idcirco tale quicpiā fecit crebrius:& ad iniuriam factus ē promptior. Reus ē multaꝝ iniuriaꝝ. Iube illi negociū exhiberi:& in ius arceſſi.Qui te olim falſo criminatus & p uirili ſua inſectatus ē.Homo contēptor fidēs/iniurius/exlex/& omni penæ flagitio obnoxius.Q uis ferat euꝫ:qui qum pōt/nocet omnibus:prodeſt nemini! Quis nō potius omni odio pſequat! Iudicioꝝ duplicē eſſe rationē nō ignoras. Cūq; ſit defenſio laudabilior:atq; humanitati propinquior. Tibi antē pbata ſemp imprimis:ut q oīum ſis inopū & calamitoſoꝝ atq; inocētū uiroꝝ cōmune profugiū.Solet tñ & plurimū accuſatio laudari:cū uel reip id tribuas omne:uel certe cū fraudulētos/ac nefarios hoīes acies bonoꝝ inimicos in iudiciū uocas.Id eſt.n.nō modo nihil uituperandū:ſed omni potius comendatione digniſſimū .P.Sulpitius uir eloquēs/& iuris etiā bene cōſultus laude affectus ē:cū ſeditioſum ciuē Norbanū accuſauit.En tibi alter Norbanus:q neq; cęlitibus/neq; hoībus parcit:q nullis legibus paret:oibus facit iniuriā:ciuilia ola & municipalia iura ſubuertit.Fac igit:ut diem ſibi dicāt prætores:Et ſi inficias ibit:teſtes adhibebimus locupletes:& p uim in agrū noſtrū irruiſſe illū comprobabūt.Noli ſinere quęſo hoīem perditiſſimū ſuis facinoribus gloriari. Vale.

AVg.Dath.filius Nicolao patri.S.P.D.Sollicitus ſum de matris ualitudine:cuius uitā in dubio eſſe nunciatū eſt.Sed id me ſcilicet conſolat:nihil iamdudū eſt allatū noui.Fit.n.neſcio quomodo:ut ſi qd mali ſit:id cōtinuo reſciſcamus.Perdiu ignoremus:ſi qd cōtra acciderit boni. Verū illud Maronis. Fama malū:quo nō uelocius ullū. Sed necdum animus quieſcit:neq; ea uel ſuſpitione/uel coniectura contentus eſt.Iniectū aio ſcrupulum ſcias nunquam exemptum iri:quoad literas pater dederis:quod ut facias/te uehementer rogo.Leua quęſo tam acerba animū ægritudine:ac bene Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Accepi tuas litteras:legi eas periucun- de.Quæris quid nunc agam?uiuitur. Vt omnia ſcias pater cũ agreſti hominus genere: quodq; omnẽ uidetur humanitatẽ exuiſſe. His moleſta hominibus ueritas eſt:nunquã grata bñficia:ut bene dicat Ennius:Bene facta male locata:Malefacta arbitrari-ſe gra nam nullas adipiſcamur.Rem amittimus:dum in durũ genus pergimus liberales eſſe: & uerum uſic fit Terentianum illud:Eo rem rediſſe:ut ſi quis quid nunc reddat:magna habẽda ſit gratia.Si autem ſectis non iuſſeris:erimus poſthac ad benefaciendum tardiores. Non ita tamen:ut cuiquã ingrati:aut nõ benefici in uiros bonos eſſe uideamur.Nã id maxime decet:ut in officiis tribu endis delectũ habeamus dignitatis. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D.Optatieram pater qui iſthuc proficiſce- retur:& cõmeatus adueheret.Is conſtituto tempore non uenit:& mihi dedit uerba.Pu- det me pater nõ meæ negligentiæ:ſed alienę perfidiæ:uim magnã frumenti parauerã: & ſimul eaq; rerum copiam:quæ uilla ſuppeditat:& tibi imprimis gratæ ſunt.Eas non dum iſthuc importatas eſſe tecũ fero moleſtiſſime:qui penariam cellam curaui ſemper diligẽter:& urbanæ uitæ proſpexi:ut abundaret neceſſariis copiis-potius q̃ deficeret. Dolet id mihi rem cõmiſiſſe iis:quorũ nõ ſatis mihi perſpecta fides erat.Sed ſpero me alius prope diem nactũ eſſe: qui rem ipſam conficiat & ſententia:quod ut mature fiat-curæ erit nobis. Flagrantiorem æſtũ aeris repente hyems ſubſecuta ẽ.Ea impedimẽto ẽ:ut maturius ruſticis muneribus defungamur.Cogun tur quotidie in cœlũ nubes:inges effundunt imbres:terrent crebra fulgura noctu:atq; interdiu aſ ſiduæ coruſcationes-frequẽtia fulmina-turbulentæ procellæ:ut ſæpius exclamem poeticũ illud.Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi.Quid ſibi ea res uelit-neſcio. Certe uereor:ne alicuius mali prænuntia ſit:ſi ita ſentire fas eſt.Scias pater:nõ minus eam nobis damno-q̃ errori eſſe.Sed quoad li cebit nobis:celeriter omnia nobis perficiemus:atq; id tibi perſuadeas uelim:Si de tua nos ualitudi- ne feceris certiores:ualde futurũ gratũ nobis. Vale dulciſſime pater.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Scripſi ad te:ut & de tua ualitudine & de curanda re familiari faceres me q̃primum certiorem.Accepi nihil abs te litterarũ. Id primum ualde admiror.Quod autẽ nihil prorſum nuntiari iuſſeris:id etiam permole ſtum eſt.Oro te igitur:ut crebro ad me ſcribas:& ſiqui qd debeant nobis:fac ut ſciam. Ea eni ſunt tempora:ut nec credere multis:nec debere expediat:& implere theſauros q̃ arcam exaurire ſit longe utilius. Rumoribus accepimus indictum eſſe noſtrę Reipublicæ bellum: ac Simoneto duce-& ſummi pontificis copias noſtro agro inſultare:& populabundas ingẽtem age- re prædam .Nequeo conicere euiſce noui motus cauſas-nobis perſtudioſis pacis.Ea res magnam moleſtiam attulit:iubẽtur noſtri homines inuigilare:& ab hoſtium inſidiis tum ſibi cauere-tum pe- cori.Nuper ad ſancti Quirici oppidũ proficiſcenti-mihi delatæ ad præſidem litteræ:& uolitãs tabel- larius-ſuſpitionem auxit. Continuo accingi oppidani:aggeres ſtrui:propugnacula muniri:parari te la:& omnia id genus arma.Putabamus iam iam hoſtẽ irruere:& nobiſcum pugnam conſerere. Vi deo omnes ſubito quodam perculſos metu:& in tutiorem locum ſeſe recipientes-timere ſibi ab imi- nente hoſte. Accedunt Florentinorũ pedeſtres-atq; equeſtres copiæ:quæ haud longe Lyciniano ab- ſunt. Tu ſcribe ad nos quæſo:& quid aut metuendum-aut nõ metuendũ ſit:qui & ſapis:& hæc no- ſti omnia:confeſtim fac me ut ſciam. De Ludouico Michelotto Peruſino neſcio:quid etiam inſuſu- rari audio. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Quid me tantopere tuo ſilẽtio affligis pater?Quid eſt:quod tam diu nihil reſpondes? Nõ ne putas ſatis eſſe:quam affert mihi amicus noſter moleſtiam? Præſta te queſo memorẽ dies ac noctes te cogitantis filii. Le ni meam obſecro ægritudinẽ tuis peroptatis litteris.De amici cauſa noli diutius ſollici- tus eſſe:moderatione-& patientia aduerſariorum uincemus inſaniam. Tu conſilio-ego diligẽtia rem omnem traducemus (ut arbitror)in noſtrã ſententiam. Id te oro:crebrius ut ad me ſcribas:ne quem tantopere amas:aliqua ex parte neglexiſſe uidearis. Id mihi erit maximũ:ſi uel me tantum ſaluere iuſſeris p tuas litteras. Fac igitur:ut reſpondeas:nec te podagra deterreat. Nupſit He liſabeth uillicæ noſtræ filia & ætate & moribus-florentem ſponſum nacta eſt. Gratulare illi:ut uide tur:ac da operam quæſo:ut id me ad uos ſcripſiſſe intelligat. Vale.

AVguſtinus Dathus filius Nicolao patri.S.P.D. Poſcis remitti equum-quo tibi uſus ſit nemo erat:qui iſtuc proficiſceref. Cõmittere nemini poteram:cũ omnes urgerẽt repen tini labores. Itaq; mercẽnarius noſter uenit. Aliter.n.equs redire nõ potuiſſet:in multis occupationibus. Accipe modo perbreuis litteras:mittam poſt longiores. Vindemiam Iacobus curat pbe.Nemo inueniri poſſit uillicus tam frugi:parcus eſt:diligẽs-& tuen dæ rei familiaris-perq̃ peritus. Bono igitur de ruſticis rebus-atq; ocioſo es animo:& cum cœli fa ueat clementia:feſtina quæſo ad balneas:& largius indulge genio. Obliuiſcere quantum potes cu- rarum omnium:& animum collige. Viue iucundam uitã:ut ita noſtri quoque omnium lætiſſimam reddas. Vale.

AVguſt. Dathus filius Nicolao patri. S.P.D. Eram iamiam rediturus pater: Putans hoc biduo importatū iri omnia: quę aduehi in urbes iuſſeras. Fefellit me ſpes: & Petrus noſter ad res ſuas alacrior/ſegnior ad alienas: importationē: quam erat pollicitus: produ/cit longius. Facit is mihi quidē haud mediocrem iniuriam: & me: q ſatis fuerim ruſticatus: remoraſ inuitum: præſertim cū cætera tranſacta ſint omnia. Sum illi æquior: quod ſe dicit tuo id permiſſu facere. Nollem abeſſe diutius. Hoc certe quatriduū uiſum eſt longius/ꝗ uel totum: quod modo elapſum/bimeſtre tempus. Sed cętera bene ſe habebūt: ſi tu curabis: ut bene ualeas. Tuam igiſ cura ualitudinem diligēter. Vale.

AVguſt. Dath. filius Nocolao patri. S.P.D. Accepi pater abs te litteras. vi. Idus Septem/bres: & eas quidē ad multā noctē: quæ ut optatæ fuere: ita extiterūt etiam deinde iucundiſſimæ. Nec eſt: quod modo reſpondeā quippiā: pręſertim cū lateret me Matthęi aduentus. Cum eo ſum adhuc/& fortuito/& ſero locutus. Apprehendā hoīem: & alloquar de integro: & celere reſpōſum accipies. Nūc da opam: ut proſpere ualeas. Nos quidem bene ualemus lętantes plurimum & tuis litteris/& lætis nuntiis. Vale.

AVguſt. Dath. Dominico Biliotto. S.P.D. Cupis ſcire: qd de me ſit: qd tibi reſpondeam multis! Talis ſum: qualem deſeruiſti: quod niſi ſpes contineat: dolore peream: ac decreui ſæpius dare ad te litteras: quando mihi aſſidue uerſaris in corde: & cogitationes meā ſine intermiſſione fatigas. Interliniunt affatim fluentes lachrymę literas: & modo hoc: modo illud ſcribere aggredior/nullo contentus: cū multa incepi: nihil probo: & præ dolore deſero omnia: & interpellata proiicio a me. Neſcis quo me aīo reliqueris abiens! Eodē ipſo fui ſemp. Veꝝ binæ tuæ literæ refocillarunt parump ægrum animū: ſed cogitās poſt tuam; abſentiā & difficultatē alloquendi maceratur animus: rumpitur: & in męſtitias perpetuā recidit. Tu locū opportunum & ex ſententia nactus es: ibi te oblectas: ibi tranquilla uita perfrueris: ibi exerces te: concinis lætam uitis/& a curis alienam uitā. Pro his mihi oīa ſunt contra: cui ne ipſa quidē uita ſine te chara eſſe poteſt. Poſtulas me: ut ſcribā. Id poſtulare eſt: ut depromā acerbitatē ſummā animi: q niſi id unū foret oblectamētū ſaluū te & lætū eſſe/oīs ſolicitudini locus eēt. Sꝫ ſpes ī altiſſimo Deo repoſita ē: q ſtatuet iam tandē (quod precor) tot erūnis modū: & ſæuam auertet cladem: quæ nos tam triſti uexat exilio. Poſtremo ut aperiam mentem meā/tibi ſum deditus/ꝗ ante nihilo ſecus cupidior uidendi tui: qui forſan totus ſis. Ego ſine te/ne tertius quidē/quod ſi uis conſolari dulciſſimū amicū: fac ut pergas lætus eſſe: & obliuiſcaris curaꝝ oīum. Ciuitas adhuc luem patitur. De amicis quid ſit: collocatus ī remotiſſimo angulo/nihil ſcio penitus. Tua domus ſaluberrima eſt. Id curaui: ut ſcirē: & patrē tuū lætuꝫ al locutus ſum: qui me etiam ſilentii acrius redarguit. Ioannes monachus etiaꝫ bene ualet: qui ſuo etiā munere fideliter fungitur. Si uis me conſolari: iube deferri faſceꝫ literaꝝ: quia paucę nequeant. Bene uale: & Biliotto cōmenda me/& Benedictū fraterculū/& Franciſcū ſaluta ex aīo/& qui ſunt tecum amici. Vale

AVg: Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Iubemur Delphicis litteris: ut ipſi nos cognoſcamus. Erat. n. diuinitus (ut aiunt) inſcriptum grecis litteris ſalutare pręceptū pro foribus Delphici templi. Quod eſt interpretatum: Noſce te ipſum. Quid eſt autē: Noſce te ipſum: niſi cognoſce tuū animum! Firmianus noſter totū hoīs rationē aīo conſtare cenſuit. Qui igitur ſe ipſum cognoſſe cupit: is ſuū aīuꝫ pernoſcat. Quid eſt inꝗ/noſce te ipſum! Profecto id quod magnus Orator inquit. Noſce aīuꝫ tuū. Ego igitur ſi uelim me ipſum noſſe: ut te ipſum noſcā neceſſe erit. Si. n. animū meū norim/nō ne meipſum cognorim! Sed quis ē obſecro/animus meus! Nō ne tu ille es! Alii amici ſuos amicos/uel dimidiū ſui animi/uel maximā ſui animi partē appellare ſolēt. Ego te totū animū merito appellauerim. Cū igitur mihi dicitur: Noſce te: id dicit: Noſce Dominicū: idelt/uirū & amore digniſſimū: & quē me alterū nō abſurde iudicem. Vis ne igitur: ut me noſcam! Noli te unꝗ a noſtra conſuetudine ſegregare. Quod. n. frequēter cernimus: id & probe intelligimus. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Magnus & celeberrimus ē dominice hic dies: in quo natale glorioſum agitur eius: qui poſt aſcenſionē Saluatoris ad cælos/ſacri cętus/ac duodenæ turbæ expletur numeꝝ: & conſtitutis Barſaba: cui Iuſto cognomētū erat/& Matthia/magnę fidei/ac ſanctitatis uiris. Orantibus Apoſtolis/ſors ſup Matthiā cecidit: ut ſubrogaretur in præuaricatoris Iudæ locū: ut ſacroſanctum miniſterium ſortireſ: ut apoſtolatus culmen mereretur accipere: ut cum duodecim āñumeratus aduenientis Spiritus ſancti ineffabilis doni gratia/& diuinę lucis ſplēdore illuſtrareſ. Tibi quoq lętus ſit & fauſtus hic dies Dominice: in quo ueluti tui patrui uiri optimi/& clariſſimi ſacerdotis iam prope adeptus locuꝫ: illius reſpondeas laudibus: uel potius gloria antecellas: in quo cleri Senenſis excelſum atq ampliſſimuꝫ ſortiaris locū. In quo maioris dignitatis fœlix auſpiciū captes: lætū omen accipias. Celeber inꝗ ſit tibi & fauſtiſſimus hic dies: & ad ſummū decus iter expeditiſſimū præbeat. Macte eſto uirtute/doctrina/gloria/nobilis adoleſcens: ut quoniaꝫ modo initiatus es: & ſacri caracteris titulis inſignitus/ita labores: ita efficias: ut merito cunctis/equalibus tuis anteponendus eſſe uidearis: ut quum tandē legitimū tem

pus ætatis aduenerit: ſacri miniſterii dignitate ornatus: inter apoſtolicos uiros: doctrina-uirtute-ac
ſanctitate refulgens: idq; ut aſſequaris: deprecor: q̃ cuncta largitur Deum. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Heri ad multam nocteȝ multa ipſe me-
cum tacitus cogitabaȝ-animus in ancipites curas Dominice trahebatur. Sed ne alia per
curram: quæ pene innumerabilia ſunt: tentaui crebro conſulere reip. Ecce cogitanti mi
hi Dominicus occurrebat: alia deinde cura rei familiaris adminiſtrandæ aĩum ſubibat.
Ecce Dominicus ueniebat in mentẽ. Conabor ad philoſophiæ ſtudia mẽtem reuocare.
ecce ſubito Dominicus animũ inuadebat. Rurſum ad ius ciuile conuertebat: confeſtim eam cogita-
tionẽ oẽm Dominicus repellebat. Cœpi deinde mente agitare: quæ inter Craſſum-& Scæuolam uer
ſata contentio eſt. Repente preſto fit Dominicus: quaſi litem ſolus diiudicaturus. Miſſa illa facio: &
accuratius altiſſimarum rerum inueſtigationem complector. Ecce inmedio curſu Dominici interuen
tu irrita ſit cœpta cogitatio. Cœpi ipſe mihi iraſci: quid hoc rei eſt inq̃. Nonne taȝ imenſæ magnitudi
nis hic eſt dominicus: ut ſolus tantam animi capacitatẽ impleat? Tum perquiro oĩs mentis latebras:
ſcrutor uarios receſſus eius: intima archana penetro: luſtro diligentius ſuperas omnes atq; inferas
partes: occultiora quæq; ſcrinia reſigno: exploro abdita omnia: cuncta diuerticula acri ĩdagine pro
ſequor (mirabile dictu) omnia Dominici plena reperta ſunt: ſolus Dominicus animum ingentẽ
occupat. Is ſolus mihi uerſatur in animo. Ille animum regit. Ille mentis ſtatũ: & quietẽ moderaẽ: Ille
ſedet: ille intus agitur: Dominicus cogitaẽ: Dominicus ſolus adeſt. Solus dominicus reliqua pepulit
omnia. Solus mente uagaẽ. Dominaẽ dominicus ſolus. Quid mirum igitur: ſi a dominando ita ap
pellatus ſit? Plena igitur ſint dominici oĩa. Si modo ille nobis uicem amoris-ac beniuolentiæ nõ par
ce rependat. Sit mihi proinde dominicus Pylades: ut dominicus Auguſtinũ experiaẽ. Oreſtem ita
eam. Pythagoricus fiet uerus ſermo: efficietq; ex duobus unus. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Iampridem mihi oĩs in amicis ſita ſpes
eſt: in qbus & ſummũ bonũ dudum conſtituere uiſus ſum. Sed eos præcipue ſemper du
xi loco: qui non ſolum ſingulari uirtute: atq; eruditiõe: ſed etiã ſumma humanitate ſunt
præditi. Nolo de te multa ſcribere: ne me aſſentatorẽ quendã potius: q̃ amicum putes.
Sed ut-ut res ẽ: ſcis te mihi & chariſſimũ eſſe oĩum: & periucundum. Amici ſuum eſt ab
amico omnia ſumma cum fiducia petere. Quæ q̃dem honeſtatis legibus nõ aduerſentur. Fidẽti igi
tur animo: quod mihi gratum ſit: tibi non incõmodum auſim petere. Per noſtram amicitiã: quo mu
tuo nullum poteſt eſſe ſanctius-oro te-ut malis urbanus eſſe: q̃ ruſticus. Per meã erga te flagrantiſſi
mam beniuolentiam-oro te-ut urbanus malis eſſe q̃ ruſticus. Per tuum ĩ me præcipuũ amorẽ: quo
mihi nihil eſt ſuauius-oro te-ut urbanus ſis ruſticari nolis. Per tuam eximiã uirtutis ĩdolẽ quæ te opti
mum-ac præſtantiſſimum uirum ſpondet-oro te-ut hoc tempore ruſticari non libeat. Per eaȝ ſummã
fidem: quæ mihi apud te eſt-oro te-ut priuſq̃ adeas: ruris te odium capeſſat. Per tuã ſingularẽ: admi
rabilemq; ſpem magnæ doctrinæ quam uidere uideor pene diuinam-oro te-ut ruris moleſtiam hoc
tempore periclitari nolis. Per egregiam humanitatẽ tuã: quã ſemꝑ maximam expertus ſum-oro te:
ut rũ ruſticari uelis: quum imbres æſtus ſæuitiam lenierint. Per facilitatẽ tuam incredibilem: qua cun-
ctis præſtas æqualibus tuis-oro te-ut Mineruam potius in urbe: q̃ Dianã ĩmontibus ſectari uelis. Per
cœliſtũ pietatẽ. Per chara mutuæ charitatis pignora. Per ſancta amicitiæ fœdera. Per inuiolata æqtatis
iura. Per ueri amoris intemeratas leges. Per utriuſq; noſtruȝ auguſtiſſimã religionẽ. Per uirtutis inte
gritatẽ-oro te-ut hoc tempore ruſticari nolis. Optatiſſimuȝ beneficiũ gratificari uelis: ſi me uerum: ſi
unice diligentẽ-ſi ſuauem-ac lepidiſſimũ amicum putas. Si te non ſecus ac ſe ipſum diligit. Si tua ſi
bi & uita curæ magnæ ẽ: & gloria. Si te dies ac noctes cogitare non definit. Si tuam cæteris omnibus
rebus auctoritatẽ anteponit. Oro-obſecro-ſupplico-ruſticari noli. Rura obliuiſcere. Ad urbem reuo
ca animum. Vbi cum tuo Auguſtino ſis: cuius tu es maxima pars. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Parebo ſemper tuis conſiliis: & beniuo
lis auſcultabo monitis. Quanta ſit tua apud me auctoritas noſti: & quotidie experiere
magis. Ea mihi ſpes eſt ut te eum præſtes. qualem te cupio: & inueterata iubet neceſſitu
do eiſe. Hodie nequeo te adire. At rogo te: ut abſolutis ueſperis parumper diuertaris
ad me. Cauſa minime neceſſaria eſt. Si maiora te moratur: ſed id mihi maxime neceſſa
rium eſt: habere te in meis doloribus iucundiſſimum conſolatorem. Qui uel ſi obmuteſcis: ſola læti-
ficas præſentia eum: qui in rebus expetendis: tuã ĩprimis amicitiã conſtituit. Si ueneris: feceris qđ
ſoles. Si minus exiſtimabo te facturum grauiora. Primum leniat meſtum animum: & uirus hoccine
acerbitatis auferat. Alterum moderate accipiam. Alterutrum quæſo fac me ut ſciã: & fraterne age cũ
eo: qui te amore: obſeruantiaq; proſequitur. Sed mihi crede (q̃ pro tua uirtute gloriam adipiſceris:
Fies ꝑ me ĩmortalis: niſi pimat fortuna conſilium idq; propediẽ re ipſa intelliges. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S. P. D. Quid hoc rei ẽ? tu ne ineptis: an ego po
tius? Quam ſpem præbes ſeruandæ neceſſitudinis? Sum ne ego immutatus-uel tu im
mutatus es? Quem cunctis aliquando præferebas: nunc uix alloqueris: atq; ei multos
inferiores anteponis. Quid dixi inferiores? Certe inferiores habendi ſunt: qui te nõ an

tecellunt. Iura contênis. Leges deſpicis ueræ amicitiæ, uel magis amicorum tuorũ principes: quibus condam parebas: atq id faciens & grauã tibi & gloriã cõparabas. Non qd dixerim: nec tu etiã ignoras. Audenter dicam. Frugifera tibi erant noſtra alloquia: & tuam uitam non dehoneſtabant. Nolo de me ipſo prædicare: quod audientibus moleſtum eſt. Boni fabri bona quoq ędificia conſtruunt. Atq ut parabolam aperiam tuam conſuetudinem oportet eſſe cum his: qui te poſſint facere meliorem. Crebram dico conſuetudinem. Bonum eſt præclarum eſt: capere amicos omnes homines: Sed conuerſatio debet eſſe cum paucis. Omnia tempus habent. Tu qui modo ſpem tantam ſpondebas: effeminatũ tuum animum: tuam indolem proſternis: tuam dignitatem negligis: tuę uitę non conſulis: tempus tuum: tuã ętatem profligare non ceſſas. Credis mihi iucundum eſſe: ut hæc ſcribam? Iterras ſi id putas. Ille tamen hæc dicit: qui te neminem chariorem habet: quo tu habere chariorẽ debes neminem. De amicis loquor: quos parare difficile: tueri multo difficillimum. Noſti iam conſtantiam ſolide amantis: quem (uera dicam) negligis quaſi unuş ex media plæbe: qui te ducit ſublimiore ꝙ patris loco. Dicam fideliter: ꝙ diu auſcultas ſtulto mihi: tam diu rectam uideris tenere uiuendi rationem. Dixi arroganter: tamen uere. Amici momentanei ubiq occurrunt: aſſentatoribus plena ſunt omnia. Verũ amicum ubi inuenias? Vnum certe nactus es, nec cum ullo tuo incõmodo. Sed id commune uitium eſt. Bonum qui non habent: nimiũ affectant: qui habent ignorant. Dixi. Ad rem ipſam. Quid meas lectiones audire non uis? Quæ tibi a me orta iniuria eſt? An non orta a te etiam quidem ſępius? Audis multos pernitioſa ferentes: ludibria iactantes, ſtulta fundẽtes, nugas concinnantes. Auguſtinum non audis: parce mihi uera dicenti: Auguſtinũ non audis, præciolum, clarus: & ampliſſimum munus afferentem: dixi & quidem non falſum aliquid. Orationem quã habiturus es: quę tibi maximæ habenda eſt curę: pluſꝙ etiã canonũ auctoritas (At dicat aliquis: hui tantopere ſuperbis?) affero tibi inquam munus non canoniſtæ pinguedine: ſed ſummi Theologi auctoritate digniſſimum: excogitatũ ſtudioſius: elaboratum diligentius: ꝙ ſi meo nomini emancipandũ fuiſſet ſed certe affero illi: cui omnia debeo, & debere uolo: inter quem & me nolo quicꝙ inter eſſe. Quãdo eſt etiã alter Auguſtinus quem tu audire debes potius: ꝙ qui te lactant leuibus ridiculis. Redi ad cor tuum. Tolle iam inertiam: exue puſillanimitatem abiecti hominis: & uiri induere magnitudineş. Tu ipſe tempus conſtitue: ut de re noſtra: quum iuſſeris colloquamur. Sed uolo mihi offerri Dominicum: non inſipidum atq inſulſum hominem. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Heri cum multo iucundiſſimam lectionem pro more percurreremus id nobis ſcrupulum iniecit in calce diſputatiõis: ſed hoc ubi uideo non poſſe deberi. Meditatus ſum eum locũ: quẽ ipſe ita interpretor. Coniectamus Marcum promiſiſſe Attico magnum ſe aliqud in eloquentia explicaturum. Id Marco ſubito in mentem uenit: itaq ait. Sed hoc ubi uideo non poſſe deberi. Recordatus ſuperioris promiſſi, uideo: & intelligo inquit: impersonaliter non poſſe deberi hoc. Quod philoſophię eſt: Videlicet a me qui aliud ſim pollicitus: quod eſt Oratorii generis. Et ille: eſt inquit illud ante meridieş. Illud ꝙ ab eloquentia eſt: hoc. ſ. quod philoſophiæ eſt eodem tempore. ſ. poſt meridiem ſicut nunc de dolore ipſo diſputatum eſt. Conſydera ſi tibi cordi eſt & aperi tuam ſententiã. Quod ſi recte uales: mea iucundiſſima uita eſt. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Quid eſt quo ad te poſſim ſcribere meliusꝙ: ut ad exercitationem bonarum artium ac uirtutis cultum te ſponte tua propenſum incitatumq cohoter? Qui in doctrinæ ſtudiis pridem uerſatus es. Noſti id ſuũ eſſe uiri ſapientis munus: ut uirtuteş non noris ſolum: ſed etiam ad exercitationem accommodet. Parum eſt enim noſſe quid agenduş ſit: niſi ea agas perficiasq. Quæ magiſtra uitæ philoſophia & intelligenda ſimul: & exercenda præceperit. Accepiſti quandam agendarum rerum ſeriem, ac diſtribuendi temporis ordineş. Nunc quęſo ſectare: ſerua: atq ad ipſius ductum non pigeat ætatem ducere: ut poſſis & uitam traducere quietiorem: & temporis frui commodis: cuius ſolius noſtra eſt poſſeſſio. Cum cætera pro ſapientis Stoici ſententia aliena eſſe dicantur. Anguſta uita hominum circunſcripta eſt limitibus. Non ſinamus quæſo id quodcunq nobis æui datur: inane pręterlabi. Hoc tecũ meditare. Hoc uolita: hoc etiã atq etiã cogita: quo nihil efficere aut tibi fructuoſius poteris, aut parentibus tuis gratius, aut mihi ipſi denique iucundius. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Hodiernus dies: dies laboris & occupationis illuxit mihi: nec datus eſt requiei locus qui erat tuus dulciſſimus: & die noctuq optatus conſpectus. Circunſtrepunt: & urgẽt Reipub. indeſinentes moleſtiæ. Sed quęſo fac ſciam ut ualeş. Scribe unicum uerbũ: & reſponde cupide præſtolanti mihi. Vnũ mihi inquam uerbum: erit ſatis. Vale.

AVguſtinus Dathus Senenſium Orator apud ſummum Pontificem Dominico Biliotto. S.P.D. Cogitabam longa ſcribere: & ita facturus ſum. Sed quotidie equitando: modo ad ſummum Pontificem modo ad cætum ingentem Cardinalium defeſſus ſum: & poſt logas literas: ad magnificos dños oculi nequeũt coherceri grauati ſomno Deus nouit. Illud nequeo tacere: ꝙ meas moleſtias ob abſentiam: & meum ardens redeun-

di deſyderium. Leniunt plurimum tuæ litteræ: & tum cumulatiſſime: quando de noſtra mutua beniuolentia dulcem faciunt mentionẽ. Cardinales & alii domini: q multi ſunt: defatigant: & conſumūt quotidianis ſermonibus Auguſtinum tuum. Hos labores qui tamen cus maximo honore ſunt: præuiderã: & impremeditati non me obruunt. Sum in pelago maximorum fluctuū & q̄uis ſupra modū ab omnibus cus ſummo honore tractatus tamen cupio redire ad ueſtra ſuauiſſima alloquia. Comedo cum Cardinalibus: loquor cum Pontifice: uiſitant me multi: & tamen cor meum uobiſcū ẽ. Cardinalis noſter: uere te & me diligit: & ẽ oſtẽſurus re. Veniet iſthuc: & ego (ſi potero) cū illo: poſtq̃ Viterbiū cõceſſerimus. Receſiſſet ſanctiſſimus dñs noſter hac ebdomada. ſꝫ me impulſore: & humiliter ſubmonente decreuit honorare hic feſtū diuę Catherinæ Senẽſis: poſt ſtatim recedemus. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Accepi tuum libellū iucundiſſimum. et tua iuſſa ſequar. Quo nihil mihi poſſit charius eſſe: q̃ omnia gratificari tibi: hoc eſt alteri mihi: quem uiſe aliquando ac ſaluta. Siquid ſupereſt temporis: niſi forte moleſtū ſit. Si cupiam tecum uiuere ſemper noli admirari: quoniã ſine te non ſum totus: q maxima es noſtri animi pars: q tu non ignoras. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Quid eſt quod nequeã te uidere! Quid quod alloqui non poſſim! Publicis ipſe ĩpedior curis reipub. obruor laboribus. Sed tu mihi uideris occupatior. Totum diem deliteſcis: nec poſſūꝫ reperire uſpiam: quem ita magno complector amore: ut nequeam ſine illo iucunde uiuere. Agerẽ tecum multis. Sed uera amicitia: ſumma beniuolentia: quam noſti: me cunctis in rebus audentem facit. Opus mihi eſt: ut tecū familiares: quos ſolemus: ac iucundos ſermones conferamus. Prodi q̃ſo in lucem: et ubi te conueniam fac q̃ primum me: ut ſciam. Expectabis: et ipſe propere ueniam. Non .n. ita me rapuit reſpub. quin totum poſſideas: qui quotidie de me potiora iura nanciſceris. Volo et uiſere patrem tuū: quem uidi hodie non ſatis firmiter ualentem. Da huic uiatori reſpõſum. Vale.

Vguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Qui me magnis quotidie cumulas beneficiis
a dulciſſime Dominice. Hoc mihi quoq; uelim nunc gratificeris. Fac ut ſciam: ut uales. Quod neſcire nimium mihi meleſtum eſt. Quæſo igitur: tes incolumis: et me trahe in penitiorem pectoris tui partem. Vale.

Vguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Oro ut quo tempore minus tibi graue ſit: ho
a die conueniamus. De te credo: de me præſtare cupio. Tum demum mihi uideor uiuere: dum tecum uiuo. Proinde noſtræ amicitiæ amplectare ſuauiſſimã cõſuetudinem: quo pretio nullū poteſt: neq; eſſe debet antiquius. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto. S.P.D. Forte fortuna Petrus noſter ad me uenit: & cum in tui mentionem uentum eſſet: Subiecit tandem pati te neſcio quid pauxillulum morbi: Id quantulumcunq; eſt: me plurimum excruciat. Ac plus fortiũ meuꝫ animum: q̃ tuum corpus uexat. Fac ſciam: ut te habes: & niſi graue eſt: iube ut ad te ſalutandū accedam: uel certe reſcribe aliquid. Nam tantillum etiam mihi erit iucundiſſimum. Vale.

Vguſtinus Dathuꝫ Dominico Biliotto. S.P.D. Cum Paulum uenientẽ exceperis: & expo
a nentem mea mandata audiens. Fac obſecro: ut illum benigne intuearis: & ſi mihi credis: & illi crede: putas me ipſum audire petentem: & remitte uolantem illum ad nos. Vale.

AVguſtinus Dath. Dominico Biliotto. S.P.D. Quod fęlix fauſtumq; ſit tibi deferre uolo: quod noſtrã domū honeſtat plurimū: & lętificat: quod tamen deſuper datuꝫ eſſe nõ ambigo. Quid multa! Heri uenit Patricius nobili uir genere: qui ruri ſe continebat: & lõge gerebat publicum munus. Heri ad multam noctem cū Franciſco Patritio locutus ſum. Hodie tranſacta res eſt. Iacobus frater uxorem accepit Gineueram Patricii filiã: cum oibus partibus: quas ſolent in matrimonio exquirere: & deſyderare homines. Habes rem totã. quanq̃ latere uolumus aliquot dies. Sed tu in omnibus rebus ſapis. Lætitiam puto eſſe ueram: & perfectam: ſi tecū cõmunis ſit. Cum reliquis nullum adhuc ſermoneꝫ facias. Cum Stephano dulciſſimo patre: & Antonia matre probiſſima: quos mihi arbitror parentum loco. Omnia confer: & bene uale ac fœliciter.

AVguſtinus Dath. Dominico Biliotto Canonico. S.D. Quale tu de equis cępiſti conſilium: tale habeo ipſe pridem deſcribendis litteris propoſitum. Sed hoc quicquid eſt ſcripto do tibi: ut ſeruem fidem. Rectius erat: ut palam mecuꝫ ageres: q̃ ut circuitione uterêris. Sed quanq̃ oneratus iniuriis ne id exercebas: quod debet ſua natura eſſe dulciſſimum: de iniuriis indico mihi perpetuum ſilentium. Sed quod magis ad rem attinet: cauebo illa: quæ uel indignandi: uel irritandi: præbere occaſionem poſſint: & illa erũt plura fortaſſe q̃ cogitas. Et id unum erit ſapere: obtemperare ſaluatori: præcipienti oculum eruti ſi ſcãdalizet. At illud memento: me putauiſſe hactenus habere amicuꝫ. Quod ſi fuiſſem errore liberatus: neq; etiaꝫ culpa ulla contigiſſet. Verum cum didiceris: quid ſit amicum eſſe: tum demum ſuperbi aut pro re tua remittere animum. Vt uero mihi gratificeris: nihil poſtulo: ut tibi conſulas: moneo. Poſtremo cura

tu.

bo:ne amplius iure repræhendar:quod ad uitam pertinet.Quod autem ad amiciciam ſpectat ero ſimilis tui:qui fuiſti quodam tempore:mei non deſinam eſſe ſimilis:qui fui ſemper. Quod ſi poſſeſſionem tanti amoris in theſauris tuis (ut ſæpe hortabar)condidiſſes:cũ noſtre alterutro actũ fuiſſet præclarius.Bona eſt penaria cella:in qua non quotidiana:ſed perpetua conduntur.Caueboinq̃ illa:quæ dedere moleſtiæ cauſam. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico.S.D. Dulciſſime amice ſalue.Difficultate itineris ſaltibus-& tripudiis-timpanorum ſonitu-agreſtiuꝫ frequentia obrutus:uel potius territus:ubi ſim neſcio. Diſceſſi te in ſalutato. Deus nouit quo animo. Sed ita oportuit.Da ueniam.In ſtabat ſumma neceſſitas. Præparatio ſolẽnitatis urgebat. Sed alia per multa ſunt-quæ faciunt me quodãmodo impotem mentis. Nunc rurſum ſuccedunt forenſes curæ: & litibus-controuerſiis-ac rabularũ clamoribus aures circunſonant.Miſerere quæſo non digna gerentis:ſed quæ animus prorſus abhorret. Vere ad laborẽ nati ſumus-nec datur uſpiam illoꝝ requies.Iſthuc dum uenio:orare cogor:huc dũ redeo orare: & ardua gerere imperantibus excelſis Dominis:quorum dicto parere neceſſe ẽ. Vbiq; apud homines plena curarum: & laborum ſunt omnia.Mihi habunde ſuppetunt. Deum quæſo:ut ſalui ad portum:quo animus aſpirat:tandem aliquando peruenire poſſimus. Ex quo futuram patriam inquirimus. Tu quęſo ſcribe ad me:& parentes tuos-tum uoce-tũ litteris ſaluta.Et in primis memor es Auguſtini tui.Et ſi qd eſt noui-fac certiorem. Vale.

AVguſtinus Dathus Senenſiũ Orator apud ſummũ Pontificẽ:Dominico Biliotto.S. Salue mi Dominice ſuauiſſime.Oro te:ut meo ſicut ſæpius dictum eſt:munere perfungaris erga optimam genitricem:& dulciſſimas meas delitias Nicolaum:quem ita cognoſco uæhementer:ut iam deſiderẽ relinquere omnia: & patriam & filiolum lepidiſſimũ repetere.Quem tanq̃ ſis Auguſtinus amplectere oſculare-contracta-ſuauia-in delitiis habe-& conforta meos: & ſaluta tuos . Et fac:ut ſciant domnos optime ualere-& ſic conſimiliter Sauinũ conſocium:quem fama erat ægrotare.Habuit febrem perdiẽ unum propter mutationẽ aeris: & nunc ita bene ualet:ut ſit nemo noſtrum ualentior.Fac ſcias:ſi parentes eius cruciantur: & certifica eum incolumiter ualere-& iucundiſſime agere:Meos.i.noſtros reuiſe-tuos ſaluta-& meam indica uoluntatem-& redeundi deſideriuꝫ.Sanctiſſimus Dominus noſter diſcedet die tertio Maii:quia me auctore ſupplicante remanet-ut honoret ſua præſentia feſtiuitatem ſanctę Catherinę Senenſis i loco ubi ſacra eius oſſa quieſcunt ad tẽplum Mineruæ: & tunc ſtatiꝫ erimus in itinere optatiſſimo-ut ſpo. Commẽdo tibi.i. mihi ipſi matreꝫ-filiolum iucundiſſimum:& uxorem & reliquos meos omnes-ac noſtros.Commenda me collegis tuis patribus optimis quos & ſancti.Domini noſtri cõmendaui: & cõmendare non deſinam. Vale.

AVug.ad multam noctẽ ſcribendo defeſſus.Dominico Biliotto.S.D.Euge lætare:hodie Senatus coactus eſt-& in eo decreta ſunt: & totius populi cõſenſu conſultata:p quæ ciuitatis ſalus-tranqllitas: & ocium cõſeruari poſſit.i. Sed adhuc proferri non poteſt.Euge exulta-& ad feſtiuitatẽ-& cantũ cõuerte animũ.Faces & tedas para lucẽtes:tibias-cytharas-fiſtulas-lyras-ſymphonias-& reliqua accerſe omnia muſicorũ genera. Hæc ſunt qbus uere nobis letandũ. Tu uero quæ ſcribis ad exultationẽ ãmirabileꝫ excitarunt:ſi mõ fortuna mihi infenſa non ſit: & tu rediens Auguſtinum tuum reperias. Habes quid noui iucundiſſimi habeamus.Sed tu archana hæc ſerua ſaltem duos dies. Vale.

AVguſt:Dath. Dominico biliotto Canonico.S.P.Cum domũ uenirẽ tuam dulciſſime Dominice:ut ſcirẽ:ſi qs abs te ꝑfectus eſſet: &id ut ad te ſcriberẽ:forte fortũa offendi:q muſtũ aduexerãt:quorũ ſuꝫ interuentu lætatus.Si plus datũ fuiſſet tẽporis quo meã potuiſſem-& aperire mentem: & deſyderium explicare.Nunq̃ tam longos ſum ꝑpeſſus dies.Viſi ſunt mihi excedere anni menſurã.Ruſticare lętus ſed interim eius memor:q te in altiſſimo corde defixit.Et quæſo fac me de tuo reditu certiorẽ: & quem ad diẽ expecteꝫ te mihi optatiſſimum.Et non graueris ſcribere ad me aliquid.Sed ſi te mihi reddideris:multo erit mihi iucundius: Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto.S.Iam putabam noſſe te:qualem te amicum: & nunc habeam:& iam pridem habuerim.Sed frequenter uideris habere obtuſiores aures An neſcis te mihi eſſe in proſperis uoluptatem-in doloribus cõſolationem:in laboribus requiem in mætore refrigerium: & ſine te acerbam & i ſuauem uitam? An neſcis quibus nunc premor malis:quibus circunueniar laboribus ? Quo confugiã ſi tu mihi deus?Quid mihi auxilii ſupereſt? An uõ deſtitutus omni ope miſerã uitã agam? Superioribus litteris narrare tibi uolui mea incomoda: & te partem audiẽdo ſuſcipere ut meam leuares ſũmã ægritudinem.Sed omnia accipiam in meliorem partem. Vult credo experiri fortuna patientiam: & conſtantiam meam.Deum quęſo:ne ſuccumbã.Nam onus graue ſubſtineo: & meis impar uiribus. Te aũt oro:ne deſeras eum:quem deſertũ mõ intueris:ſed ꝓrſum miſerũ.Si tu deſeris:i quo uno ſpes mihi oĩs ſita ẽ.Dolenti:lachrymanti illi tuo quẽ iucundiſſimum ſoles Auguſtinum uocare. Vale.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico.S.Suauiſſime amice poſt optatam ſalutem.Iam tedet tui me longi ſilẽtii & quid agas:neſcio.Quid de te iam diu? Vbi lates? An neſcis q̃ te moleſte caream? Quã ſit gratis tam longa mora? Ego uero te non obliuiſcor:adeo:ut niſi te experiar: & inueniã oĩo eundem:dulces litteras ad querelas ſim coũerſurus.Expecto cupidiſſime tuas litteras: & has ego miſiſſem lõgiores:niſi publica epiſtola ideſt liber pre longitudine impediſſet me.A Pontifice uix poſſum diſcedere: & a Reuerendiſſimis dominis:qui una ſectantur illum.quorum ſum ego aſſiduus aſſecla: & coactus ſectari uitæ genus:quod ſemper abhorrui.Cupio non habere amplius hanc patientiam & uos reuiſere.Ad id do operam.Præterea ſi uelles uenire huc:quod mihi uidetur:mittam pro te & ſocũ: & equum.Et tanto uidetur magis:quia Cardinalis noſter cito debet iſthuc uenire: & eum poterimus aſſociare: & tu maxime:quæ erit magna reuerentia.Et ſi ita facere uolueris.ſcribe.Et ego faciã certiorem:quando cardinalis ipſe uenturus ſit:qui nondum diẽ conſtituit.Hic te oſtendit plurimũ diligere.Amplexa te Nicolaum meũ dulciſſimũ & meos ſaluta omnes:ideſt noſtros tuos & meos multis uerbis.Saluta quos cenſes meo nomine ſalutandos. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Pluribus iãpridem coniecturis:per ſpicuis argumentis:quantus tuus ſit erga me amor:facile intellexi.Tuam præcipuam beniuolentiã:ſummã charitate: liq̃do:ac plane cognoui.Quã me uti ſis familiariter plurimũ ſcire deſydero.Itaq; mihi rem gratiſſimã feceris:ſi omnibus in rebus mea opera utaris.Qui maiore auctoritate polleant:certe multos poteris inuenire:at qui me uel ſtudio uel fide antecellat.profecto reperies neminem.Proinde quæcunq; tibi aut uoluptati:aut honori:aut deniq; emolumento futura ſunt:ea a me fiducia petas uelim:quæ eos amicos decet:qui tum uetere:tum etiã coniunctiſſima amicitia iuncti ſunt.Quod ſi mihi gratificabere:magnũ abſte beneficium accepiſſe iudicauero. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.Dolorem meum tuæ litteræ lenierunt.Aduentus cõmunis amici uoluptatem maximã attulit.Tibi ob eam cauſam gratias q̃ maximas ago:ac tuã optimam iſtam erga me uoluntatem grauiſſimã habeo.Amicorum genera multa eſſe non dubito.Sed ii demum ueri amici exiſtimandi ſunt:qui tã abſentes:q̃ præſentes iidẽ ſemper exiſtunt.In cunctis uero humanis poſſeſſionibus una oĩum amicitia iucundiſſima ẽ:quæ & res ſecũdas iucũdiores facit: & aduerſas tollerabiles reddit.Tu fac ut me uehementer diligas:ubiq; ſuadeas eſſe te mihi quidẽ chariſſimũ:Chariorẽ fore:ſi frequentes ad me litteras dederis. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſienſi.S.Cum apud me ſępius iter faceres: & ad uillam noſtrã uoluptatis gratia diuerteres:mecũ ante alios iucũde:ac familiariter loquebaris:Me uno tu fratre & amico omniũ primo uidebare.Nunc uero q̃d cauſę ſit prorſus ignoro.Nec enim nos uiſis:quæ tua conſuetudo erat:nec audis:nec alloqueris:ac penitus ueterẽ ſentẽtiã uertiſti.Magna (ut arbitror) reprehenſione dignus es:cũ ſit tibi exploratũ eã uerã amicitiã exiſtimari oportere:q̃ a primis ãnis cępta creuit ĩdies:nec ul' calamitate ulla:uel fortũæ uarietate mutaſ:ac ſumma ĩ amicos beniuolẽtia eẽ debet.Nec ulla in te deeſſe amico q̃ſquã ſine culpa poteſt.Siq̃dẽ oĩa amicoꝝ iura eo tendunt:ut non alia amici:q̃ ſui ipſius habenda ſit ratio.Igitur ſi uerã adipiſci laudẽ cupis:da operã ut ab amicitiæ legibus non diſcedas. Vale

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D.Petrum Geometram uirũ probũ: & noſtri amantiſſimum ob uirtutem atq; humanitatẽ eius: iam pridẽ uehementer amaui.Laudati mores eius:bene inſtituta uita:comis affabilitas:optima conſuetudo cogit:ut ſumma illũ beniuolentia: & charitate proſequar.Hoc uno morum facilitate pręſtantiorem cognoui neminem.Cum pręcipua ſit eius uiri modeſtia: & ſingularis dignitas.Cõmẽdo eum tibi diligenter:& omnibus in rebus:ita eum tractes oro:ut uere illi mea cõmendatio plurimum profuiſſe uideatur.Hoc profecto tẽpore potes efficere gratius:aut iucũdius nihil. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Cum remittendi animi gratia Bononiam proficiſcerer:redditæ ſunt mihi in ipſo itinere tuæ literæ.Amiciſſimi hominis iucundiſſimas litteras ſumma cum uoluptate legi.Quod ſi amicorum (ut greci dicũt) omnia ſunt cõmunia:ratio ipſa poſtulat:ut Petrum:quem mihi tantopere cõmendas:cõmuni ſtudio:atq; amore cõplectamur.Nam ſi uirtus ad amorẽ impellit:ſi ꝓbitas ad beniuolentiam allicit:quis eſt:quẽ nos aut diligere magis:aut amare etiam oporteat? Præclara eius uiri laus:multarum rerũ eruditio:ſpectata doctrina:explorata integritas:faciliimi mores:oĩum bonorum amore digniſſimi ſunt.Suſcipiã igitur illum:& in ſinum ad mittam:ac deniq; omni ſtudio & cura efficiã:ut itelligat ſe apud nos: & pp uirtutẽ ſuã:& ob tuã cõmemorationẽ:ĩprimis gratioſum eſſe:ac me paratiorẽ ad beneficiũ conferendum:q̃ illũ ad recipiendũ inuenies. Vale.

Aurẽtius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D.Quã ſoleã iſcribẽdis litteris diligẽs eẽ:quã cu
l rã in tuis doloribus leniendis:ac ĩ ſedãdis animi tui perturbationibus adhibere cõſueuerim (ut arbitror) non ignoras.Id eſt.n.uerę amicitię munus ut & conſolari amicus aduerſis in

tui.

rebus: & iuuare conſilio debeamus. Eram forte fortuna eo in loco: quas ualles uocant. En mihi nuncius allatus eſt Petrum Ruſſium philoſophũ inſignem & noſtra memoria Theologorum principem obiiſſe diem. Perculſit ea res animũ: & me ipſum quoq; ſumma egritudine ac dolore affecit. Sciebam quippe illum eſſe: quod noſtri ſeculi doctrinæ decus quas tuas delitias: quod ſcientiæ flumen: merito appellare liceret. Præ dolore ipſe quo me uerterem neſciebã: unde ad te ſcribendi initium peterem prorſus ignarus. Et .n. qui alterius leuare ægritudinem aut ſedare mærorẽ concupiſcit: ipſum imprimis uacare omni perturbatione neceſſe eſt. Itaq; ego qui in miꝝ modum animi cruciarer: qui angerer extinctum eſſe immatura ætate uirum magnis laudibus preſtantem ſcribere diutius ſum cunctatus. Da quæſo ueniam: nec aut negligentiæ aut culpæ ſed dolori: & ſollicitudini tribue. Qum uero alus paulũ ſe collegerit: & ſcribã ſepius: & dabo longiores litteras. Vale.

AVguſt. Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Quas dediſti nuper ad me litteras: fuere mihi gratæ admodum & afflicto animo ac dolenti optimi uiri interitũ plurimum conſolationis attulerunt. Quem modo uirum amiſimus: non modo iis: quos humaniſſime erudierat: ſ; uniuerſę quoq; ciuitati: ſummis qbuſq; & clariſſimis uiris antiquus erat. Quas in eius funere ciues fuderunt: certe fuerũt ueræ lacrymæ: & ab intimis præcordiis abſq; dubitatione profectæ. Quãquã deplorare illius mortem: nihil aliud eſſe uideatur: q̃ maxime eius uiri inuidere fęlicitati; quam moriendo illum aſſecutum putamus. Nam ſi bene iuſte ſapienter ac moderate uiuentibus poſt mortem cęlum patere arbitramur. Quem uidimus iam pridẽ: quẽ audiuimus: cui aditum faciliorem: atq; expeditiorem patuiſſe credamus q̃ ei qui omnia ſemp humana contempſit: uoluptatem aſpernatus ẽ: turpitudinem abiecit uirtutem coluit ſapientiam & probitatem rebus omnibus antepoſuit? Proinde ne inuidi magis q̃ amantis officio fungar: deſinã iam deflere eius obitum & te ac cæteros oẽs cupidiſſimos bonarum artium obſecrabo: ut cunctis uiribus: & maximis ſtudiis eiuſdem uiri ueſtigia conſectentur. Fallax eſt fortuna: Vita hominis breuis. Quare uirtutem: & ſapientiã amplectamur: quæ ſola beatos facit. Et quod nobis datur æui conteramus omne in magnis ac præclaris exercitationibus. Quas uulgus opinatur: falſæ delitiæ ſunt: nec uere uoluptates. Itaq; labora: ut id bonũ adipiſcaris: quod partũ & æternum ẽ: & ſolidã atq; integrã uoluptatẽ affert. Nec tñ itermittas ad me ſcribere: cui tuę litterę dulciores ſunt ſup mel & fauũ. Vale.

LAurentius Pariſiẽſis Auguſtino Datho. S.P.D. Hodie circiter decimã diei horam: puer cum tuis litteris ad me uenit: ſimul & donum q̃ pulcherimum detulit: & tuam bonam ualitudinẽ ſignificauit. Pergratę mihi litteræ extiterunt. Longe gratius prẹclarũ munus q̃ gratiſſimum te incolumen eſſe. Id enim uel maximum amicorũ officiũ eſt: ut ſollicidi alterutrum ſint de ſua ualitudine: & mutuo ſe p crebras litteras alloquanẽ. Varia nãq; apud ſapientes uiros ac multiplex de amicitia ſentẽtia eſt. Sed ea utiq; lõge melior ac multo preſtantior: quæ præcipit non minorẽ de amici cõmodis: q̃ de propriis rationibus curam ſuſcipi oportere. Quod cum in te eſſe perſpiciam: non dubito te ex omni numero: unũ lõge primũ ac multo omni laude præſtantiſſimũ appellare. Viciſſim facio te de noſtra ſoſpitate certiorẽ. Sed tñ ſcias plenã nobis te lętitiam allaturum: ſi uel ſępius tuæ nobis reddẽtur ſuauiſſimę litterę uel q̃ primũ te præſentes intueamur. Quod ſi curabis: pq̃ magnum a te beneficium accepiſſe putabo. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſiẽſi. S.P.D. Cum iamdiu abſueris cupio tãdẽ aliquãdo ad nos redeas: ut uetere ac ſuauiſſima conſuetudine coram uti poſſimus. Satis iam ſatis te oblectaſti ruri. Reliquum ẽ: ut urbem repetas: & rurſum paleſtram noſtrã concelebres: quę longo iam interuallo intermiſſa ẽ. Cupio tecum multis de rebus confabulari quæ præſentes magis: q̃ abſentes deceant. Sed ne me tibi ſub iratum putes: qua uğ ruſticando iniuriam facis: accipe quod nup allatum noui eſt. Nam ex gallia duo heri profecti: retulerunt eodẽ die: hinc a uenatoribus elephantum iuxta Pyreneos montes: illinc a piſcatoribus in Rodano flumio ingẽtis magnitudinis Delphinum tractu retis: tractum. Quod utrunq; & ſi raro cõtingere conſueuerit: tñ eiuſdẽ diei ſors inſtar miraculi habet. Hoc uolui te ignorare: cui pręcipue curæ ẽ: eiuſmodi prodigia ac portenta coniicere. Vale.

LAurentius Pariſienſis Aug. Datho. S.P.D. Multæ ſunt ac uariæ hoĩum nationes: diſpares gẽtiũ ritus: reꝝ p uarietate regionũ ſũma diuerſitas: nõ eadẽ oĩum uel ſtudia ſũt uel ingenia. Sed hęc in pleriſq; diſſimilia eẽ noſcunẽ. Apud Italos qdẽ inſolẽs ẽ Delphinũ aut Elephantũ cernere: quod utrunq; animal pſępe Gallis cõſpectũ nullaſ prorſus ãmiratiõe parit. Nã & uaſtũ iuxta eaſ orã mare: & lauſſima nemora ac frequẽtes ſaltus magnãq̃dã id genus aialium ſuppeditãt copiã. Proide: ne qd pertimeſcas aduerſi ob ea: q̃ nup tibi ſignificata ſũt. Pauca pſcripſi: q̃ tibi gaudio: & uoluptati futura eẽ cõfido. Sſ & fructui quoq; & utilitati eẽ poſſunt. Siqdẽ metũ auferũt: quã gratiſſimã ptrubationẽ eẽ cõſtat. Sed hae de re ſatis. Supeſt ut itelligas p noſtras litteras: qd ipſe agã. Solus ſum atq; ocioſus: nunq̃ tñ nec minus ocioſus nec minus ſolus. Careo amicoꝝ cõuictu. Sed ueteres amici nõ deſunt libri ſcribo ſep aliqd. Meditor mẽte & cogitatione cõplector. Siqd ab ea exercitatione daẽ tẽporis: luſtro iterdũ agros: & uirẽtes colles. Daẽ nõ nulla iterdũ uenationi iopa. Si unus ad ſis uita ſit noſtra iocũdiſſima. Vale.

AVguſt. Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Qui magno antehac dolore afficiebar: nunc acceptis litteris tuis ſumma cõtra ſuꝫ affectus uoluptate. Verebar: ne ob longiorem abſentiam eius oblitus eſſes: ĩ cuius animo ac penitiſſimo corde defixus es. Nam cum tuis litteris tum optata cõſuetudie tua ita delector: ut tum demũ: mihi uidear beate uiuere: dũ tecum uiuo ac tum propter mutuaꝫ beniuolẽtiam: tum propter ſingularem modeſtiã tuam ac probitatem: cœpi iampridem te nõ amare ſolũ: uerũ etiã obſeruaſ. Tu quæſo ne patiaris te in amore uinci: ſed redde potius optimi amoris uicem. Vale

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Cum omnes magno cõplectar amore: qui litterarum ſtudiis dediti ſunt: tum eos & beniuolentia: & obſeruantia proſequor qui ſe ad uirtutis exercitationem accõmodant. Hi. n. ut mihi quidẽ uidetur: & digni ampliſſimis laudibus: & beati exiſtimandi ſunt amplexi id bonum: quod cœteris rebus facillime antecellit. Marcus Cato uir magna auctoritate: & præcipuo bonarum artiũ ſtudio: eos laudare cõſueuit: quoꝝ perſpecta uirtus eſſet: & ſumma rerum cognitio ac multis in rebus excogitata ſolertia. Nec iniuria. Quid. n. his rebus uel dici maius poteſt: uel pſtabilius cogitari? Summæ nanq prudentię uiri: & exquiſitæ doctrinæ Philoſophi: ea ſemper ſectati ſunt: quorũ certa foret ſtabiliſq poſſeſſio. Illa contẽpſerunt: & habuere pro nihilo: quę quaſi ludibria quędam fortunæ modo huc modo illuc trãſferuntur. Tu igitur ſi uir prędarus ingenio ſi probatis moribus ſi excelſi animi haberi uelis cura: ut maximorũ philoſophorum ſequaris conſuetudinem: & uulgi: atq imperitæ multitudinis errorem aſperneris. Feceris rem mihi gratam: tibi ipſi ſalutarem. Vale

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Cum tuis non inuitus iampridẽ paruerim cõſiliis: nequaq̃ monito opus eſt ſed opus facto potius. Quid agam: tu ipſe noſti. Dies laboro & noctes. Nulla pars temporis mihi elabitur. Tuam uocem diuinum quodãmodo oraculum puto eſſe. Sponte currentem incitas. Itaq iam monere deſine: faue potius: & optatum auxilium præbe. Nempe meo conſilio tua opera: tuis inſtitutis: opus eſt ad eam rem: quã paro. Plurimum admirationis tuæ mihi litterę attulerunt. Quippe quæ abalienationem quandam animi tui a me ſignificare uidentur. Verumtamen tantũ apud me ponderis tua habet uoluntas: ut quæcunq agas ad optimam partem referam. Satis repræhenſionis allatum eſt: ſed parũ utilitatis affert repræhenſio ſi iuſta non ſit. Magnus es & amicus & arbiter. Quicquid uel uituperationis uel laudis adhibueris: ęquo animo ferã accipiamq. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Quoniam te ex omni numero amicoꝝ & fidum imprimis & uerum expertus ſum: ſed & acrem & iuſtiſſimum nihil eſt quod tecuꝫ non libenter impartiar. Noui te eo ſtudio ac natura prędituũ: eo inſuper ingenio natum: ut amicis prodeſſe: omnibus opitulari uelis: & non ſolum conſilio: ſed etiam re: atq opa iuuare: cum tẽpus poſtulat. Sed de tuis laudibus difficile dictũ eſt. Illud nolo pręterire ſilentio: maxime raro reperiri hominẽ: qui alteri: q̃ ſibi prodeſſe malit. At tu ad modũ admirabilis es: qui maiorem in conferendo beneficio. q̃ in eodẽ accipiendo percipias uoluptatem. Eaꝫ igitur ob cauſam: ita te omnes uel diligunt uel admirantur: ut & auctoritate: & gratia merito omnibus antecellas. Quid multa? Et uirtute tuis ęqualibus præſtas: & multaruꝫ rerum laude ita polles: ut maioribus natu comparandus eſſe uidearis. Cępi conſilium: atq ita in animo ẽ: in ſiciliam tranſmittere: quo Hiſpanienſium claſſis nuper aduecta ẽ ſi eſt: quod ĩ ea inſula aut tibi aut tuorum cuiq̃ poſſim conducere: tuus ſit explorare labor. Meũ officiũ parere tuis iuſſibus. Igitur ad me q̃ primum reſcribe optantem expectantemq magno deſyderio tuas litteras. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Qui quondam apud ueteres geſtaꝝ rerum gloria claruerunt: idcirco in ſuis rebus publicis maximam ſunt auctoritatem: & gratiam aſſecuti: q eorum uires oẽs: omnis intentio nihil ſpectabat aliud: niſi ciuitatis ſalutem ac dignitatem. Omnis homines decet cõmuni ſaluti: atq utilitati conſulere. Id uir: & mulier clara: pari ratione efficere contendat. Sed illi ante alios qui magno ingenio & elato ſunt: quos non ſibi ſolum ſed patriæ: atq amicis natos eſſe conſtat. Nam iuuare hominẽ præclarę exercitationes: & laudandũ opus ẽ. Sed hęc tibi explorata: & diligẽter cõperta ſunt. At operæpreciũ ẽ: ĩprimis omni ſtudio curare: ut laudẽ aſſequamur. Ea ſine uirtute cõparari nõ poteſt. Eſt. n. laus (ut philoſophi tradũt) uirtutis pręmiũ. Vt eã adipiſcaris: cunctis uiribus effice ac labora. Vale

AVguſt. Dath. Laurentio Pariſienſi. S.P.D. Credo nouiſſe te quãti tẽpus facere debeamus. Oĩa. n. aliena cętera ſunt: tẽpus tantũ noſtrũ ẽ. Si igiẽ me amas: ſi tuã ſalutẽ cõcupiſcis: fac ut tẽpore fruaris: nec ullã ptem eius amittas inauem. Rudes & ĩpiti hoĩes: gregibus: atq armẽtis fruũẽ. At nos tẽpore frui debemus: q̃ oium rerũ precioſiſſima merx ẽ. Huius rei ſi habueris rõem: lõge maiorẽ ẽt q̃ pecunię: præteferes ſummã ſapientiam & grauitatem. Vale.

Aurentius Pariſienſis Augſt. Datho. S. Tria ſunt amice iocũdiſſime: quoꝝ ĩprimis habẽda ratio ẽ. Honeſtas uita fama: at maior honeſtatis: prime uero nominis: cui uel uita ipſa poſt habẽdaeẽ. Quæ cum ipſe mecũ mente cõplector: in animo ẽ: mortẽ oppetere potius: q̃ uel honeſtatẽ uel famã amittere: uiuere uel turpiter... tiui.

ſtatis iura uiolare-uel famæ decus polluere. Certũ eſt mortes turpitudini anteponere: & uirtute tuenda: etiã uitam ipſam: & ſanguinem profundere. Ego uero eo te amore ꝓſequor: ut dum ſaluus ſis: ul tam contẽnere nõ dubitẽ. Sed tu amicus cũ ſis: noli indigne ferre: ſi uirtutem & nomẽ: cęteris rebus oĩbus præferam. De me benemeritus es inumera mihi beneficia contuliſti: ea in intimo animo ſcripta ſunt atq; ob eam cauſam: æque mihi-ac filio & charus-& ob ſeruandus eris. I eq; haud ſecus-atq; patrem-tum diligam-tum etiam uerebor. Vale

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi. S.D. Accępi longiores nup tuas litteras. Fuere illę mihi gaudio. Nam erã hoc tẽpore multis de cauſis triſtior: & me multorũ iniuſtæ inſectationes ęgriorem reddebant. Alii dant mihi uitio lenitatẽ: & miſericordias: paucilaudi dant: quod calamitoſis: & miſeris faueam ciuibus. Nonnulli dant crimini: quod opem iis prębeam: quos cuniculos ad ęrarium egiſſe tradũt. Ipſe qd agam neſcio. Si defendo per uim oppreſſos: odia multorũ incurro. Si iniuriam non propulſem uideo me iuſta bonoꝝ reprahenſione: carere non poſſe. Qui igitur ubi ſemper fuerim ob ſecutus: q tuis uolũtatibus ubiq; obtẽperauerim: magnũ mihi pręſtiteris beneficiũ: ſi quod hac de re ſentias ſcripſeris ad me. Tuã expecto ſententiã: tuum magnifacio iudicium. Cęteri qd ſentiant: haud mihi curæ eſt: cũ partim odiot atq; inuidia-partim rerũ ignoratiõe afficiantur. Sed ex eo numero uix milleſimus qſq; qd in quaq; re uerũ ſit perſpicit. Nam pleriq; famã conſectantur. Quotus quiſq; ueritatis ſtudioſus eſt? Tu ſi tuaſ ſententiam explicaueris: perq̃ gratam mihi rem feceris. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Quæ ſit humanarum rerũ conditio: minime tibi obſcurum eſt. Qua lege nati ſimus nemini latet. Et alias quidem lętamur alias dolemus. Alias uoluptate diffluimus: alias curas & angore premimur. Amicorũ conſuetudine: & cõſpectu cõplures dies oblectaui me: nũc abeũtibus magnã percipio ex abitione moleſtiam. Et hic quidẽ Florẽtiam petiit: ille Bononiã profectus eſt. Alius ſe ad caſtra contulit ſolus ſum: & ob eam cauſam: uęhementer anxius: & de amicorum abſentia ualde ſollicitus. Nam iam longa ætate prouectus: & octo iam & .xx. aut eo amplius annos natus ſolus eſſe nequeo: ſed nunc potiſſimum uerſari inter amicorũ cętus cupio. Laboraui in eloquentię ſtudiis: nũc in alias ſteriles quodãmõ exercitationes: ꝑdiu operã cõfero. Dedi rebus leuioribus opam. Reliq̃ ętatẽ grauioribus in ſtudiis cõſumeſ certũ eſt. Sed de tuo hortatu I Philoſophiæ ſtudia relictis oĩbus acriter incumbam: & tuam ſententiam conſectabor. Vale.

AVguſt. Dathus Laurentio Pariſienſi. S.D. Teneo memoria multa: quæ mihi pridẽ pollicitus es. Tu uero an earundem rerum memoriam teneas: neſcio. Sed nolo te aut mei capiat obliuio-aut eorum quoq;: quæ & grata mihi: & utilia eſſe poſſint. Quid te iã diu in urbe contines? Ego cur me tan diu ruri teneam: ſi interrogabis: afferam per alias litteras reſponſum. Illud breui perſtringam: me pręter cęteros ciues: ruſticis oblectamentis delectari: ut uix urbanus iam haberi debeam. At tu contra ita urbanus factus es: ut pręcęteris tuis ęqualibus-ãbitioni: & honoribus publicis deditus eſſe uidearis: plus forſan q̃ par ẽ eum: qui uirtutẽ præ cæteris rebus: & ſapientiam profiteri debeat. Atqui cum ſis facili natus ingenio: & ab ineũte ętate: humaniſſimis moribus: ſpo mea conſilia non aſpnaberis: ſed uere amantis auſcultabis ſentẽtiæ. Quod ut facias: te etiam atq; etiam oro. Vale.

AVguſtinus Dath. Laurẽtio Pariſiẽſi .S.D. Qui uales igenii acumine: q polles memorię bono: ſi laboraſ ꝑ texeris: crede mihi clarebis pręcipuis laudibus-ac florebis pręſtandi gloria ſiqua mihi apud te ẽ fides: oĩa relinques: ut ſolam ſapiẽtiam aſſequaris. Quod ſi tibi ꝑcipiẽdę cũ amica uoluptatis cupiditas ẽ: recordare ſupiora tẽpora: & odio habebis amicã: amicã qdẽ nomine: ſed re ipſa acrẽ inimicã-mẽtis-ac rationis. Veniant i mentes aliorũ exẽpla: & unq; te amorũ pigebit. Pręſtas alios nobilitate generis: pręſtas multis ingenii bonitate. Fac ut uirtute & doctrina reliquos antecęllas. Amplexare animi bona. In qbus ſolis repiri poteſt uera fœlicitas. Vt ſtudiis incũbas: te hortor. Vt amores ſequaris maxime dehortor: Vt cũ ſapiẽtibus uerſeris: ſuadeo: ut cum flagitioſis uiuas: & cũ ſcortis conuiueris prorſum diſſuadeo. Hęc igitur te oro: tu fac ut etiam exorem. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho. S.P.D. Quanq̃ multis & grauiſſimis ĩpedior laborib9: tñ ꝑ ingẽn amore erga te meo: nequeo me cõtinere: qn ad te ſcribã. Diligebã te pridẽ ob tuã rectã uiuendi rõem: nunc aũt tua explorata doctrina obſeruo te inſuper: atq; ãmiror. Quãuis in ſũmo te haberẽ precio: ſed nũc ita magnifacio: ut nõ ſolus te amico: ſed ẽt fratre-ac ſocio rerũ oĩum utar: & (ut uere dicã) pręſtãtiſſimo ꝑceptore. Nõ mõ charus es: uerũ ẽt mihi pincũdus. Nõ tantũ diuitiãs meas & facultates: ſed uitã quoq; ipſam in tua habes poteſtate. Ac deniq; tã mea oĩa: q̃ quę penes te ſunt: ꝑ tuo arbitrio-uel tueri potes-uel ẽt ꝓfligare. Quę mea mens ſit: tu te noſti. Q uã ex intimo corde tibi afficiar: egomet nõ adeo certus ſuꝫ q̃ tu ipſe cõiectare potuiſti. Nam ex quo tempore mihi tecũ cõſuetudo ẽ: nullũ cõſiliũ: nullũ quod ad me attinet opus te latuit. Nihil. n. te liberalius eſt: ut tecũ mea oĩa merito oporteat eſſe cõmunia. Sed quæ meę partes ſunt: eas nunq̃ deſerã. Tu quoq; tuo officio fungere. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio Pariſienſi.S.D. Quantum hactenus conijcere ipſe potui: cauiſti improborum conſuetudinẽ. Quæ ſuaſerim: ea omnia recte (ut arbitror) memi niſti. Nec te pœniteat noſtris cõſilijs ac monitis paruiſſe. Qđ ſi pturbatione ac dolore uacabis: tum exiſtimabo uere te ſapientẽ eſſe. Sed plane: quæ de hac re tradi poſſint: ex eo intelliges: cum dedi ad te litteras. Qui: niſi rem omnẽ ordine referat: animaduertas in illum grauiter. At fidus tabellarius eſſe conſueuit. Tu uelim eidem ad me des litteras: non unas: nec breuis: ſed plures ac longiores. Quid te facere cupiam: nõ es neſcius. Sed de eodẽ tabellario oia fu- ſius noſſe poteris. Conare pro uiribus: ut uenias: quod ſi cunctaberis: reperies ſubiratum. Ego ſi tibi omnibus in rebus morem gero: tu noli moroſus eſſe: ſed te comem & affabilem præſta. Sed ueni: ut cętera corã percipias. Nequeo.n.longã rerũ hiſtoriã breuibus litteris conſequi. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D. Cum antehac metuerim ab improbis inſectatoribus & mihi & meis omnibus graue periculum: nũc tandẽ poſui metũ oẽm: ieũ uictor & optati uoti compos euaſerim: ac ſpero fore q̃primũ: ut qui nocere conati ſunt: luant pœnã. Nunc arbitror ueniſſe eam diem: in qua dimidiati tẽporis dimidium in Rei publicæ utilitate paranda dimidiũ (ſicut antea conſueuerã) in defendendis amicorum cauſis cõ uiuere poſſim. Video iuſtis calamitatibus preſſos eos pene omnis: q nõ ſolũ moliendis iniurijs interfuerunt: ſed etiã præfuerũt. Itaq; mihi gaudeo: tibi ac cęteris amicis gratulor: & ſimul tam optati boni auctoribus & habeo: & ago ingẽtes gratias. Quas & referã: ſi quando fuerit oblata facul tas. Exiſtimo hodierna die magnis me donatum muneribus: ut ſi quãdo me beatũ putauerim: nunc id tempus præcipue ſit: in quo me perbeatum eſſe conſtituã. Allocutus ſum remotis arbitris uirum ſapientiſſimũ: & magnis uirtutibus prædictum iis de rebus: quas ad me nuper p tuas litteras ſcripſiſti. Quid ſit capiendũ conſilij: cum dabitur redeundi poteſtas: coram aperiam: & quæ ad rem comparandam neceſſaria ſunt: optima ratione conſtituam. Nunc uero fac: ut bene ualeas: & te incolumẽ repetiam. Vale.

AVguſt. Dathus Laurentio pariſienſi.S.D. Nihil minus iucũdũ mihi eſſe põt: q̃ te aduerſa ualitudine laborare. Cõplures iam te dies nec te p more audire: nec alloqui datũ eſt. Cordi tibi eſſe ſolet: uarios mecũ miſcere ſermones. Ego quoq; (ut noſti) tantis perlætus ſum: dũ tecũ uiuo. Quippe q mihi & charus ſis: & præ cęteris iucũdus. Delectãt me Philoſophorũ diſputationes: ſed nõ minus oblecto ipſe me amicorũ alloquijs. Qui multa ſæpe aduerſa facile & æquo animo paſſus ſum. Tuam tamẽ abſentiam grauiter & acerbe fero. Conſuetudo aliorũ quidẽ mihi moleſta eſt: tua uero iucundiſſima. Si me adis: magnã ſimul uoluptatẽ affers. Cæterorũ aduentũ doleo: petitude atq; eorũ: q meis cogitationibus & conſilijs impedimẽto ſunt. Coiuimus indiſſolubilẽ ſocietatẽ: & uerã amicitiam contraximus. Mille amicorũ nõ tam placeat: q̃ tu ſolus charus es: quẽ uere habeo ex omni numero omniũ primũ. Etiã ſi qcqd poſſideo uſmũ eripiat: etiam ſi interdicatur mihi aqua & igni: te unũ amare certũ eſt: q̃ diu licebit: ac noſtrã amicitiam nihil diſſoluere poterit: niſi mors. Vale.

AVg. Dathus Laurẽtio Pariſienſi.S.P.D. Cum mecum ipſe accuratius multa cõſidero ac mẽte uoluto: maximã intueor humanæ uitæ breuitatẽ. Quondã ferunt multa centum & uiginti ãnos uictitaſſe. Nũc aũt quotus quiſq; octogeſimũ: aut quintum: & octogeſimum ad ſummũ attingit ãnum. Olim uix nonagenarij ſenes eſſe uidebãtur: at nũc uel duo detrigeſimũ: aut undetrigeſimũ ãnum agẽs ſeneſcit: & prouectus ętate iudicatur: ut ita dixerim. Quod autem deterius ẽ: indies labit noſtra fragilitas. Fuere nõnulli: qui priſcis ſęculis centum ãnorũ ætatẽ exceſſerũt. Tu confeſtim decurſo ſex & quadraginta ãnorum ſpatio ſenex proculdubio uidebere. Itaq; cũ Theophraſto Peripatetico nõ poſſum quin doleam exiguũ humanę uitæ tẽpus. Proinde nihil eſt iucũditati loci. Nõ eſſe ſegnitiæ locus debet: ſed maiorẽ in modũ laborare debemus: & maximo opere bonis exercitationibus incumbere. Idq; efficere conať: q ſapiẽs imprimis & eruditus ẽ. Sed qd te multis moror! Mortales oẽs una & eadẽ lege nati ſunt. Reges ſerui inopes opulẽti ſapiẽtes ſtulti: qui magiſtratus gerũt: priuati ſenes cum iunioribus puſilli cum maioribus. Nos igiť: ne fruſtra cõteramus: quod dať ęui omni ſtudio atq; induſtria curare debemus. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio pariſienſi.S.D. Hodie iter faciebã: ut ad p̃ximam uillã me cõferrẽ: atq; inter eundũ datus ẽ mihi obuiã Petrus noſter: in quẽ maximus ẽ utriuſq; noſtrum amor: quiq; ambobus nobis apprime charus ẽ. Nec me Reipublicę: nec aliarũ occupationum deterruit labor: quin longiuſculum iter ſimul conficeremus. Sed quoniã ei quidã tranſflumen Arbiam pręſtolabantur: eum diſcedere a me paſſus ſum. Impertiui cum illo prius quæcunq; arcana & ſecretiora conſilia. Præſertim uero iis de rebus: quę nũc nobis uſu uenerunt in hac temporum uarietate. Aſſentitur ille quidem pleriſq; rebus: quas ſimul commentati ſumus. Atq; ipſe omnium primus abhorret: quæ uulgus ſane imprudẽter & inſcite uſurpat. Verũtamen aduesperaſcit: & me dies deficiat: ſi epiſtolæ anguſtiis habitos ultro citroq; ſermones complecti uelim. Eos omnis coram dabitur propediem explicare (ni fallor) cras in ſuburbanum concedam. Poſtridie te uiſam: atq; amplexabor. Vale.

AVguſtinus Dath. Laurentio Pariſienſi .S.D. Quinq; ſunt: quæ tibi difuſæ & plene meo nomine explicaturus eſt cõmunis amicus. Primũ de Reipub. ſtatu: deinde de exercitus inſtructione: tum de inito nouo conſilio: præterea de contracta ſocietate: poſtremo de tuarum rerum conditione. Quorum tria potiſſimũ quæſo diligenter facias: ut percipias. Primũ quidẽ de Republica: Secundũ aũt de noui cõſilii ratione: Tertium uero: quod po ſtremum diximus. Ea nolo ſcriptis prodere: ſed in illa manda memoriæ: & quid agendũ ſit: cogita: ac uide: ne te ſpes fallat. Miſſum fac hominẽ improbum: & ei noli fidem adhibere: qui non modo ti bi: ſed ne ſibi ipſi quidẽ fidus ẽ. Tenes illius ingeniũ. Quę ſcribis laudo: ꝓbo: magnifacio: ſed illius perfidi ueteratoris/ conſilia turpia/ flagitioſa/ fœda ſunt. Non enim incõmoda ſunt: quæ ſtulti & tar- di homines cogitant: ſed quæ facinoroſi & nocentes uiri moliuntur/ parricidæ/ ſicarii/ teſtamentarii: & reliqui id genus homines quotquot ad nocendũ nati uidentur. Ad hæc mala accedit fortunæ uarietas: quæ ſæpe malos euehit: probos deprimit. Sed tua ſapientia & uirtute confido. Ti bi enim & conſilia mea oĩa credidi: & grandem uim pecuniarũ: quo nihil ſtulto & incerto uulgo ho- minũ uidetur expetibilius. Cætera coram. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho .S.P.D. Non decet minorẽ natu maiori natu conſilium dare. Sed tuæ litteræ: quæ mea eſt ſumma iucunditas: fiduciam/ ſimul & cau- ſam ſcribendi attulerunt. Increbuit apud me non nullorum perfidia/ & nefaria molitio: quæ te forſan præterit: Sed nolo ut te diutius lateat. Quos credis tuos eſſe/ non ſunt ue ri amici: ſed in eorũ lingua mel ſitum eſt: in corde uenena deliteſcunt. Nolo ꝑ litteras fu ſius explicare. Reliquum ẽ: ut redeas: ſi uis ſcire rem ordine. Quod rumoribus fert: & cõmunis homi num fama uulgauit: quod uel nunciis/ uel multorũ litteris accepiſti: me a prima origine referente co- gnoſces. Quid aũt de hiſce rebus ſentiam: perſpicue/ ac liquido intelliges tu unus ex omni numero: q cũ mea oĩa uolui ſemꝑ eſſe cõmunia. Si qd clam te factũ eſt: dũ affuero coram planiſſime eluceſcet. Multa uiri dũ ſum/ cognoui: quæ ueſperi cras (ut ſpero) accipies. Eritq; mihi tecũ & interdiu & no- ctu longiſſimus ſermo: & uaria omnibus de rebus alloquia. Qui modo ſerio ſe triũphare exiſtimat: paucis poſt fortaſſe diebus nullus erit. Sed ipſe me comprimam. Si me amas: quum cras uenero: fac ut ſeruus tuus præſto ſit mihi ad portã. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi .S.D. Non licet mihi bono amico eſſe: præſer tim ei: cui intelligo me perpetuũ deuinctũ/ atq; obnoxium eſſe. Innumera apud me be neficia collocaſti: ut tibi omnia gratificari debeam. Neq;.n. nimio ſomno indulges: ut quidã nitidiores cultus/ ac uitæ delicatioris hoĩes. Sed bene agendo cõmuni ſaluti con- ſulis. Eſt in te uera boni uiri laus: q facile ignoſcis: ſed non libenter indulges. Tantum quãtũ ſat eſt: remittis animũ: æque aliorũ utilitati/ ac tuæ proſpicis. Talẽ.n. uirũ & laudamus: & pro bare ſolemus. Hunc uel maxime diligimus: qualẽ te ꝓculdubio eſſe conſtat. Igitur ob tuas pręcipuas laudes ĩ ore oĩuꝫ/ ac ſermone uerſaris: q in bonis artibus a teneris unguiculis uerſatus es. Enimuero optimis rõnibus eximiam es laudẽ & pręcipuam gloriam aſſecutus. Quoad uero mũdus conſtabit: tua uirtus atq; amplitudo nulla obliuione delebitur. Perge: ut facis: & a uetere conſuetudine fac ne diſcedas. Vale.

LAurentius pariſienſis Aug. Datho .S.P.D. Venit ad te frater: qui & has deferet litteras. Eget is tua opa: oro te: ut eũ ſuſcipias. Eſt.n. uir tui amantiſſimus: nec ſane illitteratus: nec improbus. Iniuſte illũ aduerſarii quidã laceſſunt. Peto a te: ut ita eius cauſam tuea- ris: ne iniuſte preſſus ægritudine/ ac dolore conficiat. Te.n. regnante in iudiciis: ſpera mus neminẽ præſertim uirũ probũ: ullã paſſurũ iniuriam. Tua.n. & præſtantiũ orato- rum oĩum cõſuetudo eſt/ adeſſe bonis: & iniurias propulſare. Iſq; eſt imprimis ſuus: cuiuſq; optimi ui ri & eloquẽtiſſimi mos: quẽ & accurate unus ante alios ſeruare cõſueuiſti. Die tertio ad te uenit: die quarta iterũ te adibit utriuſq; noſtrũ (ut uere dicã) frater. Eius cauſam/ meã puta eſſe. Quod ſi mea cauſa ſæpe multos defendiſti: mei gratia ſcio te omnẽ opam adhibiturũ: ut optata cõſequar. Atq; ita ut facias/ te uehementer oro. Vale.

AVguſtinus Dathus Laurẽtio pariſienſi .S.D. Scio te amice incſidiſſime ſtudioſe exequi quæ mei amici utilitati conducunt: Sed quæ filii mei amicis expediunt: profecto non ſa tis/ accurate proſequeris. Venia: tibi in mentem ſermo eorum: quæ perſæpe collocuti ſumus. Venis. Raptim alloqueris: confeſtim diſcedis: e ueſtigio redis. Quid hoc rei eſt! Age præſta te eum: qui mihi quondam cognitus es: plenus uarietatis eſſe uideris: nec tui ſimilis. Cura: ut uir ſis. Da operam: ne Sardanapali mores ſectari uidearis. Magnum iam tibi de curſum ẽ uitę ſpatium. Rumpe moras: noli cunctari diutius. Quid metuis! Cunctabundus inanem pateris effluere tuam ętatem. Errabundum te eſſe putabo: niſi ſententiam conuerteris. Sed fretus tui ingenii bonitate: ſpero te futurum qualem exopto. Fac me quæſo certiorem ſtatus rerum: ut ſeſe ha- bent: præſertim cum ſim iſthuc propediem rediturus. Quod ſi bene omnia memoria repetere uolue- ris: iudicabis me minime accuſandum. Vale.

LAurentius Pariſienſis Auguſtino Datho.S.P.D.Quanto indies humanarũ rerum conditionem ſolertius accuratiusq́ perſpicio:tanto audeo affirmare magis nihil eſſe laudabilius q̃ tranquillam uiuere uitam:& ocioſam degere ætatem.Nam qui uariis laboribus occupantur:& implicati negociorũ moleſtiis:nunquam quieſcunt:durã (ut mihi q̃dẽ uidet) ſeruiunt ſeruitutẽ.Oro te:atq́ obſecro deuita id genus hominũ:nec eorũ ueſtigia conſecteris.Quod ſi feceris:uita tibi ex ſententia ſuccedet:& ſumma quiete frueris.Quidam cupiditate cæcati ſocio uitã eripiunt:auferunt:ſceleratas manus afferũt parentibus:in bonos atq́ innocẽtes imperũ faciunt.Sed q̃d multa?Da ueniam:cũ pro abundantia cordis os loqui conſueuerit.Sed q̃ a primis ætatis tẽporibus recte uitã inſtituiſti:mea admonitione nõ eges.Et.n.ab ineunte ętate:& uirtutẽ & recta in uiuendi diſciplinã complexus es. Quod fœdus percuſſerim cũ eo:cui tyranno cognomen eſt:nõ ignoras:illum tanquã ſcopulũ fuge. Vale.

AVguſt.Dathus Laurentio Pariſienſi.S.D.Quid totiens polliceris ad me uenire:& dies noctesq́ mecũ uerſari:nec ſeruas promiſſa?An ignoras nihil eſſe homini mendacio indignius?Mendaces (ut uulgo aiunt) facit:ut nec etiam uera dicentibus credat.Suptres noctia horas ſum tibi preſtolatus:at expectaui fruſtra.Laudo te cæteris in rebus:in hoc non laudo.Contra ſermones meũ non tendis:ut cupio. Non facis:quod te decet:quando ego uel contra iter tuus tendo ſemper:& nihil mihi accidit gratius:q̃ uel tecum uiuere:uel ſi uſpiam diſcedis:aut ſequi te abeuntem:aut obuiam ꝓdire redeunti.Macte eſto uirtute:& amoris cumulo dulcis amice.Sena longe Pariſius abeſt:at nos coniunxit præcipua charitas:& uno Pariſienſis Laurentius:& Auguſtinus Senenſis copulantur amoris uinculo.Camli quondã eloquentia præſtiterunt.Dathi amoris abundantia:oẽs facile ſuperant.Magna conaris:ſed egregie præter cætera amiciciam ſtude:qua nihil eſt mortalibus:nec magis neceſſarium:nec quicq̃ oĩo præſtabilius.Fac ne tuam deſiderem beniuolẽtiam:cũ te incredibili charitate complectar.Noli amando uinci in amore.Quartum pulſaui amicitię fores:ac primo:pulſaui oĩum.Ruri malo eſſe q̃ in urbe uiuere:ſi te uno careaş. Vale:& iterũ atq́ iterũ dilige amantem te mirandum in modũ.

AVguſtinus Dathus Laurentio Pariſienſi.S.P.D.Salue amice omniuş primarie:amice omniũ iucundiſſime ſaluus ſis.Cupio ſcire:ut uales.Id ad me ſcribes:& amicorũ cœtui meo nomine dic ſalutẽ.Te ego:ac tuos omnis plurimũ ſaluere iubeo.Miror tuũ ſilentium.Scripſi ad te ſæpius.Poſtremo ad kal.Nouembres.Tu uix quinto Nonas Decembris reſpondiſti.Niſi q̃primũ reſcribas:iraſcar:nec ullam accipiam cauſaş.Sapis.Vale. Ex Senenſi urbe Idibus Decembribus.

FRanciſcus miſeratione diuina:Sancti Euſtachii Sacroſanctę Romane eccleſię Diaconus Cardinalis:& Archiepiſcopus Senẽſis:Dilecto nobis ĩ xp̃o Auguſtino Datho ciui Senẽſi artiũ Doctori eximio Salutem in domino.Cum nefas ſit:& ad publicam redundare iacturam uideamr:ocioſam eſſe uirtutẽ:& ſub modio ardere accenſam lucernam non deceat:ſed ſuper candelabrũ:ut luceat omnibus:qui in domo ſunt.Nos intelligẽtes ſingularem doctrinã tuam admirabileq́ ingenium:nõ modo ſecularibus ſtudiis:ſed etiã ſacraꝝ litteraꝝ interpretationi lectioniq́ aſſiduo incubuiſſe:atq́ ĩ eis ſincera fide:aſſidua perſeuerãtia:& acerrimo ſtudio eſſe uerſatũ:ut diurni labores tui:cõtinuæq́ uigiliæ cæteris quoq́ ſint adiumẽto:& iam in mediũ conferãt:quod hactenus intra parietes elaborarũt tibi:q quãuis coniugatus clericus tñ̃ dẽ exiſtis:q q́ plurimis annis ĩ uniuerſali Senẽſi Gymnaſio philoſophiam & alias liberales artes cum magna Scolarium utilitate docuiſti:ut in poſterũ ſacram Theologicam diſciplinã:in qua:ut intelleximus:diu elaboraſti:Legere diuinaꝝq́ ſcripturaꝝ libros ĩterpretari:atq́ docẽdi gratia cum Scolaribus cõferre:in Gymnaſiis:tẽplis:aliisq́ publicis locis poſſis haꝝ ſerie auctoritate ordinaria permittimus:& gratioſe tecũ diſpẽſamus.Nõ obſtãte dicto impedimẽto coniugii:ſeu ſtatutis:conſtitutionibus:& ordinationibus dictæ Senẽſis Vniuerſitatis:aliiſq́ ĩ contrariũ facientibus quibuſcũq́.In cuius rei fidẽ & teſtimonium has noſtras patẽtes fieri iuſſimus:ac ꝑ ſecretarium noſtrum ſubſcribi:& noſtri ſoliti ſigilli impreſſione muniri. Vale.

AVguſtinus Dath.N.Cardinali.S. Siquiſquã eſt:q fuerit ingẽti affectus gaudio ob tuæ dominationis gloriã:quã diuina pietas ampliſſimis meritis cõferre dignata ẽ.Profiteor me unum eſſe omnium primum:quãdo & primus omnium ardebam deſiderio huius adepti boni:cuius me factum compotem nihil eſſe duco aliud:q̃ aſſecutum maximam fœlicitatis partem.Deo tanti muneris largitori ſummas grates ago:& ſimul deprecor:ut tam præclarum donum cum ſumma tuæ dominationis gloria:& ſanctæ Romanæ eccleſię amplificatione fœliciſſime tueatur.Tuæ autẽ dignationi gratulor:cuius uirtutem illuſtrabit magis indies tantę aſſumptiõis amplitudo.Gratulor & Catholicæ eccleſiæ.Quæ tam ſalutare columen adepta ẽ:& mihi gaudeo plurimum:cuius audiuit altiſſimus de cœlo preces:& uota magna ex parte perfecit. Quod dem amplius nihil eſt:qui me totum iampridem cum fortunis meis dedi omnibus.Erit mea ſemꝑ ſumma fides:atq́ obſeruãtia:& deuotione:& obedientia:nemini cedam.Oro tuã clemẽtiam:ut me ſeruũ in ſuorũ:quos benigne delegit:numero habere proſequat:ut ſibi perſuadeat nihil me

cupere magis-q̃ promptiſſimũ ſemp obſequiũ exhibere. Facius meis uicibus fungeẽ: & mentẽ meã explicabit uberius. Aueto pra ſidiũ & dulce decus meũ: & eſto perpetuo fœlix.

AVguſt. Dath. Summo Pontifici. S. D. Nouit tua Sanctitas meã uerã iampridẽ ac fidelẽ ſeruitutẽ. Nouit & me nihil optare magis-q̃ tuæ beatitudinis iuſſa capeſſere: & q fidelẽ & diligentẽ ſeruũ decet: promptiſſimũ tuæ Sanctitati obſequiũ exhibere. Igitur cũ me Senã recepi: uoluntas aio: qđ tua Sanctitas imperaſſet/annales meos & cõmentarios ab ipſo pſolui initio: & ea ſingillatim annotaui: quæ digna putaui eſſe: quæq̃ gratiora futura eſſent tuæ beatitudini. Res fortaſſe leuior eſt-q̃ quæ ad tuã beatitudinẽ dirigatur: Sed metiaẽ offerẽtis deuotiſſimũ animũ. Itaq̃ rogo ſupplex: ut qualecũq̃ munuſculum eſt: dignetur illud benigne ſuſcipere tua Sanctitas: cui dedi animum/uitam/liberos: & quæcunq̃ mihi uel natura/uel fortuna conceſſit. Vale.

AVguſt. Dath. N. S. D. Nõ temere dicitur a Sapientibus: finẽ rerũ o ſum ſpectandũ ẽe: & ut ille exigit/cetera oĩa moderanda. Nã cũ cæterorũ animantium nulla ſit uis rationis & cõſilii: ſolus homo a propoſito agere debet: quæcũq̃ agit ratione duce/ac natura. Eſt enim finis mẽſura rerũ omniũ: qua & reliqua oĩa metiri debemus. Cuius tanta uis ẽ: ut nec bonũ quicquã: nec malũ exiſtmare debeamus: niſi p ipſius finis uarietate: ut illa bona ſint: quorũ finis bonus eſt. Contra uero: quę malũ finẽ habere conſtat. Bene igitur & ſapienter pręcipitur: ut conſiliũ tardius ſit: & morã habeat. Actionẽ uero celeritatẽ habere oportere. Agis de dirimenda cũ Corinthiis ſocietate: quos periculoſis tẽporibus affuiſſe tibi meminiſſe debes: cum Rhodii cõtra aduerſis caſibus te deſertũ eſſe ſint paſſi. Vtroſq̃ expende: & fidẽ & amicitiã compara: & tũ plane intelliges/utris adhęrere ſit ſatius. Ego (ut meam ſententiam proferam) cenſeo in amicitia permanendum: quæ quanto uetuſtate excellit: tanto maiore firmitate præſtare creditur. Rerum oĩum conſidera exitũ: & prius q̃ nom quicquã aggrediaris: euã atq̃ etiã delibera: & cogita. Vale.

AVguſtinus Dathus. N. S. D. Cupiebã gratiora offerri: quæ mihi ad te ſcribenda eſſent. Sed ea eſt hominũ conditio: ut caſibus uariis: ac diuinæ ſubiaceat uoluntati. Cumq̃ me addixerim uernaculũ clientem tibi/ac tuæ uniuerſæ familiæ/acerbe patior: quæcunq̃ tibi aduerſa contingant: & mortem ſanctæ uirginis & præclaræ ſororis tuæ luctuoſe fero. Putaui meum officium eſſe: ut id nunciarem: & dolorem meũ per has litteras. Conſolationem afferre: nec meum eſt: nec tua eget ſumma moderatio/& uirtus. Deum queſo: ut cęteros tuos ſeruet incolumes: ac te incolumen: & ſaluũ reſtituat auctum ſummis honoribus/& gloria. Commendo me tibi: quẽ habeo tutæ meæ firmũ præſidium: & tuis me defero paratiſſimũ iuſſibus. Vale.

AVguſtinus Dath. Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Nihil eſt: quod optem uehementius: q̃ meam aliquando pręſtare fidem: ne uideat ſeruus nequã: ac prorſus inutilis. Eſt enim mihi tua dominatio terreſtre quoddam numen: & nõ modo uniuerſorum: ſed ſingulorum quoque ciuium dulce præſidium/ac ſplendidum decus: quod uere hæc patria ueneratur. Sed quo cultu proſequatur: id maximo iuditio/atq̃ argumento eſſe debeat: quod nuper in Senatu: cum de Italico fędere mentio incidiſſet: & ſuper ea re conſularetur: qđ ad hanc Rempublicam pertineret: dixere multi ſentẽtiam: & in unam tuam dominationem conuentum eſt: ut ei facultas eiuſce rei tota demãdaretur. Erat Senatus frequens. Poſita res ad ſuffragia eſt. Mirabile dictu: uiſu iucundiſſimum omnes ad unum obtrectante penitus nemine/uno conſenſu: & albo lupino/tanquam candido lapillo: ac fœlici omine in unam ſententiam conceſſerunt. Non eſt etiam ex natu grandiſſimis quiſquam: qui ſeſe uel in re facillima meminerit uidiſſe ne ullum quidem diſſidentem in tanto præſertim Senatorum numero. Miram omnes præ ſe lætitiam tulerunt. Geſtiebat optimus quiſq̃ Senes cum iunioribus incredibili exultabant gaudio. Quid multa! Bona omnia dicere omnes: & una cunctorum uoce uerus pater liberæ patriæ dicebaris. Quanta ſit ciuium concordia: uel potius ciuiũ oĩus cor unũ: qua ita Senatus & populi uniuerſi in tuam dominationem obſeruantia/fides/cultus: & ſi multifariã eluceſcit: tũ hinc liquido perſpicere omnibus liceat. Quod & ſi nullo meo teſtimonio egeret/nolui tamen meo rem tantam carere preconio. Ipſe mihi hoc officio feci ſatis: nec uiſum eſt præterire ſilentio: quod maxime prædicandum uideretur. Explere animũ nequiui: & narrandam hanc rem duxi meis litteris. Cõmẽdo me ſuppliciter tuæ pietati. Vale.

AVguſtinus Dathus. N. S. P. D. Ex abundantia cordis nõ poſſum me continere/quin ſcribam. Quid ſcribã igitur? Quod maxime corde ſedet. Cupio aliquando: dum tempus inſtat: prodeat in medium ſanctiſſimi Pontificis in tuam dominationem paterna dilectio. Quanquam non meſſis multa: operarii pauci. Sed ad quã plurimorum operariorum numerum modica/& fortaſſis exigua meſſis. Sed tua eiuſmodi ſunt merita: ut nõ ſit cunctandũ diutius: ſed dies noctesq̃ incumbendum: arguendum: obſecrandum: opportune importune agendum: & quotidiana nullo modo pretermittenda inſtantia. Nos: quod in nobis erit: uigilabimus: ſi qd occurrat noui: ſi qd ĩ patria emergat/arripiendũ. Sed quãtis uia lõga pateẽ: & quouis gentiũ abeundũ ſit: modo ad beatitudinẽ recta pergat: nec renuendũ quippe eſt: nec cunctandũ diutius ſapienti: cui mũdus totus ẽ patria: & ubi q̃ Fata poſſunt paraẽ quietas ſedes. His tẽpo

ribus multo magis q̄ Ciceronis tēpeſtate-audacia ꝑ ſapientia uti licet: præſertim uero in Romana curia: quo uniuerſæ totius orbis confluunt nationes: & ex ultimis conueniūt regionibus: ut uel cōmodi: uel ornamēti aliq̄d aſſequant. Sed quomō aſſequant? Si de ſuis rebus ſollicitę terant perpetuos dies potentioꝝ limina. Sed dices me fortaſſe imprudētē: q Sus Mineruā doceam. Sed amori tribue: q impatiēs ē: & modū ꝑtergredit. Ab optimo fit aīo: a corde ꝓficiſcit plenitudo fidei. Aderat: dū hęc ſcriberē: Leonardus Beneuolētius-unus uere e patriæ patribus: & q̄dā ueluti Senēſis Cato. Is iuſſit: ut ſe tuæ dominationi plurimū cōmēdarē. Eſt certe & tui: & tui ſimilium amantiſſimus. Vale.

AVguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Scio nequaq̄ opus eſſe: ut plura de me ſcribā: quē iampridē in ſuoꝝ clientū ac ſeruoꝝ gregem aſciſcere dignatus es. Atq; ut idē habere ꝓſequaris deuotiſſime tum oro: tū etiā ſuppliciter obſecro. Auctoribus uenerabilibus patrib9 Mariano Abate & Luca ſacerdote: q̄bus mādata tibi res erat: ſolū illud olim cultū: nūc incultū prorſus atq; infructuoſum contraximus. Vt ego & poſteri mei illud poſſideamus: & pacto quinquēnio-quot annis pendamus: q̄d illi par cenſuerūt. Vini congium: Et ſi uiſum ē mihi-oīs fortaſſe fructu ꝑcipiendo maius: habeo id tñ a tua benignitate īgētis muneris loco: & beneficio tributū aīo-donū facit quolibet munere antiquius: Supereſt: ut id omne ratū habeas. Et ut ita ꝑ tuas literas cōprobare digneris-deuotiſſime precor: paratus tua iuſſa ubiq; libēter accipere-etiā capitis periculū ſubiturus. Vale.

AVguſt. Dathus deuotus ſeruulus Franciſco Cardinali Senenſi-unico ſuæ uitæ pręſidio. S. P. D. Quantū dedit: q bona cuncta largit mortalibus-pariſ tuis iuſſibus: atq; ita parui: ut facile ſperē-nūq̄ poſthac te te dubitaturus oīa ſeruituti & fidei meæ cōmittere nō inuitū. Q̄d res ipſa (ut arbitror) ꝑſpicue indicabit. Magiſtratus ipſe innumeras gratias agit: & ſūmi accepit beneficii loco pium optimi patris-ac boni paſtoris officiū. Grates etiā agēs Deo: q tā bonū & uigilē patriæ cuſtodē parauit. Sciūt: quos ſcire oportet: latet uulgus auctor. Nouerūt: q̄bus ꝑſpicere conuenit: ſalubriter agit. Habet piiſſimo patri īmortalis gratia. Poſtremo ſi nō ſum ſeruus prudens: certe fidelis ita ſemꝑ futurus ſum: ut fide mihi præſtare poſſit nemo. Patriæ conſultum eſt: & tuo cumulatiſſime propoſito ſatiſfactum. Vale.

AVguſt. Dath. Bartholomæo Scalæ. S. Vnæ tuæ literæ magnā nuꝑ ture mihi redeunti attulerāt uoluptatē. Hanc ipſam cumularūt: quas nūc alteras ad me dediſti: q̄bus q̄ fuerim delectatus: q iam ſūmā meā ī te beniuolētiā-amorēq; cognoueris: hoc certe ignorare nō potes. Ac uere nūc fortunatiorē me factū puto ēē: q eiuſmodi fueris amicitiā aſſecutus: qua pōt mihi nec gratius ēē q̄cq̄: nec oīo iucūdius. Alii ſe beatos putāt: ſi opes: ſi diuitias: ſi amplas fortunę copias adipiſcant: at mea longe alia mens ē: quippe q amicitiā uitæ tutiſſimū præſidiū-ac magnū decus cæteris anteponā rebus humanis. Diſiungit nos locoꝝ diuerſitas: q̄d nos dixi: Imo (ut ſcribā rectius) corpora & mēbra diſiungit. At coniungit natura aīos: copulat amor: ut uel ſim apud te abſens: abſens tecū loquar: & quaſi alternos tedentē ſermones audias: Q̄d enim de me certo ſcio: hoc de te plane confido-& ſpero: ut longe abſimus a uulgo. Amāt q̄dē multi: quos corā cernūt: atq; adeſſe ꝑſpiciunt: nos nō modo: quas uiciſſim ſcribimus literas: ſed ipſa multo magis aīoꝝ cogitatio præſentes reddit. Q uē nunquā ſors conſpiciendū obtulit: eum ita cōplector: ut frequēter in ore: ſemꝑ in corde uerſet: atq; illa demū oīuꝫ iucundiſſima cogitatio ē: dū te & dulcia alloquia: quæ ipſe ſæpe effingit animus: quaſi hoc loco Epicurū imitatus mēte uoluto. Tu quoq; ut idē facias: ut credo: ita etiā uehemēter oro. Q̄d clarū Oratorē noſtrū Leonardū Beneuolentiū & Minoem Triciccium amice fueris amplexatus: & laudo: & maximā habeo gratias. Ab eis (ut ipſoꝝ cognoui litteris) plurimū diligeris: & uterq; tuā uirtutē-doctrinā-atq; humanitatē laudāt: & in magno habēt pretio. Quid multa? Cū ſubeſſent mutui amoris cauſę ꝑmultę: facis tu quidē: ut indies gratiores addant. Ad cauſas pōt fortaſſe aliq̄d: ad ſummū uero amorē nihil pōt accedere. Vale.

AVguſt. Dathus Dominis Senenſibus. S. P. D. Facile uel gratiſſimi quiq; ferunt labores: quibus iuſta-ac ſua premia referunt. Illud ꝑſuaſum eſſe debet-atq; exploratū omnibus nō defuturos: q Senenſis urbis gloriā: q latiſſimus campus ē: ac res eius pręclaras & memorabiles litteris mandent: cū domeſticis ſcriptoribus abūdet: ſi bonaꝝ artiuꝫ alimētū ac ſuū uirtutis premiū minime defuerit: quē Philoſophi honorē ꝓfitent. Ac pręter alia multa illa quoq; ſcripta proderūt: quæ ꝑ diuerſa tēpora in magna publicaꝝ actionū & contingētium negocioꝝ uarietate Legatis deinceps fuerint demādata: q a Senatu-populoq; Senēſi uel ad magnos Principes-uel ad claros Latii populos miſſi fuerint. Ita. n. Legati ſemꝑ inſtrui conſueuerūt: ut a præſcripto diſcedere capite piandum cenſeat. Valete.

¶Clariſſimi Philoſophi ac præſtantiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis Epiſtolarum Liber Secundus Fœliciter Incipit.

¶Hac Epiſtola Amatoria Leuitas Improbatur.

AVGVSTINVS DAThus inſanienti amico longius abſentem dicit atq; optat Salutem. Qui modo in arce Mineruæ ſecurus ocio fruebaris: amans uel amens potius cœpiſti ſub Cupidine Imperatore durissimo militare. Et quod nulla uenia dignū eſt: in aliena caſtra non explorator acceſſiſti: ſed tranſfuga. Infauſtus atq; infœlix is tibi fuit amice: nimiū (crede mihi) infœlix is fuit dies: cū tam ſæua tamq; peſtifera animū tuū inuaſit labes. Quod ſi ita amare pręxeris: nihil quod ſcribam aliud ſupereſt: niſi illud Terentianū duntaxat. Actum ē amice infęlix ilicet periſti. Sed una ſpes ē: quæ aliqua ex parte dolorem lenit: paruū poſſe hoſtem perimi: elidi nequitiam in ſemine. Neq;.n. arbitror omne in te rationis lumē adeo repente extinctū eſſe: ut tui ipſius penitus ſis oblitus. Quamobrem cupiens nō iam tibi placere ad interitum properanti: ſed noſtræ amicitiæ facere ſatis: decreui ſcintillam tui luminis ac rationis pene extinctam uel oppreſſam potius excitare. Video tuis uirtutibus ſubiectum incendium. Tuis laudibus præſto eſſe naufragium: quod multus iam annis magniſq; laboribus partorum bonoꝝ iacturam facere compellat. Attidēt nunc tibi ęquora: ut cū in mediū pelagus ꝓceſſeris: ſubita exhoriat tempeſtas: acris hyems ſęuiat: gliſcat turbulentius mare: ac te undiq; iactatū fluctibus deglutiat uortex: & in profundum ꝓcella demergat. In charybdim ac Scyllam incidis miſer. Quā timeo quorſum euadas. Aſpera undiq; ſaxa: horridæ cautes: periculoſi ſcopuli pendent. Iam iam periculo ꝓximus es: nec ſe uſpiam tutus locus offert: nuſquā ſecurus intendas. Quocunq; te animo conuertis inſidiaꝝ hoſtium periculoꝝ plena ſunt omnia. Obſecro te ne cymba tenuis iactata tantis fluctibus quaſſata tempeſtate fatiſcat. Tunc.n. uere liceat mihi dicere. Actum de te eſſe: ſilicet periiſſe. Experto crede: ac principiis obſta. Bene dicebat Plato. Paruulus initio error perſępe ad ſummū excreſcit. Et tenuis ſcintilla (ſi Liuio & Curtio credimus) magnū ſæpe ſuſcitauit incēdiū. Quare Hieronymus cenſor ille optimus ita pręcipiebat. Dum paruus eſt hoſtis interfice: nequitia elidatᷣ in ſemine. Et tu ſi ſapis contunde hoſtē paratiorē necem inferre q̄ mortē excipere. Confere inq̄ cū eo plęliū prius q̄ robore ac uiribus inualeſcat. Non eſt (crede mihi) cunctandū diutius. Facilius eſt aduentantem repellere q̄ inuadentē fugare. Sed quoniā ut ait acerrimus Stoicus Seneca: Initium ſalutis ē peccati notitia: dicendo qd iſte amor ſit paucis definiam. Eſt.n. amor iſte: q alio nomine appellari nō poteſt furor quidā animi omnibus ipſius perturbationibus uehementior. Furens pturbatio eſt: atq; oīus uehementiſſima: q̄ mentē ex ſuo ſtatu dimoueat: nec quieſcere unquam nec reſpirare ſinat. Itaq; bene Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Sed qd ē amor inges? Aegritudo eſt ingēs animi flagitii ac leuitatis auctor. Hinc.n. ſtupra adulteria corruptellę inceſta: tetræ libidines oſcęnę uoluptates nefanda flagitia. Hinc Terentiana illa. Iniuriæ ſuſpitiones inimicitię: induuię bellū pax rurſus: nō expetēda qdē pax: ſʒ plena īſidiaꝝ. Itaq; bñ Proper(tius

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Quid ē inquies Amor? Turpe flagitiū eſt: qd ī quo fuerit hoīem ſollicitū ſemꝑ atq; anxium efficit. O q̄ deteſtabilis ē iſte Amor. Cuius cū cogito ſęuitiā atq; acerbitatem libēter id laudo Propertii.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Vis ne ſcire qd ſit Amor? Certe Amor iſte eſt inconſtātia quædā mutabilitaſq; mētis: quę ſine ſollicitudine: ſine deſiderio: ſine cura: ſine ſuſpirio eſſe nunq̄ pōt: ut bene dixerit Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Quid eſt Amor iſte: niſi inſania quædā mentium: animoꝝq; labes: uirtutū calamitas: omniū bonarū artium clades: Extrema pernities uitæ? Nec quiſquā indoluit Propertio melius: q dixit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Atq; ut tum Amoris ītelligas. Eſt Amor iſte accuſabilis quędā turpitudo: quę ignonimiā parit: ac dedecus: quę animi ęgritudo tāto minus ſapiētē decet: quāto eſt cęteris pturbationibus fędior. Itaq;

Stultius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Vis ne aliqd amori tribuam? Dux quidam eſt Amor magno militum comitatu ſeptus-inuidentię-obtrectationis-maliuolentiæ-odii-męroris-luctus-lamẽtationis-ſollicitudinis-moleſtiæ-afflictionis-angoris-metus-exanimationis: ac deniq; deſperationis. Quid multa? Cõfertiſſimo eiuſmodi cuneo fretus amor nemini parcit: quemcũq; nactus eſt-miſere torquet: atq; diſcruciat. Q uã ſcite igiť Propertius inquit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Eſt enim amore isto nihil grauius: nihil acerbius. Bene igitur Poeta.

Res eſt ſollicitũ plena timoris amor.

Quod enim Sollicitum dicit-præſentem indicat ægritudinem: quod timorem-impendentis mali metum ſignificat. Nihil eſt in amore: quod ſollicitudine: quod metu uacet. Itaq; recte Propertius.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat-amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Sed quid eſt Amor? Dicã paucis. Eſt. n. Amor quod aũt amarũ experimur: aut metuimus dulce. Nec unquã tranquillo animo eſſe poterit: quiſquis amores aut metuet dulces: aut experieturam aros. Ac uere mea ſententia Propertius ſortem miſeratus amantium-inquit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat-amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Infœlix heu nimiũ infœlix quiſquis tã infeſto malo correptus-uulnus alit uenis: & cæco carpiť igni. Peſtiferũ amoris ac lętale uenenũ eſt: & quod ad exitium interitũq; perducit. Hoc morbo qui laborãt in neutra aure ocioſi dormiunt. Dies noctesq; cruciant. Amori pares perditus-ac pernox cruciaberis miſer. Nec animo ſollicitudo unquã deeſt. Nec placidã membris dat cura quietem. Itaq; Propertio crede: qui amoris tela expertus inquit.

Durius in terris nihil eſt: quod uiuat-amante:
Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis.

Intellexiſti ne qd ſit Amor? An cupis pluribus tibi illũ definiri? Eſt Amor poculũ illud: in quo mellis perparũ ineſt: fellis atq; abſinthii plurimũ. Probe Naſo: Impia ſub dulci melle uenena latent. Quid eſt amor aliud-niſi idolorũ ſeruitus? Deũ Cecilius amorẽ appellauit: & deũ Plato: quẽ & Dicearchus Peripateticus ob eas cauſas reprehẽdit. Nũ igiť Amor erit deus: Certe erit iis deus: q Amori dediti-obliuiſcunť ſui. Nã cui quis ſeruit-deũ habet. Q uiſquis &. n. uitia ſua adorãs-atq; peccata: ut ait noſter Hieronymus: deũ cœpit habere: a quo uictus eſt. O q̃ execrabilis idolorũ: q̃ dura ſeruitus Amor! Durius ut in terris-nihil ſit: quod uiuat-amante: Nec modo ſi ſapias: quod minus eſſe uelis. Vis ſcire qd ſit Amor? Amor eſt illa beſtia ſæuiſſima: quã apud Dionem tradit Cynicus Diogenes: quæ quidẽ oẽs impugnat: ipſa fere expugnať a nemine. Hæc illa agreſtis fera-atq; imanis bellua: ut dicit Homerus hominũ inſectatrix. Hic eſt Scorpius pungentibus aculeis. Hęc eſt Tygris hominũ deuoratrix. Hic eſt Leo rapiẽs-& rugiẽs: ſęuiens-atq; irruens Vrſus: ingẽs portentũ: foris qdẽ Agnus: intrinſecus aũt Lupus: & ante Ouis: pone Tuſcus aper. Hæc ſunt arma: hæc tela inimicorũ oĩum. Hic laqueus atrociſſimi hoſtis: in quẽ q incidit: ppetuis luctibus fit obnoxius. Qualis ẽ ille: cuius ſortẽ deploret Tibullus.

Vidi ego iam iuuenem premeret cũ ſerior ætas:
Męrentem ſtultos præteriiſſe dies.
Inſtat ſemper Amor ſupra caput inſtat amanti:
Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet.
Excubat ille acer cuſtos-& tollere nunquã
Te patetur humo lumina capta ſemel.

Expergiſcere igiť dũ tẽpus ẽ: noli cũtari: iugũ excute duriſſimę ſeruitutis. Nec te terreat qđ potẽtiſſimũ deorũ cupidinẽ & uictorẽ fabulę faciũt. Ipſe docebo qd agendũ ſit. Ipſe tibi oſtendã quo pacto cõſuetudo cõſuetudine ſuperetť: Habes qd ſit amor: cuius ſi uis ſeruitute fędiſſima liberari: fac ut q̃ primũ ſciã. Vulnus. n: curare didiciſti? Miſer amice deſinas ineptire: & ſerã noli expectare medicinam. Vale.

¶ Vita hominis hac epiſtola p Pythagoræ Iſocratisq; ſententia inſtituiť.

AVguſtinus Dathus Senenſis Alexandro Bononienſi ordinis prædicatorũ digniſſimo Theologo-& concionatori eximio. S. P. D. Poſtq̃ Alcyonem Platonis perfeceras-forte incidi in Pythagoræ uerſus-& Iſocratis libellũ: in quibus aurea quædam uiuendi præcepta continerentur. Q uæ quanquã ab Ethnicis tradita ſunt: plurimũ tamen ad inſtitutionem uitæ pertinere iudicaui. Exiſtimaui fore non inutile: ſi ea quouis modo illuſtrares. Nec tam interpretatus ſum ea præcepta-q̃ Diogenis Laertii exemplo confeci: atq; in epiſtolæ anguſtiis coegi. Q uod ipſum paruum munus ac puſillum deſtinaui tuo nomini. Credo eni emulari te eruditos diuinarũ litterarũ ſectatores: & eoſdẽ ſanctiſſimos uiros: q non modo uiui gurgitis ſalutares aquã potãt: ſed & riuulorũ nõnũquã liquidioribus undis labia pluunt: ut tãto uehemẽtius ad bñ uiuẽdũ hoĩes dicẽdo impellãt; quãto accuratius nõ ſolũ a chriſtianorũ philoſophis: uerũ etiã ab Ethnicis doctoribus

bene uiuendi precepta conſtituta ſunt: Atq; animaduertit etiam noſter Hieronymus cęles nunc ille
beatiſſimus in Moyſi a Prophetarũ uoluminibus nõ nunquã miſceri ſęculares litteras. De Salomone
quis ambigat? Quid quod & ipſe magiſter gentium & diuinæ preco ueritatis ex Poetarũ carminibus
nõnulla aliquãdo mutuatus eſt? Epymenidis uero Cretenſis ac Menandri comici teſtimonio in ſa/
cris epiſtolis utitur. Sed tu hęc non ignoras. Quod ſi nõ ignoras maiorum noſtrorũ non aſpernaberis
conſuetudinẽ: q ſacra eloquia & ſacrarũ ſcripturarũ ueritatẽ ſæpe Gentilium floribus conſpergere ſoli
ti ſunt. Itaq; tenue munuſculũ noli repudiare: ſed accipe potius libenter ac læto animo hæc: quæ tuis
frugiferis inſtitutis ac ſalutaribus monitis uelut ſecunda menſa ac bellaria quædã futura ſunt: ſimul
& teſtimoniũ quoddã amoris ſũmi erga te mei. Sed iam Pythagoræ ipſius aurea præcepta perſtringe
re ingrediamur. Nam cũ inſtitueret eos: q ſuã doctrinã conſectarentur: quo pacto optima bene uiuẽ/
di iacerent fundamẽta: a Diis imortalibus atq; a religione ſumpſit exordiũ in hunc modũ inquiens.
Immortales primũ Deos quemadmodũ lege ſanctũ eſt uenerare. Mallem unũ Deũ dixiſſet. Nos aũt
non plures Deos: ſed parentes diuinis legibus & ueſtris uocibus obtemperantes. Trinũ & unũ Deũ
ueneremur. Qui ſolus perpetua mundũ ratione gubernat. Tum proſequitur deinceps Pythagoras.
Cole iuſiurandũ. Legitima ſerua. Parentes reuerere: & qui ꝓpiſſime illos nati ſunt. Reliquorũ uero
quiſquis uirtute maxime antecellit tibi amicũ para. Comis ſis in ſermonibus. Frugi in rebus geren/
dis. Noli amicũ tractare moleſtius: ſi parua te ac leui affecerit iniuria. Imprimis uentris ſomni cra
pulæ iræ abſtine. Turpe aliquid neq; tecum agas: neq; cũ altero contrahas. Iuſtitiam & opere comple
ctere & uerbis. Nihil temere: nihil inconſulto agas: intelligẽs mortis fatũ cunctis mortalibus impen/
dere. Pecunias alias ſeruare contende: alias profundere. Quæcunq; tibi uiuendi ſors obuenerit: eam
feras æquo animo: neq; grauiter patiaris: ſed medere aduerſis pro uiribus. Nullius impulſu aut agas
quidq; aut dicas: quod tibi ipſi nõ conducat. Conſulta: ac delibera prius q̃ opus aggrediare. Ea perfice
quorũ te factorũ poſtmodũ nõ peniteat. Nihil prorſum geras: quod tibi exploratũ nõ ſit. Quod ſi te
lateat: cura aliunde: ut diſcas quodcũq; factũ neceſſarium contigerit. Hoc nãq; pacto uitam uiues iu
cundiſſimã. Tuere bonã ualitudinẽ: & iis quæ corporis ſunt: adhibe diligentiam. Itaq; & potionis ci
biq; & exercitationũ modũ quendã ſerua. Eſt aũt is modus optimus: qui nihil afferat detrimenti. Ita
te para: ut nõ delicato ac molli: ſed ſimplice uictu cultuq; delecteris. Caue quicq̃ aggrediare: quod in
uidioſum ſit. Nec pecuniam intempeſtiue profundas. Sed neq; parcus nimiũ atq; illiberalis ſis. Opti/
ma omnibus in rebus mediocritas. Ea conare: quæ tibi ipſi frugifera ſunt. Et prius q̃ aggrediare: eã
atq; etiam cogita. Neq; ſomno indulgeas. quin prius tecũ cõmemores trifariam diei geſta. Quid egi?
Quid dixi? Quid relictum oportuit eſt? A primo uſq; ad poſtremũ deinceps. Turpia agere graue ſit:
bona ac modeſta iucundũ. Hæc ſi ſectaberis aiebat Pythagoras diuinę uirtutis cõſequeris ueſtigia.
Alia præterea inſerit: quæ: non tam præceptis uitæ conueniunt q̃ magna cultæ uirtutis oſtendũt pre
mia. Iam igit̃ ne longius epiſtolę modus progrediatur: Iſocratis præceptiones aggrediamur. Qui ad
Demonicum ſcribẽs: quẽ mirifice diligebat: præcepit ipſe quoq; in hũc modũ. Primum res cole diui/
nas: nõ ſacrificans ſolũ: uerũ etiam ſtans iuramẽtis. Nam illud diuitiarũ ſignũ eſt: hoc probitatis atq;
æquitatis indicium. Deum uenerare: tũ ſemper alias: tum potiſſimũ cum ciuitate. Ita.n. uideberis ſi/
mul & rem facere diuinã & legibus obtemperare. Talis es in parentes quales eſſe in teipſum cupis
tuos liberos. Exercitationes corporis eas amplectere: quæ ad bonã ualitudinẽ tuendã: nõ quæ ad ro
bur ualeant. Quod utiq; conſequeris: ſi adhuc laborare ſufficiens deſinas. Neq; cachinno infreni de
lecteris: neq; ſermonis audaciore petulantia. Et illud quidem ſtultũ eſt. Hoc aũt furioſum atq; inane.
Quæ facere turpe eſt: hæc tu quoq; dicere indecorũ puta. Ita te cõſuefacias: ut nõ difficilis nõ triſtis:
ſed cogitabundus: ſed ſeuerus eſſe uidearis. Illud te contumacem & faſtidioſum indicaret: hoc pruden
tem eſſe demonſtrat. Decus uerecundiam iuſtitiã modeſtiam decere te exiſtima. His nãq; in rebus ma
xime iuuentutis uerecũdia mores uerſatur. Si forte qd turpe facias ne id confidas diutius obſcurũ fore. Q &
ſi alios lateas: certe tibi ipſe eris conſcius. Parentes cole. Deos metue. Amicos obſerua. Legib9 pare.
Voluptates eas tibi aſciſce: quę cũ laude ſunt. Etenim uoluptas cũ honeſtate quidẽ optimũ: peſſimũ
ſine illa eſt. Calumnias etiã falſas deuita: multitudo nanq; & ignorat ueritatẽ: & opinioni maxime ad
hęreſcit. Tunc ꝓberis maxime: ſi illa caueas: quæ alii ſi facerent: reprehendas. Si fueris diſcẽdi ſtudio/
ſus: multorũ quoq; pollebis ſcientia. Quę ſcis: uſu atq; exercitatione conſerua. Quæ uero ignoras: effi
cerat labora: ut intelligas. Multũ uero diſciplinarũ: multis exiſtima præſtare pecuniis. Hæc quidẽ ce/
leriter decidunt. Illæ uero perpetuo ac ſemp durant. Sola nanq; ſapientia poſſeſſionũ omniũ imorta
lis. Morum comitas adſit: ſermonis affabilitas. Facilem te omnibus præſta. Vtere aũt quos optimos
noueris. Ita enim & bonis amicus & improbis eris nequaq̃ infeſtus. In laboribus teipſum exerce uo/
luntariis: quo & nõ uoluntarios ſubire queas. A quibus teneri animũ turpe ac flagitioſum eſt: eorum
abſtine omniũ: quęſtus iræ uoluptatis doloris. Diligentius uerborũ ſermonũq; q̃ pecuniarũ tuere de
poſita. Decere puta tam improbis fidẽ nõ ẽe adhibendã q̃ habendã probis. Neminem tibi amicũ cõ
pares prius q̃ inueſtiges quo pacto & ipſe prius fuerit amicis uſus: ac ſpera perinde eum i te fore: qua
lis & erga illos extiterit. Sero amicus fias: factus aũt ꝑſeuera. Periclitare i aduerſis reb9 amicos. Nã
aurũ quidem igne probamus: amicos uero in aduerſa fortuna cognoſcimus. Optime uteris amicis: ſi

nõ rogatus ſed ſponte tua & deferas beneficium: & gratificeris in tempore. Amicũ fac tibi q̃ nõ modo res tuas aduerſas condoleat: ſed ẽt non inuideat ſecundis. Abſentium te amicorũ memorẽ pręſta coram præſentibus: ne & illos cũ forte ab ſint deſpicere uidearis. Amictus compar q̃ ornatum afferant: nõ q̃ modum excedant. Præſentiũ bonorum nõ affluentia maior tibi chara ſit: ſed moderatus uſus. Deſpice q̃ cumulandis intendunt pecuniis: partis aũt uti neſciunt. Nemini calamitatẽ obiicias quod & cõmunis fortuna ſit: & futurũ incognitũ. Aſſentatores fuge: ut q̃ fallũt hoies ac decipiũt. Imprimis euita cõpotationũ cõuentus. Sin tempus te ad illos detruſerit: ante ebrietatẽ exurge. Nam intellectus qdẽ uino corruptus eius q̃ aurigã perdiderit currus ſimilis ẽ: ille nãq̃ temere fertur recto re orbatus: & animus turpiter labitur corrupta mente. Moderatũ ſermonem tanto exiſtima loquacitate meliorẽ: quãto qdẽ ſolẽt cætera quæ turpia ſunt pleraq̃ luctum afferre. Loquacitas magnis habẽtes aff. cit detrimentis. Quodcũq̃ dicturus ſis: prius mente uoluta: in pleriſq̃ .n. menti lingua præcurrit. Duplex agendũ ẽt in loquendo tempus: aut q̃bus de rebus pſpicue noueris: aut quæ dici neceſſitas ipſa coegerit. Solis .n. in his ſermo taciturnitati pręſtat. In reliquis uero ſatius ẽ ſilere q̃ loqui. In cõſultando fac tibi præteritas res exẽpla futurarũ. Conſulta qdẽ tarde: pfice autem celeriter quæ uidentur. Arbitrare optimũ eſſe a diis qdem fœlicitatem a nobis uero ipſis ſapiens conſilium. Quem tibi ſociũ deligis capiendi conſilii: illũ conſydera prius quo pacto ſeſe ſuis in rebus habuerit. Etenim qui male res ſuas geſſerit: nunq̃ recte procurabit alienas. Ex publicis muneribus labora: nõ ut cumulatiores diuitias: ſed ut maiorẽ tibi compares gloriã: multis nanq̃ pecuniis præſtabilior fama popularis. Iuſtam potius ſuſcipe inopiã: q̃ iniuſtas diuitias. Eo .n. amplius pecuniis iuſtitia ante cellit: Q̃d hæ quidẽ uiuentibus ſolũ conducunt: illa ẽt mortuis gloriã parit. Sed & pecuniarũ quidẽ uel improbi pticipes ſunt: at iuſtitiæ omnino exortes. Exiſtima nihil eſſe ſtabile in humanis rebus nihil ratum. Sic .n. nec erit ſucceſſibus lętitia effuſior: nec calamitate triſtitia maior. Probrum magis q̃ diſcrimen de uita: metuendum nanq̃ neceſſe eſt eẽ & formidabilem: improbis quidẽ uitæ exitũ: bonis autẽ ignominiam. Tunc plurimũ iuuet te honeſta ſectari: cũ ex his itelligas magnas ingẽteſq̃ fluere atq̃ oriri uoluptates. Siquidẽ nequitiæ ac libidinum uoluptatiſq̃ illecebris: p multum quoq̃ intercedit ęgritudinis. At uirtutis exercitatio ac moderatio uitæ: tum ueram tũ firmiſſimam quoq̃ iucunditates præſtat: & illic quidẽ primum oblectati magnis porro angoribus urgemur: Hic uero laboribus defuncti incredibili afficimur uoluptate. Alia ſunt p multa quæ ſapientiſſimi Pythagoras atq̃ Iſocrates pręcæperunt: quæ ſi afferam ſingula fiam prolixior & forſitan iam tibi moleſtus. Nec .n. pati debemus epiſtolam euagari lõgius. Ex multis .n. ac præclaris duorum ſapientum inſtitutis: hæc nos potiſſimum decerpſimus: quę ad te hoc tẽpore mitteremus. Quibus ſi fueris delectatus: q̃ primũ alias quoq̃ quę nunc in manibus ſunt leuiſſimas ſub nectam: atq̃ adhibebo ſententias. Quamq̃ cũ te audio pręcipientem uideris mihi legiſſe: audiſſe: meminiſſe oia: ut nihil iam nouum tibi aut in auditum poſſit afferri. Certe cũ concionaris ponis nobis ante oculos in pręcipiendo: Paulum illum magiſtrum gentiũ: in inſtituendo Thomam Aquinatẽ Chriſtianæ religionis decus: in mouendo uim Demoſthenis: in docendo Ciceronis ubertatẽ: in delectando ſuauitatẽ Iſocratis: ut nihil pene nec dici: nec cogitari poſſit: aut utilius: aut iucundius tuis optimis ac præclariſſimis inſtitutis. Itaq̃ nec quicq̃ te uno facilius uel excitat ad uirtutẽ atq̃ impellit uel a uitiis abuocat frequentem populi conſeſſum: ac deterret. Verũ cum tu mihi optimo quodam iure pater ſis: ac uiuendi magiſter: Par eſt ut opinor: ut degustes aliqd exercitationum mearum: quibus interdum poſt maioris ſtudii atq̃ induſtriæ operam leuandi laboris gratia uti conſueui. Tuæ partes ſunt: ut & errata corrigas pro tua incredibili ſapientia: & pro ſingulari humanitate iucunde ſuſcipias puſillum munus. Bene uale optime ac uenerabilis pater Nono kl'as Apriles.

¶ Sacrum coniugium laudatur & amici Patritii Sponſalia.

AVguſtinus Dathus Franciſco Patritio S.P.D. Heri peruesperi Franciſce chariſſime: ad forum deambulanti mihi uix duobus ſpatiis tribuſue factis: forte fortuna datus eſt obuiam Antonius Turaminus adoleſcens igenuus & grauis: & teſtis maximi amoris erga te mei. Nuncium lętiſſimum detulit: quem profecto q̃ nunciauit Antonius feſtiuiter: tam ego hilare iucundeq̃ accępi. Pactam tibi uxorem ex ſententia pudiciſſimis moribus uirginem præſtanti forma atq̃ ætate integra claris parentibus: nec tenui loco natam. Et ſi qd ad rem pertinet copibus fortuniſq̃ florentem: Antonii ſummi uiri & Clari ciuis filiam. Quod ſi ita eſt: gratulor tibi uehementer: quãdo ſponſa eiuſmodi obtigit: quæ & coniugalem probitatem: & uirtutum muliebrium laudes cõſecuta eſt. Antonium uero uirginis ipſius patrem plurimum laudo: q̃ ad generum deligendum tantam adhibuerit diligentiam: ut pace aliorum dixerim commodiorem magiſq̃ idoneum capere neminem potuerit. Neq̃ .n. eędem uiri ſunt ac fœminæ laudes. Siquidem hanc non probam ſolum: ſed formoſam quoq̃ eſſe oportet. At illum non minus ingenio ac doctrina præſtare decet: q̃ probatis atq̃ optimis moribus. In utroq̃ autem uim maximam uirtus habet: minimam diuitiæ: ut ſapientes uiri arbitrati ſunt. Nam & Themiſtocles uir apud Athenienſes ſapien-

tiſſimus:cum filiæ maritum perquireret: malebat uirum qui pecuniarum indigeret:q̃ pecunias quę
uiri. Et Lycurgus Lacedemonius ſolertiſſimus legum lator Spartanas uxores abſq; dotibus collo-
cari iuſſit. Nos uero ut hae una in re uulgus hominum conſectemur maximam cuiuſq; laudē in uir
tute honeſtateq; ſitam cenſemus. Eandem tamen exaugeri fortunis opumq; ac diuitiarum ornamen
tis uariari haud quaquā dubitamus. Illud igitur tibi imprimis iure lętandum eſſe uideo:quod tuæ
iſti ſpōſæ & pbitatis ac pudicitiæ adſunt laudes:neq; naturę beneficia aut munera fortunæ deſunt.
Ac melius quidem mea ſententia fulgētius noſter:q̃ Theophraſtus de uxore ducenda differens:al
terutrum fore uel perpetuum quoddam ſupplicium:uel diuturnam perēnemq; uoluptatem perhi-
bebat. Tibi uero facile hoc poſtremum ominari liceat:qui uxorem egregia uirtute ac pudicis mori-
bus:& tui deniq; ſimillimam nactus es. Optime enim res habet:cum uir optimus optimam quoq;
ſortitur uxorem. Nam tu imprimis ita uixiſti ſemper ab ineunte ætate:ut ſpem ampliſſimam futurę
probitatis ac laudis cunctis pene ciuibus afferres. Et repente factus grandior doctrinæ atq; hone-
ſtati inſeruiens:eam facillime ſuperares. Sed nullius tua uirtus prædicatione eget:quæ ipſa per ſe lu
cet:in promptuq; eſt omnibus. Ob eas igitur imprimis cauſas ciues noſtræ urbis clariſſimi maximis
te:ac plurimis dignantur honoribus. Et nuper princeps ubi Deus:cui mortalium uita curæ eſt:uirgi
nem prędaram:quaſi eximię uirtutis præmium connubio iunxit:omnes ut tecum meritis pro tali-
bus ānos exigat:& pulchra faciat te prole parentem. Erit itaq; is tibi ex omnibus diebus:quos mul-
tos antehac lætiſſimosq; uidiſti fauſtus præter cæteros ac fœlix:cū apud te uirgo eiuſcemodi nupta
erit. Neq; enim aſſentior iis qui negant uirum ſapientem ducere uxorem oportere:ſed nec fortuna-
tum quidem Terentianum Mitionem dixerim:qui uxorem nunquam ſeſe habuiſſe gloriaretur.
Quod ſi quis coniugii ſocietatem defugit:perinde atq; is qui concilia cœtuſque hominum aſperna-
tur:aut Deus quiſpiam eſt & homine melior:aut belluarum ſimilis atq; infra hominem iudican-
dus. Quoniam uero ſine uxoribus neq; ut probe Metellus ait:ullo pacto uiui:neq; perpetua ſalus
conſeruari poteſt. Et ducendam uxorem ſuademus & dandam liberis operam:quam hominum pro
pagationem:& communem eſſe ſalutem conſtat. Ita hominum perpetuo nomen durat:liberi com-
parantur:in quis & uirtutis factorumq; permaneat imitatio & glorię hęreditas perſeueret:ita imbecil
læ ętati ac labanti ſenectę firmum præſidium multo ante conſtituitur. Atq; ea eſt natura duce ani-
mantium omnium libido communis:ut ſimilia ſui gignendo effingant:& aliis quidem aliud:homi-
nes autem hominem:ut quantum eorum imbecillitas pati poſſit:participia immortalitatis exiſtant.
Sed bellua quidem impetu quodam rapitur:homo uero natura ac ratione duce cōnubii legibus ſub
iacet:concitatioremq; appetitionem coercet. Quo circa plurimum Cecrops laudatur:quem ferunt
primum ea de re ſanxiſſe legem:cum antea ſi credere dignum eſt:ferini moris inſtar uiri mulieri-
bus miſcerentur. Magnus profecto uir fuit Cecrops:& Athenis aut Roma dignus. Quare non in-
iuria peregre Athenas accitus eſt:& præclaro populo æternum nomen indidit. Quid quod deus is
qui omnem mundum regit:liberos procreari:propagari ſobolem præcepit: Eius uero unigenitum
filium:cum & ipſe factus homo inter mortales uerſaretur non puduit intereſſe nuptiis:qua tempe-
ſtate primum in Cana Galileæ diuinitatis ſuæ teſtimonium nobis miraculo dedit:quo deteſtabilior
eſt poetarum immanitas:ſi tamen ſerio locuti ſunt:qui ſanos dicerent uxorum abſtinentes:ducentes
inſanos:& mentes eſſe captos:qua ipſi potius caruere ſi ita ſenſerunt. Nec eſt nobis ad hanc ancipi-
tem deliberationem auctor. Cicero adhibendus:qui ſe iterum iungi uxori nollet:quaſi nequiret:&
uxorem ſimul & ſapientiam poſſidere. Quod fortitan idcirco fecerit:quod ante illa maledicam ſca
tentemq; moleſtiarum Terentiam expertus erat. Sed nec diutius in eo conſilio perſtitit:& in Publiæ
nuptias coniectus ē. Melius Metrodorus Epicuri diſcipulus:qui uxorem habere noluit. Longe for-
taſſe melius Socrates:qui duas habuit eodem tempore Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus,
Romani Papirii multo ante ut arbitror:commētum pręſagiens. Sed ut ad Socratem rurſum ueniam
ita uxores earumq; efferebat ingenia:quod tu minime ignoras:ut prodeſſe quidem plurimum:ob
eſſe autem parum poſſe affirmaret. Chriſippus quoq; acerrimus mea ſententia Stoicus atq; perſtu-
dioſus etiā honeſtatis pcepit ſapiēti ineūda coniugia. Romulus aſtriactis nouæ urbis fundamentis:
ac domicilio inſtituto:neceſſarias tuendæ ciuitati uxores ratus continuo ad finitimos populos lega-
tos miſit connubia poſtulari iuſſit:nec ei raptarum uirginum iniuria obfuit:quin immortalibus mul
tis editis operibus:& clariſſimis rebus geſtis tranſlatus in cęlū diceretur. Eiuſmodi igitur uiros debe
mus auctores ſequi:eorum contra ſententiā aſpernari:qui ſapienti ducendam uxorem negant. Illos
tamen ſemper excipio:qui in terris diuorum uitam imitantur. Quod ſi proba eſt uxor & ſi deformis
ſapienti ſemper amatur:Siu ſpecie ac pulchritudine inſignis,:quam peccaſ pudet:ut ait Propertius:
etiam reiectis cuſtodibus:luminibus auerſis:ſatis ſuperq; tuta ē. Sed id quoq; rectiſſime afferri poſ-
ſit. Neq; enim deformitas ac pulchritudo ita diuerſę ſunt:ut nulla exſtat earum rerum mediocritas.
Quod uel doctos quoſdā uiros latuit. Quod uero Hieronymus noſter perraro inueniri ait uxores:
quę nō maledica:q; nō iurgioſa ſit:id hāc unum habet ut opinor:ut eos fortunatos exiſtimemus qbus
ſine eis uiuis uxor obuenerit. Quare ne plura ſcribā tibi pſertim:cui plæraq; omnia exploratiſſima

ſunt: multo iam tibi iucundius gratulor: tui deſponderint uirginē: quam ſatis laudare nemo poſſit. Poſtremo ut Iouē Nuptialem: ut Iunonē ipſas: cui uincla iugalia curæ: ut Athenienſem Hymeneum ac Romanorum. Talaſſium miſſos faciam: ſummum atq; immortalem Deum obſecro: & reliquos cælites oro: ut lętum iſtud efficiant fortunatumq; coniugium: optimiſq; futuras nuptias ſecundēt auſpicus. Porro ita tecum fœlices uxor annos exigat: ut uideas filios: & pignora chara nepotum. Aucto ex noſtris focis Nonis Ianuariis.

¶ Meditatio Auguſtini Dathi ad Gerium Bulgarinum de tempore.

AVguſtinus Dathus Gerio Bulgarino. S.P.D. Plurimum tua mihi ſemper probata cōſuetudo eſt: amice chariſſime: tuum laudo uehementer ingenium: cum ita uitæ tempus diſtribuas; ut nullam eius partem labi inanē patiaris. Ita negociatoris munus exerces. ut ſapientis officium: nullo modo pretermittas. Qui in reipublice amminiſtratione: q in amicis iuuandis: qui in mercimoniis contrahendis uerſaris: tantum operæ in litteris ponis: ut etiā inter ſtudiorū profeſſores merito annumerari debeas. Sum ipſe teſtis nō illocuples: qui cum perſepe de rebus magnis grauibuſq; ſermonem habere ſolitus es. Et cum ſuperioribus diebus tribunus populi una cum Laurentio Venturino ciue claro & tuo per id tempus collega accitus a primoribus Reipublicę de litterarum ſtudiis: & de doctrina multa conferres: cum fuerunt quæ a te dicta ſunt grata omnia: tum quę de tempore illata mentio eſt longe fuit gratiſſima. Eſt eius rei ualde laudanda parſimonia. Quid enim per immortalem Deum nobis tempore melius atq; antiquius? Quid quod maiori curæ prorſus eſſe debeat? Omnia aliena ſunt. L. Seneca īquit Stoicus. Tempus tantum noſtrum eſt. Quod ſi accuratius contemplemur: multo certe redderemur ad perfruendum illo diligentiores Nec rem fugacem ſimul atq; adeo praecioſam fruſtra tereremus. Cum igitur gratus tibi fore intellexerim: ut quę hac ipſa de re animo ſuccurrerint: breui annotatione complectar. Facias id quidem non inuitus cum ut proſim cęteris tuo ſuaſu: tum ut plauius amorem perſpicias erga te meum. Si libenter tuo fuerim ſtudio obſecutus. Quamquam certe omnium quæ a ſapientibus tractari ſolent: una eſt difficillima & perobſcura de tempore quæſtio. Nos tamen altiore omiſſa indagine quod ad tempus pertinet: primum eius perſtringemus originē: tum de ſubſtantia deq; ipſius differentia: ac diſtinctione pauca ſubiiciemus. Tempus igitur a temperando profectum uidetur: quem admodum litterati uiri tradunt. Itaq; M. Varro auctor probatiſſimus: maxime a ſolis ac lunę curſu & ab eorum tenore temperato appellatum oſtendit. Quocirca in ſacris litteris: & in Geneſi ſcriptum eſt. Fiant luminaria in firmamento cęli: & diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tempora: & dies: & annos. Ac paulopoſt. Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius ut præeſſet diei: & luminare minus ut præeſſet nocti. Quod ne ipſe quidem ignorauit Virgilius Maro: q Georgica ſcripturus eadem ipſa luminaria inuocans ait.

Vos o clariſſima mundi
Lumina: labentem cœlo quæ ducitis annum.
Liber & alma Ceres.

Per liberum Solem: Pro Stoicorum ſententia: per Cererem: Lunā ſignificans. De quibus in Pſalmis legitur. Fecit luminaria magna. Solem in poteſtatem diei. Lunam & Stellas in poteſtatem noctis. Iſidorus quoq; & pleriq; qui de origine uerborum ſcripſerūt. Tempora a communionis temperamento dicta eſſe arbitrantur: quod in uicem humore ſeſe ſiccitate: calore ac frigore temperent. Et hæc quidem de origine ſatis. Diffinitur autem multifariā tempus. Ac primus omnium. M. Varro in eo quē ad. M. Ciceronem ſcribit de Latinæ linguæ origine libro. Tempus dicit interuallum mundi & motus: & in partes aliquot diuiſus: de quibus erit ſuo loco agendum. Macrobius in Saturnalibus. Tempus eſt inquit certa dimenſio: quæ ex cęli conuerſione colligitur. Atq; illud addit: cū chaos eſſet tempora non fuiſſe: cum fuerit chaos ante mundi primordium: quemadmodum Lactantius ait: rudis in ordinateq; materiæ confuſa congeries. Vel ſi cum Naſone finire malumus. Rudis indigeſtaq; moles. Referunt Priſci auctores ad temporis rationem Saturnum quem Deum proderent: quem eundem fabulantur abſcidiſſe cęli patris pudenda: & iiſdem in mare deiectis Venerem procreatam: quę & a ſpuma unde coaluiſſe fertur: Aphroditæ nomen accępit: ut liqueret facta elementorum diſtinctione a cœli motu cœpiſſe tempus quod ex ipſa cœli conuerſione colligitur. Semina porro rerum omnium poſt cœlum gignendarum fluxiſſe de cœlo: atq; ut perpetua foret animantiū propagatio. Ad uenereq; generandi facultatem ex humore fuiſſe tranſlatam: ut p maris ac fœminę coitus cuncta ex inde animantia gignerentur. Sed alio de his loco. Redeo ad temporis diffinitionem. Hoc enim dicunt quidam motum eſſe uniuerſi. Quod licet bifariam interpretari: ut uel ſolum motus mobilis primi atq; ultimæ ſperæ ſit tempus: quod quidā noſtræ tempeſtatis arbitrantur Philoſophi: uel cum motu uniuerſi ideſt primi cœli etiā cœterorum orbium & ſiderum ac ſtellarum motus. Quod Platonem quoq; ſenſiſſe uolunt. Quam opinionem ne ipſe quidē uidetur improbauiſſe. Subtilis cōmentator Auerois. Non nulli tempus rati ſunt eſſe ſperam ipſam cęleſtem atq; mobile primū. Sunt

uii.

qui dicant tempus eſſe rem quamlibet temporali duratione terminatam: quod qui ſentiunt etiã intereſſe affirmant inter Aeuum: æternitatẽ ac tempus. Vt ſit æuum quod eſſe cœperit: atq; eſſe nunquam deſinit: in quod angelis tributum eſt: & cœleſtium orbium motoribus. Aeternum autẽ: quod & fuit ſemp: ac ſemper futurũ eſt: quod ſuũ eſt ſolus dei æterni pricipis: qui ꝑ Apoſtoli ſententia: ſolus habet immortalitatem. Tempus autem ſiue in tempore quæq; res dicitur: quę & eſſe cœpit & deſitura eſt. Qualia ſunt omnia quę ortui & interitui: quę generationi & corruptioni ſubiacẽt. Sed erit paulopoſt opportunior hæc diſtinguendi locus. Verum Peripatetici: qui de natura rerum ſtudioſe inquirere ſoliti ſunt: & ſolerti induſtria hęc perſcrutari omnia: de tempore quoque grauiſſime diſſeruerunt. Quorum Ariſtoteles princeps quæſiuit: primum an tempus eſſet: deinde quidnam eſſet acutiſſime inueſtigauit. Atqui tempus eſſe per ſe exploratum ac perſpicuum eſt. Quo circa Albertus: quem uulgo ob ſcientiæ copiam magnum cognominant: Peripateticæ aſſipulator ſententiæ per ſe manifeſtum eſt inquit tempus eſſe: uel eo imprimis argumento: quod ipſum cum motu una percipiatur: cum ſit motus certe notiſſimus: ac præ ceteris rebus maxime ſenſui patens. Itaque recte Ariſtoteles ſimul motum ſentimus & tempus. Quod ſi quęrimus temporis quænam ſit ratio. Eſt proculdubio tempus: ut idem magnus philoſophus teſtis eſt: ſiue numeratio quędam: ſiue dimenſio ſecundum id quod prius & quod poſterius cedit. Quod non ita intelligendũ eſt quaſi tempus numeret ac dimetiatur motum: ſed potius quod numerus ſit prioris & poſterioris: quę ſucceſſione quadam ſeſe comitantur: & in ipſo exiſtunt motu. Id quod etiã Peripatetico Alexandro placuit. Bene igitur ad eam diffinitionem hęc adiecit Ariſtoteles. Tum dicimus tempus eſſe cum in motu prius ac poſterius pcępimus. Atq; ad uim tẽporis acuratius perſpiciẽdã: illud quoq; animaduertẽdum cenſemus: quod ille ipſe ſubtilis conſiderauit Auerrois. Earum rerum numero utiq; tempus habendum eſſet quas mens noſtra compleat: ac perficiat animi cogitatio. Vt idcirco Ariſtoteles difficile admodum: & occultum dixerit: quaſi lateat tempus: ac ſolum poteſtate ſit: non plane actu exiſtat niſi cum animaduerſio & conſideratio mentis acceſſerit. Vt cum duo in tẽpore ſint: primũ icoatio: deinde perfectio. Incoatio quidem ipſe eſt cœli motus: at perfectio temporis animi intelligentia ac dimenſione completur. Et alteri ſi recte perpenderimus: extra mentem eſt puta id quod mouetur & motus: qui tam & ſi mens nulla ſit nec mentis agitatio: tamen in tanta molis mundanę conuerſione: & cęli motu facillime patet. Alterum uero intra mentem uerſatur: quæ ipſa eſt motus dimenſio. Etenim tunc cõſtat fieri tempus: cum mens noſtra motũ ipſum in prius partitur ac poſterius. Ex quo fit ut motus ſit quędam ueluti temporis incoatio: ac materiæ inſtar obtinens: numerus uero forma & temporis plena ſubſtantia. Poſſit non abſurde motus frugibus & tritici aceruo comparari: quod ut per choros modioſue aut aliam quamuis menſuram diſpartiatur dimetientis ſola efficit cogitatio: adeo manifeſtum eſt animi dimenſione plenitudinem conſtare temporis. Proinde nonnulli etiã magna doctrina uiri in animo ſolum tempus eſſe putauerunt: & eo ammoto tempus penitus nullũ relinqui. Quorum ex numero Galenus Phiſicus ſuum credidit eſſe temporis in animo eſſe: atq; ita i animo eſſe ut per motum quidem animi non rei cuiuſpiam extra animum tempus exiſtat. Cuius rei argumentum non obſcurum exiſtimabat: quod nonnulli cęco carcere agẽtes nati ſub terræ clauſtris: qui cęli motum: nec uiderint unquã nec perceperint: perſpiciant tamen per animi motum tempus. Porro Aurelius Auguſtinus acri uir ingenio & nulli erudiriſſimorum ueterum doctrina: & ſcientię copia impar: quem rerum natura non latuit Alberti pace dixerim: qui neq; quicquã ignorauit: quod quidẽ poſſit humanæ mentis acie comprehendi: ut cęteris de rebus omnibus ita & de tempore: multa cũ acute: tum grauiter locutus eſt. Hic igitur tempus quandam eſſe diſtẽſionẽ autumauit. Quamquã de re obſcura quodam ueluti Academico more: nihil eſt doctor ille uidelicet modeſtiſſimus auſus affirmare: & cogitans (ut opinor) ueram temporis rationem: atq; formam: uim temporis totam in animo conſtituiſſe uiſus eſt. Proinde in confeſſionibus: fortaſſe inquit. Proprie diceretur tempora ſunt tria: præſens de præteritis: præſens de præſentibus præſens de futuris. Sunt enim hæc in anima tria quædam: & alibi ea non uideo. Præſens de præteritis memoria: præſens de præſentibus cognitio: præſens de futuris expectatio. Et rurſum libro eodem undecimo In anima expectatio futurorum: memoria præteritorum: attentio preſentis: quod in puncto præterit. Et lapſum celerrimum: ac uolucrem fugam conſiderans præſentis temporis: quando præteritum fuit: & futurum non dum eſt: luculente adiecit. Siquid ſit præſens: quod intelligatur temporis: quod in nullas iam: uel minutiſſimas momentorum partes diuidi poſſit: id ſolum eſt: quod præſens dicitur: quod tamen ita raptim a futuro in præteritum tranſuolat: ut nulla morula extendatur.

Quemadmodum temporis: ita finis huius non inuenitur epiſtolæ.

¶ De Philoſophiæ inuentione atq; origine: deq; philoſophorum ſerie: ac diuerſis eorum diſciplinis Epiſtola.

AVguſtinus Dathus Fabiano equiti generoſo ordinis diui Ioannis Hieroſolymitani: S.
Deterruere me in hunc uſq; diem quo minus ad te ſcriberem quod pridē efflagitaras:
tum non nulli ſtudiorum-tum graues quidam aliarum rerum labores. Atqui noſti ut
ipſe arbitror: quænam animum diutius exagitauerint curę queq; me negocia implicue
rint non ignoras. Quod ſi immodeſtius factum ſit: quęſo te mihi ignoſce: ſin familia-
rius actum exiſtimas gaudeo mihi aç tibi habeo gratiam. Sed tu ſi recte memini uarias Philoſopho-
rum diſciplinas: & eorum quādam ueluti ſeriem poſtulas: quę res illuſtrata & cognita maximum nō
ſolum litterarum rudibus: ſed etiā doctis hominibus adiumentū præſtat-præſertim cum nonnullos
ſæpe fallat harum rerum-ac diſciplinarum ignoratio. Ego uero tuæ iſti uoluntati non inuitus mores
geſſerim: quando tua tātum apud me ponderis auctoritas habet: ut nihil mihi pene gratius ſit: q̄ id
efficere: quod charum tibi atq; iucundum fore intellexerim. Ac mihi quidem cogitanti: unde potiſſi
mum exordiendum foret-id nequaquaꝫ longioribus inueſtigandum uidetur-a quibus philoſophia
ideſt ſapientiæ ſtudium fluxerit ac permanauerit hominum nationibus. Nam magna hac de re apud
uiros etiam eruditiſſimos diſſenſio eſt: Singulæq; ut ita dixerim uniuerſi orbis nationes Philoſophiæ
ſibi uendicant gloriam: & maximarum atq; ammirabilium reruꝫ principes ſe autoreſq; profitentur.
Et celtę quidem ac Galli Druidas imprimis efferunt-qui ut inueri inueſtigatione uerſarentur: nemo
ra ac reconditos colebant receſſus. Gymnoſophiſtas indi iactant: liberum uero quem Dionyſium
eundem appellari licet: ſępe commemorant-cuius quanta in rebus bellicis glorie claruit: tanta etiam
in litteris uiguit induſtria. Tum Egiptii atq; eorum Thebęi maxime eiuſdem inuēti ſibi aſcribunt lau
dem. Inde Thraces gloriabundi Zamolxim prædicant. Phœnices item-ac Lybies: quorum alteri
Ochum: Athlantem alteri produnt Philoſophiæ & inuentorem extitiſſe: & principem. Accedunt Scy
tę apud quos cum alii floruere multi-tum imprimis Anacharſis Gnyri. Abariſq; Scuthi filius. Prętę
rea Perſæ quorum magos autor grauiſſimus Ariſtoteles uetuſtate ipſa Aegiptios quoq; anteire teſta
tur. Hi enim magni philoſophi duo illa numina Oromszam alterum & bonum Dæmonem ideſt
enim Iouēꝫ. Alterum Arimanicum & malum Dęmona: quem nos Ditem appellare ſolemus. Quid
uero Caldęi nō ne ipſi ſeiu Philoſophiæ inuētione ac laude omnibus anteponunt? Certatim alii pu
gnant ſibiq; ſuis quibuſdam rationibus huius præclari inuenti gloriam adiudicant. Sed quis tandeꝫ
q uel oīa ueterum ſit ac priſcorum ſcrutatus monumenta inter tam multos tanq; eruditos uiros au-
ſit tantas componere lites? Nec tamen latet me Chaldæum Abraham quod probatiſſime quoq; te-
ſtantur hiſtoriæ-tum repperiſſe litteras-tuꝫ plurimum doctrinæ gloria præſtitiſſe. Atq; haud ſcio an
quod multis uiſum eſt ea Græcis tribuenda ſit laus. Quandoquidem Moyſes ipſe gentis Hebreę uir
omni humanitate inſtructiſſimu: derelicta Aegipto in heremo Philoſophatus eſt. Qui & ſi iunior
eſſet Semiramide atq; Abraam: qui eiſdem fuiſſe temporibus perhibētur: longe tamen eos omnis
anteiuit ætate: quos Græci multo omnium uetuſtiſſimos prędicant. Homerum inquam-Heſioduꝫ:
Muſæum-Linum-Chironem-Orpheum-Caſtora-Pollucem-Aeſculapium-Liberum-Mercurium:
Apollinem: cœteroſq; uel deos-uel uates: quos tantis ubiq; laudibus celebrant. Sed & Iouem ipſum
illum (ut aiunt) diuinitatis principem. Nanq; his omnibus Cecrops Rex primus Atticæ regionis
ſenior extitit-atq; antiquior: cuius tempeſtate Moyſem malo enim ita q̄ Moſem appellare: uixiſſe com
pertum eſt-quorum uterq; Troianum excidium trecentis & quinquaginta anteceſſit annis. Verum
nō contexere hiſtoriam: ſed philoſophorum ſeriem explicare conſilium eſt. Mul a enim quæ hac de
re dici queant non epiſtolam: ſed librum potius deſyderent. Itaq; ut reliqua ommittam qui primi in
philoſophia & rerum contemplatione uerſati ſunt: ante alios numerentur-quos habitos & appella
tos ſapientes Græca hiſtoria concinit. Thales Mileſius omnium primus: qui clariſſimis ortus maio-
ribus ut Herodotus ac Democritus litteris prodiderunt ſiue quondam Phœnix: ſiue indigena Mile-
ſius: ſapiēs primum appellatus: qua tempeſtate principem Damaſius gerebat Athenis. Sub quo ſep
tē quoq; σοφοι ideſt ſapientes & habiti & nominati ſunt. Niſi forte nos fallit Demetrius Phalereus
in deſcriptione principum. De Thalete autem præclara multa cum alii Græcarum rerum ſcriptores:
tuꝫ uel maxime Diogenes protulit: qui id genus hiſtorias: ſummo ſtudio: diligenterq; perſecutus eſt.
Poſt Thaletem autem Solon ut non nulli aiunt Athenienſis: ſed re uera potius Salaminius: a quo
Athenienſibus conditæ legis tanto in honore habitæ ſunt: ut tabellis æreis inciderentur. Hic & prin
cipatum ipſe renuit & Piſiſtratum quamuis propinquum: & neceſſarium dominari cupientem omni
bus uiribus inſectatus eſt. Secundum hos uero Chilo Lacedæmonius: qui autore Soſicrate primus
inſtituit: ut Ephori regibus adiungerentur: Satyrus uero Lycurgum dixit Deinceps Pittacus Mitile-
næus Thrax genere: uir quidem apprime īduſtrius nec ſolum ſapientiæ laudibus. uerum etiam ge-
ſtarum rerum gloria per excellens. Bias deinde Prienenſis quem Satyrus reliquis ſapientibus
non iniuria prætulit: perinde atque eruditum uirum & ingenioſum: iuſtitiaque præſtantem & ſi-
quid ad rem pertinet: præter cœteros opulentum: atque locupletem. Poſt Biantem Cleobolus fuit
Chares ſeu potius Lyndius: cuius genus plerique ab Hercule repetunt: qui filiā Cleobolinam ge-
nuit: exametrorum tandem enigmatum uatem. Deinceps Periander Corinthius Cipſelo patre na-

tus ex eraclidarum antiquiſſimo genere: de quo haud ſcio plura ne terra flagitia: q̄ praeclara facino-
ra memorentur! Eius tamen prudentia qualis tandem fuerit probe expertus eſt Anon Metinneus.
Hi igitur ſeptem Graeciae Sapientes a ueteribus nuncupant: quibus annumerari ſolent Anacharſis
Scytha: Myſo Cheneus. Piſiſtratus tyrannus. Pherecides Syrus. Epimenides Cretenſis. Addunt his
quoq̄ Homerum & Heſiodum nec non Linum ac Muſeum. Nam & poetas ipſos ſapientum ſeu So
phiſtarum appellatione uenerabantur. Mitto Lycurgum Lacedemonium & Heroicis ętatibus Vly
xem. & imprimis Neſtorem: cuius ex ore & lingua ut ait Homerus μέλιτοσ γλυκΐομ ῥέιμ αὐδή:
tum Athlantem & Prometheu: quem idcirco homines finxiſſe aiūt: quod ſua ſapientia ex feris atq̄
immanibus. & mites reddidit & manſuetos. Deniq̄ Orpheum praetereo qui & Thrax fuit genere:
& Muſaeum Eumolpi filium inſtituit. Neque ex nullis Graecis hiſtoriarum ſcriptoribus ac doctiſſi-
mis uiris haec ſumpſerimus. Quod ſi ipſe ea finxero haud quamquam uera ſint. quae tamen ita eſſe
& antiquis monumentis. & firmiſſimis teſtimoniis comprobantur. Q d' ſi qui forte ſecus ſenſerint:
hi Diogenem Laertium. ne diutius laborent. Euſebium Ceſarienſem. & noſtras delitias Aurelium
Auguſtinum. ac Hieronymum legant. Diogenem autem Laertium non incōſulto ſcripſimus: quod
& alii quoq̄ Diogenes celebrātur. Duo illi praecaeteris antiqui: quorum alter Synopaeus genere. Al-
ter Babylonius fuiſſe depraehenditur. Nunc uero de philoſophiae generibus deq̄ uariis ſapientum
diſciplinis ſcribere agrediar: quorum utrunq̄ te etiam atq̄ etiam expetere & a me pridem annū iam
explicatum aiebas: alterum cum. M. Ciceronis ſextum de republica librum quod Somnium Scipio
nis inſcribitur: alterū cum Ariſtotelis politica publice legere atque explanare cępiſſem. Eadē igitur
ut tuo iuſſu litteris tradas. Duo quōdā extitere Philoſophiae principia. Alterū Ionicū: Italicū uero al
terum: fuitq̄ prioris illius autor Anaximander: uel potius eius doctor Thales Mileſius: ſi malumus
cum Auguſtino ſentire: & eo Ionici cognomen recaepit id genus. Erat enim Miletum urbs celebris
Ioniae: in qua Ion uir clariſſimus floruit plurimum: & ab ſe tandē appellauit eam Graecię oram: aeter
numq̄ dedit per ſaecula nomen. Hic itaq̄ Thales qui nullo prorſus praeter Aegyptios ſacerdotes. ma
giſtro uſus eſt. Docuit Anaximandrum. quem eundem ſucceſſorem reliquit. Mox Anaximandri di
ſcipulus. atq̄ auditor fuit Anaximenes. & ipſe quoq̄ genere Mileſius. Hic & ſecundum quoſdā Dio
genem inſtituit & Anaxagoras Clazomenium. Porro Anaxagoras Archelaum Mileſius docuit Phi
ſicum nominatum: q̄ ad eius uſq̄ aetatem ſola naturalium rerum inueſtigatio culta eſt. Huius per fa
miliaris ac ſucceſſor extitit Sophronici filius Socrates. qui primus Ethicam diciplinā in uexit: de quo
praeclare Cicero. Primus Inquit Socrates philoſophiam de uocauit. e. coelo. & in urbibus collocauit:
cum reſpublicas optimis temperauit inſtitutis ac legibus. & in domos introduxit: cum rem familia-
rem conſtituit. & coegit: de uita. & moribus deq̄ rebus bonis & malis quęrere. Quę utiq̄ diſciplina:
quoniam cuiuſque mores cōformat ἠθικη a Graecis dicta eſt. Nos eanda non immerito moralem
uocitamus Poſt Socratem uero uarię cępere deinde philoſophantiū ſectę: & eius ut ait Marcus Tul
lius multiplex ratio diſputandi. Platonis memoria & litteris conſecrata plura genera effecit diſſen-
tientium philoſophorum. Atq̄ ut Euſebius ipſe oſtendit teſtis locuples: & Chriſtiane religionis uir
longe eruditiſſimus a Platone in complures partis illuſtris ſecta eſt ac diſtributa philoſophia. Sed ne
progrediar longius: morum coformationem & inſtituta uitae idem Socrates in maiorem modum il-
luſtrauit. Diſcipulos habuit q̄ plurimos: longe tamen omnium primos Platonem Antiſtenem Ari-
ſtippum: Hic patria Cyrenaeus fuit: habuit filiam litterarum ſplendore erudiſſimam: cui Aretae no
men erat: quae filium docuit Ariſtippum Iuniorem: ob eam cauſam μητροδιδακτομ cognomina-
tum. Hic docuit Theodorum: qui primū ἄθεοσ mox θέοσ nuncupatus eſt. Cui is ſucceſſit Anti-
pater: qui Epitimedem Cyrenaicum erudiuit. Cuius auditor Parabates ſucceſſorem reliquit Hege
ſiam: quem a Crebro mortis ſuaſu non iniuria. πισιθάνατομ uulgo uocitarunt. Huius diſcipulus
fertur Anniceris Lybis: qui Platonem. e. ſeruitute liberaſſe perhibetur. Antiſthenes autem. alter So-
cratis diſcipulus Diogenem Synopeum inſtituit: qui inſtituit Cratetem Tebanum: cuius familiaris.
Zeno Cittięus fuit: cui quod pleriſq̄ ſolet eſſe infortunatum ſalutare admodum naufragium fuit.
Nam cum a primis temporibus aetatis negociator fuiſſet: poſteaquam naui facta oleo onuſta ad uer
ſa tempeſtate. ac fluctuum turbulentis procellis Athenas delatus Grateti Thebano familiarem ſeſe
ac diſcipulum aſciuiſſet: ita demum in ſtoica diſciplina claruit ut omnes deinceps eiuſce philoſophiae
ſectatores ab eo ſint Zenonii nūcupati. Huius diſcipulus & philoſophus īſignis fuit Cleantes Caſ-
ſius: qui Cryſippum erudiuit: poſtremum per id tēporis Stoicae diſciplinę ſucceſſorem. Plato autem
Socratis tertius ac praeclarus alumnus praeſtanti uir ingenio: ſcientiae copia: cui initio Ariſtocrati no-
men erat. Nam Plato uel a pectoris latitudine uel ab orationis copia nūncupatus eſt. Eximius im-
primis philoſophus ac pene diuinus. Speuſippum docuit & eum quidem haud uulgarem philoſo-
phum: qui docuit Xenocratem: qui docuit Polemonem: qui docuit Crantora: qui docuit Cratetem
Athenienſem: qui deinde docuit Arceſilaum. Deinceps ſucceſſit Lacydes qui docuit Euandrum Pho
caeum. Poſt quem ſerie quadam ſucceſſionem exceperunt Damon Leontheus: Moſchion Euander
Athenienſis Hegeſinus. Hic docuit Carneadem Philocomi filium. Huius ſucceſſor fuit Clithoma-

chus: qui Aſdrubal appellatus Armadan docuit academicorum ultimum. Rurſum Plato ut cæteros ommittamus Ariſtotelem Stageritam edocuit: cuius uel ingenium uel doctrinã haud eſt explicandi locus. Hic Tyrtanum Creſium ſuæ ſcolę ac diſciplinæ ſucceſſorem reliquit: quem Ariſtoteles ipſe primum Euphraſtum: ob elocutionis bonitatem atque præſtantiam: deinde Theophraſtum quod diuino quodam polleret eloquio appellare ſolitus erat. Hic imprimis Phaleretum Demetrium erudiit: eum qui in exilium ob iniuriam pulſus ſe ad regem Ptholomæum Alexandriam contulit: qui χαριτοβλέφαρος cognominatus eſt diſputator ſuptiliſ & nequaquam mediocris Orator. Atque ita ſi accuratius Fabiane inſpexeris uniuerſa illa Ionica philoſophia conſumata eſt: quæ potiſſimum in tris illos deſiit: Chriſippum: Clitomachum: ſiue ut nõnulli uolũt Armadam: Theophraſtum uel Demetriũ ſi libeat potius. Quod uero de Academia dictũ eſt: ne quid harum rerum ignores id q̃ primum liquido ac perſpicue patefecerim. Tria nanque fuere Athenis celebria Gymnaſia: Academia: Lycium Cynoſarges & in Cynoſarge quidem Antiſthenes docuit: in quo eodem & Socratem non nunquam uerſatum eſſe in Axiocho oſtendit Plato. At in Lycio Ariſtoteles docere conſueuit Alexandri magiſter ac matutino quidem tempore remotiorem illam philoſophiam quæ ακροατικὴ a Græcis dicitur: inſtituebat in Lycio: & tum ut ipſe quoq; Aulus Gelius teſtatur in noctibus acticis περιπατον ἑωθινον appellabat: eodem rurſum in loco: ueſpertinquam ἐξωτερικὴν diſciplinam edocebat & Lycium περιπατον δειλινον uocitabat. Duplex nanq; erat niſi forte errauit Gelius auctor probatiſſimus commentationum atque artium genus: Quod ipſe idem Ariſtoteles meminit tum in epiſtola ad Alexandrum Regem: tum in ſuis Ethicis: cum ſectam animam in duas partes ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις & alteram quidem habentem rationem: alteram uero rationis expertem ſed hæc alias. Demum in Academia Plato uerſatus eſt. Hanc quõdam Ecademiam dixere: quã Ecademus Heros propter ſuburbia Paluſtribus ac ferme peſtilentibus dicauit in locis. Idque ſibi domiciliũ delegit Plato: ut domito: atque ut ita dicam ſubacto corpore uegetioribus animi uiribus uteretur. Et de Ionica quidem Philoſophia hactenus. Reliqua Italica eſt: cuius huiuſcemodi præſcribitur ſeries. Fuit enim huius auctor Pythagoras: qui ab Pherecide Syrio: atque Hermodamante Creophili poſtero uniuerſo fere orbe luſtrato ultimis peragratis terris: haud decurſa adhuc ætate patriam reliquit Samum: fugiensq; Policratem Tyrannum in Italiam Crotonam uenit: ad trecentos habuit auditores. Quæ uero nunc deleta eſt: quæque per id temporis in mirum modum florebat: magnam Græciam inſtitutis ſuis ac præceptis erudiit. Inque Italia quæcunque ab Theodea ſorore didicerat Italis tradidit: ut nulli alii præter Pythagoram atque eius diſcipulos: uel multis poſt ſæculis docti putarentur. De cuius & Doctrina & auctoritate per ſæpe Cicero ac multa locutus eſt: qui deuitata præclari uel potius diuini nominis ideſt ſapientis arrogantia: primus apud Leontem Sycioniorum Phliaſiorum Tyrannum philoſophum ſe ideſt ſtudioſum & amatorem ſapiẽtię appellauit. Italica igitur hæc philoſophia idcirco dicta eſt quod princeps eius diutius in Italia philoſophatus eſt Pythagoras: cui ſucceſſit Telanges filius: qui docuit Xenophanem Colophonium: quem audiuit Parmenides Eleates: cui imprimis familiares ſucceſſoreſq; duo extitere: alter Empedocles Agrigentinus: qui pro quorundã opinione dicendi facultate primus inuenit. Alter Zeno Eleates quem differendi artis quam λογικὴν Græci uocant: auctorem aſſeuerant. Zeno dehinc Leucippum docuit: qui docuit Democritum Abderitem. Hic habuit auditores complures: ſed illos unque primarios Nauſiphanem: & Naucydem: quibus Doctoribus Epicurus Athenienſis uſus eſt ille uoluptatis aſſertor. Atque Italica philoſophia ſeſe ad Epicurũ uſque propagauit: qui Democriti ſententiam omnia fortuita concurſione efficientis tenaciter ſectatus eſt. Quæ perinde atque ſordida inaniſq; opinio: ab omnibus tum Grecis tum Latinis grauiſſimis uiris exploſa eſt iampridem ac reiecta. Ac de principiis philoſophiæ ſatis diximus. Nũc uero ne ſingillatim: quę de philoſophis dici poſſunt cuncta complectar: eorum diſcip inas ac diſcrimina referam. Ommiſſa itaque Marci Varronis ſententia: qui longe plura genera effecit. Hippoborus auctor apud Gręcos haud ignobilis nouem fuiſſe ait philoſophię inſtituta: ac Megaricam primum ſectam conſtituit: deinde Eretricam: tum Cyrenaicam: poſt Epicuream: dehĩc Annicerianam: præterea Theodoriã: ad hęc Zenoniam & eãdem ſtoicam: octauo loco Academiam ueterem: poſtremo Peripatheticam Cynicam Elyacam Dialeticam nuſquam meminit. Pirrhoniam conſulto deſpexit: quam plęrique ob eius obſcuritatem: & quaſdam ueluti ſententiarum tenebras neglexerunt. Hęc itaque Hippoborus. Nos uero nec multitudinem Varronis omnino probantes: nec Hippobori paucitate contenti: & decem aſſerimus philoſophorum ſectas: & has potiſſimum prædicamus. Academicam Cyrenaicam. Elyacam Megaricam Cinicam Eretricam Dialecticam Peripateticam Stoicam Epicuream. De Academia pauloante dictum eſt. Sed ueteris Academię princeps fuit Plato. Medię Arceſilaus: Nouę Lacydes. Alii Carneadem malunt. Cyrenaica ab Ariſtippo Cyreneo ſumpſit exordium. Elvaca a Phedone Elvenſi. Megarica ab Euclide Megarenſi. Cynicæ princeps fuit Antiſthenes Athenienſis. Cynici autem aut a Gymnaſio Cynoſargi appellati ſunt: ubi docebat ac uerſabatur Antiſthenes: aut a Græco no-

mine ἀπὸ τοῦ κυνὸς ſignificat apud Græcos canem: Idq; uel ob mordacia cauilla uel propter obſcœnam quandā ac penitus caoinam orationis licentiam: & loquendi ueniam. Eretrica ab Menedemo Eretrienſi traxit originem. Dialecticam ut quidam uolunt pace Zenonis Eleatis dixerim: primus inuenit Clitomacus Calcedonenſis. Eſt enim διαλέγομαι apud Græcos diſputo obdicendi exercitationem ac ſolertiam. Stoicæ principem Zenonem Citieum ſcribunt. Sed illa altius repetenda eſt. Ab ipſo inde uſque Antiſthenæ Socratis diſcipulo. Dicti autē Stoici ab eo quod in porticu quæ στοὰ Græce dicitur diſputare ſolerent. Peripateticorum princeps fuit Ariſtoteles Stagerita: uel ab eo otio qui erat in Lycio Peripateticus nuncupatus: uel quod de ambulās: aut cum diſcipulis plerunque diſſereret: aut inſtitueret auditorem Alexandrum. Id enim apud Græcos περιπατεῖν ſignificat. Epicurea ab auctoris nomine appellatus eſt. Siquæ ſuperſunt: ab iis pete: qui plures faciunt. De partitione autem philoſophiæ alio loco a nobis ipſis ſatis explicatum eſt. Sed in omni & philoſophorum numero: & diſciplinarum uarietate: illi mea ſententia nimirum floreant ac dominentur: qui præclara ac multa: reliquerunt ſui iogenii monumenta. Qualis Plato qui plurima & ornate ſcripſit & ſplendide. Qualis eius alumnus Ariſtoteles aureum illud ut Cicero dicebat flumen: & huius diſcipulus Theophraſtus eiuſdem Ciceronis deliciæ. Quales item Zenones: tum Citticus: tum Eleates: Democritus: Cryſippus: Empedocles: Eraclitus: libet mihi & Epicurum addere: qui omnes permulta litteris prodiderunt. Sed habes uir clariſſime: quę poſcebas ſatis ut arbitror: cumulate. Quod ſiqua forte deſint: ne moleſtum ſit: ut me q̄primum certiorē facias. Nam & iis quę ſcripta ſunt: ſi modo iuſſeris multa ſubnectā. Demū uero oro te: ut quę ex multis nec ſatis ut ipſe arbitror: exploratis locis deprōpta ſunt: optimo accipias animo: & in arcula ipſa tua theſauroq; reponas. Seras litteras non indignanter feras ac me uehementer ames. Vale.

De uariis Philoſophorum ſententiis atq; eorum diſparibus diſciplinis. Epiſtola & quaſi quidam præcedentis Epilogus.

AVguſtinus Dathus Dominico Biliotto Canonico Salutem Dicit. Sæpe animaduerti cupere te Philoſophorum uarias noſſe ſententias atq; eorum diſpares diſciplinas. Idcirco exſcripſi ipſe meis manibus: quā de ea te miſeram ad Fabianū Hieroſolymitanū Epiſtolā. Sed ut paucis multa compræhendere poſſis: accipe breuem earum rerū collectionem. Itaque imprimis ſeptem ſapientes numerantur: qui his uerſibus cōtinētur.

Nomina ſeptenum ſapientum Græcia cantat.
Patribus & natos diuerſis orbis honorat.
Inclyta nam genuit celebrem Bianta Prienne.
Inde Solone ſuo claræ lætantur Athenæ.
Miletus generat perdoctum antiqua Thaletem.
Atq; Mytylena præclarum Pittacon edit.
Se genitum rigida gaudet Lacedęmone Chilon.
Te Periandre creat laudabilis ære Chorinthus
Lindon & in cœlum cum laude Cleobole tollis.

Philoſophiæ autem duplex eſt genus. Vnum quidem Ionicum: Alterum Italicum. Ionicum auctores habuit Thaletem Mileſium qui docuit Anaximandrum: qui docuit Anaximenem: qui docuit Anaxagoram: qui docuit Archelaum: qui docuit Socratem: qui Ethicam diſciplinā primus inuexit. Hic docuit Platonem: Anthiſtenē: Ariſtippum. Ariſtippus a quo Cyrenaici ſunt profecti docuit Aretam filiam: quæ docuit filium Ariſtippum iuniorem: qui docuit Theodorum: qui docuit Antipatrum: qui docuit Epitimedem: qui docuit Parabatem: qui docuit Hegeſiam: qui docuit Anniceriim Lybyn. Rurſus Antiſthenes a quo habuerunt Stoici originem inſtituit Diogenem Synopeum qui inſtituit Craterē Thebanum: qui inſtituit Zenonem Citticum: qui inſtituit Cleantem Caſſium: qui inſtituit Chryſippum magnum Stoicorum interpretem. Plato autem tertius Socratis diſcipulus docuit Speuſippum ſororis ſuæ filium: qui docuit Xenocratem: qui docuit Polemonem: qui docuit Crantora: qui docuit Cratetem Athenienſem: qui docuit Areſilaum: cui ſucceſſit Lacydes: quem audiuit Euāder Phocæus. Tū ſucceſſerunt ſerie quadā Damon Leontheus: Moſchion Euander Athenienſis Hegeſinus: qui docuit Carneadem Philocomi filium: cui ſucceſſit Clitomachus cognominatus Aſdrubal: a quo Armadas inſtitutus eſt: in quem academica diſciplina deſiit. Ariſtoteles autem quanquam Platonis fuerat auditor: diuerſum tamen dogma ſecutus præcipuos diſcipulos docuit Menedemum: & Tyrtanum Ereſium quem & Theophraſtum ob ſermonis quandam diuinitatem appellauit: & diſciplinæ ſuæ ſucceſſorem reliquit: qui & inſtituit Demetrium Phalereum: qui in exilium ob iniuriam pulſus ſe ad Regem Ptholomæum: Alexandriam contulit. Et hæc quidem de Ionica Philoſophia: quæ Secta in diuerſas ſententias in tris illos deſiit maxime. Stoica in Cryſippum. Academica in Clitomachum. Peripatetica in Theophraſtum. Italicum uero philoſophiæ ge

nus principem habuit & inſtitutorem Pythagoram Samium: qui diutiſſime in Italia philoſophatus eſt: & idcirco eam Philoſophiam ita appellauerunt. Hunc inſtituit Pherecides Syrius: audiuit Thelanges filius: qui docuit Xenophanem Colophonium: qui docuit Parmenidem Eleatem: qui docuit Empedoclem Agrigentinum: & Zenonem Eleatem. Hic docuit Leucippum. Leucippus docuit Democritum Abderitem: qui docuit Nauſiphanem & Naucidem: a quibus Epicurus inſtitutus eſt uoluptatis aſſertor. Sectæ autem & diſciplinæ philoſophorum hæ potiſſimum a ueteribus numerantur. Academica diſtributa in tres. Veterem: cuius princeps fuit Plato. Mediam: quæ auctorem habuit Arceſilaum. Nouam: quam inſtituit Lacydes. Sequitur poſt Academicam Cyrenaica: quæ principem habuit Ariſtippum Cyrenæum. Eliaca: cuius princeps Phędon Elyenſis perhibetur. Megarica: quæ ab Euclide Megarenſi profecta eſt. Cynica: quæ ab Antiſthene Athenienſi. Eretrica: quæ a Menedemo Eretrienſi. Dialetica: quæ a Clitomacho Calcedonenſi. Stoica: quæ a Zenone Citieo. Peripatetica: quæ ab Ariſtotele Stagerita. Epicurea: quæ auctoris nomen retinet. Ex his uero quattuor præcipue celebrantur. Academica. Peripatetica. Stoica. Epicurea: quæ non ſolum auctoribus diſtinguntur: uerum etiam diuerſis ſententiis atque opinionibus uariantur. Stoici namq; uirtutem dicunt ſolum bonum. Academici & Peripatetici non ſolum: ſed ſummum bonum. Sed quæ Peripatetici certo aſſeuerant: dubitant Academici: & affirmare non audent. Ex quo Peripatetici certa uel incerta conſtituunt. Academici probabilia aut improbabilia. Et Academici quidem coniectura procedunt in rebus inueſtigandis. Peripatetici demonſtratione: quæ certam atque indubitatam ſcientiam parit. Epicurei uoluptatem tuentur: & dicunt ſummum bonum eſſe. Habes Philoſophorum ſucceſſionem & uarias diſciplinas: quibus de rebus diffuſius alio tempore. Sed illud quoque ignorare non debes tria extitiſſe apud Athenienſes præcipua Gymnaſia: in quibus & Philoſophi quondam diſputauerunt. Academiam. Lycium. Cynoſargem. In Academia docere Plato ſolitus eſt. Antiſthenes in Cynoſarge. Ariſtoteles in Lycio. Et is quidem matutino tempore ſecretiorem atque altiorem philoſophiam. Veſpertino autem ciuilem quandam & uulgatiorem diſciplinam præcipiebat Quid plura? Noſſe potuiſti: quæ magnopere mihi deſiderare uiſus es. Siqua præterea ſcribi uelis a me: cũ certiorem me feceris: q̃primum tuæ obſequar iuſtiſſimæ uoluntati. Vale φιλη κεφαλη ἔρρωσο καὶ ἡμᾶς ἀγάπα Amice dulciſſime: & me etiã plus q̃ ſoles ama. Ex noſtris laribus. iii. Nonas Auguſtas.

¶ Hac Epiſtola pertractatur de quadam particula. P. Terentii: Scilicet. Ego ne utiq̃ officium liberi hominis eſſe puto: cũ is nihil promereat̃: poſtulari id gratiæ apponi ſibi.

AVguſtinus Dathus Dominico Billotto Canonico. S. P. D. Siquis rem grauiorem atque accuratiorem explicaturus eſt: non lucubratione & furtiuo noctis tempore: ſed meridiatione egeat potius & diei opere. Sed qui noctu quodãmodo rem magnas poſtulaſti: reſponſum quoq; nocturnum accipe. Verba ſunt in Andria Terentii: quæ facit Poeta loquentem Pamphilum: niſi fallor. Ea uero huiuſmodi ſunt. Ego ne utiq̃ officium liberi hominis eſſe puto: cum is nihil promereatur: poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Horum hæc mens eſt. Non eſt officium ingenui hominis: ut gratiam repoſcat: quam non mereatur: quoniam gratia rependitur pro accepto beneficio. Vbi igitur non præceſſit beneficium dantis: non debet ſequi gratia accipientis. Quandoquidem gratiam appellamus: quaſi quoddã beneficii premium. Dicebat ergo Carinus Pamphilo. Si dabis Pamphile operam: ut ne ducas Philomenã: quam ipſe cupio adducere: habebis me obligatum atque deuinctum. Quaſi dicat. Erit mihi maximum beneficium. Reſpondet ingenue Pamphilus adoleſcens ingenuus: quod non ſpectat ad liberalem hominem: cum dignus non ſit: poſtulare & requirere: ut gratia apponatur ſibi: quæ ſibi non debet? Quamobrem? Quia beneficium inquantum beneficium prodeſt quidem accipienti. Danti uero aut nihil prodeſt: aut plerumq; obeſt: & cum ſuo incõmodo cõfertur. Illud igitur quod non oberat: & nocebat danti Pamphilo: ſed magis conducebat ſibi q̃ Carino accipienti: non erat beneficium appellandum: & ita non debebat habere gratiam pro premio. Vt arguat quis dicens. Quod non eſt beneficiũ: gratiam habere nõ debet. Sed id qđ Pãphilus facturus erat: nõ tenebat beneficii locũ: propterea ꝙ rem ſuam agebat. Ergo nõ erat id dignũ gratia: q̃a beneficiũ & gratia: ut dictum ẽ: mutuo ſibi reſpondẽt. Pamphilus aũt malebat illas nuptias effugere q̃ Carinus acq̃rere. Glicerium uero ardẽs cupiebat: repudiare Philomenã: quã Carinus optabat uxorẽ habere. Quare duplex colligit̃ liberi hominis officiũ. Primum: ut cui multũ debeat: ei plurimũ debere uelit. Vt Cicero noſter ſentit. Alterũ: nõ poſtulare gratiã: quãdo illã nõ promereat̃. Quorum utrũq; ſi ſeruauerimus: liberalitatẽ Pamphili Terentiani imitabimur. Dignos nos reddemus magnis laudibus Cupio tecũ præſentẽ habere ſermonẽ. Qui tibi gratus: ut arbitror: mihi certe erit iucundiſſimus. Imprimis cura: ut me unice diligas. Vale.

¶ Variæ de Sportula ac diuerſæ ſententiæ: nec non lixarum proprietas hac commemoratur epiſtola.

SERVtis Auguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Salue decus patriæ:
& meum ſingulare profugium. Variam conſtat eſſe de Sportulis apud doctos ſenten/
tiam: & affirmare difficile eſt: quod a noſtrorum temporum abhorret uſu. Sed quan/
tum coniectare licet: largitionibus & muneris Sportula habebatur genus. Quod uſur/
pare ueteres conſueuere Romani: uel ad præſtandā egentibus opem: uel ad aucupan/
dam multitudinis gratiam. Qualia exhibebant & Ediles conuiuia Præfecti iidem: tum agendis fabu
lis: tum Scenicis ludis & Spectaculorum celebritati. Quæ omnia quo munificentiora præſtabant:
eo pluribus ſuffragiis Reipublicæ honores & magiſtratus aſſequebantur. Qua etiam de re multa
quoque Marcus Tullius de officio præcipiens locutus eſt. Huic opinioni fauere uidentur Tranquil/
li Suetonii uerba: cum de Cæſare Domitiano diclr. Multa quoque in omnes rerum uſus renouauit.
Sportulas publicas ſubſtulit: reuocata ueterum cœnarum conſuetudine. Et Iuuenalis Poeta nullius
imperitus rei dolens temporum prauitatem & eius ſæculi corruptiſſimos mores: oſtendens nullum
relictum frugalitati beneficentiæ uirtuti locum.

Quis (inquit) totidem erexit uillas? quis fercula ſeptem
Secreto cœnauit auus? nunc Sportula primo
Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ.

Quaſi duo acrius redarguat: & ꝑ magna paruā dari: & ab egena plebe ad potentiores atque opu/
lentiores fuiſſe tranſlatam. Iubet nanq; a precone uocari ipſos Troiugenas. Nam uexant limen &
ipſi: Nobiſcum. Da Prætori: da deinde Tribuno. Ac tam multa de Sportula ſubicit Iuuenalis: ut Spor
tulam quodāmodo ante oculos ponere uideatur. Sed & pro munuſculo quopiam Sportulam conſul
ti lure uſurpare uidentur: & a genere uaſis quod tum erat in uſu. Nam Sportulas Fiſcos ciſtellas ſæ
pe inuenire eſt in ueterum lectione. Nec deſunt qui putent conſueuiſſe egentes noctu adire nobi/
lium ędes: atque inde Poſtmodum Sportulas reportare. Quod noſtra quoque tempeſtate me ipſum
ſæpę animaduertiſſe memini: & primo ſole quærens primum regnum Dei & ad rem diuinam uiam
intendens mihi perſæpe uel egenorum turbam uel helluonum gregem uexare Archiepiſcopatus li
men cuiuſmodi hominum generi licere uidetur: & ab octaua bibere hora: & quotis tempore aliena
uiuere quadra. Sed Sportulas publicas potius & probe ſignificauit Tranquillus: & ipſe auſim pro/
bare magis. Hæc ſunt quæ modo ruſticanti mihi & nihil præmeditato repente de Sportula uenire
in mentem potuerunt. Siquid præterea occurrerit poſthac aut melius aut longius iuſſus continuo
mandabo litteris. De Lixis uero nihil eſt: quod poſſit dici ſatius: q̄ quod a Marco Marcello traditur:
qui eleganter imprimis de uerborum ſignificatione conſcripſit. Eius de lixis hæc uerba ſunt. Lixarū
proprietas hæc eſt: quod officium ſubſtineant militibus aquæ uehendæ. Lixam nanque aquam ue/
teres uocauerunt. Vnde elixum dicimus aqua coctum. Lix etiam cinis dicitur: uel humor cineri mix/
tus. Nam etiam nunc id genus Lixium uocatur. Varro de uita Patrum libro primo. Proinde ut eli/
xulis panem & farre & aqua frigida frangebant: ſed tuæ Dominationis hæc omnia relinquo iudicio:
quo nullum nec acrius prorſus inueniri poteſt: nec omnino ſolertius. Aueto.

¶Epiſtola ad Andream Piccolomineum
de Chriſtophori eius auuncu
li immatura morte con
ſolatoria.

AVguſtinus Dathus Andreæ Picolomineo. S.P.D. Circiter Septimo Idus Ian. a publi/
cis muneribus redeuntibus nobis: atque apud te tranſeuntibus Franciſcus tuus uel po
tius noſter uir optimus & imprimis ſapiens forte quadam obuiam ſeſe obtulit. Nos
continuo illum de te pro more percontati ſumus. Quippe quem dies compluſculos ui
diſſemus nuſquam: quæ res paululus ſuſpitionis afferebat. Tum ille nuncium triſtem
ac peracerbum detulit Chriſtophorum Picolomineum auunculum tuum uirum non minus uirtute
atque optimis moribus ornatum: q̄ ætate florentem uita deceſſiſſe: & quod lachrymare me etiam co
git correptum febri: quinto die laterum dolore conſumptum. Is mihi nuncius Andrea tam grauis
tam acerbus: tam luctuoſus fuit: ut ne illius quidem perneceſſarii moleſtius eum caſum tulerint.
Atque cū probiſſimi iuuenis & laudes multas & ętatem conſidero: neminem fere eſſe puto: qui non
eius deploret interitum: atque immaturam mortem defleat. Præſertim cum eſſet ille boni cuinſq; ui/
ri amore dignus. Eius nanq; ſingularis uirtus: ac ſapienter pro ætate inſtituta uita cunctæ illum ci/
uitati chariſſimū fecerat. Quamobrē & ipſe multū doleo: cū ſæpius optimi interitū iuuenis aīo cōple
ctor: qui florentiſſimam uiuens ętatem: prius q̄ mediū uitę ſpatiū conſpexiſſet: in ipſo curſu corruit: &
īmatura morte pręuētus ē. Quā fallax queſo noſtra ſpes eſt: q̄ inanis prorſus quiſq; ē mortaliū cona
tus. Sperātis nos uiq; rerum humanarum uarietatem: ac fragili fortunæ præſidentes mors ſubito

opprimit:potius ꝗ extinguit. Atq ita hominum & cogitationes inanis:curaſq intercipiti & caſſa peri
mit conſilia. Q uã repente tuo illi auunculo uiribus & ætate florenti erepta uita eſt! Q uã ſubito allata
mors! Verum fruſtra hæc ſcribimus:pręſertim cum ea commemoratione facillime recens animi cu/
ra:ac moleſtia renouetur. Nam ipſe ita imprimis doleo:ut nõ tam alios cõſolari queam:ꝗ plane alio
rum egeam medicina. Q uod ſi quid cupis conſolationis tibi afferri:idq forſitan de me quęris:pror/
ſus quid agam:neſcio. T ui me auunculi recordatio ita me gemere compellit:ut conſolationem cogi/
tanti mihi lugubris tandem ac ſolum męſta offeratur oratio. Quanquã mi Andrea ſi ad ueritatẽ uo
luerimus reuocare rationes:turpe exiſtimabimus:ut cuiuſquã mortem defleamus:cui uel diuino nu
mine uel ipſius naturæ lege omne animantiũ genus obnoxium eſt. Atq præclare Lyſias & inſignis
apud Græcos Orator & uir ſũmma eruditione ac ſapientia. Haud ſcio inquit. Q uid nam luctu atq
eiulatione opus ſit. Scimus nanq genitos nos eſſe mortales:nec mori aliquãdo nõ eſt neceſſe. Q uid
igitẽ doleamus:quod uitari a nemine poteſt! Nec eſt.n.probandus:nec laudandus Solon:ſi uerũ eſt a
qui cum liberos ſuos uita defunctos lugeret:coargueretur:q nihil lachrymando proficere:id ipſum
dolere ſeſe reſpondit:quod fruſtra amiſſo filio:lachrymas funderet. Nam quod idem aiebat uenu/
ſtiſſimus ac politiſſimus Lyſias:bonis atq improbis mortis neceſſitudo cõmunis eſt:quãdo nec par/
cit bonis:nec defugit improbos. Parem ſeſe cunctis mortalibus præſtans. Quod ita eſſe ea lege aſſen
timur:ne eundem & perditorum hominum:& inocentum poſt mortem animis curſum parari:ac pa
tere aditum exiſtimet. Quin parenti Philoſophia tui iam acri addicto ſcriptam defenſionem obtulit:
uſq quaq conſentiat:perſuadeatq ipſe ſibi improborũ animos ad inferos detrudi:bonorũ autem
in cœleſtem locum:ac beatorũ domicilium ſubuolare. Hæc mi Andrea ſententia ꝗ fuit Socratica tam
omnium longe ueriſſima putanda eſt. Quid aũtẽ de tuo auunculo ſperandum ſit:haud difficile eſt co
gnitu. Q ui & alias ſemper & iam diem abiturus:uirtutis auidus:& appetentiſſimus pietatis uiſus ẽ:
Et quod magnum perennis ſalutis:ac ſempiternæ beatitudinis:indiuum ſit omnia ſemper:quæ Chri
ſtianis congruerẽt ritibus:quæq noſtræ Auguſtiſſimæ religioni conuenirẽt. Q uæ ſola & uera eſt: &
omnium prorſus uanitatum expers ea nõ minus cupide ꝗ diligenter obiuit. Neq in ullam unquam
calente ætate turpem flagitiorum labem prolapſus eſt. Quod ſi uiuens ſummi atq ĩmortalis numinis
ubiq extitit memor:neq plane:ut ſpero:in ea huiuſce mortalis uitæ cõmigratione ſpecimen demen/
tiæ Deus Chriſtophorum obliuiſci potuit. Qui ut ipſe quoq Eſaias teſtis eſt:nõ tam ſceleratorum in
teritum ꝗ cunctorum hominum ſalutem concupiſcit. Q uid igitur cuiuſquam deflemus mortem!
Quandoquidem hominis ipſius fragili hac mortaliq corporis compage ſoluta corpus aliquãdiu hu
mi iacet:animꝰ uero liber ĩmortalis penitus naturaq ſempiternus:ſi quis rectam atq integram ui/
tam degerit:æternas cælorum ſedes:atq optatiſſimas perẽnis gloriæ delitias adipiſcitur. Atq cũ com
plicatam euoluo animi notionẽ:accuratiusq conſidero:gratulandum iis eſſe indico:qui deſertis hu/
manarum rerum laboribus:ad quos perpetiendos caduca mortalibus corpora natura finxit. Solutis
huius molis uinculis:compedibus perfractis ad diuinum tranſmigrauit quietis ſempiternę conciliũ:
Vbi nõ Lacedemonius Leonidas:nõ Thebanus Epaminũdas:nõ Athenienſis Codrus:nõ Romani
Decii Pater ac filius:nõ Gn. & P. Scipiones:nõ ille Seuerus:uel potius delirus Cato:Sed qui uixerũt
dũtaxat Chriſtianæ religionis ſectatores:tranquillo ocio:pace ſempiterna:æuo immortali fruuntur.
Quo eodem & auunculum tuum iure quodam pietatis peruaſiſſe crediderim. At cũ liberi expeditiq
animi: & huius fluctuantis pelagi procellis periculiſq defuncti:quæ & multa eſſe & grauia in Axio/
cho Platonis oſtendit Socrates perbeatam:ac fauſtiſſimaꝫ ſortem nacti:nihil poſt illa mali:nihil ad/
uerſi:nihil moleſti prorſum pati queant. Nõ eſt autem (ut ipſe arbitror) dolendus:ſed inuidẽdum
potius (ut ita ſcribam) eorum fœlicitati:qui ex his fuerint emiſſi uinculis:niſi forte noſtris merea/
mus incommodis:quod non ſerio eſſe amantium hominum partes quis non uidet! Nam id uerum
in promptu eſt:eſſe quod apud Ciceronem Scipio Aphricanus diceret:mortem hanc eſſe:quæ dici/
tur Vita. Illa nanq uera eſt:quam Petrus & Paulus apoſtoli uiuunt. Quam agunt Stephanus ac Lau
rentius Martyres:quam cæteri in terris Chriſti ueſtigia conſectati in cœlis ducunt. Q ui omnes ubi
ex his carceribus euolarunt:non diuturnam ſolum:ſed æternam quoq adepti ſunt gloriam. Eodem
non ſolum tuum auunculum diuina benignitate:ſed omnes etiam:qui a turpitudine pro uiribus ſua ui
uentes:animum ſeuocarunt:aut iam peruenisse:aut mox eſſe peruenturum confidimus. Non eſt
enim iniuſſu Dei demigrandum. Quod inſaniens Socrates:quod dementiſſimus fecit Cato. Sed ſi a
deo quæ ſumma & legitima poteſtas eſt:quæ ſapientem Socratem:doctum Platonem:eloquentem
Marcum Tullium latuit:ſoliſq innotuit Chriſtianis:Si a deo inquam animi euocentur ultro ac li/
benter pareant:præſertim cum mors ipſa non ſit illa quidem ſtygiis emiſſa tenebris:quod Surculus
Statius & pleriq omnes Poetæ commenti ſunt. Sed eius potius iuſſibus illata:qui cuncta mirabili or
dine conſtantiq gubernat. Deſiſtamus igitur lachrymis:lugere deſinamus:ſingultus atque eiulatio/
nes muliercutis relinquamus:& pueris. Quanti enim referat:ſi uel modo quis a lacte depulſus cele/
ri interitu rapiatur:uel opprimatur medio uitæ curſu:uel exacta iam ætate extinguatur. Mortis te/
la effugere nemo poteſt:& longius aut propius canit Propertius. Mors ſua quęq manet. Alter uero

Poeta ita labi ætatem hominum perhibet:tamq; citato quodam curſu raptari uolucres annos:ut currentem diem nulla prorſum frena remorentur. Quod initio ſcripſeram:ita pariter mors ſeſe in omnes gerit:ut neque propter flagitia ſpernat improbos:neque propter ſanctitudinem atq; integritatem probos uiros ac iuſtos ſeruet. Hinc Flaccus noſter. Fugaces inquit:labunt anni:nec pietas moram rugis & inſtāti ſenectæ afferet indomitæq; morti. Sed nihil breuius q̄ liber longa hominis uita. Nihil noſtra ætate anguſtius. Bene igitur ac prudenter Marcus Cicero modo pueros:modo adoleſcentes incurſu a tergo inſequens nec opinātus aſſecuta ē ſenectus. Quamobrē non tam mortuos defleamus:q̄ ipſi curemus:& quanto poſſumus ſtudio enitamur:ne uſuram hanc uitæ:quas nobis natura tribuit conteramus inanem. Ita nos paremus:ita firmo uirtutis officiiq; præſidio ſepiamus:ut ubi tempus ſit:atque euocet Deus:nullus ſit formidini ac metui locus. Sz ſponte diuino numini pareamus:properemus læti:ut quod promiſſum eſt bene actæ uitæ premium:& peractæ militiæ ſtipendia a ſummo Imperatore ſuſcipiamus. Chriſtophorus autem quaſi emeritus miles cum multas iam proſpere pugnas pugnauiſſet:metuensq; acriores certaminum mortis mortalis uitæ labores deſeruit. Victorem q; ſeſe quantum coniectare licet in patriā recepit. Sed quid tam longe ꝓgreſſus ſum? Neq; enim mea conſolatione egebas:quem laturus omnia æquiſſimo animo nouetam. Sed ne meū deſiderares officium hæc quæcunq; attigi hanc epiſtolæ mandare conſtitui. Vale.

¶ Animi perpetuitas hac demonſtratur epiſtola.

AVguſtinus Dathus Bartholomeo Ieſu Chriſti ſeruitio cōſecrato. S.P.D. Qui uoluptati ſeruiunt:& belluarum degunt uitam negare conſueuerunt animorum imortalitatem. Exiſtimantes eo pacto (ut arbitror) patere ſibi licentiam ad nequiter turpiterq; uiuēdum. Quotus impia ac nefaria illa uox eſt. Non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus:& poſt hæc erimus tanquam ſi non fuerimus. Quo quid dici poteſt abſurdius? quid moleſtius cogitari? Veteres tradunt Philoſophos nihil de immortalitate animi præcepiſſe. Qui ppe qui ne probarent quidez:ut ipſi falſo mentiuntur:Non legerunt ſapientum uirorum præclara uolumina:Philoſophorum ſcripta non norūt. Niſi forte Epicureos in mediū ꝓferant:qui ab omnibus magnis uiris exploſi iampridem ac reiecti ſunt. Sed quid nobis cum Epicureis? Socratem:Platonem:Ariſtotelem:Theophraſtum:cæteroſq; ſumma ſapientia & auctoritate uiros teſtes producant. Eorum nos parati ſumus adhęrere ſententiæ:teſtimonio fidem adhibere:rationem comprobare. An uſpiam animorum interitum ſuſpicati ſunt? An non ubiq; immortalitatem aſſeuerant? An nōn refellunt qui illam improbare uideantur? Illud in Phędone Platonis profecto uerum eſt:cum dicit Socrates. Si mors eſſet totius interitus:plurimum lucrarentur improbi:cum & a corpore & a prauitate ſimul cum animo per mortem liberarentur. Nunc autem cum īmortalis appareat eſſe animus:nullum ſupereſt refugium neque tutamen malorum:niſi ut optimus & ſapientiſſimus fiat. Hæc Socrates apud Platonem. Nos adducti tuo hortatu grauiſſimas ſummorum Philoſophorum ſententias uelut in cōmentariolos quoſdam coegimus de immortalitate animi ad redarguendam conuincendamq; ſtultorum opinionem:qui proni cum belluis terram ſpectant:qui nihil altius: nihil cœleſte cogitantes:eiectos nequeūt ad ſydera tollere uultus. Ommittam uero ueteris ac nouę legis & ſanctiſſimorum patrum in hanc ſententiam innumerabilia teſtimonia:quæ tibi explorata ſunt:cuius in lege Domini exercetur uoluntas:& qui in lege eius meditaris die ac nocte. Ad Philoſophos igitur ueniamus:quorum princeps prodeat in medium Plato. Huius in Phędone hæc uerba ſunt. Hoc o uiri par eſt cogitare:ut ſiquidem animus noſter immortalis ſit curatione indiget non ſolum pro præſenti tēpore in quo uiuere dicimur:uerū ēt pro uniuerſo tempore. Periculoſum enim atque graue putandum eſt:ſi quis animum ſuum neglexerit. Et rurſum. Aduentante morte:id quod in homine mortale erat:moritur:quod autem īmortale ſoſpes & incorruptum abiens morti ſe ſubtrahit. Itaque concludit Socrates. Animus immortalis incorruptibilis imperdibilis eſt. Et in eodem loco. Diuino immortali intelligibili incommutabili indiſſolubili:& ſemper eodem modo ſe habenti ſimillimus eſt animus. Itaq; concludit. Idcirco penitus indiſſolubilis. Sed totus Phędon eiuſcemodi ſententiarum pleniſſimus eſt. In Timęo uero hæc dicuntur. Motus animi:qui ratione rexerit:iuſte uixerit:qui autem his ſeſe dederit iniuſte:atque ille qui recte & honeſte curriculum uiuendi a natura datum confecerit:ad illud aſtrum:quod tum aptius fuerit reuertitur:qui autem immoderate & intemperate uixerit:iterum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet. Et ſi ne tum quidem finem uitiorum faciet:grauius etiam iactabitur:& in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudū & ferarū tranſferetur. Nec terminum malorum prius aſpiciet q̄ illa ſequi cœperit conuerſionem:quam habebat in ſe ipſo eiuſdem & unius ſimul innatam & inſitam. Et iterum in eodem libro. Dei uerba referuntur: quibus ad cœleſtes intelligentias utetetur. Vos ad id quod erit īmortale partē attexitote mortalem. Itaq; orient animātes:quos & uictos alatis & cōſumptos ſinu recipiatis. Quibus ſane uerbis ꝑſpicue animi imortalitas declarabit. Idē i Gorgia. Mori nullus formidat:niſi oio ſtultus atq; ignauus tum

riam autem facere formidat. Multis enim peccatis refertum animum ad inferos deſcendere malo-
rū omnium ultimum eſt. Et paulo poſt pulcherrimum ſermonem addit. Fuiſſe legem: ut qui homi-
nes iuſte pieq̧ uixiſſent: cum e uita migrarent: ad beatorum inſulas proficiſcerentur. Vbi exempti ab
omni malo infœlicitatem degerent. Qui uero iniuſte atque impie uixerint: in punitionis ac pœna-
rum carcerem: quem appellant Tartarum: irent. Idem in Axiocho. Siquidem tantarum rerum cogni-
tionē non niſi diuina perſcrutatione nanciſcimur: non omnino extinguimur: ſed ad ĩmortalitatē ten
dimus: tum e uita decedimus. Ibidem inductus Axiochus hæc inquit. Ego quidē ductus ratione hoc
unū certo ſcio hominū animos eſſe ĩmortales. Atq̧ ĩ eodē aureo libello refert Socrates: quæ Gobria
magicis artibus erudito recenſente didicerat. Hominū animi tū hoc ex corpore fœdo tenebris & ſor-
dibus horrido migrant: ad Inferos deſcendūt: apud mediū terræ: quod centrū dicitur. Alia præterea
referuntur: quę narrare ſuperuacuū ſit: quibus animi ĩmortalitas liquido ac manifeſte cognoſcitur.
Sed iam conticeſcat Plato: ac deinceps diſcipulus Ariſtoteles ſubſequatur naturaliū rerū omniū & oc
cultarū quæſtionū inueſtigator acerrimus. Hic in primo libro de Anima ſæpius animi ĩmortalitatē
ſignificat: præſertim cū dicit. Intellectus uidetur ſubſtantia quædā eſſe & nō corrumpi. Maxime autē
cū corrumperetur ab ea quæ eſt in ſenio debilitate: ſed nō in ſenſibilibus accidit. Si eniꝫ acciperet ſenior
oculū huius: uidebit utiq̧ ſicut & iuuenis. Quare ſeniuꝫ non eſt in ſubſtinendo aliquid animā: ſed in
quo eſt: ſicut in infirmitatibus & ebrietatibus. Et iterū. Intelligere igitur & conſiderare conſumentur
alio quodam interius corrupto. Ipſum autem impoſſibile eſt: ſcilicet corrumpi. Rurſum paulo poſt.
Intellectus autē forte diuinū aliquid & impaſſibile eſt. In ſecundo uero libro in eādē ſententiā hæc di
cit. Quod quidē igitur non ſit ſeparabilis anima a corpore: aut pars quædā ipſius ſi ſeparabilis apta
nata eſt non inmanifeſtū eſt. Quarundā enī partium actus eſt ipſarū: at uero ſecundū quaſdam nihil
prohibet: Propter id quod: nullius ſunt corporis actus. Ampliusq̧ inmanifeſtū eſt: ſi ſit corporis ac-
tus anima: ſicut nauta nauis. Et iterū. De intellectu autem & perſpectiua potentia nihil adhuc mani-
feſtū. Sed uidetur genus animæ alterū eſſe: & hoc ſolū conuenit ſeparari: ſicut perpetuū a corruptibi
li. Idem in Methaphyſicorum libro undecimo. Si autem aliquid remanet in poſtremo: quærendū eſt
de hoc. In quibuſdā enī non eſt impoſſibile. Verbi gratia. Si anima eſt talis diſpoſitionis nō tota: ſed
intellectus. Tota enim forte impoſſibile. Auerrois Ariſtotelis aſtipulator: animū atq̧ intellectiuā for
mā negat interire. Hic ſuper ſecundo libro de Anima hæc dicit. Quod nulla pars animæ ſeparabilis
ſit a corpore: ſed corrumpatur corruptione ipſius: nō ſequitur ex hoc: quod eſt perfectio corporis: eo
q̧ ipſa ē perfectio: ſicut nauta nauis. Super tertio uero de Anima. Nos ponimus inquit: intellectum
materialē eſſe æternū & incorruptibilē: & intellecta ſpeculatiua eſſe generabilia & corruptibilia. Su-
per Methaphyſicorū libro undecimo dicit. Quod aīa rationalis manet poſt motorē: & finis proprie
tatis eius erit: ſi coniungetur primo motori: & apppellat primū motorē: ut exponit Albertus: uniuer
ſitatis principium: qui eſt Deus. Item ſuper primo Methaphyſicorū. Intellectus qui eſt poſtrema per-
fectio hominis eſt abſtractus a materia. Quæ res maxime animi ĩmortalitatē oſtendit. Idē egregius
Cōmentator ſuper undecimo Methaphyſicorū in eadem mentione diutius ĩmoratur: præſertim cō-
mento. xviii. ut eandē ſententiam firmius tueretur Marcus Tullius in Tuſculanis diſputationibus: &
in primo libro. Vnū illud erat inſitū priſcis: illis eſſe in morte ſenſum: neq̧ exceſſu uitæ ſic deleri ho
minem: ut funditus interiret. Et iterū. Cerimonias ſepulchrorꝫ maximis præditi ingeniis: nec tanta
cura coluiſſent: nec uiolatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent: niſi hæreret in eorū mentibus mor
tem non interitū eſſe omnia tollentē atq̧ delentē: ſed quandā quaſi migrationē a cōmutationemq̧ ui-
tæ. Et iterū. Maximū argumētum eſt naturā ipſam de ĩmortalitate animorū tacitam iudicare: quod
omnibus curæ ſunt: & maxime quæ poſt mortē futura ſunt. Et in eodē loco. Nemo unquā ſine ma-
gna ſpe ĩmortalitatis ſe pro patria offerret ad mortem. Rurſum. Si omniū conſenſus naturæ uox eſt:
omnēſq̧ qui ubiq̧ ſunt conſentiunt eſſe aliquid: quod ad eos pertineat qui uita ceſſerūt: nobis quoq̧
idem exiſtimandū eſt. Ibidem. Permanere animos arbitramur: conſenſu nationum omniū. Ibidem.
Pherecides Syrus primū dixit animos ſempiternos. Hanc opinionem diſcipulus eius Pythagoras ma
xime confirmauit. Et in eodē loco. Primus Plato de animorum æternitate non ſolū ſenſit idem quod
Pythagoras: ſed rationē ēt attulit. Ibidē Animorū nulla in terris origo inueniri poteſt. Nihil eniꝫ in
animis eſt mixtū: atq̧ concretum: aut quod ex terra natum: atq̧ fictum eſſe uideatur. Ibidem. Quic-
quid eſt illud: quod ſentit: quod ſapit: quod uiuit: quod uiget: cœleſte & diuinum ob eamq̧ rem æter
num ſit neceſſe eſt. Demū in calce libri eiuſdem. Non temere ac fortuito ſati & creati ſumus. Sed pro
fecto fuit quædam uis: quę generi conſuleret humano: nec id gigneret: aut aleret: quod tum exaudi-
uiſſet: omnes labores tum incideret in mortis malū ſempiternū. Innumerabilia pene ad oſtendendā
aīorꝫ ĩmortalitatē in eo libro pſcripta ſunt. Sed ĩ ſexto libro de Rep. hæc dicit. Hi uero uiuūt: q e cor-
porū uinculis tanq̄ e carcere euolarūt. Veſtra uero quæ dicit̄ uita mors ē. Scipio. n. loquēs inducit̄.
Et iteruꝫ. Sic habeto nō eſſe te mortalē: ſed corpus hoc. Ac paulo poſt. Vt ipſe mūdus ex quadā par
te mortalis: ipſe Deus æternus ē. Sic fragile corpus aīus ſempiternus mouet. Idē in Catone maiore.
Hęc Catonē ſenem dicētē ĩtroducit. Ego patres ueſtros Scipio & Leli uiuere arbitror: & ea qdē uita: q

eſt ſola uita nominanda. Et iterũ. Sic mihi perſuaſi: ſic ſentio: cum tanta ſit celeritas animorũ: tanta
memoria præteritorum: futurorum prudentia: tot artes: tot ſcientię: tot inuenta conſtat non poſſe eam
naturam: quæ res eas contineat: eſſe mortalem. Ibidem uerba Cyri maioris referentur huiuſmodi.
Nolite arbitrari o mihi chariſſimi filii: cum a uobis diſceſſero: nuſquam aut nullũ fore. Neq enim
dum eram nobiſcum: animũ meum uidebatis: ſed eum eſſe in hoc corpore ex his rebus: quas tũ ge-
rebam: intelligebatis. Eundem igitur eſſe creditote: etiam ſi nullum eſſe uidebitis. Atque idem ſtatim
ſubiungit. Mihi quidem nunquam perſuaderi potuit animos: dum in corporibus eſſent: mortalibus
uiuere: cum exiſſent emori. Et rurſum Cato hæc dicit in eodem loco. Neſcio quomodo animus eri-
gens ſe poſteritatem ita ſemper proſpiciebat: quaſi cum exiſſet e uita tum denique uicturus eẽt. Quod
idem niſi ita ſe haberet: ut animi immortales eſſent: haud optimi cuiuſque animus maxime ad imorta
lem gloriam niteretur. Et in eandem ſentẽtiam. Quid quod quiſque ſapientiſſimus æquiſſimo animo
moritur: ſtultiſſimus iniquiſſimo: non ne uobis uidetur: q is animus cernat longius: uidere ſe ad me
liora proficiſci? Et idem in calce. Si in hoc erro: quod animos hominum immortales credam: libenter
erro: nec hunc mihi errorem: quo delector: dum uiuo: extorqueri nolo. Atque idem Marcus Tullius in
primo libro de diuinatione. Cũ animi hoiũm ſemp fuerint: futuriq ſint: cur hi qdẽ ex quo eueniat:
& quid quanque rem ſignificet: perſpicere non poſſunt? Idem in libro de Legibus primo. Quanquam
alia quibus cohęrent homines: e mortali genere ſumpſerunt: quæ fragilia eſſent & caduca: animum
eſſe ingeneratum a Deo: ex quo uera uel agnatio nobis cum cœleſtibus: uel genus: uel ſtirps appella
ri poteſt. Idem in libro de Amicitia: eandem ſententiam facit: Lęlium dicentem his uerbis. Neque aſ-
ſentior his: qui hæc nuper diſſerere cœperunt: cũ corporibus ſimul animos interire: atque omnia mor
te deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas ualet: uel noſtrorum maiorum: qui mortuis tam re-
ligioſa iura tribuerũt: quod non feciſſent profecto: ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur uel eorum
qui in hac terra fuerũt: magnaque Gręcia quæ nũc qdẽ deleta eſt: tum florebat inſtitutis: ac pręceptis
ſuis erudierunt: uel eius qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus eſt: qui non tum hoc: tum il
lud ut in pleriſque: ſed idem dicebat: ſemper animos hominũ eſſe diuinos: hiſque cũ e corpore exiſſent
reditum in cœlum patere: optimoque & iuſtiſſimo cuique expeditiſſimũ. Idem in paradoxis. Tuum ubi
ſiue Deus: ſiue mater (ut ita dicam) omniũ rerum natura dederit animũ: quo nihil eſt præſtantius
neque diuinius: ſic te abiicies: atque proſternes: ut nihil inter te & quadrupedem aliquã putes intereſſe?
Alia quoque multis locis de imortalitate animi ſæpe teſtatus eſt. Nũc referã Platonis ratiocinationem:
quã de imortalitate animi ſcripſit: quã eandem Marcus Cicero: & in primũ Tuſculanorum diſputa-
tionum: & in ſextum de Republica librum contulit: ac pene uerbum de uerbo expreſſum extulit. His
igitur rationibus Socrates in Phędro Platonis: animorũ imortalitatem aſtruit. Animus omnis imor
talis. Quod enĩ ſemper mouetur: imortale eſt: quod uero aliud mouet: quodque ab alio mouetur: ceſ-
ſationem habens motus: ceſſationem habet uitæ. Solum igitur quod ſeipſum mouet: quia nunquam
ſe deſerit: nunquam ceſſat moueri. Quin etiam aliis quot mouentur: hic eſt fons & principium mo-
uendi. Principiũ autẽ ſine ortu eſt. Ex principio autẽ neceſſe eſt omne quod gignitur oriri. Ipſum autẽ
ex nullo. Nam ſi principium ex alio oriretur: non eſſet principium. Cum uero ſit abſque ortu & abſque in
teritu ſit: neceſſe eſt. Nam ſi principium interiret: neque ipſum unquã ex alio: neque aliud ex ipſo naſce-
retur. Si quidem ex principio omnia oriantur oportet. Sic ergo principium motus eſt: quod ſe ipſum
mouet. Hoc autẽ neque mori: neque naſci poteſt: uel omne cœlum omniſque natura concidat: conſiſtat ne
ceſſe eſt. Nec amplius unquã conſtare poſſit: unde motum nacta oriantur. Cum ergo appareat imor
tale eſſe: quod ſe ipſum mouet. Animi ſubſtantiam & rationem hoc ipſum qui dixerit: non erubeſcet.
Omne enim corpus quo foris mouetur: inanime eſt: quo intus ex ſe ipſo animatum: tanquã ea ſit na
tura animi. Quod ſi ita eſt: ut non ſit aliud quicquã: quod ſe ipſum moueat præter animum: neceſſa-
rio fit: ut ſit ingenitus & imortalis. Hęc Socrates de imortalitate animi argumẽtatus ẽ in Phędro Pla
tonis. Macrobius autem hanc ratiocinationum formam ſecundum uarios Platonis ſectatores: uariis
quoque modis expoſuit. Sunt qui ita Platonẽ ratiocinatum uelint. Anima ex ſe mouetur: quicquid autẽ
ex ſe mouetur: ſemper mouetur: igitur anima ſemper mouetur. Deinde gradatim procedũt. Anima
ſemper mouetur: quod aũt ſemp mouetur: imortale eſt: igitur anima imortalis eſt. In his ſyllogiſmis
duo probantur. Primũ ſemper moueri animam: de quo alterum colligitur eſſe imortalem animam.
Alii argumentantur ita. Anima ex ſe mouetur: quod aũt ex ſe mouetur: principiũ motus eſt: igitur ani
ma principium motus eſt. Rurſum proſequitur. Anima principiũ motus eſt: quod aũt principiũ mo
tus eſt: natũ nõ eſt: igitur anima nata non eſt. Tum quoque ſic. Anima nata non eſt: quod aũt natum
non eſt: imortale eſt: igitur anima imortalis eſt. Alii in unam ſeriem ratiocinationis ita redigũt. Ani
ma ex ſe mouetur: & quod ex ſe mouetur: principiũ motus eſt. Quod autẽ principiũ motus eſt: natũ
nõ eſt: & quod natũ nõ eſt: imortale eſt: igitur aĩa imortalis ẽ. Hæc ſunt ſecundum Platonis ſectatores: ut dixi
mus. Sed in his quidẽ omnibus non tam rationũ momenta q̃ concluſionis ueritas animaduertenda
eſt. Nno naſci animam falſum putandũ eſt: quã de nihilo creari a Deo: & infundi nõ dubitamus.
Ariſtoteles uero contra Platonis opinionẽ: animã nõ ſolũ non ex ſe moueri: ſed ne moueri quidẽ ar
bitratus ẽ. Verum hæc nihil ad rem. Reliqua nunc perſequamur. Thales Mileſius: qui primus philoſo

ſophatus eſt: immortales animos etiam primus aſſeuerauit. Tota philoſophorum cohors eandẽ ſententiam probant: exceptis his: qui a claris præceptoribus degenerarũt. Quo loco reprehẽduntur Dicearchus: Ariſtoxenus: Panætius: & cum his Epicureorum inſana turba. Magi Perſarum animos immortales ponũt. Celtę Gallorum: Eſſeni Iudęorũ: Gymnoſophiſtę: & Bragmanæ Indorũ: Arabũ Sapientes: quorum nõnullos etiam cõmemorat Albertus Magnus Philoſophus nobiliſſimus in eo libro: quem de Origine & natura animæ ſcripſit. Vbi & immortalitatẽ animi certis indubitatis: ac neceſſariis rationibus demonſtrauit. Illud ſcire debemus: quæ a Marco Tullio hac de re ſcripta ſunt: ea de ſummorũ omnium Sapientum theſauris eruta eſſe: ac deprompta omnia. Quæ uero Plato Ariſtotelesq́ tradiderũt: ea ab omni philoſophorũ cætu comprobari eorum: qui quidẽ in honore habeantur & gloria. Quibus omnibus recte cognitis: patebit ueram eſſe ſententiam: quæ animorum immortalitatem conſtituit. Et Naſonẽ poetam grauie cecinisse. Morte carent animæ. Hæc mihi occurrere potuerunt: quæ de tam graui: tamq́ magna quęſtione ſecundũ ueterum Philoſophorũ ſententiam annotanda exiſtimarem. Alia: ſi in mentem uenient: q̃ primũ ſcribã: atq́ ad te mittam. Vale: & deprecare Chriſtum pro nobis.

¶ Hac Epiſtola Pio .ii. Senenſi ſummo Pontifici Auguſtinus Dathus de eius aſſumptione plurimum gratulatur.

SEruus humilis Auguſtinus Dathus Pio Senenſi ſummo Pontifici perpetuam fœlicitatem exoptat: ac plurimum ſeſe cõmendat. Prohibet noſtri Saluatoris exemplum: prohibent ſapientum & ſanctorum hominũ præcepta coram quempiam profuſius laudari. Sed & in litteris quoq́ eius ad quem ſcribimus: laudibus abſtinere debemus: quæ uiuæ eloquii: ac præſentis uocis (ut ita ſcripſerim) uicem obtinere creduntur. Nam unigenitus Dei filius: cum in terris uitam mortaliũ degeret: facta quæq́ ac dicta: ad hominum ſalutẽ atq́ inſtitutionem contulit. Ioannem Baptiſtam: quo inter natos mulierũ maior nemo ſurrexerat: nõ niſi abeuntibus a ſe diſcipulis laudauit. Ioãnes autẽ Chriſoſtomus ĩprimis eiuſcemodi laudis erudite: ac ſapiẽter abſtinnẽdũ duxit. Me igitur a tuę beatitudinis laudibus nõ ĩ iuria multa deterreant. Caeterũ cogit ſingularis quædam mea erga catholicam atq́ apoſtolicam eccleſiam charitas: ut uehementi & incredibili quodam gaudio afficiar. Quod & mihi ſcribere per difficile ſit: et tuæ ſapientiſſimæ Sanctitati conſiderare facillimum. Te elegit ex omni numero Sanctiſſime Pater prouidentiſſimus Dominus: qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Te quaſi firmã petram iecit: ſuper quã ædificata quondam in principe Apoſtolorum eccleſia perſeueret. Tibi animas ligandi atq́ ſoluendi pontificium tradidit: quo paſtore tam diligens ſit ouilis cura: ut ſaluo ſemper: atque incolumi grege neq́ cuſtodis ĩcuria neglegictę: neq́ rapidis luporũ morſibus laceratæ ullę oues pereant. Tuæ igitur uere beatiſſimæ ſanctitati gratulor: quem apud Deum terrę cœlorũq́: ac totius mundi rectorem digna habita eſt: cui chari nimiumq́ dilecti ouilis cuſtodia crederetur. Gratulor in maiorem modũ catholicæ matri: quæ ſub umbra alarum tuarum facillime filios ſuos periculorum ſeruabit immunes: & ab hoſtiũ omniũ defendet inſidiis. Gratulor uniuerſi Chriſtiani cętus cõciliis: quorum ſalus in tranquillum quendam: ac tutiſſimum portum aduecta eſt. Poſtremo clementiſſimo Deo: atq́ admirabilium beneficiorum largitori grates immortales ago: & ſempiternas: qui eo nos paſtore dignatus eſt: de cuius aſcenſu lætandum ſit: nec timendum de lapſu. Proinde accingere pater ſanctiſſime: eccleſiam tuere: in eam incumbe totis uiribus. Deniq́ intellige Apoſtolorum tibi traditam poteſtatem: claues collatas regni cœleſtis. Teq́ in hac mortalium uarietate: æterni Principis perſonam gerere. Qui ut tibi uicem ſuã in terris tribuit: ita & gratiam adhibebit: qua cooperante: cum cõmiſſo grege: tandem decurſa mortali uita: ad fauſtiſſimam cœlorum ſedem: atq́ ĩmortalem peruenies gloriam. Aueto Beatiſſime Pontifex: atq́ eſto incolumis.

¶ Philoſophorum hac Epiſtola uanitas: eorumq́ inter ſe: etiam diſſidentium leuitas improbatur: Sacrarumq́ literarum ac diuinarum ſcripturarum conſtantia laudatur: ac demonſtratur utilitas.

AVguſtinus Dathus Guidoni Piccolomineo. S.P.D. Cogit me Guido beniuolentia tua erga me: quæ ſatis ſuperq́ iampridem ſpectata eſt: ut potiſſimus ad te ſcribam: quid cauſæ fuerit. Quapropter remiſſis: ac poſthabitis Philoſophorum libris: animũ pene omnem ad ſacras lectiones contulerim. Quod tibi aĩaduerti p̃ter cęteros & p̃bari maxime & periucundum eſſe. Proinde ne ſis meorum conſiliorum neſcius: tui mei animi receſſus omnes: ac latebras patefactas eſſe uelim. Accipe non illaudabilis (ut arbitror) noſtri inſtitutionem. Nam fuit mea ab ineunte uſq́ ætate conſuetudo: ut ex omnibus: quę uel legerim uſpiam: uel audierim: ea mihi ſolum cordi eſſent: in quibus maxima ſententiæ firmitas cerneretur: ea contra aſpernarer: repudiaremq́: quæ certi nihil habent: & quodam uelut uago ſemper errore ducuntur.

Atq̄ nunquã dici: nunquã cogitari poſſit: quãta omnibus de rebus inter Philoſophos ipſos diſſenſio
certamẽq̄ ſit. Quoquo nerteris Guido cernas uarias opiniones: diſceptãtes ſenẽtias: diſſidẽtia indu/
cia: indiſſolubiles cõtrouerſias: repugnãtes rõnes: ut nõ tam ii: quos philoſophos uocãt: lucẽ aliquã
rebus attuliſſe: q̃ tenebras potius: ac uelut noctem quandã effudiſſe uideantur. Nec id tam acre diſſi
dium in una inuenias philoſophiæ parte: ubiq̄ .n. ſumma diſceptatio ẽ: & lis quædã inaudita uerſaẽ.
Nam ut a Phyſicis ordiamur. Quid uſquã certi repetias! Quid prorſum firmi ac ſtabilis: quod quaſi
uer̃ certa philoſophor̃ diiudicatione arripiendũ ſit! Et quod ad rer̃ naturaliũ principia attinet. Alii
unũ conſtituerũt rer̃ omniũ initius. Quod ipſe quoq̄ recenſuit Ariſtoteles. Alii plura: & ea rurſum
alii motionis expertia: alii habentia motũ. Quidam finita: nõnulli infinita. Deq̄ ea re Parmenidis:
Meliſſi: Diogenis: Thaletis: Heracliti: Empedoclis: Democriti: Anaxagoræ: nec nõ aliorũ incredibili
quadã diſſenſione certatur. Ver̃ quod longe eſt omniũ turpiſſimũ: ipſi quoq̄ philoſophor̃ duces ac
principes Plato & Ariſtoteles: q̃ uariis opinionibus ac certaminibus contenderũt. Et alter mũdus a
Deo factũ: alter æternũ eſſe fallacibus argumẽtis conaẽ oſtendere. Et ille uniuerſalia: quas Ideas nun
cuparet: abſq̄ ſingularibus ſubſiſtere arbitratus ẽ. Hic eadẽ illa in ſenſibilibus poſita eſſe comproba/
uit. Et Plato hominis aĩum & p ſe & prę cęteris maxĩe moueri aiebat. Ariſtoteles uero principiũ qui/
dem mouẽdi neq̃uã̃ inficiebatẽ ſed eſſe prorſus totius motionis expertẽ. Alia ſunt præterea multa:
in quibus & ille Homerus philoſophor̃ (ut dicere ſolebat Panętius) & hoc aureum flumẽ: ut appel
lare M. Tullius cõſueuit: uaria & repugnantia ſentire nõ dubitarũt. Quę ſingula cũ longũ ſit referre:
rẽtum audire moleſtũ. Nec plane aptũ ſit hor̃ diiudicare ſententias: quas ne ipſe quidẽ Seuerinus
Boetius uir admirabili ſcientia & omnibus diſciplinis inſtructus auſus ſit attingere. Quid de religio/
ne ſcribam & Diis ĩmortalibus: de quibus pudeat me uarias philoſophor̃ ac diſſentientes annume
rare ſententias! Sed qd alia referã: tum Solem ipſum: q adeo perſpicuus & manifeſtus ẽ: ut oĩa ſua lu
ce compleat! Nemo adhuc certa ulla inueſtigatione complexus ſit. Rideo nimium: cũ philoſophor̃
nõ tam ſentẽtias q̃ ſomnia quędã potius ludibriaq̄ conſidero. Miror eor̃ uarietatẽ: & ſimul deteſtor
inſaniam. Alii nãq̄ duos Soles conſtituerũt: alii dixerũt unum: eumq̄ eſſe ignitam nubẽ. Alii ſaxum
inflammatũ & cãdẽs. Multi ex quinta quadã natura conſtantẽ. Alii circulũ quendam: unde ignis ra
dii q̄ manarẽt. Atq̄ ut omittã quod a quibuſdã ignis ętherei fons: a nõnullis cor cęli: a pleriſq̄ mens
mũdi appellatus ſit. Quanta ẽ apud philoſophos de eius magnitudine controuerſia! Hic pfecto ita
prorſus delirãt: ut nõ philoſophati eſſe uideantur: ſed potius inſiſſe exiſtimari debeãt. Niſi forte nuga
tor Epicurus recte ſenſerit: q Solẽ ferme bipedalẽ eſſe cenſuit. Pro mira deteſtabiliſq̄ inſania. Sed in/
numerabiles ſunt eiuſmodi in philoſophor̃ libris fabulæ: ut ait noſter comicus logi ſomnia: ut ſi ui
uant iam uelut frenetici Ipocratis uincula depoſcãt. Quod ſi in Sole: id eſt in clariſſima luce quaſi cę
cutientes tam grauiter offenderũt. Quid i tenebris inq̄ rebus iis: ubi ẽ obſcuritas maior: feciſſe eos
arbitramur! In differẽdi ratione nõ mediocriter etiam diſſenſerũt. Et ne te multis obtundam. Quid
certi afferre de ea potuerũt: cum de rerũ ſciẽtia cuius adipiſcende quoddam ĩſtrumentũ phibent tam
uaria ſenſerint! Et alii quidẽ ſcientiam oẽs penitus euerterũt: ut Socrates: & qui eum ſectati ſunt Aca
demici. Et ipſe etiam imprimis Eraclitus. Alii ſcientiam quidẽ nõ ſubſtulerũt: ſed opinari ſunt quan/
dam eſſe recordationem uitæ ſupioris. Idq̄ platoni tribuunt: & qui deinceps Platonis inſtituta pro/
barunt. Nõnulli uero ſcientiam nouã comparari cenſuerũt: aſſerẽtes nõ quidẽ a ſenſuum cognitione
proficiſci: ſed a largitore formar̃ tribui: & hãc putarũt eſſe intelligẽtiam quampiam: quæ lunari orbi
ac globo mouẽdo pręeſſet. Cuius opinionis auctorẽ imprimis Auicẽnam fuiſſe ferũt. Poſtremo fue
re: qui quaſi interiecti inter ſupiores illos partim ſtatuere contra Socraticor̃ ſentẽtiam certam rer̃ co
gnitionẽ comparari partim contra Platonis mentẽ de integro fieri: eamq̄ demonſtratione quaſi cer/
to quodã calle inueſtigari. Nanq̄ primo res cuius ſciẽtiam inquirimus aliqua ratione in ſenſus ca/
dit. Deinde ii uelut nuncii quãdã ſenſata ei uirtuti deferunt: quã fantaſiam Græci appellãt: quę ipſa
fantaſmata oblata itellectui mẽtis certa (ut ipſe ait Ariſtoteles) cognitione pcipiuntur. Nec poſſunt
quiq̃ noſſe aliquid & ſcire: niſi prius fantaſma aliquod fuerint ſpeculati: atq̄ omne quod in intelle/
ctũ cadit: prius in ſenſibus extitiſſe neceſſe eſt. Quare ante ratiocinationẽ eſt quidẽ: ut ĩ poſtremis ana
leticis traditur ſcire partim partim uero ignorare & poteſtate ſciunt ſimpliciter ignorant. Cum igi/
tur ſint: ueluti extrema quędam & penitus ignorare & ſcire ſimpliciter: Ariſtoteles quandã uelut me
diam uiam excogitauit: & cognitionẽ poteſtatis adhibuit. Eſt igitur apud philoſophos quaſi quędam
dubia cœna: ubi in tanta ſententiar̃ diuerſitate una cum Terentiano Phormione. Neſcias quid ſum/
mas potiſſimũ. Sed ibi oĩa lauta ac ſplendida: hic pturbata oĩa atq̄ confuſa. Quid quod ipſi quoq̄
demonſtrationum aſſertores: alii ad ſcientiam comparandam diffinitione ſubiecti: alii proprii accidẽ
tis medio uelut recto quodã tramite puenire poſſe arbitrantur. Non eſt hoc philoſophari (ut mihi
quidẽ uidetur): ſed claudicare: ſed offendere: ſed confundi demũ ac decipi. Venio iam ad mores &
inſtituta uitæ. Qua in re nihil firmum: nihil ſtabile oĩo tradi poteſt. Nam finibus ipſis bonor̃ ac ma
lorum ignoratis cætera omnia ſubuerti ac deprauari neceſſe eſt. Quotus enim quiſq̄ inuenia tur: q
aut ueritatẽ attigerit: aut ſolidi quidpiam locutus ſit! Quid enĩ eſt ſummũ homini bonũ! Num cor
poris uoluptas! Nũ honeſtas! Num utriuſq̄ cõmercium! Num doloris priuatio! Num bona animi

Num corporis? Num externa? Num rerum ſcientia? An non dolere? An congruenter cum natura uiuere? Num animi gaudium? Num alia generis eiuſdem? Atq; nos nihil horum ita putamus bonũ eſſe ut extremum iudicari debeat. Sed tamen in his fere philoſophorum omnium de beatitudine ſermo uerſatur. Ex quo finis ignoratio: rerum omnium humanarum perturbatio ſequitur: & uitæ cõfuſio. Vt non iam ex philoſophorum præceptis uiuendum ſit. Sed alio confugiendum: ſiquis rectã uiuendi uiã ſectari uelit. De Mathematicis taceo quæ quia forſitan certi aliqd cõtinerent deſerta ſunt & iamdudum relicta. Quę omnia ſæpe animo complexus: ne tam magnis uagarer erroribus: atque ut eſſet aliquid quod me ſequi oporteret: decreui cõfugere: ad ſacras hiſtorias: & diuinas litteras: ubi omnia certa, grata: utilia, & ad bene uiuendum pertinentia. Accipe unũ quenq; uel ueteris, uel noui teſtamenti librum: & cum legeris ſenties & tu quoq; hæc eadem. Vis incipere a Moyſi lege. Vis a Ioſue ac iudicum monumentis. Vis a Regum hiſtoria. Vis a Machabęorum geſtis. Vis a Sanctorum pręceptis. Vis a Prophetarum monitis. Vis ab Euangeliſtarum inſtitutis. Vis a Pauli documentis. Omnes libri ad unum pari ratione conſentiunt. Omnium ea uis eſt: ut nihil dici melius: nihil ſuauius audiri: nihil ſuſcipi honeſtius: nihil facilius ĩtelligi. Nihil deniq; utilius excogitari poſſit, ac fructuoſius poſſideri. Harum litterarum cognitio uitam inſtituit: mentes illuſtrat: animos delinit, a terreſtrium rerum cupiditate homines auertit: ad cœleſtium bonorum contemplationem impellit. Atq; ut ſapienter Hieronymus noſter ad Iulianum ſcribit. In ſanctarum ſcripturarum grauitate uulnerũ uera medicina eſt: et dolorum certa remedia. Hoc perdulce eſt mentis atq; animi pabulum. Hæc ſũt ſuauia illa: quę Dauid concinit eloquia. Faucibus noſtris ſuper mel ori hominum. Hæc Platonis flores ſuperant: arguta peripatheticorum præſtant argumenta. Oratorũ illecebras antecellunt: Spinoſis Stoicorum atq; horridis inſtitutis præferenda ſunt. Itaq; & ipſe has litteras cupidiſſime amplexatus ſum: & alios ut idem faciant cohortabor. Te uero omnium maxime: quem ad res magnas atque ſplendidiſſimas natum credimus. Sed habes quod tibi gratũ arbitrabar fore: quę me rationes ad diuinas litteras, & ſanctarum ſcripturarum lectionem compulerint: in quibus uel ętatem omnem certũ eſt conſumere. Tu cura ut bene ualeas, & noſtri decreti conſilium non laudes ſolum: uerum etiam probes. Vale.

¶ Hac declaratur Epiſtola: quales eſſe debeant rerum publicarum rectores ac principes.

AVguſtinus Dathus Euangeliſtæ Saluiato. S.P.D. Gratulor tibi equidem, tibi gratulor. Euangeliſta plurimum: ſerius fortaſſe q̃ noſtra pene ab incunabulis cępta amicitia poſtulabat. Sed ego in his locis ſum quo nihil niſi ſero admodum proferatur. Seram igiẽ gratulatiões noli accuſar. Quãdo qdẽ multis emerſis diebus tui honores renũtiati ſũt quos plurimis ſuffragiis magna comitiorum frequentia adeptus eſt & quod uel maxime gratulandum: iudicem ante tempus adeptus. Nec tibi mediocria munera: ſed ſummo conſenſu ampliſſimum pene omnium magiſtratuum Viri Senenſes detulerunt. Quæ res & auctoritatem uehementer exornat: & tuis amicis affert ſingularem uoluptatem: mihi præter cæteros tantam: quantam tu ipſe facilius cogitare queas: q̃ ego ſcribere. Video nanq; tuam dignitatem hac potiſſimum ratione illuſtrari. Si quidem qualis quiſq; ſit: quanta ue debeat cuiuſq; uiri & ſapientia & magnitudo animi iudicari facillime magiſtratus oſtendit. Quod qui recte ſeſe: qui iuſte ac moderate ea in re geſſerint: ſi immortalis laudis ſemen iaciunt: cuius haud longo poſt tempore ampliſſimam gloriã quaſi uberrimum fructum percæpturi ſunt. Hoc de te haud ambigue ſperandum ſit: qui cum ſemper uirtuti ac probitati ſtudiũ adhibueris: indies magis, magiſq; optimarum artiũ exercitatiõem complexus es. Nam qui Doctorum, ac Sapientum hominum præceptis inſtitutiſq; lætatur: fieri non poteſt: quin & ĩ priuatis omnibus, & publicis actionibus magnam laudem adipiſcatur. Tibi autem Magiſtratus officia qui ſæpe diui Hieronymi: ſæpe Ariſtotelis: ſæpe Marci Tullii, ac præterea multorum uolumina lectitaueris: in cognita eſſe non poſſunt. Præcipiunt nanq; (ut probe noſti) iis qui rem publicam gerunt: ut imprimis nihil quod ad diuini numinis cultum ſpectare uideatur omnino omittendum ſit. Deinde ciuitatis ſaluti atq; ocio conſulendum. Omnia procuranda pari iure totius rei publicæ membra. Vacandum omni animi perturbatione, tum amore atq; odio, tum cupiditate, & metu. Iuſtitiæ parendum, atq; æquitati: Inſtituta queq; & leges ſeruãdas. Nouas (ſi opus ſit) etiam ſcribendas. Perſæpe antequam pro communi officio conueniendum ſit prudentes uiros & bonos aſciſcendos: improbos uero ciues, pernicioſos turbulentos: factioſos non modo ab omni conſultatione ſegregandos: ſed etiã pellendos ciuitate, & ab omni ciuium ſocietate abiiciendos: quaſi peſtem quandam, ac pernicioſam Reipublicæ calamitatẽ. Sed ne plura ſcribam ei cui officiorum cognitio & iuſtitiæ cupiditas acerrima ſit: hortor Euangeliſta: te & oro: ut ne omnium ciuium, quibus propter tuã probitatem & modeſtiã fuiſti iam dudum chariſſimus: expectationem fallas, ac te eum præſtes: quẽ & ingenii tui bonitas & ſapientum inſtitutio eſſe iubet. Tibi iterum atq; iterum gratulor, mihi gaudeo. Deum oro: ut honores tibi maximos fortunet in dies. Fœliciter uale: Eſq; in omnibus tuis muneribus noſtri memor.

Laudantur hac Epiſtola litterarum ſtudia/ & uaria ac multiplex hominum ratio recēſetur.

AVguſtinus Dathus Iohanni.S.P.D.Multa ſunt mi Ioannes/ ac uaria mortalium diſ-
crimina.Multiplex hominum genus:plura eorumdeq; ſtudia: & ſua quiſq; uoluptate du
citur.Quod Mantuanus Vates pulcherrime cecinit.Alii ſeſe ad rem militarē cōferūt.
Alii rebus publicis gerendis dedunt.Alios delectant mercimoniarum contrahendarū
labores.Alios contra ocium uitæ/ ac tranquillitas.Senex diuitias parat: amplificandæ
rei familiari inhiat.Conſtantiore uir ætate honoreq; gloriā conſectatur.Imberbis iuuentus (ut ait Flac
cus) gaudet equis/ canibus/ & aprici gramine campi.Mortales omnes alius alia ſtudia perſecunt.
Sed (crede mihi)quorum ſplendido ingenio/ ac ſingulari uirtute animus excellit/ quibuſq; ſpecimē
quoddam naturæ indutum eſt:poſt habitis priuatis ac publicis rebus:omne tempus in litteris: æta-
temq; conſumunt.Nec aut conditio generis:aut fortuna illiberales homines ab ingenuis uiris ſecer
nit:ſed ſtudiorum potius induſtria:uariaq; artium atq; exercitationum curricula.Illos nanq; merca-
tura delectat/ & ea miniſteria/ quæ abhorrent/ ab omni politiore elegātia.Hos litterarum cupido:atq;
doctrinæ comparandę appetitus incedit.Illi quæſtum ſequuntur/ hi rerum cognitionem: illi corpus
explere contendunt:hi quoad poſſunt animum a corporis ſocietate ſe iungunt. Recte itaq; laudat
Ariſtoteles naturæ prouidentiſſimę diligentias:quæ ſeruorum corpora robuſta finxit:ingenuorum
hominum acies animos.Ita enim & illa labores facilius perpetiuntur: & hi ſolertius ſagaciuſq; perſpi
ciunt.Nam qui pręcęteris robore ac uiribus polleant:plerūq; aut ſerui ſunt/ aut ſeruorum ſimiles.
Perſępe uero roboris firmitas maior infirmitatem animi & conſilii/ ac uelut inopiam quādam men
tis indicat.Contra uero quorum caro mollior ſit/ ac tenella imbecillis corporis ualitudo/ tum ſplendi
dius ingenium eſt/ tum etiam ſapientia maior.Quod ita uerū eſſe conſtat ut uetere prouerbio: quę
ualidiorem conſpexerint eundem delirum/ atq; inſanum perhibeāt.Contra fragilem uiribus perſpi
caciore ualere ingenio arbitrantur.Sed nota hęc ſunt. Venio rurſum ad litterarum laudes. Coetera
enim non ſunt omnibus apta temporibus.Quis enim bellica uirtute præditus:toga uir uiuit?Quid
militaris diſciplina in pace prodeſt:qua propter bella geruntur? Coetera mi Ioannes non ſunt æta-
tis omniū.Quod ipſe teſtatē Cicero.Delirū nanq; ſenem appellauerimus q canes alat/ paſcat equos
ſtudia uenandi conſectet: ſeris plagas tendat/ ac turpiter demū repuerāſcat . Coetera nō conueniūt
omnibus locis.Qui enim ciuitate pulſum atq; extortem hominē decet reipublicæ gubernatio? Mitto
mercaturā:quę nuſq̃ apud priſcos quicq̃ habuit ponderis.Apud Thebanos uero nullus mercator fun
gi poterat publicis muneribus:niſi decem annos:negociis/ ac mercatura deſtitiſſet.Sola litterarū/ ac
rerum cognitio ætatem omnem exigit:nunq̃ intempeſtiua eſt: & ubiq; gentiū:magno celebratur ho
nore.Quā q adepti ſunt uere homines ſunt: & maximis præmiis muneribuſq; digniſſimi.Qua pro
pter nō iniuria plerique iure cōſulti:quos nullius ferme rei ſcientia fugiebat:cū de ſcientię dignitate:
ac nobilitate diſſererent/ doctos uiros nobiliū nobiliſſimos: & uere & eleganter appellare ſoliti ſunt.
Non ii nobilitate pręſunt:quorum maiores gloria floruerūt:ſed q ipſe uirtute & doctrina ſuos pro
auorum atauos antecęllit.Ita apud Athenienſes Cerdonis filius Iphicrates nobiliſſimi ſua ſenten-
tia ornandus ſuperauit.Ita apud Romanos Arpinas nobiles Saluſtiū longiſſime antecellit: qui ob
ingenii atq; indolis pręſtantias adhuc puer honoris gratia a ciuibus nobiliſſimis ęqualibus medius
per uias traducebatur:omnibus illius honoribus dignabātur: adeo ut nonnulli a ruſticis parētibus
obiurgarentur. Tanta uis eſt doctrinę/ ac probitatis ut eos magnos habere debeamus:non qui cla
ros parentes oſtentant.Miſerum eſt enim aliorum incumbere famæ:ſed qui uirtute nituntur: & ma
gnam rerum ſcientiā nacti ſunt.Nolo quicquam in nobiles uiros immo ignobiles ſcribere moleſti-
us:qui ſola maiorum claritudine fræti de illis multa de ſe nihil proferre queant. Sed unum quodq;
quo charius/ ac pręſtantius eſt:eo rarius fit: & a paucioribus poſſidetur.Multi ad ſcientiam capeſſen
dam conuocantur:pauci accinguntur. Laborandum eſt igitur uiris magnis:ut hanc laudē pro ſua
uirili conſequantur.Indocti nanq; ſolum habent hominis nomen:ſed infra belluas æſtimandi ſunt.
Neq; enim aliud diſcrimen eſt:q̃ cum prona ſpectent animalia cętera terram:ipſi eos ſublime gerūt:
& immanitatem docti belluarum ſolo hominis figura contenti ſunt.Doctos uero homines quis ſa
tis laudet? Qui quo plura adepti ſūt:eo maiores merentur honores. Magnus uir fuit Democritus
Phyſicarum inueſtigationum peritiſſimus.Maior Plato:qui ad ſcientiam rerum adhibuit dicendi co-
piam.Clarus Socrates fuit:qui Oratoriam artem plurimum illuſtrauit.Clarior Ariſtoteles:qui elo-
quentiam ſimul & Philoſophiam complexus eſt. Præſtans fuit Hortenſius maieſtate dicendi.Præ-
ſtantior fuerit Marcus Tullius rerum omnium diſciplina inſtructus.Illuſtris Marcus Varro Græce
ac Latine eruditus.Illuſtrior Hieronymus noſter qui Latinum:qui Græcum:qui Hebraicū eloquium
percalluit:qui omnes (ne plures referam)omnium pene & linguis & litteris celebrantur. Horum
igitur mi Ioannes ſuauiſſime quādo ad eas artes natus es ſectare ueſtigia:incumbe in hanc exercita
tiones quod facis.Coeteras res tanq̃ hoſpites excipe. Cum litteris uero uigila ac pernocta/ peregri
nare:ruſticare:Fac ut ſemper penes te ſint/ ac tecum uiuāt:ex quibus ingens animi gaudium ſumma
utilitas:magna apud omnes gloria comparatur.Adeo ut non modo litterati uiri ſummo afficiantur

honore: ſed illi quoq; ipſi plurimum laudentur: qui doctiſſimis uiris pręmia afferunt. Quod nõ magis decorum ſit atq; inſigne (ut ait Plinius) ſtatuã in foro populi Romani habere q̃ ponere. Nã ut cum uiris bonis uel uariis ita bonos honore proſequi magna quidem uirtutis exercitatio putanda eſt. At qui ueram fuerint doctrinam aſſecuti: & ipſi boni erunt: & alios ad probitatem impellẽt. Video te in uirum eruditum euaſurus: noli itaq; noſtras exortationes aſpernari. Sed qui ſemper uirtutem coluiſti: facut in dies uehementius complectare. Vale.

AVguſtinus Dathus Ioanni Pio Sacerdoti. S.P.D. Cum heri fuiſſet tibi cum multis ſermo multis uariiſq; de rebus: etiam de pietate: de miſericordia: de animi atq; animę differentia illata mentio ẽ. De quibus cum multiplex opinio afferretur: atq; eſſet contentio maior: inſtituiſti me ut iudice: cui pro tua humanitate plus tribuis: q̃ noſtræ humilitati deberi poſſit. Sed ut tibi obſequar poſtulanti: nõ iam feram iudiciũ tam claris uiris diſceptantibus: nam foret id magnæ temeritatis. At dicã ipſe quid ſentiam: & uberem materiã in paucula conferam. Primum igitur q̃d ſit pietas uidendum eſt. Marcus Cicero cum ſit Romanæ linguæ princeps: & Latini eloquii præcipuus autor: tum de pietate plęriſq; in locis faciat mentionem: ipſe ſecum diſſentire uidetur. Nam in Rethoricis libris: cũ iuſtitiam explicat: oſtendit in plures partes eam uirtutem diſtribui. Quæ ſunt Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obſeruantia, Veritas: atq; ita diffinit pietatem. Pietas eſt per quã ſanguine coniunctis: patriæq; beniuolis officium: & diligens tribuitur cultus. Qua ex diffinitione manifeſtum ſit: pietatem uerſari: tum circa propinquos: tum etiam circa homines patriæ amantiſſimos. Sed idem in Topicis aliter locutus eſt: in hunc modum. Aequitatem tripartitã dicit eſſe: Quod una ad ſuperos deos: altera ad Manes: Tertia ad homines pertineat. Et primam dicit pietatem appellari, ſecundam ſanctitatem, tertiam iuſtitiã: quæ etiam æquitas dici poteſt. Hinc liquet referri pietatem non ad homines: ſed ad deos: quod ſuperiori ſententiæ uidetur eſſe contrarium. Sed & in libris quoq; de natura deorum: ſæpe numero oſtẽdit pietatem uerſari potiſſimum circa obſeruationem diuini cultus: ut cum in primo libro pietatem & ſanctitati & religioni præferri demonſtrat quaſi utranq; uirtutem pietas ipſa complectatur. In ſecundo uero eiuſdem uoluminis libro: deoꝝ cultũ dicit eſſe optimũ: caſtiſſimũ, ac ſãctiſſimũ pleniſſimũ pietatis. Solet enim Marcus Tullius cum plura dicit id poſtremo loco & in calce collocare: quod pluris eſt: & ſignificat uehementius: ut & ea in parte poſt optimum: caſtiſſimum: ſanctiſſimũ cultũ: addidit notiſſime pietatem: quam cœteris laudibus prætulit Beatus Auguſtinus in pleriſq; locis: præſertim uero in libris de Ciuitate Dei: & in eo libro quod Enchiridion inſcribit. Pietatem dicit eſſe diuini cultus: & eandẽ appellari quæ a Gręcis dicitur ευσεβεια uel certe θεοσεβεια. Quarum utraq; ad religionem ſine dubio & ad deum pertinet. Et pios homines ſanctæ litteræ religionis cultores appellare conſueuerũt: ſicut & impios contra qui religioni aduerſantur & diuinã legẽ, ac ſancta inſtituta contemnũt. Lactantius quoq; in diuinis inſtitutionibus diffinit pietatem: Dei ſcientiam quod quidẽ ex Hermetis Trimegiſti mente tradidit, cuius de pietate hæc diffinitio eſt. ευσεβεια ἐςι γνωσισ τοῦ θεον. Pietas enim eſt inquit cognitio Dei. Quid tam multis inſiſtimus? Mea hæc ſententia eſt: ut ſit pietas ingens quiſpiam ac uehementiſſimus amor: ut primum Deo, deinde patriæ, tum parentibus, poſt propinquis, deinceps amicis, atq; aliis gradatis pietas debeatur. Itaq; recte dicitur. Pietatem quidem ĩ deum eſſe: atq; inde non adeo: proprie etiam ad alios transferri: ut maxima in religione ſit: mediocris in patria: in reliquis uero deinceps minor. Hanc uero ſententiam perpulchre diuus Ambroſius in præclariſſimis libris de Officiis declarat ita inquiẽs. Pietas fundamentum eſt uirtutum omnium. Iuſtitię autem pietas eſt: prima in Deum, ſecunda in patriam, tertia in parentes, item in omnes. Hæc ſanctus Ambroſius. Ex his igitur patet: pietatem eam uirtutem eſſe: quæ religionis & diuini cultus habet rationes. ſed & ad patriã: ad parentes: ad propinquos: ad amicos transferri poſſe. Ac de pietate ſatis. De miſericordia duplex traditᷣ ſententia. Stoici. n. philoſophi cũ q̃bus & noſter Cicero ſentit: perturbationes animi ĩ quattuor partes diuidunt: Egritudinẽ, lætitiã, metum, libidinẽ. Aegritudinis plures ſpecies cõſtituũt: ĩ q̃bus & miſericordiã: quã ita ſic diffiniũt. Miſericordia ẽ ęgritudo ex miſeria alterius: iniuria laborans. Dicitur miſericordia ægritudo: q̃a eſt eius ſpecies: quę & ſub genere ægritudinis reponitur. Ex miſeria alterius eſt pars quę dicit propietatem miſericordiæ: ut ſi uideamus quempiam hominem aduerſa fortuna laborantem: & calamitate affectum: illa miſeria parit nobis hãc miſericordiã. Deinde additur iniuria laborantis: quia non ſolemus flecti uel moueri potius ad miſericordiam: niſi quis iniuſte: & præter rationem prematur. Nam ſi quis patriæ proditor: aut ſicarius, aut paricida malo afficiatur non ſolemus eſſe miſericordes. Ex his igitur partibus conſtat miſericordia: quam putant Stoici ipſi a grauitate ſapientis alienam eſſe oportere. Altera noſtrorum ſapientum ſententia eſt non negantium quidem eſſe paſſionem quandam: quæ in nobis fiat ex miſeria alterius iniuſte laborantis: at dicentium humanitatem quandam eſſe miſericordiam: & quaſi præcipuam uirtutem extollentium. Itaq; dicit Lactantius in hunc modum. Zenonem ac Stoicos redarguens. Inter uitia & morbos Zeno miſericordiam ponit: adimit nobis affectum: quo ratio humanæ uitæ pene omnis continetur. Et paulopoſt. Homo accæpit miſerationis affectum: qui plane uocatur humanitas: qua nos

met inuicem tuemur. Ex his uerbis duo eliciuntur: primum non eſſe miſericordiā perturbationem ſed effectum: contra Zenonem. Alterum humanitatem quandam eſſe & laudabilem uirtutem: atq; humano generi neceſſarias. Quod idem confirmat & Aurelius Auguſtinus prę clariſſimis libris: de Ciuitate Dei libro nono loquens & ipſe contra Stoicos. Habes de Miſericordia duplicem ſententiā de qua plura alio tempore. Tertium reſtat quid animus & anima differant. Dicit concinne & breuiter Actius Poeta. Sapere nos animo: frui anima: quod animus ſit pars qua cognoſcimus & intelligimus. Anima Spiritus quo uiuimus. Denique dicit Macrobius. Animus proprie: mens eſt: quam diuiniorem anima nemo dubitauit. Sed non nunquā ſic & animam uſurpantes uocamus. Verum diſſerere hæc ſubtilius alterius & temporis & contemplationis eſt. Igitur Vale & Chriſtum pro me ora pie Sacerdos.

AVguſtinus Dathus N. optimo ac Venerando Sacerdoti. S.P.D. Multa ſunt optime pater in ſacrarum literarum uoluminibus ita iam deprauata atque diſtorta: ut & a uero potius abhorreant: & legentibus ſtudioſius: magnas maiorum ſenſuum dubitationem pariant. Quæ tam uero ſit eiuſdem rei cauſa: malo reticere q̄ ſcribere: ne forſitan uidear cuiquam audacior: ſi quid dolore nimio preſſus dicere moleſtus aggrediar uel in Sacerdotes noſtri temporis ac reliquos Catholicæ Eccleſiæ antiſtites: præſertim cum redarguendo ſimultas excitari potius: q̄ erratorum emendatio ulla fieri poſſit. Sed tamen uereor ne purpure cocci & conchilii & auri & gemmarum: ne deniq; ſumma liberi ac ceteris cura ſit: & bonorum ſtudiorum ac ſanctarum rerum & ſcripturarum incuria: ut Hieronymum optandum ſit reuiuiſcere: cuius ſolertiſſima induſtria reconditam Græcis ac Hebraicis uoluminibus ſapientiam: Latinis literis illuſtrauit: & Pſalterium ex ſcriptorum uitio deprauatum omni ex parte correxit: Succiſi iam pridem Hieronymi diligentia quaſi ſecuri quadam ſcripturarum errores: negligentia quadam hominum: nimium de integro pullularunt: In quibus & ille reponi debet: quem heri ad ueſperam: cum forte mihi ad forum: & compluſculis ingenuis uiris confabulantibus interueniſſes Bartholomæus Boninſignius iuuenis harum rerum perſtudioſus de te quæſiuit. Nouerat enim optime pater non ſolum Sacerdotalis dignitatis inſignibus & auguſtiſſimæ religionis cultu exornatum ſed eſſe diuinæ quoq; legis peritiſſimum: & ſacras quaſq; ſcripturas percallere. Quod uero tibi explicandum propoſitum eſt: ſumpſit Bartholomęus ex Soliloquiis Dauid Prophetæ: qui in Pſalmo (ni fallor) quinto & uigeſimo his dominum uerbis affatur. Lauabo inter innocentes manus meas & circundabo altare tuum domine. Hunc locum alii aliter legunt: & hi quidem inter innocentes lauabo manus meas cum particula inter præpoſita: illi cum ad uerbio interim & contrarie qualitatis adiecto nomine. Lauabo inter manus nocentes legi uolunt. Quorum utrunq; cum ſatis commode probari poſſit. Alterum tamen retineri: alterum refutari oportet. Non enim quod eſſe uerum ſimpliciter poſſit inquirendum eſt: ſed quod a Propheta ipſo uere in loco & dictum & intellectum ſit. Reſpondiſti ut quidem probe atq; erudite placere tibi: ut inter innocentes potius legeretur: teq; id ſentire non ſine optimis rationibus declaraſti. Sed cum ſatis iam multis habitis uerbis: inde diſcederes iniunxiſti nobis: qui Græcorum fontes delibauimus: & Anhelantia Hebræorum uerba cœpimus pertentare. Vt utriuſq; linguæ Pſalterium confeſtim perquireremus. Quod & in huiuſmodi codicibus & manifeſta ſit ueritas & cadere eius ambiguitas non poſſit. Accepi ego mandata tua non inuitus: & continuo domum peruolans: arripui primum Græcum Pſalterium: quod eſt uobis familiarius: & repente oculos coniieci in Pſalmum cuius initium eſt. Iudica me domine: quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Græce autē. κριμομ μοι κυριε ὅτι ἐγῶ ἐμ ακακια μου επορευθημ και ἐπι τῷ κῷ ελπιζωμ. Hebraice uero Sciopheni adonai chi ani beldumi halachti uine adonai balthachti lo emech. Ex hoc enim Pſalmo ſumptus ē locus: qui ambiguus uideretur: Lauabo inter innocentes manus meas: & reliqua. Hic igitur: Græce ita ſcriptus eſt. νιψομαι ἐμ ἀθωοισ τασ χεῖρασ μου: κἀικυκλωσω το θυσιαςηριομ σου κυριε. Græca præpoſitio modo in modo inter ab eruditis interpretibus transferri ſolet. Vnde id quoq; angelicæ uocis oraculum. ευλογημεμη συ εμ γυμαιξι: και ευλογημεμοσ ὁ καρπὸσ τῆσ κοιλίασ σου. Alii tradunt. Benedicta tu in mulieribus. Pleriq; Benedicta tu inter mulieres. ἀθῶοσ uero atque ulla prorſus dubitatione innocentem apud Græcos ſignificat. Et cum interrogat Propheta. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Reſpondetur Græcis uerbis. ἀθῶοσ χερσι και καθαροσ τῇ καρδίᾳ. Poſito autem Græco uolumine: continuo Hebraicum apprehendi & cunctatione longiuſcula inuenimus tandem: quem prædiximus locum: ſcriptum ad hunc modum. Edech benichaion capai Be: ſicut & ἐμ apud Græcos. Hebraice modo in modo inter modo cum ſignificare poteſt

nicon numero

multitudinis proculdubio ſignificat innocentes qui ſingulari numero dicitur.

quæ plane Græcorum: atq; Hebraicorum codicum fides omnem mihi continuo dubitationem ſubſtulit. Vt ſemper poſt hac: non inter inocentes: ſed inter ĩnocentes lauabo manus meas legendum ac dicendum cenſeam. Sed etiā fulgentiſſima diuinæ ſcripturæ lampas Aurelius Auguſti

nus eandem ſententiā planiſſime roborat. Ac ne plura ſcribam: locum ipſum antea certe ambiguū:
nunc plane manifeſtum: dilucide in hunc modum explanat. Oſtenſo Auguſtinus inquit quomodo
uitet mala: ſubdit quomodo faciat recta: quaſi non cōſentiā ipſis: ſed potius lauabo inter innocentes
manus meas id eſt pænitendo & confitendo munda faciam opera mea. Ego dico conuerſans inter
innocentes mente ſemper & corpore ſæpe. Et paulopoſt. Altare tuum domine circundabo: uirtuti-
bus ornabo inter innocentes conuerſabor. Sed hęc tibi puto omnia exploratiſſima eſſe. Sed ita pror
ſus fero iniquo animo ſanctas ſcripturas deprauari: ut cum in eam mentionem forte inciderim ſum
ſemper longior. Cum autem omnia: mūda: integra impolluta eſſe uelim: quæ e diuinis libris ſunt
Pſalterium tamen: quod in ore omnium frequentiſſimus eſt: uehementer deſydero incolume incor
ruptumq; ſeruari. Alias cum plus fuero temporis nactus: de multis rebus ad te ſcribaꝫ pluribus uer
bis. Vale uenerande pater: & Chriſtum pro nobis deprecare.

AVguſtinus Dathus. N. Claro legum interpreti. S. P. D. Cum mihi antehac nota eſſet
tua & exquiſita doctrina ac ſumma in omni ſermone prudentia: nunc quoq; & ſingu-
laris cōperta humanitas eſt iis litteris: quas heri mihi reddidit Nicolaus Burgeſius tuo
nomine: iuuenis ſupra eam ætatem eruditus & ſapiens. Iis ſum mirifice delectatus: cū
quia ornate & ſplendide ſcriptæ ſunt: tum uel maxime: quod de rebus grauibus diſſe-
runt: & cognitione digniſſimis. Video ueram Platonis uocem extitiſſe: qua diceret ingenuas omnes
artes: quę ꝑ ad humanitatem pertinerent: uinculo & cognatione quadam inter ſe contineri. Res nūc
ipſa docuit. Omnium pene diſciplinarum ſimul iungi ſocietatem: cum te omni cuiuſuis doctrinæ ge
nere ac laude pollere perſpicue nouerim. Neq; enim in Ciuilis iuris prudentia ſolum: ſed ī dicendi
ſplendore in ſanctarum litterarum grauitate omnem uideris ætatem atq; operam conſumpſiſſe.
Quamobrem te oro ut me in tuum unum admittas: & ſiqd tibi & a publicis muneribus: & ab ami
corum defenſione: ocii ac temporis reliquum erit tuæ eruditionis ac ſummę humanitatis participem
facias. Ineamus quæſo hęc fœdera: ut tu te mihi præceptorem liberalem prębeas. Ego me ubi atten-
tum diſcipulum: & tuarum ſententiarum non inuitum aſtipulatorem. Id. n. & auctoritati tuæ am-
pliſſimum fuerit. Sed iam quod tuis litteris continetur: paucis percurramus. De Pſalmo quinto &
uigeſimo Dauid Prophetæ: non nulla orta diſceptatio eſt. Idq; (ut arbitror) propter Latini ſermo
nis ambiguitatem: quæ apud Græcos & apud Hebræos in eo loco nulla eſt. In eo igitur Pſalmo pręter alios complures canit noſter Propheta & hūc uerſiculus. Lauabo inter inocentes manus meas:
& alia. Nunqd prophetes Dauid lauat interim nocentes manus: uel potius inter inocentes manus
ſuas? Num ea oratio aduerbio an præpoſitione complerur? Magna in hiſce uerbis uidetur exorta
dubitatio. Ego cum puer admodum eſſem: & pſallerem frequentius: ſolitus ſum legere. Interim no
centes manus meas lauabo: quia id mihi magis conſentaneū uideret̄. Sed cū per ætatē ad eius loci
ſubtiliorē inueſtigationē animū applicuiſſem: errore deſtiti puerilis inſcitiæ & legi poſt illa ſemper: la-
uabo inter innocentes manus meas. Nam ſiue uerba ipſa ſpectemus ſeu ipſum ſenſum perſcrutemur
præpoſitionem inter: non aduerbio interim opus eſt. Idq; explicemus paucis. Ac primū uerba ipſa
nobis conſideranda ſunt. Sanctus Hieronymus diuinarum ſcripturarum clariſſimum lumen: de
Hebraica ueritate Pſalterium tranſtulit: quod uina de prelo puriſſimo ſumpta meliora ſeruentur.
In tertium autem uas tranſfuſa coaceſcunt. Ex eo Pſalterio huius loci qui in manibus eſt: facile poſſu
mus coniectare ueritatem. Ita enim ſcriptum eſt. Lauabo in innocentia manus meas. In quibus uer
bis in præpoſitio magnam uim habet: Interim aduerbium incaſſum poneretur? Quid eniꝫ ſibi uelit
Interim nocentia lauabo manus meas? Magna eſſet uerborum confuſio: ſenſus ipſe perobſcurus.
Sed & apud Græcos quoq; is locus ita ſe habet. νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου καὶ κυκλώσω
τὸ θυσιαστήριόν σου κε. ἐν interpretamur in: uel inter. Quaꝝ prępoſitionum eadem plerunq; uis eſt
Datiuo caſu ponunt   accuſatiuo. Quod ſi nocentes ma-
nus ſignificare Propheta uoluiſſet: eodem in ſubſtantiuo atque adiectiuo nomine caſu uſus fuiſſet.
Quod ſi cæteri omnes eius Pſalmi Verſiculi: ita ſe habent: ut omnes rectiſſime Priori ſcriptioni
conſentiant: non exiſtimandum eundem locum: & in Latinis & in Græcis codicibus fuiſſe deprauatum. Nam id ſimile portenti eſſet. Quod   locupletiſſimum teſtimonium Hebraicæ ueri-
tatis in qua eſt Lauabo in innocentia manus meas: Quod & paulo ante explicuimus. Apud nos qui
dem: inter: & interim magnam in ſono ipſo uidentur habere concordiā. Sed id neq; apud Hebræos
neq; apud Gręcos ſimiliter contingit: quale & in Euangelio Ioannis uſu uenit. Dicunt pleriq;. Neq;
ex uoluntate carnis: neq; ex uoluptate uiri: idq; euenit quod & uoluntas & uoluptas pronunciatio-
ne parum quidem differunt: & unius duntaxat literæ diſcrimine ſecernuntur. Sed apud Græcos ni
hil tale accidit. Nam θέλημα: καὶ ἡδονὴ quorum primum uoluntatem: alterum uoluptatem ſigni
ficat: neq; in ſono conueniunt & non minus litteris: q̄ genere & ſignificatione ſeparantur. Eiuſmo-
di eſt & illud. Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyſſi. Alii ambiguitate nominis ca-
pti malunt legere. Tracones & omnes abyſſi. Quodnam quęſo hoc eſt dedecus? An mediocre ſce-
lus eſt & non potius indigniſſimum facinus ſanctarum ſcripturaꝝ ſinceritati ac luci tenebras effun

dere! Hec uero omnia facile euitari queant: ſiquis ex ipſo fonte ueritatẽ hauriat: & cœnoſos riuulos miſſos faciat. Itaq; p conſtat ex ipſa uocabulorum recta interpretatione laudãs Prophete manus inter innocentes: non nocentes abluendas: quod pleruſq; uideri ſolet. Verum ſi ſententiã ipſam: & mentes conſiderauerimus nullus relinquetur dubitationi locus. Sed uereor ne quis me temere feciſſe arbitretur: qui auſim tam fragili cimba altiſſimum pelagus nauigare. At ſanctiſſimorum Doctorum incorrupta diſciplina & ſincera enucleatiõe fretti totius eius Pſalmi rationẽ aperiemus. Cuius euiuſcemodi initium eſt. Iudica me domine: quoniam ego in inocentia mea ingreſſus ſum. Et ſecundum aliam tranſlationẽ. Iudica me domine quoniã ego i ſimplicitate mea ingreſſus ſum. Dominus & Saluator noſter cum ad iudicandum uenerit: agnos ſeparabit ab ædis: & eos qui a dextris: ab iis qui a ſiniſtris: ut illis dicat. Venite benedicti patris mei. Aliis uero. Ite maledicti in ignem æternum. Prophetes ergo Dauid Dominum comprecatur: ut in futuro ab improbis ſeiungatur, tum corpore, tum etiã loco: a quibus in hoc ſæculo merito ſeparatur, ac gerit quidẽ Propheta ipſe perſonam probi, ac perfecti uiri: qui ut lõge abeſt a prauitate impiorum: ita & ſecerni ab eis poſtulat in futurus: ne in iudicio improborum, ac perditorum conſortio miſceatur in hunc modum inquiens. Iudica me domine. Quibus uerbis non ex arrogantia uſus eſt: ſed ex ſpei potius fiducia: ſicut & ipſe. Magiſter gentium dicit Apoſtolus, ac modo imperandi utitur pro eo: qui optandi eſt. Quod fieri ſæpe uidimus: monumentis oſtendit acutiſſimus Origenes. Itaq; depræcatur ſacer uates ſe iudicaturum iri: & ſecretum a malis propter innocentiam eius: quæ tamen ipſa a dei miſericordia profecta eſt. Hoc uero poſtulatum iuſtum oſtendit eſſe bifariam: tum quia improbitatem effugerit: tum quia uirtutem ſectatus ſit. Ex quibus duobus muneribus liquet perfectam conſtare iuſtitiam. Quæ in hoc uerſatur: ut a malo declinemus: & perficiamus quod bonum eſt. Ita enim & per eundem Prophetam præcipit dominus. Declina inquit a malo & fac bonum. Igitur primam partem iuſtitiæ abſoluiſſe oſtendit ſecum dicit. Non ſedi cum concilio uanitatis: & cum ini. ger. non introiui. Odiui eccleſiam malignantium: & cum impiis non ſedebo. Nam neq; ſenſi cum hominibus uanitatis: qui caducis in rebus: & momentaneis ſpem omnem collocauerunt. Neq; cum malignantibus qui ſocio inferunt manus: & feciſſe iniuriam lætantur. Neq; cum impiis quorum peruerſum dogma & ſuperſtitioſa hereſis ſcripturæ ſacræ ueritatem ſubuertit. Sed cor meum: renes mei: manus meę: ab illorum prauitate longiſſime abfuerunt. Atq; ita iuſtitiæ primũ munus perfectum eſt. Secundũ animit dicẽs. Lauabo in innocẽtia: ſeu malumus inter innocentes manus meas. Ille lauat in innocentia manus ſuas: qui innocentum hominũ ueſtigia atq; opera conſectatur. Sed illud forſitan abſurdũ uideri poſſit: ut idẽ innocentis opus agat & lauet manus: quod uidetur nocentis: & polluti magis proprium eſſe. Qui.n. innocens eſt is uidetur lotus eſſe. Qui autem lotus eſt (ut ipſius ſaluatoris apud Ioannem uerbis oſtenditur:) nõ indiget niſi: ut pedes lauet. Sed eſt mũdus totus. Et pedes quidem lauare poſſit manus lauare non poſſit. Nam pedes affectus animi ſignificant ſicut & Aurelius Auguſtinus. Pes meus inquit: affectus meus: manus uero actiones, atq; opera: quæ in uito innocente qua innocens eſt mundum eſſe conſtat. Atq; itaq; in ſuper lotione nõ egere Quomodo ergo lauabit Prophetes inter innocẽtes manus ſuas! Sed facile eſt huic obiectioni occurrere: ſi humani generis imbecillitatẽ inſpexerimus: & ueritatem ipſam liquido fuerimus contemplati. Quis.n. gloriabitur: caſtum ſe habere cor! Sed neq; etiam aſtra ipſa munda ſunt: i conſpectu domini. Quin potius omnis homo mendax. Bene Ioannes in ſua Epiſtola. Si dixerimus: quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus: & ueritas in nobis nõ eſt. Atq; iterũ. Si dixerimus quoniam nõ peccauimus: mendacem fecimus eum: & uerbum eius nõ eſt in nobis. Quod ipſum neq; ſapientiſſimum concionatorem latuit: q dixerit. Quis poteſt dicere: mũdũ eſt cor ſuum: purus ſum a peccato! Quis itaq; inocens ẽ: ut Innocẽtẽ pleriq; uolũt itelligi: qui nulla alicuius peccati ſorde pollutus ſit. Beatus uir qui inuetũs eſt ſine macula. Quis eſt hic & laudabimus eum! Fecit uriq; mirabilia in uita ſua. Nemo eſt tam innocens: quin lotione nõ nulla egeat. Quæ profecto in confeſſione: & penitẽtia ſita eſt. Quarũ utraq; a dei miſericordia expetẽda ẽ. Siqdẽ uere ait altiſſimorũ ſecretorũ cõſcius Ioannes. Si cõfiteamur peccata nra: fidelis & iuſtus ẽ: ut remittat nobis peccata nra: & emũdet nos ab omni iniqtate. Pręclare itaq; Propheta. Lauabo inqt inter inocẽtes manus meas: & circũdabo altare tuũ domine. Quod ẽ. Innocẽtum imitabor probitatem: & altare tuũ: id eſt: meã ipſius mẽtem uirtutibus exornabo: quæ uera ẽ cum innocẽtibus cõuerſatio. Confeſſionis aũt, ac pęnitẽtiæ ea uis ẽ: ut uel nocentiſſimum hominem innocẽtem reddat: ſi tamẽ uera confeſſio uera pœnitentia fit. Hinc & illud Tragici Poetæ. Nam ſera nunquã eſt ad bonos mores uia. Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens. Reliqua uero euiuſmodi Pſalmi uerba aptiſſime conueniunt: & ipſa inter ſe conſentanea ſunt. Quæ omnia proſequi: nõ epiſtolæ: ſed longioris uoluminis opus ſit. Nam ſicut innocẽtia proponit dicẽs. Iudica me quoniam ego in innocẽtia mea: uel in ſimplicitate mea ingreſſus ſum: ita inocẽtiam proſequitur, dicẽs. Lauabo in innocentia manus meas. Innocentiam quoq; concludit: & complectit, dicẽs. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum redime me & miſerere mei. Ita fit ut initium: pgreſſus: exitus Pſalmi ipſius pbe conueniant. Quod quidem poteſt eſſe conſentaneum: a qua ſententia & Auguſtinus

& Caſſiodorus non abhorrent: ut tum propter Hebraicæ linguę incorruptã ueritatem: tum Pſalmi ipſius conſonam ſententiam: tum denique propter ſummorũ doctorum auctoritatem nulla reliqua dubitatio ſit: cum legere debeamus. Lauabo inter innocẽtes manus meas. Nam lauabo interim nocentes manus meas ſubtiliter dictum eſt: ſed longe abeſt a prophetæ ſententia. Nec hoc arroganter dictum exiſtimari uelim: neque ego auctor ſum huius ſententiæ: ſed cõfirmator potius. Quę contra obiiciuntur facile refelli poſſunt. Afferre codicis deprauationem nõ ſatis firmum argumentũ eſt: cum reliqua omnia recte conſentire uideamus. Sed in Hebræorum & græcorum uoluminibus difficulter eiuſcemodi eueniat dubitatio. Illud quod in promptu eſt Pſalmũ exponi cõuenientius: ab iis: qui inter innocẽtes abluendas manus interpretantur: quam ab iis qui uel inter nocẽtes: uel interim nocẽtes præferre malũt. Nec propheta de nocentibus ad innocentes temere conuolat: ſed innocentiam proponit: proſequitur: cõcludit (ut mihi uidetur) expoſitum. Qualiſcunque autem prępoſitio illa ſit iter nos pro ſcripturæ ſanctæ arbitrio ac iure uel in innocẽtibus uel cum innocẽtibus explanare poſſumus: neque enim ſubiacent Grãmaticæ artis formulis diuina eloquia: ut diuinus oſtẽdit Gregorius in præclariſſimo Moralium libro. Quod ſi Iuris conſultorum auctoritas afferatur qui Inter præpoſitionem rationem quãdam intrinſecam habere profitẽtur. Nos meſſem alienam nequaquam attingere audeamus. Verum tamen multa Iuris cõſulti uſurpant: quæ apud alias diſciplinas longe aliter ſe habent. Et illi quidem uſurpationem appellant uſu capionis interruptionem. Oratores autem frequẽtem uſum uocãt. Vt. ff. de uſu ca. proditur. l. ii niſi me fallit memoria: Quid item actionis ſignificatio nõ ne apud alios longe diuerſa eſt: ab ea: quã ciuilia iura tradunt? Quid alia innumerabilia? Inter inocentes aliter iuris cõſulti exponunt aliter ſi diuina eloquia interpretẽtur: non ſit lęſæ maieſtatis crimen? Quod uero in calce adiectum eſt: id facile perſoluitur. Non enim de huius uitę & mortis lucis labe mentio ẽ: ſed de ea: quæ poſt ſubſequitur immortalis ac ſempiterna: ut in Iudicio Propheta ipſe: qui inter innocentes manus lauerit: ſecernetur ab improbis: & audiat uocẽ laudis: & enarret uniuerſa mirabilia dei. Sed hæc ſatis. Quæ omnia quanquam ex mẽte: atque ſentẽtia eruditiſſimorum hominum ſint profecta: tamẽ libẽtius affirmauerim: ſi tua quoque acceſſerit auctoritas: quæ apud me ualere plurimum debet. Feceris mihi gratiſſimum ſi quæ a nobis ſcripta ſunt: aut emendaris: aut probaueris. Quorum illud gratum: hoc futurum mihi Cum uero tuam ſentẽtiam itellexero: tum lucubratiunculam hãc quęcunque tandem eſt: aut reiiciam: aut in lucẽ proferam. Nam meę partes ſunt: ut tecũ ſentiam: quẽ de rebus omnibus rectiſſime iudicare nõ dubito. Bene mecum agetur ſi in tuam ſentẽtiam cõtenero quam probatiſſimam eſſe & ipſe arbitror: & omnes exiſtimare debent. Vale

AVguſtinus Dathus. N. Oratori præclariſſimo. S. P. D. Cum heri orator præclariſſime longiuſcula peracta deambulatione: quod iam orta Sydera: & regreſſum & requietẽ ſuaderent: in ueſtibulo tuarum ædium paulũ cõſtitiſſemus: in Hieronymum tandẽ utriuſque noſtrum delicias incidiſti. Quibus autem ſumma frugi & uarii ſermonis attuleras uoluptatem: quaſi quędam bellaria: & ſecundam menſam aditurus: deprõpſiſti ex Hieronymi monumentis elegantiſſimos locos: quos multos & memoriter ad modum & periucunde ſoles referre. Sed eum dixiſti uideri tibi cognitu difficiliorem: qui in Epiſtola ad Deſyderium fere hiſce uerbis ſcriptus eſt. Iudei prudenti dicunt factum eſſe conſilio Neptolęmeus unius dei cultor: etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprahenderet: quod maxime idcico faciebant: quia in Platonis dogma cadere uidebatur. Hæc (ni fallor) ſunt quæ ſcripta perplexius lucem expoſitionis deſiderare uiderẽtur. Sed quid adeo impudens quis tã delirus: qui ea: quæ tibi minus fortaſſe cognita ſint attingere audeat? Quis inquam adeo mentis impos: qui res integras tibi ac nondũ compertas ulla ſe cogitatione aſſecuturum putet uel ſi lucubrationem omnem ac meridiationem adhibeat? Verũ licere arbitramur iis qui nec magnam doctrinam adepti ſunt: & eam ſtudioſius exquirunt: exercendi ingenii ac percipiendæ eruditionis gratia ſuam explicare ſententiam: ut uel nacti ueritatẽ didiciſſe ſe gaudeant uel declinantes de uia magiſtro duce ab erroribus reuocẽtur. Quod ſi ita eſt: dabis tu mihi hanc ueniam: ut quid ipſe ſentiam exponere liceat. Quod quum fecero: tu qui optimus Cenſor: qui ſoletiſſimus iudex: qui optatus nobis arbiter es uel refelle quę dixerim uel proba. Venio igitur ad rem ipſam. Perſtrinxerat Hieronymus nonnulla ueteris legis teſtimonia: & quaſdam Prophetarum uoces: quæ minus in noſtris codicibus haberentur. Quibus in locis plærumque & patrem & filium duas trinitatis perſonas coniectare poſſimus. Quid eſt. n. ex Aegypto uocaui filium meum: niſi & qui uocaret pater: & qui ab eo uocaretur filius? Atque ex his uerbis magna oriri poterat dubitatio duplicis diuinitatis: quod altera Dei patris: altera Dei filii eſſe uideretur. At ſeni duodecies ſapiẽtes: quod eſt duo ac. lxx. ſeniores: ab Eleazaro Hyeroſolimorum Pontifice: ex. xxii. tribubus (ut ferũt) delecti: atque acciti a Rege i Aegiptũ non ſolũ diuinã legem ſunt interpretati: ſed ẽt Ptolomęum ipſum duas res maxime inſtituere conati ſunt. Regni adminiſtrandi rationem: & unius dei cultum. Qui igitur cõtenderent unius Dei cultum comprobare prudenti conſilio (ut Iudei perhibẽt) locos omnis: in quibus forte diuinitatis pluralitas ſignificaretur: aut conſulto prætererierũt: aut longe aliter interpretati ſunt: qui Regẽ ipſum a grege deorum auertiſſent & unius effeciſſent ueri Dei cultorẽ ueriti ſunt: ne ſuæ ipſorum legis teſtimonio animus pii Regis nouis rurſus complicaretur erroribus.

Cumq; adhuc lateret ineffabilis miſterium trinitatis: nec dum forent altiora ſacramenta diuinitus il luſtrata & trium perſonarum: qui unus eſt Deus: & ipſius uerbi quod caro factum ẽ: rati ſunt Iudeo rum ſapientes optimum factu eſſe: ut in Regis mente unius Dei cultus pẽitus inhæreret: omnia illa ſupprimere: quę multiplicis diuinitatis ſuſpitionem parere potuiſſent. Multiplicem autem diuinita tem dicimus non quæ iam eſſet: ſed quam Ptholomæus forte concepiſſet: atq; hoc eſt (ut ipſe arbi tror) quod Iudei ſeniores ſuos tam prudenti conſilio feciſſe tradunt. Sed quæret aliquis: quid eſt qđ duplicem diuinitatem potius q̃ triplicem depræhendi in Hebræorum libris a Ptholomęo metuebãt? Vna illa ratio in promptu eſt: quod Patris & filii quarum perſonarum nouor Relatio eſt commemo ratio quoq; ſimul iuncta frequentior in ſacris eloquiis depræhenditur: quale eſt illud quod ipſi pau lo ante attulimus. Ex Aegypto uocaui filium meum: ueteris teſtamenti res habundat exemplis. Ve rum quod additur. Quia in Platonis dogma cadere uidebatur alteram quoq; rationes ſubnectimus eiuſcemodi. Conſtat Platonem luſtraſſe Aegyptum: utrum uero inſtituerit ille Aegyptios: uel quod magis ueriſimile eſt: ſit ab Aegyptiis uatibus inſtitutus: non eſt hic differendi locus. Sed non abre ẽ: quod Aurelius Auguſtinus teſtis locuples in cõfeſſionibus tradit in medium proferre. Extare apud Græcos Platonicos libros eoſdemq; Victorinum inſignem Romanę urbis rhetorem Latinæ conſue tudini reddidiſſe. In quibus cum alia præclara multa: & quæ ueritati propiſſime accederent: tum dei atq; eius uerbi mentio planiſſime contineretur. Non reticent Platonici libri: in principio fuiſſe uer bum: & uerbum fuiſſe apud deum omnia per ipſum facta eſſe: & ſine ipſo factum nihil: & plæraq; alia quæ fere nihilo ſecius in Platonicis codicibus q̃ in Euangelio proderentur. Sed quorſum hæc? Hęc pfecto duplex illa diuinitas ẽ Patris & uerbi: in quam facile Ptholomæus incidere potuiſſet: qa in Platonis dogma cadere uidebat. Hæc ſunt quæ de meo ſenſu potui eruere. Iam expecto ipſe quid ſentias: cuius iudiciũ pluris facio q̃ eorũ: q nõ ſtudio ueritatis: ſꝫ amore glorię cuiuſpiã philoſophãt. Cõſulti uero aut nihil reſpondẽt quod maximæ ſupbię ẽ: aut inflatis buccis tumẽna uerba trutinant tur. Hoc ſit igitur inter nos nonnunq̃ iucundum certamen: ut tu primũ pponas qđ dilucidãdũ ſit: ipſe deinde obiiciã: ac dicã aliqd. Tu idẽ poſtremo ſentẽtiã feras: quã cũ tuleris omnibus ĩ rebus cer tum mihi eſt ſequi. Vale.

AVguſtinus Dathus. N.S.P.D. Quod ad Architam Tarentinum. Scripſit Plato or tus noſtri partẽ amici: partem ſibi uẽdicat patria. Nec ſolũ nobis nati ſumus. Dedi ha ctenus amicis operam: nũc me totũ Reſpublica rapit: atq; ita: rapit: ita multis occupa tionibus obruit: ut uix poſſim genio idulgere. Sed quod moleſtũ eſt cogor ueteres & iucundiſſimas intermittere exercitationes & uelut in dicto bello pugnare cum litteris. Cum quibus ut in gratiã redeam dies deſydero & noctes. Tu uero quaſi caduceator qdã conaris in terrogationibus tuis ueteribus me conciliare amicis. Et ut tibi pareã exponam ſuper pposito uer bo meam ſententiam. Scribis legenti & pſallẽti tibi dubitationem quampiã occurriſſe in eo uerſu q Pſalmi primi & .xxx. Intellectum tibi dabo: & inſtruam te in uia hac: qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nam hæc uerba nõnulli aliter legunt. Ommittam quæ ſuper uacanea ſint: attingã pau cis uerborum explanationẽ. David Pſalterium totum refectũ eſt diuinis oraculis: & ſingula eius uer ba ſingula pene perſonant ſacramẽta. Ait igitur per Prophetam dominus. Intellectum tibi dabo: & ĩſtruã te in uia hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Omne datum optimum: omne per fectum donum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum ut Iacobus inquit Apoſtolus. Sed inter in numerabilia creatoris beneficia: quattuor enumerat: cum hominem affatur his uerbis & dicit. Intel lectum tibi dabo magnum donum eſt: præclarum munus intellectus. Eſt enim intellectus potentia in nobis: per quam poſſumus res noſſe mirabiles: & ſalutares. Et inſtruam te uia hac. Donum diſci plinæ & ſcientiæ ſignificatur: per quam intelligimus: & ſapimus: quæ ſurſum in cœlo ſunt: & quæ in terra deorſum. Qua gradieris: ſignificatur: uia bene uiuendi: & bonorum operum exercitatio. Fir mabo ſuper te oculos meos. Significatur in bonis operibus: & in lege domini: & mandatis eius per ſeuerantia. Nihil eſt in nobis boni: quin id omne a largitore domino ſuſcæpimus: qui omnibus ha bunde tribuit: multipliciorum beneficiorum: & gratiarum amplitudinem. Siue igitur ſit intellectus: qui potentia eſt: ſiue ſit doctrina & ſcientia: quæ habitus ẽ: ſiue bonorum operũ executio quæ actus eſt: ſeu deniq; in bonis operibus perſeuerandi firmitas quæ uera perfectio eſt: omnia nos adipiſci diuina gratia confiteri & affirmare compellimur. Atq; hæc illa quattuor ſunt: quæ uerbis ſuperiori bus continentur. Intellectum dat Deus: per quem ad percipiendã doctrinam: & nati & apti ſumus. Vnde & ſæpenumero Propheta Dominum comprecatur. Da mihi intellectum. Legem ueritatis & uiam iuſtitiæ Dominus ipſe inſtruit: Qui conuocat omnes: tanquam uetus magiſter ueritatis: & in uitat nos dicens. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Et Propheta cum dixiſſet. Da mihi in tellectum. Addidit: ut diſcam mandata tua. Vt cognitam exerceamus iuſtitiam a Domino Deo eſt. Qm̃ beati imaculati ĩ uia q ãbulãt in lege Domini. Nõ. n. ſatis ẽ noſſe uiã uirtutis: quin debemus & agere: q̃ ſecũdũ uirtutẽ ſunt: Declinantes a malo: & faciẽtes qđ bonũ ẽ. Hinc orat Propheta. Dirige me in ſemitam mandatorum tuorum. Poſtremo non niſi a diuina gratia manare putandum eſt: ut

in bonis quis operibus iugiter ac perpetuo perſeueraret: ſi non qui inceperit: ſed qui perſeuerauerit: ſaluus erit. Ob hoc precatur ſacer uates Dominum inquiens. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moueantur ueſtigia mea. Firmat igitur ſuper nos oculos ſuæ admirabilis prouidētiæ benigniſſimus Creator: & ita noſtros greſſus perficit: ut nō moueantur ueſtigia noſtra. Habes igitur tam paucis uerbis admirabilia Dei munera. Intelligendi poteſtatem. Diſciplinæ inſtructionem. Virtutis & Iuſtitiæ opus. Demū perſeuerantiæ firmitatem. Cui nō initiata palma tribuitur. Currunt ſiquidem in ſtadio uirtutes omnes: ſola perſeuerantia coronatur. Vnum explanandum ſupereſt. Nam dicitur. Inſtruam te in uia hac. Quid eſt hæc uia? Certe uia regia: per quam gradiendum eſt nobis: ut neque ad dexteram: neq; ad ſiniſtram deflectamus. Duplex nāq; uia proditur. Vna perditionis & fraudis: quę ad interitū ducit: & beatus ille: qui in uia peccatorum non ſtetit. Altera uirtutis & ueritatis: quam inſtruit Dominus. Et idcirco per os Prophetæ dicit. Inſtruam te in uia hac. Et Saluatorem uaticinatus eſt & doctorem ueritatis: qui de ſeipſo. Ego ſum Via: Veritas & Vita. Et Lactantius præclare inquit. Ducem miſit: qui nobis iuſtitiæ uiam panderet: quæ ſola laudanda eſt. Et de alia ſubiectit. Deſeramus igitur (ſi fieri poteſt) uiam perditionis & fraudis. Lucretius autem non inſcite de Deo locutus eſt. Expoſuit bonum ſummum: quo tendimus omnes. Quid foret: atque etiam monſtrauit limite paruo. Quo poſſemus ad id recto contendere curſu. Habes quid ipſe ſentiam. In uia hac qua gradieris: ut dubitationem abſoluam: nemo niſi imperitus dicat. Cuius rei triplex ratio reddi poteſt. Primum: quia ſi ac coniunctio fit: oſtenderetur uiaꝝ diuerſitas. Vna: in qua inſtrueret Dominus. Alia per quam gradiendum eſſet: cum una uia ſit: quam docet ille. Nos inſtruimur: ut exerceamus. Deinde non conſueuerūt: qui latina ſciunt copulandi notam interponere inter id quod refertur: & quod refert nomen, quod in promptu eſt. Tum Græci dicunt ταυτοσ ταυτη ταυτον. Quod pronomē demoſtratiuum eſt: & coniunctionem nullam ſignificat: qualem multi legunt ſane ignoranter: atq; inſcite. Tu ſi aſſidue legis: ſi in lege Domini meditaris: ſi diuina mandata exquiris: facis quod te decet: & laudo te: ſi id facis: quoniam ita agere oportet ſacrū hominem: & dicatum Deo. Qui nō debet contentus eſſe: quam doctrinam adeptus eſt: ſed augere illam quotidie magis: nouam ſemper addere: & ire de uirtute in uirtutem: ut uideat Deum Deorum in Syon. Vale.

¶ Hac epiſtola dilucide locus ille Ariſtotelis Ethicorum principio declaratur. Ideo bene enunciauerūt bonū: quod omnia appetūt. Siue etiam (ut alter maluit interpres) Quapropter bene oſtenderunt ſummū bonū: quod omnia appetunt.

AVguſtinus Dathus Petro Bulgarino Salutem dicit. Cum legiſſem Petre ſuauiſſime tuas litteras: cœpi continuo dubitare ipſe mecum: utrum eſſet conſiliū rectius reſponderem ne iis: quæ tu docte atq; erudite percontaris: an ſilerē prorſus. Optimus fertur eorum quiſq; iudex eſſe quæ nouit. Ita enim recte Ariſtoteles tradidit. Sed quæ mihi aut doctrina: aut facultas eſt ad ea diiudicanda: de qbus eruditiſſimi: ac ſumma auctoritate Philoſophi tanta iampridem diſſenſiōe certauerint? Ariſtoteles quiſpiam: aut Plato ſit: oportet: qui rem hanc difficillimam explicare queat: atq; audeat ſolus tātas componere lites. Reſpondere profecto temeritatis erat: nō reſpondere ſuperbiæ. Anceps ob eam cauſam: cura animū uerſabat: nec quid mihi agendum eſſet: liquido ſatis intelligebam. Interea uero grauiſſima tua auctoritas animum ſubiit: eumq; cum in deliberando in uarias ſententias traheretur: omni dubitatione leuauit. Itaq; decreui hoc tam uo difficilem ſuſcipere prouinciam: maluiq; auctoritate tua cōmotus: temere agere: q̄ ſuperbe. Tu uero quum mihi tantum tribuis: facis quidem amice. Neq; enim amicus (ut ait Plato) de amico recte iudicat: Sed mihi crede: nimium me oneras laudibus: quod ipſum tuæ incredibilis erga me beniuolentiæ perſpicuum teſtimonium eſt. Proinde nō quaſi arbiter quiſpiam: ſed potius ut amicus qui amici uoluntati nō inuitus pareat: exponam meam ea de re ſententiā: quā per litteras ex me quęris. Scribis igitur magnam in Ethicorum libris ortam diſceptationem ex eo loco: in quo noſtri Interpretes nequaq̄ iiſdē uerbis tranſtulerunt: Alius enim alio modo interpretati ſunt. Atq; ille quidem. Ideo bene enunciauerunt bonum: quod omnia appetunt. Hic uero. Quapropter bene oſtenderunt ſummū bonum: quod omnia appetunt. Magna (ut quidam arbitrantur) hæc controuerſia eſt. Ego autē non quid uetus aut nouus interpres ſenſerit: ſed quænam ſit Ariſtotelis mens: paucis aperiam. Ac ſi quid forte imprudēs contra interpretum grauitatem dixerim: pace eorum dixerim. Neq; enim id mihi propoſitū eſt: ut cuiquam detraham: ſed ut in hac re potius & in cæteris omnibus quod maxime uerum ſit exquiram. Itaq; Ariſtoteles cū inſtituturus eſſet: cuiuſq; hominis uitam: ac mores: Ethicorum libros edidit: in quibus de fœlicitate humana: deq; uirtutibus quæ fœlicitatis effectrices ſunt: uel quarum potius exercitatio ipſa fœlicitas eſt: grauiter ſplendideq; diſſereret. Bifariam autem opus uniuerſum partitus eſt: & in altera parte de Politica fœlicitate: in altera de fœlicitate contemplatiua agendum duxit. At prius q̄ iis de rebus ſermonem atque inueſtigationem aggrederetur: non nulla antea prælubit: quibus cognitis: ac perſpectis: facilior ad eam quæſtionem inueſtigandam pateret ingreſſus. Quamobrem & alia quædam præmittit: & a duobus maxime neceſſariis initium ſumpſit. Alterum eſt: omnia agere hominē propter finē: alterum in omnibus rebus gerendis: bonū ſpectare. Quare ita exorſus eſt. Omnis ars: & omnis doctrina: omnis actus & electio bonum quoddam appe

tiſ:uel (ut Græci ſermonis uetus conſuetudo eſt) uidetur appetere. At ſi dicat Ariſtoteles. Duplices
motus animorũ ſunt: duo quędam principia: quibus ad agendũ hoĩes impellũtur. Ratio inꝗ-& ap
petitus. Rationis: ideſt-intellectus propria doctrina eſt ad res contemplandas. Ars ad res faciendas:
atq́ utraq́ tam ars ꝙ doctrina bonũ quoddam appetit. Appetitus: qui eſt Horme Græce proprium
eſt eligere primum quæ ſalutaria ſunt: deinde illa proſequi: ſed & proſecutio-actusq́ & electio bonũ
quoddam appetit. Et.n. ad bonũ ſpectamus ſemper: circa bonũ inꝗ omnis hominũ uerſatur intẽtio.
At ſiquis interroget: quid bonũ ſit: continuo in promptu erit trita ueterũ ſapientũ diffinitio. Hi enĩ
bonũ determinantes: ſtatuerũt id eſſe: quod nõ ab homine ſolum: ſed a cũctis etiaȝ rebus appetitur.
Bonũ atq́ ens apud eruditos Philoſophos quanꝗ nomine & cogitatione differũt: re ipſa tamen idem
ſunt. Quocirca cum bono nihil poſſet inueniri omnino prius-atq́ antiquius: diffinitũ eſt hoc potiſſi-
mum: quod maxime proprium boni erat: ab omnibus appeti quodcũq́ illud bonũ ſit: ſiue infimum:
ſiue medium: ſeu ſummũ: ſiue deniq́ fœlicitas: ſeu aliud quiddã. Bona nanq́ compluria ſunt: ſicut &
fines itidem complures: q & gradibus quibuſdã ſeſe inuicem antecellũt: ut alter altero melior ſit-atq́
præſtantior. Bonum igitur: quod definit Philoſophus: nõ eſt certũ aliquod & finitum bonũ: ſed ſim
pliciter & cõmuni quadã ratione ſumptũ. Neq́ igitur fœlicitatem ullam definit: nec bonũ quodpiam
terminat: ſed ſimpliciter (ut Philoſophi tradũt) ſummit: atq́ intelligit ipſaȝ boni rationẽ. Vis ne con
ſtituam aliqd exempli cauſa? Sæpe uſurpãt Dialectici eiuſmodi ꝓloquia: Homo eſt animal: homo eſt
ſpecies. Vtrũq́ pronunciatum ita proponitur: ut in eo homo ſubiiciat: ſed aliter enunciatur homo
in prima propoſitione: cum dicitur: Homo eſt animal: ubi ad ſuppoſitos atq́ indiuiduos hoĩes puta
Catonẽ-Pompeiũ-Cæſarem: ratio ipſa conuertit: aliter uero in ſecũda propoſitione: quando enun-
ciatur: Homo eſt ſpecies. Hic profecto latius patet: homo & ſimplicem quandam-atq́ cõmuniorem
ſignificationem ſortitur. Conſimili ratione ut ad propoſitam difficultatem redeat: unde digreſſus ſer
mo erat. Boni duplex ratio intelligenda eſt: ſignificantia duplex. Aut.n. ſimpliciter ſummendus eſt:
aut ad anguſtiorem quãdam ſignificationem cõtrahitur. Itaq́ cum dicitur bonum eſſe-quod omnia
appetunt: quodcũq́ id bonum ſit-eius ea ratio eſt: ut illud omnia appetant: ſiue fœlicitas ſit: ſeu aliud
quidpiam: neq́ illic ſeſe ad ullum particulare bonũ ratio boni terminat: nec ullis prorſum finibus ui
tur. Hoc autem ita uerum eſt: ut ea appetitio nõ hominibus ſolum: qui compotes rationis ſunt: ſed &
cæteris quoq́ animantibus-inanimis etiam rebus tribuenda ſit. Nec tamẽ fœlicitas ſicut neq́ fortu-
na-aut ĩ mutas animantes-aut in res inanimas cadit. Et homo quidem bonum appetit: ut id ipſum
etiam cognoſcat atq́ intelligat. Cætera animalia bonum appetunt: percipiũtq́ arbores-uirgulta-ole
ra: cæteręq́ id genus-res-elementa quoq́-& quæuis naturæ pronę ac faciles ad bonum ſunt alicuius
intelligentiæ impulſu-atq́ ductu: quo pacto & ſagittam dicũt plerię omnes ſignum petere; quod ſa-
gittam emittentis regentiſq́ opera ad ſignum uel fertur: uel intendit. Deniq́ omnia quæ conſtant:
quæq́ mouentur mi Petre (ut noſti) ad bonum ſemper intendũt: Et ad omnia ob eam cauſam boni
illa definitio propagatur: atq́ diffunditur: quæ finiat bonum eſſe: quod omnia petunt. Quod ſiquis
obiiciat-id ſummũ-id extremum bonorum eſſe-quod cunctæ res appetant: idq́ Deum eſſe: quo cogi
tari melius nihil poteſt: is ſibi hoc reſponſum habeat: neq́ ignorare nos etiaȝ id bonũ eſſe: quod oĩa
appetant. Siquidẽ omne quod bonũ ſit: id ſummi boni cõmunione ac participatione fieri bonũ con
ſtat. Sed nequaquã id modo reſpexit Ariſtoteles. Veluti ſiquis dixerit. Omnis hoĩes: quæ gerant: oĩa
propter finẽ gerere: cum tamẽ alius alium finem intendãt. Ita & omnia appetunt bonuȝ: ſed fortaſſe
nõ idem: quod & ſi idem: haud id modo Philoſopho curę eſt. Sed ſumus fortaſſan philoſophati lon-
gius: præſertim cum ad res alias etiam flectenda oratio ſit. Scribis id: quod eruditi plerũq́ efficere ſo
lent: nõ interpretũ uerba expendere te: ſed Ariſtotelis potius mentẽ-ac ſententiam inueſtigare. Lau-
do te Petre uehemẽter: ac probo tuam conſuetudinem. Nam multa ſæpe uitio interpretũ deprauant
inſtar ſuauis uini: quod de prælo puriſſimo ſumptũ: nõnunquã quum in alterum atq́ alterum dolium
transfertur-coaceſcit. Multa librariorũ incuria: nõnulla & traducentium culpa corrupta ſunt: nõ mo
do in Philoſophiæ libris: ſed etiam in ſacris uoluminibus: ut magna diuo Hieronymo: nõnulla enĩ
Arretino interpreti habẽda gratia ſit: quoꝗ uterq́ iis quæ tranſlata eſſent: & ſitu quopiam caligarẽt:
lucem haud mediocrẽ attulit. Sed eo ad rem ipſam. Vetus ac noua interpretatio Ethicorũ librorũ uer
ſatur in manibus. Altera bonũ dicit. Summũ bonum altera. Diiudica inquies-utri magis aſſentien-
dum ſit. Abſit: ut conſtituam me tanti certaminis iudicẽ. Abſit: ut in hac tam claroꝝ hominum præ-
ſtantium interpretũ cauſa. Ego unus ex multis audeam ferre ſententiam. Vtrunq́ arbitror uirum do
ctiſſimũ fuiſſe. Vterq́ calluit Græcas litteras. Sed alter fortaſſe Philoſophia excelluit: alter eloquẽtia:
& dicẽdi arte. Veꝝ ipſe quoq́ legi Græcos Codices: & hũc locum: quẽ diſceptare iterum atq́ iterum
inueſtigaui: ut iam intelligam: quid ſibi uelit. Nec fallor: ſed ii falſi ſunt: qui apud Gręcos ferunt ean
dem: quam apud Latinos huius loci diſceptari controuerſiam: ut in alio codice Tagathon ſcriptum
ſit: in alio Agathon. Vbiq́.n. eſt Tagathon: quod quid ſignificet: quid ab alio differat: breui expediã.
Primũ Fabium Quintilianũ hic nequeo probare: qui noſter ſermo inquit: articulos nõ deſiderat. Ma
lo Lucretii Cari laudes dare ſententiã: q patrii ſermonis pleriſq́ ĩ locis deplorat egeſtatẽ. Eſt.n. duplex
cuiuſq́ noĩs notio: duplex notitia ſuppoſitorũ: ut Grãmatici tradũt. Et prima quidem latior ẽ: ſecun

da contractior. Anthropos aliter ſignificat ſine articulo: aliter cum illo: ut ho Anthropos: & prius nomen ſignificat ſimplicius: poſterius uero particularius: quale paulo ante diximus de duobus pronūciatis: homo eſt animal: homo eſt ſpēs. Tale eſt Agathon omnia appetūt. Tagathon omnia appetūt. To igitur apud Græcos articulus infinitus eſt: & nominibus plerūq; adhæret: cuius ea uis ē: quemadmodū Didimus uir apud Græcos clariſſimus i libro de Spū ſcō nō inſcite tradidit: ea inq̄ uis ē: ut ſingularitatis ſignificator exiſtat: Itaq; ſemp Spūs ſcūs apud Græcos articulo prænotat̃. To Pneumahagion: idem nomē ſi ſine articulo nominat̃: nō Spūm ſcūm: ſed potius participationē eius oſtendit: ut Spūs Heliæ ſine articulo dicit̃. Quocirca Hieronymus cū interpretans in eum locū incidiſſet: Græca uerba: uti iacebant: dimiſit: ne Spūs ſancti amplitudinem atq; maieſtatē extenuare uideret̃. Eadem eſt ratio huius nominis Agathon & Tagathon: quā qui ob Græcæ linguæ ignorationem nequit intelligere: is uerbū multum faciat: mentem omnem ad ſententiam conuertat: quæ nūc (ut ipſe opinor) ſatis liquido conſtat. Iam igit̃ ne plura ſcribam: atq; ut tuas nūc optimas rationes prætercam: neq; diuinam: neq; humanā Ariſtoteles fœlicitatē eo loco complexus eſt: de qua poſt præfationē initio inueſtigationis ſermonē illaturus eſſet. Satis eſt indeterminatū bonū Philoſophum poſuiſſe: quod ipſum & ſummū bonū eo ſpectat: quod abſq; eius participatione nihil omnino eſſe bonū poſſit. Tagathon ubiq; eſt in Græcis nominibus: quod quale ſit: ſatis expoſitum arbitror. Siquid præterea petieris: erit mihi multo gratiſſimū. Quid. n. poteſt eſſe iocundius mutuis amicoꝝ litteris! Eorum præſertim: qui ingenio: ſtudio: doctrina excellunt: quo tu numero optimo iure cenſendus es. Cætera quæ de fœlicitate ſcribis: hac diſtinctione patebunt. Duplex nanq; illa a doctis uiris traditur. Vna: quæ uera beatitudo eſt: quæ omnes habet numeros: qua in cœleſti patria fruendū ſit: quam nunq̄ Philoſophus diſſerit: ſed ne attingit quidē. Altera: quę ex ſolis naturalibus parari cōſueuit: neq̄ nāq̄ perfecta: ſed manca quædā: atq; inchoata. Quam ipſam bifariam diſtribuunt. Politicam & ciuilem alteram appellant: quæ ſita eſt in actione prudentiæ: alteram contemplatiuam: quę in ſapientia tota conſiſtit. Hanc uero utranq; copioſe & grauiter Ariſtoteles diſſerit. His duabus conſperſit uniuerſuꝫ Ethicorū opus. Sed tu hæc noſti oīa. Cogitabā & alia quædā ſcribere: ſed iam intempeſta nox erat: & ſomnus laſſos ſummiſit ocellos. Bene ualere: ſq; incolumis ſemp: ac noſtri memor: dimidium inq̄ mei animi Vale: & me ama. Ex noſtris focis. xii. kal. Februarias.

¶ Hac monſtratur epiſtola: qua ratione intelligendum ſit Delphicum illud γνωθι σεαυτον: hoc eſt: Cognoſce te ipſum: Variæq; de eo ſententiæ.

AVguſtinus Dathus Laurentio Venturino Salutem. Cū nup Decembribus feriis eſſem aliqua ex parte legēdi munere liberatus: ne ullo tēpore familiaribus meis deeſſem: iubebā: hortabarq; illos: ut uel in ſingulas horas me adirēt: queq; eis inueſtigare gratius eſſet: pro ſuo iure oīa pcontarent̃. Eo et. n. ſum natus ingenio: ut nemini prorſus nihil gratificer. Itaq; is apud me ſemper mos fuit: eaq; uelut uernacula quędā inoleuit conſuetudo: ut tum demū uehementi gaudio afficiar: ſi quis ex me quærat: quę uel ad dicendi facultatē pertineant: uel in morū diſciplina cernant̃. Neq; id q̄dem idcirco faciam: quod uelut tumidus quiſpiam Hermagoras putem me: quę eaꝝ artium ſunt: omnia aſſecutū. Hoc. n. etiam Sophiſtaꝝ impudētię: & Gorgiæ cuipiam Leontino audax exiſtimem: dū ſit. Concedimus aūt id iuris hac tempeſtate Ferinando Cordubenſi: q uix duos & uiginti annos natus: tantam reꝝ omniū ſcientiam adeptus eſt: ut nō ſolū eoꝝ: q nūc ſunt: antecellat gloria: ſed etiā antiquoꝝ multoꝝ memoriam ſuperet. Sed de hoc alias. Nihil igit̃ tam difficile: tamq; arduū eſt: quin cōmunicādo crebrius: diſceptandoq; i lucē proferat̃. Itaq; ob eam cauſam cœpi ueſperi: quaſi Ariſtotelico more poſt lectionē ſacraꝝ litteraꝝ: occultaꝝq; reꝝ inueſtigationem: cui potiſſimū antelucana: ac matutina apta ſunt tēpora. Bibliothecam noſtrā uelut ludū quendam aperire: ut q alias moleſtos ſeſe interuenire exiſtimarent: p eam ſaltem diei horam ire ad me nec dubitarent: nec uererent̃. Id cū feciſſem: familiarium: atq; adoleſcētium: quos bonaꝝ artium cupido tenebat: turba læti concurrebant. Pro ſe quiſq; quod in mentē ueniſſet: auidius percontabant̃. Quibus ex ſententia impetratis: quod iam aduesperaſceret: ſuas quiſq; abibant domos. Eaꝝ igit̃ cōmentationū: diſceptationūq;: quas conducibiliores duxi: et te abſente ſunt pertractatę: lectas ac repetitas in hanc epiſtolam contuli tuo nomini dedicatam: ne tu q amicoꝝ uel beniuolētia: uel uetuſtate unus es omniū primus: ea utilitate (ſiqua eſſet) ac fruge careres. Ita uero q unus intereſſe nequiſti (publico. n. munere fungebare) id: quod pręter te nemini uni cōtigit: oium cōmētationes conſecutus es: euenitq; id tibi: qd̃ Cocliti quōdā apud Romanos cōtigiſſe fert̃. Nā cū magna inopia pmeret̃: eſſetq; copiis familiaribus pexiguis: qſq; et Romanus ciuis: cuā ſe uictu ſuo fraudās: aliqd reꝝ cōtulit: ita cęteris oībus: uel par fuit Cocles facultatibus: uel ſuperior. Quare uelim ne haſce noſtras lucubrationes fortaſſis ineptas: ſꝫ nequāq̄ inutiles: uel contēnas: uel referas i apertū. Siquidē tales ſunt: ut haud nihil legētibus conducāt: nō tā ita elaboratę induſtria: ut laudē ullā ſcriptori afferre poſſint. Multoꝝ enim dierum cōmentationes anguſtis: ac furtiuis noctium tēporibus: litteris mādauimus: cum & in grauioribus rebus ſcribendi uerſaremur: & nihilominus in diuinis litteris noſtra opera tereretur. Eo

nanq; pacto (ut arbitror) noſtra maxime condietur:ac pingueſcet oratio. Licebit tibi modo (ſi ita
tuus feret animus) cũ magno fueris magiſtratu perfunctus: & ſummo populi honore uſus:ac ma
xima cum laude tua & gloria reuerſus ad proprios & priuatos lares/uenire quoq; ad nos ſæpius:ut
conſueuiſti: & præfinita hora ponere de quo uolueris audire. Nos uero ad id preſſius/atq; contortius
diſputabimus: & propoſitæ quæſtionis neruos attingemus: & patefaciemus inuolucra:itaq; tute mox
domũ rediens: & ſecreti Plutei limen ingreſſus/nõ iam noſtrarũ diſputationũ lector/ſed auditor/pro
tuo ipſas poteris iudicio arbitrioq; reponere. Sed iam rem ipſam exequamur. Multos ſæpe diſceptare
animaduerti:quid ſibi Delphicũ illud/uel oraculũ/uel præceptũ uelit γνωθι σαυτον: locus quidem
ut arbitror:ex Philoſophia grauiſſimus. Sed eam ſententiam frugiferã quidẽ hominũ generi/ac ſalu
tarem:cũ alii multi quæſiuere:tum Cicero ante alios/& Macrobius/uterq; Platonis imitatores/accura
tiſſime perſecuti ſunt. Nihil.n.poteſt eſſe potius:nihil præſtabilius:q̃ ſe ipſum cognouiſſe:qua una re
nihil utiq; mortalibus debet eſſe manifeſtius. Atqui & unã hãc ſcientiã reliquas cognitiones anteire
teſtis eſt Aurelius Auguſtinus/uir tuus ingenii/ac doctrinæ gloria præſtantiſſimus. Bernardus autẽ
uel imprimis ſtudioſus Chriſtianæ ueritatis/& diuini numinis plenus/ludibrio dignos exiſtimauit:
oſtenditq; improbro eſſe id genus homines:qui noſſe compluria ſeſe profitent: & ſe ipſos neſciunt.
Quin etiã Lactantius Firmianus cultor nõ indiligẽs ueritatis/& pro Hieronymi iudicio/quidam elo
quentiæ fluuius/prauitatis/ac turpitudinis cauſam eam merito iure eſſe cenſuit·ignorationem ſui:
cuius ſententiæ nõ illepidam/neq; inſcitam (ut opinor) cõmentationẽ proſecutus ſum in ea oratio
ne:quam excelſo loco nup egi de intentione Philoſophiæ/& laudibus:eam aſſerens bene degendæ
ætatis cauſam/cognitionem ſui. Sed iam redeo ad Apollinẽ:qui (ſi Macrobio credimus) cum conſu
leretur:qua facilior ad beatitudinẽ aditus pateret:duobus uerbis multa complexus pulcherrimũ ora
culũ edidiſſe fertur:perbeatũ fore hominẽ:ſi ſe agnouerit. M.autẽ Cicero cum fœlicitatẽ/ac miſeriã:
qui ſunt bonorũ/ac malorũ fines:diligẽti ſtudio exquirere conaretur: & alia multa grauiter diſſeruit:
& quod ipſi inueſtigandum cœpimus:his uerbis expreſſit. Iubet nos inquit Pythius Apollo/noſcere
nos met ipſos. Id ipſum quoq; & in Tuſculanis diſputationibus Apollinis eiuſdẽ præceptũ aſſeuerat:
quum Socrate ac Platone fretus/animi ĩmortalitatẽ explicaret. Quamobrẽ & p foribus Delphici tẽ/
pli eandem ſententiam Græcis notatam litteris inſcriptã ferunt. Atqui & feſtiuus ille ſimul morda/
ciſſimusq; Poeta demiſſum a ſuperis:deſcendiſſeq; ait e cœlo γνωθι σαυτον. Quod idcirco Apollini
præter cæteros traditum ſit:quod cum ante alios ſapientiæ auctorẽ ſtultiſſimi illi gentiũ populi eſſe
arbitrarẽtur:adeo ut eius oraculo Socrates ſapientiſſimus iudicatus cæteris mortalibus anteponeret:
quẽ tamẽ in maximis uerſatũ erroribus:neq; ipſi ſumus neſcii/& princeps Philoſophorũ pleriſq; in lo
cis oſtendit Ariſtoteles. Quocirca alii nõ nulli/& præſertim duo/Thales Mileſius/& Lacedæmonius
Chilon/ex eorum numero:qui habiti ſunt/ac nuncupati ſapientes:uel adducti pulchritudine/ac gra
uitate ſententiæ:uel Pythii Apollinis numina aſpernati/eam ſibi uocem magnificam/ac ſaluberrimã
uendicarũt. Quod ne ipſe quidẽ. M. Tullius refellere uiſus eſt:qui uetera ſapientũ præcepta hæc nu
merare ſit ſolitus:tempori parere:Deum ſequi:ſe noſcere:nihil nimis. Nam id nunquã feciſſet Cice/
ro:niſi ab quopiam ſapientũ dictum id:ac traditum putauiſſet. Nec uero mortaliũ præceptis (ut opi
nor) ĩmortalis Apollinis iuſſionem miſcere auſus ſit:quẽ & in cœlum tranſlatum: & Deũ factũ deli
ræ gentes uano opinionis errore crediderũt. Nec obſtat quidẽ:quod Solon Athenienſis aureum tri/
podem:qui ad Thaletẽ deductus perdiu/uelut in orbem iſſet/Delphos ad Apollinẽ deferendũ iuſſe
rit:cui nõ modo ſapiẽtia nulla eſſet:ſed ne ſimulacrũ quidẽ. Iam uero uocis ipſius ſiue diuinitus e cœ
lo demiſſa ſit:ſiue hominis cuiuſquã ſapientis præcepto edita:uerba quidẽ ipſa cuiuis facile eſt inter/
pretari:mentem uero/ac uim noſſe longe omniũ difficillimũ. Huius autẽ rei teſtis nobis eſt nõ illocu
plex Thales Mileſius:qui cũ ex eo quæreretur:quidnã imprimis facile eſſe arbitraretur:nequaq̃ cun/
ctatus diutius:alios inquit/monere. Rurſum uero interrogatus:qd contra difficile/ac maxime arduũ
exiſtimaret:grauiter ſciteq; reſpondiſſe fertur:nõ eſſe ſui ipſius neſcium. Quo accuratius atq; ſtudio/
ſius iis elaborãdũ iudico:qui magnos ſeſe/ac ſapientes haberi uolunt:ut eam pro uirili ſua rem adipi
ſcantur:cuius ſcientia ſublata:cætera ignorari neceſſe eſt· Nam qui ſe ipſum neſcit:is nihil ſcire putan
dus ẽ:qui uero ſe intelligit:eum plurimas cognitiones aſſecutũ eſſe nõ ĩmerito arbitramur. Quibus
a rebus perquirendis neminẽ obſcurior difficultas deterreat. Siquidẽ unũquodq; quo difficilius:eo
maius/ac præclarius exiſtimari ſolet. Sed quid ſe noſcere:qua ue ratione intelligendũ ſit:agitata qui/
dem multis:ſed nõ ſatis adhuc inueſtigata/atq; explicita quæſtio eſt. Itaq; operepretium fecerim:eam
inueſtigationẽ aggreſſus:de qua primũ:quid alii opinati ſint:deinde quid ipſi ſentiamus:explicare
conſiliũ eſt. Ita.n.uel a nobis ueritas exquiret:uel ad eam conſequendã noſtro peracto prælud io Phi
loſophorũ cohors excitabit. Mihi utrumuis euenerit:perq̃ iucundũ ſit. Macrobius igit̃ Platonicæ di/
ſciplinæ defenſor acerrimus:cũ ſextũ Ciceronis librũ de Repub. quod pleriq; ſomniũ Scipionis inſcri
bũt:enucleatius ediſſereret:huius quoq; quæſtionis inueſtigationẽ complexus ẽ:breuius tñ mea ſen
tentia:q̃ rẽ tanti explicari oporteret. Verũ ne & ĩ re minime neceſſaria diutius conſiſtã: & noſtro inſti
tuto lõgiorẽ morã inferre uidear:hoĩum is:inq̃t:una ẽ agnitio ſui:ſi originis natalisq; principii: exor
dia prima reſpexerit:nec ſe quæſierit extra. Tribuit eam cognitionẽ animæ:quãtũ cõiectari licet:quã

plene pfectam arbitraturſi unde orta: & quo ſit fonte profecta·recognouerit. Rem profecto ſnapte natura perdiffuſam: atque ampliſſimam in maximas quaſdam anguſtias redegit. Et quod deterius putandũ eſt: dũ ſtudioſius Platonis fucatis rationibus ſtuduit obtemperare: a recto ueritatis calle deflexit. Sed hoꝝ utriuſq; errata: quibus in origine animæ inueſtiganda ſe complicuerũt: copioſius alio loco diſputare decreuimus. M. aũt Cicero: ut ad propoſitas quęſtiones ſermo redeat: in Tuſculanis diſputationibus·de cognitione ſui·& ſubtilius & uberius locutus eſt: illud profeſſus eſſe maximũ aĩo ipſo animũ uidere. Eius igitur paucula uerba ſubieci: quo liquidius uiri eruditiſſimi ſententia patefieret. Et nimirũ inquit: hãc habet uim præceptũ Apollinis: quo monet: ut ſe quiſq; noſcat. Nõ.n. credo id præcepit: ut membra noſtra·aut ſtaturã·figuram ue noſcamus: neq; nos corpora ſumus: Nec ego tibi hæc dicens·corpori tuo dico. Cum igitur noſce te dicit: hoc dicit: Noſce animũ tuũ. Nam corpus quidem·quaſi uas eſt: aut aliquod animi receptaculũ. Hæc. M. Cicero docte: ac ſapienter. Quo ex loco tria cognitione digniſſima·elici oportere animaduerti: Primũ quidẽ·nihil eſſe aliud noſſe ſeſe q̃ animũ ipſum intelligere. Deinde tantam eſſe animi uim·ac dignitatem: ut idem homo·& hominis animus uideri debeat. Poſtremo corpus ualis inſtar·quoddam quaſi habendũ animi receptaculũ·ac pręfinitũ domicilium. Quod ipſum & in ſexto libro de Repub. ab eodem nõ inſulſe poſitũ eſt. Nam Aphricanus: quẽ & ibidem Cicero inducit loquentem: Scipionẽ Aemilianũ: quo uigilantius probitatem amplecteref: p quieteꝫ his uerbis affatur. Sic habeto nõ eſſe te mortalem: ſed corpus hoc. Nec enim tu is es: quem forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq;: is eſt quiſq;: non ea figura: quæ digito demonſtrari põt. Hæc. M. Tullius (ſi ullius noſtrũ iudicium exiſtimandũ eſt) ex penitiſſimo Philoſophiæ theſauro deprompſit: quæ & pleriq; etiam ſenſere alii: qui in maximarũ reꝝ diſciplinis præ cæteris omnibus claruerunt. Quid.n. eſt illud in Methaphyſicis libris apud Ariſtotelẽ: cũ in naturalium ſubſtantiaꝝ mentionẽ uentũ eſſet: uno modo diffinitionis partem eſſe materiam: alio minime! Nam cum tria ſpectari liceat in naturali·ſenſibiliq; ſubſtãtia·materiam·formã·& ex illis compoſitũ: ſingulũ illoꝝ ſortitũ eſt ſubſtantiæ nomẽ. Veꝝ nõ eſt hoc quippiam materia: ſed ſola poteſtate ſubnixa. Compoſitum id potius exiſtimandũ eſt iniecta forma. Quod ipſum quicquid eſſentiæ: quicqd perfectionis: quicqd demũ actus: quã uocant Græci ἐνδελέχειαν: nactũ ẽ: id omne mutuaf a forma. Manca .n. materia ipſa p ſe ẽ: & nullius ferme bonitatis: atq; eſſentiæ·particeps. Hãc rudẽ & pene nihil formæ ipſius cõmertium perficit: ex q; duabus illis tertium conflaf: quod compoſitũ appellamus: cuius eſſentiã (ut dictũ eſt) forma conſtituit: materia defert: ut nõ tã pars diffinitionis dici debeat·q̃ diffinitæ rei ſubiectum. Quod quale ſit: facile declarat cõcauitatis exemplũ: quæ ipſa ſpectari põt naſi: in quo ſubiecta eſt·ratione õmiſſa: quã eandeꝫ rurſus contemplari quiſpiam poſſit: ipſius quoq; naſi·ac narium notione adhibita: ut eam pleriq; ſimitatẽ appellari uoluntur. Et primo quidẽ modo nulla ſunt nares concauitatis pars: altero uero modo·eaſdem eſſe ſimitatis partẽ fateri compellimur. Atq; prior quidã ſpeculatio ſecundũ ſpẽm dici nõ iniuria põt: poſterior aũt ſecundũ materiã nuncupaf. Eadem eſt (ut idem oſtẽdit Ariſtoteles) & ſigni·ac ſtatuæ cuiuſpiam ratio. Nã & ſi plerunq; ſigna aut ænea aut argẽtea concipiunf: fieri tamẽ põt: ut ſigni ipſius notio animũ ſubeat: & æs poſt habeaf: atq; argentũ: ut p ea mentis·atq; animi conſideratione nulla·aut æs aut argentũ ſtatuæ pars eſſe iudicef. Quod ſi quis Ariſtotelica hæc exempla admiref: is aiaduertat nõ ſecus abſtrahi naturales ſubſtantias a materia qualibet·atq; motu·q̃ formaliter conceptam concauitatẽ a naſo ſeiungi. Parui igif eſſe materiaꝫ cõſtat: q; ç receptaculi cuiuſdã ſimilitudinẽ obtinet ad deferendã formã. Hoc aũt ita Auerroys confirmare uiſus ẽ: ut primo eius ſententia conſideratus homo ſecundũ eam formã: quæ eius eſſentiam indicat: re ipſa idem ſit: & eius aĩa intellectiua·totius ſpẽi eſſentia forma ipſa conſtare uideaf. Ita quicqd ferme eſt hoĩs: id eius aĩa cenſeri debet. Quam rem ita pbauit. M. Cicero: ut menti tribuerit qcqd homini ipſi accõmodãdũ ẽe uidebaf. Atq; eo pacto mens ſolus cuiuſq;: is ẽ quiſq; (uti Cicero aiebat). Quocirca ſi Platonicoꝝ & ipſius. M. Tullii libet inſtituta ſectari: tum ſe quiſq; nouerit: cum mentẽ ſuã·atq; animũ norit. Sed tantã imbecillitatẽ·nequitiãq; materiæ·& maximã cõtra uim formę ac dignitatẽ uiri nõnulli eruditiſſimi·ac percelebres philoſophię ſectatores argute ſubtiliterq; improbarũt: & de ueteribus quidẽ imprimis Auicẽna: recentioris aũt memoriæ Thomas Aquinas: uterq; ſummi Philoſophi: uerbis atq; auctoritate freti. Nã hoc compertũ eſt in Ariſtotelis pclaris caſtigatiſq; uoluminibus: quæ circiter quadringenta eum ſcripſiſſe conſtat: ut quibuſdã in locis partim ita acute ac uafre: partim ita ambigue·ac pene circũciſe loqueref: ut duo cũ ſint diuerſa·atq; contraria ſentientes·ambo Ariſtotelis uerba in ſuã mentẽ atq; opinionẽ contorqueãt. Quare Thomas reꝝ omniũ doctrina inſtructiſſimus: uel ob cupidinem ueritatis: cuius ſemp extitit diligẽtiſſimus indagator: uel fortaſſe ne callidis ac uerſutis improbi Auerroys rationibus aſſentiref: ſubſtantię cuiuſq; naturalis diffinitionem non forma ſoluꝫ: ſed materia quoq; conſtare cenſuit. Nam Ariſtoteles·ſub quo ueluti Imperatore quodam·omnes ingenuarum artium ac diſciplinarum profeſſores militant in ſexto Metaphyſicorum libro: In rerum inquit naturalium diffinitionem materia ſenſibils cadit: ut uel caro atq; oſſa: nerui item & arteriæ·cæteraq; eiuſdem generis: quibus compactus eſt: hominis rationem ſubeant. Quod unuꝫ diſcrimen res naturales a Matematicis corporibus uel maxime ſecernit. Neq;.n. ex acceſſione diffiniri poteſt ulla ſubſtantia: quod quidẽ ſuum eſt accidentium. Quocirca eſſentia ſpe

cici ipſius:atq; ſubſtantia:id quod Auicenna grauiter diſſeruit:compoſita eſt non quidē hac materia
& illa forma:quod indiuiduam quandam efficit rationē:ſed ſimpliciter potius ex materia &forma.
Quæ res ad delendas Platonis uel Ideas (ut Græci uocant) uel ſpecies (ut noſtri) plurimū ualere
exiſtimatur. Ita.n.monſtra illa ſua finxit naturalium rerum ſpēs Plato:ut per ſe ipſa ſubſiſterēt:& fo
rent penitus materiei expertes.His igit̃ ex rebus patere arbitrant̃ materiam ſenſibilis eſſe ſubſtantiæ
partē:& in naturalis ſpēi diffinitione eſſe ponendā. Verū ſi accuratius inſpexerimus:ac propius con-
téplādis rebus mentē & cogitationē adhibuerimus:cū uera fuerit Aquinatis philoſophi ſententia:tum
minime ſupiori repugnans. Ac uera exiſtimauit Auerroys:q ſecundū rationē idē hominē eſſe & ho
minis formā perhiberet:uera Thomas pfatus eſt nō eſſe a termino ac diffinitione corporis natura-
lis materiam exigendā:& quod tandē uerisſimū eſt:utrunq; Ariſtoteles ſenſit:quod ipſus nequaq̃ af-
firmare ſum auſus:q tam recondita naturę arcana &penitus abdita inuolucra primoribus attigerim
labiis:ſi nō Petrus Ruſſius Senenſis uir nobilitate ingenio uirtute pręſtans huius ętatis philoſopho
rum facile Princeps:Et harū deniq; rerū omniū optimus quidā cenſor ac Iudex in hāc nos opinionē
adduxiſſet. Huic.n.maximā adhiberi fidē:cū alia multa cohortata ſunt:tum Ferdinādus Corduben
ſis ſubmonuit:q in tantū Petro Ruſſio tribuit audientibus nobis:ut eo plane eruditiores ac maioris
doctrinæ atteſtaret̃ ſeſe uidiſſe neminē.Magna hęc quidē laus eſt:& a magno quoq; uiro pfecta. Lu
ſtrauerat nāq; Ferdinandus quaſi alter quiſpiā Apollinis diſiunctiſſimas terrarū regiones quaſcunq;
ingeniis hominū:& liberalibus diſciplinis atq; ingenuis artibus florere cognouiſſet, Quod ſi Petrū
colebat Ferdinandus a longis Hiſpaniæ finibus pfectus:quo nos ſtudio incedi oportet:q nō doctri
nam ſolū exquiſitiſſimā eius uiri:ſed mores etiā probatiſſimos periclitamur! Sed longius fortaſſe eua-
gati ſumus:ac forſitan philoſophati ſubtilius q̃ cenſeret Neoptolemus apud Ennium.Fecimus id ta
mē nequaq̃ temere:ne abſurde Ciceronē dixiſſe arbitrent̃ cognitionē ſui ſola mentis cōtemplatione
contineri.Grauiter Cicero ac ſapienter rem pocculta ac maxime arduā explicauit:ut merito nō Ora
tor ſolū uehemēs haberi debeat:ſed etiā diſputator ſubtilis:quippe q hanc expoſitionis inueſtigatio
nem & abditiſſimis eruerit Philoſophiæ penetralibus. Atq; & ob aliam fortaſſis cauſam ſolū.M.Tul
lius mentē cōmemorauit:quod initium cognitionis dubio procul aīa eſſet intellectiua:quā mentē ſę
penumero uocitabat.Quo.n.principio quæq; res conſtat:eodē & cognoſci neceſſe eſt.Sed hactenus
mihi uideri ſatis Macrobii ac Ciceronis diſſeruiſſe ſententias. Quamobrē qd iam coniectemus ipſi:
aperiendū eſt.Nā q ex Ariſtotelicis fontibus nō nihil hauſimus:nullius rei arbitramur ſcientiam con
ſtari:niſi cuius nō quædā ſolū cauſę:ſed etiā cauſæ oēs pſpectæ fuerint.Itaq; poſtremis analeticis tra
ditū eſt:tum ſciri unū quodq;:cū in promptu eſt eius cauſa.In pręfatione uero phyſici operis.

¶Finis huius nō reperitur epiſtolæ.

¶Quid ſit natura:quid fortuna:quid fatum:hac epiſtola ſubtiliter perquiritur:
apte exponit̃:aperteq; monſtratur.

AVguſtinus Dathus Guidoni Picolomineo Salutē.Quid ſit natura:qd fortūa:qd fatū:
quæ noſtra poſcis expoſitione doceri:ueterū Philoſophorū finitiōibus declarat̃.Et natu
ram qdem definit Ariſtoteles Peripateticorū princeps libro.Phyſicorū ſecūdo pene his
uerbis.Natura eſt pricipiū & cauſa motus & quietis:in eo in quo ē:primo p ſe:& nō ſe
cūdū accidēs.Fortunā aūt idem phūs atq; ī eodē loco ita definit.Fortuna eſt cauſa p acci
dens in iis:quæ fiunt ſm propoſitū pp finem in minori parte.Fatū uero (ut refert.A.Gelius noc-
tium Acticarum libro.vi.) Chryſippus Stoicæ philoſophię princeps libro περι προνοιασ.iiii.finit
inquiens.Fatū eſt ſempiterna quædā & indeclinabilis ſeries rerū:& catena uoluens ſemetipſā:ſeſe &
īplicans p æternos conſequētię ordines:ex quibus apta connexa ē.Naturā Gręci φυσιν τυχην: fortu
nam πεπρωμενην: uel ειμαρμενην fatum uocant.M.Tullius ī primo Antonianarū.Multa inquit
impēdere uident̃ pręter naturā etiā:præterq; fatū.Conſiderandū putat Gelius libro.xii.noctiū ac-
ticarum;an utrunq; idē ualere uoluerit fatū:atq; naturā:an ita diuiſerit:ut alios caſus natura:alios fa
tum ferre uideat̃. Quærendū inſup:quo pacto accidere multa humanitus dixerit.M.Cicero præter
fatū:ſi ratio ordo & inſupabilis quędā fati neceſſitas cōſtituit̃:ut oīa inter fatū claudēda ſint.Niſi il-
lud ſane Homericū ſecutus, νῦν και υπερ μοιραν δομον αιδοσ εσαφικηαι. Violētam & inopinatā
mortē Gelio teſte ſignificauit:quæ quidē (ut idē tradit) pōt recte uideri accidere præter naturam.
Addit præterea Maronē Vergiliū idē opinatū eſſe:quod Ciceronē diximus. Vergilius ipſius in.iiii.
æneidos libro de Eliſſa:quæ morte ptum potita ē:hæc ſunt uerba.Nā qa nec fato:merita:nec mor-
te peribat:ſtanq̃ in faciendo fine uitæ nō uideat̃ e fato uenite:quæ uiolenta ſunt.Quod aūt (ut idē
teſtat̃ Gelius) fatū Cicero & naturā uidetur dixiſſe:id multo ante Demoſthenes τὴν πεπρωμένην
καί τον αυτοματον θανατον appellauit in ea Oratione:cui titulus eſt υπερ στεφανου αυτοματοσ
θανατοσ: quaſi naturalis:& fatalis nulla extrinſecus ui coactus uenit.Seruius aūt uir apprime erudi
tus ſup eo Maronis loco de Eliſſa.Et quē dederat curſū fortūa pegi:nō natura inqt:nec fatū.Tribus
.n.hūana uita cōtinet̃.Natura:cui ultra cētū &.xx.Solſtitiales ānos cōceſſū nō ē. Fato:cui nonagin
ta anni:hoc ē tres Saturni curſus exitiū creāt:niſi forte aliarū ſtellarū benignitas:& tertiū eius ſuperet

uerſum. Fortuna .i. caſus: qui ad omnia pertinet: quæ extrinſecus ſunt: ut ad ruinam: incendia: naufragia. Bene ergo dixit Fortuna. Sic Cicero in Philippicis. Multa mihi imminere uidentur præter naturā: præterq̄ fatū .i. Antonii gladio ex caſu. Atq̄ hæc quidē Seruius. Sacrarū quoq̄ literarum ſectatores uidentᷣ eandem differentiam comprobare. Franciſcus Mayronius Theologus certe nō ignobilis in funebri Oratione: triplex genus Mortis conſtituit. Vnum naturale: quod eſt extinctio quædā naturalis carnis ipſius: conſumptioq̄ ſubſtantialis humiditatis: quæ & ex utriuſq̄ parētis ſpermate: quo tēpore homo concipitur: conflata eſt: ut extinctio luminis perſpicuo exemplo eſt. Alterū mortis genus prędeſtinatū appellatū appellat: quod ſublimis atq̄ excelſus omniū conditor Deus cuiq̄ homini pręſcripſit. De quo magnus Propheta cecinit. Poſuiſti terminos eius: q̄ præteriri nō poterūt. Horū uero neutrum medendi arte tollitur: ut idem ipſe Franciſcus ait. Sed tertium mortis genus adducit: quod cauſale uocat: quod uidelicet a fortuna eſt: & id medicinæ artis munere: & quadam rationis ui tolli: atq̄ auferri pōt: & ita ad præfinitū uſq̄ terminū medicorū arte: atq̄ pitia: uita hoīs cōſeruari.

❡ Ad calcem hæc non peruenit Epiſtola.

❡ Hac Epiſtola nōnulla Seuerini Boetii carmina declarantur.

AVguſtinus Dathus Bernardino Salutem. Cupis Bernardine (ut ipſe ais) eorū expoſitiones uerſuū: quos Seuerinus Boetius libro de philoſophiæ conſolatione modulatus eſt non multo poſt operis initium: cum dicit.

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ.

Et reliquum deinceps poema. Laudo te atq̄ ingeniū tuū: & quod Seuerini legēdis gaudeas: te Bernardine uehemēter p̄bo. Fuit. n. e noſtris ſingulari uir doctrina: ac nullius diſciplinæ rudis. Latinum eloquium nō ſolū pcalluit: ſed etiā plurimū illuſtrauit: quod indicāt cum alii libri eius complures: tum uel iis maxime: q̄ de philoſophiæ conſolatione inſcribūtᷣ: quo certe i loco ſummā ipſius philoſophiæ uim: & laudē patefacit: quādo illa auctore ignorantiæ tenebræ propelluntur: & ueritatis ſplendor & claritas eluceſcit. Nam cū homo perturbationū cęcatus caligine: magnis implicetᷣ erroribus: i Philoſophia ipſa accedente quodāmodo reſipiſcit: & ad humanæ naturæ reuertitᷣ dignitatē. Duplex nāq̄ eſt ueræ ſapientiæ gradus: ac primus quidē impedimēta tollit: Secūdus ueritatis cognitionē inducit: qua nulla ē homini ſuauior alimonia. Bene igitᷣ: qui antea i maximis ignorationis tenebris uerſaretᷣ: Philoloſophiæ: quæ ſapientiæ ſtudiū profitetᷣ: clareſcente luce illa dicit: quæ in propoſito poemate continentur.

Tunc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ
Luminibuſq̄ prior rediit uigor.

Primus ſapientiæ gradus eſt impedimēti remotio: hinc dicitᷣ tunc diſcuſſa nocte .i. obſcuritate ſublata liquerūt me tenebræ: quod eſt ignorantiæ cęcitas: ac mētis caligo. Secūdus gradus infertᷣ ſapientiæ: cū additur Luminibuſq̄ prior rediit uigor. Lumina ſunt hoc loco animi: ac mētis acies. Vigor eſt ueritatis cognitio: p quā uiget aīus: nec uiget ſolū: ſed etiā alitur: creſcit: ac uehemētiſſime roboratur. Sꝫ quidē nullus aīo ſuauior cibus eſt: q̄ cognitio ueritatis. Quod aūt animi eſt: & id latens: atq̄ inuiſibile uiſibili: & pulcherrima ſimilitudine declaratur. Vt cum præcipiti glomerantur ſydera choro. Nā glomerantur aſtra p nubiū coactionē præcipue choro occiduo ſpirāte uento: quē chaurū appellat Gelius: ſolentq̄ agreſtes nominare Græci: q aduerſus aquilonem perflat: atq̄ idem (ut nonnulli tradunt) Iapix dicitur. Nam uenti alii aguntᷣ: alii propellunt nubes

Nimboſiſq̄ polus ſtetit imbribus
Sol latet. Polus pars cęli eſt: & p cęlo uſurpari ſolet: pręſertim p ea parte: quę iuxta Arcticū: uel Antarcticū polū uertitᷣ. Cęlū aūt ſtare nō dicitᷣ: qꝺ rapidiſſimo ſemp agetᷣ motu. Sꝫ illū nequaq̄ ſentiūt: nec pcipiūt hoīes: niſi p aſtrorū curſū: quorū motus facile cernitᷣ. Itaq̄ latētibus ſideribus & īterpoſitis nubibꝰ: ac defluētibus ī terrā ībribus ſtare cęlū uidetᷣ: Sol latere: & ante etiā q̄ cęlo aſtra ueniāt: eripi dies: quem efficit Solis præſentia: & nox deſup in terram fundi. Quale & illud apud Maronem eſt. Eripiūt ſubito nubes cœlumq̄ diemq̄. Sol ſignificat rationis lucē: atq̄ intelligentiæ claritatē. Chorus: nimboſus uentus aduerſantis fortunæ impetū: ac ſæuiſſima tela. Nubes: atram noctē obducēs: grauiorē animi perturbationē: atq̄ ægritudinē: quæ obductis tenebris quibuſdam: mentis ipſius lumē ac rationis obſcurat.

Hanc ſi Thraicio Boreas emiſſus ab Arcto
Verberet. Nam Boreas (ita Græci appellant: quē Latini Aquilonē dicūt) flans nubes ſoluit: et eaſdem uerberando diſpellit: atq̄ ita clauſum reſerat diē. Alii legūt: antro Thracio: qꝺ in antris & cauis eius regionis ſpeluncis uenti creati ſpirāt exinde uehemētiores: ac nubes pellunt. Alii ab Arcto legūt potius. Arctus aūt ſeptētrionalis plaga ē. Vt illud in .vi. æneidos. Gelidos enauit ad arctos. Græci .n. Anatolen orientē: Dyſin occidentē: Meridiē Meſimbrian: Septentrionē Arcton uocant. Igitᷣ reiectis: ac diſpulſis ab Aquilone nubibus

Emicat: & ſubito uibratus lumine Phœbus:
Mirantes oculos radiis ferit.

Phœbus idem qui & Sol:quemadmodũ Luna Phœbe. Sol autem fons luminis eſt:ut Cicero inquit
ac ſubito emicat non ſolũ qum Aurora præeunte cunctas conſumpſit lumine terras. Sed & qum ab-
ſceſſu nubium repente diffundit: & orbem uniuerſum ſua luce complet. Vibratus-criſpatus dicitur:
& tam uibratus q̃ feriens oculos dicit a telo tranſlatione ſumpta & fulgẽti gladio:cuius utrunq; pro-
prium eſt tum uibrari:tum etiam ferire. Itaq; nõ gladii ſolũ:ſed etiam oculorum acies dicta eſt. Noſtra
uero acies ab obiectis ſolis luce circunfunditur:ut Solem intuentes diutius-lumen oculorũ amittant:
& ab excellentiore luce penitus obruantur. Sed (ut redeat ad rem propoſitam ſermo) tota auctoris
in eo poemate circa duplicẽ ſapientiæ gradũ uerſat intentio:ut primum impedimẽta faceſſant:quæ
ſunt animi perturbationes: & fortunæ ferientis iacula:deinde perſpicua ſuccedat ueritatis cognitio:
quã philoſophia & ſapiẽtiæ ſtudiũ inuehit:cũ ſit illa quidẽ rerum omniũ & diuinarum & humanarum cogni
tio:lux ueritatis:atq; idcirco dux uitæ:uirtutũ uenatrix:uitiorum expultrix. Animus noſter cœlo com-
paratur:quod nũc nubibus tenebreſcit:nũc ſerena tempeſtate nitet: & animus noſter nũc perturbatio
nibus confunditur: & magnis implicatur erroribus:nũc ſincera & perſpicua ueri cognitione claret.
Quibus contrariis ex rebus contraria quoq; miſeriæ & fœlicitatis oritur ratio. Quod ſi quęris-quid
ſit luminibus priorem redire uigorem:id nõ abſurdum ſit interpretari ſecundũ Platonis ſententiam:
qui animũ diuinũ & æternum aſſerit: & rerum omniũ cognitione perfectum:carcere uero corporis
& carnis ergaſtulo confundi:atq; imemorem fieri:ſed ſtudio & exercitatione priſtinã recuperare noti
tiam. Aut (ſi id non probat) hominẽ intelligit Seuerinus antea in philoſophię uerſatũ ſtudiis: & id
circo luce ueritatis illuſtratum:ſed p animi perturbationẽ atq; mœrorẽ oblitũ prioris claritatis rurſum
philoſophiæ ſtudia repetẽtem-priſtinã quoq; ueri cognitionẽ recipere. Vtrum ſit pbabilius tuo iudi
cio iudicio. At mea ſentẽtia utrũq; nõ iniuria pbari poſſit: & pręcipuã philoſophiæ utilitatẽ oſten
dit. Nos diuinum fatemur animũ: & id nobis cũ Platone conuenit. Sed diuinum-hoc eſt-a Deo crea
tum intelligimus:atq; infuſum corpori. Semp uero fuiſſe negamus. Futurũ ſemper non inficiamus.
Poſtremo (ut breuius:quæ cuncta ſunt:oĩa pſtringamus) ſcito-quod diuiditur hoc poema in duas
partes. In prima declarat Boetius philoſophiæ aduenientis effectum. In ſecunda eundẽ p ſimilitudi-
nem patefacit. Effectus aduenientis philoſophiæ duplex eſt:Ignorantię tenebras depellere: & lucem
inducere ueritatis. De primo dicitur:tunc philoſophia interueniẽte tenebræ ſcilicet ignorantiæ lique
runt me diſcuſſa nocte obſcuritate ſublata. De ſecundo dicit & prior uigor.i.certa ueri notitia redii
recuperatus eſt luminibus:quod eſt mentis oculis. Deinde additur ſimilitudo. Animus noſter cœlo
comparatur. Cœlum nunc tenebreſcit nubilo. Nunc ſereno nitet. Et animus noſter nũc perturbatio
nibus & erroribus implicat:atq; confunditur. Nũc ueri cognitione niteſcit. Vt ideſt-uel ut qum ſy-
dera glomerãtur:conglobantur præcipiti rapido Choro-uento ab occidente flante: & Polus.i.cęlum
hac in parte ſtetit-ſtare uiſus eſt:cũ aſtrorum curſus maxime oſtendat cęli motum:ut latentibus aſtris
ſtare cœlum uideatur. Nimboſis imbribus.i.impetuoſioribus pluuiis. Sol latet:abſconditur:nondũ
cœlo uenientibus aſtris:quod fieri ſolet poſt Solis occaſum. Nox.i.noctis obſcuritas-deſuper in terrã
funditur:emittitur:ante tẽpus nox terris incumbat. At ſed e contrario ſi Boreas emiſſus ab Arcto-a
Septentrionali plaga:uel Thraiicio antro:quod ex catis antris uenti pficiſcantur:uerberet ſcilicet o;
lu.n-& nubes: & reſeret:aperiat clauſum ſcilicet per nubium obſcuritatem diem-ideſt-diei claritatẽ.
Phœbus-Sol-emicat:Splendeſcit: & uibratus-criſpatus:ſubito-repentino:lumine-fulgore:ferit:uer-
berat:mirantes-aſpectantes oculos:radiis ſuæ luce-claritatis. Sed hæc delibauiſſe ſatis ſit hactenus.
Tu Vale: & ſtudiis incumbe: & te huiuſcemodi exercitationibus uehemẽter oblecta.

¶Hac Epiſtola declaratur:quid ſeruare imprimis oporteat eos:qui Reipub. præſunt.

AVguſtinus Dathus Decemuiris Indytæ Ciuitatis Senarum. S.P.D. Quęritis:quid age
re-ac ſeruare eum imprimis oporteat:qui Magiſtratũ gerit: & publicis rebus gerendis
præeſt. Intelligendũ eſt-ad bene gubernandam regendamq; Rempublicã-opus eſſe iis:
quæ i optimo quoq; uiro-& bene de patria ſentiente ciue ſitæ eſſe debẽt fide-ac tacitur-
nitate. Quæ quidem cũ omnibus in rebus-tum in publicis gerẽdis negociis maxime ne
ceſſariæ iudicantur. Has magnas imprimis-prędarasq; uirtutes proponant ſibi:qui Reipublicæ pręſ
ſunt:q Magiſtratus gerunt:q iuſte:qui utiliter:qui recte cupiunt imperare-Meminerint populorum:
ciuitatũq; Rectores ſuæ fidei cõmiſſam eſſe Rempublicã: & quæ agũt:quæq; cogitant:omnia non ad
ſui ipſo ę utilitatem:ſed ad patriæ ſalutem eſſe:atq; cõmodũ referẽda. Quod ſi fidei ea uis eſt:ut uel
aduerſus hoſtẽ uideatur eſſe ſeruanda:quantã patriæ exhibere debemus:quæ amorẽ omnẽ ſuperat:
quæ omnes omniũ charitates complectitur:cui præcipuo iure debentur omnia:quã nõ modo rebus
aliis:ſed etiam iis:quibus nihil putatur neq; dulcius quicq̃:nec charius liberis præferẽdã ſtatuimus.
Eſt.n.fides-& totius iuſtitiæ-& humanæ conciliationis-atq; ciuilis ſocietatis firmum-ac ſtabile funda
mentum. Hanc neceſſario taciturnitas ſequitur:cũq; ea naturali quodã iuncta uinculo eſt:quę mul-
to magis ſalutem ciuitati q̃ mulieri decus affert:id quod Ariſtotelicus Poeta prodebat. Vere nãq; taci
turnitas dicitur optimũ-ac tutiſſimũ adminiſtrandarũ rerum uinculũ. Quod dum arctiſſimum te-

nuit Romanæ Reipublicæ ſenatus: non modo hoſtium inſidias repulit: ſed totius pene orbis eſt aſſecutus imperium. Nihil æque cuſtodiendum ſenatus duxit: atq; taciturnitatem: nihil coluit unq̃ ſtudioſius Romana curia: quaſi fidum quoddã: locuplete teſte Valerio: & altiſſimũ Reipublicæ pectus in quo fideliter arcana totius Reipublicę ſeruabantur. Neq; n. temere (quemadmodum Zeno Citiæus ait) aures nobis duas: os unum natura dedit: ut plura audiamus: pauca loquamur. Proinde Iacobus cognomento Iuſtus unus ex Theodidactis. xii. quibus perſpicua illuxit ueritas: iubet ueræ ſapientiæ ſectatorem alacrẽ ad audiendũ eſſe: tardũ autem ad loquendũ: cũ ſi modicum quidẽ membrum lingua eſt: at inquietũ malum ac lethiferi ueneni plenum: ſi piguit ſępe multos fuiſſe locutos: tacuiſſe autem fere neminem. Nempe uir linguoſus: ſi ſacro Prophetæ credimus: nequaquã dirigetur in terris. Ac petrato eſt: pro ſapientis firma ſententia multiloquium culpa uacare. Nec quiſq̃ iure laudabit Parmenonem quempiã ac futilẽ hominem: qui plenus rimarum hac atq; illac perfluit. Procul faceſſat potius ab omni Reipublicę gubernatione: & longe a gerendis negociis arceatur: qui linguæ petulantiã: & loquendi temeritatem coherccere non didicit. Quandoq̃dẽ grauis culpa iure cenſetur: tacenda loqui: id quod: & cecinere Poetę: & prudentiſſimi geſtarũ rerum ſcriptores comprobarunt. Execrabatur uir ſapiens imprimis. M. Cato loquacẽ hominẽ. Nos quoq; odioſum ſane genus putamus eorũ: qui inepta: qui intempeſtiua: qui ĩmoderata uerba fundũt: qui deniq; tacenda loquntur. Non iniuria cultũ iuſtitiæ: appellauit ſilentium. Eſaias diuini plenus afflatus: ac tam & ſi perpetuũ ſilentium: & Pythagorica taciturnitas non probetur: quippe cum tacendi: & loquẽdi opportunũ tempus cadat: & admoueri labiis oſtium: quod aperitur: & clauditur: diuinus Propheta comprecetur plęrunq; tamen longe expedit magis: & Iſocrate teſte: multo ſanctius eſt ſilere: q̃ loqui. Quare cum patulas nobis aures natura dederit: linguã certe gemino dentiũ ac labiorũ uallo ſepſit: & q̃buſdam ueluti cancellis muniit. Quod ſapiẽs Vates nequaq̃ ignorauit Homerus: q̃ ad cohibẽdã uerborũ petulãtiã & ipſe quoq; uallũ ẽe poſitã dẽtiũ luculẽte dixit: & miꝝ ĩ modũ laudauit Vlixẽ: q̃ppe q̃ nõ ex ore: ſꝫ ex pectore: uocẽ ꝓmeret. Sꝫ & prudẽtiſſimus Heſiodus Poetarũ: ut affirmat Gelius: nõ uulgãdam linguam: ſed recondendã cenſuit. Quõd tũ deniq; optimus ſit linguæ theſaurus: ſi parca illa: ſi ſobria: ſi moderata fuerit. Vere ſcriptum tradit diuus Gregorius. Eum qui linguam cohercere non poſſit: urbi comparandum: quæ nullis circunſepta mænibus: & abſq; murorum ambitu: hoſtiũ ſubiacet inſidiis: ac multis periculis patet. Quod ſi Auguſto Saluatore præcipiente ociosum uerbum uitandum eſt: nonne pernicioſum: pluſq̃ Scyllam: & Charybdim: ac tanq̃ ſęuum ſcopulum fugere debemus? Illud etiam: atq; etiam animaduertendum eſt: quod ſcite Oratius Flaccus ammonuit.

Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures:
Euolat emiſſum ſemel irreuocabile uerbum.

Hoc memoriter tenere: hoc fixum ſeruare oportet eos: qui Rempublicã gubernãt: cuius arcana multo ſunt tacenda ſtudioſius: q̃ ſecreta bellorum: id quod etiam Maximus probe inſtituiſſe ferẽ hoc uno bonum Principem: & ſapientem Imperatorem imitatus. Studeat igitur: qui Reipublicę præeſt ſecreta tueri: peſſulũ oſtio obdat: & ſancti Prophetæ ſectatus ueſtigia cuſtodiat caute uias ſuas: ne delinquat lingua ſua: & curiæ limen ingreſſus Comici: & ſalutaris inſtituti memor: ſi ſapit: quod ſcit: neſciat. Ponat ante oculos Papirium Pretextatum: quem Hiſtorici prędicant: quem nulla unq̃ reticebit etas: nulla obliterabit obliuio: quod in tenera admodum ætate lepido commento matrẽ ludere maluerit: quã Reipublicę ſecreta prodere. Præcipiunt nanq; uitę magiſtri Philoſophi ſecreta habenda ẽẽ conſilia: & id maxime omniũ ſalutare conſtituunt: cũ multa contra ex cõſiliorũ uulgatione: & retardata: atq; interpedita ſunt cõmoda: & grauiſſima ĩportata detrimenta. Quocirca uerior Pompeii: q̃ Varronis de conſilio: deq; eius nominis origine ſententia uideri debet: ac potius a conſilendo: q̃ a cogitando tractum uidetur id nomen: non quod melius ſilendo conſilium excogitari queant: ſed quod ſilendo: tacẽdoq; excogitata conſilia facilius ſalutares exitus ſortiantur. Neq; n. myſterio uacat: q̃d Conſo deo in abdito templum erat: quod non uulgata uniq;: ſed recondita oporteat eſſe conſilia quibus illæ præ eſſe deus ferebatur. Cui dum peragit conſualia Romanæ urbis cõditor Romulus: & ſecretum init conſilium rapiendis Sabinis Virginibus: & optata cõparauit connubia: & ſobolem propagauit. Diſcant igitur: qui Rempublicã capeſſunt: taciturnitatem diligenti ſeruare cuſtodia: ſed fidem ſimul: atq; iuſtitiam tueri: ſine qua nulla poteſt nec ſecura nec beata eſſe Reſpublica. Adhibeãt cum iuſtitia pietatẽ: quæ maxima exiſtit in patria: adhibeant diligentiam: quę mater quędam eſt oĩuꝫ cuſtoſq; uirtutum. Adhibeant moderationem: quæ ubi adſit: nullus relinquitur errori locus. Perſuadeant ſibi pręcipuã ẽẽ laudẽ ac uirtutẽ primã tueri fidem: & cõpeſcere linguam. Valete

¶ Hac Epiſtola laudatur modus atq; menſura.

AVguſtinus Dathus diſcipulis charioribus. S. P. D. Queritis q̃d ſit rebus agendis ſeruãdũ præ cœteris Pythagoras magnus: atq; illuſtris philoſophus cũctis in rebus optimã putauit ẽẽ menſurãq; quẽ Hieronymus imitatus modũ ac mediocritatis regulã ubiq; laudare cõſueuit. Nã pro eius ſentẽtia ẽtq̃ q̃d ſuapte natura laudabile uideatur: nimium culpã admittit. Nõ. n. niſi in mediocritate alicubi ſita laus eſt. Ita fit: ut tum in rerum cognitione: tum ẽt in opibus uitæ: ea recta uideri debeant: quæ moderata ſint: nec laudari poſſint: quę

uel nimia: uel imoderata exiſtant. Scimus uia regia gradiendũ nobis eſſe: nec uel ad dexterã: uel ad
ſiniſtram deflectendũ. Eſt .n. recta (ut ait Hieronymus) & téperata regia uia: nec plus in ſe habens
nec minus. Sapientiam moderatã eſſe oportet: iuſtitiã quoq; non multã nimis. Itaq; non debemus
plus ſapere: q̃ oporteat ſapere: nec minus: q̃ neceſſe eſt. Illi uitiq; plus ſapiunt: q̃ decet: q oĩa curio-
ſius pſcrutantur: & ſubtilius: q̃ opus eſt: oĩa pſequentes: faciunt ne intelligendo: ut nihil intelligãt.
Nimis multam operã (ut ait Orator) in res minime neceſſarias conferunt. Illi rurſum minus: q̃ ne
ceſſe eſt ſapiunt: q ad res neceſſarias inueſtigandas nec tempus adhibent nec diligentiã: ſed craſſæ
ſtultitiæ errore ducũtur: & de uia regia ſiniſtrorſum declinãt. Sed neq; etiã iuſtitia ipſa: ſi nimia fuerit:
culpa uacare poteſt. Nam ſcite: & eleganter ſcriptum eſt: ne ſis iuſtus nimis: ne uidelicet ſumma uir-
tus uertatur in uitium: & nimietas (ut ita dixerim) culpam faciat. Quare & dexteram: & leuam par
tem deuitantes rectam uirtutis uiam: & mediocritatis regulam conſectemur Pythagoram imitantes
qui cunctis in rebus optimam putauit eſſe menſuram. Valete.

¶ Clariſſimi Philoſophi: ac præſtantiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis: Epiſtolarum li
ber tertius fœliciter incipit: quo partim ſolummodo cõtinetur eius epiſtolarum: quas publico
Senẽtis Reip. nomine cõpoſuerat: quum eẽt ſcriba illius indytæ ciuitatis.

¶ Auguſtinus Dathus in ſuũ librum .iii. Epiſtolarũ pręfationẽ fœliciter inchoat: de ſupſcrip
tionibus: atq; inſcriptionibus & ſubſcriptionibus ſecũdũ cõſuetudinẽ Senẽſis Reipub.

AVGVſtinus Dathus Nobiliſſimo ac generoſiſſimo eqti: & integerri
mo atq; ornatiſſimo ciui Senenſi Laurẽtio Boninſignio. S.P.D. Ni
hil uereor amice oĩuʒ ſuauiſſime: & cõciuis pegregie te plane cogno
uiſſe oĩbus in rebus plurimum habere momenti diſtinguẽdi rationẽ
Nec.n. eadem omnes: nec ubique oĩa: nec oĩa omnibus temporibus
decent. Quocirca nõ minus ſcite q̃ eleganter dictum eſt: ineptum ha-
beri oportere: qui nec rerũ nec pſonarũ nec locorũ: nec temporum
rationem habet. Is autẽ contra & aptus appellatur: & iure laudatur:
q ea oĩa: quæ modo cõmemorauimus: & ſapienter diſtinguit: & dili
genter cõſyderat. Ac propter eam qdem cauſam aliter: q inferiores:
aliter qui ſuperiores ſunt: compellare ſolemus. Et ſuperiores qdẽ po-
tius dignitatis nomine: inferiores autẽ proprio nomine plærũq; no
camus. Regem Carolũ ſiqs alloquatur: & Dux Calabrię Rotolan
dus dicet (ſi uocare uoluerit) Rex ſereniſſime: uel chriſtianiſſime princeps: aut alio titulo nũcupa
bit non diſſimili. At Rex Carolus ſi contra affabitur Ducem Rotolandum: Rotolande uocabit: non
dux: aut alio quo uis titulo dignitatis. Hinc eſt illud apud Virgiliũ de Iunone ſuperiore regina deoꝝ
& Aeolo inferiore uentorũ Rege. Tuus o Regina qd optes: Explorare labor. Illa autẽ ad Aeolum.
Aeole namq; tibi diuum pater: atq; hominũ rex: & cętera. Igitur noua exorta cõſuetudo eſt: ut quod
ueteres plerunq; alia ratione uſurparent: nunc per abſtracta nomina cõficiant: diſtinguendo uarias
dignitates: ut in ſpiritualibus de ſummo Pontifice dicimus Summi Pontificis ſanctitas: Beatitudo:
Clẽmẽtia: Pietas: ut tua ſanctitas: Apoſtolica pietas. De Cardinale dicimus: Reuerendiſſima domi-
natio: & idẽ qdam de Metropolitano Archiepiſcopo: & etiã Epiſcopo in ſuis Dyoceſibus. Itẽ in eccle
ſiaſticis dignitatibus paulo inferioribus paternitas: ut reuerendiſſima paternitas aut Reuerẽda pa-
ternitas: tua dignatio: qd' ẽt ĩ quolibet Põtifice dicimus: aut ſimpliciter paternitas ꝓ dignitatis uarie
tate. Item in Sæcularibus de Imperatore: ac Rege tua Maieſtas: tua ſacra Maieſtas: tua ſacratiſſima
Maieſtas: tua Serenitas: tua Sublimitas: tua Clæmentia: tua Celſitudo: tua excellentia. Item in infe-
rioribus paulo dignitatibus: tua excelſa dominatio: uel tua Magnificẽtia. In minoribus tua Præſtan
tia: tua Amplitudo. Itẽ in minoribus tua Reuerentia: tua nobilitas. In æqualibus: tua Humanitas:
tua Probitas: tua circumſpectio: tua Prudẽtia: tua Solertia: tua Induſtria. Pro uarietate reꝝ: de qbus
ſermo uerſatur. Quæ oĩa: & quę conſimilia ſunt: ſtudioſe conſydera: & diſcrete: prout diuerſitas per
ſonarum: & rerum diſtinctio poſtulat: ad uſum uel loquendo uel ſcribendo accommoda. Dignitas
perſonarum ſpectanda ẽ: & earum quę ſcribũt. & ad quas ſcribuntur litterę. Vt in pleriſq; rebus aliis
ita & in hac quoq; conſuetudini potius q̃ rationi parendum eſt. Multa cõmutant tẽpora: multa uſur

pant: corrumpunt nõnulla ac ſæpe peruertunt. Inſeruiendum uidetur temporibus; & ipſi nos temporibus accõmodemus: quod ne ipſi quidẽ ſapientes diffitentur. Magnam ætatis partem in hac ſcribendi exercitatione conſumpſi in reipublicæ uerſatus muneribus. Ipſe mihi ſepe uim attuli. Frequẽter animi conſilium: & rectam ſententiam extorſit deprauata conſuetudo: quam naturæ defenſor Auerroys uim naturæ obtinere non abnuit. In cõmuni hominum uſu: & populorũ frequentia: quã uulgus & multitudo probat: ſeruãda conſuetudo eſt: quã ſi qui forte ſuo quodam fracti iudicio improbare conati ſunt: cum irriſione legentium: atq͙ audientium exploſione quaſi ridiculi improbantur: reiiciuntur: repudiantur. Neq͙ n. debemus plus uelle ſapere: q̃ ſapere expediat. Scite monuit Fauorinus Philoſophus: priſcæ illius uetuſtatis ſectatorem adoleſcentem. Viue moribus præteritis. Loquere uerbis præſentibus. Sed id quoq͙ uerum eſt: aliam eruditam eſſe: aliã popularem orationẽ: aliter cum paucis: aliter cũ multis loquendum. Qum igitur publicum obibis munus: ab uſu forenſi: & publico ne diſcedas: & illud imprimis teneas triplicem conſimil perſonarum gradum. Aliæ ſuperiores ſunt: aliæ pares: inferiores alię. Omnium habenda ratio eſt: & ſingularum quidaꝫ delectus: quę q̃dẽ oĩa qualia eſſe debeant: & quo fieri optime modo: & ſuo ſeruari ordine poſſint: tum demũ facillime intellexeris: qum omnem curam eam in rem conferes: ac præcipuam quãdam diligẽtiã adhibueris & preceptis cunctis oratorię artis inſtitutis: ac legibus: longo præterea uſu: & aſſidua quadam ſcribẽdi exercitatione præſtaueris. Quemadmodũ uarię ſunt hominum dignitates: ita uariis rationibus ꝑ oſſimum in litteris perſcribendis uti debemus: ut cum maioribus reuerentia: cum æqualibus moderatio: cum inferioribus beniuolẽtia: & charitas indicetur. Sed & eorum: quos ſuperiores eſſe intelligimus: delectus habendus eſt: ut quoſdam uocemus dominos: quoſdã patres: quoſdã benefactores noſtros: quoſdam omnibus predictis complectamur: ut de ſummo Pontifice: Cardinale: Rege: Principe: dignitiſſimo collegio: excelſæ ciuitatis rectoribus: qđ debet prudẽtis uiri: & circũſpecti iudicium diſtinguere. Sed nos breuiter colligemus: quæ huic propoſito neceſſaria ſunt. Primum quædam ponentes exempla: deinde breuiter percurrendo diuerſos hominũ gradus. Ante omnia conſiderandũ eſt: quis ſit ſcribendi modus: & ordo: ut uulgo: & imperitę hominum multitudini fiat ſatis: quibus uecara teribus: aut notulis: & conciſis quibuſdam litterarũ annotationibus: ueluti figuris: ſcribẽda ſint nomina dignitatis: & propria cuiuſq͙ in dignitate conſtituti: & admirandis nõnullis epithetis: ac titulis prænominanda: pro trito hominũ uſu: & uulgata: qualis ipſa tandem eſt: noſtri temporis conſuetudine. Satius eſt. n. & in uita cõmuni. & ciuili ſocietate lõge magis eligibile inſanire cum multis q̃ cũ iis ſolũ ſapiens: ab oĩbus irrideri. Demus hoc igitur plurimorum uoluntati: & magnatũ: atq͙ potẽtũ deſiderio cõdonemus: eamus & nos ĩ cõmunẽ opinionẽ: atq͙ ſentẽtiã: ut latis ipſorũ auribus & falſo laudũ præconio gaudẽtibus blandiamur. Sed licet uſq͙ laudes: attamen ſtat cõtra ratio: & ſecretã eorũ gañit in aurem: falſas eſſe oĩo: atq͙ inanes prorſus: aut magna ex parte noſtras laudes. Eos tamen ſemꝑ excipio: q dei uoluntate annuẽte: & Apoſtolicę ſedis largiẽte gratia: ac ſummi Põtificis concedente auctoritate: quoque dignitatis gradus aſcendunt: quos merito iure ſummis quibuſque dignos honoribus iudicamus. Itaq͙ (ut ad rem ſermo redeat.

¶Ad ſummum Pontificem ſcribimus.

¶Pater Sãcte. ſeu Beatiſſime. ſiue Sãctiſſime. alias Sacratiſſime. aut Beatiſſime. aut Sanctiſſime Pont. uel Clemẽtiſſime. ſiue Piiſſime. uel Diuine
Fidelium Paſtor: poſt pedum oſcula Beatorum.
Subſcribimus: nos filios: ac deuotiſſimos ſeruitores. Superſcribimus uel ſic.
Sanctiſſimo: ac Beatiſſimo in Chriſto: & patri Domino: Domino: N. iii. diuina prouidentia Sanctæ Ro. atq͙ Chatholicæ Eccleſiæ ſummo Pont. Clementiſſimo benefactori: ac ſingulariſſimo Domino noſtro: uel ſic Santiſſimo Patri: & Ieſu Xp̃i ĩ terris Vicario: ſſimo Pont. N. iii. eccleſię catholicę principi: ac Beatiſſimo Domino noſtro. Vel ſic. Pont. Maximo. N. iii. Sãctiſſimo domino noſtro. Vel ſic. Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ. N. iii.

¶Ad Cardinalem ſcribimus.

¶Reuerendiſſime in Chriſto pater: & Domine: Pater: ac benefactor præcipue: ſeu Singulariſſime poſt humilem commendationem.
Subſcribimus nos filios: & poſſumus addere deuotiſſimos.
Super ſcribimus in hunc modum.
Reuerendiſſimo in Chriſto Patri: & Domino: D.. B. miſeratione diuina Sanctæ Romanæ Eccleſię: Epiſcopo Sabinenſi: Cardinali Niceno: Conſtãtinopolitano: Patriarchæ: patri: ac benefactori noſtro: Siue ſuo Singulariſſimo.
¶In hoc uero notandum: quod Cardinalium triplex eſt ordo. Vnde dicitur: uel Epiſchopo tali: Cardinali Niceno: uel Preſbitero Cardinali Aquilegienſi: uel Dyacono Cardinali.
¶Item aduertendum: q quando fuerit Epiſcopus Cardinalis: ponitur titulus: ut Epiſcopo Tuſculano: uel Sabinenſi: & deinde additur Cardinali Niceno. Seu aliud ſecundũ titulum diuerſum. Sed quando eſt Dyaconus Cardinalis in ſuperſcriptione tacetur titulus.

¶Ad collegium Cardinalium ſcribimus.

¶Reuerendiſſimi in Chriſto Patres: & Domini: ut ſupra ad unum.
Subſcribimus conſimiliter: ut ad ſingulos. Atergo.
Sacro Sancto cœtui collegii Reuerendiſſimorum .D. Cardinalium Sacrę chatholicæ: ac Romanæ Eccleſię Reuerẽdiſſimis patribus: ac benefactoribus noſtris ſingulariſſimis.
Vel ſic Reuerẽdiſſimis in Chriſto patribus: ac Dominis .D. Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ patribus: ac benefactoribus ſingulariſſimis. Vel ſic Sacro Reuerẽdiſſimoꝝ Dominorũ Cardinalium collegio Catholicæ Eccleſiæ Reuerendiſſimis patribus.

¶Ad Concilium generale ſcribimus.

¶Reuerendiſſimi in Chriſto patres: & cætera: ut ſupra ad collegium cardinalium.
Subſcribimus ita: ut ad cardinales. Atergo ſic.
Chriſtianiſſimę: ac Sacroſanctæ uenerabilium: ac Sanctorum patrũ Synodo: patribus colendiſſimis: Auinione: ſeu Pariſius congregatis.

¶Ad Electores Imperatoris ſcribimus: & ſubſcribimus: ut ad cardinales.
Superſcribimus in hunc modum.

¶Reuerendiſſimis in Chriſto patribus: & Dominis obſeruãdis. D.i. Magũtinenſi .i. Colonienſi .i. Treuerẽſi. Archiepiſcopis per Germaniã: Italiam: Galliam Archicancellariis: & electoribus ſacri Roma. Imperii: Singulariſſimis patribus noſtris.

¶Ad Magnum Rhodi Magiſtrum ſic litteræ ſuperſcribuntur.

¶Reuerendiſſimo in Xp̄o Patri: & Domino .D. Fratri Baptiſtæ Vrſino: Deigratia: Sacræ domus hoſpitalis Sãcti Ioannis. Hieroſolymitani: magiſtro humili: & pauperum Xp̄i cuſtodi: amico noſtro chariſſimo: Seu aliter: pro dignitate ſcribentium perſonarum.

¶Ad Imperatorem ſcribimus.

¶Chriſtianiſſime Princeps: atq; inuictiſſime Cæſar: Dominator orbis: humillima commendatione præmiſſa. Subſcribimus nos filios: & ſeruitores.
Atergo. Glorioſiſſimo Prĩcipi: ac Serẽiſſimo Domino: & Regi Regum potentiſſimo Domino .F. Dei gratia inuictiſſimo Imperatori: & Romanorũ Regi ſemper Auguſto:
Notãdum: q in maximis Principibus uel eccleſiaſticis: uel ſęcularibus: nunquam in ſuperſcriptiõe põitur: niſi prima littera proprii nominis: & illa quidem maiuſcula. Sed hæc ſatis. Iam ſecundam propoſitam partem breuiter percurramus.
¶Archiepiſcopus dicitur. Reuerendus: aut Reuerendiſſimus dei gratia: &c.
¶Epiſcopus conſimiliter: & Reuerendiſſimus ſolum in ſua Dyoceſi.
¶Generalis alicuius religionis etiam ſcribitur: & intitulatur. Reuerendiſſimus: preſertim ordinis Predicatorũ: Minorum: Heremitarum: Carmelitarum: & ſimiliter Abbas generalis (ſi ſic ni ſum fuerit) & Generales iiſdem epithetis prenotãtur: niſi q Generalis Minorum dicitur Generalis miniſter: & nõ alii igitur exempli cauſa: ſic ſuper ſcribitur Generalibus.
¶Reuerendiſſimo in Xp̄o Patri: & ſacræ Theologiæ profeſſori: Magiſtro. S. Generali miniſtro totius ordinis: Minorũ Diui Franciſci: amico noſtro chariſſimo: Seu benefactori ſuo præcipuo.
¶Hoc intereſt inter Epiſcopũ: & Generalem ordinis alicuius: q ille dicitur. Reuerendus in Xp̄o pater: & Dominus. Hic uero Reuerendiſſimus in Xp̄o pater: ſed nequaq̃ Dominus.
¶Magiſter Theologiæ dicitur. Reuerendus in Xp̄o pater: Seu Venerabilis in Xp̄o pater.
¶Doctor Canonum. Eximius ſacrorũ canonum doctor.
¶Canonicus. Venerabilis pater: & ita.
¶Sacerdos.
¶Frater obſeruantiæ inſcribitur. Seruus Ieſu Xp̄i.
¶Imperator. Glorioſiſſimus: Chriſtianiſſimus: Inuictiſſimus: Sereniſſimus.
¶Rex. Sereniſſimus: Illuſtriſſimus: Inclytus.
¶Aliquis dominus: ut Dux: uel Marchio. Magnificus: Illuſtris: Excelſus: ſi fuerit dignior.
¶Cõmunitates: ac liberę reſpublicę. Magnifici Domini: Potentes: uel Excelſi.
¶Inferiores. Spectabiles Viri.
¶Doctor Legum. Eximius. Si dignior: Præcellentiſſimus: uel famoſiſſimus.
¶Aliter: ſi fuerit Doctor utriuſq; Iuris: quia addit. Eximius utriuſq; Iuris Doctor. Et ita ſuo modo: Artium: & Medicinæ Doctor.
¶Orator. Eloquens: diſertus: facundus: eloquentiſſimus.
¶Scolaris. Doctus: eruditus. Vel eadem i ſuperlatione: Doctiſſimus: erudiſſimus: & clariſſimus: ſi habeat plures prærogatiuas.

¶ Miles. Spectabilis: generoſus.
¶ Nobiles. Ingenui: nobiles: generoſi.
¶ Armiger. Strenuus: Magnanimus: Fortiſſimus.
¶ Mercator. Egregius: induſtrius: prouidus.
¶ Ciuis. Benemeritus de republica: ornatiſſimus: integerrimus.
¶ Senex. Meritis & pietate grauiſſimus.
¶ Iuuenis uel adoleſcens. Animo: uirtute: laude: gloria præſtans: ac moribus probatiſſimus.
¶ Puer. Claræ indolis: optimæ ſpei.
¶ Alia ſunt quædam conſideranda pro diuerſa hominum conditione: ut circūſpectus: ſpectatiſſimus prudēs: diſcretus: et in inferioribus. Fidelis: deuotus: quæ ipſa tua diligenter conſyderet: & congrue utatur prudentia: uaria hominum merita diſtinguendo. Præterea non eſt ſilentio prætereundum: quatruplicem eſſe ſitum ſubſcriptionum in litteris: aut enim æquales ſcribunt ad æquales: & tunc ſubſcriptio perſcribatur principio linearum hoc modo.

Senatus Populuſq; Senenſis

¶ Aut paulo inferior ſcribit ad ſuperiores: & tunc ſic ſubſcribatur haud longe a principio linearum uidelicet hoc pacto.

Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Aut minor litteras mittit ad ſe longe ſuperiorem: & tunc fiat ſubſcriptio medio albo in hunc fere modum.

Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Si uero litteræ dirigantur ad Pont: ſeu Cardinalem: ſeu Reges: ac Dominos potentiſſimos: fine papyri ſubſcriptio annotetur ſic.

Senatus Populuſq; Senenſis.

¶ Addatur etiam (ſi placuerit) Epithetum aliquod ſuppoſitionis (ut appellant) uelut filius: ſeruitor: ſeruus indignus: aut humilis: uel aliquod huiuſmodi.

¶ At ſcito hunc ordinem tantum ſeruari ab iis: qui ſunt in poteſtate: & dominio conſtituti. Nam priuatæ perſonæ: & ſi longiſſime fuerint ſuperiores: Semper tamen nomen ſuum proprium modeſtiæ ſeruandæ cauſa collocant fine linearum. Poſtremo: ne quid hac in re te lateat: ſcias uolo annotari nomina titulorum: & dignitatum eorum ad quos ſcribuntur Epiſtolæ: ſingulis uel paucis ad modum litteris: & maiuſculis interiecto ſpatio hoc modo.

E. V. Sanct. Deuotus filius Auguſt. Dat. humilis ſeruus.

Habes mi Clariſſime Laurenti: quæ mihi in præſentiarum breuiter explicanda occurrunt in hac materia: quæ & ſi ipſa per ſeſe uideatur parua eſſe: tamen tuo dicata nomini plus habere uidetur auctoritatis: & ponderis. Vale.

¶ Edictum Senatus: Populiq; Senenſis.

Vm a Venerando patre Sacri minorū ordinis Generali ad firmiter retinendam Catholicæ Religionis ueritatem: atq; Orthodoxæ integritatem fidei: & ad tuendum Sacroſanctū Euāgelii ſpecimen conſtitutus ac pfectus ſit uniuerſæ nfæ ciuitatis: noſtriq; agri ditione regionis Hetruſcæ: uir meritis ac pietate apprime clarus: Sacerdos Venerabilis ac Theologiæ profeſſor: Ioannes. ila. eiuſdem ordinis conſectator: & Euangelicæ doctrinæ prædicator inſignis: & concionator uehemens: nefariæ ſuperſtitionis: falſæ impietatis ac prauitatis hæreticæ inquiſitor acerrimus: ut profanis abiectis præſtigiis: anilibus ſuperatis ineptiis: ſublatis Ariolorum: Diuinatorum: Sortilegorum: Aruſpicum: Genethliacorum: Coniectorum: Necromanticorum: Horoſcoparum: Rabdomanticorum: cæteriſq; id genus deliramentis: quæ perinde: atq; idolorum ſeruitus habenda eſt: ubiq; pie caſte iuſte innocenter ſancte uiuatur & ubiq; ſplendeſcat Euangelica claritas: ſana: atq; incorrupta doctrina ueritatis: & ipſa deniq; auguſtæ noſtræ religionis pietas ea: quam Greci ſapiētes modo. modo uocant: & infidelitate omni proſtrata: atq; reiecta ſanctiſſimi diuini cultus refulgeat gloria. Quare (ut maiorum noſtrorū īſtituta ſectemur: qui ſacra: cerimonias: & totius diuini cultus obſeruationem pie ſemper ac diligentiſſime coluerunt: & æternum: atq; imortalem totius mundi principem: & Reginam Cœlorum: Dei glorioſiſſimam genitricem in ſumma præ cæteris fidelibus nationibus ac populis ueneratione habuerunt) iubemus atq; edicimus & uniuerſis: & ſingulis: qui in quibuſuis noſtræ ditionis: comitatus: diſtrictus: tractibus: atq; oris noſtræ Reipublicæ nomine exercent poteſtatem: faueant: iuuent eundem: quem præmiſimus delectum inquiſitorem: & opes atq; præſidium ferant in iis prorſum omnibus: quæ ad ſui muneris obeundi miniſtrationem pertinent etiam conficienda manu ac præbendo ſatellite: ut ſuperſtitioſi: atq; impii confundantur: & cæteri a falſis deterreantur inſaniis. Valeant: qui legerint.

SEneſes Beſſarioni Cardinali Niceno. S. Gręcos magno ſemper in honore noſtra habuit ciuitas: ac præclarã eam quidem coluit nationem: a qua plęreq; ingenuæ diſciplinæ fluxere: quæ doctrinarum pene omnium extitit princeps: atq; eloquentiæ auctores cuiq; uel ipſe. M. Tullius latini pater eloquii: litteras tribuit ingeniorum: dedit acumẽ multarum rerum conceſſit laudem. Sed quos modo ex eadem natione tua nobis commendauit amplitudo: patria extorres: ac profugos: & poſt Conſtantinopolitanam cladem multum terra: mariq; iactatos: longis erroribus peruagantes quaſdam ueluti immitis hoſtis immanis Maumethis: impiorum Turchorum reliquias: miſerati calamitoſam eorum fortunas: ob religionis & pietatis cultum: ob gentis nobilitatem: ac ſplendorem ſanguinis: propter eorum uirtutem: rectã uiuendi rationem: ac diſciplinam: perſpectamq; morum probitatem: tanto pra ſertim interueniente aucto re cõmendatos ſuſcepimus: auditiſq; eorum legatis: qui mandata primum apud noſtrum magiſtratũ: mox apud triumuiros ad id conſtitutos: bene atq; cõpoſite expoſuerũt. Vltro citroq; habita uerba ſunt. Pactis igitur conuentiſq;: quæ neceſſaria ad eam rẽ uiſa ſunt: decreto Senatus: & populi ſcito: cuius eſt legem condere: Græcos tuos libenter aſciuimus: & intra fines noſtros cõplexi: eam in tutiſſima regione oram: optantibus ipſis præſcripſimus: quæ cœli clementia: ſumma temperie: fertilitate agri pollet: lętis paſcuis exuberat: atq; multorum ubertate fructuum. Locum uero ſuopte ingenio opportunum caſtellum quoq; in edito colle munit: & arx peruetuſta tutiſſimum reddit. Monti acuto ob id eſt nomen: a ſitu non iniuria inditum. Nec deſunt ſaltus feraces pabuli: amœni colles: uiridãtia nemora glandiferis opaca arboribus: ſcatentes aquarum fontes: ac deniq; ſuis temporibus ſalubres auræ. Magna eſt uenerande pater eius regionis opportunitas: quæ eccleſiæ finitima ſolo prouincias Patrimonii a Senenſi diſterminat agro: & Tyrrheno mari proxima propiſſime abeſt tum a Telamonio: tum ab Herculeo portu utroq; noſtræ ſubiacẽte ditioni: quo non a Liguribus ſolus: ſed etiã a Siculo freto: & a pleriſq; celebribus inſulis triremes: & oneraria multa confluunt nauigia: ubi plæriſq; quõdã celebribus quoq; e Græcia uiris: qui ab Helleſponto: & a Pontico mari in latium tranſmiſerunt: dulcis preſto receſſus fuit: & ſtatio tutiſſima nauis. Nomina permulta & priſca indicẽt monumenta: ut uel ob eam cauſam gratiſſimus locus: ac per iucundus uideri debeat. Hic iam tandẽ tui homines: uel noſtri potius certas ponent ſedes: & pacato æuo fruentur: & non magna ſine ſpe: atq; omine Conſtantinopolis recuperandæ florentiſſimi quondam Conſtantinopolitani imperii pars nõ nulla reſurget: unde haud longe aberit Conſtantinopolitanus Patriarcha: & magnus non mõ Græciæ: ſed eccleſiæ quoq; lumen Beſſarion: ſi quando uiſere: & ſalutare libebit. Græcis itaq; hominibus qum præfinito tempore affuerint: nullum deerit a nobis non ſolum hoſpitalitatis: uerũ etiã ſtudii atq; officii genus. Inita autẽ hæc tanta amicitiæ fœdera mutua confirmabit uoluntas: ſummæ neceſſitudinis augebit affectus. Nec erunt uelut alienigenæ Græci nobis: ſed ut quos ratio: & natura iunxit: & uernaculi amoris glutinũ ſociauit: ita ut poſthac & quem Cõſtantinopolis dederit: & quẽ hæc patria genuit nullo nobis diſcrimine agatur. Hæc ſint reſponſa tuis litteris. Hæc ſignificanda duximus: & ad tuam amplitudinem perſcribenda: atq; quã tu Græcorũ ad nos maturet aduentum: uehementer oramus: ac pergas ſeſe huic patriæ patrem beneficentiſſimum exhibere. Vale.

SEnenſes Venetis. S. P. D. Suadet ueſtra in hãc Rempub ſpectata beniuolẽtia: hortatur uetus & ueluti naturalis quędam neceſſitudo: noſtra filialis obſeruãtia audẽter iuitat: ut quæ in utranq; partem forte contingant: & conferre nobiſcum fidenter debeamus: & conſilium: ac fauorem petere. Cum conſtet igitur in Liguria: nouam ac magnam parari claſſem: ac lateant quæ inſcrutabilia ſunt hominum corda: Nos qui chriſtianæ Reip. adamamus gloriam: & fidelium uniuerſorum pacem: & ſtatus noſtri tranquillitatẽ: ueſtram amplitudinem conſulimus: quidnam & ipſa ea de re ſentiat: quæ uere ſapit: ac prouidet omnia diligenter: & agendum ſit ſiquid forte opus acciderit. Nam omnes expendere caſus: & cauere ſibi in omnem euentum putamus prudentiæ eſſe. Itaq; & conſilium & quid hiſce de rebus ſentiat ueſtra ſapientia: & magna cum fiducia poſcimus: & ſuppliciter obſecramus ueſtram benignitatem: in qua plurimum confidit noſtra Reſpub. atq; harum literarum reſponſum diligenter oramus. Valete.

VEneti Senenſibus. S. P. D. Optime exiſtimatis: & uerifſime dicitis poſſe nobiſcum & cõfidenter: & audenter omni de re agere. Sic. n. poſtulat: & exigit ius ueteris & perpetuæ noſtrę beniuolentię: Sed eo confidentius: & liberius id facere licet: quo res communior & late patentior accidit: ubi honeſta: & rationabilis & ueſtra: & cęterorum ſuſpicio eſſe poſſit cuiuſpiam inde prouentutæ Italici ocii turbationis. Quin imo laudanda magnopere eſt: tum ueſtra prudentia: tum pacis & tranquillitatis egregium ſtudium. Claſſem de qua ſcribitis: parari in Liguria audiuimus. Iudicium de ea noſtrum uerius: certiuſue eſſe non poteſt: q̃ inſcrutabilis hominum mens: & abdita cordis conſilia uelint: rerumq; contingentium & fortuitarum natura patiatur. Sed utcumq; res accidat: nos & mari & terra conſeruationi quietis Italiæ: & pro ſtudio inſtitutoque noſtro: & inſtaurati ſuperiore anno fœderis defuturi minime ſumus. Eadem fore ſenten-

da/ & uoluntate regiam Maieſtatem pro comperto habetote. Summum pontificem longe ſtudioſius & efficacius: & quia foederis caput eſt: & quia omniũ Chriſtianorũ pater: proſpiciens/ & cognoſcẽs ſine totius religionis periculo: non poſſe periclitari Italiam. Quo ad uos: & ueſtram retinendam: & conſeruandam libertatem attinet: eſtote excitati: & inſtructi: ut rerum conditiones ſuadere uidentur & de nobis tantum ſperate in omnem euentum: quantum ueterem: & conſtantem noſtram beniuolentiã: & optimam in uos uoluntatem decet. Valete.

SEnenſes Põtifici maximo. S.P.D. Quanquã Oratores noſtri qui mox ad conſpectum glorioſiſſimæ tuę ſe conferent ſanctitatis: & planius & copioſius ſumma animorũ noſtrorum lętitiam explicabũt: tamen pro ingenti deſiderio & has modo litteras præcurrere uolumus ammirabilis noſtrę prenuncias uoluptatis & gaudii. Nam intellecta glorioſiſſima tuę beatitudinis aſſumptione: lętati ſumus mirãdum in modum: & incredibili gaudio uniuerſus exultauit Senenſis populus: qui & cum propheta: ac diuino uate: recte erumpat in uocem. Hæc eſt dies quam fecit dominus exultemus & lętemur in ea. Vere ſucceſſit proſpere nobis clementiſſime paſtor & labanti orbi conſuluit de cęlo Dominus: qui paſtorem bonum Chriſtiano gregi & ſponſę eius eccleſiæ: cuſtodem diligentiſſimum dare dignatus eſt. Aſſiſtit nobis Pontifex futurorum bonorum: qui peramplius: & perfectius eccleſię firmitatem: fidelium populorum quietẽ: uniuerſalem pacem: catholicę matris eccleſię gloriam tueatur. Firmam petram iecit & lapidem angularem Saluator noſter: ſuper quem ędificata quondam in principe Apoſtolorum eccleſia incolumis perſeueret. Ei nanq; & ligandi/ & ſoluendi data poteſtas & Pontificium traditum eſt: qui adductas in unum oues uniuerſas: unum ouile conſtituat: ſicut unus eſt paſtor: qui gregem ſuum pabulo nutriat uirtutis: & ſanctitatis: eumq; a Luporum rabie & morſibus liberet inſectantium. Gratulamur igitur Catholicæ matri: quæ ſub umbra eiuſmodi alarum filios ſuos ab hoſtium omniũ defendat inſidiis. Gratulamur uniuerſis chriſtianis gentibus: atq; conciliis: quorum nauis in tranquillum quendam & tutiſſimum portum aduecta eſt. Poſtremo cęlorum principi: & tanti beneficii largitori grates immortales agimus & ſempiternas: qui eo nos Paſtore dignatus eſt: de cuius aſcenſu lętandus ſit: nec timendum de lapſu: qui in brachio ac digito dei eccleſiæ ſubſtineat decus. Claues regni cæleſtis acceperit: qui diuina cooperante gratia Chriſti perſonã gerat: & quãdam æterni principis uitam agat: ut omnia mirabili prouidentia: ordine conſilioq; regantur. Itaq; oramus illũ: qui benigne nobis in tali paſtore complacuit: ut feliciter & quanto fas eſt: diutius tuam ſanctitatem/ ac beatitudinẽ tueatur: Cui nos fidem pollicemur: uenerationem debitam exhibemus: obedientiam congruas deferimus: humiliter ſupplicantes: ut deuotiſſimam Romano nomini: & apoſtolicæ ſedi noſtram ciuitatem benigne ſuſcipiat: & magno ſemper amore proſequatur. Aue pater ſancte: & in ſęuos Turchos accingere Patri gladio ſuper fęmora tua potentiſſime.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Natura quæ nos mortales genuit: mortalem quoq; abſtulit nobis paulo ante Pontificem tuę prædeceſſorem ſanctitatis Pium ſecundũ. Eius propter diuinas laudes: & ſummæ uirtutis meritum: migrationem ex hac uita deplorauimus. Tanti ſucceſſoris & tuæ aſſumptio ſanctitatis triſtitiam uertit in gaudium. Cuius Senenſis Apoſtolicæ Sedi præfuit: ciuis quoq; Senenſis ſi non natura: tua certe gratia: noſtro priuilegio utrunq; uoluntate: & ſummi amoris affectu: ſacri Apoſtolatus dignitati ſucceſſit. Deum quęſumus: ut tantæ diſpenſationis miniſterium proſpere cedat: Sancto ſpiritu afflante/ ac diuina aſpirante gratia: ut eccleſiæ fulgor toto orbe clareſcat: floreat ubiq; gentium tuę beatitudinis nomen: & impiorum hoſtium perfidia conteratur: quadam ueluti aurei ſęculi reuireſcente fœlicitate: cum apud fideles omnes populos/ tum apud Venetos acres prę cęteris fidei chatholicæ propugnatores/ tum apud Senenſes quorum patria & tecum communis eſt: & Romanę eccleſiæ omnium conſenſu tutiſſimum propugnaculum. Ea in tuæ ſanctitatis pręcordiis perpetuo defixa eſto. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Summam eſſe conſtat uel ineffabilem potius omnipotentis Dei in hominum genus miſericordiam ac pietatem: qui benigne hominum ſalute per omne tempus dignatur proſpicere: qui Eccleſiam ſuam/ ac fidelium conciones tanta dilectione proſequitur: ut firmiter ædificatam/ ac ſolide fundatam ſupra firmam petrã: petrã nunq̃ benigno ſuo deſtituat auxilio: & illi regende eiuſmodi Paſtores præficiat: per quos q̃uis magnis ęſtuantibus procelloſi maris fluctibus necobrui tamen Petri nauigium nec mergi poſſit. Sed ut cæteros õmittamus: qui ſolutis corporum uinculis/ ex hac uita glorioſis peractis certaminibus/ deceſſerunt: nouiſſime diebus his pro ſua immenſa largitate tuam beatitudinem dedit: & ad ſummi apoſtolatus euexit faſtigium. Quæ res ſi cęteris populis grata eſt: nobis profecto exiſtit tam iucunda: ut nihil potuerit hoc tempore nec gratius accidere: neque quicquam omnino iucundius. Qui cum intueamur diuina fauente bonitate: ob glorioſam tuæ Sanctitatis aſſumptionem eccleſiam fore ſemper incolumem/ fidelium omnium ſaluti/ tranquillitati/ honori recte conſultum/ ſpem oblatam: ut tandem confundatur imanitas ſæuientium Barbarorum: certe lætamur plu

ſimum ac tanti muneris largitorem deum gorificamus-ac ſummis mactamus honoribus. Planta-
uit Caliſtus. Rigauit Pius. Conficiet(ut ſperamus)Paulus ſecundus: & glorioſam uictoriã repor-
tabit. In tementum & uirtutem dabit is: qui illum elegit: ut tanquam uas alterum electionis confrin
gat hoſtes: & inſequatur eos donec deficiant: quam palmam reſeruatam diuino conſilio: tuæ beati-
tudini exiſtimare debemus: ut tandem aliquando Veneti chatholicę fidei acerrimi propugnatores
Veneto Duce ideſt te Paſtore diuinitus inſtituto: & pro apoſtolica Eccleſia ſedente Pontifice: & præ
clari incepti: & ueteris deſiderii fiãt compotes. Igitur quę noſtræ partes ſunt: & tua ammonet ſancti
tas: ſicut præceteris hac optata ſorte-& uocatione ad tanti operis miniſterium: lętati ſumus: ita ad lar
gitorem cuiuſq; dati optimi-ac doni perfecti deum continuas fundemus preces: ut gratiam habun-
de impartiatur: quo uictoriam tantam: & glorioſum triumphum aſſequatur tua ſanctitas cum ſum-
ma exaltatione Catholicæ fidei: & immortali tuæ beatitudinis gloria. Nos & ſperamus & augea-
mur Paulo ſedente ſecundo pacem fore cunctis fidelibus: noſtræ pręſertim Reipublicę quam itimis
uiſceribus pietatis ſanctitas tua complexa eſt: atq; eam proinde in tuo ſinu ocioſe recubantẽ tuę bea
titudini ſuppliciter-ac deuotiſſimis precibus cõmendamus-ac de iis quæ per litteras nunciata ſunt:
gratias per ingentes agimus. A ueto ſanctiſſimę Pontifex: perſuadeto q; ſibi tua ſanctitas quęſumus:
habere Senenſem populum unũ omniũ: fide: obſequio: obedientia-ac deuotione præſtantẽ.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Agimus ſummo creatori ac totius mundi princi-
pi imenſas grates: qui pro ineffabili dono pietatis ſalubriter humano generi conſuluit
ac ſanctæ romanę Eccleſię Paſtorem cælitus dare dignatus eſt: cuius ſapientia: uirtute:
ac diuino conſilio optime gubernetur ecclæſia ſancta eius-ſitq; grex tutus dominicus a
Luporum inſidiis: catholicæ fidei augeatur dignitas: ſumma pacis tranquillitate fideles
populi perfruantur. Nihil poterat huic ciuitati & patrię nunciari iucundius: nihil afferri lætius: nihil
contingere optabilius: quodq; ciuium omnium animos inaudito quodam atq; inexplicabili expleret
gaudio. Vere cũ Propheta concinat Senenſis Populus. Iſta dies ẽ: quã expectauimus: inuenimus uidi
mus: ideo ex intimis aĩs exultemus-& lętamur in ea. Quãobrẽ noſtras partes eẽ duximus: ut has mo
do litteras pſcriberemus noſtræ prænuncias imenſę uoluptatis: & gaudii. Plurimũ nanq; gaudemus
nobis: gratulamur ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Chriſtianę religioni-ac fidei: nec non tuę Beatiſ-
ſimæ ſanctitati: quam ut dare optantibus fidelibus dignatus ẽ: ita cum ſumma totius chriſtianę con
ciliationis firmitate: & pace clæmenter ac fœliciſſime tueatur cælorum princeps. Tuę beatitudini pa
triam ipſam: quæ tantum lumen genuit: quam habuiſti ſemper tuo nomini deuotiſſimam: ſupplici-
ter atq; humillimis precibus commendamus. Eidem noſtras Rempublicam tuæ ſanctitatis filias ob
ſequentiſſimam: regimen-ac populum uniuerſum deferimus paratum quouis tempore: nihil aut
efficere-aut cogitare iucundius: q̃ tuæ beatiſſimæ obſequi ſanctitati. A ueto Sanctiſſime Pontifex.

SEnenſes ſummo pontifici. S.P.D. Quod maiores noſtri firmo ſemper iudicio compro
barunt: nos quoq; illorum imitati ueſtigia conſtanter aſſerimus: pacem: cuius nomine
bona cuncta cenſentur: eam rem eſſe: in qua ueri boni ratio ſita eſt: cuius ſtudium hu-
manam ſocietatem & conciliationem tuetur-Ad eam uero retinendam uotum omne
huius ciuitatis: & noſtræ Reipublicæ aſpirat intentio: cum liqueat eos bene-ac bea-
te uiuere: qui bonum pacis complectuntur: ad cuius certiorem poſſeſſionem obtinendam: cum plu
rimum conferre uideamus quæ diuini numinis inſpiratione: cum Regia maieſtate tua prouidentia
ſanctiſſime nuper inſtituit: dum Eccleſiæ incolumitati: & totius Chriſtianiſſime Reipublicæ firma-
mento proſpexit ſalubri conſilio ſtabilita concordia: & affinitatis uinculo inſuper arctiſſimo confir-
mata: agimus immortali totius mundi principi: & quæ eius uicem gerit tuę Sanctitati grates: & tuę
beatitudinis-ac Regiæ Maieſtati ſalutare conſilium: & publicæ ſalutis opus mirifice laudamus: ne-
quaquam dubitantes ea potiſſimum ratione: totius Italiæ fœdus: & uniuerſi fidelis populi tranquil
litatem: & gloriam non ſeruari ſolum: ſed etiam plurimum augeri. Deum comprecamur: ut eam
Chriſtianorum principum unanimitatem conſtituat: per quam tua Sanctitas optata perficiat: &
Chriſti nomen glorioſiſſime tueatur. Gratulamur tuæ ſanctitati-ac Maieſtati Regiæ tanti boni au-
ctoribus: & ingentes inſuper habemus gratias: quod ad tanti tanque præcipui boni miniſterium ad
hibere dignata eſt tua ſanctitas: uirum ſummæ integritatis-ac uirtutis Caſtellanum Epiſcopum ci-
uem noſtrum: quem charum efficit patria: ſed multo chariorem explorata moderatio: recta uiuendi
diſciplina & morum probitas: cuius comperta uirtus: & ad Apoſtolicæ ſedis utilitatem ſemper exer
citata bonitas: merito nos iure compellunt: ut eum tuæ Sanctitati deuotiſſimis precibus commenda
re debeamus. Quæ cum omnes-& probos & iuſtos uiros Singulari proſequatur amore: eos tamen
ardentiori charitate cõplecti ẽ: q̃ ſanctis delectati opibus: ad catholicę fidei: & eccleſię Sacrę decus ſta
te oem atq; opam cõtulerũt. Erit nobis ſũmę iucũditati & gaudio: ſi eũ ipſuſ ciuẽ noſtrũ tanto tract

tare benignius tua ſanctitas inſtituerit: quãto ex optimo cordis affectu diligentius noſtris litteris commendamus: quippe q̃ ea apud nos & cõciues omnes ualet gratia: atq; eiuſmodi habetur in precio: ut quicquid illi honoris atque benignitatis tua contulerit Sanctitas nobis: & uniuerſo huic populo ita gratum futurum ſit: ut omnium corda deuinciat: augeatq; plurimum beneficiorum cumulum. Quare cum illum tum noſtram inſuper ciuitatem tuæ beatitudini ſuppliciter commendamus. Aucto pater ſancte.

SEnenſes Pontifici Maximo. S.P.D. Quod de imortali & cœleſti munere: quod de piiſſimo opere tuæ Sanctitatis optantibus nobis: primum per litteras: mox per noſtrorum Oratorum relationem nuper innotuit: id tanto hanc ciuitatem uniuerſam: & hunc omnem deuotiſſimum populum affecit gaudio: ut lingua mortali explicari non poſſit. Sanctiſſimam uirginem & inclytam huius urbis alumnam Catherinam cœlitus & Sanctorum cœlitum numero & catalogo conſtitutã diuinæ prouidentiæ largitate & piiſſimi Pontificis miniſterio putamus proculdubio maximam: & nunc eſſe & poſthac fore huius patriæ fœlicitatem & gloriam: & inſuper ſtatus noſtri & huiuſce libertatis perpetuam firmitatem ac robur. Quando plane conſtat mundum meritis conſtare Sanctorum: & illorum aſſiduis precibus apud æterni Principis Maieſtatem ciuitatum ac populorum tutelam contineri. Illuſtrata in eccleſia ſancta Dei glorioſæ uirginis Catherinæ ſanctimonia: admirabilis uirtus: doctrinæ fulgor: miraculorum coruſcatio. Illuſtrat huius urbis dignitatem: & amplificat decus: ut nihil ad cumulum gloriæ poſſit accedere. Nunc ſperamus firmius ſtabilem huius Reipublicæ futuram conſeruationem: multiplicatis in cœlo interceſſoribus: qui uiuentes nos erudierunt in terris: & pro nobis tranſlati in Sanctorum cœtum aſſidue comprecantur in cœlis. Grates perſoluimus: quas poteſt noſtra fragilitas omnipotenti Deo & tuam beatitudinem innumeris efferimus laudibus: & quas referre non poſſumus: habemus immortales gratias: quæ quotidie ampliſſimis muneribus hanc patriam exornat. Nos tanti uoti compotes facit. Auget indies benefactorum magnitudinem: uetera recentibus cumulat: aperit tam benigne huic dulciſſimæ patriæ cœli theſauros: fluenta gratiarum effundit. Largiri bonorum pene omnium ubertatem nunquam deſinit. Id gratiſſimum eſt omnibus: id iucundiſſimum nobis: id huic populo miram lætitiam affert: & ueluti iubilum quendam inenarrabilis gaudii exultantibus animis præbet. Nihil eſt quod pro tam magnis tamq; multis collatis beneficiis repeodi poſſit. Quod in nobis eſt: id cumulatiſſimum pollicemur: ac reddimus fidem deuotionem & promptiſſimos omnibus in rebus ad obſequendum animos atq; alacrem uoluntatem dies ac noctes Deũ comprecantes: ut cum ſumma tuæ Sanctitatis proſperitate & dierum lõgitudine eam tribuere dignetur copiam: ut grata nobis eſſe tuæ Sanctitatis munera reipſa præſtare poſſimus: quando fidelium populis datus eſt paſtor: qui glorioſiſſimis monumentis & ineffabilibus donis perpetuis ornamentis Senenſem decorat ciuitatẽ: & æternis ornat inſignibus. Sed animorum noſtrorum affectum facilius tuæ Sanctitatis nouerit ſapientia: q̃ ut nos per literas explicare ualeamus. Gaudemus acceptis: & accepturos nos cumulatiora confidimus. Et tuæ beatitudini humili ſupplicatione hanc Rempublicam & ſtatum eius: ac libertatem deuotiſſimis precibus cõmendamus. Vale.

SEnenſes ſacroſancto cœtui Cardinalium. S.P.D. Triſtem ac funeſtum caſum Summi Pontificis Nicolai Quinti interitum acerbe tulimus: dolentes Apoſtolicaſ Sedẽ eiuſmodi paſtore orbatam: cuius conſilio prouidentia uirtute ita mater Eccleſia & Chriſtiana concio regebatur: ut omnis Chriſtiani nominis multitudo & qui Chriſtum crucifixum adorant: ac uenerantur populi: ſpem ſummam haberent perpetuæ firmitatis ac pacis. In exiguo corpore magna uirtus incredibilis ſapientia: ingens pietatis ſtudium: ſumma animi magnitudo uigebat. Nouis mœnibus præclaris moribus urbem Romam ac ſanctam roborauit Eccleſiam. Qui ab humili loco per uirtutis gradus ad ſummi Apoſtolatus dignitatem euectus uere paſtor bonus uigilanti ſtudio ac labore utiliter ſuis ouibus præfuit q̃diu Apoſtolicæ Sedis curam geſſit. Sed quid eſt quod pluribus tanti Pontificis obitum deploremus? Mortem euitare nemo poteſt: Nemo non illi obnoxius. Via communis eſt cunctis hominibus: quæ neque parcit cuiquam: & omnibus ſeſe æqualem præſtat. Ille qui totius eſt mundi arbiter ac iuſtus Iudex reddens cuique quod ſuum cuiuſque eſt: quem corporis duris compedibus liberauit: ampliſſimis cœlorum premiis & immortalitatis gloria muneretur. Veſtræ autem amplitudini eiuſmodi tribuat facultatem: ut Spiritus ſancti operante bonitate illũ ad paſtoralis curę regimẽ & ad tãti culminis dignitatẽ pueharis: q nauiculã Petri i hoc ſalo labantẽ pcelloſi ac fluctuantis pelagi ita moderetur: & regat: ut cũ pplorũ ſalute xpiani cœtus cõſeruatione catholicæ fidei incremẽto totius matris Eccleſię firmitate tutiſſimũ portũ attingat. Atq; ipſe idẽ bonus paſtor paratus ſit eiusq; eſt Sacerdos in æternũ Xpi imitare ueſtigia: & aĩam ſuã dare pro ouibus ſuis: qui ſupra firmã petrã cõſtitutus ſũmi pontificii exerceat poteſtatẽ.

Nos autem: quorum magna ſemper in Eccleſiam Dei charitas, par fides extitit, ac ſumma deuotio ad eius ſalutem, dignitatemq; tuendam omnem induſtriam, diligentiam, operam, atq; omnes huius Reipublicę facultates deferimus: parati pro illius ſtatu, atq; incolumitate, adhibito magno ſtudio atq; obſeruantia: qua ueſtras pſequimur ampliſſimas dignitates, grauiſſima quæq; ſubire: ac prætermittere nihil: quod ad eccleſiæ utilitatem, ac laudem pertinere uideatur. Ea tanq; mens noſtra eſt: ea demum firma uoluntas. Sed plura his de rebus Alexius Cluſinus Epiſcopus, & Georgius conſultus Iuris, ciues noſtri legati Romam fuſius colloquentur. Hos quęſumus loquentes auditote: non ſecus q̃ ſi ipſi coram ſermones habeamus. Auete magni Domini: & noſtram: quo ſemper conſueuiſtis: amore complectimini hanc Rempublicam. Valete.

SEnenſes Sacroſancto coetui Cardinalium. S.P.D. Senenſis ciuitatis cum ſancta Romana eccleſia: quarum utraq; finibus & ſummi amoris nexu diuina prouidentia & natura coniunxit: una mens eſſe debet: ſors eadem & rerum omnium ſumma conſenſio. Proinde iiſdem rebus lætamur ſecundis: iiſdem quoq; aduerſis angimur. Cum igitur accepimus Pium migraſſe Pontificem Maximum: non potuimus non grauiter cõmoueri: nõ ob id ſolum: quod tam fulgidum lumen noſtra mundo ciuitas protulit: ſed quod eiuſmodi ſe Chriſti Vicarium præberet: & Catholicæ Paſtorem Eccleſiæ: quem Chriſtiani populi omnes non ſolum qui urbi finitimi ſunt: & proxima accolunt loca: ſed exteri quoq; & qui remotiſſimas, atq; ultimas tenent orbis regiones, una omnium uoce, ſummo ſacerdotio, & ſacro apoſtolatu digniſſimum comprobarent. Nec iniuria: extant enim ſancta illius & præclara opera: quæ diuini conſilii & ampliſſimæ uirtutis perhibeant teſtimonium. Quando non in Apoſtolica tantũ dignitate conſtitutus: ſed in omni uita: atq; inde uſq; a primis ætatis temporibus ad ſubſtinendam Chriſtianæ religionis & eccleſiæ firmitatem uigiliis, laboribus, pectore (ut aiunt) toto: atq; acri ſemper incubuit ſtudio. Sed quod auctor uitæ & mortis operatur Deus: id in partem optimam accipiamus neceſſe eſt. Atque eo dubio procul debemus eſſe contenti. Siquidem in eius inſcrutabili iudicio, atq; admirabili prouidentia totius mundi: atq; omnium humanarum rerum ſumma uerſatur. Cuius refragari uoluntati, ut ſummę impietatis putandũ eſt: ita quoq; extremæ dementiæ. Dolorem noſtrum: quem certe ob Pii deſideriũ magnũ ſuſcepimus, una certe una maxime ſpes ſolatur: quę in diuini numinis largitate, & in ueſtræ amplitudinis ſacro miniſterio ſita eſt. Nam ſucceſſorem, ac rectorem tanti operis ex ſacro collegio optandum confidimus: qui cum ſanctæ eccleſiæ incolumitate, Apoſtolicæ ſedi præſit: & noſtram ciuitatem: quam iuſtis de cauſis eccleſiæ ſeptum uocant: præcipuo quodam complectatur amore. Quæcunq; ex ſacro ueſtro collegio diuina ſors dederit: talem haud obſcure futurum ſperamus. Nos autem eandem perpetuo fidem atque obſeruantiam exhibebimus: & lætos ad obſequendum animos. Neque uſpiam a congruæ deuotionis diſcedemus officio. Commendare noſtram ciuitatem minime neceſſarium arbitramur. Poſtremo iſ in cuius prudentia, ac diſpoſitione cuncta ſunt poſita: dirigat mentes & corda noſtra, ad eum optandum, ſuperueniente Spiritus ſancti gratia: cuius tum conſilio, tum uirtute & opera & in pace regatur: & ſeruetur in gloria eccleſia ſancta Dei. Valete.

SEnenſes ſacro Cardinalium Collegio. S.P.D. Omnium rerum quæ in hominum uita conſuetudineq; uerſantur: nihil maius: nihil præſtabilius pietate & religione dicimus. Nihil quod uel pluris fecerit: uel in maiori pretio ſemper habuerit noſtra Reſpublica: ac proinde ſacroſanctam Romanam Eccleſiam: & ſummi Apoſtolatus ſedem, tanquam uerum Catholicæ atque orthodoxę fidei caput, pręcipue ante alios colimus: ac plurimum ueneramur. Gaudemus nobis: & in mirum modum exultantibus animis collætamur: cum paſtoralis curæ regimen, ac diuini operis moderatio in eum rectorem cadit Spiritus ſancti gratia diſpenſante: qui religionis ſtudio, diuinæ legis amore, moderatione, ſapientia, iuſtitia, æquitate, uelut firmiſſimis armis ſeptus, tueri eccleſiam: Chriſtianos populos, ac Principes dirigere: in pace, atq; unitate facillime ſeruare poſſit. Qui Saluatorem Chriſtum imitatus, nouerit reſiſtere potentibus: ac debellare ſuperbos: eos præſertim: qui nomen & Crucem Chriſti & odio habent: & hoſtiliter inſectantur. Paſtorẽ eiuſmodi Pium fuiſſe Secundũ præclara eius opera multa teſtantur. Talem quoq; futurũ intelligimus: quem poſt illius obitum, cum tanto ueſtrarum dominationum, tum conſenſu, tum etiam miniſterio in auguſto Apoſtolicę ſedis Throno conſpicimus. Quem optimus, maximus, atque humani generis piiſſimus miſerator Deus: qui mortalium quoque rerum maximam curam gerit: eccleſiæ principem eſſe uoluit: claues tenere regni coelorum: ligandi atque ſoluendi tradita poteſtate: dilecto ouium ſuarum gregi pręeſſe paſtorem. Diuinam igitur pietatem laudamus: & glorificamus imprimiſq;: quæ tantum bonum largita fidelibus eſt. Gratulamur eccleſiæ: quæ tanto Pontifice decoratur: ueſtris quoq; dominationibus gratulamur: quorum corda afflata Sancto Spiritu unanimiter diuinæ uoluntati paruerunt. Gratulamur Chriſtianis nationibus: quibus in diebus Pauli ſecundi, ueſtra fauente ope: uigebit ſemper (uti ſperamus) iuſtitia, atq; abundantia pacis. In toto uero urbe ter-

rarum Chriſtiani nominis ſplendeſcet gloria. Nobis gaudemus imprimis: qui omni iam dubitatione ſublata/nos certo confidimus tuta habere omnia: ita ut Romano fauente Pontifice/ac ueſtro inſuper adiecto patrocinio/ſummo ocio noſtra ciuitas/& quiete fruatur. Nos uero: qui Sanctæ Romanæ eccleſiæ natura & finibus iuncti ſumus: ſed amore/cultu/& ardentis charitatis uinculo longe coniunctiores: ſicuti ueſtra per ſuas litteras admonuit dignatio: iugiter ac ſtudioſe orabimus eum: qui uult omnes homines ſaluos fieri: ut cum longitudine dierum dirigat greſſus diſpenſatoris ſui: ac miniſterii ueſtri ad regendũ populum eius/in uiam ſalutis & pacis. Ad amplificandam Apoſtolicæ ſedis gloriam: ad reportandam optatam ex hoſte uictoriam: atq; ex immani Turchorum tyranno Maumetho glorioſum triumphũ: ad eum deniq; cohercendũ: qui tam crudeliter/tamq; nefarie in dominici gregis graſſatur ouili. Quod uel maximum iampridem eſt: atq; ardentiſſimum deſiderium. Gratias agimus de his: quæ iucundiſſima nunciata ſunt nobis. Eſtote fœlices uenerandi patres: ac ſciunto ueſtræ Dominationes/alacres nos fore ſemper ad ea ſtudioſe agenda: quæ ad eccleſiæ Romanæ ſpectent uel utilitatem/uel decus. Quibus noſtram rempublicam diligentiſſime cõmendamus. Valete.

SEnenſes .P. Cardinali. S.P.D. Quam antea lætitiam cœpimus ob glorioſam Sanctiſſimi Pontificis aſſumptionem ad ſacri Apoſtolatus faſtigium: cumulauit nuper tuæ Dominationis ad ſacrum ſanctorum patrum collegium cooptatio: quæ nobis & uniuerſo huic populo ſummam attulit uoluptatem: præſertim tam benigne per ſuas nobis litteras indicata. Agimus æterno principi grates: qui conſulens ſalubriter fidelibus populis & Catholicæ fidei proſpiciens firmitati: eos ad ſubſtinendam Romanam eccleſiam euehere ac præficere dignatur: qui una cum ſummi Paſtoris prouidentia: eiuſmodi ad cuſtodias dominici Gregis uigilias/curas/labores adhibeant: quo & inuadentium/atq; graſſantium hoſtiũ coherceatur inſania: & Chriſti nomen magis/ac magis augeſcat indies. Itaq; gratulamur eccleſiæ: quæ huiuſmodi præterea nacta præſidium ẽ. Gratulamur tuæ dominationi: cuius merita illuſtrantur: ac debitis afficiuntur honoribus. Gratulamur huic cõmuni patriæ: quæ tantũ ciuem habere meruerit: cuius gloria ſaluti/adiumento/firmiori tranquillitati nobis futura eſt. Agimus de ſignificatione benigna ingentes gratias: & ut hoc præclarum bonum diuturnum ſit/uehementer optamus: oramuſq; eum ſuppliciter: qui ſolus bona cuncta largitur mortalibus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali ſenenſi. S.P.D. Non magno ſine dolore: nõ abſq; grauiſſimo luctu & lachrymis innotuit nobis mors piiſſimi Pontificis/& Romani paſtoris/matura quidem ſanctis/glorioſis/& præclaris eius editis operibus: ſed immatura nimium uotis noſtris/& huic reipublicæ: cuius ſalus: cuius tranquillitas & glorioſus nomen/plurimum ab illius tuta/atq; optima diſpenſatione pendebat. Lux magna orta erat mundo: & huic præſertim ciuitati: quæ illius clara luce fulgebat. Petri nauicula: quæ in hoc fluctuante ſalo: in hoc mari magno/& uaſto pelago natabat: optimi gubernatoris prouidentia regebatur. Vniuerſa dominici gregis concio: ſub uigilantiſſimi paſtoris cuſtodia tuta & ſecura perſtabat. Vigebat Chriſtianæ religionis cultus: fides catholica plurimum feruere cernebatur: quando Romani pontificis cura & cogitatio omnis ad comprimendos Barbaros hoſtes/& ad crudeliſſimum tyrãnum expugnandum/debellandumq; uerſa erat. Fęlix ſors ſperabatur Chriſtiani nominis/ſub tanti tamq; magnanimi gubernaculo ducis. En repente ab oculis mortalium mors ſæua ſubſtulit tantæ claritatis fulgorem: quem amiſſum dolent fideles populi (ut arbitramur) in mirum modum: ſed ſupra q̃ dici poteſt: deplorat noſtra ciuitas: quæ in tanti patris & optimi cuſtodis protectione ſpem firmiſſimam collocarat. Quæ Pio uiuente Pontifice/ſecuritate/pace/ocio/atque omni bonorum cumulo fruebatur. Nunc dolet: premitur: cruciatur tam præcipui boni poſſeſſione orbata: & occidiſſe Solem quendam fulgentiſſimum arbitratur Pii/Papæ .n. obitu: cuius admirabilis uirtus/diuina eloquentia/paſtoralis curæ ſolertiſſima cura/inculpatum regimen toto orbe clarebat. Sed nec cuiuſquam litteræ: nec uel maximi oratoris uox: ſummã animorum noſtrorum moleſtiam ualeat explicare. Sed quid fruſtra doleamus! Impium eſt diuinæ uoluntati non eſſe concordes: cuius prouidentia/cuncta ſemper recto fine diſponit: quem uero in hoc mortalis æui curſu laborare uoluit/in rerum humanarum cura: nunc in beatorum concilio locare (ut opinamur) dignata eſt: & alium prouidebit: tanti operis auctorem: qui & ipſe Spiritus ſancti gratia illuſtratus/in pace gubernet populum ſanctum Dei. Sed utinam annuat uotis/ac precibus noſtris. Nos pro noſtro ſtudio/& filiorũ deuotiſſimorũ affectu: primũ ex optimis animis pollicemur: atq; deferimus: ſiquid eſt: quod ad tuæ dominationis decus/aut uoluntatem efficere poſſit noſtra Reſpublica. Nam id omne: quodcunq; intellexerimus cordi eſſe: læti preſtabimus. Deinde & ſi minime neceſſarium ſit: noſtræ ciuitatis & dulcis patriæ ſalutem & libertatem/tuæ dominationi ſuppliciter commendamus: ut eas in poſterũ: ſicuti antea quoque factũ eſt: tueatur: foueat: iuuet: amplificet: quali aĩo uiuens ſemp fęlicis Pius memoriæ/facere conſueuit. Deniq; quæ optimi parentis officium exhibet tua dominatio: habebit & nos perpetuo obſequentiſſimos filios: ac ſi quid propter Pontificis migrationem oriatur noui: ſi quis huic ciuitati quouis pacto inſultare præſumpſerit: tua Dominatio/ut de opportunis præſtandis auxiliis/etiam cum eccleſiaſticis copiis

operam adhibeat: ſicut & certo ſperamus: & ad illuſtrem fratrem tuum ſcripſimus: quanquam id ſua ſponte effecturam confidimus.

SEnenſes Archiepiſcopis Electoribus ſacri Romani Imperii. S.P.D. Vna ueterũ ſapientum uoce perhibetur: tales plerunq; eſſe terrarum populos: quales extiterint: qui illis pręſunt: atq; imperant. Nec tanta legis cuiuſquã uis eſt ad bene recteq; uiuendũ: quã non facile ſuperet optimi Principis ſapientia & uirtus. Quamobrem optandũ uidet̃ imprimis: ut qui ad maximarum rerum gubernationẽ regimenq; acceſſuntur: cęteros: quos parere neceſſe eſt: ꝓbitate moderatione conſtantia fide: quæ totius ẽ iuſtitiæ fundamentũ: longiſſime antecellant: Itaq; Lycurgus Lacedęmonius Principes ad Iuſtitiam Imperiorum: populos ad obſequia principum: ſapienter inſtituiſſe fert̃. Sed quidnã de eo Principe ſentire debeamus: quẽ cunctis terrarum populis moderari conueniat: cui totius pene orbis ſit tradenda poteſtas: in cuius adminiſtratione omniũ ferme rerum ſumma uerſetur? Vos igitur ꝓ ſingulari noſtra in ſacrũ Romanum Imperium fide atq; in Imperatoriam Maieſtatem obſeruantia: ea fiducia: quæ uere fideles decet: hortamur: atq; obſecramus: ut eum rebus humanis gerendis præficere uelitis: q pietate & iuſtitia merito iure tãto ſit dignus Imperio. Qui Princeps pacis Barbarorum imanitatem facillime ſuperet: & accinctus gladio potentiſſime ſęuos hoſtes coherceat: Vexillum Crucis glorioſi certaminis triumpho quouis gentium uenerandum ingerat. Illum quęſumus pręficere inſtituaris: cuius ſit admirabilis comperta uirtus: quem inter ſplendidos Heroas: quos tradit antiquitas: nõ iniuria annumerari conueniat: qui uere didicerit ſectatus Saluatoris ueſtigia: ſuperbis reſiſtere: dare ſupplicibus gratiam: parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos. Nam cũ duplicem in militante eccleſia conſtet eſſe præcipuam poteſtatẽ: & duo ueluti terreſtria luminaria ad illuſtrandã catholicæ religionis claritatem: Pontificẽ Maximũ: qui ſummus Sacerdos ẽ: & Romanũ Regem atq; Auguſtũ Imperatorem: quod eſt Propugnatorẽ fidei: utrinq; ſane eiuſmodi eſſe oportet: ut quantum fas eſt: cœlitum uitam imitet̃ in terris: & contemptis ac pro nihilo habitis humanis rebus ad præclara & imortalia edenda opera totũ ſeſe penitusq; cõuertat. Oramus igitur Deũ: ut labanti ſęculo ſuccurrat: moderatorem tantarum rerum ex ſententia dare dignet̃: uotis noſtris annuat: corda ueſtra ad deligendũ quendã ueluti uniuerſorum dominum clementer inſpiret. Nos ueſtris ſemper ſtudiis lętis animis obſequemur: ſperantes apud ueſtras amplitudines hãc Rempublicam ſacri Romani imperii ac ueſtrum quoq; obſeruantiſſimam ualituram gratia. Valete.

SEnenſes Baptiſtę Vrſino Præfecto hoſpitæ ac ſacrę domui diuo Ioanni Hieroſolimitano dicatæ. S.P.D. Rhodus nobilis ac celebris Inſula una Magne pater & domine præcipue arx tutiſſima & firmiſſimum catholicæ fidei propugnaculum habenda eſt. Vna Barbarorum tranſitum ſuo munimento ſemper occluſit: & ſęuam illorum imanitatem repulit. Eo fideles ſepti pręſidio ocio maiore ac ſecuriore tranquillitate fruunt̃. Quod nos certo perſuadentes nobis magno ſemp deſiderio optauimus: ut Is tuæ Sanctiſſimę religioni præficiatur: qui ſanctiſſime pietatem amplexans: zelo fidei feruens Chriſtiani cultus amore flagrans: & ipſe magno & excelſo animo oppugnatores Crucis frenare: ac propugnare paratus ſit: & qui Chriſto militant: fortiſſimos athletas ad uiriliter decertandũ exẽplo potius q̃ uoce atq; exhortatione compellere. Peropportune cecidit: ex ſententia contigit proſpere deſuper datum eſt: ut tua dominatio tantu miniſterii locũ ſortiretur: in quo ea cõcurrant omnia: quæ in optimo Imperatore & acerrimo propugnatore fidei eſſe debent. Scientia rei militaris ac bellicæ laudis exercitatio: ſumma uirtus ac fidei plenitudo: ſecũda fortuna: quod ẽ ſuperni numinis aſpiratio magna ac præcipua auctoritas. In quo ea ineſſe cernantur omnia: quę tenere conueniat: q maximis gerendis rebus ſit præfuturus. Bene igitur & fęliciter cum Chriſtiano populo actum eſſe arbitramur: in hac tui ſacri muneris deſignatione. Gratulamur populis fidelibus: noſtræ piiſſimæ ciuitati gaudemus. Tuæ autem congratulamur dignitati: auguramurq;: ac præſagimus optatam diu ex ſæuo atq; nefario hoſte uictoriam & glorioſum triumphum: ne tandem diutius Italiæ faucibus immineat Barbarorum gentium impietas: & earum eliſa ſuperbia: in omnem terram euadat catholicæ fidei ſonus: & in fines orbis terræ: diffundat radios Euangelicæ claritatis fulgor. Nos noſtram ciuitatem ac uires eius tuæ amplitudini deferimus: ciues noſtros præſertim: qui tuæ religioni mancipati ſunt: confratres Hieroſolimitanos ac Rhodios milites cohortantes: ut tuis pareant iuſſibus: & a præclara tui imitatione nõ diſcedãt: ſacras uero: quibus præfecti ſunt: ędes: eo q cum illis tuæ dominationi plurimum cõmendamus. Vale.

SEnenſes Generali ordinis prædicatorum. S.P.D. Semper noſtra Reſpublica & Senenſis ciuitas ſtudia omnia & omne doctrinæ genus in magno honore habuit: & acciuit libenter doctos in omni diſciplinarum genere atq; eruditos & claros uiros: per quos ſtudia maxima florere conſueuerunt. Qua nos mente ducti conduximus ad publice legendum doctiſſimum: tum naturalis tum ſacræ ac diuinæ Philoſophiæ ſectatorem inſignẽ uirum Ioannem Viterbienſem: q acceptam proſequitur lectionẽ: & fidẽ dedit: ad fides uſq; complere. At nuper accepimus inſtitutum eſſe: ut in Minerua Romanæ urbis celebri loco publicæ lectioni incũbere debeat. Quod certe fieri nõ poſſit ſine ſtudiorũ noſtrorũ detrimẽto: ſimul atq; auditorum

iniuria. Proinde tuam oramus paternitatem: noſtræ amiciſſimam Reipublicæ: ut facile aſſentiatur poſtulatis noſtris: nec repẽte deſerat Ioannes iniunctum hoc & neceſſarium legendi munus: Hoc pręſertim anno: pro cuius curriculo: laus ſuperq; noſtræ urbis Gymnaſiis conſultum eſſe uidebat. Et ſi nos fallat: doctoꝝ fides merito iure queri: atq; expoſtulare poſſimus. Quod ſi uel hoſti fides ſeruãda eſt: cui ſeruari conueniat: una noſtra Reſpub. præcipue digna eſſe putãda ẽ: quæ nemini unq̃ fecit iniuriam: integritate: fide: conſtantia præſtat: & prædicatorum ordinis religionẽ coluit ſemp ĩprimis: atq; uehemẽter auxit. Quod ſane in promptu eſt: nec põt cuiquã obſcurũ eſſe: q noſtræ ciuitatis iura leges: inſtituta: & optimam recte uiuẽdi diſciplinã perſpexerit. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Carmelitaꝝ. S.P.D. Per tuas litteras cõmẽdatur nobis Carmelitaꝝ Cęnobium noſtrę urbis. Noſtra ea mens ẽ: ut cũ pie & ſancte agãt: q eo I loco diuino ſunt cultui mãcipati: nullũ deſit noſtræ Reipub. iuſtũ præſidium: idq; ſtudioſe ipſi curabimus: tuꝫ ob intemeratæ ac glorioſiſſimæ Virginis diuę Marię uenerationẽ: quã unã hæc ciuitas: quæ cognomento ſui nominis maxime gloriat: inter penates noſtros: cultu & ſumma pietate atq; ampliſſimis quibuſq; mactat honoribus: qbus certe iiſdem glorioſis titulis ueſtra quoq; lætat ſacra religio: tum ob noſtrę urbis ornamentũ: ac decus. Quæ fana: tẽpla & ſacra delubra nõ modo nunq̃ neglexit: ſed ad eoꝝ etiã conſeruationẽ: atq; amplificationẽ: ſummã induſtriam: atq; operam contulit. Sed nec tua fuerit inanis cõmenda.io: quinimo plurimũ apud nos habitura momẽn eſt: idq; eſſe tibi debet firmiter perſuaſum. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Heremitaꝝ. S.P.D. Noſti q̃ fuerimus ſtudioſi: & fouere ſemper: & omni auxilio iuuare tuos cœnobitas. Teſtant: quæ magnificentiora extant Heremitarũ ordini: ac tuæ religioni dicata ædificia: & ſplendidiora nũc tandẽ poſita templa. Teſtantur & noſtroꝝ ſtudioꝝ Gymnaſia: ad quæ celebranda tuos: qui doctrina & diuinarum ſcripturaꝝ præſtant ſcientia: libenter acceſſimus. Nec recenſere opus eſt: quotus quiſq; ex eadẽ religione ad annunciandũ uerbũ Dei: accitus ſit: q̃d & fecimus ſępe libẽter: & poſthac facturi ſumus. Sed unũ ſupereſt: ut huic ſacro cœnobio: quempiã præficere uelis: in quo patriæ charitas: integritas uitę: diuinoꝝ cognitio: gubernandi peritia ineſſe cernat: & quę uirtutes condit alias: concurrat diligentia: quę ut in uno reperiant oĩa: optabile eſt. At illud ĩprimis conſiderandũ uidet: ut Senenſis Senenſem locũ regat. Ita.n. optime eius utilitati proſpectũ iri arbitrabamur: ac te: ut efficere inſtituas: uehementer hortamur: ſuademusq;. Vale.

SEnenſes Generali Miniſtro ordinis minoꝝ. S.P.D. Sacram Minoꝝ religionẽ: q quæ una omniũ prima in tota fidelium concione: & ſancta floreſcit eccleſia: noſtra ſemp coluit ciuitas: & in ſumma ueneratione habuit. Quippe quæ lattiſſima numero propagat: doctrina refulget: maxima deuotione feruet: & ad tuendũ orthodoxæ fidei ſanctũ & catholicum dogma plurimũ adiumenti præſtat. Et quamuis uniuerſus ordo ipſe ſanctiſſimus uigeat: tamẽ eiuſdem gregis profeſſores: q de obſeruantia cognominantur: quãta polleant ubiq; gratia: & quãto habeant i precio: tua nouit præ cæteris amplitudo: cuius gubernaculo & auctoritate muniti: eam retinuerũt: atq; auxerunt uiuendi rationẽ: quã diuus Bernardinus: optimus pater patriæ: & huius ciuitatis alũnus: uerbo ſimul & exemplo reduxerat. Meruerunt pro ingenti fide: & deuotionis atq; charitatis ſtudio ab iis: q Apoſtolicæ ſedi præfuerũt: quaſi uberrimis quibuſdam gratiaꝝ fluentis: priuilegia compluria: & multiplicium donoꝝ largitates: quod ſcripta multa: ac monumẽta declarant. Videbitur fortaſſe uel ſuperuacuum: uel abſurdũ: & certe nõ neceſſarium: eos tuę dignitati cõmendare: q ipſi p ſe cõmendatiſſimi ſunt: quos tuuit: fouit: aluit: amplificauit tua benignitas: cuiusq; humanitate & opa plurimũ claruerunt: nos tamẽ abundantia amoris: & pro noſtræ officio reip. quę tuam religionẽ obſeruat: & ob celebre Bernardini nomẽ: quos paulo ante memorauimus: Chriſti ſeruos beniuolẽtia & honore proſequit: ſumma tuã amplitudinẽ diligẽtia obſecramus: ut quẽadmodũ antea cõſueuit: ita nũc uel maxie eoſdẽ cõmẽdatos ſuſcipiat: eoꝝq; iura oĩa: atq; iſtituta tueant: quęq; a Sũmis Põtificibus illi adepti ſunt: tuo freti pſidio tãto ſeruẽt facilius: q̃to maiorẽ in tua ope fiduciã & ſpem firmiorem collocauerũt. Quæ res nobis una cum cæteris fidelibus populis: mirum in modũ cordi erit: pręſertim ſi accepta: atq; indulta ab Apoſtolica ſede inuiolata poſſideant. Quod ſi ſancti cęnobii ę fuerit affectui: & nobis apponemus gratię: & aſcribemus ſũmę charitatis argumẽto. Vale.

SEnenſes. N.S.P.D. Non credimus te ignorare Illuſtris Princeps: iamdiu nos cũ præclariſſimo Venetorũ Dominio de ſocietate ineunda tractauiſſe: & de Imperatore exercitui præficiendo: qui hoſtium ſit agrum inuaſurus. Deum teſtamur: hæc nos nec petere nec optare: niſi pro libertate & pace tuẽda: quæ duo ĩter cũctas res humanas: præcipua bona putanda ſunt: atq; ob id etiam magnopere expetenda. Quæ igitur iuſte honeſteq; hactenus pquiſiuimus: auctore: & tanquam auſpice Deo: pro uoto confecimus: & tum ſtabilem concordiam: tum optimam ſocietatem & confederationem contraximus: ac firmauimus pridie kalẽdas Ianuarias. Mox curabimus quæ reliqua ſunt: & quæ tranquillitatem & ocium uel parere: uel tueri poſſint: quæ noluimus te nõ latere. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S.P.D. Magni ac præclariſſimi Oratoris ſententia ẽ: ut eos uiros obſeruare/ tum etiam efferre debeamus: quorũ explorata ſit uirtus: perſpicua doctrina: perſpecta ſapientia: & comperta omnibus integritas: ac uitæ merita. Nam ita res humanæ recte laudabiliterq; geruntur: ſi præſint q cũ ſumma rerũ ſcientia & cognitione probitatem quoq;/ & uitæ ſanctimoniam coniunxerũt. Quod & ſi cæteris ĩ rebus tum eandẽ habere conſtat: in ſpirituali tamẽ adminiſtratione certũ/ atq; indubitatũ eſt. Cũ igit̃ ob defuncti Antiſtitis interitũ uacet in pręſentiarũ Tolletanus Epiſcopatus: ſcimus ab Apoſtolica ſede de nouo creando Præſule conſiliũ capiendũ. Credimus competitores multos ad eum Epiſcopatũ impetrandũ diligentem operam daturos: ut plerũq; in eiuſmodi euentu fieri ſolet. At nos multis habitis rationibus/ iuſtum atq; æquum putamus eſſe: ut ꝓ illuſtri. N. interceſſionẽ atq; efficacẽ operam cõferre debeas: primũ ob eius uiri ſummã uirturẽ/ eruditionẽ/ ac ſapientiam: deinde ob Gallicæ nationis gloriã: de qua ille originẽ trahit claro: & nobiliſſimo genere ortus: tum ob Tolletani populi deſideriũ: q hunc maxime diligũt: ac magna deuotione ꝓſecunt̃: tum ob ipſius Epiſcopatus amplificationẽ: quã operante eius uiri induſtria maximam fore confidimus. Poſtremo: ut nobis poſtulantibus mos geratur: qui illum ex intimo animo charum habemus: & propter eius ampliſſimas laudes tantopere commendamus. Si igitur eam dignitatem tua interceſſione conſequetur: nobis ipſis beneficium collatum iudicabimus. Vale.

SEnenſes Pio Pontifici Maximo. S.P.D. Cum tuam beatitudinem diuinitus datam Chriſtiano generi cenſeamus: & illam ſua ſponte paratam eſſe confidamus ad proſequendum uerũ Ieſu Chriſti Vicarii munus: atq; ꝑ ad exercendã paſtoralẽ curã ſatis inflãmatã eſſe perſpiciamus: tamẽ ipſi quoq; noſtro officio ꝑfungemur: & tuã Sanctitatẽ: ut Chriſtianos Principes decet: ad tuendã ſacroſanctę Romanæ eccleſiæ/ & catholicæ fidei firmitatem cunctis uiribus cohortabimur: atq; ſupplices obſecrabimus. Id nanq; conari/ atq; efficere oportet: q Apoſtolicæ Sedi præeſt: & ſucceſſorẽ Petri Apoſtoli gerit: ut ꝓuidẽti uirtute & omni ſtudio/ atq; conſilio Chriſtianos populos/ ac fideliũ coetus pacatos reddat: ut cõuenientes/ & obſecuti paſtoris uocibus ad unitatẽ fidei roborandã alacres: atq; inſtructi ſint: & ita ſe comparẽt: ut ꝓ fide & orthodoxa religione tuenda/ nullũ neq; recuſent diſcrimen: nec etiam mortis periculũ reformident. Ac demum tranquillitatis fidelibus optimũ fuerit/ ac ſalutare conſiliũ/ bellũ aduerſum imanem Turchorũ/ & ſęuũ tyrannũ ſuſcipere: & animoſe gerere. Qum igitur de Italiæ pace conſtiterit: nobis ꝓ augẽdo Romanę eccleſiæ ſtatu: & tuæ beatitudinis gloria illuſtranda/ nec parcemus ullis laboribus/ nec ſumptibus: et pro fide ſeruanda etiã caput & dominii decus profundere parati erimus. Gratum aũt fuerit his omnibus de rebus tuã audire ſententiam. Vale.

SEnenſes Pio Pontifici Maximo. S.P.D. Poſtulauit tua Sanctitas/ ꝙ tum p ſuas literas: tum etiã p Legatos cognouimus: ut ad defenſionẽ Chriſtianæ fidei/ & tutelã ſanctæ matris eccleſiæ auxilium: & opportunos fauores conferre debeamus. Laudamus imprimis præclarũ/ ac ſanctiſſimũ beatitudinis tuę propoſitũ: & ut contra imanẽ Turchorũ tyrannum expeditionẽ/ ac neceſſaria præparet adiumenta: pro uirili noſtra oramus: ac deuotiſſime ſupplicamus. Nos aũt quanquã per Legatos aperuimus noſtrũ conſilium: & ad Chriſtianum nomẽ tuendũ/ promptiſſimũ cordis affectum: rurſum tamẽ deferimus uires noſtras: & nõ modo diuitias omnes: ſed uitã quoq; & ſanguinem ad reprimendã teterrimã Barbarorum inſaniã/ atq; ſęuitiã: & ad protegendã catholicã fideliũ nationem: ut eo officio functi uideamur: quod ſubire/ ac perficere glorioſum eſt: præterire deteſtabile facinus: atq; execrandũ ſcelus. Tu modo incumbe in inceptum opus: & reliquos fideles exhortare Principes: ut unanimiter conuenientes/ alligemus Reges in ſuos in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Nos quod uerbis pollicemur/ re ipſa libentius præſtabimus. Vale.

SEnẽſes Pio Pontifici Maximo. S.P.D. Nihil eſt ex omni rerũ numero: quod maiorẽ uim habeat: nec omnino ſit præſtabilius unanimitate/ atq; concordia: qua una (ut præclare nobilis tradit Hiſtoricus) paruæ res creſcũt: & abſq; dubitatione una hac efficiente uirtute oĩa firmitatẽ: incremẽtũq; ſuſcipiũt. Id imprimis tuæ beatitudini exploratũ eſt: quæ a primæ ætatis temporibus pro catholicæ eccleſiæ gloria & chriſtianę fidei augumento ad cõciliandam inter fideles Principes concordiam/ & pacem potiſſimum laborauit. Itaq; merito poteſtas tantæ uirtutis/ tuæ Sanctitati comperta eſt. Cum igitur ad defendendam orthodoxam religionem/ & ad ſubigendum Barbarorum crudeliſſimum tyrannum ineunda conſilia ſint: & diligẽs adhibenda præparatio: putamus hoc imprimis tum neceſſarium/ tum ſalutare remedium: ut ante omnia fideles omnes nationes & Principes Chriſtiani ad unanimitatem/ atque concordiam redigantur: ut omnes pacate conueniant: & uno eodemq; conſenſu ad præclarum & glorioſum certamen accingantur: ut diſtricto Petri gladio/ & cunctis fidelibus tuam ſanctitatem ducem ſequentibus aduerſum infideles uiriliter inſurgamus: diſrumpentes uincula eorum: et proiicientes ab oppreſſis Chriſticolis teterrimum illorum iugum. Ad id nos nihil omnino prætermittere affecti ſumus. Vale.

Pius Secundus Pontifex Senenſibus Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Non erat antehac dubia nobis ueſtra uolūtas: nec ignorabamus ueſtræ deuotioni certum decretumq;: ut pro noſtra ac Romanæ eccleſiæ firmitate ita affecta eſſet: ut hi ſoliti ſunt: qui in Chriſtianorū & fidelium cœtu collocari nihil cupiunt: nihil affectant magis q̄ catholicam tueri fidē: & Chriſti religionē extollere: & illius amplificare glorioſus nomē: per quem Reges regnāt & Principes ac Reſpublicæ in terris dominantur: ac regūt. Itaq; ueſtram deuotionem nō modo magnis efferimus laudibus: ſed ita pbamus: ut nihil ſit: quod ueſtra animi magnitudine pſtabilius eē arbitremur: præſertim cū ex intimo cordis affectu nec ficta ſed ſincera animi charitate ea uos polliceri ac deferre cognouimus: quę & neceſſario cogit diuini cultus debita reuerētia: inuitant pgenitorū ueſtrorū ueſtigia: & ueſtræ præclaræ uirtutis magnitudo ac præſtantia poſtulat. Per alias litteras omnia diffuſius cognoſcet ueſtra deuotio. Valete.

Senēſes Pio .ii. Pontifici Maximo .S.P.D. Nunquā ſatis dignas poſſimus agere tuæ Sanctitati gratias ob præclarū & ampliſſimū tuæ liberalitatis officium: quod nobis pro ingenti tua pietate nup impartitus es. Id pfecto & ſupra noſtras facultates excellit: & eloquentiſſimi uiri oratione merito exornandū ſit. Statuimus ſatius eſſe: nullū ut faciamus uerbū: quā nō ſatis pro dignitate efferamus. Itaq; & imortales agimus: & habemus ſempiternas tuæ beatitudini gratias: & illum deprecamur: in cuius poteſtate cuncta ſunt poſita: & a quo bona oīa proficiſcunt: ut pro nobis ampliſſima tuæ clementiæ rependat premia. Nobis aūt eam tribuat facultatē: ne in tam magni muneris amplitudine prorſus ingrati uideamur: præſertim uero cū nullū ſit (ut Perſæ arbitrant) ingratitudine ſcelus aut turpius aut omnino execrabilius. Nos certo perpetuo deuinctos habebit tua Sanctitas: quæ ſemp uerus pater patriæ decantabit. Vale.

Senenſes Pio .ii. Pontifici Maximo .S.P.D. Omnes tuæ beatitudinis clementiam cunctorum fideliū cōmune profugium eſſe arbitrantur: atq; ea fuit ſemp Apoſtolicę Sedis conſuetudo: ut ad eam confugientibus benignā opem atq; auxilium præbeat. Idcirco p noſtra ingenti deuotione ac fide ſuppliciter tuam deprecamur Sanctitatem: ut .N. in ſuorū gregē dignetur aſcribere: & benigne ſuſcipere preces noſtras: ut p ipſius meritis & tuæ beatitudinis inaudita benignitate atq; clementia intelligant oēs .N. a nobis nō uulgariter cōmendatum: & ita tractati a tua Sanctitate: ut facile cuncti percipiant ſub umbra alarū tuarū tegi: qui fideliter ac deuotiſſimo cordis affectu tuæ pietati deſeruiunt. Vale.

Senenſes Summo Pontifici .S.P.D. Cum ſumma ueneratione tuæ beatitudinis breue ſuſcepimus p eccleſiaſticis tuæ Sanctitatis copiis: quæ in auxiliū Florētinorū mittuntur ob Volaterranos motus. Liberū tranſitū libēter impēdimus: & quę tuę grata ſunt Sanctitati (ut filios obſequentiſſimos decet) lætis animis ac perlibēter efficimus. Eam uero inter excelſam Florentinam Remp. & Volaterranā cōmunitatem controuerſiam uehementer dolemus. Vale.

Senenſes Sūmo Pontifici .S.P.D. Qua decet obſequētiſſimos filios obſeruātia: tuæ accepimus Sanctitatis litteras ſup .N. negocio: quod illi eſt cū noſtra Rep. Eius confidentiā ualde mirari cogimur: q noſtræ ciuitatis nullā uidet habuiſſe rationē: atq; ipſius dignitati parū modeſte proſpexiſſe: quē plura cōfinxiſſe apud tuā beatitudinē plane conuicimus prorſus a uero abhorrentia quæſtū ablata ſibi bona: quæ in noſtro ſunt agro: ab alio occupari: & quæ penes ſequeſtrū poſita ſunt: & quidē Fiſco noſtro appoſita: quo modo cōmunis iuris pmittit ratio. Sed a ſuo ille ingenio nō receſſit. Nobis ultro iniuria illata ē. Noſtris ſacra ſublata. Nobis denegata iuſtitia. Diuitius hoīes tollerauimus. Sępe p litteras: p Legatos noſtros: p tuę Sanctitatis auctoritatē mollire illorū duriciem nixi ſumus. Nullū pteriuimus amicorū uerū officiū. Ad tuā beatitudinē cōfugimus. Suppliciter iuſtiſſima de cauſa & eius opē iplorauimus. Quæ excogitari potuerūt nulla remedia maiora ptermiſimus. Quid multa? Fruſtra hęc tētata ſūt oīa. Abuſi ſūt ii patientia nr̄a. Eluſit nos obdurata illorū ptinacia pter iura diuina & hūana: pter pbatā honeſte uiuēdi rationē: pter amicitiæ legē ac fędera: pter tuę denīq; (ut certo credimus) Sāctitatis uolūtatē: quā eos ſaltē uereri oportebat. Iniuſte nr̄a uſurpāt. Retinēt alienū. Ablatū ui poſſidēt. Fecimus ī ipſos quæ iure pro denegata iuſtitia fieri & debēt & ſolēt: ac fecimus ſane inuiti: quippe cū amice & cōiūctiſſime ſecū uiuere cupiamus: quæ oīa tua Sāctitas nō ignorat. Quocirca mittimus querelas: ad medicinā rurſus aīos reuocabimus: illā expetentes ab optimo medico uniuerſali paſtore auctore iuſtitię mediatore bonorū ac ſūmo Pontifice & Xp̄i ī terris Vicario: quē iterū obſecramus p Xp̄m: cuius diſciplina oīs iuſtitia ē: ut ad medendū his malis dignet iam tādē cogitationē atq; opam cōuertere: ut nō leuis mali ſuperficies: quæ quotidie crebrior pullularet: ſed radix malorum funditus extirpetur. Eia tollat tua Sanctitas hæc diſcordiarum ſemina. Iubeat quęſumus pro ſua ineffabili bonitate homines reſtituere ſacrilegio ablata. Faueat oramus iuſtæ Senenſium cauſæ: qui nullis Fidelibus nationibus erga Apoſtolicā ſedem & tuā Sāctitatem inferiores ſunt fide ſtudio ac deuotiſſimo animorū affectu. Iuſta poſcimus. Hæc nos ab auctore Iuſtitiæ in terris impetraturos confidimus. Nam ſi ita fiat: recte ſe habebunt omnia & iuſtitię ocio concordiæ tua Sanctitate optime conſulet. Poterit tunc uir ille nos

adire: & a nobis: qui libenter iuſtitiam conſectamur: nihil patietur iniuſti. Nos ſemp experietur tua Sanctitas: tam honeſtarū rerū appetētiſſimos: q̃ Apoſtolicæ ſedis: & tuæ beatitudinis obſeruātiſſimos filios. Fecit cauſæ grauitas: concordiæ cupiditas: ſed & temerarii hominis calūnioſa delatio: ut ſimus ſcribētes progreſſi longius. Digneē quæſumus tua beatitudo dare prolixitati neceſſariç ueniā: & quç omnibus moderaē fidelibus: redigere oia ad rectas normā. Poſtremo ſperamus tuā beatitudinē longe maiorem honeſtatis noſtræ: q̃ impudentium temeritatis & iniuſtitiæ rationē habiturā. Vale.

SEnenſes Florētinis. S.P.D. Nihil poteſt oio nobis euenire moleſtius: q̃ oriri quicquā inter noſtros homies: quod uel contrarium quieti: uel noſtræ coniunctiſſimæ amicitiæ uideaē aduerſum. Sed ſæpe fit: ut præter uicinos ſit de agrorū finibus controuerſia. Verū noſtræ partes ſunt: ut ea ois q̃primū tollaē e medio: nec patiamur diſſentire: ac diſceptare noſtros: cū nos ipſi potius certare beneficiis conſueuerimus. Nos quantū in nobis eſt iampridem oppidanos noſtros Montis Rotundi iuſſimus quiete agere: nec quicquā prorſus ueſtris hominibus moleſtū auderent. Quod ſiquid contra factū ſit: certo ſibi pſuadeant ueſtrç Magnificētiç: tum inſciis: tum inuitis nobis factū eſſe. Sed ſiquid a ueſtris hominibus ortum ſit: id conſtat totius rei fuiſſe cauſam. Ac tam & ſi ueſtri iniuriam prius intuliſſent: & porcos uiolenter abegiſſent: tamen qui paulo ante huic Magiſtratui præfuerunt: edixerunt noſtris: ut gregē interceptū reſtituerent: qui ui captum & ipſis redderetē: quod præter iuſtum fuerat retentū a ueſtris hominibus: quod cū fuerit a ueſtris Magnificentiis p ueſtras litteras poſtulatū: nō poſſumus nō admirari minime factū eſſe: cum & iuſtum: æquumq; ſit: & proculdubio noſtræ uicinitati: ueræ amicitiæ: & ueteri neceſſitudini conſentaneum. Quamobrem iterum: atq; iterum ueſtram amicitiam oramus: ut eodē nobiſcū aio hāc diſceptationem oēm componere inſtituat: & ad iuſtam conciliatioē redigere: ut primū utrinq; detenti ſues reſtituanē: quod noſtris enixe imperauimus. Deinde uero ut rata ſint: quæ p laudū cōmuni concordia dudū cōfecta ſunt: & ita cōfecta: ut ſit nullus poſthac controuerſiç locus: ſi ea exequanē ueſtrç Magnificentiæ: quç nos omni ſeruare ſtudio parati ſumus. At p (ut nō ſolū prçſens tollaē controuerſia: ſed & totius futuri mali ſemen) præfiganē limites: atq; ita conſtituanē: ut & q modo ſunt: & poſteri oēs eadem compoſitione lætenē. Hoc ſuū iuſtitiæ eſt: ſtare conuentis: hoc æquitatis: hoc mutui amoris proprium: hoc ueræ & germanæ beniuolentiæ exploratiſſimū documentū. Proinde rogamus: ut finē ſtatuamus: ne ſerpat id malū: quod certo credimus nō minus ueſtris Magnificētiis: q̃ nobis ipſis eſſe moleſtum. Valete.

SEnenſes Sūmo Pontifici. S.P.D Fratres minores de obſeruantia (ut appellāt) nuper compluſculos adoleſcentulos: ciues noſtros: ad religionis ingreſſum ſuaſionibus pellexerunt. In his & N. Franciſci Lucii: ſpectatiſſimi equitis filium uix agentē annū ſextumdecimū: ut ipſe pater affirmat: præter diui Franciſci Regulā: & ſanctā conſtitutionē: quæ neminē admitti iubet: niſi decimū octauū ſaltem attigerit annū. Hoc patri graue eſt: nō religionis gratia: quā uenerabiliter colit. Sed tenellæ ratione çtatis: nec dum ad capiendū conſilium: & ad deliberandū uitæ genus idoneæ: quod certe probabile nobis quoq; uideri debet. Nam uerendū eſt in eiuſmodi adoleſcentulorū moribus: in qbus maxima conſilii infirmitas eſt: ne fortaſſe p inconſtantiam aliquid deterius cōtingat. Proinde nos quoq; cōmoti patris lachrymis: q filium cupit ſaluatarem inire uiuendi rationē: & rem magnā ſapientiori ſubire conſilio. Tuæ ſanctitati ſupplicamus: ut eius auctoritate ac iuſſu reddaē adoleſcentulus: filius patri: iubeatq; prçfatos religioſos a ſuis conſtitutionibus nō diſcedere: atq; expectare id tēpus ætatis: quod ſapiēter & ſalubriter ab eorū regula prçfinitur: ne in tam ſancta religione inconſulto: aut perperam aliquid factū eſſe uideaē. Quod ſi corroborata ætate atq; ingenio in eodē perſtabit adoleſcens propoſito: nō aduerſabiē pater filii ſaluti: quā maxime optat: ſed gaudebit potius: ſi optimā partem elegerit: quæ nō auferetur ab eo. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Intelliget tua dominatio: quod modo factum eſt: de religiognis ingreſſu. N. Spectabilis equitis: Franciſci Lucii: filii: quod quidē dolet pater nō iam propter ipſum: quod optimū & præclarum eſt: ut æ genus: ſed conſiderans tenerā nimis ætatem: atq; infirmitatem conſilii. Nam ſolent pellecti nōnunquā adoleſcentuli repentino quodam quaſi uento: alia arripere: q̃ quæ ſecundum ipſorū naturam ſunt: & ſalutari accōmodata cōſilio. Orat p noſtras litteras Pontificis Sanctitatē: ut iubeat fratres minores de obſeruantia (ut appellant) qui præter ſuā ipſorū regulam citra .xviii. annū admiſere puerū ad religionis grauitatē: reddere patri filium: dū aſſequaē capiendi conſilii idoneam ætatē: quod cū nos quoq; & honeſtū & iuſtū putemus poſtulatū: oramus tuā dominationē: ut apud Summi Pontificis beatitudinē: ad eundē effectū dignetur diligētiā: atq; interceſſionē adhibere: quod certe & ualde probabimus: & habebimus etiam gratiſſimū. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Nō putamus alienū a recta ratione & ſçpiſſime eos tuæ beatitudini Pater ſanctiſſime cōmendare: quos ornat uitæ probitas: ſacrç religionis decus: ſcientiæ copia: nec uulgaris doctrinæ ſplendor: præſertim a tua ſanctitate iampridem optime inſtitutos. Maxime nanq; expedire arbitramur eccleſiæ ſanctæ Dei: & Chriſtianæ Reipub. ſi uigeant in illa: & magnis afficianē honoribus ſapientes uiri: ac ſumma

eruditione præſtantes. Franciſcum Sanſonem non tam generis gratia/ac patriæ merito: quam cæteris laudibus: quas illi tua iamdudum pietas comparauit: non ſolum diligimus: ſed etiam ob uirtutẽ: ac ſcientiæ præſtantiã/indies magis illuſtrari cupimus/ſperamus ſupplicẽ intercellionẽ noſtrã/ac deuotiſſimas preces fore non inanes/præcipue apud tuam beatitudinem: quæ eos libenter ſuſcipit: qui ad Chriſti nomen efferendum: ſacram Minorum religionem tuendam: chatholicam fidem augendam/conſilio/amore/ſtudio doctrina probe inſtructi uideantur. Si igitur tua ſanctitas Sanſonis auxerit dignitatem: atq; honeſtatum illum pro tua pietate/ad ampliores honores euexerit: non dubitamus Apoſtolicæ ſedi/honori: eccleſiæ/maiori firmitati: religioni/ornamento: & cum cæteris populis tum huic patriæ/maximæ iucunditati futurum: & gaudio. Senenſem tandem populum plurimum/deuinxerit tua beatitudo/præcipuo quodam: & arctiſſimo/cum Apoſtolica ſede: cum ſacroſancta eccleſia: cum tua deniq; ſanctitate/charitatis uinculo copulatum. Vale.

SEnenſes Regi Siciliç. S.P.D. Si uelimus & magna: & inumera tuç Maieſtatis erga noſtram Rempublicam beneficia repetere alius: nullius tanta ſit eloquẽdi facultas: ut pro dignitate ſatis/& optimas animi uoluntatem: & beneficiorum magnitudinem explicare poſſit. Nam ſi eos maxime excellere arbitramur: qui ad homines iuuandos: & ad prodeſſendum omnibus nati eſſe uideantur: non ne merito tuam Maieſtatẽ præcipuis laudibus efferre debemus: quæ omnibus prodeſſe: omnium ſaluti proſpicere: totius Italiæ conſulere ocio: noſtræ ciuitatis tum expetere/tum efficere tranquillitatem conſueuit? Nam in eo Principe: qui cæteros magnitudine antecellit: & gloria: nulla poteſt eſſe laus præſtabilior: quam dare ſalutem: liberare periculis: retinere hominibus libertatem: quæ nos omnia a tua Maieſtate accepiſſe profitemur: quod cum alia exempla declarant/tum ea: quæ ſuperiore anno data pax eſt: perſpicuum perhibet teſtimonii. Quæ enim poterat benignitas cogitari maior? Quod decus glorioſiſſimo Rege dignius? Si ergo pacem nobis dedit tua ſacra Maieſtas: eadem cum illa/& bona omnia ſimul contulit. Quemadmodum enim una Iuſtitia reliquas uirtutes complectitur: ita & pax: quç iuſtitiæ opus eſt ſecum bona continet: & quæ expetenda ſunt: omnia. Itaq; cum ſumma antea foret huius populi in tuam ſerenitatem fides: & mira deuotio: ita demum exarſit: ut ad ſummum pietatis: atq; obſeruantiæ cumulum: nihil omnino poſſit accedere. Optimum nanq; patrem: benefactorem indulgentiſſimum: defenſorem ſalutis/ac libertatis: auctorem Italicæ quietis: & pacis experti ſumus. Nec dedit ſolum pro ſua ingenti benignitate: atq; clæmentia: ſed etiã ſtudio: & amore tuetur: quæ ſumma: atq; perfectiſſima beneficii ratio eſt. Qui uero tot/tantiſq; experimentis tuç Maieſtatis beneficentiam perſpeſſimus omnem in eius clæmentia ſpem collocauimus. Vt qui tanto auctore/tam præclarum tanq; diuinus pacis donum affecuti ſumus: id ipſum firmiter/ac perpetuo conſeruemus. Ac freti eius Principis patrocinio: qui omnium rerum amplitudine præſtat/nullius metuimus inſidias: aut uim ullas: & fraudem pertimeſcamus. Veruntamen (ne quid tuam maieſtatem noſtrarum rerum lateat: cum quam omnia: ut cum optimo noſtræ Reipublicæ parente conferre debemus) crebris rumoribus: & multorum litteris accæpimus/magnificum Comitem Iacobum Pic. rurſum cogitare aduerſum Rempublicam/noua quæpiam/quaſi uiolaturum pacis iura: & a tua maieſtate percuſſa fœdera. Id nos difficile adducimur/ut credamus: primum/quod ante duo deuigeſimum menſem contra Iuſtitiam eſt: deinde: quia omnes a nobis in perſoluenda pecunia/conſtitutis temporibus/pacis conditiones ad unam ſeruatæ ſunt: tum: quia illum uereri tuam Maieſtatem non dubitamus/nec quicquam prorſus audere: quod uel pacis rationi contrarium eſſe poſſit: uel aduerſum iuſtitiam: cuius utriuſque tuendæ/tuam Maieſtatem ſcimus auctorem eſſe: quæ hanc ciuitatem perinde/ac deuotiſſimam filiã: & duplicis fœderis ſocietate coniunctam habet. Nam nimis abſurdum eſſet/clientem uel cogitare quidem: quod patronum abhorrere cognouerit. Quid autem tua Maieſtas execrata magis eſt: quam iniuſtitiam: cum iuſtiſſima ſit? Quam diſcordiam: & rerum perturbationem: quæ princeps concordiæ: & pacis/haud dubie cernitur? Sed cum undiq; ea per crebreſcant: uariaq; ſint hominum ingenia: par eſſe duximus/id omne cum tua maieſtate conferre: quç non minorẽ ĩ tuẽda iuſtitia: & pacis curam adhibitura ſit: quam ad eandem conciliandam contulerit. Noſtra autem in eo ſita ſpes eſt: qui ſapienter nouerit: benigne uelit: magnifice poſſit/totius Italiæ firmitatem retinere: & pacem: quod unum uel præcipuum eſt tuç Maieſtatis ornamentum/ac decus. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Superioribus diebus dedimus ſanctiſſime pater ad tuam beatitudinẽ litteras: ac per eas noſtræ mẽtis conſiliũ patefecimus: ut qui Sanctæ Romanæ eccleſiç decus: & augumentũ maxime deſideramus: ei: quẽ præfecit Apoſtolicç ſedi prouidentiſſimus cœlorum Princeps: fidem: deuotionem/ac ſummam obſeruãtiam exhibemus. Quo circa Oratores noſtros ad tuam delegimus ſanctitatem/uiros ex noſtra ciuitate/ſapientia/uirtute: atq; ſingulari doctrina præditos, N. & N. quibus mandata dedimus: & quæ de noſtrç mentis deliberatione procedunt: exponenda commiſimus. Hi igitur tuã beatitudinem adeunt: quã uenerari: quam adorare uolumus noſtro nomine/Legatos: quos perſcripſimus: & eccleſiç te Principem cognoſcere: & Chriſtianç: atq; catholicç religionis auctorem: ſucceſſo/

rem Principis Apoſtolorum: ac uerum Chriſti uicarium: ſummum Sacerdotem: Pontificem Maximum: & fidelium omnium Paſtorem clementiſſimum. Tuam itaq; deprecamur ſanctitatem: ut quos mittimus benigne audire: clementer ſuſcipere: & eandem quã nobis ipſis indubitatam dignetur fidem pręſtare. Aueto beatiſſime Pontifex: ac ubi perſuadeto habere nos tuæ beatitudinis filios obſeruantiſſimos. Vale.

Senenſes. N. Epiſcopo. S. P. D. Putamus haud multis uerbis eſſe opus cum tua reuerẽda paternitate in us: quę & honeſta plane ſunt: & ualde ſecundum noſtrum deſyderium. Vacat per mortem ueteris Rectoris Eccleſia Sancti Iulii tuæ Dyoceſeos: noſtræ uero ditionis. Ea non longe abeſt ab noſtra urbe. Cupimus illi rectorem pręeſſe ex noſtris quempiam: qui facile poſſit fidelium noſtrorum deuotioni: ac ſa ui facere ſatis: cuius perſpeximus morum integritatem: & feruentem in Sacris miniſtrandis diligentiã. Eiuſmodi eſſe nouimus Alexandrum Sacerdotem: oriundum ex Radicondolo noſtro opido: quem ut eidem eccleſię pręficere uelit tua reuerenda paternitas: uęhementer oramus: cum perſuadeamus nobis fieri ab ea non ſolum uoluntarie: ſed etiã iucunde: quę nobis ſint grata futura. Nam & ipſi erga tuã reuerendã paternitatẽ paribus ſumus cordibus affecti. Vale

Senenſes. N. S. P. D. Non minus nobis: q̃ tibi moleſtum eſt protrahi Capalbienſem cauſam: ac fecimus pro uiribus: quæ iuſtę: & pacatę compoſitioni congruere uiderentur. Auget & moleſtiam noſtram: ſi quid difficultati: huic negocio additum ſit. Cum Leonardo egimus: quæ ipſi exiſtimauimus merito conuenire. Sed memoria tenere debet tua reuerenda paternitas: quæ alternatim conuenimus: ut ſi minus Leonardus conuentis acquieſceret: cauſa omnis deferretur ad duos: qui iuſte: & mature negocium omne conficerent. Proinde cupientes tuę reuerendę paternitati morem gerere: dedimus operam: quantum in nobis eſt: ut negocium omne celeriter conficiatur: qua de re uenerabilis Theologię profeſſor Franciſcus Sanſon dabit litteras. Harum reſponſum expectabimus. Deinde quum intellexerimus tuę reuerẽdę paternitatis ſententiã: ea ſemper accurate: ac ſtudioſe efficiemus: quę optimos: & chariſſimos amicos decent. Sed non dubitamus: ſi cauſa ad iuſtos Arbitros deferetur: ut celerem: & ſalutarẽ ſortietur effectũ. Vale.

Senenſes. N. S. P. D. Fręti amicitia noſtra: & ueſtrarum Magnificentiarum ſumma æquitate: cum fiducia commendamus ciues noſtros: quibus cupimus ueſtra ope: atq; fauore iuſtitiam miniſtrari. Matthæus Antonii Sutor aduerſus Samuelem quempiam Hebræum: qui fertur in ueſtra ſeſe urbe continere: cauſam habet: quam ipſo planius poterit explicare. Aſſeuerat ſe ab homine iniuſto: ac diſparis cultus iniuria: & damno affectum: & per fraudes ueſtes duas Hebreorum ſubtraxiſſe. Rogamus igitur: ut rei ueritate cõperta: ita efficere uelint magnificentię ueſtrę: ut reddere poſſit ciuis noſter homo certe inops: ſed ſane liberalis: iuſti poſtulati factus compos: quod & fore confidimus: & ſumus gratũ habituri. Valete.

Senenſes. N. S. P. D. Venerunt nuper: & noſtrum adiere Magiſtratum ſubditi ueſtri: qui aſſeuerant pertinere ad ſe ſuillum pecus: ob paſtionem ſancti Caſſiani opidi noſtri. Retentum: moleſte: ſi eorum cauſa protractaeſt: idq; a mente noſtra longe eſt alienum. Accepimus tamen Commiſſarii noſtri litteris: cognouimus id circo moram factam: quod ueſtri ea peterent: quæ noſtrorum Fichinatum rationibus: & noſtrę Reipublicæ ditioni aduerſarentur. Quare rurſum ad præfatum Commiſſarium dedimus litteras: & ea mandauimus illi: quæ & noſtrę amicitiæ & ueſtro deſyderio: & ueſtrorum indemnitati congruere iudicamus: atq; eiuſmodi mandata dedimus: ut facile intelligere poſſit magnifica ueſtra fraternitas noſtram Rempublicã: ueſtrorum omnium cum ſumma beniuolentia: & charitate habere rationem. Valete.

Senenſes. N. Epiſcopo. S. P. D. Tanta uis eſt noſtræ amicitiæ: ac neceſſitudinis: ut quæ nobis ſint grata futura: ea poſcamus fiducia: quæ optimos: ac ueros amicos decet. Igitur magno ſtudio commendamus tuæ reuerendæ Paternitati Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Prata (ut uulgo dicitur) noſtræ ditionis opido: quam cupimus foueri: augeri: atq; adiuuari plurimum: tum propter diuini cultus honorem: tum etiam iure patronatus noſtri: ſperantes adhibita noſtra commendatione fore: ut tua reuerenda paternitas diligentiore quadam cura pręlibatam Eccleſiam amplectatur: ut ad eius conſeruationem ſtudium: & opera accuratiſſima conferatur. In ſuper & rectorem euſdem Eccleſiæ Hieronymum Sacerdotem: ciuem noſtrum chariſſimum plurimum commendamus: cui quicquid tua reuerenda paternitas officii atq; humanitatis praeſtiterit: erit gratiſſimum nobis: qui omnia uiciſſim facere ſemper parati ſumus quę grata futura tuę reuerendæ paternitati intellexerimus. Vale.

Senenſes Summo Pontifici. S. P. D. Prępoſuit tua Sanctitas rectorem Eccleſiæ: & plebi de Marmoraria (ſic enim dicitur) noſtræ ditionis: Iacobum Francigenam: Sacerdotem honeſtum: & diuini cultus ſtudioſum. Is ad reparandam pręlibatam Eccleſiam eget tuæ Sanctitatis: ac pietatis auxilio. Omnibus igitur i rebus: quas honeſte adipiſci optat: ſup

plicamus tuæ beatitudini: ut per interceſſionem noſtram/clæmenter dignetur ſuſcipere/ac benigne iuuare. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Quoniam perſpeximus ſummam diligentiam/ac fidem Venerabilis Abbatis/Simonis/Monaſterii de Ardigna (ut dicitur) in cunctis negociis: quæ ad tuam reuerendam paternitatem attinent/pro Eccleſia Procenenſis: & cum ſæpius adierit noſtrum Magiſtratum in cauſę tuę fauorem: putamus illum dignum teſtimonio noſtro: & inſuper noſtra diligenti commendatione. Quare: & propter uirtutem eius: & ob maximam in tuam reuerendam paternitatem fidem/ex ſummis animis/illam tuæ humanitati plurimum commendamus/accipientes beneficii loco/quicquid ei a tua liberalitate ſtudii: & amoris fuerit demonſtratum. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D. Audiuimus/quę nobis a ſpectabili uiro: & ueſtro ciue/Pino expoſita ſunt/in cauſa.Se rufinenſis hominis. Tanta uis ē amicitię noſtrę: ut omnia quęcunque tandem fuerint in bonam partem interpretari uelimus, Rectam uero/& immutabilem noſtræ reipublicę diſpoſitionem/& per ſe noſſe potuit ſemper ueſtra magnifica fraternitas: & pręfatus/ſpectabilis Commiſſarius ueſter poterit abunde referre. Valete.

SEnenſes.N. S.P.D. Par nobis uoluntas uobiſcum eſt: ut quemadmodum iure ueteris neceſſitudinis: & uicinitatis/uere inter nos diligimus: ita & noſtri omnes iuſte/amice: ac pacate degant: & omnis penitus diſceptandi cauſa tollatur e medio. Quo circa letati ſumus/cum compoſita inter Rotundenſes/ac Viridenſes/finium controuerſia eſt. Reſponderat ſuperioribus diebus Magiſtratus noſter/ueſtratum Magnificentiarum litteris. Sed qui detulerat: alio conceſſit. Nūc & alteris acceptis: cognitisq;: quę ad nos ſcrita ſunt: moleſtum eſt: quod de euulſis liminibus fertur. Quare operam dabimus ad rem pernoſcendam: ut & mali cauſa omnis extirpetur: & qui fuerit auctor: puniatur/ac uos reddemus de omnibus certiores. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Par nobis uoluntas eſt: unum uobiſcum: & cōmune propoſitum: ut a noſtris iuſte: amice/ac tranquille uiuatur. Quam fuit Rotundenſium/ac Viridenſium moleſta contentio: tam deinde controuerſię omnis iucunda ſedatio. Atq; id fixū: & immotum ſedet pectoribus noſtris: ut conuenta omnia: & compoſita/ea ipſa de re a noſtris Commiſſariis/firma/& ſtabilia perſeuerent. Nouimus: quæ per litteras nobis ſcripta ſunt de euulſis liminibus: Hos nos admirati ſumus: & factum (ſi forte ſit) uehemēter improbamus. Nouum erat: & inauditum nobis. Curabimus q̄ primum facti percipere ueritatem: & ſiquis forte quicquam demoliri auſus eſt/præter compoſitum Legatorum noſtrorum/nouatarum rerum auctorem inueſtigari iubebimus. Simul efficiemus/ut res omnis ad iuſtos terminos redigatur: & rata ſint omnia: quæ noſtri tranſigere Legati: ut fixi limites perſtēt immobiles. Ac ſiquis noſtrorum ſeciis/aut conatus quicquam ſit/aut temere auſus præter mentem noſtram: ac noſtrę Reipublicę decretum/certe haud inultum feret. Hoc enim ſpectamus imprimis: ut quod ipſi maxime optamus: noſtri quoq; omnes/iuſtitiam: quietemq; atq; amicitiam complectantur. Vos quoq; uiciſſim hortamur: ut idem inueſtigare uelitis: ſi ex ueſtris quiſquam id fecerit potius. Nos/quod ad noſtros ſpectat/noſtro diligentiſſime fungemur munere. Valete.

SEnenſes.N. Vicario Piſani Præſulis. S.P.D. Scimus tuam reuerendam paternitatem libenter gratificaturam nobis: ſiquid iuſti: atque honeſti petendum ſit. Helene quædam mulier/Scruſianenſis/noſtrę ditionis per cuiuſdam improbi uiri blandimenta ſeducta: patriam reliquit: & parentes: & quod multo deteſtabilius eſt: maritū ipſum: & ſacri coniugii Sanctam ſocietatem. Cumq; ambo diutius oberrauerint obliti alter communis iuris: altera coniugalis thori tandem Piſas/iſthuc (ut accæpimus) conceſſerunt. Ac putauit corruptor tutum fortaſſe ſibi in ea urbe patere refugium/ignarus & ſummæ integritatis tuę: & noſtrę pręcipuę neceſſitudinis. Quare cum tam foedum flagicium/& ad religionis uiolationem cedat: & ſit cōtra ſacri matrimonii foedera: & rectam uiuendi rationem: oramus tuam reuerendam paternitatem: ut quemadmodum honeſtas/ac ratio ſuadet: & mutua beniuolentia poſcit: faueat opportunis remedius/mulieris ipſius fratribus: qui ad repetendam ſororem ueniunt: ita/ut & tuæ reuerendæ paternitatis opera: & efficaci noſtra commendatione/redire poſſint iuſtam petitionem aſſecuti; quod erit ualde gratum nobis: qui paribus ſemper officiis: & placitis parati ſumus. Vale.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Nuper nunciatum eſt nobis: quod uel permiſſu/uel iuſſu quorundam Præſulum in patrimonii prouincia conſilium ceperint nō nulli/ex noſtro agro abducere noſtrorum pecora/adducti ea cauſa: quod aliquot ante diebus noſtri intercoeperint pecora nonnulla: quæ præter iuſtum in noſtris paſcuis obuerſarentur. Non poſſumus adduci: ut credamus quenquam eiuſmodi iniuriam moliri aduerſus noſtros: præſertim te auctore: qui nihil tale paterеris: quod iniquum: quod amicitiæ/ac uicinitati & quieti contrarium foret. Tua autem reuerenda paternitas ſapienter omnia ſemper moderari ſolet: & ami

ac nobiſcum agere: & cohibere inſolentius quippiam cogitantes. Sed pro noſtra in ſubditos eccleſiæ beniuolentia: & optimæ uicinitatis iure: ſi quis ad nos uenerit ad ſatiſfaciendum pro interceptis in noſtris paſtionibus: & in noſtro agro pecoribus: non modo iuſtitiam: & æquitatem: quas ſanctiſſime tuetur noſtra ciuitas: ſed etiá humanitatem (quantum in nobis erit) noſtrorum Magiſtratuum experietur & gratiam: & propter eccleſiam ac Pontificis intuitum: & quod noſtra ciuitas libenter cũ ueſtris officio certat: & ſtudio. De tua reuerenda paternitate nihil dubium eſt: quin & recte omnia diſponat: & obuiam eat cunctis nouarum rerum cogitantibus. Quod ſi ſecus acciderit: quod minime remur: parem noſtrum erga tuos animum experieris. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Philippus Accurſius chariſſimus ciuis noſter: ob nõnulla eius negocia: cupit adire ueſtram Vrbem: & expedire neceſſaria quadam in rem ſuam quæ ob ſociorum ſuorum rationem: non nihil fortaſſe complicationis habet. Quare optat a uobis impetrare publicam fidem: quo ſibi liber tranſitus per ueſtram Vrbem: ac ditionem omnem: & tutus acceſſus pateat pro octimeſtri tempore. Oramus igitur: ut qui rem ſatis honeſtam cupere uidetur: commendantibus nobis diligentius: & plene: & facilime aſſequatur: quod & ciui noſtro per commodum: & nobis fuerit q̃ gratiſſimum. Valete.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Habet nonnulla in ueſtra urbe negocia Iacobus Antonii filius: pro quibus expediendis iſthuc ſibi ueniendum eſſet. Idcirco pro menſium octo ſpatio: liberum cupit a ueſtris Magnificentiis impetrare acceſſum: & tutam commorationeʒ tam in ueſtra urbe: q̃ in omni ditione eius. Rogamus igitur magnificentias ueſtras: ut & publicam illi fidem dare: & tutum aduentum: tranſitum: & morã concedere uelint menſes octo: ut nauare poſſit: & conficere: quæ ſibi cum ueſtris expedienda ſunt: omni prorſus remota moleſtia. Id ut aſſequatur: etiam atq; etiam uos oramus. Erit id non modo ciui noſtro cõmodum: ſed nobis quoq; pergratum. Valete

SEnenſes. N. Epiſcopo. S.P.D. Plures ad tuam reuerendam paternitatem dedit Magiſtratus noſter litteras: & Leonardi Ciuis noſtri: uel potius huius Reipublicę cauſaʒ cõmendauit. Exhibet negocium Leonardi: quem præfati ſumus Blancus quidam: & ad Romanum arceſſit tribunal: quem ad noſtræ ciuitatis forum potius ciere debeat: qua in re putamus noſtræ Reipublicæ lędi: ac uiolari dignitatem. Non enim eiuſmodi negocium eſt: quod ad Eccleſiaſticum tribunal merito debeat pertinere. Noſtra uero Reſpublica ita cõparata eſt: ut uelit ius ſuum reddere cuiq; ac neget iuſtitiam nemini: quam ſanctiſſimę colit: & æquo iure illam iubet cunctis petentibus miniſtrari. Quod alias. T.R.P. fidẽter: & iuſte (ut arbitramur) orauimus: rurſum petimus: ac uęhementius rogamus: ut cauſam Blanci curet ad noſtra tribunalia transferri: ne Leonardus quoq; præter æquum: & iuſtum in alieniore foro: iniuſta afficiatur quouis pacto moleſtia. Confidimus litteras noſtras iam tandem plurimum ualituras: & iuſtas preces nequaquam inefficaces fore apud tuam præſertim humanitatem: quæ nunquam ueri amici officio ac ſtudio defuit. Quod ſi Blancus: uel alius eius nomine ius ſuum petiturus huc acceſſerit: non modo iuſtitiam referet: ſed etiam in re ſua rite componenda opportunos fauores non deſyderabit. Vale.

SEnenſes. N. Archiepiſcopo. S.P.D. Quæ humaniter ad nos: & cum ſumma patrię charitate. T. ſcribit. R.D. afferunt nobis ſemper maximam uoluptatem. Grata eſt nobis rerum ipſarum ſignificatio: ſed multo certe gratior tam benigna uoluntas. Quo circa fatemur nos plurimum. T.R.D. debere: agimusq; ingentes gratias noſtræ Reipublicæ nomine: cuius ſaluti: honori: dignitati plurimum ſemper: & magno ſtudio conſulit. Nihil poteſt nobis ex omni rerum numero accidere prorſum iucundius: quam a tua R.D. tanti officii: atq; humanitatis argumentum dari. Eadem igitur: quam nobis præbet: fiducia: uęhementer oramus: ut ſi quid poſthac contingat noui: dignetur nos. T.R.D. certiores reddere: & uere ſemper pari ſtudio patrię: ſi quid occurrerit opus. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Nunquam cuiquam tua Sanctitas. quod iuſtum: & honeſtum petitur negare ſolita eſt: & ſemper precibus noſtris conſueuit annuere nec ſolum noſtram ciuitatem: ſed & ciues eius ſingulos benigno amore complectitur. Proinde magna cum fiducia ſimul & deuotiſſimis precibus tuæ beatitudini cauſam commendamus Naſtoccii Saraceni nobilis uiri: & dilectiſſimi ciuis noſtri: ob eam diſceptationem: quæ illi cum paulo Romano iampridem fuit. Ea diutiſſime inter eos agitata eſt. Cupit Naſtoccius cauſam iudicari: ac iuſtam ferri ſententiã: & iam tandem tolli procraſtinationem omnem. Quod cum æquum ſit: & honeſtum uiri deſyderium: confugit ſupplex ad tuæ beatitudinis auctoritatem: & nos preces noſtras libẽter adiicimus: ut dignetur tua Sanctitas edicere: ut ea cauſa iuſto iudicio: & celeri expeditione conficiatur: ne mora longior: & æquitati detrahat: & ciui noſtro immo litigantibus ipſis grauius importet in commodum. Id nobis quoq; ualde cordi erit. Vale.

Enenſes Francisco Cardinali Senenſi. S.P.D. Quid eſt: quod pluribus uerbis ciues noſtros
f T.R.D. commẽdare debeamus! Nam & illos ſemper ſtudioſe complectitur: & benigne fauet. Habet Naſtoccius Saracenus uir nobilis cauſam cuʒ Paulo Romano: atq; ea diutiſſime

protrahitur. Oramus Apoſtolicam beatitudinem: ut iuſtam iubeat: & celerem ferri ſententiam: nec procraſtinari longius negocium ciuis noſtri. Tuam quoq; R.D. rogamus: ut ad eius rei diffinitionem dignetur intercedere apud ſummi pontificis Sanctitatem: quod nobis quoque placebit uehementer. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Scimus uos pariter nobiſcum execrari: & agricolarum quorundam: & paſtorum profugia: qui cum ciuium noſtrorum damno humanæ ſocietatis uiolant iura. Nuper quidam e noſtris aufugerunt Campiliam. Gregē abegerunt porcorum circiter .cccc. aut eo amplius. Veniūt cū noſtris litteris ex iis quidā: ad quos abactum pecus pertinet: & ad ueſtram æquitatem confugiunt. Oramus igitur: ut ad reſtituendum: quod ſuum eſt: noſtris hominibus: auctoritatem ueſtram: atq; operam adhibere uelitis: ut & fiat iuſtitiæ ſatis: & eiuſmodi tranſfugia exemplo coerceantur. Quod certo confidimus fore: cum ipſi eadem in te liberales eſſe præſertim uobiſcum: non modo uelimus: ſed etiam gaudeamus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Diligimus & uirtutis: & religionis gratia Martinum Benedicti: Religioſum ex ordine Humiliatorum. Deſiderat in ſuo negocio: & cuiuſdam imperratione beneficii. auxiliū: atq; interceſſionem. T.R.D. in qua uehementer confidit: præcipue ſi fuerit commendatus a nobis. Ea ne ipſum ſpes fallat: plurimum benignitatem tuam oramus. Iuuabit nos: ſi tua ope adiutus redeat factus optati: & uoti compos. Quidnam uero cupiat aſſequi: apud tuam Reuerendiſſimam dominationem explicabitur. Vale.

SEnenſes. N. Maſſano Epiſcopo. S.P.D. Maſſanos noſtros reuerēde pater: & amice chariſſime plurimum diligimus: & ut eoſdem iuuari cupiamus: ipſorum efficit ſumma fides atq; deuotio. Proinde & prædeceſſores noſtri illos tuæ Reuerendiſſime paternitati diligentiſſime commendarunt orantes cauſam Maſſanam propter cuiuſdā magiſtratus cū tua. R.P. uſq; ad aduentū eius ad hanc patriam: & deinde Maſſam differri. Placuit uehementer: quod hactenus annuit. T.R.P. ſed rurſum (ut amice tecum agamus) etiam: atq; etiam petimus: ut diutius in eadem cauſa ſuperſedere uelit Tua Dominatio: quo ad nos Maſſam ciuem aliquem meritis ac pietate grauiſſimum uiſere inſtituamus. Nam res eiuſmodi eſt: ut maxime oculorum iudicio egeat: quod quando fiet: haud dubiū eſt nobis: quin facile diiudicari poſſit: & omnis diſceptandi cauſa aciſſime tollatur e medio: quæ nulla nunquam inter patrem: ac filios ſatis uidetur eſſe probanda. Ac tua quidem humanitas: quæ Maſſanum populum filiali amore complectitur: & noſtram ciuitatem non ſecus: q̄ patriā ſemper dilexit: quum locum controuerſię oculis ſubiecerit: confidimus omnia plane compoſitum iri. Rem haud ſane iniuſtam: nec difficilem petimus: ſed T.R.P. uere amantur: & noſtræ amicitiæ certe plurimum congruentem. Eam igitur dilationes trium quattuorue mēſium enixius poſtulamus: & ut plene aſſequamur: expoſcimus: illud perſuadentes nobis: ut ſi minus differre uelit cauſas: tamen in noſtra ciuitate tractari iſtituat. T.R.P. ne qua fieri noſtræ Reipublicę uideretur iniuria: in qua ius ſuum cuiq; redditur: & iuſto omnibus: atq; ęqua menſura fauetur. Tua autem iura non minori ſtudio: atq; auxilio: q̄ Maſſanorum ipſorum foueantur. Simul pateat. T.D. contentam eſſe ibi negocium eius tractari: ubi & pari iure geratur: & certe eiuſmodi: quod adimat uel imperitis: uel non plene ſapientibus ſuſpicandi facultatem. Quanquā id de tua ſumma integritate uel cogitare ſit nefas. Quare iterum oramus: primum cauſam diutius prorogari: quod ſi minus placeat: ſaltem ad noſtram deferri ciuitatem: & ad ſecularē iudicem: ut noſtræ Reipublicæ dignitati conſulatur: in qua ſemper æquitas preualet: &. T.R.P. auctoritate ualet: & gratia: quæ certe plurimum augebitur: ſi alterutrum ex duobus propoſitis fuerimus aſſecuti: qua de re cupimus nobis: atq; oramus reſponſum dari. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Quam libenter gratificemini nobis: declarauit nuper: quod a uobis Campilienſi Pretori in cauſa Aloyſii Maſſani ciuis: & ſociorum eius: demandatum eſt: ut noſtris hominibus ius diceretur: quorum pecus: & grex porcorum in Campilienſem agrum fraude traductus erat. Sed quod humaniter commiſſum eſt ueſtra auctoritate: recuſat nauare Campilienſis Pretor nec nobis recuſationis cauſa ſatis comperta eſt. Redit idcirco Aloyſius idem ad uos: atq; noſtris interuenientibus litteris ad ueſtram æquitatem confugit. Hortamur igitur uos: atq; oramus plurimum: ut plane perſpecta tranſfugarū improbitate: & alieni pecoris iniuſta contractatione: iubere uelitis Campilienſem pretorem ueſtro edicto parere: ac dare operam: ut noſtri iuſta petētes referant ſua: ne ueſter ciuis aut iuſtitię: atq; æquitati: aut uoluntati ueſtræ defuiſſe uideatur. Gratiſſimum fuerit nobis: ſi (ut ſperamus) in uiū beneficium cumulatiſſime perficiatur: ut & boni uiri ſua tueri poſſint: & dediſcant improbi aliena rapere. Nos quoq; (ſi quid tale contigerit) ſtudioſi beneuiuendi: & quod ualde nos iuuat: morem gerendi uobis: non antea conquieſcemus: q̄ fuerit rectæ rationi factum ſatis. Valete.

SEnenſes. Reuerendis patribus cœtus fratrum Minorũ.S.P.D. Quanquã non dubita
mus ueſtras paternitates libẽter effecturas ſemp: quę noſtrę ſint gratiſſima ciuitati: & cõ
uentui Minorũ noſtræ urbis ſalutaria: tñ has quoq; litteras ſcribere inſtituimus: p quas
uſas paternitates uehemẽter hortamur: atq; oramus: ut ĩ cõgregatione optimorũ pa-
trum: & celebritate capituli cõprobare uelint: & rata habere: quę reuerẽdus Generalis ueſter poſceuti
bus nobis conceſſit: ut ad regendum noſtræ urbis conuentum iidem præficiantur: quos ſua nomi-
nauit reuerenda paternitas: uidelicet Bartholomęus Campagninus: Theologus p egregius: & Ioan
nes Ioãnis ui ordinis ambo: ambo uiri prudẽtes: & ciues noſtri chariſſimi. Nã ob nõnulla: quę mo
do perficienda ſunt ad conuentus ipſius utilitatem: & conſumationem templi: quos flagitamus: no
uimus maxime idoneos: atque aptiſſimos fore: quod facile experimentum indicabit. Quod igitur
& ſalubriter: & humaniter a reuerendo Generali conceſſum eſt: oramus: ut ueſtri quoq; diffinitione
capituli raptum ac firmiſſimum ſit: quod ſicut erit prefato conuentui utile: ita nobis certe gratiſſi-
mum: qui ueſtram religionem ſtudioſe colimus: & dicti conuentus conſeruationem: atq; augumen
tum optamus. Valete.

SEnenſes Regi Sicilię.S.P.D. Conſueuit ſemper tua maieſtas pro ſua ingenti benigni-
tate: & uetere quadam in noſtram Rempublicas beniuolentia: eos ſuſcipere: & amore
cõplecti: quos ũa tulit patria: & egregie charos habet: in qs cenſemus pręcipue collo-
candos ingenuos uiros: ac paterna laude præſtantes. N. & N. filios quondam. N. cu-
ius mortem etiam plurimum noſtra ciuitas deplorauit: & ciuem charum patrię ſimul
& apud tuam Maieſtatem gratioſum amiſiſſe non ſine moleſtia ſubſtinet. Nos igitur ducti noſtrorũ
ciuium charitate: quanquam interceſſionem noſtram minime putamus neceſſariam: pro noſtro ta-
men officio: tuæ ſerenitati eoſdem ipſos diligenter: ac ſuppliciter commendamus: uehementer obſe
crantes: ut qua patrem: dum uiueret: beniuolentia complexa eſt tua maieſtas: eandem quoq; fun-
dat in liberos: ut patrimonium illis fortunet tua ſublimitas: quæ iuuare omnes non minus uelit: q̃
poſſit: apud quam preces noſtras cognouimus inanes fuiſſe nunquam. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ.S.P.D. Conſueuit tua ſacra Maieſtas tum noſtram ſemper iuua-
re rempublicã: tum ciues eius ſingulos charitate: & fauore complecti: qua cõmoni fidu
cia: & mę Serenitatis ſumma beneficentia ciues noſtros commendare nõ dubitamus
Proximis diebus Maſilia ſoluebat mercatorũ nauis: & in latium traiiciebat. In ea onu-
ſta rebus multis: etiam panni quidam: & nonnullę merces uehebantur Ambroſii Span
nochii: qui deuotiſſime deditus eſt Maieſtati tuæ. Eam nauim corripuere nautæ: qui triremes age-
bant Regis Sardinię. Erat & cum mercibus ipſis Ambroſii inſtitor: uir Senenſis: Gabriel Serminius
& ſimul Ambroſii mercatoris inſigne. Proinde Virum Senenſem: Ciuem nobis percharum: tuę de
ditiſſimum Maieſtati ſuppliciter commendamus: ne damno & iactura ſuarum mercium afficiatur:
& benigno fauore: & ſumma tuæ Maieſtatis beneficentia recuperet: quæ cum nauigio bona reten
ta: atq; abrepta ſunt. Erit nobis q̃ gratiſſimum: ut intelligant ciues noſtri: & ſe apud ſerenitatem tuã
ualere gratia: & noſtras litteras plurimum apud eam habere momenti. Vale.

SEnenſes Pontifici Maximo.S.P.D. Rediens nuper Maſſanus ciuis noſter a tua Sancti
tate: copioſe retulit: quod nobis dubium eſſe potuit nunquam: quanta beniuolentia:
& pietate noſtram rempublicam complectatur: & eos benigne audiat: atque ſuſcipiat
qui legantur a nobis: iucunde accepimus: quæ ſunt ſignificata nobis tuæ beatitudinis
nomine: & illa acceptiſſima ferimus: habemusq;: & agimus ubiq̃ maximas grates: &
propter ſummam erga Senenſem populum charitatem: & quod fidem: & ſinceram eius noueris uo
luntatem. Nam duo ſemper magno ſtudio noſtra curauit: ac ſeruauit Reſpublica: primum: ut pacẽ:
& tranquillitatem mereatur: tum ut Sanctam Romanam Eccleſiam: & Apoſtolicam ſedem: ac tuam
Sanctitatem plurimum ueneretur: atq; eadem mens noſtra eſt: ac firmum animorum propoſitum.
Sperāmus tuæ Beatitudinis prouidentiam Chriſtianæ Reipublicę dignitatem: & pacem ſummo cõ-
ſilio: atq; ope ſeruaturam: & habituram imprimis Senenſis ciuitatis rationem: quã non minus pro
pter ſinceritatem fidei: q̃ ob agri uicinitatem: non immerito maiores: eccleſiæ propugnaculum: &
ſepem quandam appellant. Vnam Eccleſiæ: & noſtræ Reipublicæ putamus eſſe ſalutem: quemad-
modum communem ſortem. Quo magis dolemus audacia improborum: quorundam: qui temere
& inſolenter noſtra: ac noſtros inuadere auſi ſunt: quorum. N. homo ſane nouarum rerum cupidus:
tam frequẽter noſtros Fichinates: inſidus: iniuriis: multiplice damno afficit: & præter alia multa etiã
nuper irruit in eam partem agri noſtri Fichinatis: de qua nulla eſt controuerſia: & iam per Com-
miſſarium tuæ Sanctitatis cum noſtro una terminata: ac definita eſſet: & prædam iumentorum no
ſtram egit: nec tuam ſanctitatem ueritus: & immemor: qui talia auderent: eos ſubiicere pœnæ: quæ
Apoſtolico fiſco magnam uim pecuniarum applicet: quam ille nimirum incidit. Sed nec Chriſti
Vicarium extimeſcat: & nullis paret hominibus. Legem habet ſuam ipſius uoluntates quo nihil po

teſt eſſe·uel paci·uel ſanctiſſimo tuo propoſito cõtrarium magis. Quid nos laceſſit: qui: ne moleſtum faceremus ſanctitati tuæ: æquanimiter crebras eius iniurias tulimus! Sed uerum eſt: quod dici ſolet. Veterem ferendo iniuriam·in uitas nouam. Igitur ne ſerpat hoc malũ latius: & ut eiuſmodi ſcandalorum ſeminatis occuratur: tuæ ſanctitati deuotiſſime ſupplicamus: ut ſi non auſus inſolentis hominis coherceatur: agamur noſtræ Reipublicæ conſulere dignitati·ac noſtrorũ ſaluti. Spes ſumma eſt in tua ſanctitate: quæ nunquã iuſtitiæ: & quieti defuit. Placuit inſuper ualde nobis: quod ad. N. mittatur: qui tuo iuſſu det operam. N. relinqui: & liberum dimitti locũ iis: ad quorũ iura pertinet: ne pupillis fiat iniuria: ſimul ne detur eiuſmodi hominibus nocendi facultas. Eſt enim is locus ad id opportunus imprimis. Confidimus·& in hac re: & in cœteris omnibus·omnia iuſte·ac ſalubriter tuam effecturam Sanctitatem: cuius Commiſſarium ad fines diiudicandos inter Eccleſiaſticos·ac noſtros expectamus. Noſter.n. q̃ primum præſto erit: cum optemus pacatã uicinitatem·præſertim cũ eccleſiæ: & tuæ ſanctitatis ſubiectis. Vale.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Quæ agit·quę quotidie pſtat tua. R. D. in patriã officia non poſſunt ſatis litteris explicari. Sed ea & ſalutari experimur effectu: & recentioribus nobis illuſtrantur documentis. Retulit Maſſainus: quanta huius Reipublicæ negocia·beniuolentia: ac ſtudio pertractaueris: qua quidẽ de re agimus q̃ maximas tibi gratias·gaudentes nobis·patriæ gratulantes: quod eiuſmodi patrẽ·ac benefactorẽ·illã habere contigerit. Magnũ·ac diuinitus datũ munus. Quod tam & ſi minime putamus neceſſariũ: tamen pro noſtro officio rurſus magnis precibus (ſiquid poſthac quoq; acciderit opus) tuam. R. D. obſecramus: ut eodem: quo ſemper antehac: ſtudio: & amore patriã proſequatur. Nam abſquiuis homine: quum uſus eſt: ſalutare iudicatur accipere beneficium. Verum enim uero id demũ iuuat: quod ab eo confertur: in quo benefica uoluntas eſt recta gratificandi ratio·& abunde facultas ſuppetit. Igitur. N. cauſam: & ſiqua occurrãt alia: tuę. R. D. deuotiſſime cõmẽdamus: præſertim: ut is fundus pupillis libere a. N. relinquatur. Vale.

Senenſes. N. Cardinali. S. P. D. N. ciuem noſtrũ non modo: quia noſter ciuis: ſed etiam propter magnã uirtutẽ eius·atq; eruditionẽ uehementer diligimus. Hic pellectus gloria iſtius celebris urbis·iſthuc conceſſit diſputandi gratia·ut ſolent: qui in præclara ſtudiorũ exercitatione uerſantur. Accepimus inſimulatum illum non ſani dogmatis: cum tamen catholicã fidẽ ille ſemper auxerit·& magno ſemper ſtudio tueri cõſueuerit. Tum inquiſitorem ob eam rem illũ in iudiciũ uocauiſſe: & aduerſus eum edidiſſe proceſſum: quẽ cum ſępius ad ſe tuendũ popoſcerit: nunquã tamen iquiſitore negante aſſequi potuiſſe: quod certe non ſatis humanitati conſentaneũ uidetur·cum defenſionem non modo natura: ſed iura omnia diuina: & humana permittant. Proinde. T. R. D. enixius rogamus: ut præfatum ciuem noſtrum·& ſuis laudibus: & noſtra interuentione commendatum ſuſcipiat: & ita illi in aſſequendo proceſſu atq; iudicio faueat: & auxilium ferat: ut intelligat: ut nos ad. T. R. D. pro eius cauſa·non uulgares dediſſe litteras: ſed efficacem: & maximam commẽdationem adhibuiſſe. Quod certe a. T. R. D. noſtrę ſtudioſiſſima Reipublicæ admodum feremus acceptũ. Vale.

Senenſes Illuſtribus Viris. N. S. P. D. Tanta eſt amicitię: & mutuæ uis neceſſitudinis noſtræ: ut magna cum fiducia ueſtrę humanitati commendemus ciues noſtros·præſertim: quos propter ſummam uirtutem·ac doctrinam imprimis charos habemus. N. inſimulatum accepimus non ſani dogmatis in ea diſputatione: quam in ueſtra præclara urbe habuiſſe ferunt: atq; ob id inquiſitorem ei muneri præfatum aduerſus illũ edidiſſe proceſſum. Hunc igitur proceſſum: & iudicium cum ſępius præfatus ciuis noſter ad ſe tuendum poſtulauerit·tamen obtinere nunquam potuit·inquiſitore ipſo penitus abnuente. Id nobis non ſanis probandum uidetur: cum defenſionem natura: ratio: & iura omnia·tum diuina·tum humana conſentiant. Itaq; illum ueſtris Magnificentiis diligentiſſime commendamus: ut earum interuentione humaniter tractetur: & proceſſum ad rem ſuam: & cauſam iuſte agendam aſſequatur: & non modo nulla afficiatur iniuria: ſed pro ſuis laudibus: & noſtra adhibita commendatione fauorem·ſimul & gratiam conſequatur. Confidimus illum per ueſtram uirtutem·atq; operam·gratiam nobis q̃ maximã acturum eſſe. Valete.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Ex Maſſaino intelleximus nuper Roma ad nos redeunte·quam accurate: q̃ magno ſtudio: & beniuolẽtia·præſertim apud Pontificis ſanctitatem tractauerit. T. R. D. noſtræ Reipublicę negocia: & imprimis. N. cauſam. Sed hæc nobis uel nullo referente faciliſme innoteſcunt. Ea eſt enim·ac fuit ſemp tuæ benignitatis conſuetudo. Quare tibi agimus q̃ maximas gratias: & ut uidem poſt hac quoq; facere proſequatur: & in cunctis rebus præſtare huic communi patriæ opẽ dignetur: oramus ſuppliciter. T. R. D. quam etiam·atq; etiam rogamus: ut laborare nõ deſinat apud ſummi Pontificis beatitudinem: donec liberum dimittat. N. Nicolaus: & pupillis nulla fiat iniuria: ad quos iure optimo pertinet locus ille: quam quidem rem ſcito nobis fore gratiſſimam. Vale.

SEnenſes. N.S.P.D. Per litteras ueſtrarum magnificentiarum intelleximus electionem factam noſtra cauſa de. N. ciue noſtro ad obſequium & officium cancellariæ ueſtræ: pro futuro Semeſtri quam rem cum ſumma iucunditate percepimus: & oblatum munus tã præclarum: tanque optatum ita gratum eſt: ut intelligamus percharum ciuem noſtrum pro tanti beneficii magnitudine immortales ueſtris magnificentiis debere gratias: quas habet: & agit nobiſcum una ampliſſimas: quamuis ſatis dignas nunquam referre poſſit: & lætiſſimo animo prælibatam accipit lectionem ad ueniuturis in tempore: & cum ſumma fide: diligentia ac ſedulitate: & cunctis uiribus exercitaturus cancellariatus officium. Quod ſi uirtus: & plena facultas non aderit: fides certe: & ſtudium nõ deerit: & curabit in cũctis rebus ueſtræ p̃clariſſimæ ciuitatis ſatiſfacere honoribus: & ueſtris obedire uoluntatibus: & iura ac leges omnes (quantum in ſe erit) accuratiſſime conſeruare: & ita pollicetur ſe toto (ut aiunt) pectore curaturum. Bene ualeãt ueſtræ magnificentiæ: quarum placitis ſemper erimus paratiſſimi.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi .S.P.D. Non poteſt latere ſumma tua in hãc cõmunem patriam charitas: quam a fructibus nouimus. Ob datum reſpõſum gratias agimus. Sed audiuis a Pontifice nouis legatis rurſum tuam precamur clementiam: ut quoniam ad amicorum noſtrorum ſtatum eiuſmodi tractatus pertinere uidetur: eis ipſis de rebus nos dignetur reddere certiores: qui mos uetus eſt, T.R.D: cui patriæ ſalutẽ: & dignitatem plurimum commendamus. Vale.

SEnenſes. N.S.P.D. Non mediocrem iacturã paſſus eſt Thommaſſonus Thommaſſonius ciuis noſter ob dilationem Tudertini Magiſtratus: quem pridem concedente Pio quondam: & poſt modũ Paulo ſecundo Pontifice benigne confirmante initurus erat. Nõ abſq; magno ipſius damno: qui omnia ad Magiſtratus ingreſſum comparaſſet: uõ ſine honoris etiam non nulla iactura modeſte paſſus eſt eam dilationem uſq; ad præfinitum a Põtifice tempus. Sed iam tandem æquitas: Pontificis pietas: conceſſi muneris conditio fauere Thommaſſono uidentur: ne diutius cunctetur Magiſtratum inire. Implorat Pontificis clementiam: interpoſuit preces noſtras: in tuæ. R.P. opera uehementer confidit. Nouiſti cauſam Thõmaſſoni. Oramus enixius: ut ita ad eius uotum impetrandum ſtudium: atq; interceſſionẽ ahibere uelis: ut &. T.R.P. & per illam nobis gratias fit acturus. Speramus quemadmodum cœteris in rebus: & in hac quoq; nequaquã cõmendationem noſtrã inanem fore. Vale.

¶ Patentes literæ fidem publicam continentes.

SEnenſes Subiectis ſalutem: & paternæ dilectionis affectum. Cum illuſtrem uirum: & noſtræ amiciſſimum Reipublicę Ioannem Marcum Carpi Dominum magno complectamur amore: & cum ad noſtræ ditionis agrum uenire contingat: pro mutua neceſſitudine ac uetere beniuolentia damus illi: & comitibus eius publicam fidem ita: ut pateat illis: ac ſuis oĩbus liber acceſſus cõmoratio reditus atq; diſceſſus cũ ſuis ſarcinis ac rebus cunctis omni prorſus moleſtia: atq; impedimento ceſſante: ut tum ad urbem noſtram: tum ad omnia quæcunq; noſtræ ditionis loca accedere: commorari ac diſcedere libere poſſit præfatus Dominus cum ſuis omnibus tam equeſtribus: quam pedeſtribus ſolis exceptis noſtræ Reipublicæ rebellibus ac damnatis exilio. Itaq; iubemus: & imperamus omnibus: & ſingulis noſtræ ditionis Magiſtratibus: Prætoribus: communitatibus: & ſubditis quibuſcunq;: ut hãc noſtram publicam fidem ac liberum & ſaluum conductum inuiolabiliter ac diligentiſſime ſeruent: & predictum Magnificum Dominum omni humanitate atq; beniuolentia proſequantur: omni penitus tam reali: q̃ perſonali impedimento ſublato. ſub noſtræ indignationis incurſum. Valeant qui legerint.

¶ Patentes literæ ciuilitatis pro Alexandro Miraballo.

MAgnifici atq; excelſi Domini: Priores: Gubernatores communis: & Capitaneus populi: uexilliferq; iuſtitiæ florentiſſimæ Senenſis Ciuitatis cum certo arbitrarentur iuſtũ ac par eẽ: ut magnos ac præſtantes Viros ſummis quoq; atq; ãpliſſimis honoribus p̱ſequerentur: idcirco perſpecta: explorataq; uirtute: beneficentia: integritate clari Equitis ac celeberrimi uiri Alexandri gente quidem Miraballi: patria uero Neapolitani: ne ſummorũ ac multiplicium beneficiorum uiderentur immemores: quod habuiſſent ſummum p̃riũ ãpliſſimos honores: ſempiternũ p̃miũ & illi & ſuis poſteris p̱ uirilẽ lineã: & p̱ acceptis bñficiis p̱ illius ſũma p̱bitate ac uirtutis gloria: p̱ optimo i ſuã Remp. aĩo ac bñfica uoluntate eũdẽ ipſ Alexandrũ ſolemni ritu: & pro maiorum ſuorum conſuetudine ſenatus conſulto & frequẽtius comitiorũ aſſenſu ac deniq; totius populi Senenſis approbatione ciuitate donarunt ac lata lege Senenſem ciuem decreuerunt: quod quidem priuilegiũ ac præclarũ inſigne æternumq; illius uirtutis monumentum & publica tabellionis fide & Senenſis ciuitatis ſigillo declarari & ratum fieri uoluerũt. Proinde eius

muneris publicas deferunt tabulas: quibus poſthac freto cunctis honoribus officiis priuilegiis immunitatibus exemptionibus uti liceat: quibus ciues reliqui perfruuntur: quos eadẽ ciuitas genuit: aluit educauit: ad ampliſſimos honores prouexit ampliſſimis muneribus decorauit: nimirum exiſtimantes tanti uiri & tam clari ciuis acceſſione Senenſis reipublicæ nomen ſplendidius fore atq; præſtantius: quippe quæ maximos quoſque uiros ac de ſe bene meritos in ſummo ſemper habuit precio: ac præcipuo quodam amore complexa eſt: quo uidelicet in numero Alexandrum præfatũ conſtituit: atq; ob eam cauſas læta ciuẽ illũ cũ poſteris ſuis filiumq; aſciſcit: nequaq̃ obſtantibus ullis aut legibus: aut inſtitutis & eo præſertim: in quo de domo ædificanda cautum & ſancitum eſt: quibus omnibus hac una in re & ſpecialiter & generaliter ex certa ſcientia ac proprio motu derogatum eſſe uoluerunt. Valeant qui legerint.

¶ Patentes litteræ pro conceſſione armorum.

QVanquam multa uariis ſæpe temporibus in Senenſi ciuitate & republica contigerunt: nihil eſt tamen unquam geſtum aut maiore & elatiore animo aut grauiore periculo & certiore ciuitatis ac ſplendidiore uictoria q̃ quod nuper ab optimis uiris Senenſibus confectum eſt in patria liberanda libertateq; tuenda aduerſus nefarios atq; impios Senenſis patriæ proditores: qui tam præclaram tamq; glorioſam ciuitatem ſeditione ac ſcelere labefactare atq; euertere conarẽt. Nulla res unq̃ geſta in bello tanta: nulla tam ſalutaris uictoria parta eſt: quæ poſſit cũ memorabili hoc geſto comparari extortis de manibus improborũ & proditionis auctoribus nefandiſſimis armis & omnibus ad ſummã tranquillitatẽ iuſtitiam concordiãq; redactis. Vere præcipua quadam atq; imortali laude digni ſunt: & ſummis honoribus decorandi ii ciues magnanimi & clariſſimi: qui obliti ſuorum cõmodorum ſegnitia omni atq; ignauia contempta patriam ut incolumem facerent ſeipſos liberos ac fortunas ſuas grauiſſimo diſcrimini obiecerunt: cum mallent ſaluam eſſe rempublicam q̃ ſuæ ſaluti ac uitæ proſpicere. Quod quia & periculo ſuo & multorum odio factum eſt: qui coniuratoribus Senenſis patriæ accederent: triginta uirorum auctoritate & decreto ſolemni ritu ſancitum eſt: ut cuiq; eorum ad ſui corporis & ſuorũ tutelam liceat arma tribuere quibuſcunq; libuerit bina terna quaterna ue: ut inferius præſcribetur: ut omnis improbis hominibus ac ſceleratis ſectatoribus lædendi nocendiq; adimatur facultas: cum haberet id collegiũ abſolutam quandam gerendarũ rerum poteſtatẽ. Deinceps nominatim ſinguli annotabuntur. Valeant: qui legerint bona mente.

¶ Pene ad idem.

OMnium rerũ ſtudioſiſſime ſemper id ſeruare ſolita eſt Senenſis reſpublica: quum in bonorum adminiſtratione incidit: ut bene de ſe meritis uiris liberalem ſe ac munificam exhiberet: tum ob uitandæ peſſimæ ingratitudinis labem: qua nihil execrabilius eſſe poteſt: tum ut alios quoq; ad bene agendũ premiis atq; inuitamentis alliceret: beniuole cõplexa ſemper eos: qui fidem & charitatẽ erga ſe indicare uoluerint: in quo numero ſtatuit. N. decernendũ: q magno ſuæ ſalutis periculo patefecit: quæ parabant̃: inſidias: & abdita multa ex intimo & ſecreto loco deprompſit: ac detulit ſũma fide ac præcipua diligẽtia ad eos: q haberent rerũ poteſtatẽ: ob cuius facti mercedẽ illũ primũ uiri ad id conſtituti beniuole ſuſceperunt: & ut ciuilẽ uitã facilius traducere poſſet: pulchro donarunt munere: nec abire ſine mercede inſtituerunt eius beneficii largitorẽ: ut inferiore ſcriptura liqueſcit. Valeant: qui legerint.

SEnenſes. N. Epiſcopo. S. P. D. Venit Gulielmus Stephani filius cognomẽto Tartalinus ex oppido Montepiſcali ſubditus noſter: & p eccleſiæ agrũ facturus iter aget ſecũ armẽtum boum ducturus illud ex Tolphis ad Chriſtophorũ Gabrielẽ ſpectabilem ciuẽ noſtrũ: quod quidẽ pecus generoſus dominus Ludouicus mittit partẽ dotis ob contractã cũ præfato ciue noſtro affinitatẽ. Oramus igit̃. T. R. D. noſtræ omnibus de cauſis amiciſſimam reipu. ut tum pp dotis rationẽ: quæ ubiq; magnũ fauorẽ nanciſci ſolet: tum etiã ipſius ciuis noſtri gratia: quẽ uehemẽter diligimus: præſtare uelit auxiliũ atq; opem: ſi opus acciderit: & præfatus Tartalinus requiſierit ad traducendũ armẽtũ ipſum incolume: quod nobis quoq; placebit plurimũ: qui uiciſſim. T. R. D. gratificari omnia ſumus affecti. Vale.

SEnenſes. N. Epiſcopo. S. P. D. Nouimus ſemp q̃ ſtudioſe curet oĩa. T. R. P. quæ nobis noſtriſq; omnibus grata ſint: præſertim uero ſi uel ad diuini cultus pertinent dignitatẽ: uel ad hominũ ac populorũ ſalutem. Aſcianenſes igit̃: quos ꝓ fide ac deuotione ſua in nos mirifice diligimus: cũ moleſte ferant eccleſiæ bona inutiliter profundi ac diſſipari: exiſtimãtes iure patronatus obligari ſe ad eorundẽ bonorũ conſeruationẽ ꝓuiderãt: ut opportune cenſebãt. Nũq̃ illorũ mẽs fuit aduerſari eccleſiaſticæ libertati: ſꝫ cõtra tueri potius atq; augere eccleſiæ iura: quæ cũ magno Aſcianẽſis eccleſiæ dãno p rectoris culpã labunt̃. Quare pſpecto optimo eius ppl'i ꝓpoſito: cognita rectoris ipſius negligẽtia: adhibitis noſtris p̃cibus hortamur T. R. P. ut ab eo ppl'o & fidelibus uẽis cenſurã oẽm amoliri uelit: & magno illos potius cõplectat̃ ſtudio atq; amore: tum ut rectorẽ ipſm: qui cauſam dedit rebus eiuſmodi ita admoneat: atq; coherceat: ut deſiſtat

doſthac profundere Eccleſiæ bona ac nocere eis: quos (ſi de ſorte Chriſti eſt) iuuare debet uerbo atq; exemplo.: T.R.D. ſectando ueſtigia: quæ & fidelibus ſalubriter proſpicit: & libenter gratificatur poſcentibus nobis. Vale.

SEnenſes eximio Doctori. N. S.P.D. Intelleximus nuper Aſcianenſes noſtros: quos ob ſummã ipſorum deuotionem charos imprimis habemus: excõmunicationis cenſura affectos Parrochiani impulſu. Id non poſſumus nõ dolere: qui nouerimus optimum eius cõmunitatis propoſitum: nec minus rectoris ipſius non ſatis probatos mores: qui cum in coetera eius uita declinet a ſacerdotii dignitate: etiam eccleſię bona fundere ac dilapidare contẽdit: quod certe putamus non minus tuæ reuerentiæ q̃ Aſcianenſibus ipſis eſſe moleſtũ. Mens hominum & eorum: qui agunt: recta ſpectanda intentio eſt. Non enim deeſſe Aſcianenſes eccleſiaſticæ libertati noluerunt: ſed firmare eccleſiæ iura: ne per rectoris negligentias dilabantur. Proinde audiet illorum Oratores tua præſtantia: & rebus omnibus recte perſpectis etiam intuitu noſtro (ut certe confidimus) excõmunicatione abſoluet omni: & Aſcianenſiũ uoto & rectoris directioni & noſtris poſtulatis cumulatiſſime ſatiſſaciet: quod ut facere uelit tua ſingularis prudentia magno ſtudio exhortamur. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S.P.D. Quoniam magno cũ ſtudio omnia gratificatur nobis T.R.D. nos quoq; ſiquid opus accidat: & cũ magna fiducia petere nõ dubitamus. Foelicis ac ſanctæ recordationis Pius Pontifex: qui non modo patriæ conſuleret: ſed etiam concitibus ſingulis prodeſſe lætaretur: conſtituerat Thommaſſonum Thõmaſſonium Tudertinũ Præſidem. Dignatus quoq; eſt Paulus Secundus eandem electionẽ ratam habere: Sed progata res ẽ aliquandiu ad Tudertinorũ cõmodum: quod tuam putamus minime latere R.D. Præbuit ſe ciuis noſter uſq; modo humiliter aſſentientẽ dilationi inſtitutę: ut Pontificis iuſſa ſequeretur. Sed certe non ſine magno ſuo incõmodo: & nõnulla fortaſſe honoris iactura: quam ſi facile ac modeſte paſſus eſt obſeruantiſſimus Pontificis Thõmaſſonus iam tandem æquum ac pium uidetur non fruſtrari diutius expectationem eius: nec dari ineundi Magiſtratus illius morã longiorem. Neq; enim ſatis recte alter Thõmaſſono pferri debeat pſpectis oĩbus cõceſſi per Pium: firmati p Paulum muneris conditionibus. Confidit ciuis noſter apud Summi Pontificis Sanctitatẽ ſe nõ æquitatem ſolum: ſed gratiam quoq; reportaturũ interueniente tamen benigno fauore: & quæ nunquã ſine fructu eſt: tuæ. R.D. interceſſione: quam & ille ſuppliciter implorat: & nos: ut eam enixius adhibere uelit etiam atq; etiã oramus. Sed quid pluribus Senenſes cõmendamus: quibus prodeſſe & ſemper & ſtudioſe conſueuit. T.R.D. quã foeliciſſimã fore uehementer optamus. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S.P.D. Conſtituerat iampridem fęlicis recordationis Pius Pontifex Tudertinum Præſidem Thõmaſſonum Thõmaſſonium: & eam ipſam eius muneris conceſſionem: & pro ſua benignitate confirmauit Paulus Secundus: quã ut Tudertinorum cõſueuerit utilitati: ad certum tẽporis ſpatiũ diſpẽſauit: & diſtulit: quod cũ elapſum ſit: & ob moram ineundi Magiſtratus non mediocre incõmodũ cũ dignitatis etiam iactura ſit paſſus ciuis noſter: & perſpecta tum primum concedentis tum deinde confirmantis utriuſq; Pontificis auctoritate atq; fide & æquum & decorum uidetur neminem iam tandem in eo Magiſtratu preferri: cum perſpectis ſperati muneris coditionibus: ſuo quodam iure: accedente Pontificis benignitate ſit Thommaſſonus anteponendus. Oramus tuam: R.D. ut ad rem plane aſſequendã adhibere dignetur apud Pontificem ipſum preces: atq; efficaciſſimam operam: quam confidimus nullo pacto inanem fore: cum plurimum ualeat apud Apoſtolicum principem auctoritate: & gratia: & ĩ noſtrorum ciuiũ fauorem & commodum nũquam cum moleſtia laborare conſueuerit. T.R.D. quæ bene: ac foeliciter ualeat.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Nihil eſt: quod quidem cupiamus uehementius: quam quietem: quam cum utriq; magno complectamur ſtudio: par eſt: ut eandẽ inter noſtros oẽs accuratiſſime conciliemus ſublatis undiq; diſſenſionum ſeminariis. Diſceptãt iampridẽ Politianenſes: & Calcianenſes de finibus: qua in re nihil ommiſſimus: quod ad cõcordiam accomodatum putaremus. Frequentes dedimus literas. Amice cum Politianenſibus egimus. Vos crebro cohortati ſumus ad remedium adhibẽdum. Veſtram nouimus ad cauſam terminandam paratiſſimam uoluntatem. At obdurant Politianenſes in dies magis: & cum noſtrorum iniuria progrediuntur latius. Nos noſtros cõprimimus: noſtris cõcordiam ſuademus: quos cũ a concordia alieniores intelligamus: ut cunctis occurratur in cõmodis: rurſum ad uos confugimus: oramuſq;: ut iam tandem pro ueſtra bonitate ac ſapientia operam detis efficacem illam quidem: ut ſtatuatur his contentionibus modus: & per Commiſſarium ad rem conficiendam idoneum una cum noſtro controuerſia oĩs iuſte: amice: concorditer ſopiatur: quæ in ueterata longe fit deterior nec niſi uel indignationẽ anget uel ſcandalũ parit. Per noſtrã igit̃ amicitiã: & p cõmune trãquillitatis ſtudiũ: & par utrumq; ad bene uiuendum deſideriũ rogamus uos: & ẽt atq; ẽt oramus: ut remediũ: quale arbitramini accomodatius: & reſponſum: quale uero depoſcit fraternitas: dare q̃ primum uelitis: & nos per noſtrũ hũc Tabellarium certiores reddere. Valete.

SEnenſes Senæ Cardinali.S.P.D. Exponet negocia nõnulla:quæ apud Summi Pontificis Sanctitatem expediri cupit noſtra Reſpublica·ſpectabilis Eques Franciſcus Aringherius·ciuis noſter dilectiſſimus:& ipſe coram cum. T.R. D.explicabit. Eam igitur oramus:ut pro benigna eius conſuetudine præſtare dignetur:quod nunquam denegauit opportunum & conſilium & auxilium. Vale.

SEnenſes Cæſari.S.P.D. Cum ſumma animorum lætitia accepimus:quę grauiter·ſplendide·atq; eleganter expoſuit uir eloquẽtiſſimus Proſper Camellus·excellentiſſimus tuæ ſacræ Maieſtatis Orator:& ea fuerunt omnia q̃ gratiſſima nobis:qui tuam celſitudinem & ſacrum Imperium imprimis ueneramur:& ſumma fide·ac deuotione proſequimur. Agit clementer nobiſcum·& cũ deuotiſſimo Senenſi populo tua ſacra Maieſtas:cui ob ſummam eius in nos pietatẽ & paternã dilectionẽ·& agimus·& habemus ampliſſimas gratias·atq; ĩmortales. Quod ſaluere nos iubet:quod de admirabili eius ĩ cunctis rebus ꝓuidẽtia:de diuino eius conſilio:de ſanctiſſimo ad tuendam Chriſtianæ fidei religionẽ propoſito:quod de ſingulari in hanc ciuitatem beniuolentia tuæ maieſtatis·ac ſacri Imperii omnium obſequentiſſimam:quod de magno negocio & cæteris rebus·nobis per ſuũ clariſſimũ Oratorem·notitiam & declarationem fieri tam benigne uoluerit:non poſſumus non ĩmortales habere grates tuæ ſacratiſſimæ Maieſtati:quæ omnia ſapienter·ſalubriterq; diſponit:cuius nos maxime laudamus:atq; glorificamus nomen:et quanquã ſuperuacuum uideri poſſit:tamen pro noſtra ſumma deuotione & ciuitatem ipſam·& fortunas eius omnes ex intimis cordibus offerimus·ſemper obſequiis paratiſſimas tuæ Maieſtatis:cuius & gloriã & fœlicitatem uehementer optamus:& eidem cũ ſumma fiducia ſtatum noſtræ Reipublicæ·ac libertatem cõmendamus in tuæ Maieſtatis & opibus & incredibili benignitate plurimũ confidentes. Poſtremo·quæ Adouardi Mariſcoti materiã continent:ex eodem ipſo Oratore:quo cũ rem totam contulimus:noſſe poterit tua Maieſtas & cauſæ ueritatẽ ac terminos·& noſtræ ciuitatis optimã diſpoſitionem·ac uoluntatem. Clariſſimã fœlicis recordationis Pii progeniem:quam plurimũ diligimus:& charam habemus imprimis·cõmẽdatã tuæ celſitudinis nomine·utiq; ſtudioſius·& amore & omni officii genere proſequemur. Nã nihil eſt nobis prorſus gratius:q̃ tuę cunctis in rebus obſequi Maieſtati:quæ bene·ac fœliciter ualeat.

SEnenſes. N. Cardinali.S.P.D. Libenter fauet noſtra Reſpublica Religioſis uiris:& qui diuino inſeruiunt cultui. In hoc numero Fratres Heremitas diui Auguſtini cenſemus imprimis:& eos·qui conuentu Iliceti uerſantur·non longe a noſtra urbe:quorum affectamus concordiam·& ſanctam uiuendi rationem. Eſt enim locus ille præcipue auguſtæ religioni & diuino aptiſſimus cultui. Itaq; locum & conuentum ipſum. T.R.D. diligentiſſime cõmẽdamus:& cũ ob eam cauſam ueniat eius fraternitatis nomine:qui nõnulla. T.R.D. ſit explicaturus. Oramus eam:ut illum benigne audire:& in his:quæ cœtus ipſius commodũ & conſeruationẽ·ac religionis honorẽ ſpectant:opem atq; auxiliũ prębere dignetur:quod nobis erit q̃ gratiſſimũ:qui eum piiſſimũ locũ ſeruari & augeri uehementer optamus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D. Venit ad T.R.D. uir religioſus.N. cui has dedimus litteras:miſſus a Fraternitate Heremitarũ ſancti Auguſtini:qui conuentũ Iliceti incolunt:haud longe ab urbe noſtra. Is nõnulla expoſiturus eſt eius cœtus noĩe. T.R.D. Oramus:ut expoſitorem ipſum benigne audire uelit:& in his·quæ eius loci & fraternitatis concordiam·conſeruationẽ·cõmodũ·atq; honorẽ continent:benignũ dignetur præſtare fauorẽ:intercedentibus nobis:q eius conuentus religionẽ & ſanctimoniam·ac loci piiſſimi augumentum uehementer optamus. Vale.

SEnẽſes Marchioni Ferrarienſi.S.P.D. Plurimũ gaudemus nobis:& noſtris ciuibus gratulamur:quos ubi acciderit opus:ĩtelligimus apud tuã Illuſtr. dominationẽ ualere gratia:& opportunos fauores reperire:quod nobis ipſis periucundũ eſt:q quod uni ex minimis noſtris fit:nobis fieri arbitramur. Sed tanto certe magis:Si fiat iis:quos propter ſingularem tum uirtutem·tum etiam doctrinã·ac magnam laudem imprimis charos habemus:& ſumma beniuolentia·ac ſtudio proſequimur:cuiuſmodi Bernardum Lapinum ciuem noſtrum·& in præclaro tuo legentem Gymnaſio eſſe arbitramur. Hunc nos non modo:quia in Senatorum noſtrorum cenſetur numero:& optimis parentibus ortus eſt:ſed multo certe magis:quia ingenio & multa rerum cognitione præſtat:& a teneris (ut ferunt) unguiculis·ingenuarum diſciplinarũ exercitatione uerſatus eſt:cupimus ab omnibus uehementer amari:ſed præſertim a tua Illuſtr. dominatione:quã ille maxime ueneratur:& colit. Cum igitur intellexerimus in ſuis negociis·& quorundã inſectatione·q̃to ſtudio·q̃ paterna charitate tua Illuſtr. Dominatio fuerit illũ ãplexata & tutata dignitatẽ eius:agimus ex intimis animis q̃maximas gratias:& habemus multo maiores ualde lętati:& quod uirum innocentẽ·& indagandæ perſtudioſum ueritatis:quod uere philoſophantis munus eſt:tuerit:atq; fouerit:& quod tua excellentia eiuſmodi documentis oſtendat noſtram amare Rem publicam. Nos quoq; pari mente ſemper affecti erimus:& a recta amicorum conſuetudine nunquã

diſcedemus/perſuadẽtes nobis: ſiquid etiam ad tuendam præfati ciuis noſtri dignitatem reliquum ſit: cõſimili quoq; hũanitate proſequetur/& gratia: quod & ſperamus futurũ: & factũ lætis excipiemus animis. Vale.

¶ Senenſis Fides.

PLurimum ob uirtutem & probitatem: ac propter generis claritudinẽ diligimus Guidonem Ioannis filium/nobilem uirũ/& noſtræ chariſſimũ Reipublicæ. Is uerſus Ciſalpinam Galliam iter intendit: & nõnullas Italiæ oras peruiſurus accedit. Quare uniuerſos & ſingulos Dominos/ac Principes/amicos/ac beniuolos noſtros oramus nos Priores gubernatores Cõmunis/& Capitaneus Populi ciuitatis Senarũ: Subditis uero noſtris imperamus: atq; edicimus: ut præfatũ Guidonem/& comites eius omnes cum ſarcinis & rebus ſuis grate/humaniterq; ſuſcipiant: & eum amice tractẽt: & de cohorte (ſi fuerit opus) ꝓuideant: & amore/ſtudio/& cunctis fauoribus proſequantur: quod propter noſtrã in eum & ſuam familiam beniuolentiam: q̃ grariſſimũ accipiemus. Valeant: q legerint.

SEnenſes Eximio Doctori .N .S.P. D. Cũ intellexerimus nuper qua humanitate: qua beniuolentia exceperit: atq; amplexata ſit tua reuerẽtia Aſcianenſes noſtros. Fuit id certe noſtræ gratiſſimũ Reipublicæ: ac uere iucundũ extitit nobis/tantum noſtras litteras hactenus habuiſſe momenti. Agimus tuæ dignitati/ſimul & reuerendo Epiſcopo magnam gratiam: & cum acceperimus utranq; partem accerſitam/& Kalendis Iuniis ad prodenda ſua iura/iſthic affuturam eſſe: rurſum hortamur: atq; oramus tuam reuerendam: ut Aſcianenſis & Eccleſiæ/ſimul & populi optimam habere rationem uelit: & præcipue interuenientibus nobis cenſuram ab eo delere omnem & eccleſiæ bona/ac iura tueri: ne ſi nõ occurratur rectoris uel incuriæ/uel imprudẽtiæ/damno afficiatur Aſcianenſis eccleſia: & cæteris quoq; malo eiuſmodi noceatur exemplo. Nam ubi ſacerdotalis dignitatis maius donum eſt: ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ: & quæ ꝑ Rectores delinquuntur: duplici reatu fiunt obnoxia. Confidimus plurimũ in tuæ reuerentiæ ꝓbitate/conſilio/beniuolẽtia: ut & Aſcianẽſibus ſatiſfiat: & ſimul diſcant: q eccleſias regũt: nõ abligurire/ac diſſipare eccleſię bona. Sumus & nos tuis ſemper beneplacitis paratiſſimi. Vale.

SEnenſes Fratribus obſeruationis diui Bernardini .S.P.D. Quanta ſit noſtræ ciuitatis & Senenſis populi deuotio in ueſtrã ſacratiſſimã religionẽ: nõ ignorãt ueſtrę paternitates: quę cum uiciſſim noſtram diligant ualde Rempublicam: putamus libenter illas ſemper fore paratas ad gratificandum nobis: pręſertim in his: quę ad diuini cultus honores/ad ueſtrę religionis augumẽtum: ad populorum ſalutem ſpectant: memores illius inclyti coelitis & concionatoris inſignis diui Bernardini: quem noſtra tulit patria: cuius ſanctitas/ac doctrina nõ Italiam ſolum: ſed & cunctos fidelium populos illuſtrauit. Deſiderat populus noſter Euangelizatorem ueritatis/& uerbi Dei/pro futuro quadrageſimali tempore in noſtra cathedrali eccleſia & celeberrimo templo/ex his tribus unum: quorum infraſcripta ſunt nomina. Vera dilectio iuſtum & decorum negare debet nihil. Veſtram igitur hortamur charitatem: ut ex tribus unum deligãt ueſtrę paternitates: quem maluerint: & illum inſtituant Prędicatorem: qui & in tempore affuturus ſit in noſtra urbe: & uiam Dei in ueritate doceat: atq; perſuadeat. Expectamus ueſtri uotiuum reſponſum/& gratiſſimũ nobis: q ad ueſtræ religionis decus/noſtrã offerimus ſemper paratam Rempublicã. Valete.

SEnenſes Magno Rhodi magiſtro .S.P.D. Duo ſunt nobis de tua reuerenda dominatione exploratiſſima: & quod plurimũ noſtram diligat ciuitatem: & Iuſtitiam ſtudioſiſſime amplexetur. Hæc nobis magnam præſtant fiduciam: ut in cauſa honeſta ciues noſtros fidentiſſime cõmendemus. Cæſarius quidam Antonii/ciuis noſter diutius ſe Rhodi continuit: & ibidem uitam quoque finiuit. Is reliquit ſorores duas/ſacras uirgines/& ſanctimoniales Monaſterii: quod dicitur Sanctæ Mariæ Angelorum/in noſtra urbe: quæ cęlibem & religioſam in ſanctitate uitam ducunt. Ad eas pertinent præfati Cæſarii bona/tum teſtamẽti (ut dicitur) tum maxime fraternitatis & propinquitatis iure. Ad cauſam ſuam agendam/& ad hæreditatem ſibi competentem recuperandam/conſtituerunt procuratorem/& rerũ gerentem Othonem Dominici Laurentii/Rhochii fratrem ſuum/& dilectum ciuem noſtrũ. Is adibit ob eam ipſam cauſam T.R.D. Hanc igitur oramus: ut & æquitatis intuitu: quã maxĩe colit Chriſtiana religio: & noſtra inſuper cõmendatione/benigne audire uelit prænominatum Othonẽ: & ei dignetur in iure aſſequendo/opportunũ/atque efficacem præſtare fauorem: ut quod nobis gratiſſimum eſt: gaudeant ſponſæ Chriſti & religioſæ uirgines/per tuam auctoritatem atq; iuſſum/ſe Iuſtitiam ſimul & gratiam conſecutas: quod ſperamus: & ut ſuccedat/uehementer rogamus. T.R.D. cuius placitis annuere & aſſentiri lætabimur. Vale.

SEnenſes Florentinis .S .P. D. Intelleximus: quæ ſcripſit Magnifica ueſtra fraternitas: quęq; eius nomine coram expoſuit religioſus Monachus Bernardus/ſacri ordinis Montis Oliueti profeſſor/in cõmendationeꝫ .N. qui grauioris reus criminis/pecunia & bonis omnibus mulctatus eſſet. Nos cupidi (ut ueram decet amicitiam) gratificari ueſtris Magnificentiis/rem ad Senatum noſtrum detulimus: qui mallens ueræ amicitiæ facere ſatis: quã iuſtam infligere grauiter delinquenti pœnam: decreuit bona omnia .N .uxori con

donare:quæ Fiſco noſtro adiudicata erant:atque etiam ſi illa pluris ſint q̃ quod dotis nomine debeatur:id omne:quod ſupra reliquum ſit:libenter elargitur:quod ut faceremus tum pietas & commiſerano quædam ſuaſit:tum uel maxime ueſtra impulit cõmendatio:quã uolumus cunctis ſemper in rebus plurimũ apud nos habere momẽtum. Sed optimas noſtræ Reipublicæ uoluntatem ac ſtudium: quanquã putamus ueſtris Magnificentiis exploratã:tamẽ ipſe idẽ:quẽ preſcripſimus:Bernardus charus ciuis noſter poterit corã diffuſius explicare. Valete.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quæ acciderũt:quę geruntur:a quouis ſcripta grata ſunt nobis:ſed tum demũ gratiſſima exiſtunt:quum per.T.R.D.litteras ſignificantur:quas magna ſemper cũ iucunditate recipimus. Quod igitur de.N.inter Pontificis ſanctitatẽ & Maieſtatẽ Regis conuentũ eſt:putamus cõmunis boni gratia factum ac pacis ſtudio. Et quod p tuas literas certo innotuerit nobis:habemus:agimuſq; T.R.D.gratias. Si qd præterea contingat noui:quod noſtra ſcire interſit:oramus:ut poſthac quoq; digne tur nos pro benigno more reddere certiores. Sed quid adhibemus calcaria ſponte currenti? Quæ patriæ conducunt:quę cordi nobis eſſe queant:illa ultro ac periucunde tua efficit.R.D.quã rogamus quoq;:ut in cauſa cũ Plumbinenſi Domino de Abatia ad tantum ita intercedentibus nobis procedere uelit:ut & proſit illi noſtra cõmendatio:& noſtras intelligat litteras nõ fuiſſe uulgares. Non.n.fugit.T.R.D.non ſine grauiore cauſa nos ad hanc cõmendationẽ fuiſſe cõmotos. Vale.

Senenſes eximio Doctori.N.S.P.D.Superioribus diebus ſunt nobis tuæ reuerentiæ redditæ literæ:per quas facile cognouimus eam optime affectam ad curandã plebẽ Aſcianenſem:& ad eum populũ omni cenſura eccleſiaſtica liberandũ. Agimus de liberatione gratiam:& ad prouidendũ Aſcianenſi eccleſiæ ſalutare propoſitũ laudamus. Quod tam ſeri dilationẽ fructuoſi operis admiramur:credimus tamẽ aliquo neceſſario impedimẽto ſuperueniente negocijũ prorogatum. Sed iterũ atq; iterũ petimus:& enixe hortamur:ut promiſſam fidem ſeruare uelit tua reuerentia:& Aſcianũ petere & explorare Rectoris uitã atq; mores:dare inſuper operam:ne diſſipentur eccleſiæ bona:ne ue præter honeſtũ & ſacerdotii ac rectoratus dignitatem:ſcandalũ fiat ei populo:quẽ magno amore & charitate complectimur:cuius ſalutẽ & quietem uehemẽter optamus. Iuſtũ petimus & tuo officio iure conſentaneũ. Hac in re plurimũ tua in nos beniuolentia indicabitur. Cedet tibi honori:nobis ſummæ iucunditati:ut cognita rectoris ipſius geſta iuſto iudicio dirigantur:ut ſatiſfiat Iuſtitiæ laudi:appareat in curandis rebus eccleſiaſticis diligẽtia:& dent erratorum pretium:qui cũ hominũ ſcandalo delinquere auſint. Sumus tuæ reuerentiæ parati beneplacitis. Vale.

Senenſes Florentinis.S.P.D.Controuerſias omnes magno habemus odio:ſed quæ inter noſtros oriuntur:nimiũ indigne patimur. Nam uera noſtra ac mutua neceſſitudo ab eiuſmodi diſceptandi moleſtia uehemẽter abhorret. Superioribus menſibus Oppidani Montis Caſtelli collecta armatorũ manu irruerunt in fines Ludouici Mariſcotti nobilis uiri ciuis noſtri iuxta Albanũ & Tegonẽ noſtræ ditionis loca:& nõ ſolũ cæſis in uicino nemore arboribus:ſed etiã quibuſdam nimiũ inſolenter geſtis. Ludouici finibus & noſtro agro inſultauere. Sed Ludouicus ipſe ueſtrũ adit Magiſtratũ rem geſtam narraturus ordine. Petimus igitur magna cũ fiducia:quod uos diligẽti cura effecturos nõ dubitamus:ut & Ludouicũ ipſum pro ueſtra conſuetudine benigne audire:ac negocium omne diligenter noſſe:& quã intellexeritis maxime ad rem iuſte tranſigendã oportunã eſſe:tum prouidentiã tum etiam operã adhibere uelitis. Feceritis rem nobis plane gratiſſimã:& noſtræ utriq; fraternitati maxime congruentẽ. Nos quoq; ut quieti conſulamus par ſtudiũ ea ipſa in re atq; officium pollicemur. Valete.

Senenſes.N.Principi.S.P.D.Binæ:quæ eodem tempore tuæ Illuſtriſſimæ Dominationis redditæ ſunt nobis litteræ:geminatam nobis & ſummã attulere lætitiam. His ea fuerint benigne nunciata nobis:quæ tum cõmunis ſalutis:tum fœlicitatis tuæ cauſa merito debent periucunda eſſe cum omnibus Italiæ populis atq; ciuitatibus:tum noſtræ imprimis Reipublicæ:quæ magnam præ cæteris cum iſto præclariſſimo Principatu ac ueterem neceſſitudinem ſeruat:& ſingulari ac mutua ſecũ charitate coniungitur. Itaq; tuis ſecundiſſimis rebus uere lætamur:& maximã ſemp ſuſcipimus uoluptatem. In his ſunt illuſtris ſororis tuæ nuptiæ: quæ ſplendido edita genere:glorioſis orta parentibus:cunctis ingenii fortunæ uirtutis decorata ornamentis:pudicitiæ excellens laudibus conſimilem quoque diuino aſpirante numine uirum nactã eſt:eum uidelicet:quo nemo uel naturæ muneribus:uel florentibus fortunis:uel deniq; ſummis quibuſque & ampliſſimis meritis poterat in cunctis totius Italiæ Principibus offerri prorſus aptior. Huius igitur ſacri connubii auctorem glorificamus Deum:& ut fauſtum lætum fortunatiſſimum ſit illuſtribus ſponſis uehementer optata. Macti ſumpto ſumma fœlicitate & gloria cũ tui clariſſimi principatus firmiore tranquillitate & illuſtratione decoris. Quid multa? Genus ætas forma ingenium uirtus fortuna probe conueniunt:ut nihil ex hoc fœlici coniugio:quod diuinitus coniunctum putamus:ſperandũ ſit aliud q̃ bonorũ omniũ iucundiſſima cumulatio. Quam lætitiam percõmode ſecuta eſt fœlix natalis ſeri perelegantis atq; illuſtris pueri:q exortus intra læta ſponſalia:& nuptiarum

celebritate uere ingentis gaudii & ampliſſimæ gloriæ auſpicatur initia. Hunc dedit tibi rerum humanarum diſpenſator Deus pro maximis uirtutis meritis: & cũ ſplendidiſſimę ſocietatis conſortio illuſtriſſimũ Principẽ pulchra fecit prole parentẽ: quæ chari genitoris imago facile illius reſpondeat laudibus: & in excellentiſſimo Principatu primogenitus tam pręclarus reddat patris & ſuorum omnium ĩmortalem gloriam. Hęc igitur ut ꝓpria ac perpetua ſint: & augeantur indies: cũ Italicę quietis ocio: Deũ totius mundi principes ſuppliciter deprecamur lętati ex optimis animis hisque ſcripta ſunt nobis: pro quibus & q̃ maximas. T. Illuſtr. D. agimus: atq; habemus gratias: & Senenſem patriã deuotiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Quas a tua tua. R. D. recipimus litteras: quo longiores eo maiorem nobis afferunt uoluptatem: nec niſi iucundiſſime legimus: quando & certa ſignificant: quæ gratiora contingunt: & ſummã indicant in hanc patriam beniuolẽtiam ac præcipuã charitatẽ. Nouimus: quę de Ariminenſi negocio ſcripta ſunt: & quo ſtatu urbs illa ſit: & rerum cauſam atq; ordinẽ libenter accepimus. Putamus Pontificẽ cura omni ſtudere paci: atq; pacis ſtudio gerere omnia. Deus aũt: qui ſolus ẽ: & pacis & bonorũ omniũ auctor oĩa bene ac fęliciter uertat. Nos pro benigna & nũq̃ intermiſſa ſcribẽdi conſuetudine atq; hũanitate q̃ maximas agimus. T. R. D. gratias: cui hanc rempublicã tantæ curę eſſe & ei gratulamur: & nos plurimũ gaudemus orantes: ut poſthac quoq; eodẽ ſtudio uti ꝑgat: ac nos maximis quibusq; de rebus dignetur reddere certiores: & cõmunem patriam: quum cõmode licebit: ſemꝑ apud Pontificẽ maximũ gratiorẽ facere: ſicuti ſemꝑ ſtudioſiſſime conſueuit. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. P. D. Monaſterium diuæ Petronillæ: quod in ſuburbano noſtro eſt: habet in ueſtro agro fundũ ad plebẽ ſancti Leonini. Plura ſunt prædii eius pluribus in locis ſparſa arua. Bonã eorum partem occupauere hinc. N. illinc hęredes. N. & ſuo quodam arbitrio alieno agro incubuerũt: quod (ſi ſine ueſtra moleſtia fiet) uiuo eloquio aperiet fuſius is: cui noſtras dedimus literas. Putamus factum præter iuſtum præterq; æquum ac bonũ: ut nulla citatione prædia ſpolietur ſuo iure ſacra ædes: & iubeantur agricolæ colere aliena arua. Id cum fuerit compertũ uobis: nõ dubitamus ueſtræ bene inſtitutæ reipublicæ perſpecta conſuetudine moleſtum & graue futurũ. Proinde petimus: atq; rogamus: ut plane cognitam cauſam curetis in integrũ reſtitui: & ius reddi ſuũ monaſterio ipſi. Quod ſi uel. N. uel prænominati hæredes actionẽ ſe ullam habere profiteantur: in ius uocẽt poſſidentes legitime reſponſuros. Ea n. probatur petendi ratio: nõ occupandi ius. Confidimus iuſtiſſimũ Magiſtratũ ueſtrum iuſtiſſime cauſam tractaturum: idq; ut facere inſtituat: uehemẽter oramus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Ingreſſi Magiſtratum noſtrum confeſtim legimus: quas tua. R. D. litteras dederat: ac ſignificabat reuerendũ religioſum Marianũ deſignatũ Abatem Monaſterii Sancti Saluatoris Montis Amiatæ. Attulit ea res nobis maximã iucunditatẽ: quippe qui nacti ſimus hominẽ ex ſententia: & qualẽ noſtra petierat Reſpublica: & qui cũ diuini cultus honore & ipſius monaſterii ſumma utilitate ſit illi præfuturus. Iucundũ eſt collatũ in eum eſſe beneficium: qui ſecundũ cor noſtrum ſit: & piiſſimo cœnobio optime conſulturus: iucundius: quod in eum: in quem præcipue uniuerſa hæc exoptabat ciuitas. At certe iucundiſſimũ: quod res fuerit te auctore peracta: q̃ tãto ſtudio: tamq; accurata induſtria nunq̃ deſinis propitius patriã intueri: & eam cõmodis beneficiis honoribus augeri. Hoc uere patris officium ẽ: ſemꝑ iuuare ſuos: ac nuſquã deeſſe liberis: & paternã quouis loco præſtare charitatem: qđ q̃ diligẽter: q̃ ſedulo tua efficiat dominatio: noua quotidie ac multa exẽpla declarant. Nobis ſunt hæc in re cũ grata oĩa: tum multo gratiſſimũ: qđ de præfecto Monaſterio Mariano nuꝑ accepimus uiro & noſtræ charo admodũ reipublicæ: & tuendæ religioni maxime idoneo. Nouimus beneficii magnitudinẽ: quapropter tibi q̃ maxime ſint agendæ gratiæ. Nos: quas referre ſatis dignas non poſſumus habemus certe: quas litteris minime explicare ſit opus. Plurimũ Pontificem laudamus: & interceſſorẽ ſimul tãti muneris ea ſpe atq; omine: ut eo ipſo auctore maxima quęq; atq; gratiſſima beneficia conſequamur. Gaudemus: qui in ea tempora incidérimus: quum noſtra reſpublica tanto benefactore lætatur. Qum primũ Senatũ coegerimus: tuas ad eum litteras deferemus: ut cunctis inoteſcat res ipſa & perbenigna. T. R. D. opera: cui & ob ſignificationẽ contingentium rerum agimus quoq; ingentes gratias: & ut ueterẽ morẽ ſeruare dignet: etiã uehemẽter oramus. Vale.

SEnenſes. N. Principi. S. P. D. Veræ id propriũ amicitiæ munus ẽ: ut oĩa amicorum debeant eſſe cõmunia: præcipue uero: quæ læta ſunt & fœliciter acta: ut hinc magna ſit lætitiæ cauſa: inde augeatur gaudii magnitudo. Quamobrem cũ ſumma iucunditate accepimus: quod & illuſtriſſimus Princeps ſignificauerat: atque inclytus Mediolani Dux: tuam Magnificẽtiã ſancta iunxiſſe matrimonii fędera cũ excellẽtiſſima illius ſorore germana inclyta domina Heliſabeth auctore q rerum humanarum curã gerit ſummo Deo: cui nos grates perſoluimus: & ut ſponſis lętum ac fauſtũ ſit ſacrũ connubiũ: uehemẽter oramus: cũ tui principatus illuſtratione & gloria ac firmiore pacis tranquillitate. Nos ualde eo lætiſſimo nuncio ac celebribus nuptiis & uere lætamur: ac pro amica & peniucunda ſignificatione gratiam quoq; ingentem agimus: & no-

ſtram deferimus rempublicam: maximum ſemper: quale optimos amicos decet: ſtudium atq; officiū praeſtituram. Vale.

SEnenſes. N. S. P. D. Innotuit nobis citari rurſum cōmunitatẽ noſtram Lyciniani trans Clanas pro cauſa Hebręorum: quae iampridē quieuiſſe putabatur. Hebraicam peruicaciam & malignitatem nihil admiramur: quae fidelem concionem & Chriſtianū nomen ſupra modū & incredibiliter odit: & execratur. Sed eius nationis gratia ſiqui moueantur fideles: & auxilium praeſtent iniuſta: atq; impia cauſa: Iudęis obduratis ac perfidis: id nō poſſumus (proh dolor: ac nefas) nō uehemēter & admirari: & ſimul & angi: praeſertim cū intelligamus eam eſſe Sūmi Pontificis mentẽ: ut huic negocio finis omnino eſſet conſtitutus. Itaq; noua citatio Lycinianenſium & recidiua cauſa nimium certe nobis admirationi eſt: nec minus quod iterum exempla petantur eorum: quae in ea cauſa acta ſunt: praecipue uero: cum alias pridem eadem ipſa conceſſa fuerint. Ea noſtrorū moleſtia tam moleſta nobis eſt: ut indigne illam patiamur. Nam quae iuſte geſta ſunt ex Iudaicae nationis ſaeuitate: rurſus in forum & contentionem uocari: non ſatis aequum uideri poteſt. Sed qd ea res ad dictam Cōmunitatem ſpectat? Neq; enim ex eius iudicio cauſa iudicata eſt. Confidimus tamen in tua bonitate: quae cognitis cauſae conditionibus: & noſtra inſuper uoluntate perſpecta: auertet aures ab infideli proteruitate: & Iudaica perfidia: & hanc moleſtiam omnem tollet e medio: ac noſtros ſinet quiete agere: & fauore omni: atq; humanitate proſequetur: et ut ita faciat: impenſius hortamur: ac pro iuſtitia: & amicitia noſtra requirimus. Cōmunitas Lyciniani ab honeſto nunquā recedet: & bonorū uirorū fungetur officio. Quamobrem tanto illam debet tua reuerentia ſtudioſius & amplecti & fauere: nec pati: ut nefariis: ac perditis hominibus: iam ulterius laceſſatur: ne nos: niſi quieſcāt improbi: cogamur alia ratione noſtrorū innocentiam tueri: & iniuſtos motores iuſtis modis pſequi: potiſſimū Romani Pontificis etiā auctoritate freti: q Chriſti Vicarius nō ſinet dominicū gregē a Luporū inſidiis circūueniri. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Magnū in. T. R. D. non modo pro noſtrae ciuitatis emolumento: atq; ſalute: ſed etiā pro noſtrorū omniū conſeruatione putamus eſſe profugium. Quocirca fidenter omnia: praeſertim quum honeſta uideantur: petere nō dubitamus. Nō ceſſat Hebraica natio infeſtam habere cōmunitatẽ noſtrā Lyciniani pro Hebraica cauſa: & nūc de integro per delegatum Iudicē: Clementē quendam Aretinae eccleſiae Canonicū: citauit illam: & actorū omniū in eadem cauſa poſtulauit exemplū: quod idem alias: Praetore eius oppidi Franciſco Aringhero: ſpectabili equite: conceſſum erat. Magnis uiribus perfidi & Chriſti: & chriſtianorū omniū hoſtes: noſtris inſidiantꝰ hominibus: & ulciſci iuſta geſta toto (ut aiunt) conātur pectore. Res iam conſopita uidebatꝰ: & illa Cōmunitas omni liberata moleſtia: cū ex eius iudicio nihil cauſa pependerit: & iuſte oīa: ac recto ſint acta examine. Oramus igitur perſpecta infidelis nationis ptinacia: ut noſtris Lycinianenſibus pro cōſueta eius benignitate: adeſſe uelit. T. R. D. & apud Sūmi Pontificis beatitudinē ita & itercedere: & efficacē dare operam: ut ea moleſtia ſint exempti Lycinianenſes: & ita exempti iubente Pontifice: ne poſthac poſſint ob eam cauſā amplius in contentionē & diſcrimen uocari. Spes eſt in. T. R. D. praeſidio: & ſummi Pontificis Sanctitate: qui tanquā optimus Chriſti Vicarius adimet nocentibus nocēdi facultatē: & gregē ſuū ab aduerſariorū Chriſti proteget: ac liberabit inſidiis: quod ut ſtudioſe dignetur efficere: etiā atq; etiā oramus. T. R. D. cui & patriae decus: & hanc cauſam diligentiſſime cōmendamus. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. P. D. Si uidemur in ſcribēdo fortaſſe frequētiores: & noſtros ſaepius cōmēdare: hoc facit cū ipſa contingentiū rerū neceſſitas: tum eorū culpa: qui indigna audent facinora: & rectā uiuendi rationem euertunt. N. quidam: et. N. hic cognomēto. N. ille. N. uterq; ex oppido. N. audaciores homines: qui ablatorum rei pie ſeruati ſunt: & poenis legū: ac iudiciorū abſoluti: certe nō ſatis dignā pro accepto munere uicē reddunt: malū pro bono: pro beneficio iniuriam. Lucam uero Gregorii Ilcinenſem de ſe benemeritū quotidie nouis laceſſunt iniuriis: & recentibus & cōtumeliis: ac damnis onerāt. Ex ueſtro agro pfecti quo ſe recipiūt: hoſtiliter noſtros ſępius inuaſerūt: diſtricto gladio adoriuntꝰ: imperti faciūt: ferro uulnerant: caulas exurunt: uineta amputant: frumenta & uilaticas domos incendunt: extrema petulantius minitantur: quo qd pōt cogitari grauius? Quid indignius? Quid iniurioſius? Quid nefarius magis? Temere ipſi putāt in ueſtro agro patere ſibi tutū profugiū. Miramur inauditam hoīum petulantiam: praecipue ſtatuentes ea praeter mentē ueſtrā fieri oīa: contraq; recte uiuēdi rationē: & ſancta noſtrae fraternitatis iura. Noſtrū eſt occurrere eiuſmodi facinoribus: qđ ſi utrinq; ſtudioſe: cōmuniterq; curabimus: Iuſtitia: & quā utriq; tantopere complectimur: uigebit trāquillitas: exterminabūtꝰ improbi: & bonis redundabūt oīa. Igitꝰ oramus uos: & p uerā amicitiā enixe rogamus: ut cū improbos oēs tum petulantiſſimos & facinoroſos: quos praemiſimus: cohercere uelitis: iuberęq;: ut digna factis recipiant: atq; intelligāt oēs id: quod nihil eſt dubiū: nos nihil tam ſpectare: tam ſequi: q̄ rectā bene uiuēdi diſciplinā: qua nos mente: quantū in nobis erit: ſemp reperiemur affecti: & de ueſtra pclara rep. idem quoq; certo credimus: ac plane confidimus. Nouiſſimas has dabimus ad uos hac de re literas. Bene ualete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum uero cordis affectu hanc patriam di ligat.T.R.D.cum nos plurimũ eius beneficentiæ confidamus:quibus oīa ſemp conſueuiſti ſummæ hũanitatis officia exhibere:ac tum opera:tum omni ſtudii genere nunq̃ deeſſe:cũ ita ſit:par eſſe credimus:ut cũ fiducia petere auſimus:quæ ſiut:& nobis grata futura:& noſtræ Reipublicæ ſalutaria ſpectamus ſolã pacis tranquillitatẽ:quod ſummũ eſt in rebus humanis bonũ:quo ut perdiu frueretᷣ Italia:dedit is:unde cũcta ſunt bona. At uidemus nõnullas tantæ ſerenitati effundi tenebras. Nos:quę exorta ſunt:execramur diſcordiaꝝ ſeminaria:& ne ſerpant latius:auctorẽ pacis uehementer oramus. Cum igitᷣ pro ſtatu reꝝ ſuaꝝ ad ſummũ Pontificem.N.et.N.Legati conuenerint:ſit nobis q̃gratiſſimum:ut his de rebus:quoad fieri poſſit:reddamur certiores. Non.n.ueremur:quin ſummi Pontificis prouidẽtia recte:ac ſalubriter cuncta diſponat:& reliqui Latii Principes ſalutares eius ſequantᷣ ſententiã. Sed quorſum euadãt:quæ ultro citroq; agantᷣ:ſcire cupimus:præſertim te auctore:quẽ nihil eaꝝ reꝝ lateat:& pro tua uetere conſuetudine libenter oīa nobiſcum impartiaris:quod ut nũc uel maxime facere pergat.T.R.D.diligẽter oramus:quæ uel cõmunis patriæ utilitati:uel noſtro uoto defuit nunq̃. Nos ob eam cauſam etiaꝫ noſtrorũ cũ his litteris tabellarium mittendũ duximus. Placebit uehemẽter:q̃d uel de pace ſperandũ:uel de bello metuendũ ſit:peroptatas.R.D.T.litteras intelligere. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Fuit ſemp & præceſſoꝝ tuorum:& tuæ reuerendæ paternitatis antiquus mos:uetus conſuetudo:ſummã habere noſtræ Reipub.rationẽ:& nos uiciſſim ſemper amice uobiſcuꝫ egimus. Sed quod modo præter morẽ fieri a tuo Vicario nunciatũ eſt:nõ poſſumus nõ plurimũ admirari. Nam frequẽter:& Radicondolenſes noſtros:& alios:qui noſtræ ſubiacẽt ditioni:in cauſis:quæ mere ſæculares ſunt:& (ſi uera referantur nobis) iter ſęculares tractantᷣ pſonas:uocat ad Eccleſiaſticũ tribunal:quod ſine noſtrę Reip.iniuria fieri nullo modo põt. Perſuademus nobis eiuſmodi iniuſtitiã fieri p̃ter.T.R.P.uel conſcientiam uel uoluntatẽ. Scis quanti æſtimanda ſit Reipub.dignitas:quã uiolari a quopiam nec nos pati debemus:nec ſinere:ut tentetur:tua debet.R.P. Hanc igitur enixe hortamur:ut iubeat Vicarium ſuũ ab ea in poſterũ abſtinere iniuſtitia:& ita inſtituere:ut noſtris hominibus:ac ſubditis:eiuſmodi amplius nõ inferatur moleſtia:quod confidimus effecturã tuam Reuerẽtiam ſtudioſe:uti eſt ęquũ:ne ſi pergat tuus Vicarius noſtrę reipublicę iura lędere:inuiti cogamur opportunis remediis tueri noſtræ reip.dignitatẽ:& ſubditoꝝ noſtroꝝ indemnitati proſpicere. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D. Vidimus profuiſſe noſtri Magiſtratus litteras:ad recte curandam Aſcianẽſem eccleſiã:& emẽdãdos eius Rectoris mores:ita:ut & recte uiuatur & ſtudioſe ipſius eccleſię bona ſeruentᷣ. Quocirca laudamus bonum opus:quod diligẽter & pie tua operata Reuerentia eſt:atq; agimus ob id magnã gratiam. Noſtrum eſt Saluatores imitari:& nolle peccatoris ruinam:ſed magis:ut conuertatur:& uiuat. Proinde rurſum hortamur tuam dignitatem:ut dictã eccleſiam amore:ac ſtudio proſequatur:& ſi rector ipſe recte ſeſe habuerit:& priſtinos nouerit mores mutare:ac ſui ſimilis eſſe deſierit:& ad frangendũ ſacerdotio laudabiliter:ac ſalubriter incumbet:etiaꝫ placebit nobis:ut clementer agat ſecũ tua Reuerentia:& illum humaniter:ac benigne ſuſcipiat:cũ pręſertim intellexerimus eiuſmodi pręuia conuerſione hoc etiam ad pacẽ & conſolationẽ fore Aſcianẽſis populi. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Cum recepiſſemus ſuperioribus diebus ueſtras literas:per quas cõmendabant nobis ueſtræ Magnificentiæ cuiuſdam Herculani ſubditi ueſtri cauſam:continuo iuſſimus liberari mulũ Herculani ipſius:quia Craſetano prætore detinebatur:ob creditam pecuniam:quã repetebant heredes Franciſci & Iacobus illorũ tutor. Annuerunt iuſte & amice ueſtræ Magnificentiæ:ſi Mulus reſtituebatur:ſeſe curaturos:ut in ueſtra præclara ciuitate ius noſtris hominibus diceretur. Nunc igitur rogant præfati hęredes:ut eoꝝ uobis cauſam cõmendemus. Nos & perſpecta iuſta eoꝝ petitione & æquitate ipſius cauſæ:ac noſtra freti amicitia:quæ alacris ſemp ad gratificandum eſſe conſueuit:ueſtras Magnificentias oramus:ut iubeant noſtros homines iuſta petentes:ita tractari:ut & uetus noſtra fert mutua beniuolentia:& illi ſperant:noſtra præſertim cõmendatione adhibita:quod ut aſſequantur:uos etiam:atq; etiam oramus paratı ad parem ſemp officii reddendam uicem. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Amicitia & uicinitas noſtra & noſtræ ciuitatis in Apoſtolicam ſedem reuerentia ferunt:ut tam eccleſiaſticos q̃ noſtros homines cõmuniter tractemus:nõ iuſte ſolum:ſed etiam humaniter:id quod de nobis experimento liquebit:& de.T.R.P.nihil dubitamus. Proceni Prætor ſub prætextu illa:i damni intercipi:& detineri iuſſit bona quædam Planenſium fidelium noſtrorum:iumentum:& nõnulla frumẽta:quæ quidem eiuſmodi intercepdo nunquã concedi:nunquã permitti ſolet:niſi denegata Iuſtitia. Nõ patimur cuiquam Iuſticiam denegari:quam noſtra Reſpublica ſtudioſe tuetur:& omnibus æquali iure miniſtrat. Hoc uos miramur factũ:cũ iure utrinq; uiuatur. Siquid Procenates petierint a Planenſibus:pręſto erit eius loci Præſes:& uetere inſtituto:& noſtro inſuper adhibito iuſſu:cauſam expedite:ac ſummarie iudicabit:& ueritate comperta:remittet ueſtros iuris factos compotes:& debitas executionem

reportabunt. Oramus igitur. T.R.P. ut cognita cauſæ iuſtitia iubeat prætorẽ Procenatem abſtinere ab iniuſta rerũ detentione: & noſtris reſtituere intercepta bona: ne noſtri afficiantur iniuria: & non ſatis ſeruetur noſtræ Reip. dignitas: quaſi iuſtitiã denegantis. Sed tuæ, R.P. opera ad Planenſem prætorem cauſa deferatur: ubi & Procenatibus: & iuſtitiæ habunde ſatiſfiet. Aequũ petimus atq; id ut aſſequamur: rogamus uehementer tuã. R.P. quæ nunquam iuſtis poſtulatis deeſſe conſueuit: & nobis ſemper gratificari lætatur. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Et ſi placuerint uehementer tuæ litteræ: quas & habemus ſemper gratiſſimas: & agendæ gratiæ uberẽ ſuppeditant copiã: fracti tamen ea benignitate: quã nunq̃ intermittit. T.R.D. rurſum rogamus enixius: ut auditis a Pontifice legatis: & iam fortaſſe dato reſponſo: quod facit adeo libenter: & ſtudioſe T.R.D: diligentiſſime proſequatur & noſſe: quæ gerantur: quæ agantur: quæ expectentur: & qd ſperandũ ſit de .N. tranquillitate & ſtatu. Vt reddamur de oĩbus certiores: uehementer expetimus præſertim per eius litteras: q non modo grauiter: ſed cum ſummo cordis affectu ſemper ſcribere conſueuit: & ne accepti beneficii uideamur immemores: gratias tibi peringentes agimus: & quod minime neceſſarium ducimus: hanc rempublicam deuotiſſime commendamus. T.R.D: quæ bene ualeat.

Signatæ tabulę ac publica Senenſis patrię monumenta ad perennẽ. N. laudem ac perpetuum decus & gloriam immortalem.

SEnatus: populuſq; Senenſis: nunq̃ iuſti atq; iniuſti imemor: ſed recti: atq; honeſti ſeruantiſſimus id ſemp imprimis magno curauit ſtudio: & iuſtitiæ munus: quę una uirtus in omni rerũ publicarũ ãminiſtratione maxime excellit: ẽt accuratiſſime tueref. Id putãt ſapientes præcipuæ in eo uerſari: ut cuiq; tribuatur ſecundum propriã dignitatẽ: ut inter bonos: & malos diſcrimẽ pateat ac frenata improborũ audacia uirtutis: & probitatis ſplendor eluceat. Sed cũ ii præ cæteris ampliſſimis digni cenſeãtur honoribus: q in populorum gubernatione: in gerendis Magiſtratibus: in iure dicendo: in publicis muneribus obeundis optime ſeſe: & magna cum laude geſſerint: decreuit Senenſis Reſpu.: quæ claros: & ſapientia ac ſumma ęquitate fide: uirtute preſtantes uiros ſtudio omni ac debitis proſequitur præmiis: cõperta in prętorio munere exercendo mira integritate diligentia: & accuratiſſima opera clari iuris utriuſq; conſultiſſimi: & Equeſtris ordinis ac dignitatis uiri. N qui obfirmam opinionẽ uirtutis: & puulgatã meritorum laudem accitus ad Senenſis urbis præturã proximo ſemeſtri ius inculpatum dixit: ſuũ cuiq; reddidit: bonum & æqum ſeruauit: a recto non deflexit: cõpreſſit improbos: bonis fauit: perſonam nõ accepit: eundẽ ſe omnibus præſtitit: incorruptũ ſe Cenſorem præbuit: ne iuſto bene geſtarum rerũ teſtimonio careret: primum omnibus eius per ſpectis rationibus: actionibus recenſitis: pueſtigatis operibus a triumuiris ciuitatis abſolutus eſt. Mox Senatus conſulto: & plębis inſuper ſcito: publici ſunt illi decreti honores: ut parata publica impenſa: & ex ærario promendis nũmis ſigna: & populi uexilla Senenſis eidem deferantur: & ad perenne uirtutis monumentũ: & ueræ teſtimoniũ laudis bene merito de Senenſi Repu. uiro ubiq; terrarum cedant: quæ qdem res oĩs ab opportunis utriſq; conſiliis demandata eſt Magnificis: & exceſſis Dominis Senenſibus ſummum gerentibus Magiſtratum. Mihi autem ſcribe atq; ordinario iudici: cuius nomen & legitimũ documentum extabit inferius: ab eiſdem excellentibus dominis imperatum: ut eiuſmodi ſolẽne decretum: quod perraro cuiquam datur: publicis mandarem tabulis ac litteris.

Publicæ tabulæ in laudem clariſſimi uiri Nicodemi Pontremuligenæ ab excelſa Senenſi Republica ciuitate donati.

MOs fuit ſemper: atq; inueterata quondam conſuetudo cum in aliis bene inſtitutis ciuitatibus tum in Senenſi Republica; quæ a principe orbis Romano populo ſumpſit initiũ: ut clari uirtute: & præſtantes ſumma laude uiri magnis: & ampliſſimis honoribus decorarentur: cum perſpicuum ſit id eſſe uerum iuſtitiæ munus ut: qui bene de hominibus: ciuitatibus ue ſunt meriti: iis debita præmia perſoluantur: illis imprimis: q fide uirtute: ſtudio atq; induſtria Reip. ſaluti ac dignitati cõſuluiſſent. Cum igif uir clariſſimus atq; omni uirtutis laude præſtans Nicodemus Pontremuligena illuſtriſſimi principis: & inuictiſſimi Ducis Mediolanis ornatiſſimus atq; illuſtris Orator pridem in Senenſi ciuitate commoratus: & inclici ipſius ducis uoluntate: & ſua ipſius diligentia: & uirtute oĩa geſſerit: quæ & fidei cõuenire publicæ: & ad Senẽſis populi decus atq; utilitatẽ ptinere uiderenf: dignus tãdẽ habitus ẽ: q eius Reip. ac totius Senenſis ciuitatis gratiã: & ſummã beniuolentiam conſequeref. Proinde totius præfati populi conſenſu: & cunctis ciuiũ ſuffragiis primũ Senatus cõſulto: deinde ẽt plębiſcito: quę ſumma ẽ legis auctoritas: & ipſe magnificus Nicodemus: & oĩs eius poſteritas ciuitate donata ẽ: id: qđ ante .xv. uirorũ q gerendo bello præerãt: decreto cõſtitutũ eẽt: ut ea res maxime tãti uiri laudẽ illuſtraret ac liqret oĩbus Senenſi reip. illos ſemp chariſſimos extitiſſe: quoq; uirtus multis expimentis cõperta foret: qđ qdem priuilegiũ & firmiſſimũ .xv. erat uirorum decreto ut publici Tabellionis tabulis cõſtat tamen cõmuni totius ciuitatis auctoritate roboratũ eſt ut inferioris ſcripturæ fide ac teſtimonio declaratur.

SEnenſes Duci Venetorum.S.P.D.Cū primum intelleximus illuſtriſſimę recordationis Nicolai Marcelli obitum:cuius pręclaram uirtutem & conſiliū ſemper ammirati ſumus nō potuimus nō cōmoueri: ob noſtrā in eum deuotionem:atq; beniuolētiā.Sed pa- ruit naturę legibus :quibus pareat & uniuerſus mortaliū genus neceſſe eſt : ut uel ex ip ſa neceſſitate ſolatium eſſe debeat.Sed qum nuper per tuę illuſtriſſimę dominatiōis lit teras inotuit:ad tāti regiminis culmen patrū electione:atq; cōſenſu:cū uniuerſi populi iſtius āmiran da lętitia ac totius exultatione ciuitatis tuā excellentiā cooptatā:ſummā percępimus atq; incredibilē uoluptatem.Quippe q plane intelligamus:nihil ꝓſum de eſſe tibi:quod ad tam glorioſi pricipatus adminiſtrationē accōmodatū eſſe uideat:quodq; optimo iure noſtrorū aīorū gaudiū cumulaſ poſſit. Quando is maximis gerendis rebus diuini numinis prouidentia:quæ res maxime curat mortalium præfectus eſt:q conſilio uirtute ſtudio opera nō mō iſtius illuſtriſſimi potentatus ampliſſimæ digni tati:uerū etiā totius chriſtianæ Reipu.&oīum fidelium populorū ſaluti atq; incolumitati abſide cō ſulat.Sed & noſtram quoq; ciuitatē miro cōplectatur amore:quæ tuam illuſtriſſimā dominationem plurimū ſemꝑ obſeruat:& colit:& ſummæ tuæ benignitati uehementer confidit.Gratulamur igitur largitori tanti muneris deo:q uotis noſtris annuit:gratulamur illuſtriſſimo iſti:atq; glorioſiſſimo do minio principē nacto:q cū domi militieq; maxime ſemꝑ claruerit ſapientia:& probitate eum Princi patum gerat:q & præclarum latii decus eſt:& chriſtianæ religionis firmiſſimū propugnaculū:gratu lamur tibi ex optimis animis cuius amplitudinem illuſtrabit magis tanti principatus gubernaculū: ſi uirum magiſtratus oſtendit.Oramus oīpotentē principem ac ſuperos omnes:ut tuā ſemper feli ciſſime gloriā tueantur.De benigna ſignificatione gratias tuę illuſtriſſimę dominationi ingentes agi mus.Noſtrā cōmendamus Rempublicā:quæ iuſtis:grauiſſimisq; de cauſis tuā amplitudinem amo re:fide: obſeruantia ꝓſequit:eāq; deferimus tuis libenter ac iucunde placitis tēperaturam. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Eluxit ſemper tuæ Maieſtatis in noſtrā Rempu.paterna dilectio:ſed & indies quoq; eluceſcit magis.Inditio ē cū multiplex in cęteris negociis no ſtris perſpicuū experimentū tum diligens tam per litteras:q̄ per oratorē tuum adhibita opera ad controuerſiam dirimendā: quæ officialibus Apoſtolicis cum noſtra Repu.de finibus orta eſt.Quibus pro rebus:& agimus q̄ maximas gratias:& plurimū tuæ Maie ſtati nos debere profitemur:quorum res oēs præcipue illi ac paternæ ſunt curę.Ad ueras perfectāq; litigiorum ſedationē tuā maieſtatē ſupplices obſecramus ut per benignam eius auctoritatem:& abla ctum pecus omne atq; integre reſtituatur:& illęſa pſiſtat agri poſſeſſio:quā ſemꝑ inuiolatam poſſedi mus:& demum p integrā litis compoſitionē omnium diſcordiarum ſeminariū adimatur.Ita.n.his rebus recte compoſitis:iuſtitiæ conſultum fuerit:& paci.Quarum utranq; affectat īprimis tua maie ſtas:maximorū auctor bonorū nec præterire uult ſanctiſſimus Chriſti Vicarius:qui cum cūq; Apo ſtolica ſede:& Romana eccleſia coniūctiſſime uiuit noſtra Reſpub.Sed cum omnino profecturi ſint Oratores noſtri ad tuā maieſtatē uenerandā:ob ipſius in latiū ad uentū mandabimus iis quoq; de re bus his:quæ noſtris uerbis explicari conueniat.Statū noſtrę ciuitatis:& libertatem diligentiſſime cō mendamus tuæ ſerenitati:cuius uehementer confidimus patrocinio.Romanus Pontifex noſtro ora tori probe pollicitus eſt:q̄q̄ nondum res fuerit ſubſecuta. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Nouimus ſtudioſam operam tuæ maieſtatis adhibitam ſępius ad fauendū dignitati reuerendi patris Ioannis Maſſani Epiſcopi:qua te uehemē tius optamus nihil.Vetere fiducia freti:& ſpe ſumma:quę in tua maieſtate ſita ē:enixius obſecramus:ut ad promouendā eius uiri uirtutē apud Romanum Pontificē præſertim cū præſens tua maieſtas præſentē alloquetur ſanctitatem eius proſeq dignet. Ea nanq; tua expeditius facilis ſibi fuerit ad aſcendendū gradus.Cumulabit ea res:& maxima:& innumera in nos tuæ beneficia maieſtatis:cui noſtrā remp.magnis precibus cōmendamus: Vale.

SEnēſes.N.Cardinali.S.Accepimus tuę Reuerēdiſſimæ Dominationis litteras:quas de dit ad nos Nonis Ianuariis.Egre ferimus:ſiquid forte moleſti quiſquā fuerit oblocutus. Quod noſtram fugit cognitionem:& imperita fortaſſis plæbecula circunſtrepat.Illud non ignoramus ea a nobis:& qui reipublicæ præſunt:de tua dignitate prædicari:quæ de uero patre & optime de noſtra Republica merito ferri debent.Scite:qui præclarum putāt a laudatis uiris laudari.Nam contra ſordet in nebulonum ore laus:quæq; in ſtultorum ſermo ne uerſatur.Nouit tua ſapientia contemnere uulgi rumuſculos:& quod tuum fert ingenium ſolidā: ac ueram gloriam conſectari.Verum de his ſatis.Quæ uero ſcribis de re:quam Apoſtolicæ Camerę præfecti nobiſcum agunt ea huiuſmodi ſunt:ut ꝓpter ea tibi gratias debeamus: quas etiam plurimas perſoluimus.Noſtri aderunt confeſtim legati:quanq̄ eo loco ſita res eſt:ut queſti potius noſtri debeāt q̄ grauiora pertimeſcere.Freti ſumus tum cauſæ æquitatē:tum Reuerendiſſimæ tuæ dominationis patrocinio:quæ ita & animum aduertet:& operam adhibebit:ut nihil prætere a noui ac moleſti oriri patiatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi. S. Ex multis quæ nobis grata ſunt: id eſt multo gratiſſimũ tuam: R. dominationem præcipuo patriam amore complecti: & ea ſemper accurate effi cere quæ patriæ augere dignitates: tueri ſalutem poſſint. Id genus putamus iuuare ciues noſtros: eos præſertim qui uirtute & laude præſtant: & fide ac ſumma pietate patriã proſequuntur. Quæ cum in reuerendo patre Maſſano Epiſcopo: & præclaro ciue noſtro ineſſe perſpiciamus: uehementer optamus eius uiri amplificari dignitatem: & uirtutis meritum promoueri. Confidimus diuinam miſerationem non defuturã uotis noſtris. Chriſti Vicarium pie affectum cernimus. Accedere tuæ. R. dominationis ſtudium: atq; diligentiſſimam operam non dubitamus. Nouimus optimi Regis ac ſereniſſimi principis Ferdinandi intercesſionem adhibitam. Quæ omnia ſpem nobis maximam pollicentur. Supereſt: non ut ſponte currenti calcaria ad moueamus: ſed ut exploratum faciamus nos ſi annuente deo proſpere ceſſerit optata prouectio: & a tuæ reuerendiſſimæ dominationis optimo miniſterio fœlicem ſortem potiſſimum habituros: & collocaturos tam præclarum donum in recte geſtarum rerum numero: quas multiplices ac uarias quotidie cumulat tuæ. R. dominationis paterna dilectio: Vale.

SEnenſes Florentinis. S. Non poſſumus adduci fratres chariſſimi: ut iis tam facile aures accommodaueritis: qui tam falſo ſunt queſti de nobis: qui cum omnes iuſte: tum ueſtros beneſice ſemper: humaniterq; tractamus. Sed id circo queſtos. N. coniicimus: quod dũ perfidiam ac dolos ſuos prodire in lucem uerentur: culpam ſuam figmentis ac falſa inſimulatione prætexunt. Eſt interdum id ruſticæ calliditatis: & artis eorum uidelicet: qui ſuæ ſibi conſcientiæ teſtes ſunt. Sed ueſtræ ſapientiæ eſt: habere perſonarum delectũ: ea de nobis exiſtimare: quæ ſunt fraternitatis: & amicitiæ propria. Prudentiæ uero intelligere ueterem noſtre Reip. conſuetudinẽ: quæ quidem eſt: ut & nemini noceat: & reddat ius ſuum cuiq;. Norunt. N. ueſtri q̃ liberaliter ſecum ægerit ſemper noſtra reſpublica. At nunc fugam moliebantur: & pecus agebãt: paſcuariam fidem fallebant: & noſtræ reipublicæ ſimul & iis: qui uadimonia præſtitiſſent: ſiurii. Quid hoc tam indignum. N. putant: ſi debitorum armentum tantiſper detinetur: dum noſtris paſcuariis fiat ſatis. Quod ſi quid minus dignum factum putabant: non nos (ut ueſtra nouit ſapientia) ad uos ſcribere oportuit: quibus falſa detulerit: ſed ad nos illos confugere: a quibus nullam quiſquã iniuriam: ueſtri per ſæpe gratiam ſunt aſſecuti. Habetis rem: uti geſta eſt. Nos ueræ amicitiæ iura: & fraternitatis officia nunquam deſeremus: quos tedet litium omnium: iuuat uobiſcum ſtudio certare: atq; officio. A nobis nihil unquam orietur: quod alios uos eſſe cogat: q̃ quod ueros amicos: atq; optimos fratres decet. At nunc illi cun ſuis armentis fraudem admiſerunt: noſtris paſcuariis legibus aduerſati: & quidem ea in re: quam plurimi facit noſtra Reſpublica. Quare & beſtiarum domini adſerunt noſ: culpam profitentur: & miſericordiam noſtram implorant. Hoc ſignificamus uobis. Valete.

❡ Patentes litteræ in laudem clari Equitis Ioannis Penſii Panormitæ.

COnſueuit ſemper noſtra Reſpublica laudem afferre: qui laudem præclaris geſtis ſunt aſſecuti: idcirco exploratum facimus ac perſpicuum teſtimonium perhibemus: tum uniuerſis: tum ſingulis ad quos noſtræ puenerint litteræ. Nos: qui diuina prouidentia ſummum: atq; ampliſſimum indytæ Senenſis Reipublicæ gerimus Magiſtratum: clarum uirum Ioannem Penſium Panormitã ſiculum: primum in noſtra urbe ſtudiorum præfectum Gymnaſiis: tum Equeſtri decoratum dignitate Pretorium Magiſtratum adeptum: atq; ita ſeſe in utroq; geſſiſſe: ut non ſolum laudis incrementum: & ab utriuſq; muneris exercitatione præclaram abſolutionem ſit conſecutus: uerum etiam noſtræ reipublicæ tanquam perpetuo uirtutis ſuæ monumento fuerit donatus inſignibus. Quod erit non ſolũ præſenti æuo: ſed & poſteritati quoq; de eius uiri præſtantia firmiſſimum teſtimonium. Valeant: qui legerint.

SEnenſes Florentinis. S. D. Conſueſcunt plerumq;: qui culpam amiſerint contendere ſtudioſius: ut aut ſi ullo pacto poſſint: crimen tegãt: aut modo hoc: modo illud loquantur. Id. N. uſu uenit: qui nulla a nobis afficiũtur iniuria: & fidem noſtram ſemper ſibi inuiolatam ſeruari ſentiunt. Quod ſi pecus eorum cuſtoditur a noſtris: id cauſæ eſt: quod ſuperioribus quoq; attulimus litteris: ammiſſa fraus. Qui p exiguo pecore: fide ſuſcepta numeroſiora exinde paſcunt armenta: ac plurimum noſtrorum paſcuorum rationes fraudant. Quæ tam & ſi grauior eorum culpa ſit: quam ipſi quoq; haud dubie fatentur: & ſibi id circo ignoſci precantur: uolumus tamen: ueſtra præſertim cauſa: non legum noſtrarum ſeueritate: quæ ĩ paſcuariis rationibus maxima exiſtit: ſed ex ueræ amicitiæ officio: clementia: & mãſuetudine pſeq. Scitis cauſam: cũ in noſtro ſolo uerſetur: cumq; iis perſonis: qui paſtiones noſtras cuʒ noſtris pacti ſunt: ad noſtra pertinere tribunalia. Quare qum ad nos uenerint: ſi ſatis dederint: qua ratione ſecum pauloante ægimus intelligent non ſecus haberi: ac tractari nobis: q̃ ſi ex his ſint: quos præcipue ueſtra itercesſione maxime commendatos habere debeamus. Valete.

SEnenſes.N.Cardiali.S.Vetus eſt: & repetitum ſępius noſtrę Reipublicæ deſiderium: ut materia.S. Angeli ſub terris cum reuerendiſſimo domſo Spoletano te anctore t& tuo iudicio ſopiatur. Nouit tua Reuerendiſſima dominatio frequentes ad eam res cohortationes ac preces noſtras. Cupimus & de.S.Angeli: & Mons Polpii: & .S.Slani: & generaliter omnium eccleſiarum in eodem ſolo rationibus iudicium ferri: ut non ſolus præſens controuerſia dirimatur: ſed etiã quæcunq; ob eaſdem cauſas poſthac quoq; diſceptatio oriri poſſit. Aperiet fuſius mentem noſtram Sanctes noſter Orator. Mandatum præſto eſt. Decreuit Senatus noſter nec quicquam omnino prætermiſit: quod ad integram rei nauationem quantum in nobis eſt pertinere poſſit. Supereſt: ut tua reuerendiſſima dominatio uere amantiſſima patrię rem q̃ primum dignetur abſoluere: nec cunctari diutius: ut tandem aliquando Reuerendiſſimum dominum Spoletanum experiri poſſimus huius amicum ciuitatis: & beneficum patrem: quam quidem ad rem multæ illum: & grauiſſimæ cauſæ: quod tua ſapientia non ignorat: non ſolum allicere uerum etiam compellere debent. Spes ſumma eſt in tua benignitate: quæ communem patriam omni ſtudio offi cio ac pietate proſequitur. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.Cum ſint iampridem Sanctiſſimo ſedente Pio ſecundo: decretæ Pontificales conſtruendæ ædes in noſtra Ilcinenſi urbe: præclarum uæhementiſſime inſtitutum comprobamus: ad quod quidem conficiendum: noſtra quoq; (quãtum in nobis fuerit) induſtria nõ deerit. Quod aũt ob eam rem ipſam latum nuper iudicium eſt a tua Reuerendiſſima dominatione: id ut Ilcinenſes perſequantur: certus eſt nobis. Illi quoq; plana conuenta ſeruabunt. Sed cum pro alendis ac iuuandis pauperibus: quorum in ea urbe numeroſior turba eſt inſtituerint montem Sanctæ pietatis condere: noſtris inniri ueſtigiis: cupiunt ex bonis hoſpitalium ædium: quæ penes ſequeſtrum ſunt: ſex centorum aureum excæpta ſumma ad Pontificales ponendas ædes: quam probe cauebunt: reliquam ſummam conficere in Montes pietatis. Sanctum ac uere pium opus: & tua (ut nobis quidem uidetur (comprobatione digniſſimum. Hoc ut rite nauare poſſint implorant tuæ Reuerendiſſimæ dominationis opem: & apud ſummum Pontificem: auctoritatem qua plurimum ualet: & operam: quam ſeſe facile aſſecuturos confidunt noſtris adiunctis precibus: ea ne opinio noſtros fallat: plurimum tuam dignitatẽ obſecramus. Noſter ipſa quoq; de re loquetur Orator: aderit & Pragmaticus Ilcinenſis. Placebit nobis uehementer: ſi honeſta: & pia molientes te auctore fiant uoti compotes: Vale.

SEnenſes Pontifici maximo.S. Ad Chriſti Vicarium iure confugiunt: qui ea cogitant: ea parant: quę Chriſto maxime noſcuntur accępta. Ea imprimis habenda ſunt miſericordię ac pietatis opera. Pro quibus implendis cupiunt Ilcinenſes noſtri noſtra ueſtigia cõſectantes: montem condere pietatis in alimoniam pauperum: atq; inopiæ pręſidiũ. Ob id recte excogitaſſe uidentur: ut duarum hoſpitarum ędium: quarum bona in ſequeſtro ſunt. pro pontificali domo ædificanda: quod ſcilicet Romanus Pontifex prædeceſſor tuus Pius ſecundus inſtituit: uendantur: & ſalua ſumma numorũ: quę pro pręlibatæ domus conſtructione debetur: quam Ilcinenſes probe cauebunt: reliquam coactam pecuniam conferant ad montem: quem prediximus pietatis. Ita enim duplex bonum facile fuerit: ad Pontificales ædes debita pecunia præſto erit: & pauperibus ſubſtinendis dulce patebit profugium. Tuæ igitur Sanctitati deuotiſſime ſupplicamus ut re plane patefacta: quam noſter fuſius explicabit Orator. Ilcinenſibus noſtris eius rei perficiendę: poteſtatẽ impartiri dignetur. Confidimus hac ipſa de cauſa: Cardinalẽ noſtrũ: qui probe inſtructus eſt: uerba facturum. Si exaudierit tua benignitas noſtrorum preces: nobis quoq; apponemus gratię & inter cætera beneficia collocabimus. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S: Iuuat nos plurimum: quum non ſolum noſtram Rempublicam: ſed eos quoq;: qui illi parent: iuuari intelligimus a tua præſertim Reuerendiſſima dominatione: quæ tum demum ualde lętatur: quum omnibus in rebus fidenter eius opera utimur. Intelliget tua Reuerendiſſima dominatio Ilcinenſium noſtrorũ cauſam: non ſolum ab eorũ pragmatico: ſed etiã a noſtro Oratore Sancte. Excogitauerunt rem noſtri ſubiecti: & Ilcinenſi populo ſalutarẽ & ſuapte natura maxime expetendam: ut miſerantes egenorum inopiam: eorum neceſſitatibus opem ferãt. Cauſam intelliget tua Reuerendiſſima dominatio ad eam rem ipſi accomodatam uiam ac rationem explicabunt. Oramus uæhementer tuam benignitatem: quæ neminem noſtrorum deſertum eſſe ac deſtitutum auxilio patitur: ut ſtudium & operam efficacem ac diligentiſſimã ad hanc rem: quã audiet perficiendam: adhibere dignetur. Vale

SEnenſes Cardinali Rauennati.S. Nunquã defuit tuæ benignitatis opera iis quos per noſtras literas cõmẽdauerimus. Quare magna cũ fiducia tuã Reuerẽdiſſimã dominationẽ rogamus: ut Leonardo Benuccio dilecto ciui nr̃o facilẽ ſeſe exhibeat ad cauſam eius pnoſcendã: & apud ſummi Pontificis beatitudinem preces: atq; auxiliũ adiungendum: ut tanto intercedente auctore (quo ad fieri licebit) & creditam pecuniam: & de

bitam ueterum munerum mercedem aſſequatur. Confidimus nequaquam impetratu difficile fore: præſertim iuſtiſſimi Pontificis perſpecta æquitate: & æquiſſimi Mediatoris interuentione adiecta. Vale.

SEnenſes. N. S. Qui nuper per tuas litteras ſumus facti certiores de rebus nouis: quas cum cæteros populos pacis appetentes: tum nos potiſſimum expendere oportet. Agimus ingẽtes gratias tuæ benignitati. Quod ut frequenter repetendum ſit nobis: efficit ſumma tua beneficentia: & ſingularis in communem patriam pietas. Nos officio noſtro fungemur: nec negligemus: quæ ſolertius perſpiciẽda uidentur. Placebit nobis: & uniuerſo regimini noſtro: ut per tuam operam q̃ primum conficiatur cum Reuerendiſſimo domino Spoletano uetus iam & per moleſta cauſa: per eam ſummam: quam noſtrum putamus explicuiſſe oratorem. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali. S. Marianum Antonii collegam noſtrum ciuem ornatiſſimum: & ciuẽ bonum: ac uirum integerrimum propter uirtutem ſuam: & modeſtiſſimos mores plurimum diligimus: & fuit ſemper charus admodum cunctis ciuibus. Hic filium habet: cui Hieronymo nomen eſt: ætas anni circiter. xx. ſtudium litterarum: & diligens doctrinæ profeſſio. Sacerdotium ſpectat: & eccleſiaſticos ordines: & diuini cultus exercitationes. Proinde ſæcularibus relictis curis: bonas: atq; ingenuas artes ſtudioſiſſime conſectatur. Iam Cleri Senenſis propter eius probitatem: ac probatos mores nactus eſt ſummam beniuolentiam: & gratiam. Hæ nos compulerunt rationes: ut eundem enixius commendare debeamus tuę Reuerendiſſimæ dominationi: quæ ſcito futurum nobis gratiſſimum: quicquid optimi parentis gratia: in optimum filiũ fuerit delatum honoris: & commodi. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Tuæ Maieſtatis ſumma beniuolentia innoteſcit nobis: non iis ſolus: quæ publicam noſtræ ciuitatis utilitatẽ complectuntur: uerum etiam: quę priuatorum ciuium noſtrorum continent rationem. Superioribus diebus per noſtros Oratores cauſam commendauimus Nelli Cinugii: & Ricciardi Saraceni Mercatorum: & honeſtiſſimorum noſtrorum ciuium cum Mirabaliis: a quibus creditam repetunt pecuniam. Benigne (ut ſemper conſueuit) negocium accepit tua Maieſtas: quæ iuſtitiæ ita ſtudioſa eſt: ut nihil prorſus tantopere affectare uideatur. Quod igitur tam liberaliter noſtris Oratoribus polliceri dignata eſt: tuam ſerenitatem obſecramus: ut opere: atq; re ipſa pręſtare uelit: atq; ita demũm efficere: ut noſtram commendationem ac preces liquido conſtet inanes non fuiſſe. Vale.

COetus Senẽſium Canonicorum Franciſco Cardinali Senenſi. S. Iuſtum putamus facere iis: quorum ad uirtutem capeſſendam omnis aſpirat intentio: præſertim cum ad probitatem: & doctrinam adipiſcendam uehementius enitantur: qui ſe a magnis principibus iuuari intellexerint. Fit enim iuuentus tanto bonarum artium ſtudioſior quanto maiore cura: & accuratiore induſtria maiorum pietas illam cõfouerit. Hieronymus Mariani filius ætate quidem iuuenis: ſed ſenili quodam affectu: præclaris diſciplinis prorſus deditus: cogitat ſacros ordines: & initiatus ad Sacerdotii dignitatem contendit. Probus: & modeſtus eſt iuuenis & optimi ciuis: & compatriotæ filius: cupit expectationem Canonicatus: & collegii noſtri. Nos: qui & bonam indolem comprobamus: & patrem uirum integerrimum ualde diligimus: Præfatum iuuenem humiliter commendamus tuæ Reuerendiſſimæ dominationi: quæ ſtudiorum ſectatores magno ſemper amore ſuſcipere conſueuit. Vnum minime prætereundum cenſemus: nos flagranti ſtudio: & ardenti deſiderio tuæ Reuerendiſſimæ dominationis aduentum prẽſtolari: cuius conſpectus uere lætificat nos filios deuotiſſimos: & Clerum: ac populum omnem incredibili afficit uoluptate. Noſtram deuotionem: ac ſeruitutem humillimis precibus commendamus tuæ Reuerendiſſimæ dominationi: quam fœliciſſimam ſeruare dignetur omnipotens dominus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Memores eorum: quæ crebro per ſuas litteras: frequenter per ſuos legatos: ſæpe uocis oraculo: obtulit tua ſacra Maieſtas: ſæpiſſime opere comprobauit: tanquã ad tutum præſidium: ac patrem beneficentiſſimum: tuam ſerenitatem: quæcumq; fors ferat: cõfugere non dubitamus: ſed filiali iure audenter cõſulimus: fidẽter expoſcimus. Rumor eſt: uel iam fama potius: pclarum exercitum ducẽ Bartholomęũ Bergomenſem ſuas copias traducturũ i proximiorẽ nr̃a regionẽ cogitare: Latẽt hominũ cogitationes. Nihil eĩ difficilius q̃ humani cordis recõditos ſcrutari receſſus. Sȝ itelligimus eorũ eẽ: q populos regũt ac rebus publicis præſunt: caſus oĩs expendere: atq; oĩa circunſpicere. Qui igiẽ ſpẽ firmiſſimã in tua Maieſtate collocauimus: eãdem conſulendam cenſuimus: cuius ſapiens conſilium: ſtudioſus monitus: ſalutare præſidium mirifice nos delectat. Tuam igitur benignitatem obſecramus: ut quid ea de re ſentit: aperire dignetur: & conſilio quemadmodum ſemper conſueuit: & ſi quid opus acciderit: fauore ſemper: & qua ſolet diligentiſſimus pater: proſequi charitate. Tuæ Maieſtatis optatum reſponſum uehementer expectamus: atq; rogamus. Vale.

SEnenſes Summo Pontifici.S.P.D. Cum auctore pacis optimo iure conferenda ducimus: quę q̃uis rõne ad pacẽ ſpectãt: ſʒ & illa quoq; quę paci aduerſari poſſe uideant̃ ad ꝓpellẽda rerum oĩum nouarꝫ ſemina. In ore iam oĩum & ſermone uerſat̃: pręclarũ exercitus Ducẽ Bartholomeũ Bergomẽnſem diſceſſuꝫ a Venetis: & ſuas ad ꝓpriores nobis regionẽ copias admouiſſe. Res eſt ut a forte ꝓgrediat̃: cõſideratu digniſſima. Nos: q nihil tranquilitate magis expetendũ putamus: ad pacẽ tuendã natura propenſi: tuam conſulimus ſanctitatem: quę ſicut decet optimum Chriſti Vicarium: & cuſtodem ac Paſtorem dominici gregis: nihil tantopere curare debet: q̃ fidelium omnium populorum unanimitateꝫ: & potiſſimum totius Italiæ quietem: ut tanto ſtudioſius infideli hoſti occurratur: quanto tota Chriſtiana Reſpublica pacatior extiterit. Supplices petimus tuam beatitudinem: ut his de rebus nobiſcum tanquam cum optimis filiis ſententiam ſuam aperire dignetur: & quid proſpiciendum: quid agendum cenſeat: nos per ſuas benignas litteras reddere certiores. Quanquam confidimus hac ipſa de re Reuerendiſſimos dominos Papienſem ac Senenſem Cardinales: & Maſſanum Epiſcopum fuſius locuturos. Tuæ ſanctitatis expectamus reſponſum. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Quæ iterum per ſuas litteras tam benigne ſignificauit tua reuerẽdiſſima dominatio: quæ curam ac ſtudium omne ad patrię ſalutem conferri fuerunt gratiſſima nobis: & nos ob eam cauſam q̃ maximas gratias agimus: maiores habemus: referre uehementer optamus. Sed cum rem metiro putemus grauiſſimam tanti exercitus ducem: proximaꝫ petere regionem: in qua tanta pacis tranquillitas uigere dignoſcitur: iam cum ſummi Pontificis ſanctitate communicandaꝫ arbitramur. Ad eam igitur damus litteras: quarum cum his exemplum adiicimus. Oramus tuam Reuerendiſſimam Dominationem ideſt optimum patrię patrem: ut primuꝫ quid ipſa ſentiat: quidue moneat: uelit pro ingenti in patriam charitate per eius litteras nos reddere certiores: iuꝫ cum Pontificis Maximi Beatitudine uerba facere: & quæ uſui futura ſint: nunciare q̃ primum: cuius conſilio: opera: & fauore maxime freti ſumus. Vale.

SEnenſes Alexandro Anchonitano Theologo.S.P.D. Magnifacit noſtra ciuitas ac totus Senenſis populus ſalutarem doctrinam ac ſummam tuam eruditionem: & ſapientiam. Tuam paternitatem uehementer diligimus: quæ cum alias in noſtra urbe euangelizaſſet uerbũ Dei: auditores omnes mirifice delectauit: quæ cum facile prodeſſe poſſit uerbo: & exemplo: hortamur tuam paternitatem: ut per futurum proxime quadrageſimale tempus adire uelit hanc patriam: in ſacro diui Auguſtini templo tuæ ſanctæ religionis annunciatura Euangelicam diciplinam: quæ res: & tuæ paternitatis meritum: & populi noſtri deuotionem augebit. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. Noſtis: q̃ ubiq; gentium omnibus odio ſit: hominem cædere: ideſt enim maxime repugnare naturæ: quæ hominem ſeruandi hominis gratia genuit. Quando homines hominum cauſa nati eſſe exiſtimantur. Sed nos auertimus a iudiciorum ſeueritate animos: quæ in paricidas maxime ſæuiunt: & id genus crimen grauius ulciſcuntur: & nec agentibus: nec adiuuantibus: ſed nec conſentientibus parcunt: nos tamen ad clementiam uel potius ad amicitiam conuerſi: N. & ipſum haud dubiæ cædis reum: liberum ad uos dimittimus ac ſaluum illum largimur petentibus uobis. Quod utiq; ſit noſtræ optimæ uoluntatis: & ueri amoris perſpicuum documentum. Valete.

SEnenſes Genuenſibus.S.P.D. Putamus ueſtras Magnificentias libenter efficere: quæ & rationi: & amicitiæ conſentanea ſunt: & eodem animo: quo ipſi quoq; uiciſſim affecti ſumus. Venit cum his litteris dilectus ciuis noſter Bonauentura Philippi Accurſii nomine ciuium noſtrorum: & mercatorum: quos pro magna eorum integritate: & uirtute ualde diligimus. Habent illi cauſam ob quædam frumenta: quæ Plumbino iſthuc naui ſiluagia inuecta ſunt. Eam exponet & plane aperiet Bonauentura: quẽ præſcripſimus. Oramus: ut liquido perſpecta ueritate fauean t ueſtræ magnificentiæ noſtroꝶ cauſæ ut q; ſibi iure conueniant: ueſtra æquitate: & noſtra interceſſione: & facile: & celeriter conſequantur. Nam & quod iuſte noſtris ciuibus cum ueſtro præſidio fuerit miniſtratũ: magnæ quoq; apponemus gratiæ: ueſtris ac ueſtrorum ſemper parati commodis. Valete

SEnenſes Duci Ianuenſi.S.P.D. Mittunt iſthuc Philippus Accurſius Mercator honeſtiſſimus noſtrę ciuitatis filium: Bonauenturam ob cauſam frumentorum: quę ſuperioribus diebus Plumbino ſiluagia naui iſthuc una cum non nullorum aliorum triticis conuecta ſunt: quam planius ille ipſe Bonauentura aperiet. Tuam igitur hortamur: atq; rogamus Magnificentiam: ut præfatum Mamdatarium benigne audire uelit: & benigno quoq; illum fauore proſequi: ut quod Dilecto ciui noſtro iure debetur: tuæ Magnificẽtiæ ope: atque auxilio: iuſte ac celeriter perſoluatur: & ita demum tractare cauſam noſtrorum: ut plane liqueat: noſtraꝫ commẽdationẽ inanẽ nõ fuiſſe. Eandẽ quoq; ac parẽ uoluntatẽ noſtrã tua magnificẽtia oĩbus ſemꝑ in rebus poterit expiri. Iuuabit ſemꝑ noſtrorũ animorũ optimã ꝓſtare ſententiã. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D.Cum Prætorem gereret noſtræ urbis uir prçclarus: nec minus uirtutis laude:q̃ Equeſtri inſignis dignitate Baptiſta Bendedeus:adducti tuç illuſtris dominationis commendatione:& iam uiri integritatem experti: rurſum illum totius Senatus nr̃i ſentẽtia:atq; decreto & comitiorũ noſtrorũ inſup approbatione:atq; conſenſu:in alterum quoq; Semeſtre eidem præfecimus Magiſtratui:quod per raro fieri:& non niſi ſumma præſtantibus laude uiris tribui cõſueuit:etiam ſi iam delectus antea prætor forte aſſentiri uoluiſſet:Prçturam continuatis temporibus proſecuturum. Qua ſe ille probitate:quo in cognoſcendo ſtudio:qua in iudicando integritate:qua in amminiſtrando fide geſſerit:qua in rebus exequendis diligentia:quç una uirtus maxime cæteras omnes condit:atq; exornat:hinc facile cerni licet:quod defunctus tandem prçtorio munere:non modo a triumuiris:quibus eiuſmodi rationes diiudicandi permiſſa poteſtas eſt:omnibus ab eo geſtis unanimiter comprobatis fuerit abſolutus:uerum etiam Senatus auctoritate noſtræ Reipublicæ donatus inſignibus:quod unum præcipue uirtutis argumentum:& ampliſſimum monumentum honoris:& quoddam ueluti pignus amoris noſtra defert Reſpublica:quæ uiros magnos:& amplitudine:atq; laude excellentes:magno ſemper habet in pretio. Vere pro Biantis ſententia Magiſtratus hunc uirum oſtendit:& qualis eſſet Baptiſta noſter plauſiſſime comprobauit:cuius ueſtigia tanquã fidi comites ſub ſecuti ſunt:& iudices eius imprimis Aliprandus Arlottus Regienſis iuris conſultus:cuius doctrinam: ſapientiam: & bonitatem plurimum laudamus.Qui igitur uirum eiusmodi in gerendo magiſtratu tanta uirtute præſtare intelleximus:ſperamus haud dubie:cum iterum præfinito tempore eandem præturam ingredietur:fore ſui ſimillimum ac minime a ſapientis officio diſceſſurum.Quæ omnia idcirco tuç amplitudini ſignificanda duximus:ut intelligat communiter amari præfatum Equitem & tua cauſa:& ſuo merito:uçhementer quoq; ab uniuerſo Senenſi populo:& colletetur nobiſcũ eius uiri ampliſſimis laudibus. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi.S.P.D.Vere trito iam uetuſtate prouerbio:pares cum paribus facillime congregantur:uere amant inter ſe qui eiſdem fuerint tum ingeniis tum etiã moribus.Prætura noſtrç urbis magna cum laude functus eſt clarus & uir:& Eques Baptiſta Bẽdedeus:habuit & conſimiles apud ſeſe in forenſibus cauſis iudicandis:qui iuri dicendo præeſſent. Vnum cum primis Georgium Cattum Ferrariẽſem genere:ſed ſtudio:& amore nihilominus Senenſem. Eius uirtutem ſapientiam atq; integritatem non laudamus ſolum:ſed etiam probamus. Præbuit ille ſummæ probitatis argumentum in pupillorum ac uiduarũ negociis: quæ in multiplice cauſarum uarietate maximæ curæ populorum Rectoribus eſſe debent: quæque iura omnia diuina:& humana ſtudioſe tuentur.Ita demum ſe habuit:ut nulla prorſus delata quçrimonia totius noſtræ ciuitatis gratiam ac laudem ſit adeptus.Itaq; iam tandem chariſſimum nobis tuæ illuſtri dominationi pro noſtra in eum beniuolentia plurimũ cõmendamus. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.Non uidetur abre eſſe nec putamus a noſtro alienũ officio:eius laudes prædicare:quẽ ſumma laude præſtare intellexerimus:apud eum prçſertim totius Italiæ excellentiſſimum principem: qui & ulciſci improbos:& prouehere bonos ac ſapientes non minus uelit:q̃ poſſit.Experti igitur in miniſtrando forenſi negocio:& iure dicendo uirum probum:& iuris clarum conſultum Georgium Cattum Ferrarienſem:cum intelleximus cupere gratioſum fore ſeſe apud tuam Sereniſſimam Maieſtatem ſtatuimus & uirtutis eius ac doctrinæ teſtimonium perhibere:& commendare uehementius tuæ Maieſtati:quæ ſi illum & ſuç merito uirtutis:& noſtris precibus adducta In ſuorũ numerum aſcripſerit:gratum admodũ erit futurũ nobis:& a tua Maieſtate cum multiplice officiorũ cumulo:rem quoq; huic gratiſſimam ciuitati nos accepiſſe profitebimur. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitão.S Nouimus acre tuæ Maieſtatis ſtudium apud Summi Pontificis beatitudinem:ad efferendum Reuerendum patrem Ioannem Maſſanum Epiſcopum tuæ deditiſſimum ſerenitati.Ea res plurimum noſtram ciuitatem deuincit:& tuæ maieſtatis in noſtram Rempublicã cumulat beneficia cuius perſpecta ammiranda benignitate deprecamur uehementius:ut ad eius optimi uiri amplificandã dignitatẽ proſequatur tua Maieſtas:quam ſçpius contulit efficacem operam adhiberet:& nunc iuuare potiſſimum:cum præſens præſentem affabitur ſummi Pontificis ſanctitatem.Nam nihil eſt:quod firmiorẽ ſpem nobis prçbeat:q̃ benignum tuæ ſerenitatis ſtudium atq; gratiſſimum præſidium.Oramus ſuppliciter tuam Maieſtatẽ ut hoc peroptatum munus nauare dignetur:nec indigne ferat:ſi crebras ea de re: quam tantopere cupimus litteras noſtras ac preces repetimus.Fiduciam affert tua explorata benignitas:& honeſtæ rei(ut nobis quidẽ uidetur)ratio:& illius exorandæ deſiderium ingens. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Miſeramur nos quoq; in fœlicem ſortem.N.cognomento N.quem nobis per ueſtras litteras comendatis. Vtrumq; autem moleſtũ eſt:& incidiſſe illum in capitis diſcrimen faſſum ſe cçdis reum nec dari noſtro Magiſtratui eius liberandi poteſtatem . Fuiſſet nanq; admodum gratum nobis largiri uobis ſimul eius hominis uitam:& ingemiſcentibus ſuis.Quod in nobis eſt:dabimus accuratam operam:

ut delata re ad Senatum noſtrum: nulla prætermittantur intentata remedia. Quod cum commiſeratione ipſa: tum ueſtra potiſſimũ gratia: etiam/atq; ẽt curabimus. Valete.

SEnenſes Generali ordinis. N. S. P. D. Petimus frequenter: & quidem magna cum fiducia: quę honeſta putamus/& iuſta: nec dubitamus ea nos a tua benignitate facillime impetraturos. Accępimus in crimen uocari Venerabilem religioſum: & Sacrę Theologiæ profeſſorem. N. ciuem noſtrum: & priorem huius tuæ ſacratiſſimæ concionis: & ſimul cum illo cœteros profeſſores eiuſdẽ ordinis ciues noſtros a Venerabili. N. quod apud noſtrum collegium ea effecerint: quæ tuæ religioni: & inſtitutis aduerſari uideantur. Putamus noſtri officii eſſe teſtimonium perhibere ueritati. Cum noſtrum Magiſtratum adiiſſet pręfatus uenerabilis. N. & legi noluiſſet litteras: quas a tua Reuerendiſſima paternitate patentes acceperat: in quibus multa aduerſus fratres conuentus noſtri continerentur: nos ammirati litterarum ſententiam: compulimus prelibatum. N. & cœteros/qui aderant: reſpõdere iis: quę pro noſtro iudicio/falſo illis obiiciebantur. Accuſabantur tanquã diſſidentes: & diſcordes inter ſe: qui iam intelligebamus plurimũ & unanimiter conuenire: & alia dicebantur nonnulla: quæ certe a uero maxime abhorrebant. Reſpondit pręfatus. N. compellentibus nobis: & neceſſitate cogente ad ueritatem patefaciendã/ac fuit ſermo omnis cum ſumma modeſtia: & nulli repręhẽſioni obnoxius/nec aliter quicquã actum eſt ab eo: & cœteris confratribus quod merito redargui poſſit. Nec opem aliter/aut ullum profugium a nobis efflagitauerint præfati religioſi: & laudabiliter ſe geſſerunt. Quamobrem tuam Reuerend. paternitatem oramus: ut noſtros ciues: & qui in hoc celebri Conuentu pie/et religioſe uerſantur: & cum ſumma omnium unanimitate/atq; concordia cõmendatos ſuſcipiat/nec aures præbeat iis: qui falſa: & indigna ſuggerunt: ſed potius humaniter/nec benigne tractare uelit eos: qui & diuino cultui: & conuentus: atq; ordinis utilitati: ſaluti: & ornamento deſeruiunt. Digni ſunt enim fauore omni atq; auxilio/qui bene/pie/& religioſe Deo famulantur. Erit nobis gratiſſimum: ſi interuenientibus nobis/intellexerint noſtri ueritatem/& iuſtitiam apud tuam Reuerendam paternitatem præualere: & eos non audiendos: qui ſecus fuerint oblocuti. Sumus tuæ. R. paternitatis ſtudiis omni tempore paratiſſimi. Ad capitulum uero prouinciale/noſtrum miſimus Commiſſarium: ſponte noſtra commoti: ne qd poſſet oriri ſcandali: quod ſolemus in rebus eiuſmodi ſemper efficere/pręſertim eo in loco: ubi nulli Prætores noſtri conueniunt. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. P. D. Scitis nos ſtudioſe fauere ueſtris hominibus: præſertim: quos commendaueritis nobis. Quocirca. N. cognomẽto. N. & ſi grauioris noxæ conuictus: difficile poſſit legum/ac iudiciorum pęnam effugere: iuuabimus tamen quoad nobis licebit ueſtra gratia. Non datur noſtro magiſtratui aduerſantibus Reipublicæ inſtitutis: eius liberandi poteſtas: & ad frequentiora collegia deferenda res eſt. Nos curam adhibebimus: & opem feremus ad mendam hominis ſalutẽ: ut (quoad fieri poſſit) minime inanis fuerit ueſtra commendatio. Valete.

ℭ Patentes litteræ.

ITer Romam faciunt: cœteras quoq; petituri regiones legati noſtri Nicolaus Seuerinus & Guidoãtonius Boninſinius: ille Eques: uterq; iuriſconſultus: ambo ciues noſtri chari imprimis: miſſi a noſtra Republica/ac publici muneris gratia: quibus cum omnibus in rebus optime conſultum eſſe cupiamus: Principes omnes/ac potẽtatus diligenter rogamus: ciuitatum omnium/ac populorum gubernatores: amicos noſtros fidenter hoc poſcimus nos: qui dei uoluntate ſummum Senenſis patrie gerimus Magiſtratũ: is uero qui noſtrę obediunt Reipublicæ imperamus: ut eos ipſos legatos noſtros benefice: humaniterq; ſuſcipiant: & comites eorum omnes: cumq; commeatu ſuo omni: ſublata moleſtia cuiuſcũq; ſoluendi uectigalis/ire: abire/ac redire liberos patiantur: parem a nobis officiorum uicem quouis tempore recæpturi. Valeant qui legerint læta fronte.

SEnenſes Lucenſibus. S. Perlatum eſt nobis uinctum iſthic cuſtodiri. N. quemplã: cognomento. N. Ferunt ſui inſimulatum hominem non grauioris alicuius criminis: ſed noxæ potius: ad quam plerunq; procliuis eſt feruentior ætas/nec ſatis probe inſtructa iuuentus. Nos quoq; improbamus/execramurq;: ſiquid eſt: quod perperam/ac minus modeſte geſſerit. Verumtamen cum ſit homo noſter: & implorauerint noſtram interceſſionẽ propinqui eius: uiri innocentes: & chari nobis: non aſſentiri crebris illorum precibus nõ potuimus Qui cum ueſtras Magnificentias intelligamus pro uetere inſtituto: libenter clęmentiam conſectari: & poſtulantibus nobis hilare morem gerere: oramus: ut largiantur nobis eum ipſum compeditum hominem: ut intelligant ſui: noſtram comendationem apud ueſtram præclaram Rempublicam pro more plurimum habere momenti. Apponemus gratiæ: & inter cœtera ueræ humanitatis officia collocabimus. Erit & gratum nobis: ſi mercedem quoq; aſſequatur: ſi qua ſibi iſthic reliqua debeatur. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Fuit.N.qui ſuperioribus temporibus noſtrę inſeruiebat reipublicæ:culpa maior q̃ ut ueniam mereretur:cum præſertim deliquerit iis in rebus: quas pro fide ab eo uiolata⸗ægre oimium⸗atque indigne patimur. Valuit tamen apud nos plus tua cōmendatio⸗q̃ admiſſi facinoris grauitas. Cumq; intellexerimus gratā tibi fore hominis liberationeȝ:continuo Senatus noſtri auctoritate periculo & pœna omni eripoimus illū: & tuæ Reuerndiſſimę Dominaoioni enixius poſtulaoti⸗dono dare inſtituimus. Accedit ille ipſe tuam .R.Dominationem aditurus:cui & has dedimus litteraa. Is de noſtra optima uoluntate teſtimoniū phibebit. Tua ſapientia ooſtroꝝ animoꝝ deuotionē facile metiri poteris. Vale.

Patentes litteræ.

CVm noſtræ Reipublicæ cauſa proficiſcatur Romam uir ſpectabilis & ciuis dilectiſſimus Santes Bartholomęi noſter Orator⸗cōmendamus illum uniuerſis ac ſingulis Dominis Principibus & Rectoribus populorum. Nos Senenſi Reipublicæ gubernandæ præfecti:ut noſtra gratia & ipſum & comites eius omnes cū impedimenos & rebus ſuis omnibus tranſire:morari:diſcedere:ac redire libere & ſine ulla ſolutiooe patiantur: & humanitatis atq; beniuolentiæ proſequaotur officio:cū ſimus ipſi uiciſſim ī ſuos pari affecti ſtudio. Quod idem per noſtrum Vicariis territorium⸗noſtręq; ſubditis poteſtati:ut prompte efficiant:enixe per has edicimus noſtras litteras: & imperamus. Valeant qui legerint.

SEnenſes Epiſcopo Arretino.S. Vetus amicitia & uicinitatis ratio⸗& tuæ.R.P.comperta humanitas faciunt:ut fidenter ſcribamus ad eam:quæ nobis grata admodū ſunt futura. Venit iſthuc Ioannes Guſius dilectos ciuis noſter⸗& incola noſtri oppidi Caſtri noui. Is cauſam habet:quā ille ipſe planius coram expoſiturus eſt. Filium Sacerdotem tuæ R.P.cōmendaturus eſt Goſium:qui cū ſuperioribus diebus⸗ob defendenda eccleſiæ iura⸗in contentionem incidiſſet:oon con ſulto:ſed præter animi propoſitum⸗non prorſus ſe continoit. Dolet feciſſe quicq̃:quod a ſacerdotis dignitate merito alienum putetur. Confidit in tuæ.R.P.manſuetudine ac lenitate⸗noſtram quoq; plurimū ualiturā eſſe cōmendationeȝ. Ea oe ſpes eum fallat:uehementer rogamus:ſemp tuis placitis⸗ac tuoꝝ cōmodis paratiſſimi⸗ Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Quo ſtudio:quo officio:uel potius pietate efficiar ſemper tua.R.Dominatio:qoæ & grata ſint nobis: & dulciſſimę patriæ profutura:ita enī fœlicis recordationis optimus pater patriæ Pius Pontifex factitabat pio dulcis amoris in patriā nomioe compellente:neq; ipſi ſumus neſcii: & prorſus nemo ignorat: Nūquā noſtræ Reipoblicæ defuit aut cœleſte præſidium:aut corū:qui in terris principantur:optatum patrocinium. Id oobis ſpondetur firmius:ſi in ueſtro iſto⸗& ſacro patrū collegio affuturi ſint: & alii quoq;:qui pari ſtudio & amore patriam tuentur:perſuademus nobis gratum futurum tuæ.R.Dominationi:ſi alii inſuper acceſſerint:qui cooptaō in oenerandum Cardinalium cętum⸗tuæ benignitatis ſequantur ueſtigia:atq; inuiteotur exemplo. Accepimus optimam Sūmi Pootificis mentem:Sereniſſimi Regis ac Principis Ferdinādi accuratioreȝ interceſſiooē:nouimus ſanctę tuę.R.Dominatiouis propoſitum ad ea ſemper efficienda:quæ patriæ ſalutē tueri & amplificare de eus poſſint. Proinde tuā.R.Dominationē certiorē facimus⸗nos habituros gratiſſimū ab ea:quę ſemper optime de patria merita eſt:quicquid ſtudii⸗curæ⸗laboris⸗iodustriæ⸗collatura eſt ad prouehēdam Maſſani Epiſcopi:atq; amplificandā dignitatē: & a. T.R.D.benigno patrocinio⸗ac miniſterio:cum plurimū auctoritate poſſit & gratia⸗tāti mūeris amplitudinē accepturos:quod inſtante opportunio re iam tempore⸗par duximus noſtris ſignificandū:atq; explicandū literis tuę.R.Dominationi. Cui imprimis placere⸗atq; omnia gratificari cupimus. Vale.

SEnenſes.N.Priocipi.S.P.D. Per tuas litteras:perq; tui excellentis Oratoris uocem cognouimus:quod dubiuȝ oonquā fuit:paterno amore a tua benignitate diligi noſtram rempublicam. Quæ res ſola effecit:ut in eo fœdere:quod ouper initum ē:noſtrā quoq; uominaoerit ciuitatem tua illuſtriſſima Dominatio. Placet mirum io modum perſpicuū fieri cunctis Italis tum populis⸗tum Principibus⸗tam præcipuam⸗tamq; paternam erga nos charitatem:quando nuſquā ooſtrę ciuitatis eſt īmemor tua illuſtriſſima dominatio: & firmiſſimum ſummi amoris argumentū affert. Agimus ob eam cauſam ingentes gratias tuæ celſitudini ſtatus⸗& reipublicæ noſtræ optimo ac beneficentiſſimo protectori⸗& patri. Quibus pro rebus ſummā referimus animorum deuotionē⸗obſeruantiam⸗fidem. Quod uero ad nominationem ſpectat:cum in uniuerſali fœdere:quod fœlicis recordationis Paulo Secundo ſedente⸗firmatū eſt:quod pacis firmitatem & Italicorum ſtatuum conſeruationeȝ complectitur:quo tuæ illuſtriſſimæ dominationis tota ſpectat intentio:locum ſubierit noſtra reſpublica:oihil ooui conſilii cœpimus:quaodoquidem re ipſa reperiemur ſemp ſtudioſiſſimi pacis & uniuerſalis ſalutis conſectatores: & a tuæ illuſtriſſimæ dominationis ſancto nunq̃ alieni ꝓpoſito. Deū queſomus:ut oīum fideliū ad catholicę fidei ꝓpugnationē corda cōuertat: & ad tuæ illuſtriſſimę dominaoonis ꝑclara imitāda ueſtigia:poſtremo noſtrā ciuitatē uehementiſſime cōmēdamus tuæ excellentiæ:in cuius ſumma benignitate confidimus. Vale.

SEnenſes.N.Principi.S.P.D. Quanto nos/ac noſtras ciuitatem tua illuſtriſſima Dominatio complectatur amore: & ueteribus multis documentis/& nouis quotidie comprobatur exemplis. Facit id tuæ illuſtriſſimæ Dominationis paterna charitas: & noſtras in dies arctiore uinculo deuincit Rempub. Eſt ea res nobis q̄gratiſſima: agimuſq; ob eam cauſam tuæ illuſtriſſimę Dominationi ingentiſſimas gratias. Quod aũt pertinet ad noſtræ ciuitatis nominationẽ in nouo inito fœdere: nouit tua illuſtriſſima dominatio in uniuerſali fœdere: quod ſacro Pauli Secundi Pontificatu firmatũ eſt: quod ad uniuerſalis pacis & ſtatuũ conſeruationem ſpectat: locũ ſuũ noſtram ſubiiſſe rempublicã. Atq; ea propter nihil noui ſtatuendũ duximus. Quod per has litteras ſignificandũ decreuimus tuæ illuſtriſſimæ Dominationi: cui ſtatum noſtrum tanquã præcipuo benefactori & patri diligentiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Venetis.S.P.D. Cognouimus quæ nobis de nominatione noſtræ reipublicæ in nouo fędere/& litteris & Oratoris uoce ueſtra indicauit Illuſtriſſima Dominatio. Perſpicimus uere ab ea: quod nunquam latuit: noſtram diligi ciuitatẽ: iquę res in mirũ modum deuincit illam. V. Illuſtr. D. & ob tanti amoris experimentum agimus ueſtræ benignitati peringentes gratias. Sed cũ ſedente Paulo Secũdo/in uniuerſali fœdere: quod uniuerſalis pacis/& Italicorum ſtatuum conſeruationem continet: locum ſubierit noſtra Reſpublica. Nihil ob eam cauſam aliud deliberandũ cenſuimus: quod & his ſignificamus litteris ueſtræ celſitudini. Cui noſtræ ciuitatis ſtatũ deuotiſſime cõmendamus. Valete.

¶Patentes litteræ.

SEmper magnifecit noſtra Reſpublica eos omnis: qui nõ modo probitate & uirtute ornati ſunt: uerum etiam ingenio/& pręclaro quopiam artificio præſtant. Ex qua quidem re factum eſt: ut Dionyſium & Petrumdominicũ Franciſci filios: genere Viterbienſes: qui complures annos in noſtra ſunt urbe uerſati: & conficiendi & regẽdi horologii artem/magna cum laude exercuerunt: ualde diligamus: & in noſtrorum numero cenſeamus. Experti autem in noſtra republica artificii eorum miniſterium: cum diurnus noſtrę urbis horologium recta temperauerint ratione: uniuerſis & ſingulis: quibus hæ noſtræ fuerint oſtenſę litteræ: fidem facimus nos Senenſes fideliter & cõmode/præfatos artifices inſeruiſſe nobis: & ob id noſtrã/ac noſtrorum ciuium gratiam aſſecutos uirtutis & ingenii perſpicuũ teſtimoniũ perhibentes: ſed gratũ futurũ nobis: quicqd eiſdẽ fuerit allatũ cõmodi. Valeant omnes.

SEnẽſes Cardinali.S. Petri ad Vincula.S.P.D. Quas nũp dedit ad nos literas tua.R. dominatio/magna cũ uoluptate ſuſcepimus: p quas optimã eius perſpicimus erga noſtrã Rempublicã uoluntatem: quo nihil poſſumus omnino audire/ac noſſe iucũdius. Intelligimus paternam erga nos charitatem: & ad noſtram iuuandas rempublicam/optimã mentes: ac ciuitatis huius ſaluti/ac decori amice pieq; affectã: ut non ipſi repoſcere: ſed referre potius gratiam debeamus. Perſuademus nobis ſtudioſiſſimũ habere/ac beneficentiſſimũ patrem. Viciſſim nos experietur tua.R. Dominatio obſeruantiſſimos filios: ac filiali fiducia & ſtatũ noſtræ reipublicę/& noſtra omnia fidentiſſime cõmendamus. Nec Nicolaum Brancham ſolũ: ſed quot quot charos tuæ amplitudini intellexerimus amore/liberalitate/clemẽtia proſequemur. Vale.

SEnenſes.N. Patrimonii Gubernatori.S.P.D. Noſtra ea firma mens eſt: id ſtudium diligens: ut pacem & quietem maxime tueamur: præcipue uero cum tuis: & qui Romanæ parent eccleſiæ: a cuius deuotione nunquã aliena reperta eſt noſtra reſpublica: tuam parem confidimus ſemper uoluntates fore. Qui igitur eodem ſumus affecti animo: paria quoq; reddamus officia. Proinde tuam.R.P. oramus: ut ad dirimendã controuerſiam: quę ſuperioribus diebus pecoris gratia orta ẽ: ſuadeat: & impellat.N. et.N. utrunq; Caſtrenſem/noſtrum adire Magiſtratũ: quod ut libentius efficere uelint: publicam fidẽ mittimus: per quam tutus pateat acceſſus/ac reditus. Curabimus: qum ad nos uenerint: ita illorum cauſam: ut facile liqueat: nihil nos ſequi accuratius/q̄ Iuſtitiæ & æquitatis cultũ: & non Iuſtitiam ſolũ tui homines: uerum etiam humanitatẽ reportabũt. Interea tua intereſſe putamus: ut noui fiat nihil: ſed tuta/ac pacata utrinq; ſint oĩa: dũ res cõmodiſſime ſopiat. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D. Legati noſtri: qui paulo ante ad uenerandã tuã Maieſtatem acceſſerant: reuerſi ad nos/abunde retulerũt ingentem eius erga noſtram rempublicã charitatẽ: & tuę Serenitatis uere paternũ erga nos animũ. Id tam &ſi nobis multis iampridẽ documẽtis eluxit: repetitũ tamẽ mirã nobis/& uniuerſo huic populo uoluptatem affert. Pro tãta benignitate: p ſũmo ſtudio/atq; affectu: p noſtræ ciuitati ſalutari collata opa/agimus q̄maximas tuæ Maieſtati gratias: maiores habemus q̄ quæ explicari litteris poſſint. Oramus eam quoq; ſuppliciter: ut eodẽ hanc patriam/quo ſemper conſueuit: amore ac beniuolentia proſequatur. Quandoquidẽ plurimũ patrocinio ac fauore tuæ Maieſtatis confidimus: cui ſtatum & libertatẽ noſtrã deuotiſſime cõmẽdamus. Vale.

Senenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Non dubitamus tuæ Maieſtati cõmendare noſtros homies:eos præſertim:quorũ calamitoſam ſortes miſeramur.Annos iam compluſculos Fabianus quidã Entici filius noſtri agri uetus incola in triremi:cui Monicę cognomentum:uerſatus eſt.Per noſtros Oratores alias quoq;:perq; litteras commẽdauimus. Annuit clemẽter tua Maieſtas:& ſeſe erepturam hominẽ benigne pollicita eſt.Memores igitur tam liberalis oblati:tuam Maieſtatẽ rurſum precamur:ut eum ipſus Fabianũ largiri dignetur merentibus ſuis:& exaudire noſtras preces:quod tanto erit gratius nobis:quãto maiore ſtudio a tua Maieſtate collatum:quæ bene ualeat.

Senẽſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum paulo ante intellexerimus tuę.R.D. maximã erga Maſſanũ Epiſcopum & dilectum conciuem benignitatem ac piũ affectum:quanq̃ uerę dilectionis ſtudio fuerit illum amplexa tua clementia:miram atq; pręcipuaſ uoluptatẽ ſuſcepimus.Nam cũ ſit tua.R.Dominatio optimus pater patrię:quę cõmunẽ patriam ſtudio atq; induſtria omni iuuare nõ deſinit:ad cætera beneficia eum quo ꝑ addit amoris cumulũ:ut qui nobis chari ſunt:& patriæ ſaluti ac dignitati conſulunt:eos beniuolentia charitate atq; officio prõſequatur.Optime nanq; res ſe habet:cũ unum conſentire uidẽtur cũ capite membra quæq;:& eundem finem pari conſectantur ſtudio.Id uere laudandũ:atq; maxime expetẽdũ uidetur.Quocirca arctius nos deuinxit tua benignitas:quæ pręfatum conciuem noſtrũ in ſinum ſuũ admiſit:& amore beniuolentiaq; cõplexa eſt.Perſuadeat ſibi quęſumus tua.R.D rem nobis feciſſe gratiſſimã:ac facturã quoq; gratiorẽ poſthac:ſi ut benigne cœpit:eodem aĩo eſſe pergat. Quicqd uero ſtudii amoris officii in eum:quẽ præſcripſimus reuerendũ patrẽ contulerit:tam iucundum fore nobis q̃ quod iucundiſſimũ. Vale.

Senenſes Franciſco Cardinali.S.P.D.Maſſanũ Epiſcopũ & quia præclarus conciuis eſt:& ſtudioſus cõmunis patriæ propugnator:uehementer diligimus:lætamur uero plurimũ amari quoq; eundem a tua.R.Dominatione:quæ huius reipub.ſalutem decus cõmodum magno ſtudio conſectatur.Eos aũt iuuat:tuetur:quos & charos patriæ nouit:& patriæ ſecũ dignitatẽ proſpiciunt.Quo numero cum Maſſanũ Epiſcopum merito cenſeamus:profitemur futurũ nobis q̃ gratiſſimum:quodcunq; in illius gratiam ſtudium atq; officium tua contulerit.R.Dominatio:quæ ſtudioſiſſime ſemper omnia nobis gratificari conſueuit.Illam precamur:ut quo ſemper fuit:eodem quoq; ſtudio erga nos & conciues oẽs animo eſſe pergat.Nam id multis experimentis comprobatũ eſt:uere cunctis in rebus tuam.R.D.noſtras:ideſt:dulcẽ patriam amare Rempub. Vale.

Senenſes.N.Cardinali.S.P.D. Diligimus uehemẽter Antonium Ioannis filium Craſſetanum Rouarellũ:& propter uiri probitatem ac fidẽ:& quod in numero cenſeamus dilectorũ ciuium.Is cauſam habet:quã coram ille ipſe explicaturus eſt.Quanquã intelligimus iampridẽ gratioſum extitiſſe apud tuam benignitatem:tamen ob noſtrã erga illum beniuolẽtiã pati nolumus uacuũ accedere & litteris & cõmendatione noſtra. Illud quęſumus ubi perſuadeat tua.R.Dominatio gratum nobis admodũ futurũ:quicqd in illũ tua contulerit benignitas fauoris & opis:quo poſſit fieri facilius iuſti uoti cõpos.Confidimus iura ſua a Sũmi Pontificis æquitate haud dubiẽ aſſecuturũ:adhibitis tuæ.R.D.optatis precibus. Vale.

Senenſes Regi Neapolitano.S.P.D. In magna nři ſæculi fœlicitatis ẽe ꝑte putamus regnare in Italiæ oris tuam Maieſtatẽ:in qua ea concurrant omnia:quæ a uere ſapientibus maxime expetenda iudicantur.Nam ad ſummã ſapientiã atq; conſilium ad animi magnitudinẽ atq; incredibiles uirtutis laudem:ad præcipuũ bene tranquille pacate uiuendi ſtudiũ accedit diuinæ cuiuſdã gratię plenitudo:utres atq; opes abunde ſuppetũt:& cum magna in Deum pietate:ſumma in liberos populos charitas adiuncta eſt. Teſtis eſt noſtra reſpublica:quæ freta tuæ Maieſtatis ardẽti erga ſe amore ac firmo præſidio nullius formidat inſultationem:nec cuiuſquã pertimeſcit inſidias.Quare cũ ſumma animorũ iucunditate tuæ Maieſtatis accepimus litteras.Sed accepimus iampridem benignas oblationes:ac ſcimus illi nos filiali quodã iure uti poſſe:quotiens uſus poſtulauerit.Rumoribus nihilo plus tribuimus:q̃ ratio ipſa ſuadeat.Sed æquum putamus:cuncta omnia cum tua maieſtate conferre:cuius conſilio recreamur:cuius beniuolentia ac patrocinium noſtram rempublicam tutam ac ſecuram reddit.Pro his omnibus ingentes gratias agimus:& rurſum Senenſem patriam tuæ Maieſtati deuotiſſime cõmẽdamus:ac Vale.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Veram tuæ Reuerendiſſimę Dominationis in patriam charitatem quottidie experimento cognoſcimus. Quandoquidem probatio dilectionis exhibitio eſt operis.Multifariã profuit noſtræ Reipublicæ tua benignitas:pro eius cõmodo laborare nunquã deſinit.Cauſa cũ Reuerẽdiſſimo Domino Spoletano perſpicuum affert documentũ.De his igitur quæ acta ſunt hactenus:agimus ingentem gratiam.Sed ad rem conficiendã iterũ atq; iterũ tuã Reuerendiſſimam Dominationem obſecramus:ut & cauſas diiudicet:& celeriter expedire dignetur:quod erit & ſalutare patriæ:& nobis certe q̃ gratiſſimũ.Plura tamẽ ea ipſa de re explicanda nřo iniunximus Oratori:quẽ libenter q̃ſumus audiat tua.R.D.quæ Valeat.

Patentes litteræ.

FVraces homines & improbos execramur: & eoſdẽ cupimus iuſte cohercere ad tuendam Iuſtitiam: cum proximis diebus nõnullæ fuerint ſurreptæ pecuniæ & arma ac ſuppellectilia quædã prouido uiro Andreæ Cerhno a quopiam .N. qui eidem Andreæ inſeruiebat: quæ omnia ſingillatim ac fuſius idem ipſe poterit explicare. Idcirco uniuerſos ac ſingulos principes ac ciuitatum Rectores amicos ac beniuolos noſtros rogamus nos qui Senenſem Rempublicam gubernamus: noſtris uero Vicariis ac pretoribus ſubditisq; edicimus ac iubemus: ut ad ſua recuperanda præfato Andreæ fauorem atq; auxilium ferre uelint: ne improbis pateat delinquendi licentia: & cæteri ab improbitate deterreantur: cum uiderint peccandi ſublatam copiam. Nam hoc ipſum noſtra Reſpublica ſemper ſtudioſe efficere conſueuit. Valeant omnes nemini facientes iniuriam.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Compertum habemus: ea uos ſponte ueſtra libenter efficere: quæ iuſta ſint: rogatu noſtro etiam iucunde: quæ amicitiæ congruere uideantur. N. homo agricola Caſentinas: dum fundum colit Franciſci Menghini ciuis noſtri: qui has defert litteras: clam ꝓfugit: & pecus abigit: quod ex eo planius ĩtelligere poteritis. Erat Franciſcus prefectus arcis cuiuſdam: ut antea ad rem ſuam operam ac tempus minime conferre potuerit. Nunc munere illo defunctus ipſe ad uos uenit ueſtra iuſtitia ſuo iure & noſtra quoq; commendatione fretus. Sperat rediturum ſeſe iuſti petiti compotem. Rogamus igitur uos uehementer: ut ciuis noſtri negocium: quod ſemper conſueuiſtis accipere humaniter uelitis: iuſte atque amice nauari iubeatis. Quod erit nobis gratum ſimul ac periucundum. De .N. & eius conſociis paſtoribus nihil eſt: quod amplius ſcribendum putemus. Ipſi teſtes erunt optimæ noſtræ erga ſe uoluntatis. Confidimus illos uobis per nos etiam ingentem gratiam habituros: quandoquidẽ paterno eos more proſecuti ſumus: pro peccato magno pauxillulũ pœnæ ſatis eſſe rati. Valete.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Iacobus cognomẽto Anglarius: cui ad uos has litteras dedimus: cauſam habet: quam expoſiturus accedit ualde confidens ueſtræ Iuſtitiæ & æquitati: & noſtræ inſuper commendationi: quam intelligit plurimum ualuiſſe q̃plurimis. Eſt uir ſatis probus: ſed certe pauper admodum: & ueſtro auxilio non indignus propter cauſæ Iuſtitiam. Hortamur uos igitur uehementer: & propter uiri inopiam atq; egeſtatem etiam atq; etiam rogamus: ut re plane perſpecta ius ſuum uobis iubentibus facillime conſequatur: quanquam intelligimus minime neceſſe pluribus uerbis Iuſtitiam commendare iis: qui Iuſtitiam ſtudioſiſſime conſectantur. Nec dubitamus noſtras litteras iuſtis ĩ rebus momẽti apud uos plurimum habituras. Valete.

SEnenſes Genuenſibus. S.P.D. Ianuenſes ac ueſtros omnes iure ueteris neceſſitudinis: ac pro arctiſſimo ueræ amicitiæ uinculo ualde diligimus. Quamobrem intellecta iampridem cauſa .N. ciuis Ianuenſis: curauimus: ut in ea iuſtũ ferretur iudicium ab iis: qui iuri dicendo præſunt. Nec ulla defuit induſtria: nec oportunus fauor. Lata ſententia ẽ: & cauſa iuſte confecta. Cum adhuc tamen inſtaret .N. & ſe leſum aſſeueraret: rurſum illi optionem dedimus eius in noſtra urbe tribunalis: quod maxime ſibi cordi eſſet. Abnuit ille: & relictis rebus alio conceſſit. Nos mirati ſumus uiri abitionem: cũ præſertim mentem noſtram probe intelligat: & inuiolatam noſtræ ciuitatis ad Iuſtitiam tuendam obſeruantiam: atq; ad Ianuenſes omnes iuuandos noſtram conſuetudinẽ. Pro ueteri igitur probatiſſima amicitia: cuius legem uolumus ſtudio omni cũ populo Ianuenſi ſeruare: iterũ atq; iterũ .N. præfato iuris cognitionẽ apud noſtra tribunalia: & noſtrũ inſuper fauorẽ deferimus. Poſtremo omnibus in rebus optimã noſtrã experiemini uoluntatẽ atq; amicorũ officium. Valete.

SEnenſes Cardinali Papienſi. S.P.D. Nihil difficile: nihil laborioſum uere amãtibus. T.R.D. tum demum uere lætatur: dum noſtræ Reipublicæ & communi patriæ conſulit: proſpicit: fauet. Quod iam in ſumma rerum uarietate q̃planiſſime q̃ ſæpiſſime exploratum eſt nobis. Sed quid multa! Communis Chriſtianæ Reipublicæ ratio huius Reipublicæ cauſa: quam ex optimo animo atque intimo cordis affectu diligit: uel amat potius tua benignitas: facile ſuadet: ut tuam operam fidenter expoſcere nequaquam uereamur. Fertur Bartholomeus Bergomenſis datus Dux exercitus relinquere tandẽ Venetiam & uel Flaminiam aut Etruriam uerſus cogitare: quæ res populis aſtipulatoribus ac ſectatoribus pacis minime negligenda uidetur. Sribimus ad Reuerẽdiſſimũ Cardinalem noſtrũ: ſcribimus & ad ſummũ Pontificẽ: Ea de re litteras: ut noſtro munere perfungamur. Cupimus Tuæ. R. Dominationis noſſe ſententiã: & quid cogitandũ: qd ue tenendũ cenſeat: per tuæ Dominationis ſcire litteras. Fecerit ea nobis ꝑ uetere more gratiſſimũ: ſi expectãtibus atq; exoptantibus nobis morẽ geſſerit: & cõſilio ac ſalutari monitu nõ defuerit. Abſq; his hoĩe beneficiũ libẽter accipimus: ſed ab amãtiſſimo patre apprime iucũde. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Mentem noſtram iamdudum uobis compertam non ignoramus: ea profecto eſt: ut ſtudio atq; officio noſtræ amicitiæ: quam eſſe probatiſſimam conſtat: nunquam deſit. Quocirca acceptis ueſtris litteris: per quas uobis commendatur N. Politianenſis: qui ob parricidii reatum cuſtodia aſſeruatur: quanquam facinoris indi

gnitas-& hominis etiam minime latens culpa cauſam difficiliorem efficiant::tanti tamen apud nos ueſtra uoluntas & commendatio ualet:ut ad liberandum hominem-omni accingamur induſtria. Noruut hi:qui precibus inſtant:quale in hoc uſq; tempus potuit iactum eſſe principium. Nec (quantũ in nobis fuerit) niſi re confecta conquieſcemus. Iuuat enim nos mirum in modũ gratificari uobis: qui bene Valete.

SEnenſes Sũmo Pontifici. S.P.D. Quod ĩ oppido noſtro Aſciani ad domos exędificandas conſtitutum eſt:ſi oculis cerneret:facile tua Sãctitas comprobaret. Opus nanq; eſt quod decori-ſalubritati-& utilitati cultorum conueniat. Sed ĩtellectis tuæ beatitudinis litteris: & iis: quæ ea de re nobis nuper ſcripta ſunt:mõitis iis: quos operi conficiendo præfecimus: confeſtim operam dedimus:ut eiuſmodi in ędibus conſtruendis ratio habeatur:ne ullo modo ędificii cuiuſquam-uel ſtructura-uel altitudo Hieroſolymitanæ ędi poſſit officere:atq; ita tua beatitudo certo ſibi perſuadeat. Precia uero eorum: qui ſitum & aream nacti fuerint:curabimus: ut penes idoneam perſonas deponantur:ut cum Hieroſolimitanæ ædis commodo in rem quampias fructuoſiorẽ uerti poſſint: & tum in hoc negocio-tum in cæteris omnibus experietur nos tua ſanctitas ſibi: & Apoſtolicæ ſedi uere deuotos: & iis:qui tuæ beatitudini ſecundum carnem iuncti ſunt:ex intimo corde affectos. Nos parem beniuolentiæ uiciſſitudinem huic ciuitati deberi nõ iniuria putamus. Ea eſt enim Senenſis reſpublica:ut quodam peculiari iure & Apoſtolicæ ſedi-& tuæ beatitudini chara imprimis eſſe debeat; & in eam repetendi nõ uulgaris amoris:ſed paternæ charitatis affectus. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Quã ueſtra apud nos & apud noſtram rempublicam auctoritas ualeat:iampridem noſſe plane potuerũt ueſtræ excellentiæ: & facile multis experimentis pſpicere. Sed id quoq; ſit argumẽto haud ſane mediocri. N. paricidii reum: quod imprimis facinus iura omnia diuina-atq; humana execrantur:ſolutus uinculis-impune dimiſimus: & tantopere commendatum nobis-ſaluum ſuis condonauimus. Fecimus id ſane non inuiti:cum & ex ueſtris ac noſtri Oratoris litteris gratũ fore intellexerimus ueſtris Magnificentiis:quibus quod factum eſt:ſignificandum duximus: ne ſint bonę mentis-ac noſtræ neſciæ uoluntatis. Valete.

SEnenſes Sũmo Pontifici. S.P.D. Ex binis tuæ Sanctitatis litteris: quæ nuper nobis redditæ ſunt: facile perſpeximus-id curare-id efficere tuam beatitudinẽ:quod uerũ Chriſti Vicarium & paſtorem bonum decet: ut catholicæ fidei dignitati conſulatur:itendatur propugnationi ac ſaluti:fidelium populorum tranquillitati proſpiciatur: Chriſtianorum Principum in unum corda conſentiant: & eorum:qui noua moliri fortaſſe cogitent:coherceatur libido:compeſcantur motus. Nam dum hæc ab uniuerſali patre & ſummo Pontifice fiunt:ſperandũ ſit proſpere omnia ſucceſſura fidelibus-illo aſpirante:in cuius manu ſunt omnium poteſtates: & ſic credimus eneruandas uires illius: qui Chriſti nomen tanta uęſania-ac furore inſequitur. Eiuſmodi paſtoralis curæ ſanctum inſtitutum miris efferimus laudibus:tuæ beatitudini grates ſummas perſoluimus:quæ ſuam nobis per benignas litteras ſententiam patefecit:præſidium atq; auxilium obtulit ad tuendam Italicam quietem:ad propulſandas iniuriam: ſiqua forte inferretur:ad noſtram quietem confouendam:quo eodem animo & Sereniſſimũ Siciliæ Regem Ferdinandum eſſe putamus:ad quem nos quoq; litteras dedimus. Prouiſiones tuæ Sanctitatis plurimum laudamus:principio nanq; occurrendũ eſt malis: ne ſi uſpiam turbæ oriantur:diffundatur exinde latius: & procliuis res ad malum dum ſemel cœperit:ſerpat:ac pleroſq; in eandem calamitatem trahat. Excubare tuam beatitudinem uigili cura:ac ſalubri proſpicere conſilio-nos iuuat: & boni paſtoris munere fungi:qui ſi pro ouibus dare animam non formidat:profecto ſtudio omni curare debet: ut eas a Luporum tueatur incurſibus. Vna Senenſis ciuitas eſt Sanctæ Romanæ eccleſiæ contigua finibus-fide-& ſummi amoris nexu deuincta. Vna utriuſque ſalus:una eademq; fortuna:ſors una incumbit ambabus. Quare confidimus-tam pro officio paſtorali q̃ pro ingenita quadam ac legitima in hanc patriam charitate-noſtris rebus nunquam tuam beatitudinem defuturam:cuius oblata filiali iure libenter accipimus: & gratias q̃maximas agimus:ſupplicantes:ut ſiquid poſthac certius innoteſcat:nos quemadmodum benigne pollicetur: certiores quoq; reddi iubeat. Nos & de rebus neceſſariis ſolliciti erimus:nec ad noſtra munienda loca ſegnes. Placuit uehementer accepiſſe:quas ad nos ſcribere dignata eſt tua Sanctitas circa fœderum rationes:quæ uero ſentit:quæ agit. omnia a diuino conſilio-ſingulari ſapientia:ſumma bonitate prouidentiſſimi Principis cura profecta eſſe arbitramur:nec dubitamus uniuerſorũ Dominũ uniuerſorũ quoq; ſaluti optime conſuiturũ. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali. S.P.D. Quoniam uigilando-agendo-bene conſulendo iuuat ſemper tua Reuerendiſſima Dominatio cõmunes patriam:ſtatuimus noſtrarum partium eſſe:ut tibi q̃maximas nos habere gratias profiteamur. Quas ingẽtes agimus: referre uehementer cupimus. Per ſummi Pontificis:per tuæ Reuerendiſſimæ Dominationis litteras accepimus:quæ ſcire noſtra intereſſe arbitramur. Videmus nanq; Summi Pontificis Sanctitatem & ad tuẽdã quietẽ-& ad ferendã opem (ſi forte uſus acciderit) probe affe

enim: Id nos eius bonitati & optimi paſtoris officio/ & tuo ſtudio/ atq; interuentioni aſcribimus. Duo igitur oramus enixius: Primũ: ut ſiquid noui præterea de eiſdem rebus afferatur: rurſum nos digneris facere certiores: tum ſanctum Pontificis inſtitutũ aſſiduis precibus ſtabilire/ ac pro nobis eius beatitudini grates perſoluere. Nos tanto freti patrocinio/ tutiora omnia fore ſperamus. Quin etiã haud ſegnes: ſed alacriores erimus pro uirili noſtra ad cõmunem tranquillitatem conſeruandam. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Pietatis ſtudioſo nihil difficile perſuadere pietatis opera. Itaq; in cauſa Ilcinenſi ad condendum Pietatis Montem: de qua tum per Oratorem/ tum per litteras/ alias ſatis ſcriptum putamus: exiſtimantes opus ſalutare/ & populo illi maxime neceſſariũ/ & ad ſubueniendũ pauperibus ualde accõmodatũ: quos iuuari & foueri iubet pia religio: rurſum oramus ſuam benignam interuentionẽ adhibere dignetur tua. R. Dominatio: ut per eius operam populus ille optata hæc/ noſtra quidẽ ſententia/ fauore digna: a Sũmi Põtificis exoret beatitudine: & ii q refragent: moneant ſancto inſtituto nõ aduerſari. Placuit Ilcinenſibus latum iudicium a tua. R. Dominatione: & facillime comprobarunt. Cenſent par eſſe: ut tandem aliquando executionem habeat. Quod cum fiat: tuæ dignitati conſulitur: noſtrorum commodis proſpicitur: egenorum neceſſitati ſuccurritur: & nobis gratum futurum eſt. Vale.

¶Patentes Litteræ.

NOn uidetur abre eſſe: ſed nec putamus a noſtro officio alienum eius laudes prædicare: quẽ ſũma uirtutis laude præſtare ĩtellexerimus: apud eos præſertim: q in toto Latio gloria florent: & pro ſumma Iuſtitia/ ut malos atq; improbos ulciſci: ita bonos ac ſapientes uiros prouehere: & debitis afficere honoribus didicerũt. Quocirca uniuerſos ac ſingulos p̃clariſſimos Italiæ Principes & magnos/ atq; illuſtres uiros & inſignes populorũ Rectores/ ac præfectos: cæteroſq; noſtræ Reipublicæ amicos/ & ueri amoris uinculo fœderatos/ rogamus nos: qui præſumus Senenſi populo: experti in miniſtrando forenſi negocio/ & Iure dicendo uirum probum/ & iuris clarum Conſultum Georgium Cattum Ferrarienſem/ & eum ipſũ benigne humaniterq; ſuſcipiant: ſtatuimus namq; noſtras partes eſſe: ut maximę uirtutis/ ac probitatis eius/ doctrinę præterea/ ac ſapientiæ perſpicuum teſtimonium perhibeamus: & eundem magnis precibus/ ac precipuo ſtudio commendemus: cui quicquid fuerit allatum commodi/ honoris/ amplitudinis: & gratiſſimum intelligant futurũ nobis: & nos id omne ad gratiam ac uoluptatẽ aſcripturos. Valeant omnes qui legerint.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Noſtra reſpublica ſuopte quodam ingenio ſemper religioni fauit: & eos: qui relictis humanis rebus ſeſe ad eam contulerunt: nõ deterrere: ſed inflammare potius conſueuit. Cum ſciamus ad id ſubeundum perfectiſſimũ uitæ genus etiam percalcatis parentibus/ eſſe pergendũ. Sed quo res maior/ ac præclarior: eo debet eſſe illius deligendæ cura/ maiore conſilio & maturiore iudicio ſuſcipienda. Aetas plerunq; tenerior repentino quodam quaſi impetu potius q̃ conſilio/ magnis cõplicatur erroribus. Conſulto igitur & mature cogitato opus eſt: ſiquis eiuſmodi uitæ rationem deligendam conſtituerit: Quapropter uenit. N. clarus ac prædilectus ciuis noſter/ eius filius. N. incertum/ an diuina inſpiratione an ætatis quodam leuiore motu/ ad monaſterium religionis. N. tranſfugit. Cupit ſapiens pater altiorem perſcrutari filii ſenſum: nec dehortari: ſed ſcite filium pręmonere: qui modo in ueſtra ditione & urbe uerſatur. Hortamur uos: ut pro ueſtra ſapientia/ atq; bonitate operam adhibere uelitis: ut & alloquendi filium/ patri poteſtas minime denegetur: quod omni ratione probandũ uidetur: ſed & nec alio transferatur/ tenella adhuc ætate filius: dum rem conſtantiore animi iudicio/ mente uoluitare/ ac meditari poſſit. Veſtra ſapientia rem cõſiderabit ſolertius: ueſtra æquitas benigne fauebit ſolicito tantopere de filio patri. Valete.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Qui tranquillitatem cunctis rebus anteponimus: uel minimam quanq; malorum ſcintillam/ & ualde execramur: & extinguere ſtudioſe contendimus: quam quidẽ ob rem cum nouerimus Politianenſes & Calitianenſes de agrorum finibus diſſidere: noſtros ſemper iuſſimus ocioſos eſſe. Dolemus quoſdam ex Politianẽſibus nuperrime collecta manu/ balneas Calitianenſes: quę plane in noſtra ditione ſunt inuaſiſſe: deq; caupona loci eius/ arreptis armis/ lectiſterniis/ ac ſuppellectilibus compluribus feciſſe: quæ non uicini debent: ſed hoſtes ſolent. Hæc cum nobis nunciata ſunt/ continuo ad uos litteras damus: rogantes ut his turbis occurrere uelitis: & ueſtros iubeatis quiete agere: ut qui communiter paci cõſulimus: cõmuni quoq; ſtudio agreſtia & inſolẽtia ingenia a malis exemplis arceamus. Quanquam intelligimus naſci hęc mala omnia a litigatis finibus. Qua in re ſiquid eſt: quod ad componẽdam controuerſiam omnem/ ueſtra prudentia agendũ cenſuerit: reperiemur & uoluntate probe affecti/ & opera alacres. Diſcordia radicitus uellenda eſt: mala in ſemine eligẽda. Nos Calitianenſes cõtinebimus. Vos oramus/ frenare audaculos: ne qd poſſit deterius cõtingere. Dedecere putamus diſſidere a capite mẽbra. Vtriq; pacẽ amplectimur: utriq; paci aduerſantia prohibere debemus. Valete.

SEnenſes.N.Epiſcopo.S.P.D.Quam nouimus tuæ.R.P.ſummā erga nos beniuolen-nam fiduciam præſtat:ut noſtros fidentiſſime commendemus. Commēdauimus paulo ante cauſam Ioannis Benaſſai & Antonii Pal·onii noſtroꝝ ciuium. Impellūt nos cauſæ nihilo leuiores:ut etiā Bartholomęū unū ex palatii noſtri uiatoribus cōmendare debeamus:a quo apud tuū tribunal petit pſolui ſibi ſummā quādā pecuniaꝝ. Quidā.N. quem putamus noſtro homini facere iniuriā & quidē multifariā:Primū:quoniā aſſerit.N.rationē pecuniaꝝ contractā in Romana curia:cū tota in noſtra urbe inter eoſdem ipſos uerſata ſit:& nō ſpectat ad Bartholomęū ſolū:ſed ad tres alios:q in pari ſunt cauſa:& nunq̄ ne aſpexerūt quidē Romanā urbē:& aduerſarius Romæ contractū aſſeuerat.Deinde ad noſtra tribunalia arceſſiuit iampridem noſtratem hoīem:& patronū ſibi ad defenſionem parauit.Sed cū ſe iniuſtam cauſam fouere intelligeret:repente deſerto iudicio alio profugit.Perdiu ſiluit.Nūc denuo ad tuū forū citat hoīem Senenſem:uirū inopē & paratū preſtare:quod iuris ē:& quod aduerſarii mentē patefacit:nūc geminatā ſummā pecuniarū petit:uidelicet ſperans pp inopiam nō poſſe hoīem eccleſiaſticū:& longinqū adire tribunal:& ita indefenſum de ſuo iure cadere.Oramus igiť tuā.R.P.ut inopis hoīs miſeria remittere uelit hoc iudiciū ad eos iudices:apud quos antea ageretur:& q omnibus ſunt iuſtitiam miniſtrare parati:quod ī noſtra ciuitate diligentiſſime ſemp ſeruatū eſt:quæ maxime iuſtitiā tuetur:denegat nemini omnibus ęquam reddit.Igitur ſi pp preces noſtras:& ob dignitatē huiuſce reip.& pp impotentis hominis pauperiē hoc cōceſſerit tua.R.paternitas:habebimus certe gratiſſimū:mutuā ſemp ac parem officii & humanitatis uicem reddituri. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Cū iſthuc nup conceſſerit uir clarus Ioannes Lorinus:cui cauſa Fouianēſium demandata ē:ob nōnulla priuata negocia:ut ea confecta res ueſtrā noſtrāq remp.ueteri diſſoluat moleſtia:hortamur:atq ualde rogamus uos:ut eundē q̄ primū ad fines agroꝝ terminandos rurſus legare uelitis.Noſter quoq.N.&ſi ad larem ſuū ſalutandū pauliſp acceſſit:præſto erit:& Lycinianū confeſtim repetet relictis rebus:ut ambo cōuenientes:qbus res oīs exploratiſſima ē:pſpere negociū pſequātur:ut ueſtri ac noſtri iam in gratiā redeant:& ocio ac tranquillitate fruantur cōtenti ſuis finibus. Id nāq unū propoſitū eſt nobis:q & ſtudio pacis & ueræ fraternitatis officio nūq̄ deeſſe uolumus:gaudētes ſecūdis rebus ueſtris:quoꝝ utranq fortunā nobiſcū cōmunem putamus.Qua de re potuit copioſius retuliſſe uir ornatiſſimus & magna īegritate ac prudētia Donatus Acciaiolus paulo ante legatus ad nos ueſter. Bene ualete.Scriptis ac iā obſignādis litteris ex Clanciano nūciatū eſt id:quod exēplo litteraꝝ facile cōſtare pōt:quod ad Donatū Acciaiolū dedimus:noſtra quę mens ſit ī cauſa Politianenſi cū Clancianēſibus probe inſtructus ē Donatus idē ciuis ueſter clariſſimus:q cū ea de re ſermo habitus ē longior:ipſum uelimus audiatis.Nā &ſi ex controuerſię loco Boues aratorii abducti ſunt:noſtro iuſſu ad dominos redierūt:uno excepto:quē fors pdidit ad quē recompenſandū data opa ē.Nec.n.de minimis nobis cura ē:ſed cupimus:contendimuſq litē dirimere oēs.Vos ut idē efficiatis:oramus:& his malis communi conſilio ac pudētia medeamur.Nos noſtros compeſcimus:uobis aūt duplex habēda cura ē:ut Politianēſes obſequanť uobis:& quę uera ſunt:afferanť ī mediū:qbus recte pſpectis facile patebit remediū.Plura loqueť Donatus.Nos ab honeſto nunq̄ diſcedemus officio.Cogitamus.n.efficimuſq oīa pſtudioſe:quæ pacis ſunt:& tuendæ quieti maxīe cōſentanea.Quamobrē ediximus integrā Politianenſibus reſtitutionē fieri. Iterum Valete.

SEnēſes Florentinis.S.P.D. Cū nup ueſtro in ſtadio equs Iacobi Pecci brauius primus oīum ſit aſſecutus:accepimus curſus ī dubiū uocari.Scimus uos ea ſtatuere ac decerneř ſemp:quæ iuſta ſunt:& ueſtræ reip.dignitatē tueanť.Quare oramus uos p noſtrā amicitiam ac fraternitatē:ut re plane cognita a pſpecta cauſa ita iudicare uelitis:ut intelligant oēs:quod ſane exploratū compertūq ē:nihil uobis propoſitū eſſe magis q̄ iuſtitiā atq æquitatē:& ſm illā noſtræ amicitiæ ac mutuæ charitatis rationē:pręſertim ī ea re:quę glorioſam ac pclariſſimā ueſtrę īclytæ reip.celebritatem ſpectat.Iuſta petimus:& ea tribui ciui nſo a ueſtra pręclara rep.uehemēter oramus:quæ Senēſem nō ſecus q̄ Florētinū æquo ſemp diſcrimine agit. Valete.

SEnenſes Florētinis.S.P.D.Intellecta legatione.N.ad Fouianenſe negociū p ueſtras litteras cōfeſtim nos quoq.N.iuſſimus iter arripere ad Lycinianenſes fines:ppe diē affuturū in loco. Ea illi mādata dedimus:quę plane oſtēdant nos nihil cupere uehemētius q̄ ut illi ſtatuatur contentioni modus.Nec unquā deerimus:quin facile hæc res fiat. Valete.

f

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Noſtrā ciuitatem tanto amore proſequiť tua Sereniſſima Maieſtās:ut & noſtros omnes magna ſemper beniuolētia & pio complectatur affectu:quæ res parit eam fiduciam nobis:ut noſtros iuſtis & honeſtis in rebus non dubitemus fidentiſſime commendare. Aduehebant ex Aphrica curſores equos non nulli ex noſtris nomine Naddi Nicolai filii ciuis noſtri dilectiſſimi:& in noſtra ciuitate claro genere orti.Cumq ſecus Siciliam nauigarēt intercepti ſunt a nautis.N.qui duabus triremibus pręeſt:ac tandem liberatis equis captiuus ſeruatus eſt Petrus quidam Torſinus ciuis noſter:& aurei tenenti circiter duo & octuaginta:& alia quædā.Quod cū iniuſte actū ſit:certo ſcimus nō modo præter

tuæ Maieſtatis uoluntatem factum:ſed etiam illi ualde moleſtum futurum. Quocirca ei deuotiſſime ſupplicamus:ut dignetur edicto eius curare/atq; efficere:ut & captione ſoluatur Petrus:qua indigne premitur: & reſtituantur interceptæ pecuniæ:quod facile nos impetraturos cōfidimus:q non modo quæ iuſta ſunt:facile a tua Maieſtate conſequimur:ſed gratiam inſup facillime reportamus. Vale.

Senenſes Archiepiſcopo Sparatrenſi·S.P.D. Vicinitatis ratio/& illa omniū pbatiſſima: quæ nobis eſt cū ſancta Romana eccleſia neceſſitudo:& tuæ ſimul.R.P.explorata in hanc rempub.beniuolentia/fiduciam præbent:ut accolas noſtros/& quos charos habemus:commendemus per noſtras litteras. Qui & has deferet:cauſam explicabit. Nicolal cuiuſdā Caſſentina:is:qui nūc colit Planū oppidū noſtrū: Arbitramur ipſius fouere iuſtam cauſam. Quam oramus tuam.R.paternitatem:ut intercedentibus nobis/plane intelligere uelit. Cognita uero non ſolum ius reddere:ſed etiam humanitatē & gratiam adhibere:ut facile liqueat noſtram cōmendationem apud te ualere plurimū:nec ſecus q̄ tua apud nos cunctis i rebus auctoritas ualeat. Erit id utriq; gratū nobis paratis quouis tempore parē referre amoris uicē. Vale.

Senenſes.N.Principi.S.P.D. Meruit ſtipendiis noſtris iampridē Vicinus ex Regno oriūs:cui has ad tuā Illuſtriſſimā dominationē litteras dedimus. Sumus illius fidē/ac probitatem experti/& in bellica exercitatione uirtutē. Is adibit tuam excellētiam:apud quā fretus ſumma tuæ Illuſtriſſimæ dominationis benignitate/cōfidit ſe gratioſum fore:ſed longe quoq; gratioſiorem/noſtra cōmendatione:quā libenter adhibuimus: & pro uiri merito/& quod in ſinū ſuū libenter admittit tua Illuſtriſſima dominatio eos:q ad gratiam atq; opem eius profugiunt. Nos iuuabit:ſi intellexerit noſtram ſibi cōmendationem profuiſſe/paratos uiciſſitudinem referre amoris/at p officii. Vale.

Senenſes Florentinis.S.P.D. Ius ueræ fraternitatis:lex probatæ amicitiæ fert (ut noſtis) ut amicis amici cōmendarent:quos charos habeant/honeſtis præſertim in rebus. N. qui modo Piſas colit/ciuis noſter/a uectigalibus ueſtris pecunia mulctatus eſt:tanquā cōtra uectigalia admiſerit. Affirmat ſe plane expertē culpæ:atq; ita minime pœnæ obnoxium. Supplicantibus libenter fauemus:præcipue uero/ſi innocētes ſint. Proinde oramus uos ac ualde rogamus:ut.N.ipſum cōmendatum ſuſcipiatis: & ſi ita æquum putabitis:cauſam eius iterū cognoſcendam demandare uelitis: & ad Iudicem quempiam deferre:q perſpecta ueritate/& iuſte & humaniter rem ipſam diiudicet: & quidē ea ratione:ut intelligat ſe a nobis diligenter cōmēdatū fuiſſe:quo certe aio in ueſtros oēs affecti ſumus. Valete.

Senēſes Cardiāli Senenſi.S.P.D. Aduenerunt nup nōnullæ eccleſiæ copiæ uerſus prouinciam patrimonii/futuræ in ſtatiuis:uti accepimus:propiſſime fines noſtros:nec niſi optimā coniectamus aduentus cauſam:cū nihil iubente Pontifice fieri conſueuerit:niſi quod ſalutare:quod honeſtū futurū ſit. Dicere arbitramur:ut quæ in proxima regione contingunt:ſint nō incognita nobis. Quatenus licere exiſtimabit tua ſapiētia:rogamus tuam.R.dominationē:ut ea de re/dignetur nos facere p ſuas literas certiores;ut quo cōſilio:quo ue numero equeſtres copiæ traductæ ſint:plane intelligamus:cū ſit tua benignitas ad res nobis ſignificandas/pro ingenti in patriam amore diligētiſſima. Vale. Scriptis iam litteris Capalbio/nunciatum eſt noſtris hominibus/a militibus earundem copiarum damna eſſe illata:& uim nō mediocrem direptam frumētorum. Nota ſunt militū ingenia:qui præſertim his temporibus inferūt dāna potius q̄ propulſent. Iam Capalbienſibus noſtris ſunt erepta frumēta:ac duobus ex eis oppidanis onera.xviii. frumentaria p uim cœpere armati:quaſi cū hoſte congreſſuri. Non dubitamus fieri ea præter mentē Pontificis. Nunc adeat:quæſumus tua.R.dominatio:qua ſupplicante/dignetur eius beatitudo oportunū hiſce incōmodis adhibere remedium. Nam populi noſtri in ea maritima ora & finitimi eccleſiæ perſæpe a Piratis Mauriſq; uexantur:quæ ſi his aſit mali acceſſio facile illos peſſundet. Cupimus omnia tuta eſſe noſtris:quod ut fiat ex ſententia noſtra:tua benignitas/ut conſiliū atq; operam conferat:obſecramus. Nil enim unquā prætermittis:quod patriæ & patriis rebus expediat. Nō temere putamus eo traductas eſſe eas copias:eo præſertim numero cauſam libenter cognouerimus. Iterum uale.

Senenſes Sūmo Pontifici.S.P.D. Multæ & recenti & breui tempore ab improbis in noſtra urbe patratæ ſunt cædes. Id nos ægre patimur: & duplice nos afficit ſenio:quippe qui ſcelus horremus indignum: & paricidas ſacro tegi remedio. Qui confeſtim patrata cæde ſanctorum baſilicas & auguſta templa petentes/iudiciorum ac legū & ſuis ſceleribus dignas pœnas effugiunt:quæ res:ut perſpicue cerni licet:plurimū facinoroſos iuuat: & facit ad quæq; grauiſſima: & atrocia crimina lōge pcliuiores. Impiū arbitramur:tabernaculū Dei/improborum aſylū fieri/ac ſceleratorum profugium. Cum non fuerit paſſus æterni patris filius/& Saluator noſter domū orationis & rei diuinæ/emporium negociationis/& ſpecum latronum fieri/nundinatoribus pulſis. Sacra & pontificia iura in noſtra ciuitate pie ſeruari uolumus:quæ legibus & probatiſſimis conſtituta moribus eſt:eccleſiaſticā dignitatē/libertatēq; nullo modo temerari:at tuā pcamur beatitudinē: ut intercedentibus nobis/dignet ſanctā hanc conſtituere ſanctionē:ne paricidii reis/& patratoribus cædis/& in eo tam īmanis ſceleris genere/ad tēpla Dei/& ad Sanctorum delubra tutus acceſſus/& profu

gium pateat: ne per eum modum quodammodo impunitate propoſita: fundendi humani ſanguinis ſit tanta licentia. Hoc uero nouum ac ſalutare inſtitutum: ſi te auctore in noſtra ciuitate ac tota ditione & ſanctum fuerit & comprobatum confidimus fore principi Deo quocunq holocauſto acceptius: & omni ſacrificio laudis. Eni[m] a nocentibus: atq improbis innocentia tutior. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Omnibus in rebus plurimũ ſemper apud nos tuæ Maieſtatis auctoritas ualet. Quocirca acceptis litteris eius: per quas Baptiſta Montellanus commendatur continuo illi publicam fidem dedimus: ut ueniens rem ſuam commodius pertractaret. Quin acceſſit: causam ſuam cognoſcẽdam detulimus iis: qui iuris prudentiam probe callent. Fauorem noſtrũ: & operã adhibuimus: quę explicari potuerunt: explicata ſunt omnia: ut facillime iuſtum aſſequatur. Si qua præterea uel probare uel petere inſtiuerit: nunq̃ illi iuſto fauore deerimus: & tuæ Maieſtatis intuitu: & quod omnibus i nr̃a ciuitate iuſtitiã uolumus ſtudio: & diligẽtia miniſtrari nec ullã unq̃ patiemur ſupeſſe iuſtę q̃relę cauſam. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ. S.P.D. Experti annos complures ac per longiora tempora modeſtiam humanitatem ac præcipuam uirtutem & ſummam legalis diſciplinæ prudentiam clari uiri Ioannis Penſii Siculi & panormitæ generetria illum iampridẽ non diligere ſolum cępimus: ſed etiam amare proſequimur: ut primũ ſcientiam iuris conſectatus in noſtro gymnaſio ſtudiorum rectorem geſſerit deinde Doctoris ac iuris conſulti fuerit decoratus inſignibus: & a noſtra Republica. quę præſtanti laude uiros libẽter amplectitur: militaribus donatus muneribus: etiã noſtrę urbis præturam aſſecutus ſit: quã præſenti tempore: cũ magna ſuę probitatis illuſtratione exercet. Cum ſit igitur pro ſuis laudibus: & itegritatis merito tam charus nobis Ioannes Penſius: dignum eum exiſtimamus quem non modo ipſi honore proſequamur: uerũ etiam apud tuam Maieſtatem gratioſum noſtra cõmendatione faciamus & de uiri eius prętantia teſtimoniũ afferamus: tuæ pręſertim ſerenitati: quæ ſemper uiros magnos: & benigne ſuſcępit: & honoribus afficiendos duxit. Rogamus igitur ſuppliciter tuam Maieſtatem ut eundem clarũ & iure conſultum: & Equitem tanto maiore beniuolentia cõplectatur: quanto a nobis ſtudioſius cõmendatum intellexerit. Cui quicquid uel decoris uel cõmodi tua Maieſtas deferre dignabitur nos ipſos maximas cum illo gratias acturos: & uoluptatẽ ſuſcepturos profitemur. Sit tua Maieſtas ppetuo fœlix: & pro eius paterna charitate huic ciuitati (ut ſemper ſolet) præſens ac propitia. Vale.

SEnenſes Florẽtinis. S.P.D. Intellectis ueſtris literis: per quas nobis cõmẽdatur. N. qui in urbe noſtra patrata cæde cuſtoditur. Rem ad ſenatum noſtrũ detulimus: cui ſoli eiuſmodi rei decernende poteſtas eſt. Cupiebamus ueſtris poſtulatis annuere: cum certum ſit nobis: parem amicitiæ: iuſtitiæq habere rationes: & uel a recto deflectere ueſtra cauſa: quatenus in amicitia dari uenia poteſt. Sed uiſa res eſt atrocior: & ita prorſus indignum facinus: ut graui animaduerſione: atq exemplo dignum uideri debeat: nec uera prædicarũt: q aliorſum retulerũt. Non. n. q in carcerẽ truſus ẽ: repugnauit: ſed inuaſit non repulit iniuriam: ſed intulit. Qui armatus inermẽ aggreſſus ac de induſtria facto impetu: hominẽ interfecit. Itaq tanto facinori obnoxiũ credimus non uideri nobis: aut uenia aut gratia dignum: ſed potius legibus ac iudicis cõmittendũ. Idq ipſum re cõperta: ueſtrę ęquitatis iudicium futurum cõfidimus: recte. n. ſentire uidẽtur: q minime ſeruandã putẽt illius uitam: q ſocio tam crudeliter uitam eripuit. Valete.

SEnẽſes. N. Cardinali. S.P.D. Albertũ Cataniũ ciuem Bononienſem: uirũ eruditiſſimũ: & probũ: quẽ ad legendũ cõduximus: uenientẽ ad nos iucũde excipietmus: & adhibitis tuis litteris: erit certe nobis multo gratioſior: & illum amice ſemp: humaniterq tractabimus. Cęterũ. R. domine magiſtratus ornatui ac decori urbis noſtræ præfecti operam dederãt iampridẽ: ut uenerabilis uir Thõmas Piccolomineus Archidiaconus noſter q. pręclarũ parat in noſtra urbe ædificiũ ĩpetrata a Viſitatoribus Cartuſienſis ordinis licentia ꝓ apotheca: quæ ei ædificio contigua ẽ ad id perficiendũ ornatius hoc ea lege aſſequeretur: ſi monaſterium eiuſdẽ ordinis debitã penſionem ſuſciperet. At præfatus Thommas & fratres ſpondẽt obligantq daturos quotannis aureos duodecim: cũ antea ſolũmõ nouẽ ex eadẽ apotheca penderentur. Sed & alterã ꝑ illa: qui occupant repertuos unde pcipiatur ãnuatim. xii. F. pretiũ: qđ monaſterio cõducit magis. Obdurat prior: & huic pręclaro cępto reſiſtit. Cum ſit futurũ ad magnũ urbis noſtrę decus cũ contrahendo ſuplueret monaſteriũ: qđ prædiximus oramus uehementer tuã. R. D. ut ſua benigna adhibita auctoritate: & opa agatur cũ priore monaſterii eius quod uulgo dicitur de Maiano non longe a noſtra urbe ne ĩpediat ornatiſſimũ opus pręſertim cũ fundatores eius monaſterii hoc maxime ꝓbent & renitentẽ priorẽ ãmirentur: & improbẽt. Igitur rem ipſam tuæ. R. D. commendamus: uero huius communis patriæ benefactori & patri. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Nuper cõgreſſi Legati noſtri: qbus Collenſe negociũ mandatũ erat: & ad cõtrouerſiã cõponẽdã iuſtratis finibus accincti: tandẽ re infecta regreſſi ſunt. Cũ tam: q ꝓ noſtra Rep. rem tractabat ẽt de iure noſtro crederet: qđ noſtrũ innumera documenta & inexpugnabiles indicant rationes. Dolemus ob quorundã duritiẽs atq obſtinatã ſententiã cauſam eiuſmodi pendere diutius. Et uere Collenſes: qđ cuſpa

ne dictum ſit:nõ contenti ſuo:qđ noſtrũ eſt:ſpretis noſtrę Reip.firmiſſimis argumentis-nimium certe confidenter uendicare conant̃. Quod cũ intelligamus a ueſtræ Reip.abhorrere propoſito:quam non modo bene-ac iuſte:ſed coniunctiſſime quoq nobiſcũ certum ẽ uiuere:rurſum oramus:ut de integro alius quiſpiã ad cauſam Collenſem decernatur:ut ea controuerſia iam tandẽ finem habeat:ſed oramus eiuſmodi uirum legari:q mandatum:& ſummas habeat eius rei poteſtatẽ:q ſit litis finiẽdæ ſtudioſus:q acceptionẽ caueat perſonarũ:q bene:amice:efficaciter:et fines tandẽ ſit paratus terminare. Nos uiciſſim talem pollicemur:atq deferimus. Nã haud decorũ putandum eſt:cũ capita oĩbus in rebus uſquequaq cõſentiant:membra diuerſas habere ſententiã-nec illorũ inniti ueſtigiis:quos auctores habent. Nos:qbus optima noſtra cõperta mens eſt:q hãnc inueteratã moleſtiã cõmuniter dolemus:quos in re certa Collẽſes:quos ſic appellamus-lędunt:alterutrũ feremus acceptũ:ut uel p Legatos:quales præmiſimus-cauſa celeriter tranſigatur-aut ſi tantopere Collẽſes iure ſunt freti:deferat̃ res tota ad conſilium-ac iudiciũ ſapientis:cuius nos profitemur acquieturos ſententiæ. Nos concordiã:& pacatũ exitũ percupimus:& omnino fines terminari:qua ratione ueros amicos:& fratres decet. Quippe abſurdum uidetur:ut tam crebro cogamur eadẽ de re:& frequentes repetere litteras:& nobis fortaſſe moleſti eſſe-cũ par deſiderium-& eadem ſit utrunq ſententia. Meminimus:quæ nobis p Oratorẽ noſtrũ Leonardũ Beneuolentũ obtuliſtis:ut ſi in hac cauſa legati cõcordes nõ eſſent:alterum confeſtim deligeretis:qui nullo modo iſecto negocio rediturus eſſet-hoc nos:& tum accepimus & rurſum-ut fiat:oramus. Et nos quoq idem ſumus efficere parati. Expectamus ueſtrum reſponſum quod non dubitamus ex ſententia futurum. Valete.

Senenſes.N.S.P.D. Nuper intelleximus:quæ per oratores ſuos tua Magnificẽtia poſtulauit:ut cũ R.D.Cardinale noſtro-in fauorẽ cauſæ:quæ cũ illo uertitur-ageremus:& pro abſolutione ſpectanda:& pro euitando cuiuſlibet cenſuræ periculo-ẽt ad Romanũ Pontificem litteræ darentur. Quid multa? Tanta eſt noſtra coniunctio:& ueræ beniuolentiæ neceſſitudo-ut noſtra-tuaq omnia putemus eſſe communia. Quare eo animorũ affectu:& ſumma efficacia-tam ad pontificem:q̃ ẽt ad Cardinalem noſtrum litteras dedimus:& ita uehementer:diligenterq in tua cauſa noſtram interceſſionẽ-ac preces interpoſuimus-ac ſi pro ſalute:& dignitate noſtræ Reip.cauſa uerſaretur. Speramus adhibitis literis ex optimo animo:& uoluntate profectis:facile res ſucceſſurã pro uoto. Quod nõ ſecus optamus ipſi:q̃ tua cupiat magnificentia:cui-ut ret & ex intimo corde noſtra afficitur ciuitas. Vale.

Senenſes Epiſcopo Volaterrano.S.P.D. Cum intelligamus uerã erga noſtrã Remp.tuę R.paternitatis beniuolentiam-cũ fiducia illi cõmendamus:quos charos habemus:Cũ igitur elegerimus pro iure patronatus-Rectorẽ eccleſiæ.S.Mariæ in opido noſtro Pratæ honeſtum religioſum Hieronymum ciuẽ noſtrũ dilectum-qui & illius cõmunitatis deuotioni probe ſatiſfacit:oramus tuã.R.P.ut eundem confirmare uelit:& ſua auctoritate etiam cõprobare:Et circa collationem pſoluendã-eum hortatu noſtro cõmendatum habere:tractareq ut ſemper ciues noſtros humaniter conſueuit. Nos reperiemur ſemper tuæ. R.paternitatis placitis uere:& amice parati. Vale.

Senenſes.N.Epiſcopo.S.P.D. Quotiens opus accidit-cũ fiducia cõmẽdamus eos qbus cupimus gratiã cõferri. Romulus qdã ſacerdos:q eccleſias regit in noſtra ditione duas alterã ſanctorum Iacobi:& Chriſtofori in loco:qđ monaſteriũ prope urbẽ appellamus & alterã:quæ illi unita eſt diui Martini in opido montis Alei:renunciat illas in manus Mathei Iohannis Clerici:dilecti ciuis noſtri-uiri certe probi-atq idonei:quẽ nos diligimus:& iuuare cupimus. Cum igitur ad eã rem tuæ.R.P.aſſenſu:atq auctoritate opus ſit:per noſtrã amicitiã uehementer oramus:ut eam renunciationẽ accipere:atq cõprobare uelit-præſertim rogantibus nobis:q amice idcirco magis poſtulamus:qa & amice quoq ipſi parati ſumus gratificari omnia quæ R.paternitati:quæ bene Valeat.

Senẽſes.N.Cardinali.S.P.D. Venit nuper ad nos uir religioſus Ioannes Monachus:& ſindicus monaſterii diui Anaſtaſii-& detulit tuas literas:quæ inde uſq a principio ſeptẽbris menſis ſcribebantur ad nos. Audiuimus illũ libenter:quæ in cauſa explicauit-quã habet monaſteriũ ipſum cũ Petrono Petronio Rhodio milite. Quẽ cõtinuo accerſiuiſſimus:& de re ipſa-quantũ æquũ uiſum eſt:ſumus collocuti. Qui & ſua ſponte:& noſtro alloqu bene diſpoſitus petiit a nobis:ut Romã cõcederet tuã.R.D.affaturus:q cũ æquũ poſtulauerit:& q̃ primũ iter ſit paratus arripere:hortamur tuã.R.D:ut illius preſtolet̃ aduentũ. Arbitramur & p tua iuſtitia-& p ipſius optima uoluntate-rite oĩa ſucceſſura. Quæ uero de aſſequenda Vercelli eccleſia poſtulauit-libenter annuimus-& fauorẽ illi:& gratiam conferre parati. Cum ſit noſtræ conſuetudo Reip.prodeſſe ſemp:& iuuare omnes omni auxilio-& tuæ.R.D.ueram ſemper filiationẽ:ac reuerentiam exhibere. Vale.

Senenſes Florentinis.S.P.D. Quos mouit uera charitas:Magnifici Domini:fratres chariſſimi:qbus excelſæ Reip.ueſtræ ſtatus maxime cordi eſt-q ueſtræ præclarę ciuitatis getẽ-tranquillitatẽq adamamus ĩprimis:miſimus nup Oratorẽ noſtrũ Leonardũ Beneuolentũ:A quo

mentem noſtrã: & animorũ intimã uoluntatẽ pſpicue (niſi fallimur) cognouiſtis. Hic rediens ſum
mam: quã de tranquillatis rebus acceperamus cumulauit uoluptatẽ. Quæ de optimo ueſtro ac ſalu
tari propoſito retulit: quæ de mutua uoluntate copioſe explicauit ea fuerunt oĩa per q̃ iucũda nobis.
Noſq; ẽt atq; ẽt laudamus & ſi erant ultro antea quoq; explorata nobis. Quod ſe habent recte oĩa:
nobis gratulamur: nobis plurimũ gaudemus. Quod tam amice tamq̃ ſtudioſe Oratorẽ noſtrũ exce
piſtis tum agimus tum habemus ẽt q̃ maximas gratias. Quæ benigne oblata ſunt: ſicut iam pridem
accepimus ita accipimus rurſum lætis aĩs. Ac perſuademus nobis tranqlla ſemp fore oĩa talibus au
toribus eodẽ aĩo pſeuerantibus: qđ & ſperamus diuino propitio numine ac noſtrarũ rerũ gerente
curam. Nos ſanctæ amicitiæ nunq̃ deerimus muneri: & id cogitamus ſemp: quod ſuũ ueræ fraterni
tatis ſit & quæ duo præſtabit oĩbus libertatis & pacis. Quod de Colleñ negocio reſponſũ ẽ: uehemẽ
ter pbamus ac ſi uidebiẽ ſcribendũ ad Collis Prætorẽ p re cõficiẽda: erit id quoq; gratiſſimũ nobis.
Ciuis noſter cui cõmiſſa eiuſmodi puincia ẽ: cõfeſtim pſto erit ĩ loco: quũ ueſter aderit. Valete.

Senenſes Imperatrici. S.P.D. Cum ſumma animorũ lætitia: & totius populi noſtri iucũ
ditate intelleximus: natũ ẽe tuæ celſitudini ac ſacræ Maieſtati filium: & terrarũ orbi da
tum de cœlo q diuino fauente numine Auguſti Cæſaris patris reſpondeat laudibus &
ampliſſimi ac florentiſſimi Regni gerat Imperiũ: Laudamus ob tãti muneris ac cęleſtis
doni magnitudinẽ illũ: qui non deſinit p imenſa largitate mundũ & res humanas pro
pitius intueri. Atq; ut fauſtũ hoc ac uere fœlix ſit uniuerſo terrarũ orbi: & catholicæ religioni ac fi
dei & ſacroſancto Romanorũ imperio deuotis precibus cõprecamur. Pro tam læto tã fœlici tã iucũ
do nuncio ac benigna litterarũ ſignificatione grates tuæ maieſtati ingentes agimus & præ cœteris
fidelibus populis gratulamur & collætamur: in mirũ modũ exultãtes: quod illæ fœlices nuptiæ: qua
rum prima auſpicia hæc meruit ciuitas: ueſtræ ſacro deuota Imperio: tam optatũ: & glorioſum edide
rint fructũ. Fęlix ſit dulciſſimus iſte natus: & cũ ſumma parentum lætitia uere corona dignus impe
rii. Nos Senenſes obſequentiſſimi filii hanc ciuitatem: & ſtatũ eius tuę Maieſtati deuotiſſime cõmen
damus: & ut eam Auguſto Cęſari ac Chriſtianiſſimo Imperatori: & tuo glorioſiſſimo conſorti com
mendare dignetur: uehementer oramus. Vale.

Senenſes Florentinis. S.P.D. Scripſimus paucis diebus: & cauſã cõmẽdauimus. N. ci
uis nñ cuius pecora ex finibus nñ abduxit uectigalis uẽræ Reip. Rẽ nña ſẽtẽtia æquã po
ſtulauimus: & nña amicitia dignã: ut pſtito fide iuſſore: pecora reſtituerenẽ. Interea facti
ueritas inueſtigari poterat: & id negociũ demandari: qbus in ea regione facile eſſet: rem
cõperire. Cũ ex noſtro agro pecus actũ ſit cũ ſit ciuis noſtri fũdus ex maiore parte ĩtra fi
nes noſtros: cũ ſignificata ſit eductio uectigalibus ueſtris: cum nunq̃ ſuperiore tẽpore p noſtrorum
pecore: in eo loco ſoluendi ulla extiterit conſuetudo: cũ ſe obtulerit pręſtare paratũ ciuis noſter: ſi qđ
iure ſoluendũ iudicetur: agite oramus: ut ueſtra accedente auctoritate: fide iuſſione pręmiſſa reſtitua
tur detentũ pecus. Et agatur cum ciuibus noſtris: qa ſemper ratione ueſtra cõſueuit magnifica frater
nitas: quã ipſi uiciſſim magno cum ſtudio: & amore rependimus. Nõ poſſumus adduci ut credamus
ĩnania fore poſtulata noſtra: cũ æquum petamus. Rurſum igiẽ amice poſcimus eam reſtitutionẽ fieri
cautione data ut ſit ſtandũ iuri liquebit exinde facti ueritas. Et nobis perſuademus: uos nequaq̃ eſſe
paſſuros: ut ciui noſtro Iniuria inferatur: quã execratur ueſtra bonitas: Iuſtitia propulſat. Abeſt hac in
re fraudis ſuſpitio. A uectigalibus ueſtris certe nõ abeſt iniuria quando per uim ex noſtro ſolo ciuis
noſtri auſi ſunt pecus abducere. Poſtremo oramus: ut hãc cauſam ita tractare uelitis: quo ipſi tuõ ue
ſtra oĩa & libenter: & amice ſolemus. Scimus: quod nõ de latoribus aut auctoribus facti: ſʒ ueris teſti
bus ueſtra ſapientia fidem habebit. Valete.

Senenſes Peruſinis. S.P.D. Perceptis litteris ueſtris ĩ cauſa Leonardi Nicolai ex Tranſi
meno Lacu ſignificamus ueſtris magnificentiis noſtram remp. ueterẽ ſeruaturã cõſuetu
dinẽ: & ãminiſtraturã: quod iuris eſt: & Leonardo ipſi: & oĩbus iuſta petẽtibus: ſubdi
tis aũt ueſtris omni ſtudio & amore ẽt fauorẽ: & gratiã preſtiturã pro noſtra amicitia.
Iuſtitiã aũt denegare: neq; unq̃ moris noſtri fuit neq; propoſiti ẽ: q accurate iuſtitias: &
rectam uiuendi rationeʒ ſectamur. Quare ſi aut ipſe ueniet Leonardus: aut cuiq̃ mandabit rem ſuam:
reperiet noſtræ Reip. quodcunq; tribunal ius uere paratum reddere: quandoquidẽ iuris integritatẽ:
non hominum perſonam reſpicit noſtra Reſpublica. Valete.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Iucunde intelleximus tuã. R.D. ſaluam:
atq; incolumẽ urbẽ attigiſſe: & ut ſemp incolumis ac fœlix ſit: uehementer optamus.
Quæ apud ſummũ Pontificẽ referre dignata eſt p patriæ utilitate: extiterũt pergrata no
bis: & habemus ingentẽ gratiã. Facit tua clęmentia: & optimi patris: & uerę pietatis offi
ciũ: quæ cum in aliis magna tum in patria maxima ẽ. De negocio Plũbinenſi perſuade
mus nobis non mõ promiſſa ſeruatũ iri: ſed & futura oĩa a tua. R.D. quæ huius rẽip. tueri dignitatẽ
& augere cõmodũ poſſint. Id certũ ẽ cunctis ciuibus: atq; aĩs ſedet. De iis uero: quæ ad Pontificis re
uerentiã ſpectant: nõ ẽ: qđ plura ſcribamus: nã cũ ipſi libenter Apoſtolicã ſedẽ: & ſummi Pontificis
ueneramur ſanctitatẽ tũ ẽt ſapientes monitus nos alacriores reddũt: ſʒ certe fidei ac deuotiõi ciuita

ds huius nulli prę̄ſtant fideles populi. Poſtremo accedit uir ſpectabilis. N. ciuis: atq; orator noſter: ob cauſam monaſterii. S. Saluatoris Ciſtertienſis ordinis: cuius uoce placebit nobis. R. D. ut noſtram ipſam exiſtimes loqui rempublicā. Spes ſumma in tuæ. R. dominationis opera atq; fauore ſita eſt. Audiat ergo illum benigne (ut ſolet) & fidem adhibeat: quæſumus. Vale.

Senenſes. Papæ. S. P. D. Cu3 ſuperioribus menſibus in oppido Lyciniani noſtri trans Clanas Angelus quiſpiā Hebræus: Chriſtianæ religionis ipius contēptor: & ſacratiſſimę crucifixionis perfidus repreſentator: illudens Xpi nomini: qđ natio illa praua: & adultera: impie blaſphemat: ultimo ſupplicio fuiſſet affectus: credimus ob eorū iniquā ſuggeſtionem: q Iudaicā pfidiā profitenť: q eius negocii fuerunt miniſtri: quaſi iniuſte rei iudiciū Romā accerſunť. Nos q̄q̄ certo ſperamus Chriſtianæ fidei defenſionē: & cauſam apud ſacrum Romanæ eccleſię tribunal plurimū habiturā ponderis: ità cū ſacrilegus Xpi hoſtis iuſtā certe: ſed rāto ſcelere leuiorem pœnā ſubierit: q̄ uiolauit iura oīa diuina: & humana ſanxerunt: ad quā inferendā: multiplice ac matura exquiſitione uentū ē: ſupplicamus tuæ beatitudini: quæ illius uicē gerit: cuius nomen ipium Hebræorū gentis crudeliſſime inſectať: ut digneť Gabrielē Legatū noſtrū audire clementer expoſiturum: quę ea de re illi nuper iniunximus: ut ab ipſo rei ueritate cōperta: Apoſtolica auctoritate coherceatur Iudeorū ſæuitia: q ſæpius inſolenter gloriati ſunt: nunq̄ ſe cæpto deſiſtere: quoadulti fuerint eos: q ſuo ſanguini nec precibus nec pretio pepercerunt. Nos & ſi dolemus aliqđ in ea cauſa præter tuæ beatitudinis factū eſſe uoluntatē: tamen pio affectu: & ſincero iudiciū pſpecto propoſito: confidimus abſq; dubio Chriſti Vicarium protecturum chriſtianos uiros a malignātiū contemptu: & ab eorū inſolentia: q operanť iniqtatē. & inueterato odio chriſtianū ſanguinē concupiſcunt. Vale.

Edictum ſapientum Senēſi Gymnaſio præfectorum.

Edicunt Reformatores ſtudii Magnificę ciuitatis Senenſis omnibus Doctoribus: & aliis quibuſcunq; ad legēdū cōductis: cuiuſcūq; fuerint facultatis: ut lectiones ſuas ſecundū pręſtitutū ordinē: & ſingulis diebus: qbus ordinarie legendū ē ſtudioſiſſime pſequanť. Ac ſiqs contra fecerit: incidiſſe in poenas conſtitutæ legis. Simul oibus antedictis cōductis innoteſcat: qđ ſi nō habuerint auditorum numerū: q a lege præfinitus eſt: pari mō inueſtigatione facta p electū exploratorē notabunť. Qui aūt a numero defecerit: iudiciū: & pęnā legis nō effugiet. Caueant igitur oēs cum futura ſit earum rerum diligens inueſtigatio: executioq;.

Senenſes. Florentinis. S. P. D. Per alteras literas nobis cōmendauimus agricolas: qui fundū colunt Nicolai Magiſtrelli: ciuis noſtri: is adiacet ueſtris finibus: parſq; eius ad ueſtrum agrū ptinet. Ex quo dum pceptam meſſem: & frumentarios manipulos in noſtrā ditionē congerunt: qđ alibi granarium non haberent a ueſtris publicanis damnati ſunt fraudis. Vetus conſuetudo: uicinitatis ratio: cōmunis utroruq; finitimorum cōmoditas: ueniam facile pollicetur: iis: q fraudē ne cogitauerunt qdē. Veſtra aūt ſumma liberalitas: & parta pro nihilo putat: & magna libenter largiť. Quod ita certo opinantes: iterū ſcribere inſtituimus & eoſdē noſtros homiēs cōmendare: cū præſertim intellexerimus ueſtro p illis ſcribente magiſtratu: nō mō non abſolutos: ſed eorū unū: q ob id uinctus: ſe uinculis ſoluit: dānatū exilio: & pede. Putamus uos & clementes: & benignos fore: ut & huic ignoſcatis: q ſe indigne compeditū exiſtimaret: & reliquos abſoluatis: q nihil fecerunt præter ueterē eius regionis morē: & ueſtræ lenitati: & noſtræ amicitiæ uehementer confidunt. Oramus uos: ut re plane perſpecta: benefice cū noſtris (ut ſemp cōſueuiſtis) ageť uelitis. Nos plurimos ex ūſis tolleraūimus: q frumēta ex uſo agro exportauerūt. Valete.

Senenſes Florētinis. S. P. D. Nōnulli. N. proximis diebus collecta atq; armata manu inuaſerunt noſtrū agrū iuſta Senālongam: noſtrum oppidum: atq; inde tres oppidanos: q ruſticū opus exercebant: p uim aggreſſi: captiuos duxerunt. Vnum aūt ex eis graui ē uulnere affecerunt: uerſaturq; in dubio hominis uita. Cuſtodiunt nunc illos triſti carcere: duris uinctos cōpedibus. Rogati. N. reddere captiuos renuūt: qđ indigne noſtri ferentes propinq eorum: q ab. N. capti ſunt: cum in noſtro agro. N. hominē nacti eſſent: ſuorū ſtudio & illū quoq; captiuū duxere. Ortā hāc iam grauē a ueſtris iniuriā: & miramur plurimū: & dolemus: pſertim cū ea ueſtri fecerint: q̄ uix ſęuus hoſtis tētare ſit auſus. Quę uos: quos iuſta & pacata oīa delectāt: nobiſcū grauiter laturos nihil dubitamus. Quare iniuria ūſis ſęuiētib9: ūq; malo īcępto pter ueritātibus iſtituimus ad uos ſcribere: quos p noſtrā amicitiā: pq; ſūmā aīoꝝ cōcordiā: & acre ad tuēdā quietē ſtudiū rogamus: ut iubeans captiuos liberos dimitti: id: quod nos de. N. captiuo curabimus: & ueſtros ſeruare cū noſtris hoibus uicinitatis iura: cuiuſmodi noſtrā amicitiā ac fraternitatem maxime decent. Compeſcamus agreſtia ingenia: & ad rectā uiuēdi rationē: cōmuni opa redigamus. Si qđ uero reliqū ſit: qđ ad eos uicinos pbe cōciliādos agēdū cēſeatis: pollicemur nos: iuſta oīa libēter pſecuturos. Pricipio his malis medeamur: ad q̄ ppulſanda utrinq; ipmis captiui ſoluēdi uideť. Valete.

Senenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Nouit tua. R. D. eā cōtrouerſiaʒ: quę iam pridē de finibus inter Apoſtolicā camerā: & noſtrā remp. uertitur. Pro qua cōponenda q̄ diu: q̄ ſtudioſe laborauerimus: nemin ē latere putamus ac p eadē nouiſſime quoq; poſtremo cōſpectis finibus: ad ſummū Pontificē noſter erat deſtinatus Orator: quo iam iter

ingreſſuro: repēte in Rotā noſtra uocaꝛ reſp. & dicta dies ē: quod ualde miramur annuiſſe Pontificē:
quaſi litem intendi aſſentiatur nobis: quibus cū Romanam eccleſiam diſceptare indecorum pariter:
atq; īdignū: & fortaſſe iniquū ſit exiſtimandū: præſertim cum ea ſit noſtra reſp. cuius deuota filiatio pla
ne pſpecta ēt & ea certe dignitas: quæ Apoſtolicæ ſedi: & q in ea ſedet: merito iure curæ: & ſtudio eſſe
debeat. Miramur: ſi qs ita cū noſtra rep. agendū putet: quaſi una ex iis quæ Romanæ eccleſiæ ſubia
cent ditioni. Alienū quippe eſt: & a Pontificis pietate: & a noſtræ ciuitatis fide: & dignitate hoc litigiū:
ac merito declinandū. Alia ſubeunda ratio eſt: & eo modo: quo cœpta erat: hæc de finibus finiēda cō
tentio. Quod uelle pontificē: recta ſuadet ratio: ſed potiſſimū tuæ. R. D. quæ patriā ſemp dignitateſ
tuetur ac ſubſtinet: interuētio benigna facile aſſequeꝛ: ad qd̕ obeundū noſter præſto erit Orator. In
terea uenit hic Pramaucus noſter: p quem ois in hoc iudicio: quod oibus uiribus declinare cogitaui
mus, cōtumacia deuitetur. Tuā colloquetur. R. D: quā ualde rogamus: ut inſtruat: moneat iuuet: &
in parando patrono: & in iis oibus: quæ noſtro propoſito tua ſapientia cōgruere iudicabit cuius ope
& auxilio maxime freti ſumus. Nos hoc ei mādauimus: ut a tuo cōſilio ac monito nō diſcedat. Vale.

SEnenſes Florentinis. S. P. D. Nihil eſſe putamus taꝫ difficile: quin facile reddat ſummus
amicitiæ ſtudiū: qualē utrorūq; noſtri eſſe cōſtat: recta uoluntas. Quocirca cum acceperi
mus: uinctū cuſtodiri. N. quēpiā: cognomento. N. inſimulatū nōnullorū facinorū: piū
duximus: ueſtræ illū clæmentiæ cōmendare: quæ & ſuapte natura multa eſt ad ignoſcē
dū: & præces noſtras libenter exaudit. Ferunt hoiem craſſioris (ut dici ſolet) Mineruæ:
ac quodammodo mentis ipotē. Nam ſi ubi maius eſt lumen ingenii: ibi tranſgreſſor grauiori ſubiacet:
ibi certe habenda eſt pene nulla: ubi tota ferme uis rationis extincta eſſe uideaꝛ. Quando nec parua
ērit magna culpa: qd̕ ſētiūt: q a ueri ſectatoribus īprobanꝛ: & eadē mō leuior mō grauior exiſtimā
da: pro ut diuerſa ſunt eorum: q peccāt ingenia. Plane hæc ueſtra ſapientia nouit. Nos commoti ſuo
rum lachrymis: ueſtra freti manſuetudine atq; clæmentia ualde rogamus: ut minus cum. N. oratu no
ſtro agere illi tuatis: & niſi moleſtū eſt: uitā calamitoſi hominis largiri amicitiæ noſtrę. Noſtrā uiciſſiꝫ
uoluntatem minime obſcurā putamus ueſtris magnificentiis: quæ fœliciter Valeant.

SEnenſes Rotæ auditoribus. S. P. D. Cum breui Sanctiſſimi Pontificis accepimus: & ue
ſtræ paternitatā nomine inſtrumētū: p quod abrogantur: & repudianꝛ conuenta iter
Apoſtolicū Cōmiſſariū: & oratorē noſtrū in cauſa de finibus. Id nos grate accepimus:
q pſpicientes: nō Apoſtolicæ cameræ: ſed noſtræ reip. iura lædi plurimū & uiolari: con
tinuo intellecta cōuentione ipſa de ea repudianda atq; abroganda: & decretū: & inſtru
mentū confecimus. Quod ueſtræ. R. P. cum forte præſenſiſſent: ipſę ante uerterunt: quod nobis ma
xime cordi eſt. Qui nullo modo eiuſmodi conuentionē: uel probandā uel accipiendas īſtituerimus.
Bene igitur actū putamus: & cōuentorū reprobationē & publico declaramus inſtrumēto: & uiua uoce
noſtri Oratoris aperiet. Sed & in ueſtris tabulis a tergo qdē mentē noſtrā indicauimus. Cupimus āt
litem omnem de finibus q̄ primum componi: & ita diffiniri: ut inter eos decet: quos uetus neceſſitu
do: & ſummi amoris glutinum copulat. Valete.

FRanciſcus miſeratione diuina Sancti Euſtachii ſacroſanctæ Romanæ eccleſię Diacōus
Cardinalis: & Archiepiſcopus Senenſis: uniuerſis: & ſingulis Chriſti fidelibus: qui præ
ſentes noſtras perlegerint literas: ſalutem in domino ſempiternaꝫ.
¶ Sacra ſanctorū templa ac religioſa delubra: pręcipua ueneratiōe celebramus: ſed ea
feruentiore ſtudio ac deuotione recolimus: quę uel ī glorioſiſſimæ Virginis Dei geni
tricis Mariæ uel in eorū nomine ſunt dicata: quos nouimus illius gloriā: ſummis extuliſſe pręconiis
In his deuotū Bernardū ſtatuendū decreuimus: q non ob aliā cauſam eo cognomento dignus eſt ha
bitus: niſi q̄ intemeratæ Dei Matris ineffabilia atq; ámiranda myſteria diuinitus illuſtratus: incredi
bili quadā pietate reſerauit. Cum igitur deuoto Bernardo deuotum ſacellum fœlicis recordationis
Pio Senenſi: Pontifice Maximo indulgente dicauerit deuotus Orator Auguſtinus Dathus ciuis Se
nenſis: nos quoq; ad fidelium populorum. &c.

SEnēſes Papæ. S. P. D. Ciues noſtros ea charitate: eo amore complectimur: quo natura
ipſa inſtituiſſe dignoſcatur: quo ſolent parētes liberos. Sed eos certe maiore ac feruētio
re: q & optimo ſunt orti genere & uirtute ac doctrina: quæ duo maxime in hominū ge
nere potiſſimū excellere putanꝛ: maxime floreant: q ad cæteras laudes uitæ integritateſ
atq; honeſtatis rationeſ adhibuerint. Eiuſmodi eſſe ſtatuimus uirū probum: & Pontificii
iuriſconſultū. N. chariſſimū ciuē: & ex eorū numero: q noſtræ reip. præſunt: gratioſum admodū no
bis: & ob ſummam innocentiam ac probatiſſimos mores dilectum imprimis: Eum igitur ſuppliciter
tuæ beatitudini commēdamus ac rogamus enixius: ut cuꝫ opus acciderit: & occaſio tulerit: dignetur
tua ſanctitas eundem beneficio commodo: atq; honore afficere: ut quę totum noſtrę Reipublicę cor
pus diligit: pari quoq; & eius membra dilectione proſequatur. Putamus dignum eſſe præfatum. N.
quem tua pietas clementer ſuſcipiat. Feceris rem nobis dubio procul gratiſſimam. Vale.

SEnenſes Cardinali.S.Sixti.S.P.D. Nihil maius nihil ſanctius excogitare potuit:atq; efficere ſummi Pontificis ſanctitas nec fideliũ generi tantopere ſalutare:q̃ quod ſapienter ac laudabiliter nuper inſtituit de inſtaurando Italico fœdere. Qua una certe ratione Chriſtianæ reip. incolumitas: & catholicæ fidei decus facillime conſeruari poſſit. Mirifice laudamus hoc diuini paſtoris opus:quod ille ſecundet:cuius uice; in terris gerit. Cui; uero ſit noſtra reſp. & cõmunis patria imprimis ſtudioſa pacis: Apoſtolicæ ſedis ac ſummi Pontificis obſeruantiſſima:cum ſcã romana eccleſia uno ſemper uiuens ſpiritu:cum qua merito fide: & amore multo etiam magis:q̃ finibus iuncta eſt:optamus & noſtrã ciuitatem in id fędus expreſſe ac nominatim includi: & ita per noſtras litteras ſupplicamus Apoſtolicæ pietati tuam.R.D.obſecramus:quæ huius cõmunis patrię dignitatem nobiſcum una & ſalutem ac tranquillitatem tueri debet:ut ad eam incluſionem dignetur ſuam perbenignam operam adhibere:ut admiſſi in eius fœderis locum pro noſtræ reipublicæ dignitate congruentem cum cœteris Italis potentatibus tanti boni communi ac beneficio perfruamur:quod ut fieri abſolute poſſit mittimus ad.R. Cardinalem Senenſem Archiepiſcopum noſtrum liberum:plenumq; mandatum Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D. Antonium & Iacobum:quos ueſtris nobis litteris cõmendaſtis:quẽadmodũ & cœteros ciues ueſtros oẽs uehementer diligimus. Ita enim mutua poſtulat beniuolentia noſtra ac fraternitas. Cupimus igitur eorum ſemper utilitati:rationibusq; proſpicere. Cumq; partim in noſtro agro partim ĩ finitimis Pitiliani paſcuis illorum paſcantur greges: ſintq; inter noſtram remp. & Pitiliani Comitem:magnificum Nicolaum Vrſinum pacata ac tuta omnia:certo ſcimus:nihil prorſus a noſtris damni illatum iri: & habitum iri gregis eorum optimam rationes:ut merito ciues noſtri bono: atq; ocioſo animo eſſe debeãt:præcipue uero pro noſtre ueteris ac firmiſſimæ amicitię iure. Valete.

SEnẽſes Nurſinis.S.P.D. Cum Prætorem gerat præſenti tempore Nurſinę urbis clarus Eques: & dilectus ciuis noſter Andreoccius Cinuzius:inſtituimus:atq; ita pollicemur & publicam fidem damus: nullo modo pro eius futuro ſindicatu: & ſalario eius Prætura & Magiſtratus quouis tempore aut prædictæ Magnificæ cõmunitati aut alicui indiuiduę perſonę ciui:uel alteri ullam prorſus nos illaturos moleſtiam nec interceptiones aliquas:aut ſequeſtrationes quaſcunq; ſiue reales:ſeu perſonales conceſſuros atq; ita per has noſtras litteras uobis exploratã hãc noſtrã deliberationem ac fidem eſſe uolumus: noſtrorum ſigillorum adiecto robore. Valete.

SEnẽſes Florentinis.S.P.D.N. ueſtri agri homo famulabatẽ dilecto ciui noſtro Laurẽtio Petri filio:q has nr̃as defert litteras. Fefellit eũ. N. & clã fugã arripuit: & qđ indignius facinus uideri debet:abduxit iumẽta duo aſinos: & res nõnullas p̃terea alias. Quę qdẽ turpiter ĩprobi audẽt: & utriſq; uſus moleſta ẽe cõſueuerũt. Inq; his:q̃ forte acciderint cõmune ſtudiũ:atq; officiũ adhibere uiciſſim cõſueuimus. Quare ueniẽ ipſe idẽ Laurentius:ut auctoribus uobis iuſſum aſſequatẽ. Rogamus igitẽ ut ciui fauet iuſtitia faueat& p ſuo moſ ũra humanitas. Quod gratum erit nobis uicem reddituris officii:quotiens accident uſus. Valete.

SEnenſes Cardinali Papienſi S.P.D. Cum ſumma iucunditate accepimus Sũmi Pontificis Sanctitatem ad inſtaurandum Italicum fœdus animum atq; operam conuertiſſe: quo fieri nihil melius:nihil ſalubrius poteſt:nec uel ad tuendam religionem:uel ad cohibendam Barbari hoſtis immanitatem omnino accommodatius. Diuinum conſilium. ſanctũ propoſitum:mirandum in modum laudamus: & qui præ cæteris pacem &

tranquillitatem amplectimur: Apoſtolicam ſedem colimus: & qui illi præeſt: præcipue ueneramur/ cum ſancta Romana eccleſia/ tam amoris uinculo: q̃ agrorũ finibus iungimur: atq; uno cũ illa ſpiritu uiuimus: cupimus in Italicũ fœdus/ noſtram quoq; aſcribi/ & includi remp. & cõmunem patriam Damus ob id ad beatitudinẽ Pontificis litteras. Oramus tuã. R. Dominationẽ: ut ad eam rem ipſam interceſſionem & diligẽs ſtudiũ adhibere digneẽ: ut nos quoq; una Italici fœderis beneficio perfruamur: ad quod rite exequendũ precamur diligenter incumbat tua benignitas: Mandatũ mittimus ad R. Cardinalem/ Archiepiſcopum noſtrũ: Vale.

SEnenſes Cardinali Rauennati S.P.D. Mirifice nos delectat ſanctũ Sũmi Pontificis inſtitutum uere inſpiratũ a Deo: cuius uice fungitur ad redintegrandũ Italicum fœdus: per quod maxime religionis chriſtianę piculo eatur obuiã: & ſalubriter fideliũ generi conſulatẽ. Ingenitum ẽ nobis & noſtræ ciuitati pacis ſtudium. Sanctę Romanæ eccleſiæ/ & huius reipublicæ incolumitas uno diſcrimine agitur. Fuit hęc patria obſeruantiſſima ſemp Apoſtolicæ ſedis/ ac Romani Pontificis. Qui nũc fęliciter ſedet: iuſtis de cauſis uere affectus ẽ nobis. Apud eius Sanctitatẽ plurimũ ualet auctoritas tua/ & gratia. Scimus tuã. R. Dominationẽ huic ciuitati/ ſaluti eius/ & honori nunq̃ defuiſſe. Eam igitur uehementer oramus: ut in hac Italici fœderis confirmatiõe ita efficere/ & apud apoſtolicã intercedere Sãctitatẽ: ut quod maxĩe iuſtũ putamus: noſtra quoq; pro ſuo merito includatur: ac nominatim exprimatẽ reſpublica: ut qui pacẽ imprimis amplectimur: cõmunis boni & uniuerſalis fœderis beneficio/ cũ cœteris Italis Dominãtibus perfruamur: ad quod rite conficiendũ/ facultatem & mandatũ in. R. Dominũ Archiepiſcopũ noſtrũ plenũ/ liberũq; cõtulimus. Hanc igitur tuæ. R. D. cauſaꝫ optimo huius pǫtrię patri diligẽtiſſime cõmẽdamus. Vale.

SEnenſes Cardinali Reatino S.P.D. Magnã cepimus uoluptatem de Sanctiſſimi Pontificis diuino conſilio/ ac ſalutari inſtituto ad Italicum inſtaurandũ fędus. Nam ea res imprimis ſanctę Romanę eccleſiæ incolumitatem/ & catholicę religionis conſeruationẽ/ & ſpem certiſſimã pollicetur: ac tutiſſimũ aduerſuꝫ Chriſtiani nominis hoſtes præſidium. Noſtra reſpublica pacẽ ſemp & unanimitatẽ amplectitur: & cunctis humanis rebus anteponit. Maxime ſemp Apoſtolicam ſedem/ & ſummi Pontificis beatitudineꝫ ueneratur. Inconcuſſam illi ſemper obedientiam/ ac fidẽ præſtitit. In tuæ. R. Dominationis interceſſione: quæ præcipuo hãc patriam amore proſequitur: uehemẽter confidimus. Eam igitur enixe oramus: ut in hac Italici fœderis confirmatione efficiat: ut noſtra quoq; includatur reſpublica: & pro merito ſuo/ cõgruentem locũ aſſequatur: ut cũ cęteris Italiæ potentatibus/ uniuerſalis fœderis beneficio gaudere poſſimus: pro qua re aſſequenda/ mittimus. R. Domino Cardinali Archiepiſcopo noſtro mandatũ: ut iuſtũ petimus: ita & fore cõfidimus: tua præſertim interueniente clementia: Vale.

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti S.P.D. Quod fidenter ſcribamus: tuę. R. Dominationis benignitas fiduciam præbet: & in hãc cõmunẽ patriam/ & in noſtros oẽs uera perſpecta dilectio. Ioannes Antonii modeſtus Sacerdos/ & noſtræ ditionis homo ab Ordinario Suanenſis dyoceſis Telamonis parrochialẽ Eccleſiam impetrauit a parrochianis omnibus: quibus Sacerdotis probitas nota ẽ: unanimiter delectus: & a Suanẽſi deinde Epiſcopo confirmatus. Eſt Ioannes ille ipſe Sacerdos ꝑ ſuis integris moribus charus nobis: Telamonio populo apprime dilectus: ex eo ipſo oppido oriundus. Id mari proximũ ẽ: ubi & portus cunctis nautis celeber. Locus ſuſpectus/ aduenis minime cõmittendus. Oramus tuã. R. Dominationẽ: ut intercedere dignetur apud Sũmi Pontificis Sanctitatem: quatenus Ioannes ipſe homo noſter peregrino homini præferatẽ: & uoto populi illius: ſupplicationi noſtræ: & firmiori oppidi eius ſecuritati/ a benignitate Pontificis planiſſime conſulatur: quod accedet ad multorũ beneficiorũ cumulũ: Vale

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti S.P.D. Vt ſæpe tuæ. R. Dominationi gratiam perſoluamus: efficit multorũ beneficiorũ benigna collatio. Itaq; cũ intellexerimus Silueſtrũ Montuccium/ ciuem noſtrũ benigno fauore adiutum a tua. R. Dominatione: quas per litteras agimus: animis quoq; maiores habemus gratias: & pro uetere noſtra fiducia: quam intelligimus a tua. R. Dominatione dari nobis: etiam Dominicũ Montuccium Siluestri ipſius fratrem germanũ in ſuis negociis diligentiſſime cõmendamus. Ac placebit nobis plurimuꝫ: ſi (ut certo ſperamus) noſtrã ſenſerit cõmendationem perefficacẽ fuiſſe. Eſt enĩ Dominicus/ quoq; ex his: q noſtrã regunt remp. admodũ charus nobis: q tuæ. R. D. oĩa gratificari cupimus. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi S.P.D. Sumus fortaſſe cunctati nimis diu reſpõdere iis: quæ de præclaro Equeſtris dignitatis uiro & Iuris probe conſulto. N. ſcripta ſunt. Id fuit certe cauſę: quod cupidi/ ac ſupra modũ auidi gratificãdi tuę Illuſtr. Dñationi: quã ꝓcipuo quod ĩ amore & ĩtima charitate cõplectimur: ſed & illũ afficeẽ honoribus: q cũ ſuis laudibus ſit tantope tuę Illuſtriſſ. Dñtioni charus/ nõ põt nobis nõ eẽ chariſſim9. Experiebamur oĩa: ſi forte dareẽ ulla ad Pręturã aſſequendã/ facultas. Verũ ita leges/ atq; ciuitatis habẽt inſtituta: qbus nos parere neceſſe ẽ: a qbus diſcedere nullo mõ ẽ oblata ratio: ut ꝑter mẽrẽ noſtrã pſenti tẽpore tabellariũ cũ his lr̃is dimiſerimus: nõ ſine maxĩa aĩorũ moleſtia: q̃ ea nũc fieri nequaq̃ potuerint: q̃ certe cõmuni deſiderio optabam9. Q̃ꝺ uera & ꝓbatiſſima Fraternitas poſtulat. Tua illuſtriſſ. Dñatio corda ſpectabit/ & ſtudiũ: nos uero obſeruabimus tpũs: & quod ꝑ diſciplinaꝫ ciuitatis licebit:

pro uirili noſtra nõ obliuiſcemur eiusq̃uẽ intelligimus diligẽtius cõmẽdari. Siquidẽ mens noſtra & cunctis in rebus ſummã præſtare beniuolentiã. Italicũ fœdus: de quo feriendo Romæ agebaẽ: interpellari: ſcimus non latere tuam illuſtriſſimã Dominationẽ. Obſeſſi Volaterrani oppugnanẽ: ſed non dum expugnantur: Noui eſt aliud nihil. Vale.

SEnenſes Maſſano Epiſcopo. S.P.D. Bene de patria meritis gratias libẽter perſoluimus. Plurimũ nos delectat optima iſthęc uoluntas: & habere apud Sũmi Pontificis ſanctitatẽ eiuſmodi interceſſorẽ plurimũ gaudemus. Deũ quęſumus: ut. R. tuã paternitatẽ & maiorem indies & glorioſiorẽ efficiat. De controuerſia Maſſana cum. N. nihil quod ſcribamus opus ẽ. Neq́. n. putamus tui Epiſcopatus intereſſe. Sed aderit in tẽpore tua R.P. & coram poteris his de rebus haberi ſermo. Pergat: oramus: tua. R. paternitas & cõmunẽ iuuare patriam & ueterem ac maximã in eam beniuolentiam indicare. Vale.

SEnenſes Frãciſco Cardinali Senenſi S.P.D. Binę litteræ eodem nobis redditæ tempore perq̃ gratæ extiterũt: duplex pactum opus: quod ſalutare admodũ certe q̃gratiſſimũ. Nuſquã deeſt uere amantis patris officio tua benignitas: cui ut & crebras & ingẽtes agamus gratias: ratio efficit: & multoꝝ beneficioꝝ memor animus. T.R.D. ad proſequendum cohortari: nihil eſt aliud q̃ incitare ſponte currentẽ. Iam iam iter Romã arripit Nicolaus Seuerinus Legatus noſter. Cæteris de rebus corã uerba faciet. Vale.

SEnẽſes Procuratori Ciſtertienſis ordinis. S.P.D. Quoniam putamus. R. paternitatẽ tuã noſtrã amare remp. quandoquidẽ nos tuã uirtutẽ ac dignitatẽ magnifacimus: uiciſſim do amoris poſtulare uideẽ: ut uiciſſim cũ fiducia poſtulemus: quæ ſint nobis grata futura. Filios ac fideles noſtros cõmunitatẽ ac populũ oppidi Abatię ſancti Saluatoris uehemẽter diligimus. Cupimus illos plurimũ iuuari. Oramus igiẽ tuã. R. paternitatem: ut omnibus in rebus eoſdem humaniter ſuſcipe & benigne tractare uelit intercedentibus nobis: ut tua opa ac fauore etiã a uenerabili patre Abate monaſterii ſancti Saluatoris tui ſacri Ciſtertienſis ordinis: quæ iuſta & conſueta ſunt: planiſſime conſequanẽ. Erit id nobis q̃gratiſſimũ: q putamus conferri nobis: quæ in filios noſtros liberaliter conferunẽ. Nos uero: ſiquid ẽ: quod agendũ cenſeat tua R. paternitas & honori utilitati & cõmodo eius futurũ ſit: libẽter efficiemus: & reperiemur ad tua beneplacita ualde propenſi. Vale.

SEnenſes Papæ S.P.D. Alias tuæ Sanctitati cõmendauimus cauſam. N. ciuis noſtri: quẽ & ob generis claritudinem: & multo magis propter ſummã modeſtiam eius ac uirtutem uehementer diligimus. Is habet non nulla iura: quæ ſibi ab Apoſtolico fiſco debentur. Supplicamus tuæ Beatitudini: ut cauſa plane cognita: quam Caſtellanus Epiſcopus dilucidius explicabit: digneẽ clemẽter exaudire iuſta petentem: quod impetrare facillimũ eſt ab eo: quo auctore ubiq́ terrarũ iuſta ſeruantur. Vale.

Patentes Litteræ.

DOminos: Principes: fratres & amicos noſtros rogamus: ad quos hę noſtrę peruenerint litteræ: Subditis uero noſtris ac municipalibus imperamus: atq́ edicimus: nos: qui Senenſi præſumus reipublicæ: ut perſpecta uirtute & maxima multaꝝ rerum peritia. N. Aegyptii: q per hæc tempora cũ cætera uaga Aegyptioꝝ gẽte luſtra: Italiam: & orbẽ circuit: eum ipſum. N. liberaliter ſuſcipiãt: humaniter tractent: & magna beniuolẽtia pſequantur: & tam ipſum q̃ comites eius libere quacũq́ ire pmittant cũ pſonis & rebus ſuis oĩbus omni moleſtia atq́ impedimẽto ceſſante: & abſq́ ulla ſolutione pecuniæ. Nã dici uix põt: quãta polleat induſtria: & multaꝝ atq́ incredibiliũ reꝝ tum notitia cũ etiã exercitatione. Erit omne in ipſum ac ſuos collatũ beneficii genus gratiſſimũ nobis: qbus nihil põt eſſe iucũdius q̃ uirtutẽ & induſtriã noſtrorũ hoĩum in lucẽ prodire: & premio atq́ debitis honoribus affici. Valean: q legerint.

SEnẽſes. N. S.P.D. Copulat charitas: quos etiã longa diſiungũt ſpatia. Ac nos qdẽ Magnificentias ueſtras uehemẽter diligimus: & quemadmodũ ſuadẽt amicoꝝ leges: cũ fiducia petimus: quæ iuſta putamus. N. quidã noſter & curã equoꝝ gerẽs credidit pecunias. xviii. auoreos. N. notario & ciui ueſtro: quẽadmodũ pſpicua documẽta declarãt & cyrographũ manu eius: cui credita pecunia ẽ: abnegauit faceẽ: qđ iuſtũ erat: atq́ pecuniã ſoiueẽ recuſauit. Supſũt illius heredes. Ab his petit pfatus. N. ius ſuũ. Oram9 uẽas Magnificẽtias ut re dilucide cognita ac ueritate pſpecta p ſua Iuſtitia iubeãt homini nřo Iuſtitiã cũ uřo fauore miniſtrari: qđ q̃uis honeſtũ ſit: tñ gratię aſcribemus: parati hæc & maiora uřo ĩtuitu libẽter efficeẽ. Valete

SEnẽſes Cardniali Reatino. S.P.D. Scimus tuã. R.D. maxime improbitatẽ atq́ iniuſtitiã exectari: & magno ſtudio tueri: q iuſta petunt. N. cuipiam: q nup cũ ſtrenuo Luca Reatino uiuebat. N. noſter: qui equos uectores alit: Equum cõmodauit pretio: accepit: abiit: & nũc præter Equum retinet. N. ipſe: atq́ (ut accepimus) ad Reatinã ſeſe urbem contulit. Damnũ inops uir patitur: q Equi uectura familiã nutricaẽ. Oramus. T.R.D. ut dignetur efficere ſua benigna interuentione: ut Equum & ius ſuũ homo noſter aſſequaẽ: quod & iuſtum erit & nobis etiam gratiſſimum.

SEnenſes Antonio Vercellenſi Sacri ordinis Minorum Euãgelicæ ueritatis egregio Concionatori.S.P.D. Iampridem magnifacere cœpit nr̃a ciuitas/& hic populus tuã doctrinam:uitæ integritatẽ:& in annunciando uerbo Dei/miram ac præclaram exercitationem.Cupimus autem ob eam cauſam nos in proxime futura Quadrageſima/in noſtra urbe affuturum:& in religioſiſſimo/atque ornatiſſimo templo eius:quo ciues pleriq; & populi turba conueniunt:euangelizare Saluatoris oracula/& diuinæ legis mandata. Quod non niſi doctiſſimis uiris/& quorũ ſpectata uirtus ac peritia ſit:tribui minus conſueuit.Credimus ad id ſummum Pontificem ad te dediſſe litteras.Hortamur igitur te:ut libẽter eam prædicationis prouinciam ſuſcipias:& in tempore uelis adeſſe.Cuius rei tuum expectamus reſponſum:quod futurus putamus pro uoto:ut populi noſtri deuotioni ac ſaluti facillime conſulatur. Vale.

SEnenſes Cardinali Papienſi.S.P.D. Qui finem ſpectamus litis:certum eſt nobis nihil prætermittere:quod expeditiorem ac faciliorem uiam prębeat:præſertim uero quod ex tuæ Reuerẽdiſſimæ Dominationis uideatur ſententia.Quare ad Baldinum damus litteras:iubentes:ut quoad fuerit opus:non aſſiſtat ſolum:ſed tuis ubiq; pareat iuſſibus. Cauſam Iacobinorũ ad Senatũ retulimus:iam ſatis ꝓ uoto affecta ẽ:& mox reddemus confectam.Profuit illis imprimis tuæ.R.Dominationis cõmendatio:cuius quanti & iudicium & uoluntatẽ faciat noſtra reſpub.nemo ẽ:q neſciat. Vale.

SEnenſes Florentinis S.P.D.Nihil difficile eſt iis:q uere amant:& ſuopte ingenio Iuſtitiam cõſectant̃:perſuaderetq; quę iuſta ſunt.Florius & Petrus Paulus quippiam/ex Plegatio/ueſtri agri accolæ cauſam intendũt Petro Antonio Dominici filio/Sarteanenſi municipi noſtro:& uelut creditores ſuperioribus diebus coegerũt hõiem noſtrũ ad depoſitum dandũ/& præter ius:pręterq; æquum & bonũ:penes quẽ depoſitum ẽ:ad perſoluendum argentum compellũt:quod reus minime ſe debere profitet̃.Cupit ob eam cauſam cũ actoribus rationẽ ponere.Quod noſtra quidẽ ſentẽtia iure negari nemini põt.Implorat igit̃ ueſtrã opẽ:ut ueſtra humanitate pateant utrorũq; iura:ut ꝓſpecto uero:neutris fiat iniuria.Q ď tñ & ſi ęquũ cẽſeamus: nihilo tñ minus apponemus & gratię. Vale.

SEnenſes Sũmo Pontifici S.P.D.Cum intellegamus tuã Beatitudinẽ/uere noſtram amare remp.& ciues eius paterno ſemp amore complecti:fidenter/& qua filios decet:humili prece tuæ Sanctitati eos præcipue cõmendamus:quos in noſtrorũ numero magnis & ingenii & doctrinę laudibus præſtare cognouerimus. Proinde Alexandrũ Aringherium claris natũ parentibus:utriuſ Doctorẽ:q inde uſq; a paruulo/in præclara bonarũ artium exercitatione uerſatus ẽ:& cũ morum grauitate ſummã permiſcuit eruditionẽ:cũ ad Clerum & ad ſacerdotii dignitatẽ intendat:cupimus iuuari noſtris precibus:qbus cõmota tua Sãctitas/& ipſius uiri inducta merito:ſi dignabit̃ & cõmiſ/& honore:afficer̃ plurimũ uniuerſæ huic ciuitati placebit:& accipiet dubio ꝓcul etiam magni beneficii loco.Ita ꝑ ſi quod in noſtra ditione beneficium uacare contingat:in quo ſimul & dari Alexãdri ipſius uirtuti premium:& per eius uirtutẽ beneficii dignati ſatiſfieri poſſit:ſupplicamus deuotiſſime tuę Beatitudini:ut hũc ciuem noſtrũ & charũ noſtris omnibus clementer ſuſcipere dignet̃:& in beneficio conferendo exaudire noſtras preces:& Alexandrũ imprimis cõmendatũ habere:de quo ea eſt ciuibus noſtris firma ſpes:ut patris reſpondeat laudibus:& honoribus dignus ciuis facile uideri poſſit. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Diligimus mirifice ꝓp uirtutem & doctrinam ac probatiſſimos mores Alexandrũ Aringherium Doctorem pro ætate/ingenio: eruditione/& ſapientiæ laude præſtantem:& eum cupimus uehemẽter & cõmodo & honore iuuari.Confidimus plurimũ in tuæ.R.Dominationis benignitate:quam oramus ut apud Sũmi Põtificis Sanctitatẽ dignet̃ eum ipſum Alexandrũ/ciuem noſtrũ dilectũ imprimis etiam facere gratioſiorẽ:& ſiquod beneficium uacare contigerit:in quo & uirtuti eius uiri: & expectationi noſtræ ſatiſfieri poſſit:ita intercedere:ut mereat̃ tanto adhibito patrocinio/optatũ noſtri uoti effectũ ciuis noſter conſequi.Eſt,n.filius certe claro dignus patre:& q paternã laudẽ facillime cumulare poſſit. Vale.

❡ Patentes Litterę.

NOs:qui diuino numine diſponente/ſummũ Senenſis reip.gerimus Magiſtratũ:uniuerſos ciuitatũ Rectores ac Principes populorũ etiam/atq; etiã oramus:at ſubditis noſtris edicimus:ut noſtra cõmẽdatione clarum uirũ N.ac ſpectabilẽ Equitẽ amice/atq; honorifice tractare uelint:& liberũ ſibi cũ ſuis comitibus (dũmodo nec hoſtes ſint:nec exules noſtræ reip.) acceſſum/ac receſſum prębeant:quocũq; gentium iter illis agendũ ſit. Quod certe noſtro Magiſtratui & populo Senenſi gratiſſimũ eſt futurũ.In quarũ rerũ teſtimoniũ has patentes noſtras fieri iuſſimus:& ſigillorũ noſtrorũ munimine roborari.Valeant:q legerint.Da. in noſtro palatio/die &c.

SEnẽſes Regi Neapolitano.S. In re.N.cum noſtra Republica accepimus & quæ ſæpius a tua Maieſtate ſcripta ſunt:& quæ prudentis Ioannis Trochuli Scribę:& familiaris eius: expoſita uoce.Ea uiſa e'ſt Senatui ac pp̃lo nr̃o grauior:nõ mõ:qa nulla nr̃a ciuitas obligatione teneret̃:nec:quæ cũ patre pacta erãt,filio ſtipẽdia deberent̃:uerũ etiã quod ita

ſe geſſerit: & nõnulla præterea. N. adiecerit: quæ a iuſtitia moderatione tranquillitate aliena uiderentur: quæq; tollerare nihil eſt aliud q̃ licentiam laxare indigna audientibus: quod putamus nequaq̃ tuæ Maieſtati probari: quæ una nouit imprimis parcere ſubiectis: & inſolentes debellare. Neq; enim æquo animo ferendum uidetur: ſi qui impares ſunt alios iniuria laceſſunt. Noſtra uero Reſpublica quæcunq; obtinet: ea belli iure & legitimo quidem atq; optimo iure obtinet: quod tuæ Maieſtatis ſapientiam nequaquam ignorare arbitramur. Sed non eſt ea ſcribendi locus. Nihil igitur mirum uideri debet: ſi librauerit omnia diligentius Senatus noſter: quippe multa erant: quæ cauſam perdifficilem redderent. At uicit cæteras rationes: & ſi multæ & graues erant: noſtra in tuam Maieſtatem obſeruantia ac fides. Pepigimus autem potiſſimum tuæ Serenitatis intuitu cum. N. quæ ex tuæ Maieſtatis ſentẽtia eſſe cognouimus: icta fędera hæc referet: rei ſeriem ac ſingillatim omnia ſcitus Ioannes ipſe Trochulus: qui & mentem noſtram & rem omnem rite percallet: explicabit ordine. Operam dabimus: ut non in hac re ſolum: ſed in cæteris quoq; omnibus ſummam tua Maieſtas populi noſtri deuotionem perſpiciat. Eam obſecramus: ut corda ipſa & optimam noſtram metiatur uoluntatẽ. Quod ſi forte uideamur cunctati longius: cauſam dedit. N. q rebus iam tranſactis ſcrupulum iniecit. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. Nos: qui tuam Maieſtatem colimus: conſiliis eius libenter acquieſcimus: pacem tuemur: præclarũ diligimus. N. genus. Icta fœdera rei ſeriem mentem noſtram & ordinem oẽm probe inſtructus poterit fuſius coram explicare Scitus ipſe Ioannes Trochulus: quod ſi ſerius factum uidetur: tribuet tua Maieſtas. N. qui uel iam tranſactis rebus ſcrupulum adiecerit. Nos tamen nihil ob id quoq; imutati tuæ rationem Maieſtatis rebus cæteris præferre inſtituimus: apud quos in illam ſincera eſt atq; explorata fides. Sed dum ea cum Ioanne Scriba agerentur: interueniens clarus Eques & tuæ Maieſtatis Legatus excellentiſſimus Antonius Cicinellus eius nomine noſtrum ſalutauit Magiſtratum: & iucunda nunciauit nobis: agi præclare cũ tua Maieſtate: ac toto eius ſplendidiſſimo genere: conualeſcere Illuſtriſſimum Federicũ: florere Regni opes atq; fortunas: cumq; his bina pacta ſponſalia: atq; inter pręclariſſimos Italiæ Principes arctioris uinculi glutinum necti: & nobis uere gaudemus: & uobis ex optimis animis gratulamur: exiſtimantes ea fore omnia ad ſtabiliorem pacis atq; otii firmitatem: & tuę Maieſtatis maiorem illuſtrationem gloriæ. Atq; ut ita proſpere cedant: ſint tibi fauſta & læta omnia: annuat ille quæſumus: a quo omnis poteſtas eſt: atq; manant omnium bonorũ genera. Nos ob eam tantæ iucunditatis participationem agimus: & habemus q̃maximas gratias tuæ Maieſtati: quam uelut optimum auctorem pacis & noſtræ ciuitatis beneficentiſſimum patrem: ſummam tueri fœlicitatem uehementer optamus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Frequẽtes & perbenignæ tuæ. R. Dominationis literæ: ut eam frequenter collaudemus: & ingentes agamus gratias: nos inducunt: quod & iucunde facimus: quemadmodum grata habemus ſemper: quæ ſcribuntur ab ea: & quoniam ſtudio omni patriam iuuat: & hanc tuetur Rempublicam. Idcirco facile patietur: ut ſi eius quotiens opus acciderit: fauore conſilio opera fidenter utamur. Commendauimus ſępius tum uoce tum literis cauſam. N. Domini. Nouit tua. R. Dominatio q̃ noſtrę interſit Reipublicæ eum ipſum habere concordem: & non abalienari a noſtra ciuitate illius animum. Nouit eius ingenium: & quantam habeat ille in noſtra Republica fiduciam: q̃ firmiter opinetur ualere apud tuam. R. Dominationem noſtras preces: & totius ciuitatis ſtudio ſatis cõmendationem. Non erit tibi difficile ad cauſam recte moderandam accommodatam reperire rationem. Quęſumus igitur: ut & patriæ commodo & optimis ab iis adducta rationibus excogitare dignetur tua. R. Dominatio uiam eiuſmodi: per quam in cauſa. N. utriq; parti recte & commode conſultum uideatur: ſi nihil tam difficile eſt: quin quęrendo inueſtigari poſſit: ei præſertim: qui conſilio ſapiẽtia ac ratione præſtat & uſu. Placebit plurimum uniuerſo huic populo: ſi intellexerit. N. Dominus: & ſe a nobis non uulgariter cõmẽdatũ: & per noſtram interceſſionẽ apud. T. R. Dominationẽ gratiam affectum. Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. P. D. Maieſtatem tuam æqui ac recti ſeruantiſſimam: ſed & uere paterna charitate nobis affectam: nõ dubitamus fidẽter rogare: & ei filiali fiducia commẽdare noſtros: quos charos habemus. Franciſcus Angeli Craſſeranus dilectus fidelis: cui has literas dedimus: dicit ſe Magnifico atq; excellẽtiſſimo Domino. N. credidiſſe nõnulla: pro quibus iis quędam ſibi pecuniarum debetur aurei circiter. ccc. Vir bonus eſt: & inopia premitur: & ius ſuum petit: quod reddendum ſibi a præfato. N. propter probitatem ac uirtutem ſuam confidimus. Sed precamur tuam Maieſtatem: ut auctoritatem quoq; ſuam ac benignũ auxilium adhibere dignetur: quo redeat iure compos factus: q etiã propter neceſſitatẽ repetendæ pecuniæ nõ ſine graui incõmodo longi itineris laborem ſuſcepit. Sed diligentiſſimæ tuæ ſereniſſimæ Maieſtati noſtrã Remp. & ſtatũ cõmẽdamus. Vale.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori. S.P.D. Gratū fuit nobis intellexiſſe hominem nequā & homicidam. N. quendam ueſtratem incidiſſe in manus tuorum: ut qui recenti cęde pollutus eſt in oppido noſtro Cellarum: & ulteriora facinora impudenter ſe patraturū minabatur: dignas ſuis facinoribus pœnas luat: quæ qualia ſint: & q̄ multa ab eo commiſſa: & compertum eſt: & enarrare ſuperuacuum. Quod igitur diuina diſponente iuſtitia: & tuorum laudando miniſterio hactenus factum intelligimus: cum ſeruetur is malefactor cuſtodia & uinculis: tuo quoq; iuſſu oramus: ut mature conficiatur: & ſubiiciatur tua iubente. R. Paternitate paricida. N iuſto iudicio: ne & ipſe poſthac malefaciat: & cęteri ab improbitate & iniuria deterreantur exemplo. Erit gratiſſimum nobis: qui tecum una iuſtitiam & rectam uiuendi rationem ſeruari cupimus. Vale.

SEnenſes Græcis extorribus S.D. et fortunam meliorem exoptant: ac ſedes quietes. Scitis: quæ nobiſcum egerimus: q̄q; libenter: lætiſq; animis aſſenſi fuerimus uotis ac poſtulatis ueſtris. Probe noſtis Senatus noſtri & populi huius optimam uoluntatem. Communi conſenſu conuenimus: ac fœdera pepigimus. Quorum exemplū mittimus: quemadmodum per ueſtras efflagitaſtis litteras. Nos conſtantes erimus: fidem ſumma cum beniuolentia præſtituri alacriter expectantes ueſtrum ac ueſtrorum aduentum: quos præcipuo ſtudio ac ſumma excipiemus lætitia: nec uſquam aut officium noſtrum: aut fides deerit: cuius ſeruantiſſima eſt noſtra Reſpublica. Experiemini nos amice in ueſtrum præclarum genus: ac benigne affectos. Supereſt: ut ipſi quanto fieri poſſit: maturius ueſtrum celeretis aduentum. Nam uniuerſo huic populo optati uenietis. Simul legare placeat ad nos quempiam cum mandatis ueſtris: qui rata habeat ueſtrorum nomine: ſolemni ritu: quę acta uobiſcum conuentaq; ſunt: quod merito iure uos facturos recepiſtis: quod ut iuſtum uidetur: ita erit perq̄ gratum nobis: quibus & ad nos ueſtra profectio & uitæ conſuetudo erit ſane periucūda. Illuſtrem Dominū Annam & ueſtros oēs ſaluos eſſe ac fœlices optamus. Valete.

SEnenſes Summo Pontifici. S.P.D. Cum haberent Caſtileonēſes ſubditi noſtri ſua quędam armenta in noſtris pabulis non longe ab Eccleſiæ finibus: nōnulli milites: qui caſtri & Patrimonii agro hibernant: ingreſſi noſtros fines: complura ex eis armentis pecora abegerunt: partim autem ex iis cęſa ſunt ad eſum: partim inciderunt in manus Doanerii Patrimonialis. Non poſſumus non dolere: cum intelligamus noſtris & uim & damnum inferri: nec dubitamus iniuſtum omne præter mentem tuæ Sanctitatis fieri: quę iuſtitię auctor ē. Tria igit̄ ſupplices tuam beatitudinē oramus: q̄ noſtra ſententia iure nos a tua iuſtiſſima Sanctitate impetrare liceat. Primum: ut pro cęſis pecoribus ab illatoribus rependatur æquum pretium iis: qui iacturam paſſi ſunt. Deinde ut ea animalia: quæ penes Doanerium ſunt: recepta confeſtim ac libere reſtituantur. Neq; enim ſatis honeſte pro ſingulis illis ab eodem Præfecto Patrimonii ſinguli aurei repoſcuntur. Poſtremo: ut tuæ Sanctitatis iuſſu atq; edicto moneant̄ tam milites q̄ cæteri omnes: ita demum uiuant: ut rapiendis rebus abſtineant: nec tale aliquid poſthac fiat. Quæ tam & ſi iure nobis peti uideantur: apponemus ea tamen gratiæ: & quæ multa quotidie conferuntur beneficiorum cumulo. Vale.

SEnenſes Peruſinis. S.P.D. Percrebuit apud nos Magnifici Domini Fratres & amici noſtri chariſſimi: ueſtras Dominationes nuper inſtituiſſe: ut ad Clanas nouas Turrim conſtruant e regione eius: quæ noſtræ ditionis eſt. Ea res nobis non mediocrem admirationē peperit: Nam a ueſtræ amicitiæ iure & noſtræ mutuę beniuolentiæ neceſſitudine aliena uiſa eſt. Nos autem id nobis iampridem perſuaſimus omnia & ęquitatis & amicitiæ iura a ueſtra Dominatione illęſa ſemper atq; inuiolata ſeruari. Nos uero ob eam cauſam maluimus ſemper ueſtris obſequi ſtudiis q̄ noſtris commodis inſeruire. Itaq; cum aliquando decreuiſſemus nouum pontem alio itinere ad Scitonium oppidum confabricari: qui noſtrę Reipublicę utilitati & commodis plurimum congruebat: ueſtris tamen exhortationibus adducti atq; amore commoti: eius operis inſtitutum omne reliquimus: & ueſtræ morem geſſimus uoluntati. Veſtras quoq; Magnificas Fraternitates hortamur: ac uehementer oramus: ut inſtituto deſiſtant: quas nihil omnino facturas eſſe confidimus: quod non iuſtum atq; æquum ſit: & optimæ rationi conſentaneum. Id namq; uera Fraternitas: recta amicitia: optima uicinitatis ratio depoſcit: quæ in maxima coniunctionis parte reponitur. Id nobis profecto q̄ gratiſſimum futurū eſt: & ſummi amoris: quem ſemper experti ſumus: opinionem plurimū augebit. Veſtras Magnificētias optamus incolumes ſemp: ac fœlices eſſe. Valete.

SEnēſes Florētinis. S.P.D. Accepimus a Magnificis Fraternitatibus ueſtris binas eodem tempore literas: & alteris quidem Montis Politianenſium expoſtulationes referuntur: quos afferunt Magnificentiæ ueſtræ queri in eorum agro fieri nōnullas populationes: & pecoris nōnullam prędam agi a militibus noſtri exercitus. Id nobis graue ac permoleſtum eſt: & prorſus acerbe ferimus: q & cū omnibus iuſte ac pacate uiuere cupiamus: & uicinorum omni ſtudio iura inuiolata tueri: qđ nō mō uicinitatis ratio poſtulat: ſꝫ & Dominationū ueſtrarū uera ac probatiſſima erga nos beniuolētia. Siquid dāni: ſiquid iniuriæ Montis Politianen-

ſibus illatum eſt præter mentem noſtram ac præcepta omnino factum eſſe noſſerint Magnificentiæ ueſtrę. Curauimus tamen omni ſtudio ne qua poſthac oriri poſſit iuſta querendi cauſa. Quod uero alias fecimus: multo nunc accuratius repetemus: & Prætoribus & Cõmiſſariis noſtris præcipiemus: ut noſtros milites coherceant: ne poſthac audeant uel minimã quidem ueſtris hominibus iniuriam attentare: ac ſi quid reperiri queat: curabunt iuſſi nobis (quoad fieri poterit) reſarciri. Quippe qui & noſtræ ſeruandę amicitiæ ac perpetuo tuendę pacis ſtudioſiſſimi ſumus. Quanquam a noſtris Prętoribus accepimus litteras: quibus certo ſignificant Montis politianenſes a noſtris militibus recepiſſe quæcunq; ablata perhiberent: & concorditer inter eos cauſam omnem conciliatam eſſe. Quod autem alteris litteris oſtendistis noſtri & cõmodi & honoris magnã habere rationem: quod ueros amicos decet: id nobis dubium nõ erat: quibus ſumma in nos beniuolentia & charitas comperta ẽ. Tuliſſe autẽ grauiter Sigiſmundi clandeſtinum a nobis diſceſſum: id quoq; certo cognouimus: miſiſſe uero Oratorem: qui & cunctis periculis propulſandis intenderet: & illius exercitum a ueſtris finibus arceret ac Flamminiam uerſus celere iter dirigeret: ſicut & factum ẽ magnam agimus ueſtris Magnificentiis ac peringentem gratiam: feciſtis profecto beniuole atq; amice. Quod uero ad ipſius Sigiſmũdi queſtus attinet: nõ pro iis ſemper ferenda ſententia ẽ: qui conqueruntur. Nos potius in illum q̃ iuſte: q̃q; merito queri debeamus: aliud erit opportunius ſcribendi tempus. Siquidem putamus ueſtras Magnificentias pro ſumma ſapientia plane perſpicere: utrum nos potius an illum queri oporteat. Sed quod humaniter ueſtram operam defertis: ſummam habemus ueſtris Dominationibus gratiam: quæ fœliciter Valeant.

SEnẽſes Epiſcopo Tridentino. S.P.D. Nihil eſt: quod iure primũ: & tua deinde humanitate freti a tua paternitate nõ audenter petere aggrediamur: q tuæ cunctis in rebus alacres ſumus mores gerere uoluntati. Aloyſius igitur Petri filius Comparius ciuis noſter dilectiſſimus Tridenti ædes quaſdam poſſidebat: de quibus cũ a nõnullis orta controuerſia eſſet: ſubrogatus tandem ẽ a quibuſdam eius procuratoribus. N. qui Aloyſii cauſam tueretur. Is cum eius aduerſariis conuentione facta accepit tandem ex iis: quibus cũ his ipſa uertebatur. c. xxviiii. aureos. Quid multa! Hanc ſibi pecuniam pręter æquum & bonum. N. retinet. Eam extorquere ex eius manibus perdifficile eſt: ut hæc ſunt tempora. Proinde tuam Paternitatem hortamur: atq; oramus: ut huic ciui noſtro ius ſummarium atq; abſolutũ iubeat magno fauore miniſtrari: ut uel Aloyſio ipſi uel cuiuis: cui ille mandatum eiuſmodi dederit: tuo iuſſu atq; opera debita pecunia perſoluatur. Id cum iuſtiſſimũ ſit erit nobis quoq; gratiſſimũ: paratis tuę paternitatis obſequi uoluntati. Vale.

SEnenſes Cardinali Vrſino. S.P.D. Reddite ſunt nobis. T. Reuerẽdiſſimę Dominatiõis litteræ: quas & pergrate accepimus. Quippe qui tuam tum ueteres beniuolentiam tum præcipuam nouerimus charitatem. Ea nobis gratiſſima eſt. Nec multæ ac totiens repetitæ. N. in nos iniuriæ: poterunt tamen a tuę Reuerendiſſimę Dominationis obſeruantia & cæteræ Magnificę & claræ Vrſinæ domus amicitia deterrere. Si ille nos crebris prouocat iniuriis: nos tamen alio animo in. N. alio certe in tuam Reuerendiſſimã Dominationẽ: & reliquum ſumus celebre Vrſinorum genus. Sed quæ noſtræ ſententiæ ſunt: ea apud tuam Reuerendiſſimam Dominationẽ exponenda mandauimus Reuerẽdo patri Alexio Epiſcopo Cluſino ciui noſtro & Oratori dilectiſſimo: cui oramus. R. D. T. ut in cũctis explicandis ab eo plenã & credulam: ut nobis ipſis adhibeas fidem. Fœliciter ualeat tua. R. Dominatio: cui nos plurimũ cõmendamus.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori. S.P.D. Acceptis litteris tuæ Magnificentiæ diligenter omnem ad ueritatem rei explorandã operam & induſtriam adhibuimus. Comperimus tandem prędam ĩ hoſtili agro factam extitiſſe & actam ex. N. ſolo: quem locũ conſtat noſtrorũ hoſtium eſſe. Itaq; patet iuſtam eſſe ac legitimas prædam. Nos uero milites cogere nõ poſſumus ad reſtituenda: quæ iuſte parta ſunt: cum illa etiam: quæ iniuſte rapuerint: uix ab eis extorqueri poſſint. Nouit tua Magnificentia militum mores. Cupimus inſuper noſtros ciues & Cõmiſſarios conſeruare: qui pro illo: qui Sues & pecus amiſerat: & humaniter fideiuſſerunt: & cum ſuo incommodo pecuniam perſoluere. Scimus tuam Magnificentiam non poſtulare: niſi quæ iuſta ſunt: cuius obſeq ac morẽ gerere uoluntati omnibus ſemper in rebus paratiſſimi ſumus. Vale.

CAliſtus Papa Tertius Dilectis filiis Senenſibus Salutem & Apoſtolicã benedictionem. Senſimus cum magna admiratione atq; moleſtia deuotiones ueſtras affirmari a multis non ſolum induuatas: ſed in totum paratas eſſe iri concordiam cum Iacobo Picinino: pro cuius euerſione atque exterminio ſola ueſtra cauſa nos ſuſcepimus cum tanta impenſa: alieno tempore difficile inceptũ: ac diſplicens multis ex his: q̃bus in cæteris rebus oĩbus uellemus maxĩe cõplacere. Veluti Neapolim dicĩt ſcripſiſſe. N. qđ ſtatim nobis fuit ſignificatũ. Cũ ui talia de uobis poſſemus ĩduci ad credẽdũ. Statim hac re audita uocari ad nos fecimus dilectum filiũ Bindũ Bindũ Doctorẽ egregiũ nobilitatis ueſtræ Oratorẽ: cuius prudẽtiã & modũ cunctis ĩ rebus diligẽter ſuatũ ualde probamus. Nam ẽ hõ ĩteger uerax & probus: & magna cũ fida

ſolertiaq; ac modeſtia ſe in iſto negocio nobis ſemper exhibuit: in factis noſtris induſtrioſe ſe gerendo. Ipſe nobis aliquantulũ dempſit admirationem: aſſerens ſe ſcire uos omnino eſſe facturos ea ſola in iſto negocio: cæteriſq;: q̄ nos uobis mãdaremus: rogans atq; obſecrans: ne aliter de uobis q̄ ipſe diceret: credere litteris quorumcũq;: aut uerbis moueremur. Si ita ẽ: ut potius uolumus credere de uobis remanemus contenti: præſertim uidentes parum admodũ negocii teſtare ad finẽ uictorioſum ex hoſte reportandũ. Scitis fili dilecti: ſcitis uos ipſi ad finẽ oĩa negocia bona ratione ordinari: qui quidem ſi bonus ẽ: laudabilia ſunt oĩa: ſi malus uituperabilia. Vnde põt uobis manifeſte concludi oẽm huius negocii uel laudem uel ignominiam ex iſto ultimo actu dependere: ut ſi fiat concordia cũ magno noſtro dedecore: Iacobus ipſe Picininus uideatur ſuperaſſe. Naʒ de iſto Comite Piniliani aut Antonello Forliuienſi nõ expedit uos moueri. Sunt enĩʒ res friuolæ: & paruo labore poteſt huiuſmodi damnis obuiari: quod nos intendimus facere una uobiſcũ. Sitis memores nos cauſa ueſtra hoc bellũ ſuſcepiſſe: ſi noſtræ uoluntati contra ueneritis: fidẽ ueſtram & dignitatẽ uiolabitis. Valete.

SEnenſes Beatiſſimo Patri. S. P. D. Acceptis nuper cum ſumma ueneratione tuæ litteris Sanctitatis: primũ admirantes acerbe doluimus ſubortã eſſe ſuſpitionem noſtræ immutatæ ſententiæ (ut opinamur) improborum hominum præſtigiis & criminationibus. Mox uero ſponte omnẽ ſubſtulimus animoq; moleſtiam: conſcii noſtri inconcuſſi animi: & ſinceri firmiq; propoſiti: & ſimul tuæ admirabilis prudẽtiæ non ignari. An poſſit obliuiſci ullo tempore noſtra ciuitas ĩmortalis beneficii: quo tua clementiſſima Beatitudo noſtrã ſeruauit libertatem & ſtatum: hoſtium propulſauit iniurias: pro hac tuenda republica difficile & graue bellũ ſuſcepit: ſub umbra alaʒ ſuaʒ protexit a tantis periculis Senenſem populũ? Scimus nullã poſſe pro tantis muneribus ſatis dignã referri gratiam: ſed habebit certe: quam rependere nõ ualet hæc ciuitas: q̄ diu manebit: quoad ſtabunt eius mœnia: cuius nos memores ſummæ benignitatis iampridem decreuimus cum cæteris in rebus tum in hoc maxime bello ea uelle: ea ſectari: ea agere: quę tua prouidẽtiſſima inſtituiſſet Sanctitas. Id conſtanter proſecuti ſumus: id extorquere ex conſtantiſſimis noſtris mentibus nemo: nemo Beatiſſime Pater extorquere unquaʒ poterit. Stabile noſtrũ propoſitũ nemo Paſtor clementiſſime ſeu ui ſeu fraude ulla poterit ĩmutare. Totus potius concutiatur orbis: q̄ noſtra uertatur ſententia. Scimus ad finẽ referri oĩa: qui ſi bonus ſit: & quæ ad eum intẽduntur: bona eſſe: mala uero: ſi ſecus. Et tua quidem Sanctitas finem ſibi propoſuit uictoriam: atq; hoſtis expugnationem. Nos uero nullum ſectamur finem alium q̄ tuæ Beatitudinis uoluntatem. Qua profecto menſura conſilia cogitationes prouiſiones opera noſtra metimur oĩa. Qualis igitur tuæ Sanctitatis fuerit uoluntas: eiuſmodi erunt & conſultationes noſtræ oẽs & actiones. Atq; id ſibi: quęſumus: omni penitus ſuſpitione ſubmota perſuadeat tua Beatitudo. Nempe ueremur: ne improbi quidã ſerere diſcordiaʒ uelint: & ſuis fallaciis moliri nobis aduerſi aliqd. Vera pfecto Apoſtolica uox ẽ: quę ait: Quis ſcit hominũ: quæ ſunt hoĩs: niſi ſpiritus homĩs: qui in ipſo eſt? Nolimus innoteſcere nobis eiuſmodi mendacioq; inculcatorẽ. Nam nimis graue noſtruʒ exardeſcat in illum odium. Mendaces ſunt: qui nos leuitatis accuſant: impudẽtes uero: cũ uim ſibi diuinam uendicant: quaſi cogitationes ſcientes hominũ. Opera noſtra labores diligẽtia induſtria indicet noſtros: quales ſint animos. Nos memores noſtra cauſa tam benigne ſuſceptum hoc bellum a tua uoluntate atq; inſtituto nunquam deſciſcemus: in hoc exiſtimãtes ſitã eſſe noſtræ reip. ſalutẽ: cui certo ſcimus cũ ſumma pietate conſulturam eſſe tuã beatitudinẽ: & ut id facere pgat: deuotiſſimi filii atq; obſequentiſſimi clientes tuã Sanctitatẽ ſuppliciter obſecramus: & hãc tam grauiter preſſam & uexatã ciuitatẽ ſommis beatitudini tuę precibus cõmẽdamus: ſperantes illius prouidẽtia has moleſtias ppediẽ ſoblatũ iri. Vale.

SEnenſes. N. S. P. D. Cum noſtræ ciuitatis uetus ſit atque obſeruata conſuetudo reddere ius ſuum cuiq;: & Iuſtitiæ atque ęquitati conſulere: idcirco putamos illos reprehenſione dignos: nec poſſumus æquo perferre animo: qui ciuiles cauſas & controuerſias ſiue ad Apoſtolicũ tribunal ſeu alio traducere conãt: præſertim cũ in noſtro foro & apud huius ciuitatis Prætores agitari cœperint. His cum ita agunt: id proponitur noſtra ſententia: ut uel comperendinari uelint: uel artibus quibuſdã decipe atq; irretire aduerſarios. Ioannes Vierii filius & ornatus & dilectiſſimus ciuis noſter cum. N. conciui cauſaʒ habet. Ea agebatur apud eos Magiſtratus: qui Mercaturæ apud nos præſunt. Ille: neſcimus qua ductus ratione cauſam ad Apoſtolicum tribunal tranſtulit: & ita effecit. N. ut eius aduerſarii contumaciæ damnaretur. Incidit ille noſtrorum inſtitutorum grauem pœnam: ſi uelimus agere durius. Sed tamen uolumus æque conſulere noſtrorum ciuium utilitati. Oramus tuam Paternitatem dare operam: ut hæc eadem cauſa referatur: ſiue illam tua Paternitas terminandam ſuſcipiat: quod nobis gratiſſimum ſit: ſiue ad alios Magiſtratus noſtros deferatur: modo pateat non eſſe hanc ciuitatem inimicam Iuſtitiæ ac legum: quas ſtudioſe ſectatur: atq; ut ad id ſummam & accuratiſſimam operam adhibeat: uehementer oramus tuam paternitatem intercedentẽ: ne interea ad excõmunicationis notam & anathematis cenſurã aduerſum ciues noſtros procedatur: quod fore ex noſtra ſententia nõ dubitamus tuæ paternitatis optima diligentia. Optamus uero deferri ad tuum iudicium cauſam ipſam: & cognoſci ac determinari tua ſolertia. Vale.

SEnenſes Lucenſibus.S.P.D.Recepimus ueſtras litteras:quibus.N.ueſter homo:q ſub noſtro Duce militauerat:diligentius cõmendatur.Admiſit is quidẽ & multa & ſupplicio graui/digna facinora/In noſtro agro uarias rapinas exercuit:& aliis ſeſe compluribus delictis obſtrinxit. Verũ tam magna eſt noſtra erga ueſtras Magnificentias beniuolentia & charitas:ut malimus ueſtræ morem gerere uoluntati/q̃ ſeueriorẽ iuſtitiam conſectari. Soluimus illum igitur ueſtra cõmendatione ducti/& uinculis & legũ/ac iudicioꝶ pœna. Nã pro noſtra uera ac ſingulari amicitia/nihil eſt:quod nõ lætiſſimis animis/ueſtris dignitatibus gratificari uelimus:ueſtris ſtudiis prompti ſemp & alacres. Valete.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Vere tradunt Sapientes:nullũ amorẽ paternũ uincere:ſed nec eſſe quicquam homini/liberis charius.N.Sarteanenſis homo noſter/habet Franciſcũ filium:qui puerili errore ductus/aliquandiu patre inuito/peruagatus ẽ.Perquirit eum pater anxius:& cũ renunciatũ ſit illi/uerſari in tuo Regno:uenit quęritans filium.N.& tuæ Maieſtatis fretus præſidio/ſperat ſeſe inuentũ filium facile recuperaturum:ad quod aſſequendũ & ipſi quoq:qui cunctis in rebus tuæ Maieſtatis ſummã experimur benignitates:adhibemus preces noſtras:atq oramus enixius:ut in re tam honeſta/tamq iuſto deſiderio prębeat eidem tua Maieſtas & benignas aures/& neceſſariam opem. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi S.P.D.Acceptis quæ per plures litteras tua pſcribit.R.D.intellectis his:quæ nup ab Oratore noſtro copioſe relata ſunt nobis:elucentibus quotidie magis geſtis eius ad decus/ſalutem/quietem/ſecuritatẽ patriæ:ut in pauca cõferamus:ſtatuimus uere patrẽ patrię/habendã nobis tuã.R.Dominationẽ:quę nihil unquã prætermittit:quod noſtræ conducere poſſit reipub.nulla nõ in re diligentiſſima ac uigilãtiſſima ẽ.Quæ ſcribit:iucunde legimus:quæ monet:libenter accepimus:quæ gerit:mirifice/laudamus.Proq his omnibus agimus:habemuſq ingẽtes atq imortales gratias:atq idem frequenter nobis officium præſtandũ fatemur:quos conſilio/auxilio/ſtudio atque officio omni tua.R.Dominatio iuuare nõ deſinit.Cuius potiſſimũ intellecta ſententia:cũ ſit apud uos Regius Mandatarius:agitur de concordia cũ.N.Quę conficerẽtur (ſi forte ſucceſſerint) oĩa planiſſime nouerit tua R.D.per noſtras litteras:ac Vale.

SEnenſes Regi Neapolitano.S.P.D.Accepimus plures tuę Maieſtatis litteras:ac deinde uocem prudẽtis Ioannis Scribæ/ac familiaris eius in negocio Magnifici.N.cum noſtra repub. Viſa eſt Senatui/ac populo noſtro res durior.Nec iniuria. Quippe multa erant: quæ cauſam redderent perdifficilẽ.Pleraq egit.N.licenter:quę ęgre & grauiter ferenda eſſent . Qui obtenderet noſtræ reip.obligationẽ:quæ prorſus nulla erat.Nam ſtipendii ratio ea eſt:tanquã perſonalis actio:quæ tranſire nullo iure hęreditario ad liberos queat. Quanq̃ ipſe idem.N.adhuc uiuens/nunquã paſſus ẽ.N.aſſentiri fœderibus:quę cũ.N.icta erant.Nec ideo uel aſſenſum/uel nomẽ ſuũ adhibere:ut alieniorẽ a noſtra rep.animuꝫ præ ſe ferre uideret.Prior N.fœdera fregit:cenſum uero:quẽ Principes & populi oẽs honoris gratia/magni æſtimãt in primis prætermiſit afferre:quæ præuaricatio fecit:ut in pęnã Inciderit aureum.xx.M.quod plane noſtræ ciuitati deberetur . Sed quid hæc repetimus:quæ ſæpius & uoce & litteris tuæ Maieſtati innotuerunt. Quod uero moleſtius uideri debet:adiecit ad uetera.N .recentiora nõnulla:quæ uniq talia ſunt:ut prorſus ab omnibus intolleranda putarentur:quæ quanquã in promptu ſunt:libentius tamẽ modeſtiæ cauſa cõticemus.Exiſtimant uero pleriq oẽs ſalutare ẽẽ iportunos mores cohibeẽ/atq cõpeſcere inſolentiores motus:ne diſcant:qui longe impares ſunt/inſoleſcere:& quã imprimis tua maieſtas cõſilio/labore/ſumptu tuetur:quietẽ perturbare. Vale.

SEnenſes Cardinali Vrſino.S.P.D.Grauiſſima & eſt:& fuit nobis ſemp tuæ.R.D.optima in hanc remp.uoluntas & explorata charitas.Noſtraꝫ uiciſſim & id omne præclarũ tuũ genus beniuolentia:& erga tuã.R.Dominationẽ fidẽ/atq obſeruantiam latere minime arbitramur.Nos ducti & amoris affectu & cũ tuis amice agẽdi propoſito:& ut intelligat tua ſapientia:quantũ apud nos ſua ualeat auctoritas:cũ Magnifico Nicolao Vrſino concordiam tranſegimus:& in cõmendationem noſtrę reipub.libenter ſuſcepimus.Et quanquã nulla ſubeſſet obligatio:& nõnullis aliquandiu aduerſaretur Magnificus Nicolaus honeſtis conditionibus:uoluimus tamẽ concordiam & optimũ noſtroꝶ animoꝶ propoſitum cæteras ſuperare rationes.Confidimus recte ſe habiturũ Magnificũ Nicolaum:ſi reſpondebit beniuolẽtiæ noſtræ:& a tuis monitis nõ diſceſſerit. Vale.

SEnẽſes Frãciſco cardinali Senẽſi.S.P.D.Expoſuerũt nobis pleriq ciues nri/populares eccleſię diui.M.totius parochiæ nomine admirari ſe:qđ de gubernãdo eo ſacro loco innouari ſenſerũt:& amouẽdo.M.ab eius adminiſtratione.pp nõnulla:quę obiecta ferũtur de præfati.M.moribus:& prelocuti multa in eius uiri cõmẽdationẽ & laudem.Duo quęruntur. Alterũ:quod intelligant in crimen uocari hoĩeꝫ:quẽ uirũ bonũ exiſtimant:& doctũ in primis.Alterum:quod per parochianoꝶ litteras ferant:atq p eoꝶ expoſtulatis.T.R.D.de amouẽdo homine cœpiſſe conſiliũ:qui diligenti facta inueſtigatione/reperiunt neminẽ inter con/

tribules: qui ſuo arbitrio dederit quicq̃ ea de re ad. T.R.D. litterarũ: quas & prorſus a uero alienas: ac falſas affirmant. Nos aũt rogant enixius: ut plane cognito eorũ teſtimonio: cõmẽdemus illum tuę R.D. non uulgariter: quod quidem facimus non inuiti: perſpecta illorum mente: q expedire aſſeuerant: ut in eadẽ gubernatione præfatus perſeueret: Si ſimul & ſacris ædibus bene conſulitur & parrochianorum deuotioni ſalua docti uiri exiſtimatione: & ſacerdotis dignitate. Vale

SEnenſes Duci Ferrarienſi. S.P.D. Summo cũ animorũ gaudio accepimus iunctã ſacro cõnubio illuſtriſſimam Elionorã præclarã ſereniſſimi Ferdinandi Regis filiã tuę illuſtriſſimæ. D. & clariſſimorũ principũ neceſſitudinem arctiore affinitatis uinculo copulatã. Læta ſit: quæſumus immortalẽ Deũ: & fauſta ac fœlix nuptiarũ celebritas: iocundiſſimũ cõſortiũ & ſancta inter ampliſſimos principes ſacri matrimonii fœdera. Nos q regiã maieſtatẽ colimus: tuæ illuſtriſſimæ. D. optimo ueræ fraternitatis iure afficimur: magnã lætitiã: ſingularem ſuſcipimus uoluptatẽ: exiſtimantes fore hæc oĩa ad firmiorem totius Italiæ tranqllitatẽ: ſplendidi tui generis ampliorẽ gloriã. Quare ex óptimis animis gratulamur: & ut fortunet tanti boni cumulum: oramus ſuppliciter: q cęleſtia cuncta: & humana moderatur deũ: & tuã illuſtriſſimã. D pulchra ac iucundiſſima faciat prole parentem: cum tui præclari principatus firmitate ac ſplendore. Nos de benigna ſignificatione: & ſecundiſſimarũ participatione rerum gratias ingẽtes habemus: quibus cũ ueræ amicitiæ lege merito omnia communia eſſe conueniat. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Quod per tuæ R.D. litteras accæpiſſemus: queritur. R.D. Spoletanus: quod tranſpiſciam in maritima ora ea a paſtoralis exuſta eſſet: quæ ad ſuos pertinere dicitur. Explorata rei ſerie: reperimus minime a noſtris ortam iniuriam: noſtros nihil prorſus aſportauiſſe alienũ: & idcirco incendium ſubieciſſe: quod laceſſiti ſæpius iniuria ulciſci inſidiantes: & nocentes cogerentur: nec intuliſſe uim: ſed repuliſſe: quod nulla prorſus iura negant. Mittimus quas ea de re dedit legatus noſter ex ea regione ad nos litteras R e comperta: non dubitamus tuã. R.D. falſam criminationẽ: quę intẽditur: facile depulſuram: & præfatus. R.D. effecturũ: quę iuſto digna ſunt ac ſapiente uiro. Quod aũt rerũ gerendarum eius in eius locis plane cognitus eſt: noſtri parati ſunt caulam reficere ipſam. Vale.

SEnenſes Paulo Lucenſi uniuerſali Rectori: & cõmuni gubernatori religioſorũ uirorum diui Bernardini Senenſis dogmati conſecratorũ. S.P.D. Quanto amore religionẽ iſtã: & profeſſores eius: ac ſtudio proſequamur: credimus nequaq̃ tuã paternitatẽ ignorare. His nos accuratiſſime fauemus: qđ perſpicua quottidie argumenta declarant: & de Sarteanenſi conuentu faciliime cõprobatur: cui: ut uia quædã ad eius loci cõmoditatem reſtitueretur: operã efficacẽ dedimus: quod & factũ eſſe cõſtat. Sed cum intellexerimus: ſine conuentus detrimento ſatiſfieri poſſe ẽt fideliũ noſtrorũ non iniuſto deſiderio: ut uidelicet conceſſo tuis ad tranſeundi facultatẽ eiuſdẽ uię ſpatio brachiorũ quinq;: quod ſufficere cernitur: reliquum remaneat in Sarteanenſis populi poteſtate: hac tamen cõditione: ut reficiatur ab eo murus: qui ex pacto antea quoq; conſtructus erat: nec ante muri conſumationẽ poſſeſſionem adeat remanentis uiæ. Ita.n. ambabus partibus rectiſſime conſuletur: & firma inter eas concordia perpetuo futura cum tuo cõmodo: & Sarteanenſiũ placito. Oramus igitur. R. tuã paternitatẽ: ut hanc rem conficiendam cõmittat cuſtodi Sarteanenſis cõuentus: ut oĩa probe ac rectiſſime tranſigant. Nos accipiemus id omne gratiſſimũ: qui maxime ſtudemus placere Sarteanẽſibus: quos habemus in precipuorũ filiorũ numero: & quos omni fauore noſtro digniſſimos iudicamus: & quando neceſſe fit: etiã poſſet uię eiuſdem aliquãto relinqui ſpatiũ maius: & pauxillulũ etiam facile cederetur. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Reuerendiſſimæ per ſępe tuę. D. egimus gratias: & ut crebrius agamus: efficit recentiũ beneficiorũ cumulatio. Nam fuit gratum admodũ: & ſalutare: tuã. R.D. de re. N. cum. R.N. uerba feciſſe. Nos tandem & noſtro ingenio ad qeta propenſi: & tuorũ conſiliorũ memores cum præfato. N. concordiã coiuimus: pcuſſa ſunt fœdera: & ſtipendiũ illi pacti ſumus annuũ quo tum patri dedimus non ex uetere obligatione: quę nulla erat: nec ullo hęreditario iure pueniebat ad filiũ: ſed ex nouis fœderibus: quæ de integro pro ſeptẽnio cum illo pepigimus: eumq; in cõmendationẽ & protectionem noſtrã ſuſcepimus. Cõfidimus iam expertũ noſtrę reip. optimã uoluntatẽ: & paternũ animũ rectę ſe habiturũ: pſertim ſi a ſalutaribus pfati. R.D. cõſiliis: atq; monitis non diſceſſerit: qua in re cũ eiuſdem ualuerit apud nos cõmendatio: damus: & quas cõgruere rati ſumus ad eius. R.D. literas. Vale.

SEnẽſes Cardinali Papienſi. S.P.D. Non erat obſcurũ nobis uel anteq̃ tuę. R.D. literæ nobis redderentur: quo ordine qua diligentia qua celeritate agant oĩa: quæ ad cauſam rectæ iudicandã cumulatiſſime nouit ſingularis tua tum ſapientia expedire: tum uirtutis quę cupientibus nobis certam ſpem cõcordiæ pollicetur. Credimus non iniuria datum conciliatorẽ deſup: q ſublatis cunctis turbationũ ſeminariis ita efficiat: ut ſumma pacis tranqllitate noſtri una cum finitimis pfruant. Opus certe magno: & ſapiente uiro ac principe dignũ quo nihil nobis optatur uehementius: q cum Florẽtino populo ueram tuemur fraternitatẽ: atq; amicitiam: quã nõ tam uicinitas ſociauit: q̃ potius natura coniungit: & ratio. Tuam. R.D. ad rem confir-

ciendam magnis precibus obſecramus: Laurentiũ uero Medicem uirum præſtantiſſimum: atq; amiciſſimũ nobis laudamus plurimum: cuius optimũ boni propoſitum ſane in promptu eſt. Iuuat tamẽ etiam cognouiſſe per litteras: quas remittimus: & gratias tuę. R. D. ingentes habemus. Vale.

SEnẽſes Pontifici Maximo. S. P. D. Regebat eccleſiam ciuitatis noſtræ Ilcinæ. N. Sacerdos: cuius mores nõ modo nõ probandi erant: ſed ne tota perturbaretur ciuitas: minime tollerandi. Quos recenſere prohibeat Sacerdotalis dignitas: quã (ut fas eſt) in magno ſemp habuimus precio. Cum igitur ad euidendã eius urbis cladẽ: ab eius ſit ãmotus eccleſiæ gubernatione: ne qd & diuini cultus deſit honori: & animarũ ſaluti: ſupplicamus tuę beatitudini: ut eidem eccleſię de ſua pietate prouidere dignetur: ut œconomicũ aut nouũ rectorẽ: q pro uera religione: uitę integritate: & ea ſufficientia: quam in ſacro miſterio neceſſaria arbitremur: ac ſola ĩpartitur diuina bonitas: eccleſię ſatiſfaciat dignitati: & populi eius deuotioni: ac ſaluti. Quo maxime ſemper curare cõſueuit tuę beatitudinis prouidentia: quę & uerum gerit Chriſti Vicarium: & eius ſectatus ueſtigia: uelit omnes homines ſaluos fieri. Erit id non mõ Ilcinis ciuibus: Sed nobis quoq; gratiſſimum. Vale.

SEnẽſes Aragonorum Regi. S. P. D. Sereniſſime Princeps lætis accepimus: atq; exultantibus animis: quæ de proſpere geſtis tuæ Maieſtatis: & de recuperata Barchinona urbe & Chathaloniæ pricipatu: p tuę maieſtatis litteras nup ſignificata ſunt nobis. Lętamur florere tuũ pręclariſſimum Regnũ: & q tuę parent Maieſtati populos concordia: pace & ſecundiſſimis rebus ſub Rege potentiſſimo pfrui. Nos: q & Iuſtitiam maxime deoſculamur: tuam colimus maieſtatem: & eius proſpera cuncta optamus: ęterno: & imortali deo ſummas: atq; imortales grates pſoluimus: q optatã tribuit tuę Maieſtati cum fœlicitate uictoriã: & ut oĩa fortunet indies magis ſuppliciter obſecramus. Tuę autẽ Maieſtati nos plurimũ debere profitemur: quos uera nr̃a pſpecta deuotione: & fide tantæ iucunditatis p ſuas litteras uoluerit eſſe participes. Eidem hanc patriam ſuo nomini deditiſſimã ex optimis animis: tum commendamus: tum promptam ad obſequendum deferimus. Vale.

SEnenſes Florentinis S. P. D. Vir ſpectatu dignus Petrus. N. ciuis. ueſter: & Volaterranus Pręſes ſupioribus diebus: cum in manus eius incidiſſet homo furax: iuſto illum affecit ſupplicio. Is ſurripuerat cõpluſculas ſuppellectilẽ ciui noſtro p egregio Andreoccio Cinutio Eqti: q Nurſię præturam gerit. Cum pertinere res ablatas ad ciuẽ noſtrum perſpicua documenta cõprobent: rogamus uos: ut ad eum ipſum Volaterranũ præſidẽ litteras dare uelitis: ac iubere: ut noſtri ius ſuum aſſequantẽ: & ſua reportẽt: quæ ipſius uirtute præſidis recuperata ſunt. Ita. n. duplex iuſtitiæ munus expletũ fuerit: ut & improbus iuſta piacula exegerit: & iuſto domino ſua reſtituantẽ. Nos. n. eadẽ ſemp & libenter efficimus: nec iuſta petentibus: quotiẽs pa troantis miniſtrationẽ negare ſolita eſt noſtra reſp. quod & ſane in prõptu ẽ: & contra afferre: quiq; iure poſſit nihil. Valete.

SEnenſes Summo Pontifici: S. P. D. Tuę ſanctitatis cõperta benignitas: noſtra erga Apoſtolicam ſedẽ: ac tuã beatitudinẽ fides fiduciã pręſtãt: explorata uirtus: & ſingularis doctrina Franciſci Sanſonis chari nobis non ſolũ: qa ciuis: & optimo in noſtra urbe genere natus eſt: ſed multo ẽt magis pro ſuis moribus: & magnis laudibus cauſam præbent: ut eum tuæ ſanctitati ſuppliciter cõmendemus: ut q ſuo merito: & pro uetere beniuolentia tuę beatitudini charus agnoſcitur: fiat noſtra interceſſione gratioſior apud tuã ſanctitatem: quæ ſibi quęſumus perſuadeat: quicquid illi cõmodi: honoris: beneficii cõferre dignetur: id omne gratiſſimum futurũ nobis: & uniuerſo Senẽſi populo accipiẽdũ ſummi beneficii: ac muneris loco. Vale.

SEnenſes. N. Principi. S. P. D. Alias dedimus ad tuã illuſtriſſimã. D. litteras: per q eas cõmendauimus Dauiũ Sozinũ: ciuem noſtrum: q in præclara tua urbe ætatem agit: q tum pro ſua perſpecta probitate: & itegris moribus: noſtro ſit admodũ amore dignus: cogimur rurſum tuã rogare illuſtriſſimã. D. ut eundem cõmendatũ ſuſcipiat: tanto libentius quanto nos uehementius ad ſcribendũ inuitat: atq; impellit non mõ eius uirtus: ſed etiã tuæ illuſtriſſ. dominationis comperta: atq; explorata in noſtros ciues beniuolentia: & ſumma humanitas. Qui tuo ingenti amore cõplectimur: cõfidimus & noſtros quoq; fore ſemp apud tuã illuſtriſſimam dominationem gratioſos: præſertim noſtra commendatione adiecta. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Quod honeſtũ ſit: piũ: & laudandũ opus ſponte ſua libenter ſemper efficit tua. R. D. Cui cum cognita ſit cauſa ſanctarũ Virginũ monaſterii diuę Mariæ Magdalenæ: de qua iampridẽ alias dedit noſter magiſtratus litteras: exiſtimamus nihil monito: nihil rogato opus eſſe. Verũ qa eędem Marianæ Virgines uiam Dei in ueritate ſectantur: & Magdalenã imitantes: quæ nunq̃ a Chriſti latere diſcedebat: inter prudentes merito annumerantur: oramus tuã. R. D. quę ueros dei ſeruos: & ancillas Chriſti benigno fauore proſequitur: tanto eadem ſanctas Virgines protegat: ac foueat ſtudioſius quanto id nõ illi ſolum: ſed nobis quoq; futurũ eſt gratius. Quidnã expediat: recte nouit tuę. R. D. ſapientia: cui cauſam hanc omnem diligentiſſime cõmendamus. ac Vale.

SEnenſes. N. Epiſcopo. S.P.D. Scripſimus paulo ante ad tuã. R. paternitatem litteras in cauſa oppidanorũ noſtrorum: cum eorũ plebano: quos diſſidere moleſtum ẽ nobis: cuius nihil cupiamus uehementius: q̃ noſtrorũ oĩus concordiã: atq; quietẽ: ac propterea oppidanorũ ipſorũ ſaluti ac deuotioni prouideri. Ita tamen: ut nulla ex parte Sacerdotis iura lęderentẽ. Rurſum hortamur tuã. R. paternitatem: ut eorundẽ fideliũ optimam rationẽ habere uelit: & rogatu noſtro eorũ conſolationi proſpicere: & quatenus ęquitas: atq; honeſtas patiatur. Vincentiũ & q̃a Sacerdos eſt & ciuis noſter: cõmendatũ ſuſcipere: ut eo tẽperamento: quod facile poterit tua excogitare prudentia: utrorumq; iuri cõmodiſſime conſulatur: ac neutris fiat iniuria: quod nihil difficile futurum eſt tuæ. R. paternitati: quæ tum iuſtitia: & ſapientia: tum humanitate plurimum ualet: & gratia. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Cartuſienſis. S.P.D. Magnifacimus ſacrã iſtam religionem R. pater: Cartuſienſis ordinis. Tria ſuburbana maiores noſtri ſtruxere monaſteria. His nunq̃ uel huius reip. uel noſtrorũ ciuiũ defuit adiumentum. Ac ne qd aut de Pontiniano: aut Maiano ſcribamus: quorũ utrunq; pcõmode celebratur: id quod ob loci amœnitatẽ pulcher proſpectus accepit cognomẽtũ: & a noſtra urbi ſtadiis circiter. iiii. abeſt: Cum quadam obſoleſcat incuria: diligentiore quadã eget induſtria. Rectore opus eſt: qui ſolertia: & rerũ amminiſtrandarũ ſtudio: cõficiẽdarumq; celeritate ſumma ualeat. Cupimus igitur: ut is ei monaſterio pręſit: q & ſanctam anachoritarũ morũ uiuẽdi rationem firmiſſime tueatur: & illa curet magno ſtudio: quę niſi ſumma adhibeatẽ diligentia: facile breui tempore perire poſſint. Quod ſi uir Senenſis præficiatur: cõfidimus & res cœteras omnes: & monaſteriũ ipſum facile ſaluũ fore. Nec deeſt qui ex tuo grege abunde ſuppetere poſſit. Vale.

SEnenſes Abbati generali Montis oliueti. S.P.D. Noſtra ciuitas ſemper & diuini cultus: & religionis fuit per ſtudioſa. Hinc profecti ſuntq; non modo ſancta multa cõdiderũt monaſteria: ſed & qui celebriũ religionũ auctores extiterint. Et ut diuum taceamus Bernardinũ: q diuino conſilio: ſingulari ſapientia: mira doctrina: incredibili uirtute: & diligenti opera: ſacram obſeruantiũ minorũ regulã: iam pene extinctam excitauit: & auxit: Stephanũ: & Regulinũ: a quibus Canonicorum Regulariũ ordo primus exortus ẽ: Ioannẽ Colombinũq; ſanctam Ieſuatorũ fraternitatem primus inſtituit: Sororẽ & ipſum uirũ Senenſem humilis ordinis: ſed magnæ uirtutis: a quo in toto terrarũ orbe celebris hoſpitalis ædes: & Scalę cognõmine clarat & Infulatorũ ordo traxit originẽ: Montis oliueti piiſſimo: ac ſancto cœnobio: & illa iam ubiq; gẽtium ſacra heremo p uulgata: quæ inter horridas rupes: & pręrupta colliũ poſita: ita fœliciter germinauit: & uiuendi ſanctimonia: & lętiſſima propagatione cœnobitarũ (pace aliorũ ſcripſerimus) uetuſtiſſimę cuiq; religioni ſit cõparanda. Quæ ut in Senenſi ſolo primum condita eſt: haud longe a Cluſuris oppido: ubi in edito colle fœlices diuæ longo iam æuo perpetua quadã & pene incredibili uiriditate ſeruantur. ita & Senenſem uirum eius fecundiſſimæ prolis patrem: & auctores habuit Bernardum Ptolomęum: qui cum nobili floreret genere: & magnis opibus: ſpretis tamen ſeculi

Reliquum huius non inuenitur epiſtolę.

SEnenſes uniuerſis ac ſingulis: qbus hę noſtrę litterę delatę fuerint: ſalutem: ac proſperos ad uota ſucceſſus. Mos fuit ſemper clariſſimorũ principum: atq; eorum: qui cum ſumma laude ciuitatibus: ac rebus publicis pręſunt: eos amplecti: & ſummis proſeq honoribus: qui uirtute doctrina: & bonarũ artiũ laude: & ſplendore ornati: maximã ætatis partem ad cõmunem hominũ utilitatẽ: atq; ſalutem accomodauerunt. Si nõ ſolum nobis: Platone teſte: nati ſumus: & pro explorata Stoicorũ ſententia: homines hoĩum cauſa naſci cenſentur. Ita Herculẽ illũq; ques hominũ fama beneficiorũ memor: etiã collocauit in cœlo: q totũ ferme peragraſſe orbes fertur: ut cunctis ſua uirtute: ſapiẽtia: auctoritate pdeſſet mortalibus: nulla unq̃ reticebit ętas: nulla obliterabit obliuio. Profuit Hercules uiribus: pfuit robore: & incredibili animi magnitudine. Medici quoq; & quanas humanæ fragilitatis ęgrotationes: multiplices diuerſorũ morborũ languores ſanant: & ipſi quoq; uarias longis peregrinationibus: maximis diſcriminibus: & laboribus luſtrantes regiones ad prodeſſendũ hominibus: atq; ad eorũ ſalutẽ tuendam: curam: induſtriam: operam deniq; accuratiſſimam conferunt. Et euntes pene in mundũ uniuerſum: curant infirmos: periculis liberant: & ammiſſam plærumq; proſperã recuperant ualitudinem: quod de Podalirio: ac Machaone Iliacis temporibus: magnus: ac celeber cantauit Homerus: & eoſdem noſtra quoq; tempeſtate nõnulli imitãtur: quos ĩmortalis: ac beneficentiſſimus deus miſeratus humanæ cõditionis imbecillitatẽ pie dedit: & egentibus ope quodãmodo de cœlo tribuit: ut: qui uult oẽs homines ſaluos fieri: q humanis etiã corporibus mederentur: & mortaliũ ſaluti proſpicerent: pro ĩmenſa diuinitatis ſuę pietate largiretur. Creat nanq; altiſſimus Medicos propter neceſſitatẽ: & debitis honoribus afficiendos iubet. Cum autẽ multa eſſe cõſtet: quę nocere humanæ infirmitati poſſe uideãtur: illa tamen perniicioſiora: & uere lethalia eſſe cernuntur: quę a uenenatis cum rebus aliis tum ſerpẽtibus: quorũ innumera multitudo: ac uarietas cernitur: hominum uitę: ac ſaluti inſidiantur: quãq̃ nõ ab anguium: & ſerpentium: nõ ab araneorum & cœterarum beſtiarum genere ſolũ: ſed ab innumeris uenenatorũ: ac multi-

plicibus differētiis: quas uel ad humanā dignitatem cautiorem reddendam natura finxit: uel ad nocendum inuidens fœlicitati humanæ ſecuritatem: & ſuo ipſius maxime noxia generi: maligna hominum excogitauit induſtria uitę ac ſalutis īnumera impēdēt diſcrimina. Cum adeo præſertim in hac huius ſęculi labe ſęuiat inter ſeſe humana uel cupiditas uel neqtia malorū radix omniū: ut alius interdum aconita miniſtret: alius rubetam miſceat: alius mortifera pocula: & arte uaria lęthaliter cōfecta uenena præbeat. Quas ob res operępretiū facere merito iudicātur: q patefactis animaliū quorundā corporibus: extis uiſceribus pcordiis erutis: teſtibus: & id genus ſalubribus amputatis membris: a remotiſſimis ſæpe oris perqſitis adiumentis: indagatis herbis: in quibus pręcipua quędam latet ad medendum uirtus; certis mixtionibus: cōtuſionibus: conglutinationibus ad noxium uirus repellēdum: ad effugiendam peſtiferi ueneni luem: ſalutare antidotū: & liberādis corporibus optima: & accōmodata medicamenta conficiūt: fręti perſpicuis ac frequentibus experimentis: ex qbus etiā ipſam conſtare artem: nequaq̄ uel ipſi ſapiētes inficiantur. Sed ne plura in mediū pferātur: hae una de re: cuius in hominū uita proculdubio magna habenda eſt ratio: illos nimirū efferēdos cēſemus honoribus: q harum rerum pollent peritia: & eandem ad ſalutē atq̧ cōſeruationē mortaliū cōferunt: quorū fragilitas īnumeris calamitatibus uidetur obnoxia. Hoc nos numero merito cōſtituēdū putamus generoſum equitē atq̧ Palatinū Comitē: & cum primis medendi peritia: clarum dominū dignitate: artem magiſtrū .N. ex urbe .N. oriundū: q apud nos aliquandiu uerſatus: multa in ſalutari eius miniſterio fœliciter geſſit: preſſos uariis lāguoribus ſanauit cōplures: & cōtra uenena miranda pericula fecit: & ſuis optimis antidotis ſalutaria remedia præſtitit: ut multi ex noſtris optimū phibeant perinę teſtimoniū. Quæ res cum apud nos percrebuiſſet: inſtituimus: & ipſi fidē facere ſalutaris exercitationis: & præcipuæ humanitatis: per quę duo maxima plærūq̧ hominibus adiumēta atq̧ cōmoda īportant. Proinde principes oēs ac potētatus: & ciuitatū ac populorū rectores rogamus: ſocios nr̄os: amicos: fœderatos requirimus: ſubditis uero nr̄is edicimus: ut & reliqua q̄ hiſce de rebus ſcribi cōſueuerūt.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Scimus nullo modo probari a ueſtris magnificētiis: quę aduerſum noſtros uel iniuſte uel aſpere gerantur. Nicolaus Seuerinus iuris conſultus: & Eques inſignis ciuis noſter chariſſimus in ueſtro agro haud longe a Calceonis finibus habet fundū: inq̧ illo armentū: boues circiter ſex: & uiginti. Hoc pecus inſtituerat inde educere. Anteq̄ id faciat: ſcribit ut boni uicini fungatur munere: ad Pręfectū ueſtrū .N. q pro ueſtra rep. exigit uectigalia: & eductiones ſignificat. Cum pecus omne in noſtra ditione eſſet: uenit interea uectigalis ipſe armato ſatellite ſtipatus: & agrū noſtrū ingreſſus: pecus ſecum abduxit: noſtra ditione uiolata. Cūq̧ res ipſa prefato ciui noſtro innotuiſſet: cōfeſtim præfectū affatus: cum iniuriam expoſuiſſet: & ſuum ſibi reſtitui popoſciſſet: & ſatis dare paratus: etiam ſi minime æquum uideretur: & tamen pecus recuperare nequaq̄ potuit. Id nobis certe iuſtis de cauſis moleſtū eſt: & iniuriis uobis factū arbitramur. Quare petimus a ueſtra magnifica fraternitate: quod æquum ē: & fraternitati ac uicinitati noſtræ cōſentaneū: ut iubeat ciui nr̄o abductū pecus reddi: atq̧ reſtitui. Et ille q ab omni culpa ac fraude prorſus eſt alienus: q non ullam fecit: ſed certā potius paſſus eſt iniuriā: offert tamen ſiue iſthic ſiue apud præfectū uectigaliū cauere ac ſatis dare ſe paratus: ſi qd iure conueniat. Quod cōfidimus illū certo aſſecuturū a uobis: quos ſcimus nolle pati: ut fines noſtri ullo modo uiolentur a quopiam. Ac in noſtro quidē agro factū eſſe: & ſi fidē adhibemus claro: & perſpectę fidei uiro: adſunt tamen: q pſpicuū perhibēt teſtimonium. Itaq̧ tanto poſtulamus enixius: ut reſtituatur iniuſte detentum pecus: ut præmiſſum eſt fide iuſſore præſtito. Valete.

SEnēſes .N. Eq̄ti .S.P.D. Intellectis tuis lr̄is: cupidi libēter tuis poſtulatis annuēt: ex nr̄i Senatus cōſulto operā dedimus: ut duorum mēſiū dilatio cōcedatur: ac pro rogetur tui magiſtratus ingreſſus in kal: Ianuarii: qui proxime futurus ē. Fecimus id libenter: perſuadentes nobis: qd in tēpore curabis adeſſe: & pclaro nr̄æ urbis magiſtratu laudabiliter fungi. Hoc uos ſignificare uoluimus: ut ītelligas te apud noſtrā remp. oibus ī rebus ualere gratia. Stephanus Antonii noſtri cōſiſtorii ſecretarius deliberationē noſtras annotauit. Vale.

SEnenſes .N. Epiſcopo .S.P.D. Pro mutua beniuolentia ſolet ſemper noſtros tua .R. Paternitas amice: humaniterq̧ tractare. Cū igitur uacet eccleſia .S. Petri de Buxo per mortem rectoris eius: quæ in ditione noſtra: & tua dyoceſi ſita eſt: cōmendamus tuæ .R. paternitati Lucam: cui has dedimus litteras: dilectū ciuē noſtrum: & inopem uirus: qui ad ſacerdotale munus intendit: & diligenter illius eccleſiæ curę pręeſſe poterit. Quare ſi hoc ſibi beneficiū conferet tua .R. paternitas: erit nobis gratum: & ſimul placebit cōmēdationē noſtram efficacem uideri. Viciſſim gratificari tibi omnia parati ſumus. Vale.

SEnēſes Florētinis .S.P.D. Cōmendauit uobis p binas litteras magiſtratus noſter cauſas Nicolai Seuerini Eq̄tis ac peregregii ciuis noſtri: ut eius pecora fide iuſſore præſtito: liberarēt. Q̄d cū factū ſit: & iuſte: atq̧ amice cōceſſum: habemus uobis gratiā. Et qd reliquum ē: eadē fiducia petimus: ut eum ex noſtro agro: & ditione (ut teſtibus locupletibus cōſtat) abductę ſint boues: ueſtra opa: atq̧ auctoritate: & fidei iuſſores quoq̧ ſoluantur quod æquitas poſtulare uidetur. Sed nos accipiemus beneficii loco: & erit (ſi fuerimus aſſecuti) q̄ gratiſſimum nobis. Quibus & periucundū ē: q̄ maxime omnia gratificari uobis: qui bene. Valete.

SEnēſes Florētinis.S.P.D.Cū ſimus uere parati (quātū in nobis ē) cauſam de finibus cum Collenſi populo tērminare·ne nimium reperita afferat utriſq; moleſtiā: & uere aliquando cōcludatur:quod certe noſtri deſiderii eſt: delegimus Cōmiſſarium noſtrū:ad id cōficiendum ciuē:quem uriq; maxime iudicamus idoneū:Chriſtophorum Gabrieli: & illi:q ualde optat rei concordiā: & pacatum exitum·mandatū: & ſummā auctoritatem tribuimus·ut uobis:atq; omnibus pſpicuū ſit:nos uere cupere:delere eiuſmodi cōtrouerſiā.Petimus igitur:oramusq;:ut ſicuti p Oratorē noſtrum Leonardū Beneuolentiū·iuſte: & amice polliciti eſtis: deligatis & ipſi ciuem:eadem prçditum uoluntate: & qui q̄ primū mittatur: & ſummā habeat eius rei poteſtatem: & eum noſtro ſimul non diſceptantiū ſtudia:ſed ueritatē·concordiā·& uerā cōciliatiōem ſequatur.Nos:quę poſcimus a uobis:certe ipſi uere praſtabimus.Erit pgratū nobis:ut imprimis acceptio pſonaꝝ tollat e medio.Expectamus igit:quale & ſperamus:p uo10 reſpōſum. Valete.

SEnēſes Frācīſco Cardinali Senēſi.S.P.D.Accedit iſthuc ſpectabilis Rhodius Eques Petronius Petronius: & cauſā habet·quā ipe corā expoſiturus ē.Cōfidit uehemēter ī tuę.R.D.benigno fauore:noſtra pſertis cōmēdatiōe adhibita.Cū oibus ī rebus pfuiſſe ſemp nſas litteras apud tuā.R.D.intelleximus: hoc quoq; tēpore gratiſſimum erit:ut pfatus Eques: & tuę.R.dominationis & per illam nobis quoq; gratiam ſit habiturus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Quemadmodū ſupioribus ſcripſimus litteris·in iis:quæ nobis in cauſa Petroni Petronii:Rhodii Equitis:p Ioannē Monachum diui Anaſtaſii ſunt expoſita·reſpondimus:ipſum iſthic propediē affuturū. En uenit:ut rem ſuā cum tua cōferat:atq; expediat.R.D.Hanc oramus:ut præfatū Equitē clementer ſuſcipiat: & cauſas eius ita cōmendātibus nobis:tractare uelit:ut cū ſit dilectiſſimus ciuis:intelligat cōmendationē: & diligentem:ſtudioſamq; fuiſſe: & ſibi plurimū ſalutarē. Vale

SEnenſes Lucenſibus.S.P.D.Cum ſit noſtræ ciuitatis·ac ueſtræ reip ſumma neceſſitudo cum ſit utriuſq; probata admodū amicitia·ac uera fraternitas:nihil dubitamus ueſtras magnificentias:Senenſium ciuiū eandem:quā Lucēſiū:habituras eē rationē.Cum igit Philippus Accurſius charus ciuis noſter·ac negociator·nōnullam uim frumenti uendiderit: & iam iſthuc inuexerit:nōdum tamen:quod ſibi Cāpaneatici·ac Ciuitelle pactū erat:accepto pre io·iuſtū:æquumq; petimus: ut pro data merce·debitā ſibi·conuentāq; iubeant ueſtrę magnificētiæ pecuniā perſolui: & cum iam tandē expediri:q ut promiſſa exſolueret: & fidē ueretur aduerſam: & per grauē ualitudinē cōtraxit: & uitę ſe obiectauit periculo.Igitur & ueſtra quoq; ciuitas iuſtitiæ obſeruantiſſima fidē ſeruare debet:quæ eſt dictorū:cōuentorūq; coſtantia: & ueritas. Frumētum autē aduectum·iure putandū ē: & bonū: & incorruptū eſſe·ac merito ſuſcipiendū.Nam & ſuſceptū iam eſſe a ueſtris:huius rei perſpicuū argumentū facit.Alioquin non erat initio ſuſcipiendū.Sed & alii:qui frumenta mercantur:idem ipſum frumētū (ut accæpimus)etiā maioris emere uoluerunt quod negantibus ueſtris permiſſum non ē.Quare petimus a ueſtra fraternitate:ut inſup adiecta intercęſſione noſtra:det operā celeriter ciuē noſtrum: & mercatorē Philippum expedire:ne eius rei moleſtia longior·grauius in cōmodum allatura ſit.Placebit uęhementer nobis:ſi pro ueſtra conſuetudine cognouerimus:nō fuiſſe inanē cōmendationē noſtrā:cum ſolita ſit ueſtra fraternitas nō modo iuſtitiam noſtris exhibere:ſed etiā humaniter gratiam conferre. Valete.

¶Patentes Litteræ.

CVm ad nōnulla Italiæ loca·ſpectabiles·ac dilectiſſimi ciues noſtri proficiſcantur: Laurentius Sainus: & Angelus Baldus ad noſtræ Reip. expedienda negocia:hortamur:rogamusq; dominos·ac Principes oēs·fratres:beniuolos:atq; amicos:nos: q Senēſi reip. præſumus:ut eoſdem ciues noſtros amore·ac beniuolentia proſequātur:faueātq; qbuſcumq; in rebus fuerit opus:ſed tam eos:q̄ comites eorū oēs cū eqs & bonis ſuis:tuto·ac libere uenire·demorari·tranſire·ac diſcedere patiantur moleſtia omni:atq; impedimento ceſſante: & abſq; alicuius pſolutione cabellę:aut cuiuſuis oneris.Prouideantq;(ſi fuerit opus)de cohorte·ac ſaluo ductu·ut quocunq; neceſſe ſit:noſtræ reip. gratia·libere ualeant proficiſci. Quod & gratiſſimum erit nobis: & ad uicē rependendam·offerimus uos·ac noſtrā ciuitatē libenter oia gratificari paratam. Valeāt qui legerint:

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Cum iſthuc proficiſcatur uenerabilis Archidiaconus noſter: & Apoſtolicus Prothonotarius Thōmas Piccolomineus: in Romana curia affuturus:ſitq; in eorū ciuiū numero:quos magno amore: & charitate cōplectimur:tuam.R.D.oramus·ut uenientē illū benigne·humaniterq; ſuſcipiat: & oibus in rebus cōmendatiſſimū habere dignetur.Ac ſiqd opus acciderit: & ille opem tuam implorauerit:rogamus tuā.R.D.ut eidē præſens·ac propitia uelit eſſe.Nam ciuis noſtri pręfati dignitatē: & cōmodum augeri uęhementer cupimus. Vale.

f Enenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Tanta tua eſt erga nos beniuolentia: & charitas:ut ēt leuiora petere nō dubitemus:ſed quę nobis grata ēt ſunt futura.Prefeceras Cellę monaſterio.S.Saluatoris Antoniū monacū eiuſdem Ciſtercienſis ordinis: & monaſterii.

Hic ei officio renũciauit: & ea ſe moleſtia liberare uoluit. Proinde oramus tuã R.D. ut ipſa quoq; pro monaſterii cõmodo: & Monacorũ oĩum qete: atq; cõcordia cõtẽta eẽ uelit: atq; Abbati ipſi tradere poteſtatẽ: ut ad id munus exercẽdũ deligat: quẽ ex ſuorũ numero maxime iudicabit idoneũ. Q̃d cũ ad monaſterii utilitatẽ cõferre putemus: facile futurũ cõfidimus a tuę. R: D. clemẽtia. Vale.

SEnenſes Sũmo Pontifici. S.P.D. Cum ſciamus tuã Beatitudinẽ ſolã amplecti cõcordiã: & pacẽ: & quę aduerſantur quieti maxime deteſtari: proinde ſignificamus: quod nobis ualde moleſtũ eſt. N. quoldã collecta peditũ manu Fichinũ uerſus in noſtrũ agrũ hoſtiliter irruiſſe: & inde pecorũ abegiſſe prędã. Quod qdẽ credimus aduerſus tuæ ſanctitatis factũ eſſe uoluntatẽ: quę pacis ẽ: & iuſtitiæ caput: & auctor. Miramur in tãta rerum tranquillitate excitari malorũ ſemina: &. N. grauiter dolemus iniurias: quas diffuſius noſter declarabit Orator: quẽ dignetur quæſumus tua ſanctitas audire clæmenter: cui ſupplicamus: ut iubeat. N. qete agere nobiſcũ: atq; abſtinere iniuria: & prædã ablatã reſtituere. Ac monere ſiqd de finibus agendum putant: ut amice: & cõcorditer oĩa cõponant: omni turbatiõe ſublata. Nam alias obtulit noſtra reſp. paratã ſe per Legatos miſſos utrinq; cõtrouerſiam oẽs de finibus terminare: & cum Fichinenſes per incendiũ amiſerint ſcripta iura ſicut alias factũ eſt: rurſum offerimus noſtros acqeturos libris publicis: qui de finibus ipſis apud. N. extant. Ita agendũ putamus: nõ diſcordiã: & contentionẽ incendas. Ac ſiquid a noſtris reſtituendũ ſit: id ſponte: & libenter offerimus: ut intelligat tua ſanctitas uere nos eſſe ſtudioſos pacis: & tuę beatitudinis obſeruantiſſimos. Sed. N. excurſionibus: & iniuriis obſtare debet tua ſanctitas: & ita illi deuotiſſime ſupplicamus. Vale.

SEnenſes. N. S.P.D. Non poſſumus nõ ammirari: & dolere uehementer magnifici uiri. quę a ueſtris nuper contra Fichinenſes noſtros geſta ſunt cõtra amicitiæ legẽ: contra ciuilitatis coniunctionem: cõtra rationẽ recte: & quiete uiuendi. Hoſtilẽ in noſtrũ agrum excurſionẽ: & prędã illatam grauiter cõquerimur: perſuadẽtes nobis iniuriam: & uiolentiam in tanta rerũ qete: Sũmi Pontificis ſanctitati plurimũ fore moleſtã. Cui pax: & Italiæ ocium maxime cordi ẽ. Quæ cum iniuſte a ueſtris facta ſint: petimus: ac requirimus ablatæ prędę integrã noſtris reſtitutionẽ fieri: & cohercere a ueſtris magnificentiis: qui adeo temere quietẽ ſimul: Iuſtitiamq; pturbant: ut amice: honeſte: & pacate uiuatur: ac tollantur malorũ oĩum ſeminaria. Et nos quoq; ſiqd a noſtris reſtituendũ ſit: curabimus: ut noſtræ pateant uoluntati. De finibus autẽ nõ ignoratis mentẽ noſtrã: qui alias Cõmiſſariũ miſimus: q cõcorditer una cũ ueſtro diſceptationem eiuſmodi terminaret. Cumq; incendio perierint: quæ habebant Fichinenſes in fauorem ſuæ cauſæ ſcripta iura: obtulimus ſtare eos cõtentos fideq; quæ in ueſtris monumentis: & eẽſitorũ extant libris Quod qd poterat offerri maius? Rurſum tamen: ut intelligatis nos concordiã affectare: offerimus Cõmiſſariũ denuo: ad fines terminandos mittere: ſi uos quoq; ueſtrũ miſeritis: & ad rem cõponẽdã dabimus eſſicacem operã: acqeturi rationibus: & fidelibus documentis. Expectamus ueſtrũ reſponſum: qui noſtrorũ damna: & iniuriam fieri noſtris: nec pati debemus: nec uolumus. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Non putamus ſcripto opus eſſe: q̃ gratũ nobis ſit: Plumbinenſi Domino: q cum ſumma ẽ huic reip. neceſſitudo: oĩbus in rebus morẽ gerere: & eidẽ pſuaderi nos ſua oĩa negocia ita curare: ut amici aſſolent: quorum ſunt cõmunia oĩa. Meminit tua. R.D. quænam benigne promiſerit ob patrię utilitatẽ & illius principis gratiã. Cum igitur eadem de cauſa ueniant iſthuc: quibus ea ipſa mãdata res ẽ: petimus magna cum fiducia: oramus: tuã. R.D. obſecramus: ut nunc tandem pro ſua erga patriam charitate: te præſtare dignetur: quod humaniter ſe facturã recepit: ut intelligat præfatus Magnificus Dominus: & ualere noſtras preces: & ſibi ueſtras interuentionẽ pereſſicacem: ac ſalutarẽ extitiſſe. Quod nos iuſtis: optimiſq; de cauſis uæhementer optamus: exiſtimãtes. T.R.D. q̃ pie dulcẽ patriã reſpicit: eas rationes facile ſecuturã: quę nos ad hoc poſcẽdũ tãtopere cõpulerunt. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Perſpecta quotidianis argumẽtis tuæ. R.D. erga patriam charitas: tantæ ẽ nobis uoluptati: & gaudio: ut ſit & litteris: & uerbis explicare difficile. Ac uerũ illud cõprobatur: quod dici ſolet: abſq; illis homine: cũ ẽ opus accipere beneficiũ gaudeas: Verũ enimuero id demũ iuuat: ſi is: quẽ a quo ẽ bñfacere: is bñfacit: Benefacit patriæ: qui patriæ ẽ magnũ decus: & firmum præſidiũ. Ac tam & ſi nolit tua benignitas id gratiæ apponi ſibi: cũ tamen indies de hac rep. mereatur: & ex intimis animis gratias q̃ maximas agimus: habemus: & cũ Deus annuerit: plurimũ quoq; referre cupimus Suppliciter autẽ deprecamur: ut in oĩbus: quæ patriam reſpiciunt: idem poſt hac ſemp facere pgat. Illud affirmare audemus: tuas litteras & fuiſſe: & futuras ad modũ ſalutares. Nos uero: quod bonos rectores: quod patriæ amatores: quod deuotiſſimos filios decet: officiũ ſemp nebimur. Vale.

SEnenſes Florentinis. S.P.D. Si ſepius ſcribimus: & frequentibus uos oneramus litteris uel rerum hortatur euentus: uel quorundam cõpellit iniuria. N. ueſteri & nonnulli eius oppidi incolæ: qbus Montichiellũ finitimũ eſt: ſępe cũ ſuis armentis noſtrorũ paſcuis incubant: & de paſto illorũ gramine: & frequentius eorundẽ: quæ in proximo ẽ: cęſa ſilua præter ęquum: & iuſtum: poſquã dãmnum intulere: etiam grauem: & nefariam nup inu

riam adlecerunt. Nam proximis diebus: cum iumentum Policianēſis incolæ erraret in noſtrorū agro Prætoris miniſter: ut æquum uidebatur: cū arcere aliter non poſſet: nactus occaſionē: iumentū abduxit pro dãno repetendo. Venit iumenti Dominus: & oppidū noſtrum ingreſſus: & telo armatus: ad iumentum repetendū inuaſit Prætoris miniſtrum: & ſeptem uulneribus cōfoſſum: intra oppidi muros interfecit. Sed & oppidanū alium: qui ad uim propulſandā accurrerat: eodē telo tranſuerberare tentauit: ſed fruſtra conatus: fugam inde arripuit: &. N. repetiuit/quod nos audax: & indignū ſcelus nimium grauiter ſubſtinemus/ac tanto certe grauius: quod reminiſci cogit/& aliarū: quas paucis ante menſibus patrarunt cædes. Hæc profecto nimiū intolleranda uideri debent. Et nos credimus uobis maxime iniuriis fieri. Petimus igitur duo: freti iuſtitia ueſtra. Alterū ut. N. moneantur abſtinere alienis paſcuis/ac ne pergāt noſtros lædere. Alterū: ut q tam atrox crimen: & homicidiū admiſerūt: ueſtra æquitate iubente: pœnā ſuo dignā ſcelere ſuſcipiant/ne īpunita improbitas nouam quoq pariat iniuriam. Agite i ſeruate antiquum morē: & præclarā ueſtræ reip. laudem: & cōmuni quieti nobiſcum conſulite. Arcete facinoroſos: & inſolentē audaciam cōprimite. Speramus a uobis recte conſultū iri: ut uideamini: & quæ noſtra ſunt: uere diligere/& quod ſemper cōſueuiſtis: unas præcipue colere: atq amare iuſtitiam. Et quoniā debemus noſtrorum hominum curare indemnitatem/ac ſalutem: hoc uehementius a nobis poſcimus. Valete.

SEnenſes. N. S. P. D. Gratiſſimæ extiterūt nobis ueſtrarum magnificentiarū litteræ: quę illam redolent/uererē/ac probatiſſimam amicitiam noſtrā: & mutui amoris neceſſitudinem. Nam ueſtra ciuitas: & hæc reſp. arctiſſimo ſummæ beniuolentiæ uinculo copulantur. Nos ad diligendā grauiſſimæ cōpellunt cauſę: præſertim uero: quod explorata nobis eſt optima iſtius erga nos ciuitatis uoluntas/tum quod præclaram in gubernatione reip. diſciplinam/atq optimā āminiſtrandi rationē: & præficiendorū magiſtratuū ordinē uehemēter probamus. Quibus ex rebus maximam ueſtræ magnificentiæ laudē adipiſcuntur. Cum igitur intellexerimus: quæ ueſtris nobis de ciue noſtro/ueſtræ urbis prætore eligendo: ſignificata ſunt litteris: ut humanis poſtulatis aſſentiremur: deliberatione/ac decreto noſtrorū cōſiliorū/eum ciuem delegimus: quē ſi de integritate/amore/diligentia: & iuſtitiæ tuendæ ſtudio pollere intelligimus: Andreā Scottū noſtrę grauiſſimū reip. & Cōmitē Palatinū: qui & in aliis ciuitatibus præturā cum laude geſſit: & gratiam reportauit. Is in tēpore preſto aderit: & ad ſatiſfaciendū ueſtræ urbis decori/oēm operā: atq induſtrias accōmodabit. Speramus igitur a ſua illū conſuetudine minime diſceſſurū: & obtēperaturū nobis: q nihil tantopere cupimus: q̄ quietē/cōmodū/ac decus ueſtri ornatiſſimi populi. Et cum in hac re: tum in ceteris omnibus reperiemur uere: & ex intimo corde ueſtris Magnificentiis/ac pręclaræ ciuitati affecti. Valete.

SEnenſes Regi Neapolitano. S. P. D. Verus/ac multis argumentis perſpecta nobis tuæ Maieſtatis in hanc remp. charitas/ac paterna dilectio/recentibus indies illuſtratur documentis. Venit nuper ad nos excellentiſſimus tuę ſerenitatis orato uir clarus Marinus Tōmacellus: qui tuæ ſacratiſſimę maieſtatis nomine/ſacrū diuæ Virginis ſolēne: quod noſtra ciuitas p ſextilē menſem quot annis religioſiſſime colit: nobiſcum celebraturus erat. Aetam & ſi aduerſa ualitudine impeditus: ī tēpore adeſſe nequaq̄ potuerit: fuit tamen nobis: & huic uniuerſæ ciuitati tam grata ea uel uoſitas/uel iſtitutio: ut ad ſummā populi huius iucunditatē/poſſet accedere prius nihil. Nam: qbus nihil iucundius eſt: q̄ a tua diligi maieſtate: lætamur/ac mirifice gaudemus omnibus argumentis eam roborari/& firmari tuæ ſerenitatis beniuolētiā: quā habemus ipſi exploratiſſimā: quę profecta a glorioſa ſereniſſimi quōdā genitoris tui recordatione: uere indies magis: magiſq comprobata radices ęgit altiſſimos: & cōferendis beneficiis quotidie propagatur. Agimus: habemusq pro tanta benignitate: quas nec cuiusq̄ oratio: nec litteræ ualeant explicare: p ingentes gratias: atq ut pro tanta: tamq multa beneficētia: nōnullas quoq grates referre poſſimus: tribuat is: q pro īmenſa pietate dedit ampliſſimos/ac florentiſſimo Regno eiuſmodi Regē: q iuſtitiæ cultu: & pręclara rerum maximarū āminiſtratione: & noſtræ inſup defenſione libertatis/uel ueterū omniſſimorū principū uel ęquet gloriā/uel antecellat. Pergat igit/quęſumus: tua Maieſtas: ſe beneficētiſſimū huic ciuitati exhibere patrē: quādoqdē nos deuotiſſimorū filiorū ſemp fungemur officio. Vale

SEnēſes. N. S. P. D. Nihil ē: quod cupiamus magis: q̄ ſopiri cōtrouerſiā oēm de finibus. Qua in re placuerunt nobis plurimū ueſtræ litteræ. Aberat ciuis noſter: quē pridē ad id negociū conſtituimus, iubemus accerſi: & cū primū aderit: ueniet ad fines determinandos: & ſui aduentus diem nunciabit. Intelligetis nos rei componendę uere per cupidos: & ut idē efficiant ueſtræ magnificentię uehementer hortamur. Valete.

SEnenſes. N. S. P. D. Quēadmodū ſupioribus diebus cōſtituimus uobiſcū: dilectū Cōmiſſariū mittimus Spinellū Spinellū/ciuē noſtrū dilectiſſimū: & pſtudioſum cōponēdę eius cōtrouerſię: quę de finibus Lātaneti ē. Is mō Montē Rotundū pficiſcit: & die Mercurii affuturus ē: & ut ueſter quoq eodē tēpore adſit: & plenū mandatū habeat ad res pficiendā: hortamur plurimū: ut omni diſceptatione ſublata: utrinq amice: iuſte: & quiete uiuatur: quæ noſtra & certa eſt: & firma ſententia. Valete.

SEnenſes uniuerſali Vicario religioſorũ diui Bernardini Senenſis dogmati conſecratorũ S.P.D. Cũ intellexerimus nup cauſam Sarteanenſis cõuẽtus: & ſimulea: quę ſcribitad id propoſitũ ſummi Pontificis ſanctitas: quæ ita conuentualibus: quos appellant: redinquendũ conuentũ ſignificat: ſi ita cõtenti ſunt hi de obſeruantia q dicuntur: q eum ipſi conuentum detinent: cum ſimus facti certiores: eos ipſos locum ipſum: & incolere: & retinere libenter: & id quoq eiſdẽ Sarteanenſibus gratũ ſit: & ſalutare ſibi arbitrentur. Hortamur tuã paternitatẽ: ut & ipſa huic propoſito acquieſcat: & aliud innouare non aggrediatur. Scimus.n.tuam paternitatem: nec uelle: nec tentare libenter: quod uel ad uerſetur hominũ ſaluti: uel ſcandali quicquã parere poſſit. Quare placebit nobis: ut fratres ipſos de obſeruantia nuncupatos ad cõuentum ipſum retinendum confirmare uelit: & illius populi deuotioni proſpiciat: quod gratum erit nobis: paratis ſemper tuis placitis. Vale.

SEnẽſes.N.S.P.D. Magnifici Domini fratres: & amici noſtri chariſſimi alteras dedit ad ueſtram Magnificaẽ fraternitatẽ magiſtratus noſter litteras: per quas cõmendauit Americum Franci filium ciuem noſtrum: & ueſtræ urbis iampridẽ incolam: quem rurſum ex intimis animis ueſtris magnificentiis commendamus: cum uir bonus ſit: atq honeſti miniſterii nec magnam rem familiarẽ habeat: & alat cõplures liberos: cumq adhuc ſibi nõnulla iſthic reliqua pecunia debeatur ob iuſtam artis ſuæ exercitationem: petimus a uobis atq rogamus: ut debitam illi ac iuſtã mercedem ueſtra magnifica fraternitas perſolui iubeat: & opportuno fauore eius negocium expediri: ut & ipſe ſocio ſatiſfacere poſſit: & rebus ſuis proſpicere: & accommodatum conſilium capere. Equm petimus: & ut efficiant: ueſtras oramus magnificentias: quæ bene ac fœliciter Valeant.

¶ Patentes Litteræ.

CVm uir ſpectabilis: & ciuis noſter dilectiſſimus: Leonardus Beneuolẽtius noſter Orator Florentiam petat: ad noſtrę reipublicæ obeũda negocia: oramus: atq uehementer hortamur nos Rectores: & Gubernatores ſenẽſis regiminis: principes omnes: amicos: atq beniuolos: noſtris uero imperamus: ut illum grate ſuſcipiant: & libere: & abſq ulla perſolutione: cum omnibus comitibus: & bonis eius uenire demorari: ac diſcedere permittant: ut tutum: atq expeditum ualeat iter cõficere. Quod erit nobis certe gratiſſimũ. Valeãt oẽs.

SEnẽſes. Frãciſco Cardinali Senẽſi. S.P.D. Quanti faciamus amicitiã.N. Dñi: nouit tua R.D. ſed & iuſtas cauſas nõ ignorat. Ea res facit: ut q illi grata ſũt: & tuę R.D: facilia factu poſtulemꝰ enixius: cũ. T.R.D. & nſæ reip. una ſit mens: eadẽq uolũtas. Fuit pridẽ apud nos.N. Orator: ac iuſſu dñi eius nõ poteſt iam diutius demorari. Confidit noſtrã interceſſionẽ nõ poſſe inanẽ ẽe. Et ne illũ huiuſmodi ſpes: & opinio fallat: uehemẽter oramus. Ille nobiſcũ prĩceps adeo amice: adeo cõiuncte uiuit: ut ſua negocia oĩa putemus nõ iniuria nſę reip. intereſſe. Igit freti uetere fiducia: oramus primũ excõmunicationis cẽſurã tolli: deide nſa gratia ad pſoluendos ſũptus: eũ magnificũ Dñs non grauari: poſtremo ſex menſes cauſam differri: quoad miteſcente cęlo: & peſtilentiæ ſublato diſcrimine.N. redire poſſit præfatus dominus: & ad iura ſua pergenda atq aperienda: operã cõferre. Hęc iqueſumus: gratificet nobis tua benignitas: & his poſtulatis noſtris nullo mõ deſit. Et beneficiũ maximum accepiſſe putabimus: quod uel plurimum cumulabit: ſi nobis: & pręſtolanti Oratori celeriter tribuet. Nec.n. ſolet benignus pater quod iure poſtulari poſſit: abnuere quicquam deuotiſſimis filiis. Vale.

SEnenſes.N. Epiſcopo. S.P.D. Quę cõtinẽt humaniſſimę litterę: redditæ nobis a tua.R.D. quæ copioſe: & abunde retulerunt nobis uiri clariſſimi Scipio Cicinellus: ac Ioannes Antonius Siculus de ſumma tuę.R.D. erga noſtrã remp. beniuolentia: & charitate: ea tam fuerunt grata: & iucunda nobis: q quę gratiſſima: & piucunda. Accipimus optimã iſtam ac beneficã uoluntatẽ lætis aĩs: & cõſpectũ iucundiſſimum tuę.R.D. uehementer optamus. Gratias uero ingentes habemus: qđ noſtrã ciuitatẽ: & ſenenſem populũ tam pręcipua beniuolentia cõplectatur. Hũc locũ ac noſtrã urbẽ: ſi ſtudiorũ gratia petẽ inſtituerit tua.R.D. reperiet ciuiũ oĩum corda: & aĩos ita alacriter excipere paratos: ut eũ oportet: q in magno habendus ſit honore: ac pretio. Veniet certe tua.R.D. plurimũ deſiderata cunctis ciuibus. Intelliget lętari plurimũ ciuitatẽ uniuerſam eius aduentu. Reperiet incolumẽ urbẽ. Mite cælũ: rerũ neceſſariarũ copiam: in omni ſtudiorũ genere uiros doctrina: atq auctoritate probatos. Fuit.n. ſemper noſtra ciuitas bonarũ artiũ pſtudioſa. Splendidiſſimũ tuũ genus iampridẽ obſeruamus: & colimus. Sed: quod maximũ iudicari ſolet: mutuus amor: & ſummæ charitatis affectus non deerit. Noſtrã accademiã pcipue florere putabimus: ſi ad cœteras laudes tuæ.R.D. acceſſerit præſentia: tanq ſingulare ſtudiorũ noſtrorum ornamentum ac decus. Itaq rurſum tuam.R.D. inuitamus: & ut uenire dignetur amice hortamur: rogamusq: & ciuitatem omnem iterum: atq iterum offerimus tuæ.R.D. promptam: ac paratiſſimã placitis: & plurimum in cunctis rebus gratificari cupientem. Quod idem teſtificari poterunt præfati nobiles uiri: qui & uolũtatem noſtram: & ciuium animos probe nouerunt: & recte callent. Benignas oblationes iucunde accipimus: & plurimam gratiam agimus. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi S.P.D. Cum hinc proficiſceretur tua.R.Dominatio: benigne annuit ſeſe apud Summũ Pontificẽ daturã operã pro dilatione aliquot dierũ impetranda: ne fiat in cauſa Gabrielis ciuis noſtri: quẽ ualde diligimus: ob morulã temporis preiudiciũ: quoad ob eam rem noſter iſthuc q̃primũ accedat Orator: q confeſtim affuturus ẽ. Itaq; enixe atq; ſuppliciter petimus: ut ad id in fauorẽ ipſius Gabrielis & cauſæ eius aſſequendũ: agat cũ Sũmi Pontificis Sanctitate: quod nobis quoq; erit procuIdubio uehementer gratũ: ut pet interceſſionẽ tuæ.R.D. præiudiciũ tẽporis euitetur. Vale.

SEnenſes Generali ordinis Minorũ S.P.D. Cũ uere.R.tua paternitas noſtram diligat: ametq; remp. idq; ſit nobis perſpicuis experimẽtis exploratiſſimũ: cõfidimus petitiones noſtras ſeruata ueræ amicitiæ lege: nunq̃ futuras inanes. Dolẽt plurimũ Ilcinenſes noſtri deuotiſſimi filii diſceſſum Venerabilis ſacræ Theologiæ pfeſſoris noſtri Ioannis ciuis ſui: & ſacratiſſimæ religionis tuę pfeſſoris. Cuius pręſentiam ciuitati illi & uniuerſo populo maxime ſalutatẽ eſſe perſpiciunt. Ob magnã prædicandi peritiam: ob uirtutis præcipuæ documenta: ac pp recte uiuendi pręclara exempla: putant ſe magnis priuatos cõmodis: præcipue ad ſalutem animarũ: ac ſpiritualẽ deuotionẽ: ſi ille abſit. Cupiunt: & uehemẽter optant hominẽ ipſum frugi & cõuentui atq; uniuerſæ ciuitati utilem ſimul ac gratiſſimũ in ea ipſa urbe ſeruari: nec inde dimitti. Quod nos quoq;: qui uirtutes & doctrinã eius uiri cognouimus: ualde probamus. Igitur tuã oramus.R.P. ut optimis adducta rationibus: charitatẽ Ilcinenſium & cõmẽdatione noſtra cõmota: hoc ualde cupientibus gratificet nobis: ut ſinat præfatũ Theologiæ magiſtrũ & uirũ illi populo tantopere dilectũ Ilciuenſi demorari conuentu: & in ea urbe ſacros monitus: & annunciationẽ diuini uerbi exercere: & ſimul conciuibus ſuis & conuentui prodeſſe. Quod cũ honeſtũ ſalutare & nobis gratiſſimũ ſit futurũ: rogamus tuã.R.P. ut libenter aſſentiat: & faciat Ilcinenſes huius uoti compotes. Nos noſtram remp. offerimus tuæ.R. Paternitatis promptiſſimã uoluntatibus: Vale.

SEnẽſes Florentinis S.P.D. Scimus uos facinoroſos & odiſſe ſemp: & cohercere libẽter. Quidã cognomẽto.N. ueſtri agri icola: quẽ planius explicabit ille ipſe: cui has dedimus litteras: p uim Mulũ eripuit.N. qui tamẽ ad.N. dilectiſſimũ ciuem noſtrũ pertinet. Venit fretus ueſtra Iuſtitia: ut ſuum repetat. Oramus uos: ut ius reddi iubeatis homini noſtro: & ipſum redire iumentũ aſſecutũ ueſtro præſidio. Quod futurũ confidimus: & nobis erit certe gratiſſimũ. Valete.

SEnenſes Florentinis S.P.D. Detinuerunt ueſtri: qui ad Pontẽ Valianũ obuerſantur: tabellarius noſtrũ: q ad nos litteras pferebat: credimus tamẽ inſciis nobis: & certe pter noſtræ amicitię & mutui cõmertii cõſuetudinẽ. Noſtis nihil neq; impedimẽti: neq; remorationis inferri a nobis uẽris: q ſępe hac iter ad uos faciũt. Liber p noſtrã urbẽ: perq; agrũ illis tranſitus patet. Quod ſiqui pro cõmuni inſtituto noſtro in eorũ manus inciderunt: quibus publice eiuſcemodi cura credita ẽ: cõtinuo ueſtris aut ueſtrorũ perſpectis litteris re integra & libere ſunt: & celeriter abire permiſſi. Id uero in promptu eſt omnibus. Nihil quippe intercedit cauſæ inter ueſtram noſtrãq; remp. Quapp ullo pacto liceat aut nouari quicquã: aut tabellarios litteras ue intercipi. Per noſtrã igitur amicitiã: perq; rectam uitæ rationẽ petimus: ut quẽ pręſcripſimus litterarũ noſtratum delatorem ſolui: ac liberũ dimitti iubeatis ab iis: qui Valianũ pontem obtinent: ut pateat omnibus & amice uroſq;: & honeſte agere. Bene Valete.

SEnenſes.N.S.P.D. Norunt ueſtrę Magnificentiæ nihil eſſe tam magnũ: tamq; arduũ: quin libẽter efficiamus petentibus illis: ſi in noſtro ſitum arbitrio ſit. N. Sacerdos: quod Aquilanus ẽ: foret nobis cõmendatiſſimus: quando a Prætoribus noſtris uinctus eſſet. Omnis eius cauſa ab eccleſiaſtico foro & tribunali pẽdet. Quare acceptis ueſtris literis: uiſum fuit pro noſtra uetere ac firma amicitia rem: quo pacto ſe habeat: explicate: cum nihil ad noſtrã dictionẽ pertineat. Alioquin nihil gratius nobis poſſit accidere: q̃ ueſtris Magnificentiis gratiſſima quæq; libenter efficere. Valete.

SEnẽſes.N.S.P.D. Quod uos p ueſtras literas ſignificatis de coactis ſupioribus diebus in Peruſino agro ad Panicarolã copiis: nobis quoq; nunciatũ eſt: & cõpertũ indies maiorem conflari exercitũ. Verũ qd nã cõſilii ac mẽtis eẽt: id nos prorſum latebat. Quo reſpectaret: nihil cognitũ nobis eſt: quos uarius rumor incertos ageret. Nos uero Eccleſiaſticum militem & Regias copias eſſe perſpicientes: perſpecta noſtra cũ Pontifice Maximo & Rege ipſo Ferdinãdo: optima filiatione atq; amicitia adduci nõ poſſumus: ut ab iis nobis q̃cq̃ metuendũ eſſe uideat. Grata tamẽ admodũ nobis ẽ optima iſthæc ueſtra uoluntas: & quod ueſtrũ exercitum amice defertis: ac liberaliter pollicemini. Magnã uobis & agimus: & habemus gratiam. Valete.

SEnẽſes Florẽtinis S.P.D. Cũ aliquot dies Põtificalis ac Regius partim ĩ ueſtro: partim in noſtro agro conſediſſet exercitus: motis inde caſtris e ueſtigio ueſtri præſertim Politianẽſes I noſtros fines irruerũt: meſſem & cũcta uaſtãtes: & qd ſęuiẽtes hoſtes cõſueuerũt: nequaq̃ parcẽtes incẽdio. Id nos uehemẽter mirati ſumus: & cũ a recta id uiuẽdi ratione ac uicinitate longius abhorreat: uiſum nobis ẽ: ut uos iis de rebus: quæ certe moleſtiſſimę eſſe debent: certiores faciamus: ut iubẽtibus uobis ueſtri abſtineant ab iniuria. Valete.

¶ Publica Fides.

IVſtis cõmoti cauſis atq; optimis adducti rationibus publicã fidẽ damus: & liberũ nos Senẽſes concedimus Saluſconductũ ſtrenuis armorũ ductoribus Sforziæ Oddio & Petro Iacobo ciuibus Peruſinis: ut liberi atq; incolumes ubiq; in noſtra ditione & agro Senenſi uerſari poſſint: uenire: demorari: tranſire: & libere cõmeare tã ipſi q̃ eorũ comites uidelicet: equites decẽ: & pedites quindecim: modo non ſint noſtræ exules damnati ue reip. et cũ omnibus rebus ſuis: omni prorſus moleſtia: & tam perſonali q̃ reali impedimẽto ceſſante: idq; p reſiduũ mentis huius: & p uniuerſum Auguſtũ menſem cõſequẽtẽ: et ita oibus noſtris Pretoribus: Cõmunitatibus ac Stipẽdiariis: & oibus: q noſtrę militant reip. & ſubiectis inſuper noſtris: ſingulis atq; uniuerſis edicimus: atq; imperamus: ut hãc fidem noſtrã inuiolabiliter ſeruẽt: ſub noſtrę indignationis incurſum: nõ obſtantibus quibuſcũq; interceptionibus & cauſis quibuſlibet: atq; decretis in cõtrarium. Datũ in noſtro palatio: & reliqua.

SEnẽſes Regi Neapolitano S.P.D. Quod optimos atq; obſeruantiſſimos decet filios: officio fungimur: q tuę Maieſtatis fœlicitati gratulamur: cuius proſpere geſta oĩa & res fecũdiſſimæ quæq; noſtrã quoq; beatã remp. faciunt. Cumulatius reddidit animorũ noſtrorũ gaudiũ tum benignũ tuæ Maieſtatis allatũ reſponſus: tum etiã quod indies accipimus: rem Genuenſem ex ſentẽtia cedere. Quę faciliorem: atq; expeditiorem Hetruſci incepti propitio numine: & cunctis (ut ſperamus) fauentibus ſuperis: & iuſti belli uictoriam comparabit: ad quã adipiſcendam nihil: quod in nobis fuerit neq; curę atq; ſtudii: neq; induſtriæ atq; operæ prætermittemus: ut improborũ compreſſa audacia refloreſcat aliquãdo ea tranquillitas temporũ: quã quorũdã temeritas iampridẽ perturbare nõ deſtitit: ſed tuæ Maieſtatis recuperabit diuinũ cõſilium: & ſumma animi magnitudo ac uirtus. Nos ſi uidemur paulo ad ſcribẽdum ſegniores: nõ negligẽtię dandũ putamus: ſed minus idcirco neceſſariũ ducimus: quod adeſt tuę Maieſtatis Legatus Antonius Thetius: cuius fidẽ probitatẽ rectũ ac ſalutare cõſilium & accuratiſſimã quandã diligẽtiã: & utiliter experimur: & oẽs uno cõſenſu mirifice comprobamus. Qui cũ oĩa: quæ quidẽ ſpectare ad rem arbitramur: impartimur: cõferimusq;: Vale.

SEnẽſes Regi Neapolitano S.P.D. Si perraro ſcribimus: ſuperioribus noſtris literis ſatis (ut arbitramur) attulimus cauſæ: Nam cũ pręſto ſint illuſtriſſimi tuæ Maieſtatis filii & præcipui belli Duces eos ipſos: quæ geruntur: ſtatuimus tuæ Maieſtati cuncta exploratiſſima reddere. Illud minime reticendũ putamus: nos plurimũ proſpere geſtis lętari: & tum tuæ Maieſtatis prouidẽtia: tum clariſſimorũ Imperatorũ uirtute diligẽtia & oium maximarũ rerũ laude optatam & abſolutã uictoriam propediem futurã cõfidimus. Iuſtis nãq; cœptis Præfectos intelligimus: quibus ad uirtutis cumulũ deeſt nihil: & q cuncta moderatur humana: Deum nihil prorſum affuturũ ueremur. Spes noſtrarũ rerũ in tua Maieſtate potiſſimũ ſita ẽ: cuius & paterno ſtudio: & uiribus opibuſq; maxime freti ſumus: cuius cũ ſit incredibilis in nos comperta benignitas: quã filios decet fiducia ſupplicamus: ut cũ aliæ de integro copiæ ad caſtra profecturæ ſint: mandare dignetur: ut turmæ nõnullæ ex eis rebus noſtris tuendis præſtint. Neq; eni ſatis habẽt pręſidii equeſtres noſtrę ac pedeſtres copię aduerſum acriores hoſtes & tuorũ Ducum probatã cauſam accipimus: qui ut ualidiorẽ aduerſum hoſtes exercitũ foueant: nõ ſatis ea re arbitrantur extenuare conflatũ militem. Sed ſi ex iis: quæ nouæ aduenerint: præſtentur nobis: fore nõ dubitamus: ut hoſtium ſuperetur inſidiæ: & expeditior ſit noſtrorũ uictoria. Hac ipſa de re etiam nõnulla Laurentius Lantius Iuriſconſultus ac ciuis noſter: qui tuæ eſt deuotiſſimus Maieſtatis: & Regnũ petit ac præclarã Neapolim urbem: uerba faciet: & fuſius mentẽ noſtram poterit explicare: eum tuæ Maieſtati diligẽtius commendamus: q pro uirtute & doctrina & patriæ ratione ualde charus & dilectus eſt nobis. Placebit igitur (niſi moleſtũ eſt) auxiliares quaſdam pręberi nobis copias: eas uidelicet: quæ & nos tutos præſtent & in minimis no tuo exercitui iacturam nullã faciant. Ita enim & tuæ Maieſtatis decori & noſtræ reip. firmo præſidio conſultũ fuerit. Poſtremo: qui paulo ante ob illuſtriſſimi Calabriæ Ducis nõnullam ualitudinis uarietatẽ ſolliciti fuimus: cũ recte confirmatum intelligamus: plurimũ capimus uoluptatis & gaudii. Vale.

SEnenſes .N. Cardinali S.P.D. Quo ſtudio: qua dilectione nõ modo hanc patriam: ſed & ciues eius ſingulos tua proſequatur. R. Dominatio: repetere nullo pacto uidetur neceſſarium eſſe. Quo fit: ut noſtros nunq̃ cõmendare dubitemus: eos pręſertim: q nobis & uniuerſæ ciuitati ob uirtutis ac probitatis laudẽ chariſſimi ſunt. Itaq; Antonius Ceſarinus ſcriptor Apoſtolicus: & .R. Domini Cardinalis noſtri perfamiliaris cauſas habet quas ille ipſe planius explicabit. Cupimus nullã fieri ciui noſtro iniuriã: & liberari moleſtia omni. In tuæ .R. D. fauore pręcipue atq; ope cõfidimus: & ille cũ tota eius domo ſpem in tua clemẽtia ſummã habet. Erit igitur nobis ualde gratũ acceptiũq;: ut & ſpem ſuã intelligat haud inanẽ eſſe: & noſtram commendationẽ ſibi plurimũ profuiſſe: quod pro ingenti tuę .R. D. in nos & noſtros oẽs charitate dubio procul ex ſententia & uoto futurũ cõfidimus: Vale.

SEnēſes.N,Cardinali S.P.D.Prębet tua ſumma atq; cūctis quotidie experimentis probata benignitas eam fiduciam:ut nihil prorſus accidere poſſit:quod gratū nobis iucundūq; futurū ſit:quin id fidentibus animis poſtulare auſimus.Nā Antonius Cæſarinus ciuis noſter Apoſtolicus ſcriptor ac Reuerēdiſſimi Domini Senēſis familiaris nōnulla afficiť moleſtia:& illi negociū exhibetur:qđ ipſe corā & planius & fuſius explicabit.Scimus illum tuæ.R.Dominationis patrocinio atq; auxilio fretū nullā oīo iniuriam perpeſſurū:præcipue uero cū & ipſe pro ſuis uirtutibus charus nobis exiſtat:& ex ea certe familia:quā ſumma beniuolentia noſtra reſpublica & amore complectitur.Quemadmodū igiť cęteris in rebus ſpes noſtra ī tua collocata clementia nunq̄ fuit inanis:ita in hoc quoq; negocio eodē fauore atq; auctoritate fore ſine ulla dubitatione cōfidimus:atq; ut ita dignetur efficere tua clemētia:ſummis precibus deprecamur. Poſtremo tuæ.R.D.cauſam hanc diligētiſſime cōmendamus: Vale.

SEnēſes Florentinis S.P.D.Cū accepimus nuper ueſtras litteras Magnifici Domini fratres chariſſimi:& ex eis cauſam cognouimus Boninſignę Machiauelli nobilis ciuis ueſtri:cōfeſtim operam dedimus:ut deprehenderetur:qui pecus eius abduxerat;ac tandem expediri pro uoto iuſſimus.Ac rebus ipſe ex ſententia compoſitis remeauit. Verum non in hac re ſolum:ſed in cæteris quoq; omnibus pari reperiemur uoluntate ſtudioq; affecti. Valete.

SEnēſes Florentinis S.P.D.Putamus noſtrā decere amicitiā:ut fidenter cōmēdemus eos uobis:quos p ſuis laudibus:& qa ciues noſtri ſunt:charos habemus.N.iampridē & ab N.quopiam pecuniā repetit:quæ ſibi iure debetur.Hunc cū alias cōmēdauerimus:ope atq; benigno fauore iuuit ueſtra Magnifica fraternitas. Is iſthuc ob eā ipſaſ cauſaſ pficiſcitur:rem ipſaſ corā explicaturus uberius.Oramus igitur ueſtras Magnificentias:ut illi opitulari ita etiā tractare uelint:præſertim optantibus & cōmēdantibus nobis:ut & ius ſuū facile aſſequatur:& idem facturus ſit:quod aliis quoq; tēporibus conſueuit:ut per ueſtrā efficaceſ operam atq; oportunū auxiliū gratias nobis agere debeat.Quod cū in ueſtris efficere parati ſimus:idem pculdubio de Magnifica ueſtra fraternitate cōfidimus: Valete.

SEnēſes Florentinis S.P.D. N.ex N.agro:& q nūc ad ſanctā Firmenam incolit:cū pridem Aloyſio Compatri ciui noſtro ac pręſtanti uiro famularetur:aureos circiter unum & uiginti clam ſurripuit:atq; ab eo pfugit:cui & aliam quoq; pecuniā debebat:æri alieno furtū adiecit:& damnū intulit ei q de illo plurimū benemeritus erat.Latuit hic quidem iamdudū:nec uſpiam repertus ē.At nūc recepit ſe in Arretinū agrū:& in uico.S. Firmenæ:quē præſcripſimus:ſedē locauit.Cū pecuniā retineat alienā:cū furti ſimul atq; ingratitudinis reus ſit:petimus a uobis Magnifici Domini:ut ad Arretinū Pretorē iubeant dari litteras:p quas ciui noſtro omni fauore iuſtitia miniſtretur:& recuperet:quod turpiter ſibi ab iniuſto hoīe ablatū ē. Nā & furto eſt obnoxius:& in Arretino agro domiciliū habet.Speramus certe futurū:qđ in eiuſmodi negociis noſtra reſp.præſtat ſemp alacriter: Valete.

SEnēſes.N. S.P.D.N.Quidā tui ordinis cū in cōuentu.N.noſtrę urbis uitā ageret:prę ter dignitatē ſuam curare auſus ſęcularia:egit nōnulla aduerſus noſtrę reipub.ſtatum:& ab.N.tunc temporis cognita hominis audacia:& minus modeſto atq; impudentiore auſu:caſtigatus alio ablegatus ē:tanq̄ curioſus in aliena rep.& turbulentus ac pernitioſus homo:ea uidelicet conditione:ut hinc perpetuo abeſſet.At nōnullo poſtea labente tempore temere ille inſciis atque inuitis nobis edicto aduerſatus:clam mutata ueſte conſpirantibus quibuſdam eiuſdem conuentus fratribus reuerſus ē.Qui in eo conuentu fratres ſunt pacati & quieti uiri:ueriti moleſtiam noſtrā:nos adierūt:illum ueniſſe nunciantes.In quibus præcipue.N.ciuis noſter & tui ſacri ordinis Theologus inſignis uir clarus & pro ſuis laudibus noſtræ ciuitati gratiſſimus: quē nō ſine ſumma moleſtia accepimus exinde ab.N.qui nunc pręeſt:fuiſſe mulctatum:& religionis & prouinciæ priuatū honoribus.Credimus quempiā fortaſſe falſum de illo ſuggeſſiſſe gcq̄.Nos igiť q illū uehemēter amamus:& ſtatuimus boni uiri & ciuis officio functū tuæ.R.P.ipſum diligētiſſime cōmēdamus:orantes:ut (ſicut iuſtū uidetur) in priſtinā reſtituat dignitatē:nec īnocentem damnatum eſſe patiať:quod præcipue præfati.N.audacius ingeniū fouere uideretur:nec abſq; noſtræ reip. iniuria cederet.Rurſū itaq; oramus:ut nřę ciuitatis & etiā īnocētis uiri potius q̄ crimina uiū calūniatorq; tua.R.D.rationē habere uelit.Cū certo pſuadeamus nobis amari a te plurimū noſtrā ciuitatē: quę uiciſſim amat:& magnifacit tuā dignitatē:& uirtutē ac doctrinā colit:ac deniq; tanq̄ ciuē dilectiſſimū ſingulari amore complectitur. Valete.

SEnēſes.N.S.P.D.Accepimus nō ſine magna moleſtia.N.ciuem noſtrū dilectiſſimū & tuæ religionis clarum & philoſophū ac Theologum a tua.R.P.fuiſſe mulctatum:ut careat debitis ſuæ uirtutis honoribus.Mulctatio ipſa moleſta nobis eſt:cauſa certe moleſtior.Nec poteſt quampiam ſubire notam abſque noſtræ ciuitatis iniuria.Contra cuius ſtatum auſus quædam.N.pridem ab.N.qui tunc præerat iuſte caſtigatus:& tandem noſtra urbe & ditione eiectus eſt.Qui cum ſpreta noſtræ ciuitatis ratione:& iuſta damnatione contempta redire eſt auſus;qui nō niſi inuitis nobis tanquā turbulentus homo in noſtra ditione

obſeruari poteſt.Si.N.ut ciuem bonũ & ſtudioſum quietis & patriæ decet:temerarium illius acceſſum indicauit:noſtra quidem ſententia laude potius q̃ pœna dignus uidebat. Cum ſit tua.R.P.noſtræ amantiſſima ciuitatis:& perſtudioſa iuſti & æqui:credimus falſis ſuggeſtionibus aliqd fortaſſe delatũ quapp in.N.animaduertit.Sed nos illius ĩnocentiam teſtamur & ſimul eſſe uniuerſę huic grauiſſimũ reip.Reſtituatur igit:oramus:illum tua.R.P.ut ſimul noſtræ reip.honori & boni uiri ĩnocentiæ conſultum uideat.N.honeſte egerit:ſi quieſcere propoſuerit.Confidimus tuam.R.P.gratificaturã nobis iuſta petentibus:& nõ patefacturam turbulentis hominibus aures. Vale.

SEnenſes.N.S.P.D.Cum ſit capitulũ celebrandũ fratrũ Heremitarum de obſeruantia pp conuentũ Iliceti ac locorum eius:orauimus.R.Patrem.N.Vicarium tuũ:ut rogatu noſtro in.viii.diem differat:qđ cũ & facile ſit:& ad utilitatẽ atq; honorẽ ſpectet eorũdem locorum:& nobis gratũ ſit futurũ:tuam quoq;.R.P.oramus:ut eam dilationẽ dierũ octo concedat:& concedendã iniungat præfato.R.Vicario.Placebit nobis.T.R.Paternitati amice:ac uehementer affectis. Vale.

SEnẽſes Franciſco Cardinali Senenſi S.P.D.Magna cũ uoluptate litteras tuę.R.D.accepimus:& hilare intelleximus acceſſum eius ad nos:& aduentũ ad Auinionia balnea.Et ſi moleſta cauſa ẽ.Quod inſup tuo noĩe coram expoſuit ſpectabilis uir Andreas Secretarius ſimul & iucundũ fuit:& ultro erat perſuaſum atq; exploratũ nobis.Nam uetera & recentia tuæ.R.Dominationis opa ad noſtræ reip.& huius patriæ cõmoda eius admirabilem charitatem oſtẽdũt:ut a fructibus perſpiciamus quotidie habere beneficentiſſimũ patrẽ:& tum in diui Anaſtaſii cauſa tum in cœteris negociis apud ſummũ Pontificẽ & in ſancta Eccleſia Dei aduocatũ & defenſorẽ præcipuũ ac firmũ columen.Pro his omnibus & agimus:& habemus ſempiternas gratias:ſperantes tanto fretos patrocinio fore nos ſemp incolumes. Vale.

SEnenſes Patrimonii Gubernatori S.P.D.Quęnam ſit noſtræ reip.q̃ firma uoluntas:ut ita quiete uiuatur:ut nullũ ſuperſit noſtris hominibus cũ Eccleſiaſticis turbationis ſeminarium:nõ ignorat tua.R.P.quæ nouit noſtrã erga Apoſtolicã ſedem & ſummi Pontificis Sanctitatem:tum fidẽ:tum etiã obſeruantiam.Idcirco iampridẽ delegeramus Cõmiſſarium ad fines agrorum:& ad diſceptationẽ oĩm de finibus dirimendã:quod & ſignificauimus noſtris litteris:Sed nũc Capalbii & in ea regione exorta peſtilentia ẽ.Cũ ſit igitur in eis rebus pertractandis & illo ueniendũ:& cũ accolis loci agendũ:uidetur cõmodius eſſe ac rectius conſilium cauſam differre:dũ cęlum miteſcat:ne & tuũ Legatũ & noſtrũ ſimul periculo obiiciamus:& in tẽpore res prorſus componenda erit.Hæc noſtra ſentẽtia ẽ:quã ſequemur:ſi illam tua.R.paternitas comprobarit.Oramus igitur:ut ſuã nobis mentẽ aperiat:& oĩbus de rebus nos faciat p ſuas litteras certiores.Fœlix eſto ſemp tua.R.paternitas:quæ bene Valeat.

SEnenſes Florentinis S.P.D.Cũ ſuperioribus ante epdomadibus de Collenſi negocio ueſtrũ Magiſtratũ noſter adiſſet Orator:& Collenſium queſtus eſſet iniurias:quas deintegro in tranſgrediendis finibus intuliſſent:& dignũ noſtra coniũctione reſponſum:& benignas inſuper litteras dedit ueſtra fraternitas:quorum utrunq; gratũ admodũ fuit nobis:& quod præterea ad Collenſes ſcriptũ eſt:acceptum habuimus uehementer:atq; iis omnibus de rebus etiã atq; etiã gratias uobis ingẽtes agimus:Nam mirifice nos delectat optima iſta & mutua nobiſcũ in cunctis negociis pertractandis uoluntas diligens ſtudiũ par officiũ.Quod amice polliciti eſtis:ad delendã controuerſiam oẽm cauſas concorditer finiendã libẽter accepimus:quippe qui accuratius ſtudeamus oĩo nihil q̃ turbas oẽs auferre de medio:& ad quietẽ referre oĩa:quo tota noſtrę reipublicæ cura contendit:Quod ſi uidemur cunctati fortaſſe diutius:id cauſæ eſt:Id fuit impedimento:quod ad hũc diem ciues noſtri:qbus mandata res erat:in cenſu noſtræ ciuitatis conſtituendo fuerint occupati:Sed nos rerum componẽdarum & terminandorum finium percupidi:nũc Legatũ inſtituimus Sanrem ciuem noſtrũ uirũ grauem ad id cõficiendũ:ſi uos quoq; ita probaueritis & ueſtrũ parateritis:qui ambo in finibus agrorum congreſſi celeriter pacate concorditer negociũ omne conficiant:ac noſter quidẽ confeſtim pręſto erit:ubi quãdoq; ueſtræ fraternitati uiſum fuerit.Itaq; & ad Legatum deligendũ:& ad rem maturandã ueſtram Magnificentiam uehementer oramus:ne quid aut oriat:aut ſuperſit oĩo:quod inter eos uicinos uel minimũ quidẽ contentionis fomẽtũ excitare poſſit.Erit igitur grauiſſimũ nobis ea de re ueſtram quoq; noſſe ſententiam: Valete.

SEnenſes.N.Cardinali S.P.D.Scripſit ad te noſter Orator Burgeſes Burgeſius:qd nam nobis agendũ uideatur ĩ cauſa Malleanenſium noſtrorum:quos accerſiuit Romã Sũmus Pontifex:et N.ad tegendã nequitiam:nec detegendũ abhominandũ ſcelus:quapp.N.filius ueneno fuerit enectus:tam indigne fuerit criminatus. Non poſſumus nõ dolere impudentiorẽ hoĩs audaciam:q nõ ceſſat grauibus iniuriis & contumeliis noſtrã onerare reinp.uere ab eius alienã ingenio:Nam nihil nobis iuſtitia & pace antiquius ẽ:illum nouarum rerũ & artium ſtudioſum eſſe conſtat:Sed nõ poſſumus nõ confidere Apoſtolicæ ęquitati & benignæ intercelſioni tuę.R.Dñationis:in qua cũ ſpes noſtra firmiter cõſtituta ſit:tuo iudicio atq; arbitrio relinquimus:quid uiã circa examen trium noſtrorum hominũ noſter proſequaẗ Orator:pro noſtrę reipub.

ſalute·cõmodo·dignitate. Speramus igitur inocentia freti·& Pontificis Iuſtitia·tuę. R. Dominationis protectione·atq; fauore rem omnẽ non niſi proſpere·ac fœliciter ſucceſſuram:ut nec nobis ulterior fiat iniuria·& malignantis aduerſarii & patea: ſimul: & cohercea tur improbitas. Vale.

SEnenſes Papæ S.P.D. Niſi prohibeat ea reuerentia: quã erga Apoſtolicã Sedẽ & tuam Beatitudinẽ maximam gerimus: & qua nemo poteſt Senenſem populũ ſuperare: certe N. graues iniurias·calumnias·contumelias·maledicta nullo modo pateremur. Nã uere a Sapientibus dicitur. Veterem ferendo iniuriam·nouã inuitari. Qualis ſit homo iſte: ipſe perſpicuũ documentũ prębet. Deum contemnit: pacẽ & Iuſtitiam aſpernatur: noua quotidie·& pernitioſa molitur: in ſumma uniuerſali pace ſcandalũ cogitat: Apoſtolicã ſedẽ·atq; tuã Sanctitatẽ nõ ueretur. Noſtra reſpublica certum perhibet teſtimoniũ: cũ qua fœdus initũ eſt: firmata concordia: auctore Chriſti Vicario tua Sanctitate: quã nos uenerantes: obliti iniuſtas criminationes ob enectum ueneno illius filium: tuæ Beatitudinis uoluntati paruimus: crimino ſo aduerſario pecuniam perſoluimus: ut pacẽ pateremus: ut obedientiam & obſeruantiam præſtaremus tuæ Sanctitati nihil ommiſimus. Quemadmodum capitulis ſanctum eſt·in tempore pecuniam attulimus: tres uiros noſtros ĩtegros·probatos Romã miſimus: periculo obiectauimus: noſtræ ciuitatis inocentiam & decus pueri: & uilis homuntionis criminationi: uel potius aduerſarii artibus & fallaciis expoſuimus: Simulat ille cupere ſe: ut ueritas exquiratur: innocẽtes inſtat aduocari: cum illi ſe ad tuam conferunt Sanctitatem callide ille tam diu inſtructus puerũ mittere cunctatur: dum tẽpus elabitur: nos eludit: initam concordiam ſpernit: tuæ Beatitudinis ſententiã irritam facit. Vere nõ ita uiuit: ut quietũ hominem decet: & ei paſtori: qui pacis eſt auctor: facit iniuriam: ſed tanquã uniuerſa in ſua habeat poteſtate: pro ſuo uult oĩa arbitrio gerere. Pro noſtræ honore & dignitate reipub. non poſſumus Pater ſanctiſſime nõ dolere. Quare tuæ prouidentiæ ſupplicamus: ut dignetur eiuſmodi mores diutius nõ perferre: & fauere Iuſtitiæ noſtræ ciuitatis: & malignantis aduerſarii repellere inſidias: audaciam cohibere: iniurias propulſare: ut illũ decet: quẽ diuina prouidentia gubernaculis mũdi præfecit: & fidelium populis moderatorem eſſe in terris uoluit: cuius proprium munus eſt: parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos. Iuſtum atq; ęquum petimus: & ut impetremus a tuæ Sanctitatis clementia·deuotiſſimis precibus ſupplicamus. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali S.P.D. Ex litteris tuę. R.D. opertum uera·atq; indubia atteſtatione cognouimus ea: quæ pro patriæ noſtræ dignitate tuenda tam ſtudioſe·tam benefice tam celeriter a tua benignitate ſunt geſta: ut ueritas eluceſceret: iniuſta criminatio tolleretur: probitas & innocẽtia bonorũ palam ĩnoteſceret: ſeruaretur iuſtiſſimæ reip. decus: improborũ·ac falſo criminantium malignitas pferretur in lucẽ. Vere æternus mundi Princeps: qui uere lux & ueritas ẽ: nocentium patefacit inſidias: & ueritatẽ minime patitur latere diutius. Illi igitur agimus grates·& tuę. R.D. quã dedit ille huic patriæ firmiſſimũ præſidiũ: & cunctis in rebus ſingulare profugium. Plus nos debere profitemur: q̃ p litteras explicare ſit opus. Gratias habemus: quaſcũq; noſtra reſpub. ualet p tantis muneribus: atq; ut eodem ſtudio in hanc ciuitatẽ & beniuolentia & charitate eſſe pergat: precibus & diligentia tuam. R.D. obſecramus: cui patrię huius fidẽ ſpem·& optimã uoluntatẽ exploratiſſimã eſſe putamus. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali S.P.D. Nunquã tuę. R.D. erga hãc remp. fuit obſcura benignitas: quæ tam crebro ſalutaribus illuſtratur operibus: ut ſi ſpectemus animũ: beniuolẽtia pateat: ſi officia·atq; uberes fructus: beneficentia comprobetur. Cumq; multa antehac præcipuę charitatis allata ſint documẽta: hoc quoq;: quod nuperrime in Malleanenſium noſtrorũ cauſa actũ ẽ: pſpicuũ argumẽtũ præbuit: & ſummã nobis uoluptatẽ attulit. Expeditos eſſe nr̃os hoĩes: quos tam iniuſte in diſcrimen uocabat inſidiantium iniquitas: patere ueritatẽ comprobatam eſſe noſtram·noſtrorũq; innocẽtiam: cũ huius patrię honore·& ĩnocentium hominũ ſalute·diuina Iuſtitia factũ eſſe putemus miniſterio·cura·diligẽtia·patrocinio tuę. R.D. cui tum ob hãc cauſam: tum aliis quoq; de rebus peringentes agimus gratias: & habemus certe multo maiores: ſperantes nunquã tuæ. R.D. tutelam·ac diligentiſſimã curam·atq; operam: quouis tempore defuturas: atq; ut eodem animo adſit perpetuo nobis: tuam clemẽtiam deuotiſſime comprecamur: & patriæ decus mirũ in modũ cõmendamus. Vale.

SEnenſes Papæ S.P.D. Intelleximus declarationem tuæ Sanctitatis ſecundũ conditionẽ capitulorũ: quæ inter noſtram rempub. et. N. te auctore firmata ſunt. Cognouimus id factum eſſe: quod & certe futurũ ſperabamus ueritate duce: innocentia uires ſuas nũq̃ deſerente. Scimus nanq; iuſtum Dominũ·ſecundũ propheticæ uocis oraculũ ſemper diligere Iuſtitiam: & iuſtũ in terris conſtituiſſe Vicarium: quo in Apoſtolatu ſedente: confidimus in orbe terrarũ nunquã Iuſtitiam defuturam. Igitur ob iuſtum iudicium: ob illuſtratam probatamq; iuſtæ reipub. innocentiam glorificamus Deum omnipotentem: & tuam Sanctitatem plurimũ laudamus. Scripto aũt·& perpetuo monumẽto ſuã aperuiſſe ſentẽtiam etiã gratias q̃ maximas agimus. Quę uero ad paſtoralis curæ pũidẽtiã ſpectãt: ut iuſte degentibus: pacẽ amplexantibus: Ap̃licã ſedem uenerãtibus populis faueat: ut uiciſſim cohercean tur: qui uniuerſali aduerſant ſancto fœderis

& paci: qui cogitātes iniquitatem Chriſti nomen, ne aduerſum imanem Infidelium nationem defendatur: impediunt: qui noua ſemp confabricantur ad labem quietis: q latent in inſidiis: ut interficiant Inocentes: ſperamus a tuæ Sanctitatis prouidētia abūde proſpectū iri: & ut ita dignetur efficere: tuam Sanctitatē ſuppliciter deprecamur: eidemq; Apōlicæ ſedis, & tuæ Beatitudinis longe omniū obſeruātiſſimam cōmēdamus Senenſem remp. Romanæ ſepem eccleſiæ. Vale.

SEnēſes Regi Francoꝝ. S.P.D. Cū ſumma reuerentia tuæ ſacræ Maieſtatis accepimus literas: quæ de obitu illuſtriſſimi quondā Mediolanenſium Ducis repetunt: & cōmemorant: renouant certe ingentē & graues animoꝝ mœrorē: quē ob tanti & clariſſimi Principis amiſſionē ſuſcepimus. Quæ uero de glorioſa & fęlice illuſtriſſimi Ducis Galea: & aſſumptiōe & ſucceſſione referunt: ea præbuerūt nobis: & inſtaurarunt etiam ipſa repetitione lætitiam: cū & patrem mirifice coluerimus: & filius patris ſimillimū amore ſimul & reuerentia complectamur. Quod aūt tua ſacra Maieſtas de firmo eius propoſito, ac laudabili inſtituto ad tuendam illius pręclariſſimi Principatus firmitatem, benigna ſua ſignificatione demonſtrat: id laudamus plurimū: & auxit maximam noſtroum animoꝝ iucunditatem. Nam ſperamus tanto patrocinio & auxilio Chriſtianiſſimi, ac uictorioſiſſimi Principis, non ſolum Mediolani ſedem: Sed uniuerſam Italiam, & totam Chriſtianoꝝ ac fidelium congregationē futurā ſemper incolumem: ut tuæ Maieſtatis dextera & potenti gladio Chriſtianoꝝ ſeruetur dignitas: catholicæ fidei augeatur amplitudo: feritas imanium Barbaroꝝ, ac ſæuientis impiiſſimi Turchorum Tyranni rabies compeſcatur. Nos ſemper pro uiribus noſtris pacem tueri: ſanctū fœdus uniuerſale conſeruare: tuæ ſacræ Maieſtatis affecturi, atq; adherere propoſito, omni ſemper ſtudio ac diligenti induſtria curabimus. Poſtremo cū ſemper hæc ciuitas præcipue uenerata ſit tuam ſacratiſſimā Maieſtatem: eidem noſtram remp. & ſtatum eius deuotiſſimis precibus cōmendamus. Vale

SEnenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Incuſauerat anno ſuperiore noſtram remp. N. & cū filius eius quondā. N. iuuenis præſtans, & noſtrę charus admodū ciuitati, ueneno fuiſſet enectus: ſuſpicatus eſt (ut ipſe aſſerebat illius pater) noſtros quoſdam ueneni fuiſſe miniſtros. Et quanq̄ latere ueritas nō poſſit: & innocētia ſe ui ſua tueatur: tamen cū pro conditionem capituloꝝ placuerit ſummi Pontificis ſanctitati declarationem & ſuam afferre ſententiam: rem ipſam & declarationē factam: uiſum eſt nobis cū tua Maieſtate conferre: & eam ſicut noſtra poſtulat fides, deuotio, filiatio, rerus noſtraꝝ participē facere: ut intelligāt oēs, nunq̄ noſtram remp. malis artibus certauiſſe: & ab omnibus inſidiis & dolo penitus alienā. En alligatū exemplum allatæ declarationis a ſanctitate Pontificis. Vale.

SEnēſes Papæ. S.P.D. Valde iampridem diligebamus opinione uirtutis præclarū Iacobum Com. unum ex iis: q inuictiſſimo claret exercitu. Sed p hæc belloꝝ tēpora ſummi uiri experti militarē laudē: præcipuā cū bellica peritia fidē ac ſingularē animi magnitudinem, cępimus etiam uehemēter amare: & ſtudio quodā maiore complecti. Nouimus q̄ alacri animo iuſſa tuæ Beatitudinis pſequat. Inceptatis noſtris rebus adſit: acrem ſeſe hoſtis inſectatorem prębeat: quē quidē magnanimū uirū tam & ſi ſua ipſius uirtus clarū atq; illuſtrē efficiat: noſtra tamē laude & teſtimonio carere noluimus. Spes erat de uiri probitate: uel ante Hetruſci bellū nō mediocris nobis: ſpem ille oēm, atq; expectationē ſuperauit. Igit etiā, atq; etiā laudandū ducimus: cōmendare uero tuæ Beatitudini minime neceſſariū arbitramur: quæ ſuopte ingenio nouit cū alias ſemp, tum in ſacro Apoſtolatu conſtituta & odiſſe malos, & bonoꝝ nūq̄ deeſſe premio. Illud tamē ſibi perſuadeat: quæſumus: tua Sācitas: gratū admodū fore nobis: ſi cū dignitate aſciſcere poſſimus nobis eum uirū. Habet eni filium ingenue educatū: erudiri cupit in noſtris Gymnaſiis literarum, ſtudiis, & ſcientiæ laude: quod in noſtro territorio beneficium uacare contingat: dignū hominis præſtantia: placebit nobis uehementer pro tuę Sanctitatis lenitate & gratia fieri illū uoti & optati cōpotem. Nos quoq; magni accipiemus muneris loco, acturi tuæ beatitudini peringentes gratias. Deū optimū, maximū oramus: ut ſit tua indies fœlicior, ac glorioſior Sanctitas. Vale.

SEnenſes Ferrariæ Duci S.P.D. Scimus tuam illuſtriſſ. Dominationē fieri nunquā diſſimilem ſui: ſed & nunquam a bene inſtituto diſcedere ingenio: ſeruare autē boni Imperatoris morē: ut quod de Cæſare magna cū laude prædicatur: nō minus benignitati & clementiæ q̄ robori & fortitudini ſemper intendat. Captiuos tui abduxerūt noſtros Petratienſes: cū alios, tum Alexādrū quempiam: q caſtelli eius prȩerat præſidio. Paſſi ſunt miſeri homines iacturā oēm: familiā, ſubſtātiamq; amiſere. Nihil pręter ſpiritū ſupereſt illis. Piget cōmemorare: q̄ ſint omni incōmodoꝝ genere affecti. Miſerandā illoꝝ fortē nō ignorat tua excellentia. Quanto illi ſe poſſint redimere: q ſpoliati ſunt fortunis omnibus. Poſt cæteram clades: quā belli inferre uidentur: nō obliuiſcat tua amplitudo ueteris manſuetudinis, ac lenitatis: & memor mutui amoris & ſtudii cōmēdantibus nobis condonet pretium: oramus: captiuis illis: & liberos dimittat tua clementia: cui nō aurū: ſed uirtus conſueuit cordi eſſe. Magnū pietatis genus erit parentes liberis: liberos parentibus reddere: & libertatē donare coniugibus: Capacciis ciuibus noſtris honeſtiſſimis Alexandrum reg. ſua rȩ gerentē dono mittere. Accedet ad tuā laudē, & uirtutis cumulū. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ S.P.D. Indies noſtra fit lætitia cumulatior: quum ea nunciantur: ꝑ quæ magis magiſq́ indies & tuę Maieſtatis & florentiſſimi iſtius Regni ſplendeſcit gloria. Hoc nos ſerio gaudemus: hoc nos mirifice incredibiliterq́ delectat. Qui noſtri ſeculi ſolidã aliquãdo tranquillitatem optamus: eam nos demũ ſperamus aſſecuturos: quum perdomita malorũ improbitate: tua Sacratiſſima Maieſtas glorioſa parta uictoria: iuſtitiæ integritatẽ & rectã uiuendi rationẽ reduxerit. Bene tum in Liguria tum in hac quoq́ regione tanti futuri boni iacta ſunt fundamẽta. Mirum in modũ ſpem auget: quod nuꝑ diuino fœlice numine: de ſacri connubii fœdere factũ cognouimus: & inter duo ſplendida orbis lumina initam affinitatem: Chriſtianiſſimũ Francorũ Regem: & eum in Italis oris: q nemini uel pietate uel iuſtitia uel deniq́ rerum omniũ gloria cedit: ſponſam ſcilicet Illuſtriſſimi Sabaudiæ Ducis filiã opibus magnis & præclara dote Illuſtriſſimo tuæ Maieſtatis filio: ut ad fœlicitatis cumulũ nil prorſum deſit. Lætum fœlix fauſtumq́ ſit: tuæ Maieſtati ſplẽdidiſſimo Federico & tuo uniuerſo Regio generi: ſed & amicis quoq́ ac ſociis & iis omnibus: q tuam Maieſtatem fide amore obſeruantia proſequunt: in quis quo ſint imprimis Senenſes animo: ignara omniũ tua nõ ignorat Maieſtas. Ad uictoriam & perfectiorẽ reꝝ ſtabilitatẽ ſpectare arbitramur: iam tandẽ pacatos Reges ãpliſſimos: & tũ Francos tũ Hiſpaõs atq́ Aragonenſes ſumma quiete lætari. Deũ quæſumus: ut proſpera cuncta fortunet: & ad beandã tuã Maieſtatem adſit ſemp propitius. Nos fidei atq́ obſeruantiæ ſtudio officioq́ ex optimis animis gratulamur: & quod optimos atq́ obſeruantiſſimos decet filios: dies noctesq́ tuę Maieſtatis uoluntati propenſos alacresq́ deferimus. Vale.

SEnẽſes Federico Regię ꝓgeniei & ab alto Aragonẽſis generis ſanguine ꝓfectę S.P.D. Nobis gaudemus mirũ in modũ; tuæ gratulamur felicitati. Omnia proſpere cedere: illuſtrati indies tui generis decus: nimirũ incredibilem ſuſcipimus uoluptatẽ. Quod altiſſimo placuit ſpondere ſplendidiſſimo ſponſo ſplendidam ac præclaram ſponſam: & ab alto Francorũ Regis ſanguine profectam: magis certo lætamur q̃ per literas ualeat explicari. Fortunet: quæſumus: optimus maximus Deus gloriã iſtam & augeat: atq́ amplificet magis fortunas tuas. Splendidiſſime Federice fœlix ſemp eſto: & macte iucunditate & gloria una cũ ſponſa lepidiſſima: eſtoteq́ ambo macti beatitudine & gratiæ plenitudine. Vale.

SEnenſes Papæ S.P.D. Qui ſummã tuæ beatitudinis demẽtiam & largitatem multis ac perſpicuis experimentis cognouimus: fidenter poſtulare nõ ueremur: ſiquid forte contingat: in quo tua Sanctitas benignã ſeſe in noſtros præbeat. Nuꝑ mortali uita deceſſit Petronus Petronius ciuis noſter frater hieroſolymitanus & Eques Rhodius. Hic regebat beneficium intra noſtræ urbis mœnia: quod Sancti Leonardi nomini inſcriptũ eſt. Perſuademus nobis tuam Sanctitatẽ: quæ ingenti amore hanc patriam ſemper complexa eſt: noſtri territorii & ciuitatis beneficia noſtris libenter ciuibus conferre. Occurrit nobis ciuis ex iis: qui reipu. præſunt: uirtute & optimis ornatus moribus: & ob eam cauſam gratus admodũ. N. claro genere natus: & patre ortus præſtantiſſimo: qui modo in collegio noſtro ampliſſimũ Magiſtratum & Capitaneum populi gerit. Eius. N. filius compoſitis moribus maxime ad eam religionem uidetur idoneus. Proinde tuam Beatitudinẽ deuotiſſime ſupplicamus: ut eam ꝑ ſua ſingulari beneficentia q̃ pro ciuis noſtri merito dignetur intercedentibus nobis & dignitatem & beneficium in præfatũ. N. conferre. Confidimus apud uirũ bonũ libẽter tua Sanctitas beneficium collocabit: & nobis rem gratiſſimam fecerit: atq́ auxerit ueterũ officiorũ cumulũ. Ea ipſa de re noſter quoq́ ciuis dilectiſſimus: & pater uenerandus Ioannes Maſſanus Epũs cum tua Beatitudine colloquetur. Audire: quæſumus: dignetur: atq́ exaudire ſupplicantem. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ S.P.D. Nunquã poſſimus explicare: quantam ſemp ex tuæ Maieſtatis ſuauiſſimis litteris: ac paterni pleni amoris percipiamus uoluptatẽ: quippe quæ nobis illam quodãmodo preſentẽ faciunt: quam certo ſtatuimus: & noſtri ſeculi decus: & noſtræ reipublicæ firmũ præſidium: tutiſſimumq́ profugium. Agimus igitur de integro quoq́ ingentes tuæ Maieſtatis gratias: quę & re iuuare & benigno animo eſt dignata reſponſo. Nos: ut paucis mentem noſtrã apiamus: certiorem tuam facimus Maieſtatem: nihil nos cupere uehementius: q̃ eius obſequi ſtudiis: ac ſalutaribus auſcultare conſiliis. Fortiſſimũ belli Ducẽ Mattheum Capuanum auxiliares duxiſſe copias accepimus ſummi officii loco: competta nanq́ nobis ſumma uiri uirtus ac fides. In noſtro autem conſpectu uerſari: & ex re noſtra putamus: & adducere plurimum roboris fœliciſſimis caſtris: in quibus nunc ſe continet cum ſuis copiis; ſeruire enim temporibus res ipſa poſtulat. Quocirca & Ducis clariſſimorũ tum ſapientia tum etiam fortitudine: ſed iprimis tuæ Maieſtatis conſilio auctoritate ꝓuidẽtia nõ poſſumus nõ optatã ac præclarã ſperare uictoriã: ut tandẽ aliqñ hoſtiũ infringaẽ iprobitas: & debellenẽ: iiq nimiũ tempere miſcere oĩa calamitatibus: & diuina atq́ hũana iura perturbare conanẽ. Nos (quatenus noſtræ queqũq́ illę ſint) ſuppetẽt uires: omni ſtudio labore officio uiſſiſſimis tuę Maieſtatis cœptis nunquam deerimus. Qua quidem in re aliter a non nullis noſtram inſimulari rempublicam. Idcirco pro nihilo habendum putamus: quod certo nouerimus auertere tuam Maieſtatem a falſis criminationibus animum: & nihil niſi quod uerum ſit: a quopiam illi perſuaderi poſſe. Nos indefeſſis animis cœpta perſequemur. Quæ

omnia fuſius clarus Iuriſconſultus & ciuis chariſſimus probe inſtructus Laurentius Landus explicabit: quē obſecramus tuam Maieſtatē libenter pro more audire dignet: ut ſi nos ipſos loquentes. Pactas cū hoſtibus dierū octo inducias putamus tuam accepiſſe Maieſtatē. Nos quæ a ſapientiſſimis bellli Ducibus geruntur: nō poſſumus nō probare: & in optimā partē interpretari: ſed q hoſtiū callemus ingenia: ueremur: ne qd afferat res ipſa incōmodi potius. Nā quæuis mora (ut quidē nobis uidetur) obeſſe plerunq conſueuit: nūc eo magis cū nō longe abſint hiberna tēpora: quum minime caſtrametari licebit. At nos nullo modo ab optimis auctoribus diſſuadebimus. Vale.

SEnenſes. N. Cardinali S.P.D. Quoniam ſane religionis inſtitutio & recta diuini cultus obſeruantia imprimis ciuitates exornat: ac maxime ad ſalutarē uiuendi diſciplinā inducit: idcirco ad rerumpublicarum rectores merito pertinere uidet: ut ad tuendas religionis firmitatē: curam ſtudiū atq operā adhibeant: & (quantū fas eſt) ad illā conſeruandā cunctis uiribus elaborent. Cognouimus diuturnis iam tēporibus ſacram Minorum religionem & cæteros mēdicantium ordines ad dirigendos fidelium & Chriſtianorum populos plurimū profuiſſe: & ſacra miniſteria obeundo: euangelizando uerbū Dei: peccatorum labem: & flagitiorum foeditatem corripiendo: ſalubriter inſtruendo: catholicæ atq orthodoxæ fidei fundamēta roboraſſe: eccleſiæ ſanctæ Dei & Romanæ atq Apoſtolicæ ſedis ſtabiliſſe munimēta. Nā ex eis religionibus atq ordinibus dedit beneficentiſſimus Dominus uiros graues: Doctores inſignes: uirtute doctrina ſanctitate præſtantes: q uerbo pariter & exemplo genus humanū ad malum atq ad libidinē procliue: a male uiuēdo deterreant: & ſalutaribus monitis ac Spiritus ſancti uoce ad catholice iuſte ſobrie ac pie uiuēdū ſine dubitatione compellant. Quocirca ſtatuimus Mendicantium eruditionē atq operam ad bene ac religioſe uiuendū maxime neceſſariam eſſe. Quibus certe quieſcentibus & in ſuis ſtudiis atq contemplatione degentibus ſi a uetere & conſueta exercitatione repellantur: timitū ignaui populi & qui ſtulti ſunt: quorum infinitus eſt numerus: in ſumma ignorantię caligine errorum cæcitate & remota ueritatis luce in maximis tenebris uerſarentur. Cū igitur innotuerit aliqd cōtra ueterē ritū & longam Mendicantium conſuetudinē innouari: quanq putamus fieri oīa exquiſito iudicio atq optimo conſilio: tamē qa intuemur noſtros oēs plurimū cōmoueri: & populos uniuerſos: qui uobis parent: dolere eiuſmodi mutationem ac nouū inſtitutum: cum ſit boni paſtoris officium adducere oues: nō diſpergere: ac dare operam: ut qui dirigēdi ſunt in uiam ſalutis: minime ſcandalū patiantur: cū ſint in bono propoſito inſtruendi conſeruandi atq augēdi: & eorum retinenda ac fruenda deuotio: precamur tuam clementiam: ut apud Sūmi Pontificis Sanctitatem operam dare uelit: ne qua innouatio fiat: nec tollatur ſalutaria conſuetudo: nec a uetere exercitatione Mendicantes repellantur. In quibus ſiqui fortaſſe aberrāt: eorum eſt corripiendus error: nō religionis dignitati ac ſanctimoniæ derogādum: preſertim cū ſalutis diſcrimine & animarum periculo: quibus ſalubriter ab illorum ſanctis operibus atq eruditione proſpicitur. Erit nobis certe gratiſſimū: ſi precibus noſtris adducta tua. R. Dominatio ita illis fauerit: ita illos commendauerit: ita benignam ſuam interceſſionem adhibuerit: ut intelligamus noſtras litteras & humilē interpoſitionē plurimū habuiſſe momēti. Et ea ipſa de re etiā noſter loquetur Orator: quæſumus audiat: & illi benigne credat tua clementia: Vale.

SEnēſes Florentinis S.P.D. Quos cōmēdant nobis ueſtræ Magnificentiæ: uolumus ſemper habere cōmendatiſſimos. Nam ea eſt noſtræ mutuæ charitatis affectio: ut quæ grata alterutris futura ſint: ſtudio omni atq amore efficere debeamus. Itaq de. N. ſubdito ueſtro data opera ē: ut nullo pacto capitis periculū ſubiturus ſit: atq ueſtro intuitu & cōmendatione adducti: curabimus p uiribus: ut mulcta leuiore: & (quantū fieri poſſit) damno minimo afficiatur: Vt cum uitam ſeruauerimus: ſuorū quoq honori dignitati & commodo (quoad fieri poterit) conſulamus: atq ita ſibi perſuadeāt ueſtræ Magnificentiæ: quātū apud nos tum uoluntatem tum litteras uolumus plurimū ſemp habere momenti. Valete.

SEnenſes Duci Mediolanenſi S.P.D. Quoniam ſemp tua indyta atq illuſtriſſima Dominatio Iuſtitiam fouet: & noſtrā diligit uehemēter rempublicam: cū ſimus obſequentiſſimi filii: magna cū fiducia ciues noſtros cōmendamus. Cū igitur Spectabilis Eques Nicolaus Recuperus cauſam habeat cum. N. ac ſociis: qui iſthic negociantur: & cauſam ſuſceperit generoſus & clarus Miles. N. ciuis tuus: oramus atq obſecramus tuam clementiam: ut ſiquid opus acciderit ad negocium perficiendū: dignetur iuſtos atq oportunos præſtare illi fauores. Quod cum iuſtum & ęquum putemus: & futurum confidimus: & impetratū erit nobis gratiſſimum. Vale.

SEnenſes Regi Sicilię S.P.D. Cū intellexerimus perſpicuis atq multis experimētis ſummam tuæ Maieſtatis & in noſtrā remp. & erga ciues noſtros beniuolentiam ac precipuā charitatē: prębet ea res nobis fiduciam: ut eos cōmendare minime dubitemus: quos nō modo: quia ciues ſunt: ſed etiā: qa magna uirtutis laude præditi: magno quoq ſtudio & amore cōmplectimur. Hoc uero numero clarū Equitē Ioannem Baptiſtā Aringherium merito collocamus. Cujus deſideramus uirtutē atq gloriam illuſtrari: q ingenio prudentia integritate ac moderatione ornatus i pręclaris artibus & ſtudiorum laude totā inde uſq a paruulo conſumpſit

ætatem:cuius ingeniū āminiſtratus fœlicis recordationis Alphonſus Rex ſacratiſſimus: & tuæ genitor maieſtatis:cū ad huc ꝑ adoleſcens eſſet-Militari dignitate: & ſummis muneribus honeſtauit. Qui in ipſa tenella ætate-cōſilio-& grauitate-cōfeſtim ſenex iam ꝑ multas Italiæ nobiliſſimas ciuitates:claris & ampliſſimis magiſtratibus defunctus eſt:atq; inde uere teſtari poſſumus:illū gratiam ſimul: & gloriam retuliſſe. Cum igit̃ fortunarū ſuarū a tuæ Maieſtatis glorioſiſſimo patēte: & dignitatis primordia: & militaria inſignia fuerit aſſecutus: & iacta ſint honorū fundamenta:deprecamur ſuppliciter tuā maieſtatē:ut eundē militē ciuē noſtrū dignet̃ benigne ſuſcipe:atq; illi: & ꝑ ſuis laudibus: & ꝑ noſtra interceſſione:Aquilæ Præturam concedere-cum primum opportune licebit:quod ſi impetrauerimus (ut facile confidimus) maximum:atq; gratiſſimū noſtræ ciuitati:non illi ſolū beneficium contulerit. & augebit noſtrarum obligationum cumulum tua maieſtas. Vale.

SEnēſes.N.Cardinali S.P.D.Placuit nobis uehementer:iā tandē finē impoſitū.S.Anaſtaſii cauſæ:ut oīs eiuſmodi ſit de medio ſublata moleſtia-& illa uetus: & naturalis refloreat mutui amoris affectio. Quæ arctiſſimis uinculis-& multis:atq; optimis rationibus tuā.R.D: & noſtrā cōplectitur-ac detinet remp. Nempe abſurdū uidebat̃:patrē amantiſſimū cū filiis deuotiſſimis diſceptare:præſertim uero cū ſit una Senenſis ciuitas:quæ omni ſtudio iuſtitiā fouet:Apoſtolicā ſedē ueneratur. S.Romanā eccleſiā obſeruat:nunq̄ fide:nunq̄ dilectione: & diſpoſitiōe ſincera defuit. Quæ maxie gloriet̃ habere ſuæ libertatis defenſores eos:quos fœlix Pii memoria-diuina diſpenſante gratia:ad tantæ dignitatis culmen euexit-ut præſto eſſent:qui firmiter catholicā tuerentur eccleſiā: & patriā eius ꝑ omne tēpus aſſidua protectione defenderēt. Te ex eo numero unū-tanq̄ huius ciuitatis alūnū præclariſſimum:quē q; nobis patrē-ac benefactorē perpetuo habere perſuademus:a quo ſalus-ac dignitas huius patriæ magno ſtudio conſeruetur. Atq; ita ſummis-ut fiat:oramus precibus. Cum iam cauſa oīs probe cōſtituta ſit: obſecramus tuam clementiam-aduocatam huius:: & protectricem reip. ut tuo conſilio:atq; auxilio-eiuſmodi ſtabiliatur totius cauſæ contractus: & ea rōe-ac forma:ut non mō præſens controuerſia:ſed totius cōſequentis temporis tollatur moleſtia:ſicut certe ſperamus:præſertim cum tua.R.D.intra oīa noſtre reip. fauere perſpiciat: & nobis pro noſtra filiatione debeas patrociniū. Sed latius noſter loquetur Orator. Erimus nos ſemper quales deuotos filios decet: & ut pergat tua R.D.ſuam indicare ueram beniuolentiā:etiam: atq; etiā oramus. Poſtremo id ubi uolumus:perſuadeas:cauſam oēm in optimā nos partem interpretari-ac tuam.R.D.bonis ad rem gerendā-adductā cauſis arbitrari. Ad exitū uero cū perducta ſit:ſupereſt:ut ad augendam utrinq; beniuolentiā-ac mutuā charitatē tota uertatur intentio: & nos deuotam filiationē exhibeamus:tua aūt.R.D.q̄cq̄d in tota cauſa nr̄æ reip. uel īpēſæ uel icōmodi īportatū ē: paterna nūc benignitate: & recentibus uel cōpenſet:uel diluat beneficiis:quod noſter quoq; tuo nomine ſpopondit Orator:qui & multa: & nobis iucunda de benefica tua diſpoſitione abunde retulit. Nos tua.R.D.experietur deuotiſſimos filios:uiciſſim huic reip. tua.R.D.ſtudioſe faueat:quæſumꝰ patrocinetur: & cōmunem patriā:ut decet:tueatur:atq; amplificet. Nec.n.ulla rancoris in nobis ſcintilla ineſt:ſed ea flagat:atq; exardeſcit charitas:quam uel aquæ multæ extinguere nūq̄ poſſint. Vale.

SEnēſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Ex tuis litteris:ex noſtri Significatione oratoris-cognouimus: q̄d uam gerit.T.R.D. in ſancti Anaſtaſii cauſa:ut ad finem uſq; perduceretur. Quæ quāto difficilior reddita eſt:tanto certioribus documentis tuam indicauit: & optimā uolūtatē: & ueri patris-ac bn̄factoris officiū. Quod ſi mirifice laudādi ſunt:qui patriā tueantur: & adiuuent:tuam certe.R.D.ſummis laudibus efferendā ducimus: quæ nec labori parcit-nec ullā operā recuſat:ut patriæ utilitati conſulat. Quas agimus alacriter ꝑ liberaliter geſtis tuæ.R.D.gratias:quas ingētes habemus:eas ut referre poſſimus:ille annuat:cui:q̄d fiat in terris nihil acceptius ē:q̄ prodeſſe hoībus: & tueri concilia:cœtuſq; hoīū iure ſociatos. Quæ uero multa: & maxima accipimus beneficia:ea ſunt nobis periucunda:paribus paria referre cupimus:ſi opis noſtræ ſit. Quod ſi ſumus officio impares:quod uel amicitiæ:uel filiationis ꝓpriū munus eſt:in beniuolentia: & amore non uincimur. At latius noſter loquet̃ orator. Vale.

SEnenſes Vicario generali religioſorū obſeruationis diui Bernardini Senenſis.S.P.D. Cum iuſta:atq; honeſta petimus: & quæ ſimul ad animarū ſalutē: & ad diuini cultus honorē ptinēt-nō dubitamus illa tuā paternitatē læto animo effecturā. Quando id tuū munus ē aſſignatū tibi a deo-ad cōmunē hominū ſalutē:operam cōferre: & dirigere ſalubriter fideles populos. Cum igit̃ Sarteanenſis cōmunitas iampridē Apoſtolica auctoritate interueniēte-aſſecuta fuerit:ut fratres tui de obſeruantia quos appellant locum: & conuentū tenerant intra id ipſum oppidum collocatum: & præfati religioſi ſua uirtute: & ſanctimonia-ac ſalutaribus monitis: & exēplis:eidē populo ſalubriter cōſulant:hortamur tuā paternitatē ut noſtra præcipue cōmendatione adhibita:oīo detineat eam familiam de obſeruātia:ſic.n.uulgo nūcupāt:in Sarteanenſi cōuētu:nec ullo pacto diſcedere patiat̃:ſi quærit:ſi deſiderat illius cōmunitatis ſalutē: & nr̄æ placere reip. Nec.n.obſtat ſūmi Pōtificis breue nuꝑ ſcriptū:ꝑ quod ita innuit relinquēdū eū locū fratribus uulgo dictis cōuentualibus:ſi ita cōtēti ſint obſeruātes:q̄ ī eo ipſo demorāt̃. Quos nos ſcimus ꝑmanere libēter:ſ; certe libētius:ſi ita ēt tua aſſenſerit paternitas:q̄ intelliget ꝑfatā Sarteani cōmunitatē a

ita ſe geret in tuã familiã:ut merito uelit ab eo loco minime diſcedere:et p tuæ religionis augmen
to:& cõmodo. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D.Multa ſemper ſperauimus de tua.R.D.
cuius & ſummã beniuolentiã:& beneficentiã quoq; parẽ experti ſumus.Sed ſpem nſa;
bñficiorũ magnitudo longiſſime ſuperauit.Intelligimus noſtras partes eſſe:ut gratias
q̃ maximas referamus..Verũ(ut Virgiliano utamur uerbo)grates perſoluere dignas
nõ opis eſt noſtræ.Quanq̃ cũ ad patriæ ſalutẽ tuendã nati ſimus:quæ ortus noſtri certe
maiore ſibi partẽ uendicat:nõ modo referenda gratia:ſed ampliſſimis quoq; laudibus tuã.R.D.pro
ſeq opus eẽ cognoſcimus.Quod in nobis ẽ:gratias peringẽtes agimus:tuã præcipuam in patriã cha
ritatẽ ac ſingularem beneficentiam ſumma cõmendatione proſeqmur:& benigna tuæ.R.D.opera
huic populo:& noſtræ reip.utiq; gratiſſima eſt:quæ declarata magis in .S. Anaſtaſii cauſa ueterũ:&
multorũ beneficiorum magnitudinẽ cumulauit.Deum quęſumus:ut ad repẽdendã gratias parẽ tri
buat uolũtati copiam.Nobis certe cum accipere beneficium gratũ eſt:tum expiri tam crebro cũ nſæ
reip.& cõmunis patriæ cõmodo:tuã benignitatẽ:ẽ utiq; iucundiſſimũ nobis:quorũ nomie plura no
ſter explicabit Orator Vale.

SEnenſes Aquę pendianis.S.P.D.Cum uetus:inter nos ac diu ſpectata uigeat amicitia
putamus noſtras partes eſſe ita inſtituere noſtros:ut & ipſi quoq; inter ſe cõiunctiſſime
uiuant:& oĩs cõtrouerſiæ utrinq; fomenta tollantur.Igitur cũ iam pridem cõuentũ ſit
ut ad dirimendam diſceptationẽ de finibus inter.N.ueſtros:&.M.noſtros limites pone
rentur:ad conciliandã concordiã inter eos ac terminos præfigendos:Cõmiſſarium no
ſtrũ delegimus:quẽ utiq; putamus idoneũ:uirũ pbũ:& pariter utrorũq; amãtiſſimũ:Philippũ Ac
curſium.Hic:cũ uos quoq; alterũ Cõmiſſariũ ciuẽ ueſtrũ delegeritis:ubi q̃doq; opportunũ uidebit:
cõfeſtim pſto erit:quod ut faciat:ueſtram plurimũ amicitiã exhortamur.Erit.n.Salutare opus:& no
ſtræ neceſſitudini ac uicinitati aptiſſimũ.Quare & ad Cõmiſſariũ eligẽdũ:& ad rem maturandam:
ut operam detis:uehementer petimus.Et per ueſtras litteras nos certiores fieri:quod erit nobis gra
tum:imprimis paratis ſemper ueſtris placitis. Valete.

SEnẽſes Generali ordinis Cartuſienſis.S.P.D.Scimus tuam.R.pater optime diſpoſitã
ad ea efficienda:quę honeſta ſimul:& grata huic ciuitati uideantur.Cępimus iampridẽ
ad urbis noſtræ ornatũ dare operã:& ob eam cauſam plærĩq; ciues noſtri noua cõſtru
unt ædificia:& ornatiores parant domos.In his etiã uenerabilis uir Thommas Piccolo
mineus:& fratres eius:ciues noſtri chariſſimi iuxta plateã Ptolomeorũ:quã appellamus
loco illuſtri noſtræ urbis:cum haberẽt domũ aliã contiguã de nouo moliunt.Subter illam apotheca
eſt tuæ religionis:& monaſterii:quod uulgo dicitur:de Maiano noſtræ iuriditionis.Ex ea apotheca
annuatim monaſteriũ ipſum aureos noue pro penſione recipit.Promittit:& ſolẽniter obligat præfa
tus Thõmas cũ fratribus dare aureos duodecim ãnuatim ſolẽni ſtipulatione:& ſimul reperire alterã
apothecã loco illius:unde ſumma grandioris pecuniæ ad monaſteriũ quot annis p ueniat.Hoc face
re recuſat Prior monaſterii eius.Credimus fortaſſe:qa nihil aſſentiri uelit:ſine con ſenſu:atq; auctori
tate tuæ.R.Paternitatis.Cum igitur hoc ſit futurũ nobis gratum:ad ornamentũ noſtræ urbis:ad maiorẽ
euidentẽ utilitatẽ tui ordinis:& cõmodũ:te oramus p amicitiã noſtrã:ut hoc gratificari & conſentire
nobis uelis:& p ſuas litteras reſponſum præbere ac præcipere Priori:& capitulo monaſterii eius:ut
nõ impediat rem utilẽ:atq; honeſtã:precipue cum officina ſi remãeat eodẽ ĩ loco:totum dehoneſta
ret ædificiũ:atq; operis pfectionẽ.Nos:q ſumus tuę religioni deuotiſſimi:offerimꝰ nos paratos bene
placitis tuis:Fundatores eius monaſterii:ciues noſtri probant eam permutationem:tanq̃ uere utilẽ:
& non laudant renitentem priorem. Vale.

SEnẽſes Florentinis.S.P.D.Cum ſuperioribus diebus cõmendauiſſemus uobis.N.uirũ
nobilem:& ciuẽ noſtrũ chariſſimũ:& cauſam eius:quæ inter ipſum:&.N.uertitur:intel
leximus ex uiuo ipſius eloqo:ut eſt ueſtræ reip.uetus ac laudata conſuetudo:illũ & audi
tum libẽter:& tractatũ fuiſſe humaniter.Id quẽadmodũ perhibet:ueri amoris teſtimo
niũ:ita fuit nobis uehementer acceptũ ac rurſum cum cauſam eius iuſtiſſimã eſſe arbi
tremur:oramus:atq; rogamus ueſtrã Magnificam fraternitatem:ut ad negocium perficiendũ:ſuã
uelit & auctoritatẽ:& operam adhibere:præſertim cũ intelligamus minime aliorũ uel cauillationẽ:
uel iniqua profugia a ueſtra ſapientia:atq; integritate probari.Equm aũt:& bonũ probari.Nos quos
N.ipſi fidẽ publicam dedimus:ita certe dedimus:ut contra obiicere poſſit nihil.Sed ueſtra æqtas præ
ualebit:quę uerum ius ſeqtur non ſummũ illud:quod ſumma ſæpe iniuria eſt.Poſtremo ut celeriter
negocium eius conficiatur:etiam atq; etiam oramus. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D.Non ĩmerito uiri oẽs ſapientes una uoce cõſentiunt eos
in omni mortaliũ genere maxime laudandos:q ad benefaciẽdũ oĩbus ac prodeſſendũ
cunctis hominibus curã ſimul:& operã cõferũt.Nam hi præ cęteris oĩbus ad diuinę bo
nitatis cęlſitudinẽ propius certe uident accedere.Hoc nos numero:affecti quotidie ma
ximis bñficiis collocamus:quę tãto ſtudio:& paterno amore noſtrã ſemp amplectit ac

iuuat remp. T.R.D. imitatã utiq; fęlicis recordationis & piiſſimũ Pontificẽ Caliſtũ: q uere exiſtimans Senã urbẽ Romanæ propugnaculũ eccleſię: illã tuã benigne ſemp protexit atq; ſeruauit. Quid in di ui Anaſtaſii cauſa tua demẽtia geſſerit: & a fructibus cognouimus: & copioſe noſter retulit: atq; explicauit orator: p qbus certe benignis opibus & paterna dilectione ſemp pſpicue ad nr̃a cõmoda declarata: gratias ingẽtes agimus: ſed multo certe habemus maiores: atq; ut referre ualeamus ille tribuat: cuius numen ut. T.R.D. fœliciſſimã tueaẽ & oibus attollat ac proſequatur honoribus: deuotiſſime cõprecamur atq; utinã rependẽdæ gratiæ: tãta nobis tribuatur facultas: quanta ciuiũ oĩum cordibus defixa uolũtas ẽ: ac uetere frẽn fiducia huius patrię ſalutẽ: libertatem ac decus diligẽtiſſime cõmẽdamus cum habeamus. T.R.D. uerum ſemper profugium ac ſingulare præſidium Vale.

SEnẽſes Lucẽſibus. S.P.D. In cunctis humanis rebus tua excepta iuſtitia amicitiã anteponimus & maxie colẽdã ducimus. Quippe quæ una prę cęteris mirifice laudaẽ. Sz quę nobis uobiſcũ ẽ: eam habemus probatiſſimã: cuius gratia ẽ nõnunq̃ de recto deflectimus: quod in ſola conceditur amicitia. Veſtra igitur commẽdatione adducti. N. quoniã Lucenſis eſt impune dimiſimus cum ei antea condonata uita eſſet. Id iuſſum ẽ: ut ſignificaremus uobis: quorũ ſtudiis alacribus ſemper gratificamur animis. Valete.

SEnẽſes. N. Cardinali. S.P.D. Semper dileximus ac magnifecimus uiros bonos: & uirtute ſimul ac doctrina præſtantes: ſed multo tunc uehementius: ſi in aliqua religione clarucrunt. Eiuſmodi putamus. N. noſtræ ditionis: & ciuitatis hominẽ: & ex ordine Heremitarũ. S. Auguſtini prædicatorẽ Euangelii inſignẽ. Hunc accepimus Generalis iuſſu detineri: atq; aſſeruari cuſtodia. Id nobis ualde moleſtũ ẽ: & eum liberari p cupimus. Ad qđ aſſeq̃ndũ: tuã depcamur. R.D. cui talis uiri liberationẽ deuotiſſime cõmẽdamꝰ. Ita .n. iuſtũ uideẽ doctos uiros: & doctrina celebres cõmẽdatos habere: & honoribus pleq. Oramus igiẽ tuã clęmẽtiã: ut nr̃a gratia illi digneẽ fauere ꝑpenſius tua. R.D. Quæ (ut ſpamus) nõ patieẽ. R. Generalis aduerſum. N. ipſum iſenſus aium obeſſe ei uiro quẽ religio: quez uirtus: quem doctrina cõmẽdat. Vale.

SEnẽſes Generali ordinis Heremitarũ diui Auguſtini. S.P.D. Eã putamus tecũ hãc rẽp. habere beniuolẽtiã: ut a. T.R. paternitate diligantur: quos nos præcipue charos habemus. Hoc numero. N. ſacri ordinis tui: & noſtræ ditionis reponimus: uirũ clarũ & Prędicatorẽ Euangelicę ueritatis inſignẽ: quẽ cũ intellexerimus ꝑ tuo iuſſu detentũ: & cuſtoditũ aſſeruari: ualde doluimus: & tanto uiro notã eiuſmodi: nõ potuimꝰ nõ grauiſſime ſubſtinere. Nam & ciuitas hæc uniuerſa: & plęriq; Italiæ populi illius religionẽ & doctrinã amirantur & colũt: & in pretio habent: tanq̃ chriſtianę nationi plurimũ ſalutarẽ. Cũ igitur tua. R. Pat. erga nos optime ſeſe affectã profiteaẽ: hac fiducia: & uiri huius laude: & tua facilitate cõmoti oramus: ut præfatũ chariſſimũ nobis: & pręſtãtẽ religioſum uirũ dimitti: atq; abſolui iubeat: & hoc gratificari nobis: quod erit certe gratiſſimum: ſicut eiuſdem uiri cuſtodia grauis plurimum ac moleſta eſt. Hoc expectamus proculdubio futurum: cum nos pari in cunctis rebus animo ſimus affecti. Vale.

SEnẽſes. N. Principi. S.P.D. Veram amicitiã intimã beniuolentiã atq; locorũ diſtantias nec abſentia lõgior nec ullũ deniq; poteſt extenuare ſilentiũ. Noſtrã uero eiuſmodi eſſe cõſtat: quæ oibus tẽporibus: & quacũq; rerũ cõditione firmiter ſemp eadẽ pſeueret: quę ab optimis ꝑfecta principiis: & firmis ſtabilita rationibus: nullo rerũ euentu: nulla fortunæ uarietate mutari queat. Nã habet noſtra reſp. tuũ glorioſiſſimũ genitorẽ: patrem quoq; uere propitiũ: & noſtræ acerrimũ propugnatorẽ libertatis: & illuſtriſſimas. T.D. tanq̃ ſummi patris glorioſam: atq; expreſſam imaginẽ: eorundẽ operũ benignã ſectatricẽ: quã ex intimo cordis affectu putamus noſtrã amare remp. inq; ea maximã ſpem una cũ patris tui maieſtate ad ſalutẽ: ad tranqllitatẽ: ad pacẽ ſeruãdã: ſine dubitatione poſuimus. Quæ ſpes: ut reſpondeat opinioni noſtræ magnis oramus precibus. Quæ de imanibus Barbaris: & de ſęuiſſimi hoſtis apparatu: & infeſto referuntur exercitu: audiuimus nõ abſq; ſumma moleſtia. Precamur illũ: cuius ſacratiſſimũ nomen infectaẽ truculentiſſimus aduerſarius: & ĩpugnator chriſtianæ fidei ĩpius Maumethes: ut potẽti dextera contũdat illius opes: & hoſtilẽ inſolentiã cõprimat: & patris tui ſacrã maieſtatẽ huius quoq; optatæ: & iuſtiſſimæ uictoriæ una cũ cęteris chriſtianis principibus cõpotẽ faciat: ut in oẽm terrã atq; in fines orbis chriſtianorũ propageẽ iperiũ: & Aurei ſæculi tranqllitas reuireſcat. Nos de ſigniſicatis gratiã agimus: & ut in poſterũ id ipſum facere pgat tua Illuſt. D. uehementer oramus: eo tñ omine ut cuncta chriſtianis: & tuo proſpere cedant imperio. Vale.

SEnenſes. N. S.P.D. Q m̃ ẽ nr̃æ reip. cũ tua. R. Patern. uetus amicitia: illius fiducia libẽter petere nõ dubitamus: quæ grata nobis futura ſint: & illorũ ornamẽto cedant: quos charos habemus: Cum igiẽ intellexerimus creari iſthic nouã urnã eorum: q uariis magiſtratibus pfuturi ſunt: cõmẽdamus tuę. R.P.N. quẽ p eius uirtutibus: & ſũma ꝓbitate uehemẽter diligimus. Erit nobis magnæ uoluptati: ſi & pp ipſius merita: & pp cõmẽdationẽ noſtrã: illius nomen una cũ cęteris. N. ciuibus itra eligendorũ magiſtratuũ numerũ adhiberi: & conuicta curabit tua. R.P. Precipue uero placebit nobis: ſi tua opa adhibita iter. N. aut eos: quos. N. uocit: annumereẽ: erit utiq; pgratũ hoc nobis: q cupimus cũctis in rebus in tuã. R.P. ſummã huius reip. beniuolentiam indicare. Vale.

SEnēſes Florentinis.S.P.D.Qui pariter ius ãplectimur:qetē adamamus:pariter quoq; turbulentos atq; infeſtos homines execramur:ac iuſta ultione proſeqmur.Hęc:ut ſcribamus:id cauſæ eſt.N. qdã ex eorus numero:q Matelicæ in Piceno agro dominaret:pulſus patria:ac domo pfugus:in ditionē noſtrã ſe recepit:qđ ciuē noſtrã nobilē duxit uxorē.Is ad Paniſcollē in nr̃o agro dotis nomine fundū poſſidet.Hūc colebat.N.ſubditus ueſter.Cū pacta meſſe:cōſtituto tēpore frumentū aſportandū eſſet:qđ utriq; obtingeret:uenit M.ipſe collecta īproborū manu circiter.xl.ad areã frumētariã:& armati telis obſederunt:atq; oppugnarunt ædes.N.ne daret cuiq̃ egrediendi facultas:& eorū īpediendi facinoris.Alii interea p dato ordine frumētū omne:ēt alienū aſportauerunt trans Arnū:& nōnulla inſup abægerunt pecora:pręcipue quæ cū nr̃is in ſocietate eſſent.Dolemus pbo uiro:& ad extremã pene redacto inopiã:iniuriã factã:uiolentã exportationē frumēti:multo magis inſolentē īpetū:& hoſtilē inſultationem.Perſuademus nobis:id nō minus uobis quoq; fore moleſtū:atq; ideo uehementer petimus:atq; oramus:ut ad iuſtã ablatorū reſtitutionē:& ad cōprimēdos facinoroſos pro ur̃a ſūma æqtate:& uirtute:& ſeruandę tranqllitatis gratia:auctoritatē:& efficacē operã adhibere uelitis:& ita curare:ut eiuſmodi qetis perturbatoribus:oīs adimat nocendi facultas.Nō.n.id ſolū audent:qđ mō expoſuimus:ſed latēt in dumetis:& ſaltibus:& multifariam inſidiant:& nocent:cum ſint plæriq; illorū aut exules:aut dãnati:& aſſueti rapto uiuere.Rē poterit latius explanare Antonius:cui has dedimus litteras:&.N.ipſi affinitate iūctus.Erit gratiſſimū nobis:ſi remittat(ſicuti certo ſpamus)iuſti uoti factus cōpos.Valete.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Cōmoti miſericordia:& coacti lachrymis boni uiri:ac ciuis noſtri.N.nō poſſumus nō ſcribere:& quē paucis ante diebus ueſtrę Magnificę fraternitati.N.illius filiū cōmendauimus:rurſus uehementius cōmendare.Hunc truſit in carcerē Prætor oppidi.S.Ioannis ueſtri trans Arnū.Noxa & una ē:& leuiſſima phibet:quã op̃ cuſtodit.Miſeremini:quæſumus:nobiſcū patris inopis:ac longeui:q dies cruciatur:& noctes:cū filiū miſer ne pdat:ueret.Date oramus ueniã.Hanc ignoſcite Magnifici fratres culpam:cōdonate(ſi uidetur)reū hunc:& flenti patri:& petentibus nobis:q ueſtra cauſa:& ſummæ amicitiæ gratia:uel multo grauiora efficere parati ſemper eſſe uolumus:ac propter inopē patrē implorantem per nos ueſtram opem:magnum certe beneficium accæpiſſe putabimus. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D.Nouit tua.R.P.cauſam quandã uerti inter.N.nobilē iſtius urbis ciuē:&.N.ſubditū noſtrū.In ea(ut ab eodē ipſo accepimus)iam iudicatū ē:& p noſtro homine ipſo lata ſententia.Supeſt executionē fieri:ad quã aſſequendã interceſſionē nr̃as īplorauit.Perſuademus nobis tuã.R.P.ſua ſponte ſatis incitatã ad ius ſuū reddendum cuiq;:& pſonã q̃libet eadē menſura:& æqtate metiri:nr̃is hoībus p mutua beniuolentia ēt fauere libenter.Quare petimus:oramuſq; tuã.R.P.ut præfato noſtro ſubdito:iubeat integrã cauſæ expeditionē abſolui:& reiecta mora:iuris ſui cōpotē fieri.Quod aūt in alio negocio:qđ ſibi ab aduerſario exhibet:cōtumaciæ dãnatus ſit:rem ipſam tua cōſiderabit prudentia:atq; æqtas:& cum ad tuam:R.paternitatē prouocatū:appellatiūq; ſit:ēt rogamus:ut & noſtri hominis iuri:& cauſæ ueritati conſulat:quēadmodū certo cōfidimus:offerentes nos oīa tibi gratificaturos libenter. Vale.

SEnenſes Cardinali Rothomagenſi.S.P.D. Venit iſthuc Lucas Capalbienſis honeſtus Sacerdos:cuius diligentia:atq; ſtudio:dicata eſt proximis annis eccleſia iuxta Capalbiū oppidū in noſtra maritima ora:ſub diui Bernardini nōie.Is in ea eccleſia iam pridem ſacra miniſtrauit:ſed poſtmodū eandē eccleſiã conceſſit fratribus Heremitis.S.Auguſtini coactus teſtamento eius:q ſumptus ad ſtruē tēpli eius ſuppeditauit.Nam ea erat:in ſcripto teſtamento cōditio:ut id tēplū ei aſcriberet religioni:quãcūq; optauiſſet pręfatus ſacerdos.Is uero in fratres heremitas tranſtulit.Cauſam exponet ipſe corã:Caſtrēlis Epiſcopus quærit nexu:& obligatione quadã prælibatã eccleſiam irretire:quod non abſq; præiudicio fieri poſſit Heremitarum ordinis.Proinde tuam.R.D.rogamus:ut re plane per eundē ſacerdotē pſpecta:adhibere dignetur eius fauorē:quē maxime expedire iudicabit:quod etiam nobis placebit uehementer. Vale.

SEnenſes Florentinis.S.P.D.Vera ſignificauit:uera renunciauit Legatus ad nos ueſter:diſertus uir:& ſapiens Donatus Acciaiolus:quæcūq; de noſtra in ueſtrã ciuitatē beniuolentia:& ſumma charitate retulerit.Qui Volaterranos motus cum ſumma moleſtia animorū accæpimus:q ociū:& pacē expetimus:uel partiam coiuſuis turbæ ſcintillã extare dolemus:q cū populorū oīum:tum ueſtræ ciuitatis:& nr̃æ reip.qetē affectamus.Qm̃ uero pbatio dilectionis:exhibitio ē opis:opa:quæ ipſi facimus:phibeant teſtimoniū:ſi a fructibus:quales ſint:facile animorū indicant affectus:nec ē quod copiamus uehementius:q̃ parē nobis amoris uicē reddi:Quæ ſcribitis fratres chariſſimi ualde laudamus.Probamus imprimis:qđ de cōponendis noſtrorū cōtrouerſiis adiicitis.Nihil.n.tã dedecet noſtrã fraternitatē:quæ cōcordiã:& tranqllitatem intēdit:q̃ pati:ut noſtri diſſideant:& tandiu alãt diſcordiarū incēdia:atq; fomenta:quaſi non in ueſtra:& noſtra poteſtate ſit ēt ferociores:atq; obſtinatiores illos redigere ad rectã bene:& qete uiuendi rōem:n:qđ facere debent:q iuſte īperant in eos:q honeſte parent.Tollamus hanc cūctationē:& dū adueniat arbiter:curemus ipſi:quæ p legatos noſtros facile fieri & poſſunt:& debēt:ut ablata reddãt offenſæ adimant:pãgant induciæ:& liber ſit certæ pprietatis uſus.Noſtrã ſententiã exqrius:hæc ſūt

quæ uidenť nobis: & iudicio noſtro·noſtræ fraternitati: & qeti conueniūt. Legati noſtri iāpridem ad ſunt:in uſo mora ē oīs. Qui ſi locū lr̄is petat·fieri poterit: ut uł tota cauſa p eoſdē Legatos cōponaťr: qđ ei quoq;: quē arbitrū aſciuimus: gratū futurū ſit. Quod ſi nō ſucceſſerit·mandata celerentur: quę ar bitri congruāt uoluntati·& merito & ꝓpere mittanť ad eū. Hortamur uos igitur uehementer: ut hęc: quę in mētē uenerunt: ita uelitis accipere: ut ēt reipſa ꝓſequamini: ut uel hac uia uel alia: ſi quā cenſe tis meliorē: abiecta cunctatione·noſtrorū qeti: & noſtrę dignitati conſulamus. Ne indies moleſta ſcri bere cogamur: cuiuſmodi proximis litteris ſignificauimus: & alia preterea allata ſunt: quę malumus alienatū exemplo potius: q̄ noſtris litteris explicari. Vos pernoſcite omnia. Nos tus in hac re·tum in cœteris omnibus ea ſemper efficiemus: quę non modo noſtris: ſed uniuerſę quoq; regionis tranquilli tatem pariant. Placebit mirum in modum: huic ſententie·ac propoſito reſponderi. Valete.

SEnenſes Duci Ferrarienſi. S.P.D. Credimus tuā Illuſtriſſimā. D. accepiſſe Volaterrano rum motus: & quomō a Florentinis defecerint: q & bellū Volaterranis indixerūt. Cau ſam eā afferunt: ut ſeruent Volaterrani fœdera: & cōuentorū fidem. Equeſtres·ac pede ſtres copię Florentinorū pleraq; cœperunt Volaterranorū oppida. Acceſſit nup & Vr bini Princeps: Dux exercitus Volaterras oppugnaturus. Non dū urbem obſedit. Si qd accider noui: aliud·dabimus continuo litteras. Volaterrani adhuc in ꝓpoſito pſtant. Quęnā auxilia expectant: hactenus incertū ē. Hęc putauimus ſcribēda ad tuam Illuſtriſſ. D. quā uehemēter optamus ut ſi qd iſthinc certi aliqd: & noui afferaťr: placeat nos reddere p ſuas litteras certiores. Nos ſi qcqd di gnū ceciderit·cōfeſtim pſcribemus. Id. n. uideť iure uera nr̄a amicitia·ac fraternitas poſtulare. Vał.

SEnēſes Franc. Cardinali Senēſi. S.P.D. Illa T.R.D. pcipua ī cōmunē patriā charitas ēt & uerę charitatis certa ꝓbatio: qđ nō mō patriā ſtudioſe iuuat: Sʒ & cōciuibus quoq; tū uniuerſis·tum ſingulis benefacit. Nos qđ ēt minimis noſtris fit·pro Saluatoris exēplo: nobis fieri putamus. Quid de iis: q & temp. gubernant·& optimo ſunt genere nati·exi ſtimandū ſit? Itaq;. N. ex. N familia·charū ciuē noſtrū p tuā benignitatē·nactū eſſe pu blicum munus lætamur: & ob id tuę. R.D gratiā agimus: habemuſq; cū cęterorū officiorū cumulo: pſpicuū ſummi amoris inditiū. Optamus cū tua. R.D. ſemper fœliciter agi. Vale.

SEnēſes Florentinis. S.P.D. Scimus uos inſectari īprobos: & habere odio furaces homi nes: ciuilis ſocietatis peſtiferā cladē. In arcē ueſtrā Piſanā ſe recępit. N. qſpiā: q furti reus eſt: & clā plura ſurripuiſſe ferť: quæ ptinent ad. N. ciuē noſtrū·atq; Equeſtris dignitatis uirum. Venit. N. frater·ac gentilis eius ob eam cauſam: ut recuperet ſublata bona. Ora mus ueſtrā magnificā fraternitatē: ut ad iuſtū uotū aſſequēdū·opportunū digneť fauo rē īpendere: ut ueſtra interueniēte auctoritate·redeat iuſti uoti cōpos: & ad Piſanū præſidē cauſa oīs deferatur: quod tum iuſtū putamus·tū noſtræ amicitiæ·ac fraternitati maxime cōſentaneū. Valete.

¶Patentes Litteræ.

QVoniā piū uidetur imprimis opē præſtare egentibus·preſertim chriſtianis: & fidelibus: q ſummi Pontificis inſtituto·uarias orbis luſtrant regiōes: & cōceſſa eis gratia: atq; indul gentia: cū uir ꝓbus: & modeſtus Bartholomęus Aegyptius cū comitibus ſuis·inter quos uxorē habet: & liberos·pagret: & circueat diuerſas oras: ad quas ex mandato debet cū ſuis pſonaliter ſe conferre: cōmendamus eum cuʒ ſuo comitatu·oībus principibus: & q uel ſeculares·uel eccleſiaſticas obtinent dignitates. nos: q Senenſis reip. curam gerimus: exiſtimantes oīa: q̄cunq; illis ad uiuendū neceſſaria in eorū trāſitu fuerint miſericorditer miniſtrata: accepta futura principi deorū quo bonorū oīum fluit ubertas: qđ ipſ nobis quoq; gratiſſimū erit. Valeāt q legerint.

SEnēſes. N. S.P.D. Accepimus cōceſſam interceptionē & pro uulgi ſermone repręſalias cōtra nr̄os homines: ad id inſtante. N. quopiā tonſore. N. incola Id uos āmirati ſumus cuʒ nullo mō eiuſmodi cōceſſio fieri uſpiā conſueuerit: niſi denegata iuſtitia: quā noſtra reſp. una præ cœteris oībus: æquo: & pari iure cuiq; ſtudioſe miniſtrat. Quod ſi exemplū litterarū allatū ē: p quas. N. cognomēto. N. liber eſſe uideretur: id nō ſatis recte iterpre tatum ē. Nā nec litteræ niſi ad Planenſe oppidū: & in cauſa Planenſiū cū. N. ipſo tendebanť: & iuſta erat indubia quadā in eo oppido cōtrouerſia: & neceſſaria ſuperſedēdi ratio·nec ullo pacto aliter Pla nenſes eis litteris cōprahenſi ſunt: qđ ita uerū eſſe intelligat tua. R.P. & Peruſini nōnulli phibeāt te ſtimoniū; & alieni plures: qbus cōtra. N. ipſ eodē ipſo tēpore ius eſt efficaciter miniſtratū. Hortamur igiť tuā. R.P. ad eā interceptionē retractandā: ne fiat noſtræ iniuria reip. cuius Eccleſiaſtici oēs magi ſtratꝰ ppueterē neceſſitudinē: & ſummā cū. S. Romana eccleſia·& ueluti naturalē ſocietatē: maximā ſemp rōes habuerūt: a quo inſtituto credimus minime tuā. R.P. alienā fore: quam & amari ſcimus a nr̄a reip. & amori reſpondere erga ſe nr̄o. Faciet ea de re uerbū clarus ciuis noſter Guido Antonius Piccolomineus. Placebit: ut cū illū audieris: nos ipſos putes locutos. Quod ſi induxeris: & opiniōe pſtiteris: alia aggrediemur uia: ut & noſtrorū indēnitati & noſtræ reip. dignitati cōſulamus. Par licet pari referre: & iniuriā·iniuria propulſare. Nam ſic potius iuſtitia ē ſimul: & æqtas. Sapis. Vale.

Enenſes. N. Principi. S.P.D. Noſtra reſp.: quæ tuā Illuſt. D. colit plurimū·ac uehementer obſeruat p uetere erga ſedē iſtā pclariſſimā·ac maxima neceſſitudine lętatur iis: q iucunda illi nouerit: ægre patiť: quę cōtra moleſta eē uideanť. Itaq; iniqs aīs accepimꝰ ortā cōrouer

ſiam ītet Minoriſtas Cōventuales uidelicet:atq; Regulares:patresq; eiuſdem religi onis profeſſores:e qbus ſane obſeruantes:quos dicunt:tanto cenſentur probabiliores:quāto religio ni mācipati:ſtudio ſius diuina cōplecti:contēnere humana putant:accedit & diui Bernardini ratio:quē hæc patria mundo genuit:q unus oīum primus uelut a deo miſſus in hac labe tēporū-eam religionē:quæ pene obſoluiſſet:reuocatā in lucē oraculo:& uitę ſanctimonia uehemēter auxit:atq; ea effecit Bernardinus ſſe q non mō Franciſci regulā:ſed & per uniuerſum latium-ac fideles populos Chriſtianum dogma lingua:& diuino quodam illuſtrauit præconio. Itaq; noſtra ciuitas:quæ ſacra oīa:& ſacrorū cultores ueneratur:nō poteſt non grauiter ferre:ſiqua obſeruantibus ſic uulgo appellans:moleſtia inferatur:& ullam ppetiantur iniuriā:q iniuriā oēm præ cęteris oderunt:atq; execrantur. Speramus affuturam illis diuinā pietatē:& chriſtianos Principes ac populos eiſdē fore propitios:præſertim apud ſummus Pontificem:quē confidimus nequaq̄ paſſurum:ut ſectatores pacis iniuſta quapiā perturbatione uexentur. Nam turpe:atq; indecorū uidetur:eos diſſidere inter ſe:quos ſaluatore iubēte:maxime decet eſſe concordes-ac uerę dilectionis implere præceptū. Nos ꝓ noſtræ officio reip. & ſacræ eius religionis amore-nō deerimus obſeruantiū fauori:atq; adiumento:q nobis iuſtis de cauſis chariſſimi ſunt. Nam & eos pridē Pontifici Maximo ſtudioſiſſime cōmendauimus:ſed accedentibus tuæ Illuſt.D. litteris-maiorē:atq; impenſiorē diligentiā adhibebimus. Quandoqdē iucundiſſimus eſt:tuæ Illuſt.D. obſeq-ac morem gerere uoluntati: Te nanq; habemus & optimū huius patriæ benefactorem:& patrem noſtræ ſtudioſiſſimū libertatis:cui ēt maximā habemus grariā:quod ea ſignificaris nobis:& eos benigno fauore pſequaris:qbus nos quoq; ꝓ uirili noſtra ſtudioſe fauemus. Tuæ indytę.D. hāc patriā diligentiſſime cōmendamus:rogamuſq; enixius-ut ſi qd acciderit dignetur nos per ſuas litteras reddere certiores. Vale.

SEnēſes Papæ.S.P.D. Quoniā uehementer diligimus Epiſcopū Pīēnū-ciuē noſtræ chariſſimū reip. æquū putamus nō ipſum ſolū:ſed oīa eius cōmendare negocia. Is cauſam habet:quæ apud curiale tribunal uerſatur:& in ea cupimus præcipuo tuæ ſanctitatis patrocinio-ac benigno fauore ius dici ſibi-ac celeriter cauſas iudicari. Proinde ſupplicamꝰ deuotiſſime tuę Beati.:ut intelligat ille & cōmēdationē nr̄as ſibi:& litteras pfuiſſe. Val.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Exiſtimamus noſtroꝝ ciuium iura-maxime tuæ.R.D. curę eſſe:quę conciues oēs beniuolentia:& charitate complectitur. Id nobis certo perſuaſum eſt. Quamobrem magna cum fiducia commendamus:quos præcipue charos habemus. Quo numero cenſemus reuerendū Epiſcopū Pientinū:conouē dilectiſſimū. Cauſam habet:quā explicabit is cui has dedimus litteras. Oramus tuā benignitatem:ut ad iuſte diffiniendā-illā opē:atq; auxilium præſtare dignetur:ut adhibita noſtra cōmendatione-iuſta:atq; optata reportet. Erit hoc nobis etiam gratiſſimum. Vale.

SEnenſes Duci Calabriæ:S.P.D: Accepimus tuæ illuſtriſſimæ:D. litteras:qbus clarum Equitē:& Comitē Palatinū:Placentium Ameriuū:& dignis efferẽ laudibus:& in petitione præturæ noſtræ urbis plurimū nobis cōmendat. Quæ noſtra ſit:& in ſereniſſimi Regis Maieſtatem obſeruantia:& ſimul erga illuſtriſſimā.D:tuā beniuolentia-& charitas:ita in prōptu ē:ut prorſus commemoratione non egeat. Vtriuſq; adeo apud hanc remp. ualet auctoritas:ut quæ in magiſtratus noſtri poteſtate ſint:ea libenter:& alacriter efficere cupiamus. At eiuſmodi muneris deſignatio Senatus cōſulto:& populi ſcito decernenda ē. Aliter uero nullo modo leges:atq; inſtituta noſtræ reip. patiuntur:qbus nos parere:neceſſe ē. Quod uero in nobis ē:ſtudioſe curabimus. At tam & ſi eiuſmodi negociū iuſtis de cauſis ꝑ difficile ſemper eſſe conſueuerit:tamen ad Senatū noſtrum rem ipſam deferemus:& quicquid ſtudii:operæ præſtare ipſi poterimus:tuæ illuſtriſſimæ.D. commotioni litteris:prætermittemus nihil. Non ignorat tua indyta dominatio huius reip. & populi optimam uoluntatem. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali.S.P.D. Par noſtra ē:& populi noſtri tecū lętitia ob promotiōes R.:patris.N. ad.N: eccleſiam:quam ſemper magnifecit hæc reſp. Quo circa cum optaremus eiuſmodi illi eccleſiæ paſtorem præfici:qui & diuini cultus honorem:& eius populi deuotiſſimi noſtri ſalutem tueretur-& amore:ac ſtudio Epiſcopatui illi præeſſet:benigne annuit uniuerſorum dominus:& qui eius in terris uicem gerit:deſiderio noſtro. Additus eſt paſtor-de cuius promotione uere lętandum ſit-& noſtra ciuitas ſummam uoluptatē ſuſcepit:ſperans.R. electum-ea ſemper accuratiſſime effecturum:quę optimum Pontificem-ciuē amātiſſimum huius patrię-& ſanctum decet animarum Rectorem:quā ſpem certiſſimam ſpondent eius uiri perſpecta integritas:diuinæ legis doctrina-& perfecta moderatio-cumq; his ſimul ſummi Pontificis-actuæ.R.D. paterna charitas:quę optimum illius propoſitum foueat. Nos autem-ut optimum mentis noſtræ pſtaremus affectū pfatū.R. patrē non ſolum.N. Antiſtitem:ſed aſcriptum quoq; in noſtram ciuitatem hilare-ac iucunde complexi ſumus. Eum nos ſemper amore-beniuolentia-atq; officio proſequemur:pretioſum corporis noſtri membrum habituri:perſuadentes nobis pari nobiſcū animo:& mutua in hanc patriam charitate futurum. Benignas oblationes tuas libenter accipimus:

& maximam habemus gratiam. Quod uero beneficẽ & hanc patriam: & conciues eius proſequatur tua. R. D: eſt unq; gratiſſimum nobis. Vale.

SEnenſes. N. S. P. D. Summæ uirtutis ac probitatis exigunt merita: quæ nobis: & uniuerſæ noſtrę reip. comperta ſunt. R. patris. N. Antiſtitis eccleſię noſtræ dirionis ut poſtulatis eius: & uoto libentiſſime aſſentiamur. Q uippe qui nouimus: quanta prefatus. R pater polleat uirtute: ſapientia doctrina moderatione qui in ſacra. N. religione ab initio uerſatus ętatis: & diuino cultui ac ſacrarum litterarum ſtudio uehementer intentus: eũ ſe pręſtitit: quẽ iure & probare: & diligere debeamus ac magnis honoribus proſequi ac debitis laudibus commendare. Vale.

Publica Senenſis reipublicę monumenta.

SEnenſes ne a uetere ſuę patrię cõſuetudine: atq; inſtituto diſcedant & magnos ac pręclaros uiros: quos uirtute ſapientia integritate: & ſummę laudis genere pręditos nouerint ſuę aſciſcãt ciuitati: & pcipuo charitatis cõplectanſ ſtudio: cũ iã ciuẽ aſcripſiſſẽt publico Senatus cõſulto plebiſq; ſcito dominũ: & patrẽ celeberrimũ Petrũ. R. Sanctæ Romanę eccleſiæ ac tituli diui Sixti Præſbiterum Cardinalem: fratrem quoq; germanũ eius: uirum uniq; præſtantiſſimũ: & ingenii humanitatis modeſtiæ atq; eximię probitatis merito: & ſplendore conſpicuum Hieronymũ: & ipſum: & maſculã prolẽ eius: & poſteritatẽ oẽm Senatus ac populi decreto: & ſolẽni ritu ac frequentiſſima comitiorũ approbatione ciuem Senenſem: & Senenſiũ ciuium allectũ: atq; aſcriptum numero deliberauerunt: Sanxerunt: atq; optimo: & legitimo iure ratũ eſſe uoluerunt: ut poſthac cũctis lętetur honoribus: gaudeat priuilegiis: imunitatibus atq; exẽptionibus perfruatur: cęteriſq; id genus ornamentis: quæ cęteris origine: & natura ciuibus ſunt tributa: quos Senẽſis patria genuit aluit educauit: atq; ea prelibati illuſtres Magiſtratus fecerunt oĩa optimis adducti rationibus: non ignari p acceſſionẽ: atq; aggregationẽ præſtãtiũ uirorũ in ſuam ciuitatẽ illuſtriorẽ ac ſplendidiorẽ fieri illam: & augeri Senenſis reip. dignitatẽ. nullis aut legibus incontrariã ſententiã aut inſtitutis obſtantibus: qbus oĩbus ex certa ſententia ac proprio motu tam ſpecialiter: q̃ generaliter in hac ciuilitatis donatione derogatũ eſſe uoluerunt: & illi preſertim: quo de domo cõſtruẽda cautum: atq; ſtatutum eſt. Proinde hoc priuilegium publicis tabulis mandari: & Senenſis ſcribæ fide ac teſtimonio cõprobari inſtituerũt publici quoq; adiectiõe ſigilli. Deo optimo maximo honor: & gloria.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S. P. D. Quoniã par tua nobiſcũ cura eſt eorũ: in qbus patrię: & huius reip. tutela uerſatur: id circo cũ & magna in Ianuenſi: & mira celeritate armetur ac pareteſ claſſis ac lateat quorſũ ea ſura ſit: conſulimus tuã ſapientiã: & ut ſuam nobis ea de re ſententiam ac ſi qd certi innotuerit: patefaciat per ſuas litteras: uehemẽter oramus: etiam (ſi opus eſſe intellexerit) conſulta ſummi Pontificis beatitudine: ut q pacis in terris eſt auctor: ad eam tuendã oẽm animum conferat: & ad huius ciuitatis ſalutem ſi qd forte turbarum oriatur: quandoqdẽ ciuitas noſtra uno cum ſancta Romana eccleſia ſpiritu uiuitatq; (ut familiarius colloq̃mur) augent ſuſpitionẽ nõ nulla: quę de. N. circumferũtur. Siquidem rumor eſt: & delectũ ex agricolis comparari: & uaria armorũ genera: quæ certe quieti nõ conueniũt. Cupimus a tua. R. D. omnibus hiſce de rebus fieri certiores: & dari pro noſtræ patrię utilitate conſilium ac fauorem: id: quod ſemper ſtudio: & amore omni facere conſueuiſti. Vale.

SEnẽſes Duci Vrbinati. S. P. D. Nouit ex noſtri Oratoris uoce tua illuſtris D paulo antea: quę nam mens noſtra ſit: & quantus in eam mutuæ charitatis affectus. Nam: quod ſemper omni ſtudio facere conſueuit noſtra reſp. cũ tuis progenitoribus accuratiſſime tueri ac ſeruare certũ ẽ nobis: & a uera amicitię ac fraternitatis iure nunq̃ diſcedere. Et de tua illuſtri. D. id certo perſuademus nobis: quod nos quoq; omni tẽpore preſtare parati ſumus pſpicuis documẽtis. Nam oĩbus ſemp in rebus uerę amicitię in nobis patebit ratio: cuius fiducia petimus: ut p ſua mutua in nos beniuolẽtia nos uelit tua illuſtris. D. facere certiores. Quidnã de noua claſſe ſentiat: quam in Genuenſi & ingentem: & celeriter moliuntur: & ſuã nobiſcum per ſuas litteras ea ipſa de re conferre ſententiam: qui omnia & precamur: & optamus: quę ad pacis uniuerſalis & cõmunis quietis conſeruationẽ: firmitatemq; pertineant. Erit id uniq; gratiſſimũ nobis. Val.

SEnẽſes. N. Cardinali. S. P. D. Quos uehemẽter diligimꝰ. N. &. N. fratres ciues noſtros eos cupimus ĩ ſuis negociis a tua. R. D. iuuari. Expõet is: q nfas deferet has litteras causas eorũ: quę mõ uerſanſ incuria. Erit pergratũ nobis: ſi tua fauẽte clementia ius ſuũ fuerint aſſecuti: & noſtram ſenſerint commendationem ſibi frugiferam extitiſſe: quod apponemus gratię: & accipiemus magni beneficiĩ loco. Vale.

SEnẽſes Franciſco Cardinali Seneſi. S. P. D. Diligit uehementer nfa reſp. N: &. N. ciues nfos: q uirtute: & modeſtia pſtãt. Agiſ incuria eorũ cauſa: quã ille exponet diffuſius: q has nfas reddet literas. Oramꝰ. T. R. D. ut cauſa pſpecta: & terminis eius: ſtudioſe pfatos ciues nfos faciat cõmendatos apud ſummi Pontificis. beatitudinẽ: cuius auctoritas efficit: ut æquali menſura ius ſuum cuiq; tribuaſ: qđ & nfos ciues aſſecuturos cõfidimꝰ, cum pro ſummi Pontificis ſumma benignitate. T. R. D. accedente fauore: quo freti: ſperant ſeſe ciues noſtri iuxti uoti futuros cõpotes. Et erit nobis etiã gratiſſimũ. Vale.

SEnenſes Florentinis S.P.D. Qui alias ſeueri ſumus: & nefanda flagitia ualde abhominamur: & iuſta animaduerſione proſequimur: flexerũt nos tñ cũ ſupplicantis. N. lachrymæ tũ uel maxime ueſtra cõmendatio: quæ plurimũ ſemper apud nos ualet. Itaq; uia eõmori gratiã reſtituimus. N. uſo homini filiũ legum & iudicii pœna: atq; ignominia liberum. Non. n. ſumus neſcii: inter quos mutua beniuolentia uigeat ac uera fraternitas amicitiæ: potius q̃ ſeueritatis: & exacti iuris habendam eſſe rationem. Valete.

SEnenſes Florẽtinis S.P.D. Hoies ex oppido. N. noſtræ ditionis cupiunt cõducere fundũ quẽpiã in eorũ territorioq; ſubiicitur prioratui diui. N. ueſtræ urbis. Perſuademus nobis: nemini poſſe locari melius & cũ maiore: uberioreq; mõaſterii cõmodo: præfatos fideles nr̃os plurimũ diligimus: cupimusq; hac in re fieri eorũ deſiderio ſatis. Cõfidunt plurimũ in ueſtra auctoritate: & noſtra cõmendatione. Quare hortamur: atq; oramus ueſtrã fraternitatẽ: ut re intellecta diffuſius ab eo: cui has dedimus litteras: adducta noſtris precibus: dare operã uelit: ut hoc: q̃d & utile eccleſiæ: & gratũ noſtris hoĩbus: prior ipſe in cuius poteſtate eſt locare fundum: & fideles noſtros exaudire conſtituat. Erit etiam nobis magno beneficio: & a ueſtra amicitia plurimum feremus acceptum. Valete.

SEnenſes Regi Neapolitano. S.P.D. Frequentibus aĩs accepimus deſponſatã Antonio Amalfitano illuſtri Duci neptẽ præclariſſimã tuę maieſtatis. Ea res nobis: & huic patrię ac populo uniuerſo iucundiſſima eſt. Quando tam benigne proſequitur tua maieſtas cõciuẽ noſtrũ tanto ornamento: ac ſplendore decorare. Agimus ĩmortali Deo: & ſuperis oibus grates: quorũ numine humana reguntur: & maieſtati tuę: q̃ ampliſſimas habemus. Gloriſicãtius tanti muneris auctorẽ: & ut hoc ſacrũ cõiugiũ lętũ ac beatũ ſit uehemẽter oramus: ad ſummã tuę maieſtatis gloriã: & felicitatẽ regni eius: ſed & ad ſobolis ꝓpagationẽ: ut ciuẽ noſtrũ: quẽ Rex maximus tantopere illuſtrauit. R. ex Regũ Deus ſplendore augeat: & pulchra faciat ac fecũda prole parentẽ claro Duci: & quę illũ tulit patriæ gratulamur. Gaudemus nobis: in quos ſumma conſtãt tuæ maieſtatis ſtudia: atq; officia. Hęc nos in ſecundiſſimis rebus ducimus. Vale.

SEnenſes Generali ordinis. N. S.P.D. Quantum ſit cõuentus: ac cœnobiũ tui ſacri ordinis in nr̃a ciuitate: minime ignorat. R. tua. P. Cupimus illi præeſſe eos: q ſtudio: & natura ei afficiantur: nec deſunt (ut nobis q̃dẽ uidetur) ex ciuibus noſtris eiuſdẽ ſacræ religiõis pfeſſoribus: q diligẽter: & accurate pręeſſe poſſint. Talia (ut uulgo ſuſpicatur) tẽpora contingere queãt: ut omni iure cupere debeamus: & priorẽ ei cõuentui: & Regentẽ pręſidentem ꝑ ex noſtro. ũ ciuiũ numero. Tuã igitur hortamur: atq; oramus. R. P. ut eius rei curã ſuſcipiat & habeat eius conuentus diligentiſſimã rationẽ: & quæ uera hanc patriã beniuolentia: & charitate cõplectitur: oramus: ut tã priorẽ: q̃ regentem præficiat Senẽſem hoĩes: & nr̃o deſiderio: quod iuſtum eſſe arbitramur: ſatiſfaciat: q̃d a. T. R. P. accipiemus gratiſſimũ. & illa recte ei ſacro templo: ac cœnobio conſuluerit. Vale.

SEnenſes Cardinali Rothomagẽſi. S.P.D. Putamus haud nouã nec inauditã. T. R. D. cauſam: quę iãpridẽ ĩ Apoſtolica camera agitur inter. N. &. N. ciuẽ noſtrũ. Scimus tuã R. D. maxime iuſtitiã: atq; æquitatẽ tueri: noſtram paterna charitate amare remp. & ciuibus noſtris iuſtis in rebus libenter adeſſe. Venit. N. ob eã ipſam cauſam: quã ille ipſe fuſius explanabit. Plurimũ tuæ. R. D. patrocinio: & noſtra apud eã interceſſione cõfidit. Cupit ciuis noſter iam tandẽ ferri ſententiã: & ab iis q̃dẽ iudicibus: quorũ ꝓpria ẽ cauſæ cognitio. Reluctãt aduerſarius: & cauſam alio deflectere: ac retorquere cõtendit. Oramus. T. R. D. ut ad cauſam & celeriter: & legitime finiendã: ac iuſtã ferendã ſententiam: ſuam quoq; interuentionẽ adhibere uelit quod erit utiq; nobis gratiſſimum: qui tuæ. R. D. uoluntati libenter obſequimur. Vale.

SEnenſes Sũmo Pontifici. S.P.D. Putamus minime neceſſariũ iuſtã cauſam tuæ. S. longioribus litteris cõmendare: quãdoq̃dẽ nutu eius: & ſũma auctoritate cęteri iuſtitiã tuentur: & ſeruãt. Superioribus menſibus magiſtratus noſter cauſam cõmendauit Naſtocci Saraceni uiri nobilis: & ciuis noſtri chariſſimi: q cũ iam pridẽ diſceptat. N. & nimiũ acriter atq; indigne agit cauſas: q̃ iãdudũ ĩ Apoſtolica camera uerſatur: in qua duplex ꝓ eius nr̃o lata ſententia ẽ: retorq̃re cõtẽdit alios ad iudices. Iudiciũ inter turbat: ſubterfugiot & artibus iuſtum forũ deuitat. Iã q̃ ante agẽda ſunt: ꝓceſſerũt oĩa. Nihil reliquũ ẽ: niſi ut iã tãdẽ clerici: qbus iuſ cõgruit ſententiã ferãt. Nos igitur memores: q̃ benigna: ac iuſta ꝑ oratores nr̃os tua pollicita Sãctitas ẽt: q̃ nemini pateretur iniuriã fieri: & oibus iubet ius ęq̃bile reddi: ei deuotiſſime ſupplicamus: ut ea ipſa de re audire dignetur modeſtũ iuuenẽ. I. Antoniũ Naſtocci filiũ: & ut iuſtũ uotũ aſſequatur: efficiet: q̃d nobis quoq; erit ſuccedentibus q̃ gratiſſimũ; quorũ ꝓces cõfidimus apud. T. S. iuſtis ĩ rebus nũq̃ fore inanes. Valete.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi. S.P.D. Venit iſthuc modeſtus iuuenis. I. Antonius nobilis: & chariſſimi ciuis nr̃i Naſtocci Saracẽi filius: ob ueterẽ cũ. N. cõtrouerſiam. In qua nr̃a q̃dẽ ſententia uerat: iniuria: & ſi iuſtã fouear cauſã: cũ actiorẽ habeat aduerſariũ. Eget potiſſimũ. T. R. D. patrocinio: atq; ope: ut ius ſuum facilius aſſequatur: & quorũ intereſt: ferant iuſtã iudices ſententiã. Vehemẽter oramus: uti des operã: ne ad aliud: q̃ par ẽ: forũ cauſa deflectatur. Oĩa intelliget fuſius tua. R. D: quæ q̃cq̃d contulerit: eidẽ fatioris: atq; auxilii erit nobis quoq; gratiſſimũ. Valete.

SEnenſes.N.Cardinali S.P.D.Cuſtodiť a Prętore noſtro:q̀ab Heremitaꝝ pridē defecit ordine:& ſuo uiuit arbitrio:iſtcuius retinēdi tum a tua.R.D.tum ab eius Vicario iam dudū fuit impetrata licētia.Furti-& multoꝝ criminū reus ē.Parū abfuit:quin innocētes cōplures magnū in diſcrimē uocarit.Exquiri crimē inhibeť a Prouinciali eiuſdē ordinis. Quare Iuſtitiæ magnū inferť impedimētū.Nec uel.R.D.tuæ:qua permittente-iuſtum inceptū initū eſt:nec noſtræ ciuitatis dignitati proſpiciť.Itaq̀ tuā precamur clementiā:ut a Generali ordinis eiuſdē quęrendi & examinādi digneť obtinere licentiā.Sola erimus examinatiōe cōtenti:penes eos relicta plectendi poteſtate:qbus legitime cōgruere uideať.Confidimus ita fore tua.R.interueniente.D.Sin minus:ſcribimus ad Pontificis Sanctitatē:ad eam ipſam examinis licentiā aſſequendā.Literæ cū his adſunt ad eam rem.Vtať tua.R.D.ſuo iudicio.Nos ad decus ciuitatis-& cultū Iuſtitiæ intendētes:poſtulatis noſtris fieri ſatis cupimus. Vale.

SEnenſes Duci Ferrarienſi S.P.D.Scimus tuā illuſtriſſ.Dominationē:q uirtute-ꝓbitate & īgeniis excellāt moribus-ī ſuoꝝ numeꝝ libēter aſciſcere. Dediderat ſe illuſtriſſimę memorię Borſio paulo ante-q̄ uita deceſſerat Magnificus Petrus Brettuldus ex ꝑclara Farneſioꝝ familia:Iuuenis qdē:ſi āni cōputenť:ac potius adoleſcēs:ſed uirtute & modeſtia ſupra ætatē clarus:& q ad res magnas natus eē uideať. Perſeuerat eadē mēte erga Illuſtriſſimam Dominationē tuā:& ad illā animū oēm-cogitationēq̀ cōuertit.Cupit aſcribi ſeſe eundē in locū:quo ab illuſtriſſimo quondā fratre tuo fuiſſet exceptus.Nos:q ingenii ꝑſtantiā & uirtutē eius admiramur:et dignū exiſtimamus cōmēdatione noſtra & ꝑclaræ ſuę laudis teſtimonio.Quare & ſūma expectatione:quā de illo cępimus:& uetere adducti beniuolētia:quæ fuit cū eius ꝑſtātiſſimis ꝓgenitoribus:ipſum cōmēdamus tuæ Illuſtr.Dominationi nō uulgariter:exiſtimātes-reſponſurū illū ſuęꝝ laudibus:& fore deuotionem eius tuæ illuſtriſſimæ Dominationi gratiſſimā. Vale.

SEnēſes Regi Siciliæ S.P.D.Quod ſcribit tua Maieſtas de claro Eqte.N.q̄q̄ uirtutē eius & laudē magnifacimus:tn̄ quod ad Præturā nr̄ę urbis ꝑtinet:legū & inſtitutoꝝ noſtræ reip.habēda nobis rō ē.Hęc ꝓpoſito aduerſanť:nec dať abeis diſcedēdi facultas.Quare nus fieri potuit tuæ Maieſtati iniuū:nihil ꝑtermiſſum a nobis eſt:et N domū cū ꝓ eius merito-tū ꝓ̄ ſeris tuę cōtēplatione Maieſtatis amoř ſemp-& beniuolētia ꝓſeq̄mur. Vaľ.

SEnēſes Sūmo Pōtifici S.P.D. Fuit quōdā eccleſia ī titulo Virginis glorioſę dicata ſecus oppidū nr̄ę ditionis Piretū in nr̄a maritima regione:nūc prorſus deſtituta-ac neglecta. Eius bona tranſlata ſunt in nouā plebē(ut appellāt)intra eius oppidi mœnia:ſed & cura oīs aīaꝝ cōſimiliter tranſlata ē. Vetus illa abſq̀ omni cura remanſit.Cū oppidani peſtilentia laborarēt:uouerūt ſedirutā præfatā eccleſiā reædificare:& ad eam (quatenus ad ſe ꝑtinebat)aduocare fratres heremitas ſcī Auguſtini.Cupimus nos quoq̀ ſatiſfieri noſtroꝝ fidelium deuotioni.Quaſ ſupplicamꝰ tuę beatiſſimę Sāctitati:ut digneť Aplicā īpartiri licētiā:p quā ꝓfeſſores ſacri prefati ordinis-dictā poſſint eccleſiā acceptare:& eā illis noſtri hoīes cōferre:cum ſit abſq̀ cura:& ueterū bonoꝝ poſſidet nihil. Q ď ſi factus fuerit (ut ſperamus) & eccleſia diuinis laudibus celebrabitur:& oppidani ipſi dotes libenter adiiciēt:illis ꝓderit ad ſalutē:nobis gratiſſimū cedet. Vaľ.

Enēſes Card.Rhotomagēſi S.P.D. Venit iſthuc Paulus Guidonis Maſſanus ſacri ordinis heremitaꝝ ꝓfeſſor-ꝓ aſſecutiōe cuiuſdā eccleſię iuxta oppidū nr̄ū Pireti ī Maritima ora.Ea quondā parrochialis fuit.Corruit exinde:& eius bona ī nouā plebē:quā uulgo appellāt:trāſlata ſūt:ita ut uetus ōi careat & aīaꝝ cura:& ueteꝝ poſſeſſiōe bonoꝝ. Vouerūt oppidani eccleſiā quodā aduerſo tēpore reparaŕ:& ſi Aplica acceſſerit auctoritas:aduocare fratres Heremitas:& dotes inſup adiicere:ut poſſit ī diuinis laudibus frequētari.Imprimis cupiūt fratres ꝓlibati facere oīa tuę.R.D.uolūtate-patrocinio-atq̀ fauore.Itaq̀ eam oramus:ut ad id aſſequēdū etiā hortātibus nobis-auxiliū ꝑſtare uelit:qď plurimū cedet ad diuini cultus & glorioſę Virginis:in cuius titulo Eccleſia dicata ē:honorē populi illius deuotionē:& nobis quoq̀ ad gratiam. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi S.P.D.Placuit nobis uehementer:quod ad reformationē monaſterii.S.N.ītra urbē noſtrā pridē inſtituit tua.R.D.& ſe pie atq̀ ſtudioſe facturā recepit.Nā certa ſpes ē:ſi in unū corpus cū.N.ſacris uirginibus cohęreſcat:q̀ uere ſunt mancipatæ Deo:& ī ueritate regularē uitā cōſectamur:fore;ut utriſq̀ ſalubriter cōſulať.Credimus nulla īſup cōmēdatiōe opus nr̄a eē apud tuā.R.D.quæ cū oīa probetum quæ religionis ſunt:rectiſſime curat.Erit tn̄ ꝑgratū nobis:ſi ad eam rem tranſigēdā tāto etiā celerius opam-atq̀ auctoritatē ſuā adhibuerit orantibus nobis:præſertim cū ea res & diuini cultus honori:& ſacraꝝ Virginū ſaluti:& iis uoluptati futura ſit:q bene-iuſte-ac pie uolūt uiuere. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Senenſi S.P.D.In curam eccleſiis noſtræ urbis-una cęterarum habeť præcipua:quæ ſub diui Martini titulo dedicata & cōſecrata ē:& a Canonicis Regularibus guberna ť.In eius eccleſię eligēdo Priore:poſtq̄ Canōica electio facta ē cōfirmať auctoritate Prioris ſācti Frigiani eiuſdē ordinis ī.N.urbe Cupiūt parrochiani ꝑrælibatæ eccleſiæ idq̀ qď nos quoq̀ una ſecū decere putamus eius ipſius electionis:quotiens fieri contingat:in noſtra potius ciuitate cōfirmationē fieri. Et ſi ita Sūmi Pōtificis Sanctitati uideť:a parrochianis & popularibus eiuſdē eccleſię:q & frequētiſſimi ſunt:& plerīq̀ ciues clari & prę

ſtantes uiri. Oramus igiẽ tuã.R.D.ut ad id priuilegiũ impetrandũ & ꝓ noſtræ ciuitatis & cõmunis
patriæ honore: & pro ciuiũ noſtroꝝ gratia intercedere digneẽ efficaci ſtudio apud ſũmi Põtificis beati
tudinẽ. Quod ſi fuerint noſtri ciues aſſecuti: etiam nos cũ illis magnã gratiã ſumus habituri. Vale.

SEnenſes Franciſco Cardinali Seneñ S.P.D. Eccleſiam & religioſum ſancti Martini cen
oiũ noſtræ urbis quemadmodũ fœlicis recordationis Pius Põtifex maximus ornamẽtis
decorauit: ita ſemp tua.R.D.auxit: atq; cõfouit. Cũ fieri cõtingit Prioris electionẽ: con
firmaẽ poſtmodũ auctoritate Prioris ſancti Frigiani in.N.urbe. Decorũ putaut parro
chiani eius confirmationẽ ipſam in noſtra fieri ciuitate: quoꝝ certe ꝓbamus ſentẽtiam.
Itaq; tuaȝ benignitatẽ rogamus: ut adhibita eius interceſſione apud Sanctitatẽ Sũmi Põtificis transfe
ratur ad noſtros: & ſi ita par uidebiẽ: ad parrochianos & populares eiuſdeȝ eccleſiæ: cũ & numero &
dignitate eiuſmodi uideanẽ: ut facile in ea re illoꝝ iudicio ſtandũ ſit. Augebiẽ ꝑ hũc modũ & patriæ ſi
mul & tẽpli decus: & nos ſi ita fuerit impetratũ confectũq;: noſtræ reip. honeſtũ putabimus. Vale.

SEnenſes.N.Cardinali S.P.D. Duo maxime optabamus: quæ his tẽporibus curæ eẽ de
bẽt iis: q reip. præſunt: & alteꝝ qdẽ: ut firmi aliqd de ĩgẽtis claſſis apparatu afferreẽ no
bis. Alteꝝ uero: ut tuæ ſapientiæ explicareẽ ſentẽtia. Vtrunq; abũde ſuppeditatũ ẽ: accid
uit plurimũ uarias accepiſſe opinantium cõiecturas. Prompte uero ac libenter tuis pare
mus cõſiliis: quę ut ab amantiſſimo aĩo ꝓficiſcunẽ: ita ſalutaria eſſe intelligimus. Vtriq;
fuit gratiſſimum: & magni muneris accepimus loco. Agimus ob id magnã gratiã tuæ Dominatio
ni: & eo maiorẽ: quo etiã cumulatius recentibus litteris rem ipſaȝ ꝓſecuta ẽ. Pergat quęſumus tua be
nignitas: & quod ſine moleſtia fiat: ſiqd certius hiſdẽ de rebus ſuboleat: poptatis litteris uobiſcũ con
ferat: & quæ noſtra ſcire interſit: eoꝝ oium nos participes digneẽ efficere. Multoꝝ nobis gratæ ſũt lit
teræ: ſed tuæ.R.D.non abſq; optimis cauſis certe oium gratiſſimæ. Vale.

SEnenſes Cardinali ſancti Sixti S.P.D. Nõ ſumus neſcii a tua.R.D.fieri libẽter & accu
rate: quæ & iuſta ſint: & noſtroꝝ ciuiũ iura tueanẽ: atq; eoꝝ utilitati cedãt. Nam ꝑſpicue
nouimus tuã benignitatẽ fauere iis magno amore: atq; ſtudio: quos libẽter cõmẽdaueri
mus. Exponet Antonius celeberrimus cauſidicus dilectus ciuis noſter iura nõnulla: &
pecuniaꝝ actionẽ: quæ ꝑtinẽt ad hęredes Cionis quondã fratris eius. Pupilloꝝ cauſa ẽt
& tuę.R.D.patrocinio atq; adiumẽto eget. Confidũt plurimũ ſe ius ſuũ aſſecuturos tua fauente cle
mentia. Nobis quoq; erit magnæ iucũditati: ſi intellexerint noſtri apud tuaȝ.R.D.ualuiſſe plurimũ
noſtrã cõmendationẽ: quã ſperamus illis maxime ꝓfuturam. Vale.

SEnenſes Florentinis .S.P.D. Quod uos facturos recepiſtis: ut tam ueſtræ Reipublicæ
noie q̃ ueſtroꝝ: q cũ Licianẽſibus noſtris diſceptãt de finibus cauſa tota demandeẽ Car
dinali Papienſi: ſoliq; plena iudicandi deẽ poteſtas: ſi iam data opa ẽ: ſcire uehemẽter cu
pimus: & ſignificari nobis ueſtris litteris: ut ſublata cõtrouerſia: tranquillatis rebus: qđ
utriq; omni cura mꝰ ſtudio iuſte & pacate uiuaẽ. Nã ſi decreueritis: qđ a nobis uoſtriſq;
factũ intellexiſtis & pręſcribere dieȝ certũ & definire cauſaȝ faciliime poterit præfatus dñs Papiẽſis:
atq; ita (ut ſperamus) cõmuni uoto fiet ſatis. Valete.

SEnẽſes Florẽtinis S.P.D. Nobis ipſis ꝑmoleſtuȝ ẽ: quod uobis eadẽ de re tam crebro co
gimur fortaſſe moleſti eſſe. Laudamus: quæ a uobis hactenus acta ĩtelleximus datis ad
N. litteris. At dolemus: quę de illis frequẽter nũciantẽ nobis. Præſertimq; hodie ĩnotue
rũt. Nã q aſſentiri optimo inſtituto debẽt de cõcordia cõficienda ꝑ dominũ.N. & lite cõ
ponẽnda: ſuæ uidenẽ parere libidini potius q̃ iuſto obtemparare impio. Accepimus nãq;
ſæpius his ꝓximis diebus.N.ueſtros inſidias diſpoſuiſſe: ut in noſtros irruerẽt: & nouũ iterũ cõflarẽt
incendiũ.N.noſtri noſtræ ſe uolũtati totos ꝑmiſerunt: q ita cõparati ſunt: ut nihil: quod poſſit aduer
ſari cõcordiæ: tentare auſint. Miramur.N.progreſſus: & uos etiã atq; etiã hortamur: rogamusq;: ne
cunctenẽ illi diutius dare præfato.N.plenã totius cauſæ facultatẽ atq; arbitriũ nobiſcũ una: ut diſſol
uamur utriq; his curis. Agite date ad rem ꝑficiendã neceſſariã opam. Compeſcite agreſtes animos:
mollite duriora ĩgenia: ne laceſſendo diſſidiũ ꝑariant: & noſtri utriuq; tranquillitatẽ aſſequanẽ: quã
uti ꝓ noſtrũ cunctis rebus pręferimus: qua & ueſtra præclara ciuitas & noſtra reſp. ſumma cũ beni
uolentia & charitate mirifice fruiẽ: ac lætatur. Valete.

SEnenſes.N.S.P.D. Dedit Magiſtratus noſter alteras ad ueſtras Magnificẽtias lĩas: ꝑq;
eas cõmẽdauit oppidanos Radicondoli uoſtrates hoĩes & fideles dilectos: ut interuen
tione ueſtra cõducerẽt a uenerabili Priore. S. Frigiani fundũ: quẽ poſſidet in eoꝝ agro:
Intelleximus ueſtrã Magnificaȝ fraternitatẽ accuratã opam ꝓſtitiſſe: ſed idcirco uõ ſatiſfa
ctum eſſe noſtrorum uoto: quod aliis præſenti tempore fundus locatus eſſet. Habemus
ueſtris Magnificentiis gratiam: & acceptam ferimus optimam uoluntateȝ. Sed cum ea cõductio tam
eccleſiæ canonicæ utilis q̃ noſtris fidelibus ſit grata futura: rurſum oramus ueſtras Magnificẽtias: ut
pro futuro tempore priore locatione peracta adhibeant ſuã interuentionem cum pręfato uenerabili
Priore: ut (quoad fieri poſſit) redeat is: q ob eam cauſam uenit: poſtulati: & uoti ſui compos: quod
& nobis quoq; ꝓ noſtrorũ cauſa gratũ erit. Valete.

SEnenſes Venetis S.P.D. Si ſunt oĩa amicorũ cõmunia: merito iure conferunt ſecũ oĩa. Q̃d ſiqd qſquã perperã cogitet: & indigne moliat̃ uobiſcũ ęgre accipimus: q pacẽ & Iuſtitiam inſeparabiles comites & ueſtrã Illuſtriſſ. amplitudinẽ plurimũ ueneramur: & colimus. Optamus mentẽ iis meliorẽ dari: & cogitationes quoq; ad meliora cõuerti. Siquidem nihil eſt aliud: Italiã pturbare: q̃ ciere perfidũ Chriſti aduerſariũ & infidelibus hoſtibus pacare uictoriam. Valete.

SEnẽſes Florẽtinis S.P.D. Venit iſthuc Philippus Accurſius noſter dilectus filius ac clarus ciuis Senẽſis. Hic cauſa oleariã habet cũ Thoma quodã Politianẽſi: eã ipſe corã explicabit: quã cum ptrahi longius moleſte ferat: cupit accedente ueſtra auctoritate: quę ius ſuũ reddit cuiq;: nõ iam diutius ſuſpẽdi: ſed iuſte ac celeriter iudicari. Sperat ſe fore cõpotẽ ſui uoti: præſertim noſtra cõmẽdatione adhibita. Ea ne ſpes eũ fallat: uos uehemẽter oramus: q ueſtris ſemp nõ modo Iuſtitiam: ſed gratiã quoq; exhibere parati ſumus. Valete.

SEnenſes Duci Ferrarienſi S.P.D. Quæ reſpondit tua Illuſtriſſ. Dominatio p ſuas nup lr̃as: ut ab optimo & amantiſſimo aĩo ſunt pfecta: ut ſcite ac prudenter ſcripta ſunt: ita fuere grata ac iucũda nobis: & ueri ac ſũmi amoris atq; ſpectatæ beniuolẽtiæ teſtimonium phibuerunt. Magna afficimur uoluptate: cũ mutuũ cernimus ſtudiũ atq; officiũ a tua Illuſtriſſ. Dñatione præſtari nobis & quę uetus ac pbatiſſima iter pclarã Eſtenſem domum & noſtram ſemp uiguit remp. neceſſitudinẽ libẽter conſtãterq; ſeruari. Perſpicua amoris ſignificatio: optima iſthęc uoluntas: ſolertiſſima maximarũ rerũ ratiocinatio fuit plane grati ſſima nobis: atq; habemus eas ob res ingentes gratias. Nos quoq; ſiquid aliunde certi innotuerit nobis noſtro officio non deerimus. Vſq; modo coniectura agendum cenſemus. Latent nanq; eorum conſilia: q magna moliuntur. Comprecamur eum: q etiam res curat humanas: ut Chriſtianorũ Principũ animos ac fideliũ populorũ uolũtates ita moderet̃: & regat: ut uniuerſorũ tranqllitati atq; ocio cõſulant: & ad ſtabiliendã cõmunẽ quietẽ: & ad catholicã imprimis fidẽ tuendã cogitationẽ oẽs atq; operam conferant: qua mente tuã Illuſtriſſ. Dñationẽ & eſſe & fore ſemp compertũ atq; exploratũ habemus. Quod idẽ plane inſtitutũ & fuit ſemp noſtræ reip. & futurũ certo ſcimus. Q̃d ſi eadẽ ſtudia firmiſſimã amicitiã pariunt: quæ poterit noſtra uel maior eẽ: uel certior: cũ ſit i pacis amore utriuſq; noſtri cũ beniuolentia & charitate ſumma conſenſio! Poſtremo id ſibi pſuadeat tua Illuſtriſſ. Dominatio de noſtra rep. quod de optimis amicis & uere amantibus expectari licet. Vale.

SEnenſes Regi Siciliæ S.P.D. Qui ſummã tuæ Maieſtatis ac paternam in nos charitatẽ multis pſpeximus argumẽtis: q nouimus optimũ pacis & tranqllitatis uniuerſorũ auctorem beneficentiſſimũ huius reip. patrẽ: & noſtræ ppugnatorẽ libertatis optimo iure in tuæ Maieſtatis pręſidio conquieſcẽdũ putamus. Nota iampridẽ ẽ: & explorata nobis optima iſta uoluntas: & certis cõprobata documẽtis. Confidimus & ſũmi Pontificis & tuę Maieſtatis auctoritate atq; optima reliquorũ oĩum cũ imprimis Italorũ Principũ mente pacata oĩa & tranqlla fore. At ſiqd forte: ut ſũt humana: q̃ iſtabilitati & mutationi patẽt quouis tẽpore noui accidat ut libẽter accipimus: q̃d nobis tã benigne tã crebro patrociniũ defert: ac pollicet̃ nobis tua Maieſtas: ita eo nobis filiali iure utendũ intelligimus. Atq; ea qdẽ oblatio: ut munificẽtiſſima ẽt & Regia Maieſtate digna: ita noſtræ eſt gratiſſima reip. agimuſq; ob eam: & habemus q̃maximã tuæ Serenitati gratiam: & nos ei plurimũ debere pfitemur. Ac de cætero quoq;: ſiqd noui & certi ĩnotuerit: q̃d ſcire noſtra ĩterſit: precamur: dignet̃ tua Maieſtas impartiri nobis. Q̃d aũt ad. N. ſpectat & rem ipſam nr̃is reliquit conſiliis: nihil niſi quod iuſtũ ac decorũ ſit: & iure laudandũ efficere nos ſemp intelliget tua Maieſtas: cui nos & noſtrã ciuitatẽ deuotiſſime cõmendamus. Vale.

SEnenſes Duci Mediolanenſi S.P.D. Gratũ & p q̃ iucũdũ fuit nobis tuę illuſtriſſimę Dominationis reſponſũ: p q̃d & indicata nobis eſt paterni affectus charitas & plane uoto atq; expectationi nr̃æ factũ ſatis. Plurimũ nãq; tuo cõſilio atq; adiumẽto nitimur. Acrã &ſi Romani Põtificis & Regię Maieſtatis ac tuę Illuſtriſſ. Dominationis ſtudio: atq; prę ſidio: cæterorũq; Italorũ Principũ: q tranquillitatẽ affectãt: ac dies nocteſq; cogitant: quæ pacis ſunt: ſperemus firmũ fore Italiæ ociũ: accepimus tñ lętis animis: quę nobis in omnẽ rerũ euentũ benigne pollicet̃ tua inclyta Dominatio: quæ agit nobiſcũ amantiſſimi Patris ingenio atq; more. Inſidet ea ſpes penitus nr̃is fixa pectoribus. Mirifice nos delectat paterna iſta uolũtas: eſtq; iucũdiſſima nobis tuæ munificẽtiæ pbenigna oblatio: qua utẽdũ nobis fidẽter & quodã ueluti filiali iure intelligimus ad tuẽdã noſtræ reip. libertatẽ. Agimus tuæ Illuſt. Dñationi q̃maximas gratias: parati p tãto ſtudio atq; officio eam ſemp ſummã exhibere reuerentiã: fidẽq; præſtare: q obſeruãtiſſimos decet filios. Et q̃q̃ cõfidimus diuino inſpirãte numine potẽtatus oẽs: q opibus ac uiribus pollẽt: ad fideliũ unanimitatẽ atq; cõcordiã firmãdã: & ad Barbarũ atq; imanẽ hoſtẽ repellẽdũ arcẽdũq; curã oẽs & induſtriã collaturos. Siqd tñ noui ac certi intellexerit tua Illuſtr. Dñatio uel de. N. claſſe: uel alia quauis de re: quã ſcire noſtra interſit: ruſus oramus ſupplices: ut nos dignet̃ reddere certiores: & libẽter impartiat̃ nobiſcũ: quæ res & tuæ Illuſtr. Dominationis meritũ & noſtrã obligationẽ augebit. Vale.

¶ Finis Tertii & ultimi Libri Epiſtolarum.

Quid Reipublicæ Scribam: quid ue eius Amanuenſes deceat: hoc Nicholai Dathi carmine declaratur. Ad Hieronymum Dathum celeberrimum Adoleſcentem ac Nepotem chariſſimum.

Nitor atq; nouū ſpecimē ſiduſq; tuorū
Ac ſplēdor nrę: delitiæq; domus.
Deſignatꝰ eris ſacro cū Scriba ſenatu
Si ſapis: hęc moneo dogmata pauca legas
Quale ſit hoc pōdus: q̄tū quoq; uiribꝰ ipſe
Orandi ualeas: prouidus ante uide:
Quantus uocis honos & gratia quanta legentis:
Quæ doctrina ſimul ſtilus & ingenium.
Eſt opus hoc etiam fuerit tibi longior uſus
Scribendi: ſine quo prorſus ineptus eris.
Nec fuerit Scribæ ſatis experientia: nanq;
Quantūis longa: tamen nil ualet arte carens.
Adſit præterea grandis prudentia: ſolers
Ingenium atq; ſagax & memor atq; tenax.
Cumq; Senatorum petitur ſententia quæ ſit
Ambiguum ſiquid forte refertur ad hos.
Illorum ſtudeas diſcordia uerba tenere
Et uelut ad numerum ſcribere quæq; ſuum.
Vt uarias uoces concinnat Muſicus arte:
Sic mentes Scribam conciliare decet.
Sæpe licet Ciues non conſona uerba loquantur:
Publica ſed cunctis cernitur una ſalus.
Huc tendūt omnes: huc diſſona dicta feruntur.
Omnibus & finis ultimus unus hic eſt.
Ac uelut in uita longe diuerſa ſequuntur
Mortales: fœlix quilibet eſſe cupit.
Nil refert illis uox ſit contraria: dum ſit
Mens eadem: & quiſq; ſentiat intus idem.
Immo ſolet potius uariis ſententia uerbis:
Ac reſoluta modis lucidior fieri.
Conſule quęſo prius: caſuſq; expende futuros
Ciuis: qui ſaluam rem cupis eſſe tuam.
Inſup hæc moneo memori ſub pectore condas:
Peruoluaſq; animo: continueq; legas.
Publica ſollicita ſeruentur ſcrinia cura:
Ne quis furetur: ſurripiatq; tibi.
Sis fidus patiens promptus: ſiquando uoceris
A dominis: ſemper nocte dieq; uigil.
Nulla tibi (heu caueas) mittatur epiſtola quoq̄
Ni fuerit Dominis iſta probata prius.
Ante tamen q̄ des: iterumq; iterum legatur:
Paruus in hac error maximus eſſe ſolet.
Publicus is quoniā cunctis ſpectandus & extra
Conſpiciendus abit: dedecus inde parit.
Non tantum auctori ſed qui præfecerit ipſum
Tam magno imprudens officioq; graui:
Et ſcriptam inuoluas alia de more papyro
Seruari quoniam ſic ſolet ipſa magis.
Prædico caueas: ne quis te blandus iniq;
Fallat: & inſidias tendere forte queat.
Hic tacite dicet: ſi nunc tibi littera detur
Hæc mihi: non unq̄ qui ſciat ullus erit.
Quo tamen excuſes te: ſiquis ſciret habebis
Littera cum fuit hæc tradita non aderam.
Quis uolet ulterius rimari & quærere cauſam?
Obſequere. hinc & enim gratia magna uenit.
Hinc tibi perpetui (credas) quęrentur amici.
Quod licet: ingratū eſt: quod minus: illud amo.
Sic tibi mollículis tenduntur retia uerbis.
Subriſit: factam rem ſibi fraude putat.
Sacra tibi iurata fides & ſancta colatur
Vult: hanc quam uiolet: uir bonus ante mori.
Abnue magnanimus: conſtanſq; obſiſte precanti
Nec flectant animum ſubdola uerba tuum.
Iſta tamen pauci poſcent: poſcentq; proterui:
Expertus nemo nec petet iſta bonus.
Nullus erit forſan ciuis: qui talia tentet:
Noſce tamen ſiquis talia forte roget.
Nam decet ad cunctos cautos aduertere caſus.
Si minus eueniant: nil tibi noſſe nocet.
Auguſtum caueas ſolium: uenerandaq; tecta
Viſere: ni dominis iuſſus adire prius.
Si tamen hi iubeant tete in ſecreta uocari
Atria: parendum eſt: mox reuerenter adi.
Inſtrue præterea domi uos: ſi forte laterent:
Quæ ſint officii muneris atq; tui.
Accidit interdum quoſdam non eſſe peritos:
Quæ deceant: hæc ſunt pręcipienda tibi.
Adque uoluptatem nunquā tibi ſermo feratur:
Vtile quod fuerit dixeris: atq; decens:
Et fremat uſq; licet ciuis quicunq;: loquaris
Quod ratio dictat: qua duce tutus eris.
Interpres uerax hominis mihi lingua latentis
Sola placet mentis nuncia fida ſuæ
Ocius expedias quæ demandata fuere
Ad nutum domini ſcripſeris omne tui.
Qui licet ingenuis percurreret ocia ludis
Abſtineas: auctor ne uideare iocis
Nam decet æquales ſemper iocus: hercule ſerio
Turpe eſt cum dominis ludere uelle ſuis.
His quæcunq; tibi fuerint cōmiſſa: taceto
Labra uelut Lethes flumine prolueris.
Parua licet tu magna putes infandaq; rere
Parua quidem culpa eſt ad grauiora uia
Culpatos defende tuos dominos: & ab omni
Crimine dic longe ſemper abeſſe uiros.
Cuncta uelis tu noſſe prius: ne credideris ulli
Scribere quod ſit opus: ſit licet uſq; leue.
A ſcribenda quidem tibi ſunt quæcunq; memento
Et decus omne tuum: dedecus omne tuum.
Inſuper exortor: ne quod non pertinet ad te
Anxius exquiras: ſollicituſq; petas.
Quę tua ſunt tantum cures: nam ſegnis & amens
Cui nihil eſt quod agat: ſcire aliena cupit.
Hæc loca præterea uelut penetrale tuentor.
Improbus hinc abeat: nec male notus eat.
Abſit ab hoc omnis pluteo: nec ſcribat in iſto
Quiſquis erit propius non adeatq; gradus.
Ruſticus imprimis & qui famoſus habetur
Et quiſquis demum non bene notus erit.
Nulla ſuper ſcanno pateant monumēta legenda:
Et ſileas: tacito gloria magna uiro.
Vtere uoce parum: ſit magna modeſtia linguæ
Turpe nihil dicas: id faciaſq; minus.

Cuſtodi uigilans:cautuſq; reconde ſigillum:
 Obſignata tibi littera quum fuerit.
Ordine cuncta loces:atq; ordine ſingula ſerues:
 Omnibus & rebus ſit locus & proprius:
Inq; diem conſcripta tibi referantur in acta
 Publica:quæ cunctis ſint monumenta diu.
Summatim:ſeuę fuerint quæ miſſa per agrum
 Ad uerbum quicquid mittitur inde foras.
Diſcedens tu claude fores:tunc ianua nunquam
 Hæc pateat:quamuis non procul ire uelis.
Hoſtia claudantur ſenſim:ne ſtridor acerbum
 Dentibus incutiat:uim faciatq; ſonus.
Conſilia impediunt ſtridentes cardine portæ:
 Mutua ne domini dicere uerba queant.
Terq;/quaterq; prius diſcedens cum pede clauſa
 Hoſtia pertentes:percutiaſq; manu.
Et tibi nō ulli credantur aperta:monemus
 Hęc loca:ſed iubeas:hinc eat ille prius.
Si uir erit prudens:liquido te nolle uidebit
 Linquere ſola loca hæc:te ſine tuta minus.
Si tamen ille rudis nequaquam aduerterit iſtud:
 Tunc fingens cauſam/dicere uade:potes.
Si ſibi des clauem:petat a te quiſq; negabis
 Hoc ſine te nollem quemq; manere loco.
Excipio dominos:& qui grauiora gerentes
 Forte frequentarent hæc loca clara/uiros.
Ire uolet prætor leges:ac iura daturus
 Senæ ſubiectis urbibus:atq; locis.
Quas omnis Queſtor gemma ſignauerit uda
 Oſtendat cæras:porrigat atq; tibi.
Hoc magis/atq; magis facias cuſtodibus arcis:
 Quos deceat fortes eſſe/probosq; uiros:
Et iurare iube cunctos ſe uelle tueri
 Aequum:iura:fidem:fas:decus:atq; modum.
Sis frugi:& parce cæra utere:licia ſerua:
 Et folia:ac nulli des:licet illa petat.
Sæpius hoc ſpatium iubeas tergatur:& omnis
 Angulus:& ſcamnum:ſcrinia cum loculis.
Ne cui:ſi ſedeat:ſpargantur puluere ueſtes:
 Et putet immundos hic habitare uiros.
Ne ue etiam inniri fauceſq;/& tempora dextra
 Forte ſuper ſcamnis/menda ſit in cubito.
Angulus excipiat quicquid uerratur:& inde
 Puluere rimeris:chartula ſiqua latet.
Nec turbata uolet paſſis emiſſa feneſtris
 Pagina:ſiqua tibi eſt forte notata prius.
Nam ſecreta quidem iactis extantia chartis
 Si pateant:rapidus quas male uentus agat.
Quilibet e populo poſſit delapſa uidere
 Mox folia:& rapiet forte inimica manus.
Vt tibi tollatur tantorum cauſa malorum:
 Collige:collecta mox dabis iſta focis.
Tu quoq; ab igne caue:multum candela tapetis
 Sæpe nocere ſolet:ſi ſuper illa cadat:
Atq; ruens nigro macularet bombice chartas.
 Flagrarent multo ſcripta labore tibi.

Extinguas abiens ardentia lumina.totum
 Vrere nanq; locum parua fauilla poteſt.
Hinc ulli nunquam iubeas:res ulla trahatur:
 Pro licet exiguo tempore quiſq; petat.
Non ego de nummis uolui meminiſſe:docebit
 Quem ſeruare decet ſcripta tabella modum.
Vrbe mane ſemper.hinc longius ire uegato
 Scriba &enim debet ſemper adeſſe domi.
Nuncius ecce uenit:uel nuncius ire iubetur
 Feſtinans.nulla eſt forte opus ire mora.
Littera miſſa foris ueniet conſcripta latine:
 Illico reſponſum qui feret:ille petet.
Dedecus eſt ingens:ſi tunc non ullus adeſſet:
 Scribere qui norit uerba latina citus:
Si tamen extiterit caſus:quo forte neceſſe
 Ire foras fuerit:iſta teneto prius.
Subroget egregium ciuem pro tempore toto:
 Quo uelit eſſe foris:nec ſit is inferior.
Quanq; manere diu putetaut ubi ſiſtere:quo ſe
 Contulerit dominis edito cuncta prius:
Vt ſi tunc placeat diſtantem forte uocare:
 Noſcant quo mittant:unde uocatus eat.
Sit tibi præterea:ualeat qui rite tabellis
 Dictantis celeri uerba notare manu.
Ac celer obſequio dextræ perſcripta citatæ
 Corrigat arbitrio/iudicioq; tuo.
Exſcribat rapida tenui meditata papiro
 Dicta manu:mentem concipiatq; tuam.
Et caueas torto ſcribatur littera uerſu
 Iungantur paribus quæq; elementa notis.
Sit bonus & doctus/fidus/ratuſq; loquendi:
 Et cupidus famæ/ſollicituſq; tuæ.
Sit iuuenis:lector uelox/uociſq; ſonoræ:
 Sit ciuis natus nobiliore loco.
Arcanum ignoto quoniam male creditur:ipſe
 Corrigitur iuuenis/indociliſq; ſenex.
Plura quidē dixi pingens modo carmine/qualē
 Eſſe uelim:nobis qui placeat/iuuenem.
Hic dat enim multū damni:multum ue decoris
 Affectus ſi ſiet aut aliter fuerit.
Nuncius & fidus curſor mandata ferentes
 Sint curæ/& magnæ præcipuæq; tibi.
Nocte/die miſeri patientes frigus/& æſtum
 Hi curſim carpunt abſq; quiete uiam.
Et licet exitium minitetur fluminis unda:
 Et careant ruptis flumina cuncta uadis.
Et licet innumero loca ſint obſeſſa latrone:
 Vt nulli poſſit tranſitus eſſe uię.
Et ruat aſſidue quamuis cum fulmine nimbus:
 Attamen ire opus eſt:atq; redire cito.
Hos tu præcipuo ſtudio tuearis:& iſtis
 Patronum præſtes te uelut/immo patrem.
Hæc ſi contigerint:ſcito tibi grande paratum
 Iri Scriba ſophos/perpetuumq; decus.
Si ſecus acciderit:ſtultus rideberis:& ſic
 Vrbe nihil gratus:ridiculuſq; foris.

FINIS.

¶ Nobilis Hiſtorici Aug. Dathi Senenſis ꝓloquium in Senenſem hiſtoriam fęliciter incipit.

SEnenſis ciuitas q̃ multis: q̃ magnis ac pręclaris iampridē excelleat laudibus: cernere facilius eſt q̃ literis ꝓſeq̄: qppe quæ una īter uetuſtas ac nobiliſſimas Italiæ ciuitates earū rerū ſplendeſcit tum uarietate & copia tū magnitudine & præſtātia: quę ad magnū ciuitatis ac reip. decus ptinere iudicant̄. Nā opportunitate loci ubertate agroꝶ terrę ac maris ditione uetteris originis ac parentū nobilitate cœli clemētia diuini cultus religione: diſciplina uirtutis: legū atq̧ inſtitutoꝶ ſanctimonia: multaꝶ rerū laude: ſtudioꝶ deniq̧ ac litteraꝶ gloria: cū pleriſq̧ etiā clariſſimis Italiæ ciuitatibus haud dubie conferri poſſit. Sed qđ oium primū maximūq̧ putandum eſt: libertate lōgo iam æuo fruit̄: nō plane ullis aut hoſtium inſidiis: aut belloꝶ caſibus itermiſſa: ſed defenſa potius ſapientiæ armis ac magno ſemꝑ ſtudio & cōſilio ſeruata: firmiterq̧ retēta. Nec id qdē mirū. Fuit. n. illa cœleſtis ſemꝑ numinis cultrix atq̧ obſeruātiſſima: cuius (ut opinor:) præſidio atq̧ ope freta: induſtriæ uigilādo: bene cōſulēdo: mature agēdo: oium tandē hoſtiū: quos & multos & uarios ꝑ diuerſa belloꝶ tēpora ꝑpeſſa ē: & inſidias repulit: & propulſauit iniurias. Veꝶ ubi nemo foris circumuenit: nemo intus inſidiat̄: ſuis ſe qſq̧ finibus cōtinet: pacate & tranquille uiuere fœlicitatis potius ē: q̃ humani cuiuſpiā ſtudii ac laboris. At cōtra aduerſis belloꝶ tēpeſtatibus ac piculis: & nō modo externo ſęuiente hoſte: ſ3 iteſtino quoq̧ urgēte malo libertatē ita tueri: ut eam nec pollui: nec occidere patiant̄: id demū ꝑcipuę laudis ſūmęq̧ ſapiētię munus exiſtimare debemus. Qđ ſi qs ſupiora tēpora cogitare uoluerit: & uetera memoria repetere: is plane intelliget plures hāc remp ſubſtinuiſſe calamitates: grauiora perpeſſam fuiſſe detrimēta: a ſperioribus exagitatam piculis: q̃ quæ illoꝶ capere fides poſſit: q praeter auditū nihil acceperint. Id aūt pleroq̧ eo ſolet accidere: qđ uariæ ſunt reꝶ uices: humana oia mutabilitati ſubiacēt: neq̧ quicq̃ diutius inter mortales fixū ac ſtabile pſeuerat. Fitq̧ interdū: ut nōnulli uel malo ingenio nati: uel cōſuetudine quadā ac prauitate corrupti: uel deniq̧ ſecūdis rebus elati immoderatius exultēt: ſuę libidini ſeruiant: inſidient̄ bonis: malos euehant: ꝓ ſuo oia arbitrio gerāt: nullū relinquāt prudentiæ ac uirtuti locū: qua peſte nulla i ciuitate ac rep. aut cogitari maior: aut capitalior eſſe pōt. Nā cōcordibus ciuiū animis: atq̧ unū ſpectantibus ciuitatis bonū: tuta oia ſunt: & nulli prorſum diſcrimini patēt. At ubi ambitio ſęuit: inſurgit inuidia: luxuria diffluit: creſcit auaritia: primū aioꝶ diſſenſiones: ſimultates: priuatoꝶ cōmodoꝶ ſtudia: publicæ ſalutis deſpectus: mox clandeſtina colloqa: factioſoꝶ conſpirationes: turbulēti motus: nouaꝶ reꝶ cupiditates: poſtremo reip: clades atq̧ interitus ſequat̄: neceſſe ē: niſi forte diuini numinis obſtiterit prouidentia bonoꝶ & ſapientū ciuiū uigilię labores animi magnitudo: & quędā nō uulgaris uirtutis acceſſerit. Fit aūt neſcio quo facto: ut quo maior: quo ue fuerit quępiā reſp. clarior: eo magis hiſce malis atq̧ infortuniis uideat̄ obnoxia. Teſtis ꝓdeat magna Lacedęmon bellicę gloriæ Pīceps: Teſtimonium Athenæ phibeāt diſciplinaꝶ pene oium inuētrices: quæq̧ legū conſtitutione & auctoritate maxime floruerūt. Sed qd externas & ueteris memoriæ ciuitates cōmemoramus? Ipſa quoq̧ Roma gentium oius decus: totius caput orbis: ac Senēſis populi mater eiuſcemodi īfortunia uitate uel neſciuit: uel nō potuit: patrū & plebis cōcertatione diſſenſit: Tribunicis crebro preſſa ē tēpeſtatibus: Grachorū ſeditionibus agitata ciuiliū certaminū facibus incenſa: domeſticis cōiurationibus ꝑturbata: & qđ oium pene ſceleꝶ imanitatē ſupat: plus q̃ ciuilis pugnæ labē ac decus nō effugit. Quid finitimæ ciuitates: qd tota ipſa Italia nō ne ciuilibus cōtentionibus inteſtinis diſcordiis atq̧ execrandis illis Gebellinoꝶ & Guelfoꝶ factionibus infecta & polluta eſt? Hinc diuturna & atrocia bella: hinc iniuſtæ alienaꝶ reꝶ occupationes: hinc ſancti fœderis & iuſiurandi temerata ac uiolata religio: hinc direptiones ciuitatū: ſacraꝶ ędium incēdia: tēploꝶ euerſiones: cōpreſſiones Virginū: ſtupra adulteria: bonoꝶ uiroꝶ cędes captiuitates: innumerabilia dāna: poſtremo Iuſtitię pacis ac totius uitę ſūma iterdū ꝑturbatio atq̧ cōfuſio. Ac Senēſis qdē ciuitas imprimis ſilētio prætereunda nō eſt: quæ cū diutiſſime præcipuam tranqllitatē atq̧ otiū tenuiſſet: & eo ſtatu eē uideret̄: q nullis neq̧ fortunæ caſibus: neq̧ hoſtiū dolis labefactari poſſet: quorūdā tñ ꝑditiſſimoꝶ ciuium improbitate ac ſcelere: potius q̃ externi hoſtis inſectatione pene factū eſt: ut in mediū ſalutis & libertatis diſcrimē uocaret̄. Atq̧ ita turbulētis fluctibus multos iam ꝑ ānos uexata ē: ut adhuc uix tandē reſpirare cęperit: cū de manibus ſeditioſoꝶ ciuium ꝓlapſa arma ceciderūt: & ad iuſtos ac pacatos uiros tranſlata res ē. Quaꝶ qdē reꝶ: quæ fuere profecto maximæ ac memoratu dignæ: tum cauſas tū ſeriem explicare conſiliū eſt: ut quo ꝓgreſſu: quo ue ordine geſtæ ſint: ꝑ quos afflicta ac pene ꝓfligata Senenſis reſp. ꝑ quos porro reſtituta ſeruataq̧ ſit: facilius noſtra lucubratiōe inoteſcat: tantaꝶq̧ reꝶ cognitio transfundat̄ i poſteros: ſitq̧ oibus argumēto ſimul atq̧ exēplo: q̃ peſtifera ſint occulta domeſtici hoſtis iacula: q̃ piculoſum exiſtimari debeat iproboꝶ temeritate āminiſtrari remp. q̃ ſecutū cōtra uel tutū potius & ſalutare: bonoꝶ ciuium auctoritate geri atq̧ cōſilio. Indecorū nāq̧ ē: mea ſentētia: ea i tenebris & cōſeqnēs ſęculi ignoratię euerſariiq̃ & uerboꝶ lucē & litteraꝶ claritatē deſiderār. Igit̄ ſcribere aggrediemur: nō aut igenio: aut eloquētia freti: ſed ſola reꝶ ueritate ac narrādi fide: neqnāq̃ ultra: q̃ qđ uere factū ſit uſpiā ꝓgreſſi. Quinetiā ꝓludētibus nobis alioꝶ forſan excitabūt̄ igenia: q maiore facultate Senēſis ppli geſta memorię ꝓdāt: illa pſertim: q̃ ꝓximo decēnio ſūmis maximaꝶ reꝶ difficultatibus cōiungūt: ex eo inq̃ tēpore: quo & magnus exercitus & Regis aduētus totā pene Hetruriā cōmouit. Explicit ꝓlogus.

¶ Incipiunt Fragmenta Senenſium Hiſtoriarum: ac primum Libri Primi.

REX IGITVR ALPHONSVS Non modo Aragonum: ſed multarum quoq; gentium Princeps potentiſſimus: qui q; ad paterni imperii amplitudinẽ Neapolitani Regni adiecit gloriam magnis fortunis atq; opibus florebat. Regis nomẽ atq; ampliſſimi regni decus p oẽm Italiam celebre erat. Annus agebaẽ poſt. M. cccc. Sextus & quadrageſimus. Veneti p id tẽpus in Gallia ciſalpina: & Philippus Mediolanenſium Princeps graue: quod & poſtremo fuit: inter ſe bellũ gerũt. Diu æquo utrinq; Marte uario euentu certaẽ. Cũq; bellũ protraheretur: atq; exardeſcere uideretur indies: Dux Philippus ab Alphonſo rege auxilium petiit. Rex: q ab eo quondã in ſummo rex diſcrimine magnis beneficiis affectus erat: & ferre auxiliũ & præſens exercitum ductare ad id bellũ parat. Magnũ proinde militẽ conflat: equeſtres ac pedeſtres copias ornat. Erat exercitus. xv. M. circiter armatorum: in quis & nobiliſſimi etiam nõnulli Principes: pmulti clari bello Duces: pleriq; ex Alphonſi regno inſignes uirtute atq; armis uiri. Rex profectus in caſtra media fere hyeme ualidiſſimo munitus exercitu: Romã uerſus in Tyburtem agrũ iter intẽdit. Pontifex Eugenius quartus: q tum Apoſtolicæ ſedi præerat: Regem ut accedat propius hortatur: cupiebat nãq; cum illo ſimul: & Mediolanẽſium Philippo Duce ſocietatẽ coire: quippe q ſibi & eccleſiæ a Venetis & Florẽtinis periculũ metuebat. Ad eandem ineundã ſocietatẽ Senẽſes quoq; Ludouico Patriarcha & Cardinale Aquilegienſi ad id dante operã inuitantur Senẽſes aſſentiri nolle: ueteri nãq; belli motu: nũ cum eſſent tuendæ pacis auidiſſimi: morbo interea corripit Eugenius Pontifex: dũ hæc agebãtur: ac iam Tybur Rex cũ exercitu ueniſſet: moritur tandẽ Sũmus Pontifex primo uere. vii. kal. Martias. Ea res noui cõſilii capiendi argumẽtum præbuit. Rex: qui munitiſſimũ haberet exercitũ: cũ de creando nouo Pontifice agẽdũ eſſet: Legatos Romã miſit ad ſacrũ patrum & Cardinaliũ cœtum: q optimũ eius erga ſe animũ & uoluntatem indicarent: ſimul copias & militẽ omnẽ pecunias ac facultates ad tuendã eccleſiæ firmitatẽ ſtatũq; deferrent: monerẽt inſuper ne oio quicquã de ſua fide atq; amicitia ſuſpicarentur. Paucis poſt diebus Cardinalis Bononienſis Thomas Serezanas ad Sũmi Pontificii dignitatẽ & culmẽ prouehit. Is fuit Nicolaus. V. qui obſcuro genere atq; ignobilibus parẽtibus ortus: uirtute doctrina ac ſapientia mirabile dictu: ſummos quos in eccleſia gradus paucoq; annoq; curriculo incredibili oĩus fauore aſſecutus eſt. Rex Alphonſus: q Tybure ſeſe cũ ſuis Legionibus contineret: ſex Oratores ad Pontificẽ Maximũ uenerãdũ atq; ei gratulandũ ob pontificatus aſſumptionẽ miſit uiros ex omni numero uirtute ac dignitate præſtantes: & ad trecentoq; ſimul equitum comitatũ. Quo tẽpore & oẽs pene Chriſtiani nominis nationes ac principes p uetere more pontificẽ ſalutarũt. At uero ſũmi pontificis creatio & nouaq; req; euẽtus aliquãdiu retardauit ab inſtituto itinere Alphonſum regẽ: cũ tñ Philippi partes & urgeri grauius & inclinate uiderẽẽ. Pontifex Nicolaus: q ſopire ac ſedare Ciſalpinũ bellũ cuperet: miſit ſũma prudẽtia atq; auctoritate patrẽ Ioannẽ Cardinalẽ Morinenſe; Ferrariã: q una cũ Leonello Eſtenſi eius urbis principe inter Venetos & Philippum de cõcordia ageret. Venerunt eodem & a Rege Legati: q eam ipſam concordiã tum ſuaderẽt: tũ etiã adiuuarẽt. Pleriq; & populi eius regionis & principes: ne in deterius bellũ ſerperet: eam rẽ ipſam affectare uidebãẽ. Nec multo poſt tẽpore p mediã fere æſtatẽ Angelus Maurocenus & Raimũdus Ortoſa a Regis caſtris pfecti cũ pauculis equitibus: quos tñ & nõnulla peditũ manus haud palã ſequebaẽ: in Hetruriã eunt. Hi deinde Senẽſe ſolũ amice ac libere ĩgreſſi initio Augusti mẽſis Florẽtinoq; fines inuadũt: oppidulũ Ceninũ: qđ ad Ambram ſitũ ẽ: inſidiis occupãt: cũ oppidani ad ruſticũ opus egreſſi eẽnt. Id primũ a regiis militibus oppidũ ĩ Tuſcia captũ ẽ: q qđ tñ Florẽtini haud multo poſt tẽpore miſſis illuc nõnullis ſuaq; Legionũ militibus recuperarũt: & pditionis reos affecerũt laqueo. Angelus aũt & Raimũdus ante Florẽtinaq; copiarũ aduentũ ſeceſſerãt ſuis militibus eius oppidi relicta cuſtodia. Sed hi cũ in Senẽſiũ agrũ paſſim uagarẽẽ: finitimoq; ſolo inſultarẽt: atq; infeſtã eoq; regionẽ habituri uiderẽẽ: interdũ facta excurſione atq; acta præda: indignati Senẽſes mittũt cũ Imperio: q illos ſuis finibus pellãt: qđ ſi alio pacto nequeãt primũ terreant minis: deinde etiã ad arma cõfugiãt. Quippe erãt Senẽſes ſtudioſi pacis: ac uerebãẽ: ne parua ſcintilla (ut plerũq; fit) magnũ aliquod ſuſcitaret incẽdiũ: & contiẽnaq; graſſationes fierẽt futuri belli ſeminaria. Grauis tñ ea res Angelo & Raimũdo fuit ac pmoleſta. At cũ ſibi parẽdũ eẽ Senẽſium uolũtati aĩaduertiſſent: ceſſũt illoq; finibus: ac demũ ĩ caſtra Regis ſe recipiũt. Atq; hæc qdẽ in Tuſcia. Cũ interea ægrotãs Philippus Mediolanẽſis obrutus obeſior corpore diẽ ſuũ obiit: funerẽ & ſepultura affectus nequaq̃ pricipe digna. Varia de ultima illius uolũtate l uulgus iactabãẽ. Ob huius mortẽ: quæ Ferrariæ de cõcordia tractabãẽ: pſertim cũ Laudẽſes & Placẽtini ad Venetos deſciuiſſent: irrita facta ſunt oĩa. Legati uero: q ob eam cauſam eo cõuenerãt: alius alio diſceſſere. Mediolanẽſes: q graue ſeruitutis iugũ ſe ppeſſos fuiſſe phiberẽt: rati melius eẽ: ut ſe ĩ libertatẽ uendicarẽt ſolo æquata arce: ad libertatẽ cõmuni totius populi cõſenſu & clamoribus animos cõuerterunt: tq̃ illã quidẽ; nõ minus ſeruare difficile eſt: q̃ poſſidere iucundũ. Veq; ut facilius poſſent Mediolanſes libertatẽ; tueri:

aſciuerunt & Franciſcum Sforziam clariſſimum p eam tempeſtatem Ducem: & tum Cremonę Princi
pem: qui audita paulo ante Philippi Ducis aduerſa ualitudine ex Flāminia in Galliam contendebat:
ſed prius ille mortē oppetiit: q̄ hic Mediolanū puenit. Erat is nanq; ipſius Philippi gener: & Blancam
Mariam præſtanti laude uirginē uxorem duxerat/ Cremona urbe in partē dotis accepta. Senēſes aūt
in tota Hetruria Philippi interitū maxime doluerūt: cuius amicitia & fauore potiſſimū freti erant: &
in Mediolanenſi principatu ſpem ſummā ſemper habuerāt: ut mutua utrinq; exiſteret fides/ ac pręci/
pua charitas. Rex Alphonſus cū de Philippi Ducis morte/ atq; omnibus de rebus eſſet factus certior:
ſimulq; (ut ipſe aiebat) Mediolani Imperio teſtamēto ſuccederet: inceptū pridem iter proſequi f: et
per Hetruſcos tranſiturus Mediolanū uerſus (ut ferebatur) exercitū traducit. Senenſes uero cū per
Pontificē Nicolaum: quē Regis conſilium haud oīo fugiebat: rem oēm intellexiſſent: metuentes ſibi
ac finitimis populis: nō ignari tempeſtatem i tranquillo optare demētis eſſe: mittunt confeſtim Ora
tores ad Regē: q poſt exhibitam ſalutationē: ac prima illa Legatorū conſueta/ Senenſius nuncient eam
mentē eſſe/ ac firmiſſimū inſtitutū: ut & cū aliis oibus/ & cū finitimis imprimis nihil q̄ pacē malint: cū
his certū eſſe: ut tum iuſte: tum etiam pacate uiuant: ſimul hortentur: atq; obſecrent Regē: ut & uni/
uerſæ Italiæ. & Tuſcorū præſertim paci/ atq; ocio cōſulere uelit: affectū paci Senenſes populū: ab om/
ni aūt bello longe alienū eſſe. Retulerūt Legati pergratū a Rege reſponſum: ac uere tāto Principe di
gnum: ſe magno ſemper Senenſem ciuitatē amore fuiſſe complexum: optare eius libertatē: eamq; nō
minus/ ac ſuū ipſius regnū tueri uelle: patere eam uoluntatem multis ultro/ citroq; collatis beneficiis a
Italicam prætera & Hetruſcaſ quietē affectare: eam ſiquis uel infringere/ uel perturbare auſit: ſe ultro
armis occurrere/ ac reſiſtere paratū. Illud quoq; ſubiecit: Si qd de progrediendo conſilii cœperit/ factu
rum ſe cunctis de rebus Senenſem populū certiorē: quē ad ſeruandā pacē etiā plurimū hortaref. Hęc
cū per ſuos Legatos Senenſis cognouiſſet Senatus: lætari plurimū/ & habere Regi gratias: ut q pacis
tranquillitatē nō modo nihil lædere: ſed ſtudioſe etiam tueri uideretur. Inter redeundū uero moniti
ſunt Senenſium Legati a Pontifice Nicolao: ut neutram in partē flecterent: ex re ſua fore: ut medios
quoſdam utrinq; ſe pręſtarent. Eſſe nāq; ſapientis/ amicitri duplicia: quod dici ſolet. Et primo quidem
autūno Legati redeunt: extremo deinde/ Rex nōnullis cohortibus recto itinere per Montē Faliſcum
præmiſſis/ ipſe cū reliquo exercitu per Nequinatē/ Spoletinū/ ac Tudertinū agrū in Hetruriaſ uenit:
ponte: quem dicūt/ Sancti Ioannis/ Tyberi amne tranſmiſſo: nec longe ab urbe Vetere caſtramētatus
quattuor circiter dies deſedit: ibi tum cōmeatu pabulo/ cæteriſq; rebus caſtra muniit. Inde in Senenſe
ſolū progreditur. Hoc rurſum/ cū accepiſſent Senenſes: alios q̄ primū ad Regem Oratores mittūt: q
nihil cunctati: ſe ad Regē contulerūt. Ipſo quoq; curſu multas iam Regias cohortes in Scitonenſem
agrum aduentaſſe comperiunt: celeriter ad Regē profecti exponūt: gratiſſimum fuiſſe Senenſibus id
quod pridem reſponſum dederat: atq; eius tum probauiſſe animū: & excepiſſe iucunde. Nuper autē
ſubuoluiſſe aliqd de inferendo Florentinis bello: id aduerſari & Senenſium quieti: & totius Hetruriæ
ocio ſeſe ita comparatos eſſe: ut cū finitimis prorſum pacate/ atq; amice ſe gerant. Proinde etiam/ atq;
etiā cōſideret: ſi qd forte noui moliri decreuerit: poſtremo maximi futurā apud ſe prę cęteris rebus pa
cis rationē. Cum benigne Legatos accepiſſet/ nihil tum quidē aliud: id ſolū egit/ miſſurū ſe propedies
Senam Oratores: illinc plane & cumulate ſuā ipſius cognitū iri ſententiam: atq; ita Senenſium Lega/
tos ab ſe dimiſit. Sub idem tempus Dux Militiæ clariſſimus Simonettus Comes cum octingētis circi
ter militibus paucis pedeſtribus/ pleriſq; equeſtribus caſtris ſe Regiis iunxit. Ea res Tuſcorū ſuſpitionē
plurimū auxit. Erat quippe Simonettus & calliditate Impatoria/ & Militaris diſciplinæ laude inſignis.
Coguntur interea oēs regis copię in Senēſium agrū ad Aſtronē fluuium: q inter Sarteanū/ Cluſium
ac Scitonium præterfluit/ caſtramētatæ. Indies augeſcebat exercitus: ac primo ſtatim aduentu/ cunctā
late regionē populari: nō tamē hoſtiliter excurrere: ſed uictū & neceſſaria/ ac ſtramentū comparare.
Recipiebant ſe oēs intra præſidia/ atq; oppida/ ſuas pro ſe quiſq; opes in tuta loca congerebant. Vbiq;
trepidabatur terrore tanti/ tamq; inſperato aduentantis exercitus. Omēs qui proximas Scitonio oras
incolerent: cōmouebantur. Veniūt interea tres a rege Oratores Senam magno equitatu/ atq; omnis
generis ſplēdore ornati: q magnifice/ honorificeq; except: Magnū Magiſtratū adeunt: et. xviii. uiros
quibus prouidēdum erat: ut & conſuleretur ſeruandæ paci: & ſimul ne quid detrimenti reſp. pateref.
regis mandata hæc fuere: profectus ſe iampridē regno Tybur petiſſe ea mente ſolū: ut q a Philippo
Duce accitus erat: eidem auxilio eſſet. Dignū eſſe illum: q ab ſe cūctis fauoribus iuuaretur/ eam idcir
co ſibi dediſſe fidē: a quo uiciſſim magna beneficia recepiſſet. Standum eſſe promiſſis neminē dubita
re ſe imprimis pro fide ſeruanda: & militē oēm & ſe ipſum oppoſiturus cunctis periculis: uerū Ducis
morte/ mutatam eſſe & rerū conditionē/ & profectionis cauſam. Relictū ſe nāq; Mediolanenſis Princi
patus ſucceſſorē: atq; illuc ſibi ob eam cauſam ueniendū: ſeq; a Mediolanenſibus recognoſcēdū Prin
cipem/ ad id perficiendū: & libero tranſitu ſibi & cōmeatu opus eſſe: ea ſe popoſciſſe Florentinos: ne/
gauiſſe illos & iuſta poſtulantē ſe ab illis fuiſſe contemptū: inſtituiſſe uero: ut ea ſe Florentinorū mole
ſua liberet: ac ſibi ita caueat: ut peractis Gallicis negociis/ liber ſibi in regnū pateat reditus: perſpexiſſe
infenſum Florētinorū erga ſe animū: inde uſq; a regni obſidione: fauiſſe qppe illos ſuis hoſtibus: nul
lo officii genere defuiſſe: nūc quoq; eandē mentē præſtare: ſed qui illorū hactenus tollerarit iniurias:

diutius pati nolle: accingi igitur utrum ueterũ, tũ ẽt pręſentiũ iniuriarũ ĩnuat pęnas. Quare cum an
tea Senenſi ciuitati pacẽ tantope ſuaſiſſet: nunc contra ad belli remedia: atq; ad hoſtiũ ulciſcẽdas iniu
rias inflãmare. Nam ſacro quoq; Oraculo pdi, diſtingui tẽpora oportere: atq; ita quadrare oĩa: cer
tam fore de hoſte uictoriã: quã ipſam cũ Senẽſibus cõmunẽ fore uelit: quoq; & cõmunes hoſtes Florẽ
tini eſſent: proinde alacres aggrederent rem Senenſi populo maxime ſalutarẽ: pro cuius libertate: di
gnitateq; nõ modo tuenda: ſed etiã amplificanda totius regni: & ponere diuitias: & uires intẽdere in
ſtituiſſet: alia quoq; in eadẽ ſententia pmulta: letãdũ uero ĩprimis Senenſibus: q̃ ĩminere ſuis hoſtibus
cladẽ cernerẽt haud dubie erratorũ oĩum pœnam daturis. Hæc ferme a regiis legatis Senenſibus refe
runtur: id demũ poſtulantibus: ut Regius a Senẽſibus reciperetur: atq; aleret exercitus. At Senenſes
re maturius cõſultata: Regiũ ſtatuerũt tantiſper alendũ exercitũ: dũ Senenſiũ finibus excederet, ac fi
nitimos populos nõ lęderet: quod ſi quidiis aduerſi Rex ĩmlerit: nihil frumẽti, nihil alimentorũ pręs
beret. Hæc ita iuſte, ita moderate, ac benigne reſponderũt Senenſes, ut & Regis conſulerent amicitię
& ab honeſtate: & a bene cum finitimis uiuendo nõ diſcederent: que q̃q̃ intellexit Rex Alphonſus co
pias tamẽ omẽs contraxit, & propius Polinanũ caſtra admouit: unde rurſum recreati: atq; ali exerci
tũ poſtulauit: Arretinum agrum petiturus: & ſimul qui uiam ſternant: atq; Arretium uerſus iter ape
riant. Annuere & his Senenſes, ac poſtulata fecerunt. Simul mittunt cum Imperio: q his rebus exequẽ
dis pręeſſent: modo nihil hoſtile finitimis inferret: id ſi accideret phiberent Regiũ exercitũ alimẽtis.
Id Ludouicus Petronius Eques, quẽ eis rebus Senẽſes pręfecerant: intrepide cũ Rege, & magno aĩo
dicere auſus eſt. Mouit deinde Rex caſtra, & ad Aſinã longã, & Lucinianũ uenit, progreſſus cũ omni
exercitu, quatenus biuiũ ſcinditur, ac pars eius altera Arretiũ, altera Senam ſpectat. Hic retardato re
gi magnis imbribus aliquot dies: nõ eſt data ulterius procedendi facultas. Ac priuſq̃ inde proficiſce
retur: iterũ a Senenſibus p legatos ſalutatus: & muneribus large affectus eſt, patefacta, uel cõfirma
ta potius uoluntate de pace cũ Florentinis nullo modo uiolanda. Itaq; & Senẽſis ſtatus: tranquillitas
Regi: & tutela pacis diligenter cõmendata ẽ. Ille ad hęc: Nihil tam ſibi propoſitũ eſſe inquit q̃ Senenſiũ
ociũ, ac libertatẽ: ſed adiecit: opeprẽtiũ eſſe pro his rebus tuendis: ut Florentinos bello laceſſat: atq; id
ſeſe firmiter facturũ inſtituiſſe: ſimul relicto Arretii itinere: quo ſe antea exercitũ traducturum oſten
diſſet Rapolão Senã uerſus iter inflexit: ubi fertilis terra: copia rerũ, atq; omni cõmeatu abũdãs: mili
tes ad ſe muniẽdũ: & recreãdũ pellexit: q q̃q̃ hoſtiliter nõ irruerẽt: multiplicia tñ dãna eius regionis ac
colis intulere: pleriſq; diſiectis: atq; euerſis piſtrinis. Audito in ea loca Regis aduentu: Senenſes ſupra
modũ ãmirati ſunt: multas ſecũ, ac uarias cogitationes aĩo uolutantes: illũ regẽ eſſe potentiſſimũ: na
tura dominandi cupidine affectũ: ſeptũ ingenti, ac numeroſo exercitu ĩminere ciuitati latere pricipũ
cõſilia. Subitus autẽ in ea loca acceſſus ſuſpicioni fauebat. Proinde Senenſes Ioanne Bicho: Chriſto
foro Gabriello: cæteriſq; q paulo ante memorati ſunt maxime ſuadentibus ad tutelã urbis: & ad con
ſeruationẽ libertatis cõuerſi frequenti Senatu aduocato: rem oẽm: ut ſeſe haberet: ad illum deferunt:
mira tum fuit ciuium concordia: ita ut nulli pręter paucos admodũ a cõmuni ſententia diſſiderent: ut
libertati tuendæ: ſtudioſe proſpiceretur: & a cunctis ciuibus diligens ageret cuſtodia: conceſſis regio
exercitui alimẽtis: quoad Senenſiũ finibus exceſſiſſet: ſi modo diutius non ĩmoraret: phibitis adeun
di Florentinorũ fines. Mittuntur ad Regẽ Legati Petrus Beringuccius Eques, ac Franciſcus Aringhe
rius: uterq; magna laude ciues: q una cum Ludouico Petronio amice illũ ſalutãtes, orarẽt: ne diutius
in eis locis ſubſiſteret: officere namq; eam morã ſuburbiis tenus cunctæ late regioni: ibi ſi eſſet cõmea
tus haberi nõ poſſe. Proinde & ex re ſua fore, ut caſtra alio traducerẽtur: qppe ea cunctatio neq; prio
ri cõſilio: neq; inſtituto itineri ſatis congruere uidebatur. Rege aũt appropinquante magis ciuitati: &
trans Arbiã, ac Malenã fluuios iuxta uicos: & tẽplũ. S. Anſani nõ longe ab urbe late caſtrametãte:
qn ad Bozonẽ uſq; fluuiũ: q paulo amplius miliario, Sena diſtat: effundentibus ſeſe regiis copiis: ma
ximopere intra ciuitatẽ trepidabatur. Itaq; ciues centuriatim excubabant: armatorũ agmina decreto
Senatus: & Centurionũ ſimul cohortes urbẽ pluſtrantes, cuſtodiæ: & ſaluti ciuitatis, mire uẽs intenti
erant: uigiliarũ uices totã noctẽ ſeruantes. Rex cũ Panos collẽ locũ panis Lycei nomine memorabi
lẽ aſcendiſſet: cui e regione urbs Sena reſpondet: ſubſtitit diutius: cõtẽplatus ingentia pręclaræ urbis
ędificia incõniuentibus oculis: aperiente interea Petro Biringuccio ibidẽ quondã Manfredũ Regem
fixiſſe tentoria: cum Senenſi populo celebrẽ Arbiẽſem uictoriã aſſecutus ẽ. Ibi tũ iuxta tabernaculũ
agitatus lepus, ac pemptus, ãmirationẽ Regi neq̃q̃ mediocrem pepit. Hic Franciſcus Aringherius
unus ex tribus Senenſiũ Legatis: oblata ultro a rege ĩpenſiore ſtudio militaria ornamẽta: diutius tan
dẽ reluctatus, accipe recuſauit. Rex uero cũ p crebros nũcios eadẽ ſępius ĩtellexiſſet: ſimul cõpta ciui
tatis trepidatiõe: & tã ſollicita ciuiũ Senẽſiũ cura illius obſecutus fine octobris mẽſis: pmiſſis ĩpedimẽtis
ad regionũ oppidũ caſtra mouit: quẽ locũ ſtagia ĩterfluit Senẽſẽ: & Florẽtinũ agrũ diſterminãtes. In
ſtabãt kl̄ę Nouẽbres: quo die, cũ pp magnũ oĩuʒ ſanctorũ ſolẽne, ſplẽdido quodã apparatu: & purpu
ratorũ nitore regia caſtra fulgerent: plęriq; ex his imprimis nobiles duces: & magni ad uiſendã Senã
urbem cõtendebant: uiciſſim Sena p multi uiri clari: & magna ciuiũ turba egreſſi cateruatim in regis
caſtra cõfluebãt fauebat cęli. p eã diẽ ſũma ſerẽitas. Eũtiũ, ac redeũtiũ ĩcredibilis q̃dã multitudo cõſpi
ciebatur utrinq; deſiderio flagrantes: hi Regẽ: illi urbẽ aſpectare pręſentẽ. Benignũ ſe Rex & affabilẽ

cunctis adeuntibus pręſtitit·neminē ab ſe diſcedere paſſus: quē nō humanitate: lętitiaq; exceperit: cuius
non dextræ dextrā iunxerit. Quoſdā ēt: quos pręſtare cœteris arbitrabatur: ſtola alba: & regio inſigni
donauit. Poſtridie uero priusq̄ inde diſcederet: indixit Florentinis bellū: mox illorū̄ fines inuaſit: & in
Volaterranū ſolū irruptiōe facta·prædā: & captiuos egit: uicos nōnullos diripuit·& agros paſſim po
pulatus eſt. Hinc primū aduerſum Florentinos belli gerendi ſumpſit initiū: Cōtraxere Florētini ſuas
copias Geminianū·ac Bontiū uerſus: in quorum exercitu Federicus Vrbinatum princeps militabat.
Rex ad caſtella: atq; oppida oppugnanda cōuerſus obſedit primū Pomaranciā: quod in Volaterrano
oppidū ſitū eſt: id q̄ primū debellatū ui cępit: uerſumq; in prędā ditionis ſuę fecit. Huic Raimundus
ortofa prępoſitus ē: nōnullo intra id oppidū collocato præſidio. Inde ad Caſtrū Nouū caſtra admo-
uit. Hoc tertio tandē die·crebrius cōmiſſo prelio in deditionē accępit: & Antoniū Petrucciū equeſtris
dignitatis hoīes clarū qdē & diſciplinę militaris pitus: q Regiis tū ſtipendiis merebat: eius oppidi cu-
ſtodiæ pręficiendū cōſtituit: quod tam diu regi ſeruauit incolume dum ille Hetruriā tenuit. Obſedit
deinde Montē Caſtellū ſitu ipſo: & loci ingenio muniſſimū: prælīū conſertū ē cum nōnullorū oppi
danorū cęde: ſed oppugnantiū longe maiore. Id uero nequaq̄ obtinuit Rex obſeſſum dies cōplures:
atq; inde & a ſperitate tēporū: & equorū dāno·atq; ingenti eluuione depulſus eſt. Cui ulteriora petē-
ti ultro ſeſe dediderunt nōnulli q nō ſatis munita circū eam regionē caſtella incolerent. Incrudeſcente
aūt hieme·nec minus tū Senenſibus alimenta ſuppeditantibus: p agrū Piſanum iter rex faciens: qua-
ſi Cāpiliā obſeſſurus: conſpecto in expugnabili eius oppidi ſitu·ac nimbis deterritus: ea obſidione
ſup ſedit: atq; inde ad Portū Barattū quondā nō ignobilē urbē Populoniā: & ad Ouē ueterē: quā in-
digenę uocant: progreſſus ē. Quo loco cū deſideret: agebat hinc Simonettus: illinc Angelus Mauro-
cenus de Caſtro Leonis Piſcario p proditionē occupando. Maturabat Simonettus·ac ſignum dederat
candidū uelū haſtæ ſuperponendū. Verū anteuertit Angelus cupiens eam ſibi laudē: & gratiā adipi
ſci. Signū dum ignaro Angelo oſtentat: cōfuſis utrinq; rebus·cauſam præbuit: ut oppidū diriperetur:
atq; ita regię ditionis fieret p Ianuariū paulo poſt menſem: arce quoq; recepta. Id & nunc oppidū re-
gi paret: quo poſtmodū ex Hetruria abeunte·Santes Marcelonas eius oppidi tutelæ primū prefectus
ē. Rex uero in marittimā deinde orā Senēſis ditionis cęli tēperie: & pabuli lætina per opportunā con
uerſus ad Craſſeti tumulū cum omni exercitu superuenit. Eſt is locus ſecus littora inferi maris in Se-
nenſi ſolo nemoris umbra opacus: hinc Vmbrone fluuio: illinc mari: inde qua Caſtrū Leonis ſpectat
ſtagnantibus aqs tutiſſimus: oīs generis arboribus cōſitus: & iis qdē plęriſq; fęlicibus·tum apricitate
delectabilis·tum pomorū·ac fructuū fere oīum copia exuberans: non ſcrupis horridus: ſed ſabulo le
nis non minus q̄ aut Campanæ Baiæ: aut Theſſala Tēpe Poetarū carminibus celebrandus. Hic tum
ſtatiua Rex habuit: atq; hibernare cōſtituit. Metuebat ſibi Ioannes Malauoltius. q Gauorrano per eas
tēpeſtatē imperabat. Iure ciuitatis regi a Senenſibus cōmendat. Ob eam cōmendationē: nihil tum in
eum ſęuitum ē. Florentini egerunt p ſuos legatos: perq; literas Senenſibus gratiā: q mutuæ amicitię
iura: & pacis ociū ſtudioſe tuerentur. Hortantes·orantes: quæ ut idē ipſum facere pgant: pollicentes
cōmuni ſaluti nunq̄ deeſſe. Quāq̄ iidē non multo poſt: quaſi ſuſpectā haberent Senenſiū fidē: hoſtilia
quędā facere cœpere. Ad id miſſi ſunt Oratores: q tandē allata Senenſiū uolūtate: & firmiſſimo pacis
cōſilio: cōpoſitis rebus: ueterē utriuſq; reip. ac mutuā beniuolētiā redintegrarunt. Cumq; adeſſet fe-
ſtus iam dies: & Natalis domini inſtaret celebritas. Rex: q religioſe id ſolēne cupiebat: a bellicis ſtudiis
cunctiſq; feriabat. Venińt ſubinde ad eū Senēſiū Legati ciues duo clariſſimi·ac ſumma auctoritate uiri
orantes: ut Senenſiū utilitati proſpiceret. Nam cum in eā orā uenerit: quę uelut penaria cella foret Se
nenſis populi: īminere a tātis legionibus diſcrimē tum paſcuis·tū ēt armentis: & iis qdē nō quæ Senē
ſium mō eſſent: ſed iis quoq; quę de proximis finibus: & imprimis e Florentino ſolo plurima cōue-
nirent. Eſſe id primū·atq; uberrimū Senenſis reip. uectigal: illinc ęrariū uel potiſſimū augeri: his pro
uentibus: ſi qd afferret: uel īpedimenti·uel cladis īportari grauiſſimū reip. detrimentū. Id putare Se-
nenſes minime Regi cordi eē: ei: q tantope eam ciuitatē diligeret: tamq; beniuole cōplecteret. Idq; ēt
rati ſunt: conducere ut a pſequendo bello deterrerēt Regē. Et hæc qdē Senenſiū Legati cū rege oīa:
ſimul congreſſi cū purpuratorū primioribus: quorū maxime apud regē cōſiliū: & auctoritas ualebat
patefaciunt: liqdo: id quod ſępe alias expoſitū dubiū eſſe Regi non poterat: Senenſes populū abhorre
rē pſus a bello: & cū finitimis beneſentire. Poſt hæc ſalutato rege: repetunt legati Senā. Rex ex Craſ-
ſeti tumulo traduxit exercitū ad locum: & ipſus haud longe a mari·quā aquā uiuā uulgo appellāt: un
de & Caroli liqdus fons exilit a Carolo magno ſortitus nomen. Ibi obiectu porrecti in dorſo montis
uenti oēs ſilent: & ſoli ubertas ſtationē facit mitē·atq; equo grauiſſimā. Hic cū longiorē morā traheret
Mediolanenſiū oratores Sena iter facientes: ad eū pfecti ſunt circa Februariū menſem: ubi cōpluſcu
los dies cōmorati: inierunt tandē cū rege ſocietatē: & quoniā ſe in libertatē uendicaſſent: pollicitus eſt
cunctis ſe illā defenſaturū uiribus: obteſtatus aūt cruci affixū ſaluatorē: cuius imaginē pręſentē in me
bat fidē dedit: ēt deflexis genibus reſtituturū ſeſe: ſiqs ciuitatis ſtatū perturbaret: atq; īfeſtū habere cona
retur. Quę uteq; benignitas regis potentiſſimi plurimū ad ſpē tuendę libertatis: Mediolanēſium aīos
erexit. Quo qdē īpetrato·letabundi Oratores Mediolanū pp̄e redierūt: qd maxime optarāt: uoti fa
cti cōpotes. Eodē ferme tēpore uenerunt & a Venetiis: & a Florentinis Legati: erat. n. inter eos ſocie-
tas: q de pace cū rege agerent. Qua de re cū Senenſes certiores facti eſſent: miſerunt & ipſi oratores:

qui ad eam rem ipſaꝫ diligentiā: atq; operā adhiberēt. Et oēs qdē amice Rex excepit: Senēſes omniū
iucundiſſime & mulus hinc atq; inde allatis: nec ſpe tñ pacis ſublata: at redacta in futurū tēpus: re in
fecta legati dimittunť. Senenſes uero q ꝑ more amice cū Rege cōſultaſſent: & quoniā magni Paſchę
anni octaui: & quadrageſimi agebanť ſolēnia: opipera ac lautiſſima ad regē munera detuliſſent: cō
mēdata maritimi tractus incolumitate: remotis arbitris in ſecretiorē tabernaculi partē aduocanť. Cū
his rex multa ꝑ longiorē morā cōtulit: a pace imprimis ſe nequaq̄ abhorrere: preſertim ſuadente Se
nenſi populo: cui oīa gratificari ſe uelle cuperet: ſed adductū optimis rationibꝫ negauiſſe Florētinis
petitā: at Senenſiū gratiā dare noluiſſe. Hic Se inquit: arcanū cōſilium Florētinorum proferre Senē
ſibus: & aperire illorum dolos: quos noſſe plurimum Senēſis rei publicę īteteſſet: id ſe afferre uelut
perſpicuum in eam ciuitatem amoris: & charitatis īdicium. Itaq; longa oratione prefatus: ac repetēs
a primis pene icunabulis ſuam erga ſenēſem populū uolūtatē: huc demū euaſit: eū ſecū ęgiſſe Florēti
nos: ut iucūda cōcordia ac feriendis fœderibus Senēſes exigeret: polliceri aūt: deferreq; multa aure
um milia: ſi is fidē daret ꝑtermiſſuꝝ ſe defēſionē Senēſiū ſi laceſſerētur bello: id ſibi ægre fuiſſe: qđ
neq; iuſtū exiſtimabat: neq; ex re Senēſis populi: cuius ſalutē: decus: & gētē maxime ad amaret. Eo ſo
luta eſſe oīa: quæ de pace cū Florētinis agerentur: uoluiſſe aūt eam pacis cōditionē accipe: quæ ex uſu
Senenſis reip. nō eſſet: ꝑſpexiſſe illius dignitati & cōmodis: alio poſthac nunq̄ ſe futurū aīo. Ad hæc
impaſſe miliriæ ducibus: ut a quouis dāno inferēdo milites coherceant paſcuo ac Sationali agro par
cant: ac præſto ſint non mō ad ꝓpulſandā uim: ſed ēt uindicandam: ſi qua uſq̄ inferreť. Magni hæc
Regis uerba Senenſes æſtimanda eſſe putauerunt: atq; alii aliter interpretati ſunt. Plęriq; ad regis be
nignitatē oīa referebant: ſed nec defuerunt: q dicerent: ea idcirco cōmendatū fuiſſe Regē: quo Senē
ſium aīos a Florentinis abalienaret. Menſis curriculo ceſſatū eſt ab armis: ſtatiſq; ambiguis rebus. Flo
rētinis fines agri defēdentibus: Rege uero ſuſpiciōes magis q̄ aptū inferente bellū. Senēſes ꝑ hoc tem
pus ne Florentinis āmirationi eſſet: qđ Regis exercitū alerēt: miſſo ad eos Oratore Petro Biringuc
cio Eqte: oſtēderunt id facere ſe: ipſo q tum Senæ eſſet Florentinoꝝ annuēte legato: uereri tanti regis
potentē exercitū aſſerentes: cui nec Senenſes ad reſiſtēdū ſatis haberent uirium: nec ullus a Florētinis
conflandi exercitus apparatus cerneretur. Cœpit deinde rex Alphonſus de occupando Plumbinenſi
principatu cogitare: magnā hic uim: ſi i regis poteſtatē ueniſſet: ad īuadēdum Hetruriæ Imperium ha
bere putabatur. Miſſi ſunt igitur q eius oppidi ſitū diligēter explorēt: unde inuadi cōmodius: unde
uel nauali pugna: uel terreſtri certamine: aut facilius circūueniri: aut celerius capi poſſit. Non latuit ea
res diutius: ac multifariā Senēſibus īnotuit: hinc ex proceribus nōnullis Vrſini generis: q i regis exer
citu militabāt: inde ex præclaris qbuſdā & curialibus magnis ī eccleſia uiris: qui Hetruſcū bellum exe
crabātur: illinc ab eodē ipſo principe: qui tum Plūbino: atq; Ilnę imperabat ſignificata. Erat princeps
ipſe ex antiqſſimo Vrſinoꝝ genere bello ſtrenuus. Prudētia ſagax: cōſilio acer: domi militięq; clariſſi
mus: Huic erat Rainaldo nomen. Is accuratius regis cōſiliū Senēſibus patefecit: ut q Plumbinum ac
ditionem eius ī cōmēdationem pridē ſuſcępiſſent: monerētur de ꝑſtādis auxiliis ac fauoribus: ſi ab
hoſtibus: id quod metuendū erat: inuaderetur. Nam ſapiētē decet: ēt futuros euentus prauia cogita
tione expendere: At incautū nec id opinautē opprimi: nō in fortunam: qđ ſtulti faciūt: ſed in deſidiā
atq; ignauiā reiiciēdū eſt. Re cōperta: Senēſes Ludouico Petronio ad regem legato: ſcribunt ſe animad
uertiſſe illū aduerſus Rainaldū Vrſinū: uel negando cōmeatu: uel alia quauis cauſa: indignationem
nōnullā cōcępiſſe: Idcirco accingi: ut illius iniuriā ulciſcatur: ac proinde moliri bellū. Id tam graue eē:
ac moleſtū Senenſibus: ut nihil poſſit oīno ſibi accidere grauius: nō tam principatus ipſius cauſa: quē
ſi in poteſtate Senenſis populi eſſet: poſtulāti Regi ēt facile cederēt: ſed qđ ad Caterinæ Reinaldi uxo
ris dominationē pertineret: eamq; cū omni principatu pridē a Senenſibus in tutelā ac protectionem
fuiſſe ſuſceptā. Cogi ꝑinde & amicitię iure: & fidei religione Senenſem populum: q de fide acrius q̄
aut de gloria: aut de uita certare cōſueuiſſet: nō mō Caterinam nō deſerere: ſed ēt cōmeatu pecuniis
& militum auxiliis adiuuare. Id contra eum Regem: q cū tāta neceſſitudine: atq; amicitia iungerent: ſa
q̄ ægro aīo ferēdū eſſet: pro ſua ſapiētia iudicaret. Verū in eius benignitate ſpem ſummā ſitam eſſe:
quæ nō ſolū ipſoꝝ reip. ſaluti cōſultura: uerū ēt Plumbinēſem principatū: oēſq; & amicos eius: & ſo
cios pari ſtudio: atq; amore ſeruatura ſparetur. Rex indignatū ſe iuſtis de cauſis Rainaldo inficiatus
nō eſt: & illū quoq; dignū eſſe: quē iuſta ultiōe ꝑſequeretur. Verū cum principatus nō ad Rainaldū:
ſed ad eius uxorē ſpectaret: ſtatuiſſe inqt: ſe nocēti parcere: ne inocentē lęderet. Cūq; principatus Plū
binenſis Senenſiū cōmēdatione fruetus eſſet: nihil ſe aduerſum illū tētaturū: ne facere Senēſi populo
uideretur iniuriā. Nihilo tñ ſecius paruo poſt tēpore: circa mediā æſtatē exercitū adaugebat: & appa
ratū belli īgentē moliebatur: Fama haud iam obſcura erat: Plūbinū bello petendum: & aduerſus Rai
naldū iamiā in ꝓcinctu fore īſtructas copias. Id ſunt uehementer āmirati Senēſes: præſertim cū regia
reſponſo palā oīa aduerſare: itur: nō ei mō: quod Ludouico Petronio primū: ſed quod aliis mox ora
toribus dederat. Rati igitur Senēſes magni intereſſe ad ſuę reip. decus: tantarū rerū agitationē ſollici
ti qd agendū eſſet: ſimul uerentes: ne in alterius ditionē redigeretur: qđ ſuę fidei ac tutelæ cōmiſſum
erat: alios rurſum de Plūbinenſi negocio Oratores ad regē deſtinarūt: q ꝓfecti: regem offenderūt ca
ſtramētāte nō longe ab Iuncarico oppido: qua patet Plūbinum tranſitus: hi Regē allocuti: declarant

primū ꝑ ꝙ̄ gratū extitiſſe Senenſibus: quod ſupioribus Legaris de Plūbino reſpōderat: nunc uulgo
ia tam rumoresq̄ ꝗ̄ eiuſdes oppidi obſidēdi: occupādiq; cōſiliū caperet: inſtare igiť Senēſes: atq; ob-
ſecrare illū: ut repentis cauſisq̄ iaȝ ꝑ ſuperiores legatos allatę erāt: nil noui aduerſus Plūbinēſes prin
cipatū aggrederetur: Senēſibus nō minus fidei religionetq̄ amicięq; iure defenſionē illius prætermit
tere nō liceret: tādē illū orātum ab occupando eo principatu animū ꝓrſus auertat. Tum Rex memo
ria tenere ſeſe inqt Plūbinenſes a Senenſibus fuiſſe diligentiſſime cōmendatos. At de illo ſeruando
nulli penitus dediſſe fidē: ſi ſecus ab oratoribus relatū erat: id omne obauditū eē: ac plane Hiſpaniē
ſem ſermonē nō recte ab Italo homine fuiſſe perceptū: facile ſermonis uarietatē prębuiſſe errori cau
ſam. Hæc tum qdē Rex. Quod uero ad rem attinebat an inuaſurus Plūbinum eſſet an aliud cōſiliu
initurus: neq; ille aperuit: neque Oratores ultro cōiectare potuerūt. Hæc anxios: & ſollicitos Senenſes
reddideret: q multa ſecū cogitantes: plurimū de Regis conſilio ac uoluntate dubitare cœperunt. Tur
banť ciuiū animi: pacati uiri oēs ſupra ꝙ̄ dici poſſit: dolore afficiuntur: quod metus ſubiciebat: tacita
æſtimatione penſantes. Rex ante kł Iulias admotis copiis oibus: Plūbinum obſedit: & primū qua cō
tinenti adhæret: nam altero latere mare adiacet: facto ſtatim impetu: cōſitos agros: atq; arbuſta: & ꝓ
xima quęq; pomaria gladio ferroq; uaſtauit. Aderat magnus exercitus: equtum peditūq; denſa manus
ære et armis fulgebat: milites exercitati: & manu ſtrenui: parati ad monētis nutū: & ꝓ inclyti Regis
gloria nō ſolū aīoſe certare: ſed ēt ardua quęuis ſuſcipe atq; extrema pati: Sagittariorū intentis arcu
bus ingens numerus: nullū aut iaculi aut teli deerat genus parata tormenta: baliſtæ & quæ ad expu
gnanda loca pulſu ꝑ lo erant oīa: miræ magnitudinis bombardæ bellica machina nō minus for-
midabilis: ꝙ̄ recens inuēta: quæ oīa Rainaldus intuitus: parat ſeſe ad reſiſtēdū hoſti: & ab eo exorſus
quod oīum primū cēlebat ac potentiſſimū ſuos ad accuratā defenſionē: & ad uerū animi robur indi
candū nō minus comiter: ꝙ̄ ſapienter hortatus eſt: dicens ſe iniuſto bello peti: parentes liberos focos
ac fortunas ſuas oēs in diſcrimen uocari uirginū & matronarū pudicitiā: eorū oīum: qui chari eēnt
uitam in dedecus: atq; extremū piculū trahi: nūc opus eſſe: ut ſe uiros oſtēdāt: & ſe ſuaq; oīa uirtute: &
animi magnitudine tueātur: ammiſſum iri uno tēporis momēto oīa: ſi ſegnius agant. Iubet ſpectare
illos regem ꝑpotē: eum cum magno copiarū apparatu & robuſto milite: moliri ſibi ac ſuis oibus: aut
cædē aut morte deteriorē ſeruitutē: ſæuiturq; illum tāto magis: quo eos & timidos magis & ignauos
ꝑſpexerit. At ꝓpediē minus ꝑclare ceſſuruȝ hoſtē: ſi uiriliter obſiſtere ac ꝓpugnare decreuerint. Hor
taturi: ut ſitum cōtemplētur & nobile oppidū terra mariq; opportunum ſua ſpōte munitū. Virtutem
nō multitudine: ſed uigore aīorum metiēdam. Adiecit ſpare ſeſe ultorē nō defuturū: ſi ipſi ſibi nō de
eēnt. Se uero iprimis prōptū atq; alacrē ꝓ illorū ſalute oibus piculis caput obiecturū. His oibus ſi ac
ceſſerit qualē ſpabat uirtus: futurū ꝓculdubio: ut imortalē gloriā: ac ppetuā adipiſcerētur trāquilli-
ta ē: ꝓſertim cū Senēſiū ꝑſidiū iam ſtueretur: & ꝓpe iſtare Florētinorum copias: quę poſtulātibus cele
riter ſuccurrerēt: ſi forte uſus acciderit. Ac nihilominus opam diligentiſſimam adhibuit: ut oīa eius
principatus caſtella: oppidaq; ab hoſte tuta eſſent: cōſtitutis aliis: qui mane: aliis q meridie: poſtremo
q ad ueſperā ſtruendis munimētis aſſidue intēderēt: extructa erant oia aggeribus. uallo munita: &
foſſa firmata ꝓpugnaculis. Plurimo cōplebanť muri ſaxo: moles aduehebātur: trabes & magno ro-
bore ꝑcludebantur aditus. Nullis neq; diurnis neq; nocturnis laboribus parcebať: nihil ōmiſſuȝ eſt:
quod uel ad oppidanoȝ ſalutē: defenſorū ſecuritatē: locorū tutelam ꝑtinere poſſet. Victui neceſſaria
abunde ſuppetebāt. Rainaldus oium primus nō ſolum cōſilio oia ꝓuidebat: ſed nullū nō opus accu
rate obibat: ac diligēter nō ceſſans interdiu oia parare: noctu luſtrare męnia: uigilias agere: naturæ
ſomnū negare: opponere tormentis ac bellicis machinis opportuna remedia: ne uel tormētorū pul
ſu uel bōbardarum ictu: aut muri quaterentur: tecta ruerent: aut plane homines interirēt. Permul-
ta erant ad oppidi defenſionē mirabili celeritate: atq; induſtria cōparata. Verū principis ſtudiū ac uir
tute: tū militū opam: tū oppidanorū labores antecellebat. Rex uiciſſim ad Plūbini oppugnationē ſoler
tiſſimā opam cōferebat: ut q iam prœliū initurus eſſet. Orta eſt interea Senenſiū ciuiū ſumma conten
tio: aliis defendendū omni ſtudio Plumbinū ſuadentibus: & ꝓ ſeruanda fide cunctis militū auxiliis
& omni ratione iuuandū in ꝓtectionē receptū principatū: aliis cōtra deferendū ſatius eſſe aſſeuerā-
tibus: nec renitendū Regis uoluntati. His ita diſſidentibus ꝑualuit eorū ſentētia: qui iuuandū ſuade
bant. Itaq; ſenatus cōſulto: & cōmeatus Plumbinū: & pedites miſſi: quorū opa Scarlinum maxime cu
ſtoditū: ſeruatūq; ē: reliquo ēt principatui nō mediocre allatū ꝑſidiū. Sed miſſi ſunt & tertiū de Plum
binenſi negocio Oratores ad Regem: q Caterinā: & principatū eius cōmendarēt: & quaſi caduceato-
res qdā de pace: & cōcordia agerent: Rex ad pacis conditionē ea lege duntaxat ac pacto adducebatur
ſi Rainaldus relicto Plūbino regi ditioni: alia ſibi in regno: quaſi cōmutatiōe quadam oppida haud
ſuis inferiora capeſſeret. Id ſe facturū penitus negauit Rainaldus ſe: īgens Plūbino atq; illuc iuſte & le
gitime: nihil ad ſe regnū aut regni ullā partē attineť. Itaq; utroq; i ſuo ꝓpoſito firmiter ꝑſtante cępto
irrito: redierunt Legati Senā. Rex maturo cōſilio ueritus ne ſi ad Rainaldi munitiſſimū robur aliorū
auxilia adiecta rem a ſperiorē facerent: dato ſigno init aduerſum obſeſſos atrocē pugnā ac ſubito alii
ad motis ſcalis muros ſcandūt alii bōbardis ignē ſubiiciūt alii baliſtas torquēt alii eminus haſtis: co-
minus diſtrictis gladiis dimicāt alii ſcorpiones intēdūt: iaculantur alii tela: ſagittas emittūt alii: cū cur

runt undiq; acies: nihil præter q̃ fulgentia arma oculis ſubiiciebatur. Nuſq̃ ceſſabatur a milite. Oppidani cõtra totis uiribus reſiſtere hoſtibus conabantur: irruẽtes depellere: auertere a mœnibus inuadẽtes: acrẽ cõflictũ gerere. Pro ſe quiſq; eniti diu: ac multas horas pugnatũ eſt. Vir uiro: armis arma conferta erãt. Tormentorũ: grauis pulſus: telorũ iactus: armorũ ſonitus: uulneratorũ eiulatus: undiq; clamores exaudiebãtur. Atrox prælius cędẽ miſerabilẽ fecit. Acrius cõmiſſo prælio: magna utrinq; ſtrages ſed oppugnantiũ: q̃ propugnantiũ longe maior. Vallũ: & cuncta circũ loca cęſorũ cadaueribus cõplebantur. Ceſſatum deinde ẽ: & pugnæ a rege indictus modus. Qui poſtmodũ uidẽs ad expugnandũ tam munitũ oppidũ: terreſtres copias nõ ſufficere: ſubitam ex regno acciuit claſſem: ut terra: mariq; obſeſſum: aut ad deditionẽ cogeret: aut certe ui caperet grauia paſſurũ. Hęc cum celeriter aduecta eẽt ac iam terreſtri: maritimaq; obſidione Rainaldus obrueret: ornauerunt & ſuam continuo Florentini claſſem: quam regi ę opponerẽt. Fuere hæc nauigia quattuor: quę medio curſu rex inuaſit: duo cępit: reliqua fugauit. Ea res non mediocriter penuria preſſum aliquot dies Regi ſubſtentauit exercitum: ac magnam inſuper conſequendę uictoriæ ſpem feſſis militibus attulit. Siquidem ſucceſſibus eriguntur militum animi: improſpere cadentibus rebus franguntur. Sed conlectantes interea Senenſes abiturum ex Hetruria Regem: ne ſuppeditata regi alimẽta cauſantes finitimi multitune freti numeroſi exercitus noui aliquid: atq; alia deinceps bella naſcerẽtur: quæ cum eccleſia: & Pontifice Nicolao auctore: Ioanne Cardinale Morinſi ſecreto agitabatur: magno populi conſenſu iuncta ſocietas ẽ: ingenti plauſu: & tridui celebritate excepta: ob eam rem ſolemnia ſacra: & ſupplicationes factæ. Annus uolutabatur ſupra mille: & quadringentos octauus: & quadrageſimus: ac peſtilẽtia: quæ per uniuerſa Italiæ loca: atq; urbes cęperat circa mediũ Auguſti menſis: Senã quoq; inuaſit: ac nõnullos ciues teterrimo morbo abſumpſit: ac finiit: nõ ante hibernã tempeſtatẽ. Per idem uero tẽpus cuꝫ ea clade Sena laborare cepiſſet: ſuperuenerunt miſſi a Sũmo Pontifice Angelus Epiſcopus Reatinus: & Ioannes Capiſtranus uir ſanctitatis: & doctrinæ fama celeberrimus ex religione Minorũ: q Bernardini Senẽſis a tenellis ãnis per omnem inde ętateꝫ uitã: mores: & ad finẽ uſq; progreſſum ꝑ ſcrutaretur. Tenebat hic Ioannes Senenſem populũ quotidianis concionibus: & quaſi cęlitus aduenisset: execratus flagitiorũ oium labẽ: flagrãs fidei: & charitatis ſtudio ſalubriter ãmonebat. Res mira dictu: ac diuinitus inſtituta ut cũ de Bernardini uita inueſtigaret: noua quotidie i illo deus p diuerſas Italię oras uariaſq; regiões miracula oſtẽtaret: ita ut nõ explorãda Bernardini uita: ſꝫ prędicãda ſãctitas: atq; efferẽda eẽt: q tã multis: tamq; præclaris illuſtraretur miraculis. Quorũ ex numero ſi unũ ſiluerim: qd ad meos attinet: poſſim merito & ingratus: & impius iudicari. Erat mihi frater germanus Ioãnes minor natu: q ſub Saluatoris regula deo ſeruiebat. Is aliquando ruſtico opi intentus: dum ſarmẽtũ amputare cogitat: elabente falce: mediã manũ grauiore ictu ferit: articulos cõfringit: cõtractis neruis manus elãguet. Hãc quatuor circiter annos mãcam: & uelut cõcretis digitis languidã: atq; intractabilẽ gerit. At cuꝫ ſupplex: & multa ui lachrymarũ profuſus: i baſilica ſcī Donati: ſpectãtibus multis ad Bernardini ceruical manũ admouit: ſubito recuperato uigore: ita euiruit: ut ad quẽuis ductuꝫ faciliime cõuerteret: ut exĩde pcõmode illius miniſterio uſus ſit. Quę res una cũ cęteris: & iis qdẽ pene inumeris miraculis: maiorẽ i modũ Bernardini illuſtrauit gloriã. Sed iã ad reliqua pgamus. Et. n. uel cõmeatuũ iopia: uel aliarũ rerũ penuria: uel cuiuſpiã rei metus ſpẽ Alphõſi Regis i Plũbino occupãdo fefellit: crebrius repetito prælio infeliciter pugnabatur. Perſpecto igitur rex oppido natura tutiſſimo: Rainaldi tã ſolerti prudentia: propugnãtiũ uirtute: accedẽtibus Senenſium fauoribus: deſperata uictoria: initio Septẽbris mẽſis obſidionem ſoluit. Copias oẽs in Senenſem agrum retraxit: & in campeſtribus Almæ: id ei loco eſt nomen: iuxta Maſſam urbẽ Senenſis ditionis caſtrametatus eſt. Tum in Caſtrũ Leonis ſe recepit. Magnũ ea defenſio Rainaldo Vrſino laude attulit: auxitq; p uniuerſam Italiã eius nomen: quod ei obſtiterit: ac tanti Regis impetũ ſubſtinuerit: qui gloria geſtarũ rerũ magis etiam belli ducibus comparari poſſit. Fuit ea Plũbini liberatio perq̃ grata Senenſibus. Per hæc fere tempora Franciſcus Sfortia: q Mediolanẽſibus iure ſocietatis fauebat: præclara in Gallia geſſit: nam cum paucis antea menſibus Placẽtiam urbem opulentã obſediſſet: cui Tadeus Marchio præpoſitus erat: Dux certe militiæ gnarus: ac bellandi peritiſſimus: cum tribus circiter milibus partim equeſtribus: partim pedeſtribus: & obſeſſam q̃ primum inito prælio expugnauerat mira uirtute: ac celeritate captis oibus: q eius cuſtodię pręfecti eẽnt & claris Ducibus: & militibus fortiſſimis uerſa in predã urbe: hoc tẽpore pp Cremonã urbem claſſem ingẽtem Venetorũ: quæ Pado aduecta: & auxilium Cremonẽſibus: & incremẽtũ caſtris allatura erat nauali pugna ſuperauit iuxta ciuiũ maiorẽ: ac triremes oẽs pręter duas: quæ in fugã uerſę ſunt: cępit: quæ res: q̃ Mediolanenſiũ ſpem adauxit: tam Franciſci Sfortiæ Ducis bello clariſſimi amplitudinem illuſtrauit. Sed ea pfecto nunq̃ Mediolanenſes cõtra Venetos aſſecuti eſſent: quos cõſilio domi: foris armis oibus etiam potẽtiſſimis: ac Ciſalpinis: & Tranſalpinis ciuitatibus longe præſtare liquet: ſi nõ unius: qui exercitui præerat: uirtute: auctoritate: atq; oium rerum florentis gloria acceſſiſſet fauor: q quaſi afflicto populo cęlitus defenſor datus: & proſpere ſemper: & fortiter bella geſſit: q paulo poſt ad Carauagium potentiſſimũ Venetorũ fudit: ac fugauit exercitũ: quo cõflictu multi capti: multi etiam cęſi ſunt. Iis quoq; in captiuitatem ductis: qui pro Venetis gubernandis caſtris præerãt. Quæ res maxime Venetorum potentiam attriuit: Mediolanenſium plurimus animos erexit: ac maiora ſperandi

cauſam præbuit. Atq; cum iam ex Hetruria Rex foret abiturus: & cum ſuis leginnibus in Regnũ pa-
raret reditum: q̃q̃ erat cum eccleſia: & Pontifice Nicolao iuncta ſocietas: tamen ut ſe tutiores præſta-
rent/ac ne imperati iacturam aliquã ppeterẽtur: decreuerunt Senenſes Legatos ad Regem petituros
partẽ copiarũ præſertim Simonettum cũ ſuis turmis in Hetruria dimitti: ut eo munitis præſidio: ni-
hil ſibi a Florentinis metuendũ eſſet. Quod ille nõ ante facturũ ſe ſpopondit: q̃ intellexiſſet: quorũ ſti
pendio militaturus Simonettus/a quibus accepturus pecuniã eſſet: quod ipſuȝ ex oratoribus: q ad id
uenerant: ſciſcitatus eſt: q̃bus reſpondit: tum ſe derelinquenda exercitus parte cõſulaturũ: cum de tri
buẽda militibus pecunia fuerit factus certior. Redierunt igitur icerti legati Senã: nihil tamen referẽ-
tes a Rege præter eorum opinionẽ: q oĩa maturiore animi iudicio penſitabãt. Et Simonettus q̃dẽ re-
giæ Dux militiæ diſiunctus a regiis caſtris in agrũ ſuũ: & ditionẽ ſe cõtulit. Rex uero rebus iam oĩbus
exhauſtis: multiſq; difficultatibus laborãte exercitu per Octobres menſes Caietam primum p littora
Tyrrheni maris/tum accita claſſe in Regnum: Neapolis ſe recepit: ubi perditũ a bellicis curis: atq; exer
citationibus feriatus: poſt multa rerum diſcrimina/poſt plurima/ac præclara: tot iam per annos bello
geſta: maluit una cum præclariſſimi regni ãminiſtratione quieti indulgere/ac tranquillã degere reli-
quã ætatem. Florentini quoq; abeunte hoſte alleuiandæ militiæ gratia: plerosq; ſtipẽdiis dimiſerunt:
alios intra oppida ad hiberna diſtributis. At proceſſit in Gallia poſt Carauagium conflictũ Frãciſcus
Sfortia cum omni exercitu: & cunctis legionibus in Brixiẽſem uicos: & caſtella obuia quæq; ditionis
ſuæ fecit: campeſtria occupauit/ac tandẽ Brixiam urbem obſidione circundedit. Brixienſes uero cum
obſidentis ſummam clementiã/& benignitatem animo metirentur: & ſe preſſos fame: atq; obſidione
conſpicerẽt: cœperũt deditionẽ cogitare: & clam cum hoſte agere: ut pſoluendo quot annis tributo il-
lius Imperio ſubiacerẽt: & omni obſidione/ac belli moleſtia liberarentur. Id compertũ graue admo
dum fuit Mediolanenſibus: q̃ppe dubitantibus: ne is/qui bellorũ callebat peritiam: quiq; ab omnibus
tantopere diligeretur: maiores ſibi potentiam cõpararet: q̃ quæ ex ipſorũ uſu/& conſeruatione liber
tatis eſſe uideretur. Itaq; clam illo cum Brixienſibus ẽgerũt: ut nec ſe illi dederent: nec foedus ullũ pa-
ciſcerent: pollicentes ſe Brixienſes aſcituros ſocios: & coniunctẽ cũ illis: atq; amice uicturos. Hoc Frã
ciſco Sfortiæ: quod contra inita foedera: nam iure foederis ad Franciſcum Brixia ptinebat: qđ cõtra
uerã amicitiæ rationem eſſe arbitraretur: pindigne ferens ſimul inſide actum ſecũ opinatus: habens p
Imperii iure componendarũ rerũ poteſtatem: ſtatim cum Venetis/& pacẽ fecit: ſimul & ſocietatem iun
xit: atq; in Mediolanenſes a quibus fuerat tam graui laceſſitus iniuria arma conuertit. Igitur magno
munitus exercitu: recreato milite: & ornatis copiis bellum indixit Mediolanenſibus: & q̃primũ mo-
tis caſtris: primum Placẽtiam: & obuia quæq; caſtella ſumma celeritate occupauit: nec deinde cũctatus
Mediolanũ admouit exercitũ: atq; eam urbẽ obſedit: miſſis aũt nonnullis ſuarũ legiõum cohortibus
oĩa cõfeſtim Mediolanenſis principatus loca: atq; oppida in ſuam poteſtatẽ redegit. Veneti cum uide
rent rẽ Mediolanẽſiũ/ac libertatem periclitari/uerentes: ne urbs tam opulenta in ditionem ueniret
fortiſſimi ducis: q ſuo poſt modũ inclyto Imperio aduerſari poſſet: ab eius ſocietate deſciuerũt: & ad re
primendã illius uim: nouam rurſus cum Mediolanenſibus ſocietatẽ iunxerũt benigne pacti: ut & ob
ſidione urbem liberarent: & Mediolanenſem populũ: atq; eius libertatem tuerentur. Incrudeſcebat
grauis p eam æſtatem peſtilentia: cum laberetur annus nonus: & quadrageſimus/cuȝ petterriti ciues
quod unicum tanto malo arbitrantur remediũ pleriq; ex urbe aufugerunt. Rura peragrabãt: caſtel-
la complebant. Quod uero etiam meminiſſe animus horret: deſerta urbs: & pene inculta uidebatur.
nulli ætati par ſit teterrima lues ita ut etiam octogenarii eo ſæuiſſimo ueneno interierint. Stabat uelut
triſtis urna ducendis fortibus. Multi quot diebus repentino morbo cõficiebantur. Mortui ſunt mul-
ti p eum Autũnum utriuſq; ſexus homines: quodq; fuit luctuoſius: extincti cõplures florentes uirtu-
te: atq; ætate uiri. Veneti ſe cum Mediolanenſibus iunxiſſe ſocietãtẽ: Senenſes per litteras monuerũt:
& pro uetere amicitia ad eandẽ ipſam coeũdam inuitarunt: utpote uniuerſæ Italiæ profuturam. Locũ
ſupereſſe Senẽſi reip. oſtendebãt: hũc ſi ſubituri ẽent/hortabantur: ut q̃ primũ certiores redderent:
Senenſes autem rem magni æſtimantes: ægerunt Venetis gratiam: atq; ad eos oratores decreuerunt
qui coram omnia explorarent/ac pſpicerent accuratius. Neq;.n. ſatis tũ liq̃do iudicari poterat: q̃ualis
ea cum Venetis ſocietas futura eẽt: atq; ob eam cauſam res ẽ protracta longius. Aduenit inde menſis
December. Cumq; inſtaret iã Iubileus: & annus remiſſionis: q dicitur inde uſq; a Moyſi: & Hebreorũ
temporibus inſtitutus: ſed poſt Saluatoris aduentum: a terreſtri beneficio ad ſpiritualem gratiã con-
uerſus: pro uetere eccleſiæ ritu/ac Summi Pontificis iuſſu: pronunciata eſt uniuerſæ largitatis: ac di-
uini muneris ubertas: quam pie ſuſcepturi expiata delictorũ omnium/ac ſcelerum ſorde: ab omni fa
cinorum reatu/ac poenarum nexu ſoluendi eſſent.

Expidit liber primus.

Incipiunt Fragmentata Libri Secundi.

CVM Multa: & ea quidem ammirabilia mecum ipſe reputo: quæ noſtris temporibus contigerunt: indignū eſſe arbitror illa tranſire ſilentio: quæ cum ueterū oīum ſeculorum memoria non iniuria conferri poſſint. Plura ipſi uidimus paruo tempore: q̄ longo æuo maiorum noſtrorū ætate cecidiſſe noſcunt. Nam quæ bella: quos hoſtes: quorū principum aduentus: quas res in eccleſia: aut infeliciter afflictas: aut proſpere geſtas: aut ſolēniter celebrata: quæ cæli prodigia: quos tam inuſitatus euentus: quas unq̄ tantarū rerū uarietates: aut audiuimus aut legimus: quę poſſint cū noſtris temporbus comparari! Sępe cum finitimis bella geſta ſunt: Tranſalpini hoſtes Italiā inuaſerant: cōmutata Regna: Ab externo exercitu occupata ſunt. Imperatorū aduētus rerū publicarū ac ciuitatū: aliarū qdē clades: aliarū āplificationes: atq̄ incremēta multa referri queant. Cōplura etiā ꝓdigioſa extiterūt cęli ſigna eluuiones: peſtilentiæ uaſtitates terremotus cętera quę id genus multa: ſępenumero nr̄a hac ętate cōtigerunt. Quid nationū oīum: & populorū concurſus: quādo maior unquā fieri potuit: q̄ qui ſuperiore tēpore per Iubileum Romam ex oibus undiq̄ totius orbis gentibus cōfluxit: labentibus ab exortu Saluatoris. M cccc. et l. annis. Nam ante initium kalēdarū Ianuariarū innumera Chriſtianorū multitudo ad urbē Romā miro quodā pietatis ardore: quaſi ad cōmune omniū nationū profugium concurſabant. Tum baſilicæ Lateranenſis porta patefacta eſt: quæ diutiſſime etiam latere obſtructa erat. Nulla non frequens uia: nullus non celeber uicus. Aditus oēs denſis prætergredientiū agminibus premebantur frequentes meritoriæ tabernæ: erecta collibus: & cāpis tuguria: crebra ubiq̄ tabernacula cuiuſdā ueluti magnæ urbis ſpeciē oſtentabant. Variis linguis homines habitu: ac moribus diſpares cateruatim ueniebant: & canētes Deo laudes Romā ad præclarā ac glorioſam ſpectaculi celebritatē ꝓperabant: alii equo alii pedibus iter ingreſſi: Galli: Cimbri: Germani: Hiſpaniēſes: Luſitani: Græci: Armeni: Pānonii: Dalmatæ: Itali: Ciſalpinorū & Tranſalpinorū īnumerabilis turba: quiſq̄ ſuis linguis hymnos: & cantica pſonantes: lōgis pegrinationibus ꝑfecti ad ſacratiſſimā cōmeabant Iubilei remiſſionē. Plærīq̄ pera: ſacculo: & calceamētis ſuccincti: Apoſtolorū inſtar promiſſi præmii amplitudinem ſequebant: & ad ſpiritualis gratię ſalutare remediū: delitias patriæ cōtemnētes: & nec ui frigoris: nec caloris moleſtia deterriti lætis animis cōtēdebant: ut & uidere iucūdū extiterit: & nūc ſit dulce meminiſſe. Nā quāta ſit Chriſtianæ religionis amplitudo: & gloria: illinc potiſſimū cōiectari potuit cum ea celebritate ueluti Chriſtiana cōcio cōſeretur. Nullam pene mundi orā tam reconditam gentē: unde nō tum Romā multi peruaſerint: & catholicæ fidei caput: atq̄ Apoſtolorū Petri & Pauli limina ſalutauerint: digna res oīum ſeculorū memoria. Cumq̄ Ianuario menſe indies conuenarum turba increſceret legati: q̄ paucis ante diebus deſignati erant. Venetias iter arripiſſe. Fuere hi ciues duo prudētia: atq̄ auctoritate inſignes: Auguſtinus Burgenſis: & Franciſcus Aringherius: quorum latus: atq̄ Eloquentia in Senēſi republica magna eſſe exiſtimabat. His cū nō multis ante diebus Venetias puenifſent: nūcius de Frācīſci Sfortię uictoria delatꝰ ē. Nā cū obſeſſū Mediolanū crebris: & atrocibus ꝓliis obtruiſſet. Medi̇olanēſes ſępius a Venetis auxiliū petētes: ſpe illa deſtituti: diu qd agerēt neſciebāt. Rerū oīum difficultate ꝑſtringēti ſollicitudine afficiebant. Adeūt legatū frequētius q̄ ꝓ Venetis Mediolanēſiū fauoribus rū conſuleret: orantq̄ ut ad præſtanda auxilia Venetos urgeat uehementius: perire namq̄ eum populū aſſeuerabant: niſi celere auxiliū præberetur. Cumq̄ Legatus ſuperbius reſpōdiſſet: credo ob petentiū īportunitatē: neminē adhuc uidiſſe ſe inedia & fame cōfectum: indignati ſunt eo reſponſo Mediolanenſes plurimū: q cum intus fame: foris prælio uexarētur: ad deſperantiū remedia confugere. Itaq̄ tumultu exorto: & in Venetum Legatum facto. Impetu: crudeliter illū necauerunt: atq̄ tumultuantiū turba accitus Franciſcus Sfortia urbē irruit: atq̄ eius tandem Principatus potitus ē. In qua uictoria nihil Franciſcus ſupbe egit tanq̄ cum hoſtibus: ſed oīa tanquā cōciuibus: māſuete: atq̄ humaniter. Id fuit certe mirabile: quod ſimul atq̄ ille urbē ingreſſus eſt: ſubito poſitis armis: oīs eſt ſopita diſcordia: pacati animi: ſedata contentio: quaſi is princeps oblatus eēt: quē populus uniuerſus uno conſenſu ac uoce poſtularet: oēs ingreſſum illū lætati ſunt: oēs uno ore, laudabant Franciſcū Sfortiā: & Blancā Mariam efferentes. Ille uero id quod ſapientē decet: tanta uictoria elatus nō eſt: ſed moderationem ſummā prætulit: mite ac lene indicauit ingeniū: neminem aut hoſtē aut inimicū recognouit: oēs ad unū pari amore cōplexus eſt. Illud in magna ciuiū corona dixiſſe fertur: quēadmodū in uertice capilli quāq̄ diſpares: alii: leuiores: longiores alii fului alii alii cani uno tamen loco cōcorditer cōtinent: ſic eū principatū uelut uerticē quendā cuiuſq̄ generis ac fortis homines tanq̄ uarios capillos nō inuitū excipere: atq̄ oīs pari ſtudio: & cura fouendos. Ea manſueti ingenii benignitas mirūinmodum Mediolanenſium omniū animos conciliauit. Itaq̄ ea urbe: & tam opulēto: tamq̄ præclaro Principatu potitus: cōtinuo tranq̄llaris rebus: ſuū oibus totius Italię ciuitatibus ac populis ſignificauit cōſeruādę pacis cōſiliū: oſtendēs nihil tam affectare ſeſe: q̄ ſummā: & tran

quilliſſima populorũ quietem:atq̃ ocium adhibiturũ ſeſe ad eam rẽ tuendã·oẽs ĩgenii uires:atq̃ accuratiſſimã opã:ſqd pfecto ẽt re ipſa pręſtitit·ac parto Mediolani Imperio ex belli duce Principes inde pacis·atq̃ autorẽ geſſit.Senẽſes Legan inter hæc tractatum ſocietatis:quæ etiã cum Mediolanẽſibus futura eſſet:occupato illorũ principatu:cum ſolis Venetis agitãt.Hac ipſa tempeſtate Craſſetani quidam ciues:q & inopia premerentur:& diu militiã ſecuti eſſent.Craſſetũ urbẽ Senenſis agri opulentiſſimam:ei q pro Rege Alphonſo Caſtrum Leonis gubernabat:nequaq̃ tñ annuenti:ut plęriq̃ arbitrabantur p prodirionẽ tradere conabãtur:quæ cõiuratio pſpicaciter detecta eſt:& de cõiuratoribus ſumptũ ſupplicitũ.Atq̃ interea cum maior indies chriſtianorũ turba Romã contẽderent ad Iubilei celebritatẽ:facta iam ubiq̃ p oẽm Italiam diligentiſſima de Bernardini uita·perſcrutatione:atq̃ omnifariã exqſita:pontifex Nicolaus una cum multorũ patrũ:& Cardinaliũ oium·ac ſacrorũ Antiſtitum cętu:ad tanti cęlitis illuſtrandã gloriã accingitur.Nam cum & pfectę ſanctitatis opa præceſſiſſent:eluxiſſentq̃ tum in uita·tum ẽt poſt mortẽ multi generis miracula:& uirtutes:dignus iudicatus eſt Bernardinus Senenſis:q in catalogo ſanctorũ:quos ſtatuit·ac probat eccleſia·cenſeretur. Itaq̃ cum Infinita quædã oium ex lõginqs nationibus chriſtianorũ·ac remotiſſimis fidelium populis turba conueniſſent:adeſſentq̃ Senenſiũ & Aquilanorũ legati:cum innumerabilis hominũ:& cõuenarũ frequẽtia:quaſi ad tam pclarũ:& glorioſum ſpectaculũ diuinitus cõuocata circũſtaret:ſũmo Pontifice miniſtrãte:Bernardini ſanctitas catholicæ ecclſiæ:& Apoſtolicæ ſedis auctoritate·tum declarata·tũ ẽt comprobata eſt.Idq̃ incredibili non ſolũ patrũ cõſenſu:ſed ẽt circunſtantiũ fauore factum eſt:ut oẽs una uoce:& miro quodã ardore illius merita:& ãmirabilẽ gloriã prædicarent.Nihil prætermiſſum eſt ad legitimã cõprobationẽ:cœtus pro inſtituto habitus eſt:initũ a patribus ſolẽne cõſiliũ:baſilica Apoſtolorum honorifice parata eſt:inq̃ eius medio altior thalamus:atq̃ ãmirabilis cõſtitutus eſt:ſeruatę cerimoniæ oẽs:legalia pſoluta donaria:aderant inuiſa ante illa tempora fratrũ Minorũ turba:q tum Romæ habendi cœtus gratia cõueniſſent.Laudata luculẽta oratione a ſummo Pontifice Bernardini uitã eſt:pręclara:& inaudita acta ſolẽnia:ſacrorũ ritus nulla ex parte non cumulatiſſime exactus:luminaria pluria cõparata:q̃ quę eiuſmodi in rebus conIectari poſſint:Senẽſibus & Aqlanis large illa imprimis ſuppeditãtibus:pullorum oblata munuſcula paria Turturũ:& Columbarũ·aurati uini·cadi:& liba conſimilia adhibita & affatim reliqua:quę ad id ſacrũ miniſteriũ deferri ſolent.Nuſq̃ actũ eſt ea in re:ut plęriq̃ aiebant:aut largius·aut ſplendidius:Sed infinita uis hominũ & oium pene gentiũ incredibilis multitudo:quæ denſa premebatur:quæ uias:quæ tecta:quæ proximas uineas:& culta loca:quę ppugnacula·& muros cõplebant:ut numeroſa circunſpectãtiũ agmina ẽt metiri aio difficillimũ eẽt.Hæc cum facta ſunt:ubiq̃ fideliũ gentiũ huius cęlitis ſanctitas celebrata eſt.Ad uenerandam aũt Bernardini cõprobationem·tum apud finitiſſimos populos·tum in externis etiam ciuitatibus·ac longinqs regionibus præclara ſunt acta ſolẽnia.Senenſes imprimis tanto munere uſq̃ adeo lętati ſunt:ut ſit excogitare:q̃ explicare longe facilius.Quippe extructis p palatii foribus ſublimioribus tabulatis:quorũ altitudo erat pene cubitorũ qnq̃:latitudo aũt cubitorum circiter uiginti:ſtratis pontibus aulea ſuſpenſa ſunt:& ornata oia ſerico:& purpura.circũſedilia pari ornamento:in medio ara poſita:quę gẽmato auro:& argento fulgebat:plateæ oẽs:oia angiporta:areæ oẽs edera uirebãt:Lauro:Buxo·ac feſta fronde:ſerti flores:ſparſi iunci:atq̃ corimbi:adiecta uelaria·& coronę ſuſpenſę ciuitatẽ oẽm:templa:& ſacras ædes exornabant·in quadriuiis:& cõpitis erecta altaria oia præclaris ſignis & tabulis niteſcebãt.Vbiq̃ Bernardini aut egregie picta:aut artificioſe ſculpta conſpiciebatur imago.Vtriuſq̃ ſexus ciues·non iuniores ſolũ:ſed cuiuſq̃ ẽt ætatis homines pro ſe qſq̃ ad glorioſum celebrandũ ſolẽne accingebant.Ac pp excelſam turrim ſupra ſacellũ haud longe a prætorio pręalta tabulata ſurgebãt ſtrata magnifice.Eorũ erat fere ſtadii unius altitudo:in qbus ſpectaculũ ãmirabile beatorũ concilia·ac piorũ ſedes agerent·ac ſurgebat qdã a humo ad ea uſq̃ tabulata magno artificio ſummæ tenuitatis:quoad eleuatũ pauimentũ ammirabilis patebat aſcenſus.Viæ oẽs inũbratæ erant proceris·ac defixis arboribus.Varia ubiq̃ ſpectacula:& ludrica ſigna oculis ſubiiciebant.His igitur ita ſolẽniter inſtructis·ac redeũtibus legatis Roma:indictis feriis feſtiuitas ſumma oium ciuiũ·ac ſubditorũ lætitia:& magno populi plauſu celebrata eſt.Et primo qdẽ die·clero uniuerſo ĩ maiore baſilica aduocato:frequẽti cęnobitarũ:& ſacerdotũ cuiuſq̃ ordinis multitudine collata:crucis imagine·ac purpureo uelo pulio·oẽs ueluti inſtructo agmine ad forũ pceſſerũt.Extremo loco accitus Põtifex ſplẽdida amictus:atq̃ ſternitẽte auro ueſte:ſub ſerico ũbraculo geſtabat ſacra manu:aliis quoq̃ patribus cõgredientibus magna ſubinde ciuiũ corona:& uirorũ·ac mulierũ comitãte turba:q hymnos lęte pſonãtes:cũ aſcẽdiſſent tabulatorũ faſtigia:ueſptinã laudẽ cõcinuerũt Bernardini memoriã recẽſentes. Poſtero aũt die eodẽ ordine·ac maiore apparatu:pclara celebrata ſunt ſacrificorum ſolẽnia:in qbus plurima funaliũ uis lucebat.Atq id fuit certe mirandũ:qd ex pparato habitaculo reuelatis auleis cęleſtis domicilii ſpecies ſubito cõparuit ſonitu cytharę·fidis·tibię·ſimphonię·fiſtulę:& pene ois generis muſicis organi:& ſuauiſſimo hoium cõcẽtu:micantibus undiq̃ igneis radiis alius aliũ cęlitẽ repſentabant.Tum ab aſſiſtente beatorũ choro pferri artificium:quod prędiximus:q Bernardini pſonam gerebat:magno aſpectãtium ſtupore ſublatus eſt:& humo in celeſtem ſedem receptus.Feruebat pietate populus:& oẽs intentis aĩs grates perſoluebant deo:Bernardinum canentes.Cuius uiuentis quidem doctrina:mortui ſanctitas omnium animos ad religionis amorem accenderet.Erat per eam

diem tum ciuium-tum peregrinorum concurſus admirabilis.Sed quod omnes uehementer admira
ti ſunt ex arbore:quæ in media area defixa erat:dum Pontifex Euchariſtiam attolleret:repente pro-
diit inumera radiorum igneſcentium uis:& alii in obiectos parietes:dū uerberant incenſi reſiliūt:
alii dum ſurſum euolant intuentiū aciem fruſtrabantur.Fragor ſimul & lux candēs aſpectantes ſtu
pere cogebat:nec ea humano artificio:ſed diuino potius miraculo fieri putabantur. Id ipſuȝ & pri-
ma face noctis itidē factū eſt:turribus & templorȝ pinnaculis collucentibus:& paſſim ubiq magnis
Ignibus omnia colluſtrantibus. Tibiarū moduli:tubarum clangor:reboantium timpanorum mugi
tus:cymbalis accedentibus-& fiſtulis:plurimis ingētis æris ſonitus omnia lętitia complebant-& plau
ſu.Perraro uiſum multis ſæculis tantæ iucunditatis ſpectaculū.Sequenti poſt die ſupplicationes factę
tanto Cleri & populi coetu:tanto rerum omnium nitore:ac ſplendidiſſimo apparatu:tanta omnium
procedentium charitate & deuotione:ut nihil ſupra aut dici-aut cogitari poſſit.Quarto inſup die ea-
dem pene celebritate in eccleſia Minorū ſacra ſolemni ritu & res diuina facta eſt:cum & Magiſtratuū
omēs-& cunctus populus intereſſet.Itaq ſacratiſſimo Iubilei anno-frequentiſſimo Chriſtianorȝ con
fluxu.viii.kalē.Iunias Bernardini Sanctitas comprobata ē.Idibus menſis eiuſdem in urbe Sena eius
comprobationis uenerata ſolemnitas:anno ſexto poſt eius mortem:quod & ſi cogitauerat Eugenius
quartus:mors tamen peremit eius conſilium:& a Nicolao quinto id omne abſolutum eſt:quo eodem
fere tempore Rex Alphonſus pacem cū florentinis fecit.Cum interea tertium continuata ſerie peſti-
lentia inſęuiret:quę iam facta ueluti familiarior:ſerius tandē adueniente hyeme ceſſit.Cladem magnā
ciuium fecit:ita:ut aliorum abſceſſu:aliorumȝ interitu ciuitas habitatoribus deſtituta uideretur.Ac per
mediam quaſi æſtatem-ac flagrantiorem æſtum Rainaldus Vrſinus Plumbini Princeps febri correp
tus interiit:cuius mortē nō modo Senenſis populus:ſed & tota pene doluit Italia:quippe qui uirtu-
te & ſapientia ornatus animi magnitudine:atq omni laude præſtans:tum Senēſibus:tum omnibus
& Principibus & ciuitatibus charus erat.Magnifice ſepultus ē:ac parentatum illi ſolemniter.Ac Senē-
ſes quidem miſſo Oratore-ac dato uelo:& lugubri inſigni pompam & celebritatem funeris exorna
uerunt.Prefuit Catherina Principatui illius uxor:Senenſium maxime conſilio-atq auxilio freta:de-
lecti nanq ſunt.xv.uiri:qui pro reipublicæ auctoritate Plumbinenſi principatui tuendo inuigilarēt.
Itaq & illius uirtus-& horum diligēs ſtudium-atq opera rem Publinenſes ocio & tranquillitate ſer-
uauit.Nec quicquā aliquot menſes cōmemoratione dignum interceſſit.Sed grauem porro peſtilen-
tiæ labem triſtis caſus ſecutus eſt:qui Romæ in calce Iubilei-& extrema anni parte accidit.Nam cum
frequentiſſima peregrinorum multitudo ad pontem Sancti Angeli obambularet:& caſu prætereiens
Cardinalis quiſpiam urgeret exundantem turbam-ferociens Equus exiliit:calcibus petebat qui pro-
pius aderant:conferta multitudo fugæ remedium prohibebat.Alius alium dū in denſo globo pre
mit:ſtrages miſerabilis facta eſt:alii in Tyberim prolapſi:alii ab exultantibus Equis cæſi:ſuppedi-
tati multi:cœno alii obuoluti perierunt:res eo miſerabilior habita eſt:quod nullus in tam inſpera-
to malo-remedio locus erat:nec ut parentes liberis:nec ut liberi parentibus ſubuenirent:dabatur po
teſtas.Vir uxorem:uxor uirum peremptum cernebat tam inopinata-atq indigna morte:periclitan
tium-ac fruſtra implorantium auxilium clamor:eiulantium mulierum uoces:multorum circumſtre-
pentium gemitus lugubre-& funeſtum ſpectaculum exhibebant.Mortui ſunt eo tam crudeli diſcrimi
ne ſupra.ccc.quinquaginta:quidam ex iis qui in ſubiectum Tyberim deciderant:paulatim ripæ an-
nantes euaſere.Fertur:Pontifex Nicolaus illachrymaſſe:quod tanti caſus acerbitas reliquis proſpere
cadentibus-multorum animos perturbauerit.Et Iubileum quidem clauſit exactus December:ac mox
initio Ianuarii menſis in morbū incidit Catherina:quæ Plumbino imperabat:quo cognito:miſerūt Se
nenſes q̄primum Chriſtophorum Gabrielem ciuem magnum Legatum ad Plumbinenſes-daturum
operam:ſi mors illam forte occuparet:ne quid aduerſi Plumbinenſibus oriretur.Hic cū illo ueniſſet:
ſuaui & accuratiſſima oratione Plumbinenſium animos cōciliauit:atq ut in unam ſententiam unani
miter conuenirent:effecit:ſublata omni penitus ſeditione-atq diſcordia.Hinc Plumbinenſis principa
tus incolumitas fluxit:ne poſt Catherinæ mortem-omnia perturbarentur:quæ cum tandem uita ex-
ceſſiſſet:magnis ſepulturę honoribus affecta eſt:ſed prȩclarā imprimis funeris pompam Senenſium
Legatus effecit:ut cui fides uiuenti manſit incolumis:eidem extremi officii pietas nō deeſſet.Senen-
ſes deinde ne quis tanto principatui incubaret:conſilio imprimis-atq opera Pauli Martini.f.patro-
ni tum celebris:qui tum unus erat ex quindecim uiris accitus e Regno Emmanuel:eȝ Appianenſeȝq
iure quodā hȩreditario Plūbino imperare debebat:clam oībus:p̄ſertim Florētinis:q facile ipedimento
eē potuiſſent:p̄ficiendū Plūbinēſi pricipatui curauerūt.Ad eam rē Mauritius Lutius frugi ſe-atq uti
lem prębuit.Emmanuel igit̄ a Senēſiū Oratore Chriſtophoro Gabrielo captato tēpore admiſſus ē:&
Senenſiū opa i tuto oia collocata:quin etiā eodē Legato auctore-nō minus q̄ Senenſiū militū armis
reſtituta ſunt illius impio oīa eius principatus oppida:illa quoq quæ ſe ſponte Senenſiū tutelæ & po
teſtati tradere uoluerūt:quorȝ Scarlinū īprimis erat.Id accipeř prorſus abnuerūt Senēſes:ne aut inim
ſe quicq̄:aut præter fidē agere putarenť.Ac ne qd deeſſet:quod ad uerā ſummæ liberalitatis laudē
pertineret:dum eſſent cupidi Senēſes tueri fidem:quā ſemper ſanctiſſime coluiſſent:coactis cunctis
Legionibus ſuis-caſtris admotis-Burianū oppidū obſeſſuȝ ē:quod Plūbinenſi principatui ſubiicereť.
Id Senenſes celeriter expugnarunt:arce m uero pecuniā pacti:in deditionē accepere.Atq oīa exinde

Emmanuelis Principis poteſtati tradita ſunt: Atque hæc quidem omnia fecerunt Senenſes ſumma
uirtute & fide non aliis certe q̄ ſuis uel armis uel ſumptibus: ut qui Iuſtitias ſeruare & fidem q̄ ampli
ficare Imperiũ mallent. Iam inſtabat. M. cccc. quinquageſimus primus annus: & peracto iam ſepten
nio noua urna inſtituẽda erat eorum: qui maximo Magiſtratui cõſtitutis tẽporibus præfuturi eſſent:
Per idem aũt fere tẽpus inita cũ Venetis ſocietas eſt: quæ ante. xiiii. menſem agitari cœpta erat: nõnul
lis tamẽ eam improbantibus. Sed agitatis rebus diutius: placuit tandẽ: ut cũ inclyta ac potẽtiſſima ci
uitate fœderatio iungeretur: qui & amare Senenſem populũ & terra mariq; lautiſſime imperare arbi
trabantᷣ. Id tã gratũ fuit Venetis: ut alterũ ex Senẽſibus Legatis Frãciſcũ Aringheriũ: qui tũ Venetiis
degebat: Dux ipſe Venetorũ magnis mũeribus ac Militaris dignitatis iſignibus decorarit: nã eo ma
xime auctore & ſæpe alias agitata: & nũc demũ firmata ea ſocietas erat: cũ eam rem tuendæ Senenſi
reipublicæ conducere imprimis exiſtimaret: quippe ſectabatur patris ueſtigia: q ſemper pro Venetis
ſenſerat: & apud illorũ Principatũ plurimũ ſemper gratia ualuiſſet. Igitur Franciſco Equiti exinde pa
triam repetenti & Senenſis cuncta pubes & ciues oẽs ornatiſſimi olea coronati obuiam prodierunt:
deduxerũtq; honorifice exceptũ tubicine ac tibicine p̄cinẽtibus ad magni Magiſtratus ædes: quo ſalu
tato p̄clara comitante corona pedes domũ reductus eſt a patribus tanta ciuium & freqũẽtia & pom
pa: quantã alias eiuſmodi in re nunquã uidiſſe meminerã. Mox paucul is exactis diebus Legatus al
ter Auguſtinus Burgeſius eiſdem a republica dignitatis ornamẽtis affectus eſt ſumma quadã pene to
tius populi celebritate: quo die & ambo ſimul: q Legatione ipſa functi erãt: publico munere ſunt do
nati. Id erat rubens Vexillum: in cuius purpura albeſcentis Leonis figura inſeritur. Cũq; pronuncian
da ea ſocietas pro more p celebria eſſet urbis loca: inſtitutũ eſt: ut q id munus ſubituri eſſent: quadri
giis ueherentur: & tam uectores q̄ falerati uehẽtes Equi cingerentur tempora oleæ ramis. In his erant
& pueri amicti ſtolis candidis: q Senariolos decantarent. Currum ſequebatᷣ magna obequitantium
multitudo pari habitu & corona ornati. At dum concinentiũ puerorũ intercalaris uerſus ſuſpirium
& gemitũ perſonat: ominati ſunt quidã haud longe abeſſe belli calamitatẽ. Adueniẽte porro autum
no redduntur a Rege Romanorũ & ab Aenea Senẽſi Præſule ac Cæſaris cõſiliario Senẽſibus litte
ræ monentes Auguſtũ Federicũ ante Veris initium p florentinũ & Senẽſem agrũ Romã petiturũ:
ad aſſequendã Imperii coronã: ſed eam profectionẽ nemini offuturã: ſeruaturũq; oĩum libertates:
atq; ocium: præmiſſurũ aũt Federicũ matronas nõnullas ac uirgines ex ſuo regno delectas: quæ in
Senẽſi urbe ad eam amice cõſtituta: ſponſam eius auectã exciperẽt. Id fore argumẽto: quãto eam ci
uitatẽ præ ceteris aliis amore Cæſar complecteretur. Hoc cũ Senẽſes accepiſſent: Poſt actã Cæſari gra
tiam ne facere quicq̄ uiderẽtur: quod uel ſuæ fidei uel ſociorũ ſaluti aduerſari poſſet: miſerũt Legatos
ad Venetos: q illorũ ſentẽtiam ſciſcitarẽtur: ſcirẽt quo animo Federicus erga ſe ueniret: petẽte illo Ita
liam: quidnam agẽdum cẽſerẽt. Id ipſum & in Pontificẽ Nicolaũ agẽdum eẽ decreuerũt: q uod & fa
ctum ẽ. Nam & ſi ſummo ſemp ſtudio & obſeruantia Impii Maieſtatẽ Senẽſes coluerint: eccleſiam ta
mẽ atq; eius decus & ſummorũ Pontificũ reuerẽtiã una excepta libertate: cunctis ſemp rebus ante
poſuerũt. Tũ miſſi ſunt Telamonẽ & i maritimã oram: q auectã Federici Sponſã magnifice ac ſplẽ
dide Senã deducerent. Haud multo poſt ab eccleſiaſticis copiis iuſſu Pontificis Nicolai Figinũ oppi
dum occupatũ eſt: quod Senenſes ueluti coloniam deduxiſſent: ac magna ex parte refecerant. Ac pri
ma quidẽ hyeme circa. vii. kalẽ. Decembres ueniũt ex Germania matronæ duæ atq; illuſtres fœmi
næ miſſæ a Cæſare Federico: quas & aliæ nõnullæ mulieres & uirgines ſequerentᷣ pudico potius or
natu q̄ ſplendido: cũq; his & ancillæ quædam: ſed & comites præterea nõnulli nequaquã ignobiles.
Has Senenſes primum in urbem exceptas cõplures dies: mox Telamonem profectas publico ſump
tu & quotidiano uictu magnifice aluerũt. Iuſſu Alphonſi regis arcentur Florẽtini Regni finibus. In
ter hæc ab Senenſium Legato: qui tum erat Venetiis: ſuperuenerunt litteræ: quæ Venetorũ reſponſa
complecterentur: uenire Federicum amicũ illis: iuſtam eſſe ſui aduentus cauſas: profuturam aũt cun
ctis Italiæ Principatibus ac rebuſpublicis. Nemini Federicũ iniuriam illaturũ. Ad hæc Venetos a Flo
rentinis laceſſitos iniuria: cũ ſæpe alias tum quod nup Franciſco Sfortiæ opem tuliſſent: ut Mediola
nenſis principatus potiref: cũ ſcirent illum ſuo Imperio aduerſari. Iudicati ob eam cauſam florenti
nos hoſtes: nec alios a Senenſibus iure ſocietatis & ueterũ inimicitiarũ gratia habitũ iri oportere. Ini
turos ergo pacta hyeme Venetos aduerſum florentinos bellũ: ad idem gerendum Senẽſes quaſi cõ
tra cõmunes hoſtes inuitari. Opus eſſe ad id præclare conficiendũ: uti Senenſes cũ Alphonſo rege ſo
cietate iunganᷣ: Tres in unum ſi coeant: futurum proculdubio: ut florentinorũ inſolentia cohercea
tur: & tam ſupinæ ceruices facile ſubigantur. Erat tum per id bimeſtre Princeps populi Chriſtopho
rus Gabrielus uir prudẽs imprimis & pacis ſemp amantiſſimus. Huic plurimũ turbauere nup reddi
tæ litteræ. Rem magni æſtimandã cenſuit. Cogit igiᷣ ſtatim frequentem Senatũ: refert ad illũ omnia:
& Venetorũ conſiliũ exponit ordine. Dixere tum multi ſententiam: ac diſſuaſerunt belli motum. Fue
re hi plerĩq; ciues magni: & qui præſentem amabant reipublicæ ſtatum. Sentẽtia fuit huiuſmodi: q &
a Senatu tandẽ pbata ẽ: ac ualuit plurimũ: ut cũ nulla aduerſus finitimos gerẽdi belli cauſa ſubeſſet
bellũ nullo mõ a Senẽſibus inireᷣ: ne qd cõtra honeſtatẽ & gẽte uiuẽdi rõnem facere iudicarentᷣ. Nã
uerendum erat: ne inchoato bello Veneti aut pro ſumma potentia: aut ipſa longinquitate ac diſtan

tiæ periculo eximerentur: clades omnis in Senenſem populum uerteretur: cum ſit malū elidendum
in ſemine atq; obſiſtendū principio ſi quis labem effugere uelit. Regis ſocietas nihil aliud ſpectare ui
debatur q̄ bellū: quod ſane Senenſium tranquillitati aduerſaret: qui Venetoꝝ ſocietatem ſolum ob
tuendam pacem coniunxiſſent: ūs nihil diſplicebat magis q̄ ut in pacata Hetruria belli facem incen-
derent. Quod omne & Venetorū Oratori ita reſponſum eſt: q poſt acceptas literas nuper Senam ue
niſſet. Ad laudandā Senēſium mentem atq; optimā pacis uolūtatem: miſerūt Florentini Legatum.
Is utrum nam audiēdus eſſet diu in Senatu certatum eſt: ſed cōtendentibus pleriſq; Senatoribus ma
gnis admiſſus eſt: & cū auditus benigne: tum etiam liberaliter exceptus. Quod quidem eis tempori-
bus ſumma ciuiū altercatione populo maxime fauente cū Venetis: obtrectante acriter Ioanne Mau
ro uiro ſolerte imprimis ac magna eloquētia ſupra fidem uiſum eſt extitiſſe. Sed erat firma ſtabiliſq;
Senēſis populi de pace ſententia Franciſcus Sfortia Dux Mediolanēſium ſiue pacis ſtudio: quam ma
gno ſemper amore defendit: ſiue ut eſt facillimo ingenio ſingulari quadā naturæ benignitate miſſo:
& ipſe Oratore ad ſeruādam Hetruriæ quietem ac Senēſis reipublicæ libertatem: ſui omēs Principa
tus uires ac fauores pollicitus eſt: ac liberaliter Senēſibus detulit: qui hūc imprimis Legatū hoſpitali
ter acceperūt: agētes Franciſco Duci ingentes gratias: ac ſe ſtatuiſſe aſſerentes: ut nullo modo a pace
diſcedāt. Inter hæc rurſum in Senam decretum eſt magna ciuium concordia: ne regem Alphonſum
aſciſcant ſocium: quod ea res bellū haud obſcure ſignificare cernebat. Dum hæc agebātur: nuncius
defertur iam Federicū Auguſtū Ferrarias peruéniſſe: prodeunt a Senēſibus illico Federico tres Ora
tores obuiam: qui illum honorifice deducūt. Hi Federicum iam Bononiam ingreſſum aſſecuti ſunt.
Senenſes aūt cum ſcirēt Imperatorē propediem affuturū: delectis ex agro & ſuæ ditionis oppidis mil
le & quingētis hominibus: ne quid incuria ciuium tanti Principis aduentu pareret noui: præfectis &
ciuibus nōnullis: qui uigiles ciuitatis cuſtodiam agerēt domicilium Imperatori elegantī cultu & Re
gio nitore parauere in ædibus: quæ ſunt iuxta ædes ſanctæ Marthæ: proceribus eius & cunctis auli-
cis: alia aliis magnifice inſtructa ſunt: ut qui Cæſarem ſequebātur omēs intra urbem large exciperen
tur. Qua uero tranſiturus erat: uiæ feſta fronde coronatæ ſunt. Per compita pendebāt Auguſti inſi-
gnia penſiles clipei: nec quicquam uel in uia regia uel in templis ad ſummū ornatum prætermiſſum
eſt. Quibus apparatis profectus Federicus Florentia: ubi erat biduum īmoratus: Senam celere iter ar
ripuit. Rex Vngaroꝝ cum illo erat Ladiſlaus quattuordecim annos natus: at ſupra ānos dignitate
quadā & ſpecie Impio digna. Dux Auſtriæ Albertus Federici frater minor uam: & pleriq; ex tota Ger
mania & Vngaria uiri ac Principes nobiliſſimi: & procerū ac purpuratorū ingens numerus cū tri
bus circiter millibus equitum. Aderant & Cardinales duo: alter Ioannes Caruālla ſancti Angeli:
alter Philippus Pontificis frater Cardinalis Bononienſis. Qui miſſi a Pontifice Maximo Senam pri
mū: mox Florentiam profecti: Imperatorē deducebant. Ingreſſus igitur Federicus Senēſiū fines: ex-
ceptus eſt primū a magna equitantium ciuium corona. Hos anteibāt tres magna dignitate uiri tria
reipublicæ nomine ſigna geſtantes: mediam Aquilam Romanorum Regum inter duo Senēſis po-
puli ſigna deferebat Ludouicus Petronius: qui adorato Cæſare breuem & præclaram habuit oratio
nem: qua & ſummam Senēſium erga Imperatoriam Maieſtatem reuerentiam promeret: & ad pacis
amorē: Federicū cohortaretur. Mox ingreſſuro Cæſari urbem Clerus uniuerſus ciuitatis Magiſtra
tus ciues multi ornatiſſimi ſplendido omēs habitu olea & feſtis frondibus coronati longo agmine
obuiā proceſſerūt: atq; ita ſalutatione facta ſub nitidiſſimo umbraculo inter Cardinales medius de-
ductus eſt Federicus a magno magiſtratu & Tribunis populi primū ad eccleſiam maiorem omnis
generis decore fulgentem: mox ad præparatam Regiam comitatu eodem inclinata iam die & tem-
peſtate plurimā niuem effundente. Igitur ingreſſus. vii. Idus Februarias: continuo largis muneribus
affectus eſt: & eorum oīum delata copia: quæ & ad uitam & regium luxum pertinēt. Poſtridie quoq;
tam lauta tam optima data ſunt munera: ut ipſe etiam Federicus: cum ego adeſſem: plurimū admi-
raretur ſplendorem illorum: ac magnitudinem. Sua quoq; accepit Ladiſlaus a republica ſua Alber-
tus: ſua deinceps proceres omēs: & q amplhore dignitate pſtabant. Federicus ipſe ſecundo quoq; die
nouis muneribus cumulatus eſt: q̄diu Senam urbem coluit. Eadem largitate ſemel uſa ſunt omnium
& liberalium artium & miniſteriorum collegia. Regiam munificentiam omnifariam in Federicū Se-
nenſis ciuitas præſtitit. Decimoſeptimo poſt die Regina Lyonora & Imperatoris ſponſa: cū iam tem
peſtate delata Piſanū portū attigiſſet: recepta eſt a Senēſium Pontifice & Legatis & a Germanis fœ
minis: quæ Telamone ultro ſe ad eam contuliſſent: ac ſplendidiſſime comitata recto itinere Senā ue-
nit. Adhibuerant Senenſes ad magnifice Reginā excipiendam ſummā diligētiā. Extra Camillum
portam ad portam alteram latiſſima patet area: cuius leuā ſepta ambiunt: dextram murus: reliquā
cingunt uirentes colles. Longitudo eſt paulo minus ſtadia duo: latitudo maior. Hanc implebat fere
multitudo eoꝝ: qui Lyonoræ uenienti præſtolabātur. In q; eius areæ pene medio tandē Federicus ac
Lyonora ſponſa ſe mutuo complexi ſalutarunt primo: cū equo uterq; exiliiſſent: illam excepit Federi
cus obſculo hilare aſpectās. Nō .n. ſola nobilitate clarebat: ut quæ eſſet Portugalli Regis filia: ſed etiā
præſtanti forma: præclara indole inſignis: & ī flore cōſtituta ætatis: annos. xv. nata. Poſt eam cōſulta
tionē Aeneas Senēſis Pōtifex ad conciliandos magis illorum animos luculentā orationē habuit. Mag

morea in eo ipſo loco columna poſita eſt a Senenſi Magiſtratu: & in marmore deſuper inciſæ litteræ perpetuæ tantæ ſolemnitatis teſtes atq; indices. Cumq; ab omnibus ſumma ueneratione ſalutata Lyonora eſſet: intrauit primus Federicus urbem inter Cardinales medius. Hunc ſecutus deinceps eſt Ladiſlaus Rex: & qui cum his uenerant longo ordine: ciues quoq; Senēſes multi: & populorum ac Principum Legati: qui Imperatoris iter ſequebantur. Mox Lyonoram Equo ſedentem ſub ſerico umbraculo Senenſis Magiſtratus cum magna & ciuium turba & pompa ducebāt: erat noctis initium: ac lucebant per uias ingentia luminaria: & funalium uis quædam incredibilis ex compoſito Senenſium æris ſonitus: modulantium concentus: admirabilis hominum frequentia lætiorem celebritatem efficiebant. Sequebatur poſt Albertus Cæſaris frater cum ſuis omnibus tāto certe apparatu: ut fit recenſere difficile. Cuncta a Senenſibus ita parata atq; inſtructa erant: ut Regiam plane Magnificētiam referrent: & qualem Regalibus nuptiis ſplendorem congruere arbitrantur. Ibi tum Federicus ingentem nitorem ac pompam: qualem nunquam antea oſtendiſſet: aperuit. Veſtes: arma: pilei: margaritis: gemmis: atq; unionibus rutilabant. Fulgebāt humeris cylindri. Zonæ bracteis aureis fulgebant. Regiæ per eum diem opes non obſcure indicatæ ſunt. Recepta eſt autem Lyonora magnis ædibus: quæ maiori iungūtur Eccleſiæ. vi. kalē. Martii: nō inferioribus affecta q̄ Federicus ipſe muneribus: ſed quæ quadragenario ieiunio cōuenirēt: cuius altera iam dies agebatur. Die autem qui tertius poſt illuxit: Senenſes ne quid deeſſet optimo erga Imperatoriam Maieſtatem animo: glorioſum ſpectaculum ędiderunt. Ante magni Magiſtratus ſubſellia diſcretis gradibus ſunt ſolemniter inſtituta: adiecta deſuper ornata ueſtis aulea ſuſpenſa. Horum in medio ſolium ingenti apparatu: & regali luxu fulgebat. Igitur poſt meridiano tempore conueniunt Imperator atq; eius Sponſa: cuncti Senenſes Magiſtratus: Ladiſlaus rex: Dux Albertus: proceres: & purpurati omnes & ciues complures: qui dignitate atq; honoribus excellebant. Præterea ad centum delectæ ex omni numero fœminæ: paucæ matronæ: pleręq; inſignes honeſtate & forma uirgines: habitu præter conſuetudinem ſumptuoſo: amictæ purpura: & intertextis auro ueſtibus: torques & monilia incinctæ colla: redimiculis ac murenulis ornatæ: ut nihil ad mundum omnino deeſſe uideretur: cūq; his & Lyonoræ pediſſequæ: ac Germanæ mulieres. Tum oīs Senenſis pubes facilis: & ad numeros pedes mouere docta. Omnibus igitur aut ordine conſidentibus: aut extra coronam ſtantibus: aſſurgebāt qui ſaltationis ac tripudii uices acturi erant. Cytharis: fidibus ac tibiis cōcinentibus: nō nunquam & Luſitanis reboantibus timpanis: aliis aliter ſaltantibus. Senēſis tripudiandi ratio maxime probata eſt. Nec enim cōtempſit is populus eam exercitationem: quam Lacedęmonii bello utilem cenſuerūt: & Romanis dedecori nūquam fuit. Sed nec tum pepercerūt ei uoluptati: qui apud Cæſarem auctoritate præcellebāt: ne ipſe quidem Dux Albertus. Hilaris & lętus ad occidētem uſq; Solem conſumptus eſt dies. Habita & ad Reginam a formoſa atq; erudita Virgine oratio habita eſt. Opipare & affatim paratū eſt: omnibus ſe modice & frugaliter reficientibus. Diſceſſum deinde ſecretis primum atq; abeuntibus fœminis: ſubſequētibus uiris. Poſtridie uero Federicus Sena profectus eſt Romam petiturus. Senenſes ubiq; in ſuis finibus honorifice illum aluerūt. Eodem ipſo die Ladiſlaus rex: & Dux Auſtriæ cum illo: Cardinales deinceps Auguſtum aſſecuti. Tum kalēdis Martiis idem quoq; Regina iter arripuit iiſdem honoribus: quibus & Federicus & liberalitate affecta. Ingreſſus Romam Federicus ac Lyonora ſponſa: ſummo Pontifici reuerentiam ſupplices exhibuerūt: deoſculati illius pedes. Aderant Cardinales ac patres omnes: urbis Magiſtratus: prælatorum & Curialium innumerabilis multitudo: atq; eccleſiaſticæ cohortes: qui omēs Pontificis iuſſu Federicum deduxerant. Porro. xiiii. kalē. Apriles: quem tum diem celebriorem agebat Pontifex Largitione roſei muneris pro uetere Eccleſiæ ritu in baſilica Apoſtolorum incredibili quadam circumſpectantium corona a Pontifice Maximo Federicus Imperator coronatus eſt. Inter coronandum uero prolapſa e Pontificis capite Mitra: omēs qui aderant & admirari & ſubmurmurare coegit: quaſi magnum aliquid aut Pontifici aut Eccleſiæ eo prodigio portenderetur. Poſt uero cū in cōſpectu Pontificis Sponſam ſubintraſſet: Federicus relicto una cum Aenea Senenſi Pontifice Ladiſlao Rege Romæ: cuius ſibi titulos uendicat Alphonſus: Neapolim cū reliquis ſuis ꝓfectus eſt. Ab Alphonſo rege: cuius ſororis erat Lyonora filia: tam regaliter: tam munifice exceptus: ut ſummam & inauditam munificentiſſimi Regis uel largitatem: uel gloriam laudare facilius ſit q̄ referre. Quā multi eodem amicti ornatu: quo ordine: quo ſplendore rerum omniū: quanta nobilium Principum celebritate: q̄ admirabili pompa: quāto ipſe rex Alphonſus nitore proceſſit obuiam. Quanta munerum largitas: q̄ exuberans: q̄ ſplendida conuiuiorum lautitia! Quid quod manu & mira celeritate lautiſſimi extructi ſunt fontes uini ſcatentes: & lactis! Hinc uulgo affatim omnibus haurire licebat. Quid multa? Ipſe quoq; Alphonſi Scurra: ſi cum tanto Rege infimæ ſortis hominem cōmemorare dignus eſt: uel ſi etiā paruis ſępe ex rebus glorioſi Principis elucēſcit magnitudo: ipſe inq̄ ſcurra ſingularē quampiam magnificētiā indicauit. Nā cū poſt geſticulationes a Federico: q fortaſſe id genus hoīus odiſſet: aureo donaret: ſiue īdignatus: ſeu illudēs muneris paruitatē: exutus quā ſplēdidā indoebat: & intertexitētem auro ueſtē Federico relargitus ē magna eorū: q aderāt admiratiōe: q̄ uiri liberalitas: uel munificentia potius in ore omnium uerſabatur. Iam agebat ānus ſupra. M. cccc. ſecūdus & quinquageſimus: ac pauculos dies Neapoli imoratus Federicus Lyonorā per Manfredoniæ portū: quē dicunt:

nauim iuſſit conſcendere:quę inde ſolués·traiecit ad proprias uiri ſedes. Ipſe uero Cęſar eodem quo iſſet itinere:celeriter Romam:mox cum Ladiſlao Rege·& Seneſi Pontifice Senam Pridie kalen. Maias regreſſus eſt:ubi ne tam celeriter elaberetur iis:quos plurimum diligebat:conſumpto biduo·Germaniam propere repetiuit. Nouis rurſum a Senenſibus donis cumulatus eſculétis & poculentis prędatum umbraculum ſericis papilionibus adiectum eſt:cuius ille ſpeciem & nitorem plurimum admirabatur. Id & in Germaniam ſecum detulit. Secutus eſt Cæſarem Aeneas quoq Senenſis Præſul:cuius diſceſſum etiam iniquo animo tulit Senenſis populus:cunctis nanq ciuibus charus admodum erat:nec ſolum ob Pontificii curam:ſed etiam propter eius integritatem·atq uirtutem. Et Federicus quidem in Regnum cum ſuis remeauit:in quis monſtruoſus homo ſine pedibus & cruribus·potens tamen ſaltatu·ac celebri greſſu magnam omnibus admirationem pepetit. Verum Senenſium Legati:qui cum Cæſare Roma reuertiſſent:retulerunt Pontificis Nicolai cõſilium:ut ſuborientibus bellis:Senenſes ſeorſum ſpectatores illorum q̃diu adiutores præbere ſe mallent. Venetorum Legatus qui tum Senæ degebat:irritabat ciuium animos:motum aduerſum florentinos incendere:multis argumentis belli cauſam perſuadere conabatur. Huic accedebant qui iampridem cupidi bellorum extitiſſent. Sæpe etiam in Senatu compoſite & accurate locutus eſt:petens:ut cum Alphonſo rege foedus iniretur:afferens ingentem ex dilecto milite illum iam exercitum conflauiſſe:præfeciſſeq ei Ferdinandum filium. Huic propediem uenturo tranſitũ contendi:recipi:atq aliméta dari:multa adiiciens:quibus Senenſium animos conuerteret:fauentibus maxime iis:qui uel ſua ſponte incitati erant:uel quos antea in ſuam uoluntatem traduxiſſet. At Senenſes re maturius agitata:recuſatoq cum Rege foedere:nulla in re aſſentiri:poſtulata negare prorſus decreuerunt:quippe ſtatuebant Senenſes tutiorem eſſe pacis rationes:a bello penitus abhorrebát. Per idem tempus Iacobus Piccininus:qui Venetorum Legionibus præerat:eductis copiis·in Cremonenſem agrum irruit:cuncta late populatus:captiuos multos duxit:coepit & per uim caſtella quædam:prædam ingentem reportauit. Tum Franciſcus Mediolanenſium Dux dedit ad Senenſes litteras:dolés Venetorum hoſtilem impetum·& Inultum ſe in bellum accerſi:cogi id quod natura cũctis animantibus datum eſt:uim atq iniuriam propulſare:ſe ſuoſq tueri:ac ſtatim inſtructo exercitu·ad inſequendas Venetorum Legiones·in Brixianſem uſq progreſſus eſt:in campeſtribus Montis clari:quæ uocant:caſtra metatus eſt:recuperatis quę amiſerat:hoſtium nõnullis occupatis oppidis. Veneti ne florentinorum auxilia Mediolanenſis Ducis uires adaugerent:dant operam:efficiuntq ut:Ferinandus regis Alphonſi filius:Dux Calabriæ cum præparato exercitu in Hetruriam properet:moturus florentinis bellum:qui circa mediam æſtatem per Spoletinum & Peruſinum agrum cũ ſuis copiis uenit ad Traſimenum lacum. Porro in Cortoncenſem proceſſit. Hic hoſtiliter excurrens:ad Arretii uſque ſuburbia graſſatus eſt magno captiuorum numero:ingenti præda onuſtus rediit:obſeditq Furianum. Id iuxta Senenſium fines oppidum Florentinorum cis Clanas in campeſtri loco ſitum ẽ. Erat equitatus circiter. viii. M. Peditatus. iiii. M. milites certe robuſtus·ac perſtrenuus:inq eo plerique ex Regno Duces bello fortiſſimi·ac nobiliſſimi Principes bellica diſciplina & uirtute præſtantes. His accedebat Federicus Vrbinas militaris exercitationis omniũ peritiſſimus. Locatis undiq tentoriis·& tabernaculis diſpoſitis a magno:& ualido exercitu furianum circumſidebatur. Atq ita obſidione parata:miſit Dux Calabrię magnum cohortis pręfectum:qui a Senenſibus exercitui alimenta & commeatum peteret. Quod ille una cũ Veneto Oratore q̃primum executus eſt. Delata res ad Senatum primo obtineri nequiuit:quod & paci aduerſa & aliena a recta cum finitimis amicitia eſſet. Hoc cognitus Venetus Orator:ambiendo efficiebat:quæ ex re ſua fore arbitrabatur. Itaq eius compoſito:qui a Duce Calabriæ uenerat:coepit uerba in populum iaculari:niſi obtemperetur Duci:fore·ut in Senenſem populum arma conuerteret. Ideoq quod nulla adhuc repugnandi a Florentinis ſpes offerebatur:conceſſa ſunt duci in denos & quinos dies alimenta. Ad quod nunciandum etiam Legati miſſi ſunt:qui deferentes munera:& amice Ducem ſalutantes·orarent:ne Senenſium agro noceretur. Benigne accepti ſunt:reſponſumq a Duce perhumaniter. Sæpius aduerſus furianenſes fruſtra proelium commiſſum:nullæ erant baliſtæ:nullæ ad expugnandum bellicæ machinæ. Nam fiducia Senenſium:quos fautores ad inuadendus Florentinos futuros Dux exiſtimauerat:eiuſmodi inſtrumenta nulla ſecum aduexit:qua deinde ſpe fruſtratus:obſeſſum oppidum debellare nequaquam poterat:præſertim milite·armis·& commeatu munitiſſimus. Ad hęc ſuſpitio iniiciebatur:Florentinos præſidium apparare:rumor erat uenturum Sigiſmundum Pandulfum cum numeroſis Legionibus ad obſidionem repellendam:traduntur omnibus de rebus Veneto Oratori litteræ. Furianum quadrageſimo tandem die:ex quo obſediſſet:in deditionem Dux accepit:cui gubernãdo Andreas Cãdidus Hieroſolimytãi uir ordinis p̃fectus ẽ. Quibus uix rebus paratis:en florẽtinorũ exercitus admotus ẽ:nõ multo q̃ ducis·aut numero·aut robore iferior. Huic p̃erat Sigiſmũdus Malateſta·& Simonettus Comes:q pridẽ in regio exercitu meruiſſet. Tertio a Ducis Legionibus diſtabãt miliario florẽtinorũ copię:cũ paucis poſt diebꝰ Dux motis caſtris eodẽ quo ſupiore tẽpore Alphõſus pater itinere p̃fectus·pp Broliũ:& ad Cereris uetuſtũ tẽplũ ſubſiſtit. Caccianũ inde oppugnauit:qd' cũ primo impetu capere nõ potuiſſet::progreſſus ad Rincinũ obſedit oppidũ:

octauo demum die eadem qua paulo ante Furianum expugnaſſet: Bombarda per uim cœpit. Dux mira benignitate & ſtuprandi & rapiendi licentiam cohercuit. Rincino præpoſitus eſt Santes Matalonas. Sed hæc Dux Calabriæ cum proſpere agit: intra urbem Senam populus aduerſum Florentinos bellum proclamabat. Ac iam continere leuiſſimus uulgus: & compeſcere quorundam inſolentiam ſane difficile erat. Diu tamẽ arte & ratione a Principibus ciuitatis compreſſus eſt belli motus. Extremo pene ſeptembri ad Caſtillinam Dux exercitum admouit: loci ingenio munitũ & ſitum in montibus Caſtellum. Florentinorum copiæ circa Bonitium obuerſabantur: quaſi oppoſitæ hoſtibus: ut & fines illorum tuerentur: & excurrendi facultatem prohiberent. Commeabant tertio aut quarto quoque die Ducis milites Senam: ut alimenta exportarent. Nam concedebantur a Senenſibus: ne deterior fortuna cõtingeret. Ducebat plerũq; cohortes Federicus Vrbinas: aut Antonius Azia magiſter equitum eo frequentiore manu: quo aberat hoſtis propius. Atq; extremo poſtmodum Autumno incrudeſcente aſperiore tempeſtate: Dux Ferdinandus ne difficili loco periclitaretur: per Strouenſem agrũ duxit exercitum: ad anguſtiſſimũ & percelebre diui Galgani cœnobium: ubi & ſi paucos dies immoratus ſit: multiplicia tamen damna religioſiſſimo templo milites intulerunt. Inde in maritimam regionem conuertitur. Tranſiens uero apud Ieſam caſtellum Senenſis agri: cum nimia difficultate alimentorum premeretur: acerbius deſæuit: non ſine tum oppidanorum tum ſuorum militum ſtrage: nec prius conſtitit: q̃ ad Aquamuiuam & Caroli fontem peruenit: ibidem patris ſectatus ueſtigia hibernaturus. Florentinorum quoque exercitus ad hiberna diſtributus eſt. Sigiſmundo Ariminum regreſſo. Senenſes munito Craſſeto: & in maritimo tractu collocato præſidio miſerunt cum imperio: qui ne Florentinorum ſolo inſultaretur: efficerent. Per hyemem uero Dux Vadam caſtellũ Piſani agri mari proximum utiq; incultum: ſed ſitu peropportunũ occupauit. Prima uero æſtate anni tertii & quinquageſimi conſtarunt magnum Florentini exercitum Simonetto Comite: Aſtorgio Principe Fauentino: Sigiſmundo Pandulfo: Ioanne Franciſco Pliniuileſio Stipendia merentibus. Equites peditesq; ſupra numerum. viiii. M. Accedebat Alexander Sforzia Ducis Franciſci frater. Hunc cum Equitibus mille: peditibus. V. M. miſerat Princeps Mediolanenſis auxilio Florẽtinis: malens uires ſuas extenuare: q̃ ſociorum ſaluti deeſſe. Per hæc tempora pro dolor Conſtantinopolis ciuitas quondam omni gloria florentiſſima: in Barbarorum manus incidit: & eam cladem perpeſſa ẽ: quæ ſine magna ui lachrymarum cõmemorari non poſſit. Huius nos miſerabilem captiuitatem alio loco deplorare inſtituimus: nunc ad propoſitum reuertamur. Cum igitur magnum militem coiſſent Florentini in aciem egreſſi: primum bellicis machinis & Bombardarum pulſu Rincinum celeriter recuperarunt. Santes amiſſo oppido: Furianum ſe recepit. Progreſſæ Florentinorum copię ſecus Senenſium fines: Furianum obſedere. Id tutiſſimo præſidio ſeptum erat. Ad idem tuendum miſit Dux Antonium Aziam cum ſuis turmis: quanquam eius exercitus plurimum attritus erat: & in minorum modum decreuerat. Cum urgerent Florentini Furianum: nec iam ſpes ulla relicta eſſet: fama ſuborta eſt debellato oppido actutum Senenſes bello laceſſitũ iri. Senenſes ne incauti aduerſi aliquid paterentur: creant ſeptem & uiginti uiros: qui libertati ciuitatis & agro proſpicerent. Equitatum ad ſuorum tutelam ab Duce petunt. Miſit ille Karolum Campibaſſi Comitem & Raymundum Auecinum: Duces bellicarum rerum peritiſſimos: & qui Senenſibus parerent equites. CCC. Hi in Vallem Vrciæ profecti: per eius regionis oppida diſtributi ſunt. Cum interea Florentini obſeſſi oppidi potituri eſſent: Furianenſes clandeſtinam illius proditionem paciſcebãtur. Id cum Ducis milites animaduertiſſent: cœpere omnia in prędam uertere. Irruunt interea Florentini per pręfractam a Furianenſibus muri partem: & prædæ ac rapinæ incendium adiecerunt: atque ita oppidum miſerabiliter deletum eſt. Nec cunctati Florentini idem quod antea iter dimenſi non illęſi Senenſium quos radderent finibus: Rincinum peruenerunt: nec ſine quadam hoſtili incurſione. Id grauiter ſtuut indignati Senenſes: dolentes ſe iniuriis prouocari. Memini ſæpe illachrymaſſe me haurientem prætereuntium clamorem atque armorum ſonitum: diſcruciari animi: quod tam præclara ciuitas ac bene inſtituta reſpublica latronum quoddam latibulum & aſylum Sicariorum effecta uideretur: quod uel ſine dolore nequeo referre. Cernebantur ubiq; prætereuntibus facibus armatorum greges. Omnia uicia & Fabiano reſonabant. Ea erat puerorum & uulgi cantilena in probum atque optimum uirum: qui iam ſuborto bello charitatem annonæ ominatus prædixiſſet uiciam fore ut plurimi ueniret. Verũ omen uulgus in ludibrium uertit: & noui quotidie de mutanda cum frumento uicia ſenarioli configebantur & cantica. Alia tum ciuitas conſpiciebatur ab ea: quam ueteres patres optime conformatam reliquiſſent. Cum Florentinorum copiæ campeſtria Caſulanum petunt: diffuſæ multiplicia damna inferunt: non nullæ cohortes Montiguidum inuadunt Senenſis agri caſtellum: hoſtiliter agunt: uerſum in prædam rebuſq; omnibus exhauſtum deſerunt. Tum in Piſanum agrum ad Vadam recupandam: recta proficiſcuntur. Aegre ferunt Senẽſes Florentinorum iniurias. Erat multus ea de re apud Vulgus ſermo: uaria obloquentibus: qui ardebant belli cupidine. Ne igitur tumultuaretur ciuitas: cogitur tandem Senatus: de bello: deq; prouidendis rebus agitur: decernitur Franciſcus Aringherius d. et ciuis & Eques Legatus ad Alphonſum Regem: qui ſocietatem cum illo agitaret:

ſi ex uſu reipublicę fieri poſſet. Hic Roma iter faciens: ſummũ Pontificẽ ueneratus, allocutusq;: iter intendit ad Regem. Pontifex Nicolaus: qui pacem perturbari ęgre pateretur: intelligeretq; Italicum bellum inſultantium Barbarorum fouere uictoriam: percepta iuſta Senenſium indignatione: miſit confeſtim Oratorem ad reconciliandos Senenſis, ac Florentini populi animos. Hic pro more munifice exceptus: primum ad magnum Magiſtratum: deinde & in Senatu: ad quem etiam dabant Pontificis litteræ: uerba facit: longa oratione ad pacẽ ſeruandam cohortatus ẽ. Dum purgare Florentinos pergit: in militum ingenia retorquet iniurias: pollicet effecturũ ſeſe: ut iuſta Florentini faciant: & ita cõpoſiturum oĩa: ut belli ſemen prorſus extingueret. Illud adiecit: Pontificem Maximũ armis & cunctis eccleſiæ uiribus aduerſum Florentinos Senẽſibus affuturũ: ſi a Iuſtitia & Pontificis uoluntate diſceſſerint. Fruſtra auditus Legatus a populo abſceſſit. Interea poſt longiorẽ obſidionem, Florentini Vada potiti ſunt: ſed magno certe opere, ac labore: quippe Ducis Ferinandi milites præclaras quandam animi magnitudinem oſtenderunt: cum etiã Bombardarũ pulſu quaſſato, ac diſturbato muro, admirabili uirtute qui intra oppidũ erant ſe tuebant: nec uſpiam maiorem Florentini difficultatem paſſi ſunt. Erat magnus obſidentium numerus: propugnantium uirtus maior: præſertim cum adoectus claſſe Karolus Campibaſſi Comes ſuperueniſſet. Defenderũt ſe Ducis milites magna fide, ac robore quoad ſolo totũ pene oppidũ æquaretur. Ceſſerunt tandẽ hoſtibus nõ ignauiter. Florentini autẽ recuperatis iam omnibus: quę ꝑ id bellũ amiſerant: imminẽte hyeme magnã exercitus partẽ ad hiberna miſere. Sigiſmũdus Ariminum: Alexander Sforzia primum Pyſaurum, mox Parmas petiit: ut Corrigienſes: qui pro Venetis contra Mediolanenſium ſentirent Principẽ: coherceret. Senenſes ut ſe ab hoſtibus tutos pręſtarẽt: magno peditatu, ac pręſidio fines ſuos muniuerũt. Nec interea in Ciſalpina Gallia a bello quies erat. Nam Dux Mediolanenſis quanq̃ potentẽ, ac prævalidũ habebat exercitũ: tamẽ ex Trãſalpina quoq; Gallia magnas inſuper copias acciuit Rege Renato Prouincię Duce, ac filio cũ quattuor millibus Equitũ: eius ſtipendiis militantibus: qui alpibus ſuperatis Ducis exercitui ſe adiunxerunt Nouembris initio. Venetorꝝ legiones: quæ antea nõ longe a Ducis caſtris aberant: iam cũ hoſte congreſſoræ: ne adaucti nũc exercitus uiribus, Venetorꝝ opes periclitarent, paulum regreſſę intra præſidia ſeſe, & interiorẽ agrũ receperunt. Cum Dux populabundus ſumma celeritate multa Venetorꝝ Caſtella occupaſſet: Brixiam & Bergomũ ad Mincium uſq; progreſſus. Verũ his hyemis ſæuit tempeſtas: quæ ad hiberna etiam Ducis exercitũ compulit. Nam & ipſe Laudũ ſe cũ paucis recepit: ac diſtribuit reliquũ exercitũ in iis: quæ nuꝑ oppida aſſecutus erat. Retento autẽ Renato rege: exceptoq; magnis honoribus, filium eius cũ parua Equitũ manu in Hetruriam miſit ſociis opem præſtiturum. Bartholomęus Calconus militari gloria celeber, cũ tribus circiter millibus equitũ in agro Montis Ferrati Gulielmo Venetorꝝ ſocio, atq; amico, oppoſitus fœliciter ſæpe, ac ꝓſpere pugnauit. Veneti & Italicæ tranquillitati, & ſuo ipſorꝝ firmiori ſtatui cupientes proſpicere: cũ Pontifice Nicolao & Cardinalium collegio effecerunt ut cõuenientibus maximarꝝ ciuitatũ & Principũ Legatis Romã de pace & concordia ageret. Quæ res impenſius tractata eſt ſummo Pontifice imprimis oẽs ad eam intẽdente neruos. Tum rex Alphonſus pacis cõditioẽs: ut pleriq; arbitrabant: facturus meliores: uenit ad Pontem Turturum: quẽ appellant: cũ quibuſdã cohortibus: & nõnulla equitũ manu: quẽ Senenſium Orator ſecutus, foedera ſocietatis pangebat. Cũq; exardeſcere bellũ uideret: crearunt Senenſes .xv. uiros: q bellici negocii adminiſtrandi curã ſubſtinerẽt. Horꝝ pleriq; bellõ cupidius affectabant: q̃ ſalus reip. pateretur. Accelerebat crebris quotidie litteris cũ Alphonſo rege firmanda ſocietas. Atq; ut maiorẽ inirent Senenſes beniuolentiã: maioribus Ferdinandũ Ducem q̃ antea honoribus proſequebant. Intra S. Quirici oppidũ cũ domeſtico equitatu liberaliter admiſſus eſt: reliquis militibus partim in ꝓximis caſtellis diſpoſitis: partim in Maritima ora retentis. Quanq̃ uero cũ Florẽtinis nondũ apertũ bellum gereret: plena tamẽ erant latronũ oĩa. Vtrinq; inſidiæ, rapinæ, & graſſationes exercebant. Geſſerũt tamẽ Florentini longe cõtumelioſius addito populationibus inaudito, ac deteſtato ſcelere. Nã miſſi ſunt nobilitate, infamię Speculatores: q per noctis tenebras ĩ tempeſta hora miſſilibus Camilliam portam confoderẽt: clauis & ligno configerẽt: proximis ædibus ignem ſupponerẽt: & quod etiã cõmemorate impium ẽ: ſacra hoſpitia, & nõnullas ſuburbii partẽ incenderẽt: ac demũ patrato ſcelere, per ſaltus, atq; auia locorꝝ in fugã ſe proriperent. Exedit flãma: cui fauerunt perflantes uenti etiã noſtrę ſalutis ĩſignia. Saluatoris imagines, glorioſę Virginis ſigna, cęlitũ aras, & ſacra delubra: res nõ belligerantium hominũ: ſed latrocinantiũ Sicariorꝝ propria: nec legitimo hoſte: ſed Barbarorꝝ ĩmanitate digniſſima. Verꝝ nõ impune cõmiſſum eſt abhominandũ facinus. Saluo numine reddiderunt Senenſes parẽ Florẽtinis uicem: nulla certe impietate: ſed maiore laude. Ornarunt & ipſi audaciores quoſdã qui & ipſi noctu per occultas ſemitas profecti, nõ ſuburbiis: uillis: ſed portę ipſi Florentinę urbis: quę dicitur S. Georgii: incendium ſubiecerunt. Ingens flãma ſublime attollebat: caſus & rei nouitas ciuitatem oẽm magno terrore perculſit. Nox cõcubia erat: & expergefacti ciues grauiſſima quęq; metuentes tela corripiunt. Circumſtrepebant oĩa: oĩa clamoribus. Fulgebant ære: facibus lucebant. Formido haud mediocris Florẽtinorꝝ tum animos perturbauit. Auctores incendii reduces premiis affecti ſunt. Iam appropinquãte uere: Frãciſcus Aringherius pinſignis Eques cũ ĩclyto Alphõſo rege ꝑ Senẽſi populo ſocietatẽ iniuit. Sed qualiſcũq; ea tãdẽ fuit ſocietas: placuit Senẽſibus plurimũ: qui & ipſius Oratoris

ſtudium mirifice laudarunt. Hūc Rex Alphonſus & beniuole & liberaliter acceptum ab ſe dimiſit: filiumq; eius apprime ingenuū: atq; optima indole adoleſcentē Ioannē Baptiſtam Militaribus donauit ornamētis. Senenſes triduū celebre egerunt. Vulgus omne magnā præ ſe tulit lætitiam. Pronuncianda aūt p compita inita confœderatione Laruis theatralibus: Ludicris & portentuoſis ſpectaculis debachatū ē. Perſonatoꝝ icredibile auditu: mira p totā ciuitatē diſcurſabat multitudo. Laxata muliebribus ornamētis licentia: ſplēdidis curribus præclara & Ingētia ſigna circumuehebātur. In his uelū diu recōditū Arbienſis uictoriæ priſcū monumētū tum primū ciuitas prompſit. Hoc cū pp excelſiorem ſublimitatē conflictantibus uētis: a ſummo uertice uſq; deorſum diſciſſus eēt: turbauit ciuiū aīos: nec dextrū omē augurati ſunt. Tuꝫ ī foro haſtis cōcurſum ē equeſtri certamine: & ampla uictoribus adiudicata premia. His aūt iam peractis Dux Ferdinandus ad cogendū ornandūq; exercitū In maritimam regionē pfectus eſt. Ac fine menſis Martii Franciſcus Orator Neapoli Senā rediit. Veneti p id tēpus tum ob Cōſtantinopolitanā cladē: in qua multaꝝ reꝝ iacturā paſſi ſunt: tum ob res Italiæ optime componēdas: tum & inualeſcentibus hoſtis uiribus cū Romana cōcordia ī longū protraheretur: cōfugiūt ad Simonettū ſancti Auguſtini heremitā genere Camerinatem uirū ſimplicē: & religione inſignē. Hic caduceator: ut opinor: diuinitus conſtitutus una cū Veneto Oratore Laudū ſe ad Mediolanenſium Ducē contulitq; cū locutus quæ Spiritus ſanctus dederat nō nunq̄ repetito itinere haud dubiū auctore Deo Venetos & Mediolanenſium Principem conciliauit: & inter eos atq; eoꝝ ſocios pacē fecit: afflictis rebus ac iam profligatę Italię magis neceſſariā: q̄ cuiuſquā oratione explicari poſſit. Omnia iam ex hauſta oīa examinata: oia iam deperdita: & omni pene ex parte belloꝝ tēpeſtatibus conſumpta erant. Nō Apuli & Calabri: nō Marſi & Sabini: nō Vmbri ac Picentes: nō Latini ueteres & Hetruſci: nō Ligures atq; Inſubres: nō Veneti hoꝝ expertes maloꝝ erāt. Nō eſt paſſus q oēs mundum regit cœleſtis princeps decus perire orbis Italiam. & quā tot populoꝝ conatus: tantoꝝ principū auctoritas tam ſapientū uiroꝝ diligentia longioris tēporis curriculo pacem componere nō potuiſſet: unius atq; eius quidē tenuis heremitæ opa: paruo quodā momento tractauit: atq; pfecit. Res utrinq; ſignificata eſt iis: q fœdere iungebantur. Veneti q̄ primū dederūt ea ipſa de re ad Senenſes litteras: quibus in Senatum allatis lectiſq; ſentētia potiſſimū Auguſtini Burgeſii Equitis & uiri præſtādiſſimi: qui callens improboꝝ ingenia: grauiter ſplendideq; locutus ē: ratam fecerūt Senenſes pacē cunctis pene populi ſuffragiis. Pronunciata pax eſt ſumma populi lætitia: cū annus uolutabatur quartus & quinquageſimus noſtrę ſalutis ſupra mille & quadringētos. Omniū ſunt exhilarati animi: quaſi cęleſti munere talis data pax eſſet tāto certo iucundior: quanto inopinatior ubiq; a bello ceſſatū eſt pace cū ab oībus aliis Italię ciuitatibus: tū a Florentinis magno deſiderio recepta. A ſenenſibus principio menſis Aprilis ac ſacratiſſimo Paſchę ſolemni tridui ſupplicationes factæ pacifera arbore pdēte gaudium.

¶ Explicit Liber Secundus. Incipiunt fragmenta Tertii Libri.

VANQ VAM Multa uidentur hominibus expetenda: quibus fœlicitatem & ſummū bonū conſtare arbitrantur: omniū tamē quæ uel priuatim uel publice exoptari queant: nihil eſt pace melius: nihil pręſtabilius: nihil oio iucundius: quippe qua potiſſimū ſalus & decus tum ſingulorū ciuium: tum etiā reip. continetur. Nam quemadmodū bellis & ſeditionibus labefactant̄ ſæpe ciuitates: ac reſpublicæ dilabunt̄: ita pace & concordia cōſeruant̄: uigent: creſcunt. Eſt. n. pax: ut ſapiētes uiri tradunt: ſanitas quædaꝫ ciuitatis optimi ſtatus effectrix: & quietis atq; ocii auctor: ac ſicut illa in animantibus tum exiſtit: cum fuerit in iis humorum æqua temperies: ita & habebit ciuitas pacē: quaſi optimā ualitudinem: q̄din concordes ciuium animi obliti ſuoꝝ cōmodoꝝ cōmunem ſpectabunt reip. ſalutem: ad eiuſq; utilitatē & cōmoda omnia referent. Illud ſcite & eleganter traditum eſt: factiones reſpectuſq; priuatarum reꝝ ſemp offecaſſe: atq; offectū ire publicis conſiliis. Id ipſuꝫ obfuiſſet Senēſi & reip. & libertati: niſi & cœleſtis benignitas & ciuium optimorū uigilantia maloꝝ peruerſitati ac libidini occurriſſet. Languebat ea profecto ciuitas: ac iam propiſſime interitū erat: ſi nō deſuper oblata remedia illam ab īminente clade ac pernicie reuocaſſent. Nam quanquā tot iam ſæculis dominū neminē Sena cognouit: Principis tamē: quæ uere huic ciuitati imperat: nunquā nec deſtituta eſt: nec caruit auxilio glorioſiſſimę inq̄ Virginis: atq; intemeratę Dei matris: cui pridē magno belli diſcrimine totius reipub. cura cōmiſſa eſt: ius tributū ciuitatis ſalus & libertas ī manum data: quo tempore prolapſa cœlitus uouenti ac precanti populo affuit: & ita ſe conſpiciendam ciuium oculis præbuit: ut coram eius urbis patrocinium ſuſcipere nō renuere oblatas ciuitatis claues: ac denīq; populi uoto aſtipulari uideret̄: quod quidē præſertiꝫ ſcribens hiſtoriam auſus nō fuiſſem attingere: niſi & locupleti teſtimonio & certiſſimis argumētis res tam admirabilis tamq; diuina cōperta foret. Quam ita geſtam eſſe tam plane affirmandum cenſeo: q̄ nefas habendum Martem gentium Deum potuiſſe: Ilia Romanæ urbis genitiſſe

conditorē. Proinde arbitror Reginā cælorū: atq; eius ciuitatis principē nūq̄ abfuiſſe ſenatu plærūq; capiendis interfuiſſe conſiliis: uigilē egiſſe cuſtodiā: inſpiraſſe ciuiū bonorū animos: domi militięq; acrem ſe præbuiſſe tuendæ libertatis auctorē: nūq̄ ſaluti: nūq̄ principatus ſui dignitati defuiſſe: nō aūt uel albis eqs. uel diſtricto gladio aduerſum hoſtes pugnauiſſe: id quod Tindaridas Romani pro ſe feciſſe gloriant: ſed inuicta illius dextera ac uirtute: quæ totius mundi Redēptorē genuit. Atq; cus ſæpius uoluto ipſe mecū nefaria īprobotū quorundā ciuiū conſilia: pniꝛioſas machinationes: uarias omne genus inſidias: ſtatuo impiū hoīnē exiſtimandū: uel potius nō habendū hominē qſquis cæleſti præſidio neget hanc ciuitatē fuiſſe defenſam. Quare ut iam reliqua contexā: eorū: quæ ſupſunt series proſequamur. Senēſes igit cū p totā iam Italiā qes eſſet: ēt publicis tabulis ratā fieri uoluerunt: quę a Venetis de pace acta erant. Perſolutis ſtipendiis maiorē ab ſe dimiſerunt exercitus partem aliis ſe ad ducē Ferinandū cōferentibus: pleriſq; pprios repetentibus lares. Hic Gibertus Corrigienſis: q p Regei & Venetis pauloāte militauerat: iterū nunciis ac binis literis poſtulauit: uti adueniēte hieme in maritima regiōe: & ferace agro pabulo. D ccc. ad mille uſq; eqtibus ſtatiua Senēſes pmitterēt: & his æquo alimenta uenundari pollicitus uel dimidiato ſtipendio ſuā operā ſi bellorū tēpora ſuborirēt. Q̄d ī mira: i Senēſes: uerētesq; ne in eo: q̄d de ſuborientibus bellis adiecisſet aliq̄ laterēt īſidię prius aſſentiri noluerūt. Nō multo poſt tēpore Oldroādinus Petiliani Comes. uir is: q ad arma ſuopte īgenio pclinis eēt cępit ſenēſes bello laceſſere ac primo caſtri octerii ſenēſis mūicipii agrū īuaſit: & ſimili pecoris abegit gregē. Eā inuaſionē ante q̄ ad arma cōfugerēt: doluerūt Senēſes cū Pōtifice Nicolao & cū Latino Cardinali: q erat gētilis Oldroādini: iniq; ferētes excitari ab illo noui belli īcēdia. Orabāt igit ut illius īſolētiā ſua auctoritate: & ſapiētia cohercerēt. Nec ſolū datis lris: ſ; miſſo ad id ēt oratore Romā. At uero Oldroandinus ſpretis oībus ſibi ipſe paruit: prędę inſup aliā adiecit iniuriā ac p dolum malū montis Acutuli arcē Senenſis ditionis cępit. Ea res plurimū excitauit. Senenſiū aios: & ad recuperandū Acutulū: & ad ſupbi hoīs iniuriā ulciſcendā. Creati igit. xv. uiri: data his Senatus conſulto belli poteſtas. Primū igit peditatus delectus eſt; atq; oppoſitus hoſtis finibus tāto certe robuſtior: q̄to erat ſuſpicio maior ne alia clanculū audaciſſimo pacis uiolatori auxilia præberent. Simul pclamatū eſt in captiuitatē: cędē ue eius utriuſq; rei propoſitis præmiis. Miſſus Antonius Petruccius cū; Impio q ſe ad finitima hoſtis loca cōferret. Hic caſtella quędā cępit initio. Vitociū: Morāniūq; Senēſi ditioni ſubiecit atq; ut munita cuſtodientur effecit. Hic pollicebat celeriter ſe ac proſpere cōfecturū bellum. Itaq; inſtructū agmen ad Soranū ammouit: qua Vitociū ſpectat. Non inferri bellū: ſed pręda potius utrinq; exerceri uidebat. Interea Pontifex Nicolaus cum eius belli originē ſubmonitus eſſet: cōiectās quantū ex eo cōflari poſſet incendiū: celere remediū adhibere tentauit. Miſit igitur Legatū ad Senenſes: q una cū eorū oratore Dino Marrio Senenſem populū ad pacē plurimus hortaret: oſtenderetq; cęptū belliū gerere ipſo pīculoſū eē. Pontificis de pace cōſiliū altioribus repeti fundamētis: nec temere illū execrari bellū: pacē tantope ſuadere. Pacis cōditiones has Pōtifex deferebat: ut Acutulū Senēſibus reſtitueretur: cetera quę uel ablata uel quouis pacto uiolata eſſent: a Pontifice ipſo: & Cardinalium collegio arbitrio quodā diiudicarent. Indignati Senenſes cum grauē iniuriā ulciſci uellēt: & eius cōprimere temeritatē: q ſemp incrementū a Senenſi rep. paſſus eſſet: cū nulla lędendi ſubeſſet cauſa: oblatā pacem penitus abnuerūt: qbuſdā tn̄ ſuadentibus: ut Pontifici mos gereret: pſertim Dino Marrio aſſurgente: ſæpius ac dicente acriorē Sententiā: nouerat. n. multa prodēte Pontifice. Regrediunt q a Pontifice uenerant. Dino mandatur ēt ut ad Regē Alphonſum eat: aperiat legitime a Senenſibus firmatā eſſe pacē Laudenſem: querat Oldroandini iniqſſimū īceptū: hortet ne iniuſtus Rex nō æquo hōi prębeat auxiliū. Cum oratores iterficere cępiſſent: Antonius Petruccius cū hoſte conflixit: & circūuentus inſidiis cum Oldroandini: & Euerſi comitis exercitu īproſpere pugnauit. Quod cū percrebuiſſet apud Pontificis Oratorē: q non longe tum digreſſus erat: rurſum p ſuas litteras pacē obtulit Senenſibus pollicitus Oldroandinū nullo euentu aduerſante inſeruiturum Pontificis uoluntati: mō ipſi non abnuāt. Idq; quoq; negatū eſt: pleriſq; iam in bellū ita ppenſis: ut difficile ad pacē reflecti poſſent. Meminerant optimates: quæ Gibertus Corrigienſis pauloante: ſi daretur ueniendi poteſtas: ſua ſponte detuliſſet. Quæ eadē nequaq̄ uulgus animaduertebat: quo factū eſt: ut illi pacē: hi bellū ſequerētur. Per hoc tēpus dux Ferinandus relicta Hetruria: p Cāpanū agrū in regnū ſe cum omni exercitu contulit. Senenſes accito Mercennario milite: magnū exercitū parant. Accerſunt primū clariſſimū Cæſarē Camerini principē: Gibertū deinde Corrigienſem: quē uenturū haud dubie Senēſes ſperarēt cum iam: in eorū agro hiberna poſtulaſſet ac ſuā frequentius operā detuliſſet. Ad hunc celeriter deducendū miſſus eſt Antonius caſinus: q ſi cunctaretur Gibertus diutius aut uenire cōpelleret: aut oīa cōfeſtim ſignificaret p litteras. Interea eqtatus atq; peditatus freq̄ntior a Senēſibus cōparabat. At Senēſes quos ſupandi Oldroandini ſpes cępat: pſpecta Giberti: & iulii Cęſaris diuturniore mora: ingentiorē ſimul exercitū conflare cupientes: acciuere & Sigiſmundū Pandulfum: penes quē; ſumma eēt bellicæ rei peritia: qui cū Senēſes grandē pecuniā pacti conuenerūt: ut impii militaris ſceptro ac titulis acceptis: totius exercitus curā gereret: qui magno ſtipendio tractus fidem dedit affuturum ſeſe. iii. Nonas Octobris. Quod idcirco pepigere Senēſes: ne ob longiorē cūctationē aduerſa hiemis tempeſtas īpedimento eſſet uictorię: quā ille certā hoſte pmiſerat Franciſcus Lutius: qui tu; Florentiæ erat;

miſſus eſt orator ad Venetos:q iure auxilia poſceret milites aſſuetos bello: & quorũ perſpecta fides eſſet. Hic profectus accurate ac diligenter legationẽ ſuam obiit. Ac Senenſes qdẽ ne qd prætermitterent quod ad debellãdũ hoſtẽ ptineret ſtructos aggeres: & caſtra ſua telis bellicis: machinis: & bombardis atq oĩbus id genus armis munierunt. Factus & ex agricolis delectus: ut cum tuendis finibus incũberet: reliquus exercitus hoſtis expugnationẽ aggrederetur: q̃q̃ & agricolarũ manus ex aliqua parte & magna uis armorũ in hoſtis poteſtatẽ uenit. Iulius Cęſar circiter kl' Octobres: ne aut fidẽ ſuam: aut Senenſium expectationẽ falleret: cũ ſuis copiis Senenſiũ fines ingreſſus eſt. Multo exinde poſt & Gibertus Corrigienſis: ſed nequaq̃ conſtituto tẽpore affuit: quãq̃ Senẽſes belli cõficiendi neceſſitate: ẽt de ſuo iure cedere inſtituerũt. Delegerũt ad id munus obeundũ Franciſcũ Aringheriũ eqtem. cl. q in ipſo rerũ curſu deſignatus populi princeps redire coactus eſt: delegerunt & Chriſtophorũ Gabrielũ ciuẽ omni laude pręſtantẽ. Hic ſe q̃ primũ ad pontẽ Riguũ contulit: quo iam Gibertus: & Cęſar cum ſuo milite cõuenissent: ubi Sigiſmundi præſtolarent̃ aduentum: cuius morã cum ãmirarent̃ Senẽſes: dolerẽtq tantã elabi gerendi belli opportunitatẽ: mittunt alios ad eum Ariminũ: q nunciẽt obeſſe nimiũ eius dilationẽ patriis rebus q crebris obrutꝰ litteris ac nũciis: inſtructo: atq ornato agmine uenit tandẽ ad kl' nouẽbres: cum ſponſę fidei paulominus menſis effluxiſſet: qua qdẽ cunctatiõe accedente hiemis aſpitate fruſtra cõſumptũ ẽ opportunũ bellandi tẽpus: qua ipſa de re uaria exiꝰerũt ciuiũ iudicia nõ ſatis liquido cõiectantiũ tam diuturnę cũctationis cauſam. Cum uero oẽs Senenſiũ copiæ in unũ locum traductæ eſſent: habita inter belli Duces conſultatione primũ Soranũ obſeſſum eſt. Id Pelliano qnto abeſt miliario: ſed neq illi plane aut ſitu ipſo: aut defenſoꝝ uel multitudine uel robore cedit. Exercitus certe erat Senenſiũ potentiſſimus: cõmeatu oĩfariã abundans: telis: atq armis pręmunitus. Militum ſtrenua: & audẽtiſſima manus: numerus copiarum ingens: callẽs bellicarum rerũ Impator Sigiſmũdus: cuius eqtatus erat militũ. M. & D. peditatus quingẽtoꝝ. Tum Gibertus Corrigiẽſis: q haberet eqtes. dccc. ped. cc. Poſt hunc Iulius Cęſar: eius erant eqtes. cccc. ped. cc. Cecon ludus cum eqtibus. cccc. Multi præterea tum eqtum tum peditũ præfecti: quos numerare ſupuacuũ duximus. Sꝫ oẽs excedebãt numerũ. xi. M. adhibito cẽſitorũ delectu. At peditatus lõge ex his maior qbus & optime: pręclareq inſtructis: & Soranũ circunſidentibus acceſſerunt & Venetorum auxilia. Carolus Gonzaga cum eqtibus. D. Petrus Brunorus ſenex impiger: & bello exercitatus: q totidẽ ducebat pedites. In his cũ ſuis cohortibus pręfecti Lucas ſclauus & Ioãnes Maſſeuſis: quẽ Grãdẽ cognominabant: q Senenſiũ caſtra ingreſſi: magis magiſq obſeſſos Soranẽſes terruerunt. Magnus cũctis finitimis metus a tantis legionibus iniectus eſt. Farneſii iprimis fratres: q antea Oldroãdino aliqua ex parte fauiſſent: ueniã p Legatos precari ſunt: & ſupplices ad Senenſes ꝓfugerunt. Quã ob cauſam nihil in eos ſæuitũ eſt. Cradarenſes quoq cum miſſo fratre implorarẽt ueniã: atq obſeruantiã pollicerent̃: eandẽ clemẽtiã experti ſunt. Quo tẽpore Senenſes q̃q̃ magno ob Sigiſmundi tardiorẽ aduentũ affecti detrimento: ne ipſi ſuis promiſſis & cõuentis deeſſent: Impii inſignia præclara: & ſplendidiſſima parãt. Ea fuerunt militare ſceptrũ & uexillũ bicolor & in purpura albeſcentis figura Leonis: q̃d ipſum cum magna põpa cum adeſſent cuncti reip. magiſtratus in maiore eccleſia: dũ res diuina peragitur ſolẽni cerimoniarũ ritu: a pontifice miniſtrãte ſacra piis cõprecatiõibus: & uotis ſacratũ ẽ: ac deinde magno apparatu a tribus oratoribus ſuſceptũ: qd̃ una cũ catafracto ad caſtra ꝓfecti: poſt ꝑclaram habitã de militari laude: & imperatorio munere orationẽ: ouante exercitu ac plaudentibus militibus Sigiſmundo honorifice detulerũt: tributa ꝓ dignitate cunctis exercitus Ducibus a præfectis ampliſſima munera. Adhibitis exhortationibus: & oĩbus ad uictoriam incitatis ceſſerunt oratores. Soranum undiq oppugnabatur. Preſſi hoſtes grauiter affligebantur. Q uatiebantur muri tormentorum pulſu: ad deditionem ob bõbardarum formidinem Soranẽſes cogebant̃. Tum qdã pulſum & iaculationẽ ꝓhibuit: edixitq ne qs icõſulto ignẽ ſubiiceret: quod unũ hoſtẽ ſeruauit: Soranũq defendit. Tum Iulius Cęſar cũ maiorẽ haberet fidei: & laudis: q̃ iproborũ hoĩum rõem: & iniq pateret̃ ſurripi Senenſibus exploratã uictoriã: ſecreto cum Ioanne Bicho: quo familiariſſime uteret̃: primus ꝑ internũtiũ: deinde corã arcanũ reſerauit: amicũ clã cũ Oldroãdino paciſci q̃dã: moliriq aduerſua Senenſiũ dignitatẽ: cõſpirantibus ẽt non nullis: & iis magnis in exercitu uiris. Proinde auerterent Senẽſes a Sorão animũ. Id cõptũ Ioãnes cõtinuo adito euocatoq principe ppl'i Frãciſco Aringherio cũ magno deinde magiſtratu: & . xv. uiris collocutus ẽ. Ob hãc ſuſpicionẽ principe populi ãnitẽte actutum confeſtim delecti ciues duo ac miſſi cum imperio: q caſtra petentes oĩa actiore ſtudio ſpecularentur: & his malis oĩbus quauis ratione occurrerent: ne iam affecta uictoria: cuiuſq̃ inſidiis extorqueretur atq ut reip. dignitati fieret ſatis. Ad id ſumma duobus legatis data poteſtas eſt. Hi cum in caſtra ueniſſent: primũ cum Antonio Petruccio rem oẽm ipartiunt̃. Ad prouidendã aũt uictoriam tentant̃ opportuna remedia: Is uero diſſuaſit quicq̃ agendum noui: & ad uerſus quempiã aliqd moliendum uictoriã inquiens: & ſi forraſſe ſerius cõparandã: nullo tñ pacto elabi Senenſibus poſſe: preſſos uſq adeo hoſtes: ut nulla penitus ſpes ſalutis ſupereſſet. Huic igitur auſcultãtes q mõ uenerãt nihil nouũ adorti: Senã redierunt. Chriſtophorus Gabrielus cum ſolertiſſime conſpirantiũ fraudẽ proſpexiſſet obſeruari ſe multifariã intelligens pręſertim p interceptas litteras Radicoforum ad lapides deuehendos ire confingit: quo elapſus ac uelut cuſtodia liberatus: Senam propere remeat. Hic in frequen-

uiſſimo Senatutq́ noꝯuerat:queꝯ uariis coniecturis:quæ a perfidis in reipublicę dedecus: & calamita
tem gererentur:quæ tractari cum hoſte fuiſſet odoratus:copioſius elocutus eſt:atq omnia enarrauit
ordine:quod eius teſtimoniũ:queꝯ e caſtris uix dimiſſo ſenatu redditæ ſunt litterę:maxime confirma
runt:quaſi perſpicuæ ueritatis indices. Amicus nanq qui aſcitis ſociis ita cum hoſte conueniſſet:ob ſi
dionem ſolueret: & accepto Ludouico Oldroandini filio obſide:cum omni exercitu ſeceſſerat in Senẽ
ſem agrum:in campeſtria Malleani. Quæ omnia non modo iniuſſu Senenſis populi:ſed prorſus in-
conſulto Senatu facto ſunt: & Sorani Senenſium de manibus ſublata uictoria:quã certiſſimam cum
hoſtis excidio adepturi eſſent. Et tum quidẽ alius amicus Vrbetellum cum ſuis militibus per uim in-
greſſus:renitentem arcis præfectum:defendentemq ſumma uirtute oppidum:ſagitta percuſſum in-
teremit:portam ipſam concremauit:oppidanorum qui reluctarentur:bona rapuit:ut tam uiolenta
occupatio parum ab hoſtili irruptione diſtaret. Quod adeo graue fuit Senenſibus:ut in eundem pe
ne ſęuire cogerentur:ſi nõ dominorum:quibus ille militabat:ratio deterruiſſet. Sæpius cum illo ege
runt Senenſes:ut inde amoliretur:ad quem benigne ſe profecturum Venetus orator detulit: & illum
exempturum oppido cum id moleſtiſſimum eſſe arbitraretur:quibus ſociorum ſalus:non directio
curæ eſſe deberet. Antonius Petruccius digreſſus caſtris:Craſſetum adiit. His uero ita cadentibus:de
creuerunt Senenſes rurſum bimeſtre ſtipendium Giberto Corrigienſi:ſimul imperii titulos ac torius
gubernandi exercitus curã:ut eo potiſſimum inuitamẽto pellectus inimicos perſequeretur. Id igitur
omne Antonio Petruccio mandatum eſt:uti cum Giberto exequatur. Annuens his Gibertus:q́ pri-
mum Craſſetum ſe recępit. Cum interea inimici rapta pecoris præda:in Florentinorum agrum ce-
lerrimam profectionem arriperent. Iuſſus Gibertus inſequi clam ſe ſurripientes hoſtes prædam qui
dem recuperauit trans Brunas locum trãſitu perdifficilem:ſed ducem eorum elabi incolumen paſſus
eſt:cum reflectere illius curſum facillime potuiſſet. Tulerunt id Senẽſes grauiter:culpam giberti diſſi
mulantes. Subſtiterunt ad primum Campiliam inimici:cum ſe Iulius Cęſar præclare geſſit:paratus
ſumma fide ad tuendum Senenſiũ decus: & comparandã de hoſte uictoriam. Qui eum Senã ſpon-
te ueniſſet ad defendendos fines Senenſis agri:ſummiſſus ne quid tranſiens inimicus hoſtile conare
tur. Hic & preclaram ſemper opam exhibuit: & uiciſſis magnis a Senẽſibus honoribus: & debitis affe
ctus præmiis. Ac tandẽ hoſtes ii per Florentinũ agrũ:non abſq ſuorũ iactura: & aduerſante hieme:
& premente alimentorum penuria in regionem aliam cõtenderunt. Per hoc tempus quidã non igno
bilis præcipue auctore Veneto legato celebri loco egreſſus eſt: & accepta publica fide:Senam uenit:
Apud magnum Magiſtratũ: & .xv. uiros conatus noxam expugnare ueniam ſupplex precatus ẽ:qui
poſt Sena digreſſus cum ſuo milite ĩ maritimo tractu ad Marſilianã deſedit:locum ipſum præmuni-
uit. Iulio Cęſari cis Clanas ad Aſinam Longam ſtatiua data cum ſuis militibus. Exinde Gibertus Cor
rigienſis Senam uenit:qui honorifice exceptus eſt:tum decoratum Imperii titulis in ipſa curia inſpe-
ctante Senatu: populoq Senenſi: Senenſes gubernando exercitui præfecerunt:ut aduerſus Oldro
andinum bellum acriter proſequerentur. Quæ cũ facta ſunt: Gibertus q̃primum Suanã Senenſium
Legiones cõtraxit. Suppetebat abunde cõmeatus. Erat magna alimentoꝝ ubertas. Munimenta:atq
aggeres firmo preſidio telis:atq armis roborari. Cumq bellũ cum hoſte gereretur:preſtitit ſe fortu-
na infenſam Senenſibus: ut felicius cũ hoſte fieri uideretur:q̃ uel tanti exercitus robur ac rerũ oĩũ
apparatus:uel Senẽſium uires paterent. Erat tum iterũ princeps populi Ioannes Bichus:q p Iulium
Cęſarẽ multa cognouerat: & paulo ante Chriſtophorũ Gabrielũ audierat:coniectans p ſua ſingula-
ri Prudẽtia eius belli genus dedit cõſiliũ:ne negaretur Iacobo Guidino:ut ea hauriret quæ Oldroan
dinus per ſuas literas crebrius poſtulaſſet. Quod eo facilius factum eſt:quod Alexius Cluſinus Epi-
ſcopus:qui apud Pontificem Legatione functus eſſet: & ab eo miſſus Senam:ſępius repetiſſet ſtudio
componendæ pacis acriter ĩſtudioſos belli ciues in Senatu inuentus eſt. Hic cum Iacobus Piccininus
quẽ ſtipendiis Veneti dimiſerant:in Flaminiam conuerſus magnum exercitũ duceret:nec ſatis lique
ret:quid nam ſibi propoſitum eſſet:occurrunt procul Senenſes futuris euentibus ac iubent Franciſcũ
Lutium:q tum ad Venetos orator eſſet:percontari oĩa de Piccinino diligenter:ſi forte Hetruriam co
gitaret:ſi aut ſibi:aut finitimis res nouas animo uolueret:ut inſtructi oĩa:ſtudioſius diligentem adhi
beant ad ſe tuendos curam. Repetunt eadem frequentius:preſertim cum de inuadendis a Piccinino
eccleſiæ finibus rumores iactarentur: & clandeſtinam coniurationem occupandę urbis ueteris arcis
agitari qdam non obſcure perhiberent. Erant quippe ſollicit nimium ea de re Senenſes:ſiue eccleſiæ
ſeu quis proximi fines bello peterentur. Fidentes Veneti Iacobi Piccinini fide amicitiæ & collatis in
eum magnis beneficiis:atq ea obſeruantia:quam ille præclariſſimæ ciuitati præſtare deberet:reſpon
dent nullo metu opus eſſe. Sperare ſe Piccininum futurum amicum:qui ſecum:fœderatione iuncti
eſſent:atque ita ab ſe diſcedere:ut ab eorum ſe iniuriis temperaret:quod ſæpius repetitum: & litte-
ris: & Veneti Oratoris uerbis ademit Senenſibus formidinem omnem:ſperantibus contra datam
fidem Piccininum nefarium bellum non audere. Erat Februarius menſis: & egreſſum Gibertum Sua
na cum equitibus circiter quinq: & .xx. Iacobus Vrſinus uir bello acer:inſidiis circumuenit:atq in-
uaſit:uix elapſus Gibertus:inter decertandũ ſtricto enſe Iacobum cõſternauit:atq peremit. Nec mul
to poſt Franciſcus Petri Brunori filius:cum incautus fines obit:ab hoſtibus captus eſt: & Petilianum

ductus. Cupiens pater filii captiuitatē uindicare: dum confidentius e munimentis egreditur: nullo
pene ſeptus præſidio/ & ipſe quoq; in hoſtis poteſtatem uenit. Eiſdem ferme diebus Vitocium uel ho
ſtium fraude/ uel gubernatoris incuria: in Oldroādini reductū ditionē eſt: nec tñ minus hoſtes ꝑme-
bantur: cū quaterentur Sorani mœnia: & ex munimentis quæ e regione Sorani eſſent: acriter oppu-
gnarentur: parant Senenſes uaſtare/ ac populari hoſtis agrum: quod ut facilius aſſequantur: ingētes
ex agricolis delectū faciunt: cogunt ad duo milia peditum & omnifariam armis muniūt. Pontifex
Nicolaus cum optaret Hetruſcum bellum extingui: conatur pro ſua uirili: ut inter Senenſes atq; Ol
droandinum pacem componat. Quam quidem eius uoluntatem: atq; operam primus impediit lon
gior ęgrotatio: deinde mors peremit: & tractatū pacis interturbauit. Quippe exceſſit uita .xi. klꝰ Apri
les initio quinti & quinquageſimi anni. Funus celebre exactum eſt: & illi inferiæ magnis honoribus
perſolutæ. Tum Cardinalium: & patrum collegium & ſi ad creandum nouum Pontificem accinge-
retur: cupiens tamen auferri medio malorū ſemen: ad tractatū pacis: qui ꝑ pontificis Nicolai interi-
tum fuerat intermiſſus: animum intendit: & grauiſſimas exhortationes adiungit. Ab obſequendo
haud longe diſtabant Senenſes. Si modo iuſta deferrent. Nec tamen remiſſius bellū gerebatur. Præ
ſto erant qui hoſtilem agrum uaſtarent. Hos Anteſignarius præibat: & erat ferramentorum omnium
incredibilis copia/ hi falcibus/ hi ſecuribus: alii bipennibus: nonnulli ſpiculis/ actuario telorum gene-
re armati: parati omnes admonentis nutū/ uineas/ arbuſta/ oliueta/ & conſitos agros ferro uaſtare: &
igni. Quod cum facere cœpiſſent: mirum in modum Petilianenſes territi ſunt/ ac iam exorta ſeditione:
& tumultuante populo magnus imprimis Oldroandino metus iniectus eſt. Tumultum ſedauit Ia-
cobus Vrſinus præfecti urbis filius. Atq; inde egreſſus: & cum exercitus ducibus collocutus paucorū
dierum pepigit inducias. Idq; pridie klꝰ Apriles: & per eum annum ſacratiſſimo humanæ redem-
ptionis die. Ac tum quidem deſitum eſt ſæuiri in hoſtem atrocius/ ac Veneto Legato caduceatore utī
Oldroandinus cœpit: quem apud Senenſes plurimum ualere opinaretur. Redeunt hoc tempore a du
ce Mediolanenſium Senenſes legati: referunt eius principis erga Senenſium rempublicam optimam
uoluntatem: magnis ſe ab illo affectos honoribus: incredibili exceptos beniuolentia: paratū eſſe cun
ctis uiribus fauere dignitati/ atq; ſaluti Senenſis populi: exhortari uehementer ut pacē cum Oldroan
dino Senenſes facerent. Nec id quidē temere: ne parum initium grauiora exinde mala ſubſequeren-
tur. Iam a Pontificis Nicolai morte decem exactis diebus: diuina inſpirante prouidentia: Alphonſus
Cardinalis Valentinus: Pontifex maximus creatus eſt: uere diuinitus conſtitutus: pręmonitusq; quo
rundam ſanctorum oraculis: ita ut ingreſſurus conclaue. præſcriptum Caliſti nomen in ſinu geſtaue
rit. Itaq; ut facilius diuinam ſortem indicaret Caliſtus tertius ab eo ſui Pōtificii initium auſpicatus eſt
quod ei intellexiſſet: acceptiſſimum fore: qui omnem mundum regit: principi deo quod unum ad ſer
uandam catholicæ fidei dignitatem: & tuendum eccleſiæ decus maximam ſine dubitatione uim ha-
bet. Vouit igitur uotum deo: omnem ſe daturum operam ad effuſionem uſq; ſanguinis: ad recupan
dam Conſtantinopolim urbem: quam impius occupaſſet Turchorū Tyrānus Maumettus: & ad am
plificandę Chriſtianę religionis nomen: parem adhibiturū diligentiam: neq; ſeſe oblitur: Hieruſalē:
Atq; ita imprecatus eſt ſaluris iacturā: & aduerſam cladem: ſi ab eo inſtituto forte diſceſſerit. Ad quę
obeunda/ cum intellexiſſet opus eſſet ut res Italiæ tranquillarentur: & proximum eccleſię finibus au
ferretur incendium: continuo inſtituit/ ut per Cardinalium literas Oldroandino imperaretur. Se-
nenſes autem monerentur: ut poſitis armis: fœdus: & pacem inirent: quo ad debellandum immanē
Turchorum Regem & agreſtem beluam iaſ pene Italiæ faucibus incubantē/ tota ipſa imprimis uer
teretur Italia: qua diſſidente: reliquæ chriſtiani nominis nationes: quaſi riuuli quidam areſcente fon-
te ſiccarentur. Non iniuria igitur tam ſancti Pontificis creationem ſecuta eſt omnium populorū ſum
ma lętitia: Senenſis potiſſimum ciuitatis: quę iam pridem multis experimentis ſingularem ſapientiā:
ſummam probitatem/ ac moderationem: & ardentem religionis amorem liquido cognouiſſet. Huius
optimi paſtoris uoluntate: ſuaſu adhibito Mediolanenſis ducis: crebris Venetorum exortationibus:
& litteris ſuopte ingenio ſtudioſi pacis Senenſes ad pacem cum Oldroandino firmandam: animos
conuerterunt. Nam cum Oldroandinus ſe ad extremum excidium iam redactum: nec ſpem ullam ſa
lutis ſupereſſe intelligeret: ſupplex ad Senenſes miſit Iacobum præfecti urbis filium/ ac nonnullos pręterea Soranenſes/ ac Petilianenſes homines: qui culpam ſuam profiterentur: ueniam implorarēt pa
cem ultro peterent: ſe ſueq; ditionis homines agrum/ oppidaq; Senenſium fidei cōmendarent. Cum
igitur percuſſiſſet Venetorum Legatus fœdera: obliti iniuriarum omnium Senenſes ſupplici Oldroā
dino parſerunt: & rogatam illi dederunt pacem/ ac cenſitum Oldroandinum in fidem: & commenda
tionem ſuſceperunt: facta utrinq; occupatorum locorum reſtitutione: relicto Vitroccio Senenſium po
teſtati. Per eadem tempora cum intra Suanam eſſet Gibertus Corrigienſis: accitus omnibus ſuis mili-
tibus eam urbem firmo præſidio muniit/ & ita tenere cępit: quaſi qui per uim occupaturus eſſet: pręte
xens cauſam recipiendi ſtipendii: qđ ſibi a Senēſibus deberetur. Id ammirati Senenſes: qui non mō
debita ſemper ſtipēdia conſtitutis temporibus perſoluiſſent: ſed mirificam quoq; largitatem adieciſ-
ſent: ne quis relinqueretur expoſtulationi locus/ mittunt: q reliquā pecuniā perſoluat/ & ad relinquē-
dam Suanam cohortetur. Quo tempore & a Iacobo Piccinino miſſus eſt ad Senenſes pręfectus qſplā

cohortis:qui paternę amicitiæ fiducia .xx. aureum millia mutuo ab eis peteret:quod cum propter ad
uerſa bellorum tempora:quibus ærarium exinanitum erat:non impetraſſet:cum multi adeſſent:dice
re ille auſus eſt:gratius futurum Piccinino negatum:q̄ extortatum beneficium. A cdiſcedens nuncius
Ipſe Sena ſuſpenſo brachio:dubium:an ſerio ægrotaret:an arte confingeret:ad balnea Petriola con
ceſſit:quaſi illorum fomētis egens. Euerſus Comes clam p hoc tēpus cōparata ſuorum manu:accedētibus
nonnullis aliis militibus nuper cum Oldroandino conciliata pace:in Senenſium fines iterū irruptio-
ne facta:nequaquam denuntiato bello:primum Capalbienſem:mox Scitonienſem agrum popula-
tus eſt:atq; hoſtiliter in eam late regionem excurrit:pecoris ingentem prædam:& captiuorū uim ma
gnam ægit:tertiam quoq; excurſionem impudenter miniſtrabatur:ut qui non ſuis ſolum uiribus frę
tus eſſet:ſed alios inſuper fauores præſtolaretur. Interea profecti ſunt Senenſium oratores Romam
qui ſummo Pontifici gratularentur:debitam uenerationem:ac fidem exhiberent:multis de rebus cū
pontifice colloquerentur:quererentur Euerſi inſolens ceptum:de Iacobo Piccinino accuratorem ſer
monem facerent:oſtenderentq;:q̄ facile poſſet illius aduentus:& eccleſiæ finibus obeſſe:& Senenſi
agro:atq; quietem italicam perturbare. Quæ omnia cum magna eſſe:& grauiſſima iudicantur:tres
ciues delegerunt:quorum integritas:fides:atq; animi magnitudo exploratiſſima eſſet:Bartholū Thu
ræ filium:qui tum erat tertius ex Tribunis populi:cuius parē profecto ætas noſtra nō uidit:ut idē
optimus Philoſophus:optimus medicus:optimus Senator eſſet:& gubernandæ reipub. peritiſſimus
alterum Georgium Lurium uirum ſummę probitatis:atq; inſignem Equitem:tum Auguſtinum Bor
geſium:& militari dignitate:& eximia uirtute præditum. Hi igitur diligenter:& cum ſumma reipu
blicæ utilitate:legatione functi ſunt. Bartholus cum luculentiſſimam coram Pontifice:& generali
omnium patrum coetu orationem habuiſſet:magnam audientibus admirationē:ſibi & patriæ maxi
mam peperit laudem. Iam erat æſtatis initium:ac Iacobi Guidini opera:hominis imprimis ſapientis
reliquit Gibertus Suanā:protracto in uigenos dies ſtipendio:& cum ſuis turmis ad Vitocciū deſedit.
Euerſus cum tertium Senenſium agrum:& Craſſetanū æquor inuaſiſſet:intercedentibus Senenſium
legatis:cohercetetur a pontifice Caliſto probante Senenſes:qui ne uiolarent eccleſię fines:cum facilli
me poſſent ulciſci illius iniuriam noluere. Summi Pontificis compoſito .x. dierum induciæ pactę ſunt
& exinde ſuis ſe finibus Euerſus continuit. Cum per hæc tempora Iacobus Piccininus cum ſuo mili
te in Flaminiam ueniſſet:ac rumor eſſet cogitare illum aduerſum Senenſes bellum:quos fractos aſſi
duis:ac diuturnis bellis:& exhauſtos pecunia exiſtimaret:quaſi facillime eorū libertatē occupaturus.
Mittūt Senenſes ad eum Oratorem:qui referat ueteris:& paternę amicitiæ iura:cauſam afferat nega
ti beneficii:eius conſilium ſciſcitetur:& quo in Senenſem ciuitatē animo eſſet. Ad quæ reſpondit ille
gratiſſimā ſibi eſſe eius ciuitatis beniuolentiā:& a patre initam amicitiam præ cęteris rebus:ac uelle ſe
eam perpetuo tueri:& indies exaugere. Alia cogitare Senenſium agrum:aut non ingreſſurum:aut
nullo ſe pacto uiolaturum eſſe:& ita ab ſe dimiſit Senenſium legatum. Cum autē rediſſent a ſummo
Pontifice Senenſium legati:retulerunt optimam illius cum in omnes:tum poriſſimum in Senēſes uo
luntatem:nihil tam cupere Pontificem:q̄ ut Piccininus Hetruria:& eccleſiæ finibus arceatur:ut qui pa
cem aſſeruari incolumem affectaret:& temeratores pacis:ac foederis uehementer odiſſet:id ſibi ęgre
eſſe:ut haberet Senenſis reſp. quoſpiam ciues malos. At nihilominus deferre Senenſibus eccleſiæ ui-
res benefice:ac liberaliter ad tuendam eius populi libertatem:quā ſepem eccleſiæ appellare ſemper cō
ſueuiſſet. Iubere igitur:ut bono animo Senenſes eſſent:patere nanq; eorum defenſioni ualidiſſimos
eccleſiæ exercitus:ſummos:ac fortiſſimos belli duces. His accedere Mediolanenſis principis auxilia:
quæ a ſua uoluntate non diſcederent. Eius duci legiones iam hoſti oppoſitas illum inſectaturas:quo
cunq; iter intenderit:& cum eccleſiaſticis iunctum iri copiis ad Piccininū cohercendū:ſi interiora He
truriæ petere inſtituerit. Senenſes autem metuentes ſibi a Iacobo Piccinino:fines muniunt:& caſtella
imprimis Peruſinis proxima. Exercitum parant conducto plurimo mercēnario milite. Carolum Gon
zagam adiiciunt magna illi ui delata pecuniarum. Gibertum quoq; Corrigienſem ingentiore perſol
uendo ſtipēdio:Iacobo Guidino auctore addere conabantur:cuius ſępius animum pertentaſſet:nō
ſatis compertam illius opinionem haberet:& ſecretum eius conſilium plurimum extimeſceret. Dant
cum Pontifice Caliſto Senenſes operam:ut ad occludēdum Piccinino aditum iubeat Clanarum pon
tes dirui:cum Florentini ſuorum finium ingreſſu prohibere inſtituiſſent. Senenſes ſublato Cluſino.
ponte:ſuis quoq; finibus facile arcere poſſent:Sed piccininus recreato exercitu in Peruſino agro prę
ſilientibus multis ex Peruſinorum finibus:magno plębenſium fauore:per quorum pontē:etiam illi.
eſt datus ingreſſus celeriter irruit in Senenſe ſolum:ſuis promiſſis aduerſatus:& Scitonium primum
primo impetu cępit. Poſt hæc obſedit haud longe diſtans Sarteanum:Senenſis populi municipiū:inq;
ea obſidione Giberto Corrigienſi:ac ſuorum militū tētoriis locus relictus ē. Hunc ex cōpoſito uenié
tem expectabat Piccininus. Verum anteuertit Iacobus Guidinus iterū a Senenſibus miſſus:q ad pon
tē Rignū delata ſecum pecunia Gibertum cōſecutus eſt:poſtridie cum illo accepta fide cōditiones ini-
turus. Noctem illam Gibertus in ſomnē degit:cū uariis eius animus curis:atq; cogitationibus diſtra-
heretur. Hinc uis magna pecuniarū a Senēſibus delata:illinc cum piccinino incohata cōcordia men
tem eius exagitabat. Plęriq; ipſius milites ad piccininū inclinabantur:q̄q̄ Iacobi Guidini tandē indu-

ſtria: & ſi tauis præualuit exhortatio. Sed quod primũ omniũ fuit: deterruerunt Gibertum ſub lucem
a Mediolanenſi principe redditæ in ipſo tempore litteræ: quibus iubebatur efficacioribus uerbis: ne
piccinino adhęreret: atq; addebantur ſuaſionibus: & iuſſibus minæ. Erat. n. pacis Italiæ appetentiſſi-
mus: & ad tuendam Senenſium libertatem animũ applicuerat. Has litteras cum legiſſet Gibertus: et
præ ira uehementer ingemuit: atq; ita indigne tuliſſe uiſus eſt: ut nihil tum potuerit afferri moleſtius:
quippe uidebat nec poſſe abſq; ſuo magno malo tanti principis iuſſa contẽnere. Spem fallere piccini-
ni grauiterq; ferebat. Demum aſſenſus Iacobo Guidino auctore Senẽſibus: cum ſequenti die piccini
ni caſtra petiturus eſſet: ad flumẽ Vrciam reflexo curſu cum ſuis uenit Iacobo duce obiecturus ſe ho-
ſti: q peracto Sarteanẽſi negocio appropinquare: interius ferebatur. Senenſes cum tam magnũ picci
nini inceptũ magnifaciẽdum exiſtimarẽt: & plurimũ ad totius ſtatum Italię pertinere: cognita ingẽti
benignitate Mediolanẽſis Ducis: qui iam ſua ſponte tãti muneris in retinendo Giberto tuliſſet initiũ:
perſpecta & Florentinorũ uolũtate: ut Pontifici ad inſequẽdum pacis perturbatorẽ obſequerẽtur: cõ
tinuo Mediolanũ Chriſtophorũ Gabrielum: Florentiam Ioãnem Bichu; legatos decernunt: qui ad
res magnas obeũdas pro ſumma fide: ſapientia: atq; auctoritate maxime idonei iudicarẽtur: ſed a ſe
ditionibus alieni: & cõſeruãdæ libertatis acerrimi defenſores. Mittitur: & ad Pontificem Caliſtũ Ale-
xius Cluſinus Epiſcopus: qui pro ſua probitate plurimũ apud illum ualere gratia putabatur: qui ul-
tro incitatum pontificem ſuaſionibus: atque optimis argumentis in hoſtem inflammaret. Salimbe-
nes aũt Petronius ad Alphõſum Regẽ eodem tempore miſſus eſt: apud quẽ piccinini quereret iniu-
riam: cõſuleret quid agẽdum eſſet: ac ſocietatis: & ueteris amicitiæ iure: auxilia aduerſus hoſtem poſtu
laret. Veneti cum intellexiſſent piccininũ iniuſtum eorum ſociis intuliſſe bellu; inique ferẽtes illius
auſum: decreuerũt iuuãdos eſſe omnibus auxiliis Senẽſes: & ſimul publico ſenatus cõſulto hoſtẽ pic-
cininum indicauere: quod & Venetiis publicæ proclamatum eſt. Cum interea Senẽſes obſidione gra
uius premerentur: & crebris: atq; atrocibus uexarẽtur: pręliis uiriliter ſemper: atq; animo ſe hoſtis im
petum ſubſtinuerunt: parati pro ſtatu Senẽſis reip. ac fide ſeruãda mortem oppetere potius: q̃ hoſti
ſuccumbere: magnæ uirtutis tum Sarteanẽſes indicium prębuerũt: & acrius iſeſtãtem hoſtem cu; ma
gna Braccianorum ſtrage: & cum ſua perẽni laude repulerũt: ita ut ſperata uictoria in eius etiam ex-
cepto uulnere: cũ ꝓpoſuiſſet piccininũ gẽtilem ſuũ Scitonio ab obſidiõe ceſſent. Qui apud ſancti Caſ-
ſiani oppidum iter faciẽs: graue ibidem prælium cõſeruit: atq; irrito cępto: progreſſus ad pontem Ri
gutum per Soranẽſem agrum: Meranum i uiſceribus maritimæ regionis ſitum oppidũ obſedit. Sed
Meranenſes uetiti atrociorẽ pugnam: q̃ primum ſe dediderunt. Hos benigne tractauit piccininus:
ut ea ratione: potiſſimũ finitima caſtella ad parendum ſibi facilius alliceret. Tum Mantianum quod
tertio abeſt fere miliario: admouit exercitum: & cõmiſſo prælio: in ſuam ditionem redegit: quod &
præter hoſtis arbitriũ: inſperato a tumultuantibus militibus in prædam uerſum eſt: ac paulopoſt prę
fecti arcis fide accępta ſalutis: arcem quoq; ipſam ignauius hoſti tradiderũt. Cœpit piccininus & mõ
tem Acutulum non tã militum inuadentium uirtute: q̃ cuſtodis ignauia. Hæc cum gerebãtur: Giber
tus Corrigienſis: & Carolus Gonzaga: & Petrus Brunorus omnem Senẽſium eqtatum: ac peditatũ
cunctaſq; legiones hoſtẽ proprius admouerunt: cõtraxeruntq; Malleanũ uerſus. Sub eoſde; fere dies
eccleſiaſticus exercitus: cum Sfortianis copiis ad lacum Traſimenum iunctus eſt. Hũc aſpectare im
primis præclarum erat. Na; illic præerat Ioannes Vigintimillius Dyracii princeps: & eccleſiaſtici Im
perator exercitus a Pontifice Caliſto conſtitutus. Cumq; hoc Neapoleon Vrſinus: Stephanus Colũ-
na: Duces apprime nobiles Deiphebus: atq; Aſcanius impigri iuuenes Euerſi filii: aliiq; præterea cõ-
plures & numero: & uirtute potentes. Quid Sfortiana auxilia: nõne & ipſa tũ clariſſimorũ Ducum
fortitudine: tum militum robore: ac uirtute pollebant! Hinc Robertus ex ſancto Seuerino Franciſci
Sfortię ſororis filius: Gaſpar ex Vicomercato oriundus: Georgius Danon. Illinc ſtrenuus Corradus
Folianenſis Franciſci Sfortiæ frater. Sfortia ſecundus Attẽdolus: Chriſtophorus Torrellus: Angelꝰ
delecti uiri: & bellicarum re; laude pręſtantes. Ac pro Pontifice copias oẽs ducebat Iacobus Archie
piſcopus Raguſinus: qui omnes cupidi debellãdi communis hoſtis: per eccleſiæ fines exercitus Ca-
ſtrum oppidum uerſus traduxerunt: & ad Turre; Seralem: quã appellant: caſtrametati ſunt. Tum
Iacobus Piccininus miſit ad Ioannem Vigintimilium: qui oſtẽderet ammirari ſe eius iſectationẽ cum
hoſtis eccleſię non ueniſſet. Atq; hæc quidem callide pręteruit: Sed re uera ſpeculatorem miſit: qui ec-
cleſiaſtica: & Sfortiana caſtra exploraret: qđ mox ipſe quoq; exitus cõprobauit. Nã ſimul atq; ad pici
ninũ remeauit nuncius: retulitq;: & inermes illos eſſe: & facile incautos poſſe opprimi: repente cũ ſuis
omnibus armato atq; inſtructo agmine: quaſi uno momento fortunam ſuam periclitaturus: ſub ue-
ſperam inuaſit primum Sfortiana tentoria: deinde etiam eccleſiaſtica adortus eſt caſtra. Mirabile di-
ctu agitata ex uicinis nemoribus: ac trepidans cum ſubito comparuiſſet: primum Sfortianos duces
ad arma rapienda concitauit. Tres amplius horas pugnatum eſt: & atrox commiſſum prælium: con-
flictuſq; utrinq; grauius. Ac primũ inclinare cępit eccleſiaſtica: & Sfortiana acies: ita ut iam fama Brac
cianæ uictoriæ peruagaretur. At reſumptis poſtmodũ uiribus: & iprimis aĩantibus Roberto: & Cor
rado militum iualeſcẽte uirtute: tandẽ fugatus: fuſuſq; eſt Piccinini exercitus trans Leitã fluuiũ: q nõ
abſq; cæſorũ cruore tũ defluxit: ac maior tandẽ fuit Braccianorũ ſtrages. Nox præliũ diremit: quæ ni-

ſi acriter præliantes oppreſiſſet: actum prſus de Bracciauis erat. Qui igitur ſpe ſua fruſtratus .et:cũ
ſuis Mancianũ ſe Piccininus recepitq extimeſcentes magis inſequentes duces: poſtridie coactas ſuo-
rum copias quo abeſſet longius: nihil cũctatus: traduxit in Craſſeti: & Iſchiæ cãpeſtria: & circũ eam re
gioõe cũ omni exercitu uolutatus: tandẽ ad Caſtrũ Leonis profugit: reꝗ oium egenus: ac ſomma ali
mentorũ penuria preſſus. Subſecuti eccleſiaſtici: & Sfortiani duces iuxta Montẽ piſcalẽ iuncaricũ: &
Colũnam cum Seneſium copiis iuocti: adaoctis iam legionibus: ac ſoppetẽte omoifariã cõmeatu de
ſederunt. Interea Senenſes repetentes ſecũ eius belli primordia: atꝗ inde coaleſcere poſſe cogitantes
unde: & ſumpſiſſet initiũ: decreuerunt malorũ occurrere conſpirationi: quæ diu publicis cõſiliis ob-
foiſſet. Vt igitur factioſi a tantarũ rerum ãmioiſtratione faceſſerent: & rectiore conſilio a ſapiẽtibos
res ciuitaõs grauiſſime tractarentur: inſtituerunt tum primum: ut ſolis qndecim uiris bellici negocii ab
ſoluta poteſtas traderetur: ac ſeorſum io Papali aula de bellicis amminiſtrationibus conoenirent. His
quoque perſcribẽdis literis: peoetrale aliod a magno Magiſtratu dictum eſt. Commentarii quoque
aliũ uetere ſigno obſignare literas cęperunt. Id erat Lupa lactentes Remus: ac Romolus: libellione ẽt
alio otebanẽ. Suis conſultis conſcribendis. Ac delecti exinde uiri ſunt prudentia cõſilio: & integritate
probatiſſimi. Hinc ſalus pependit Senenſis reip. hinc rectæ cõſultationes fluxerũt. Hinc arcana reip.
multitudines latuere. Hinc multiplicũ bonorum iacta ſunt ſemina: ſenſimꝗ rerũ uiciſſitudo facta ẽ
& parta ſuo mox tẽpore reip. ſalus. Quod unũ tãti habendũ eſt: ut id ſilere io hac rerum ſerie ĩdignũ
prſus q uiderim: exiſtimare debeã phoc fere tẽpus Flẽrini: q ad ſeruãdã Seneſiũ libertatẽ optime affe
cti uiderenẽ: obſecoo Põtificis Caliſti poſtulans: miſerũt Simonectũ miliciç Ducẽ cũ. d c. circiter mili
tũ eqtatuq & ipſe Piccinino opponereẽ. Recuperãt Seneſes Meranũ: exinde Mantianũ: q̃ occuparat
antea Piccininus: arce quoꝗ Mãtiani pacto poſt recepta Dux Mediolanenſis: q ingentes iam miſiſſet
exercitũ: per ſępe & literis: & Oratoribus aliam inſuper manum pollicebatur: ſi forte eo pacto hoſtis
facilius expugnari poſſet. Miſit & uim magnam pecuniarum Sfortianis militibus tribuendam: attu
litꝗ eam Franciſcus Capra uir ſpectatu dignos: qui primũ Senenſes Docis nomine ut aoimoſo pro-
ſequerentur: deinde in caſtra profectus: & pecuniã grãdem perſoluit: & duces belli acerrime ad uicto
riam inflãmaoit. Illud Mediolanenſis Docis animũ uel potiſſimũ iudicauit: ut & uenire ipſei & corã
bellum conficere paratos eſſet: atꝗ ut id qood totiens oerbis detuliſſet: re ipſa præſtaret. Iam Parmã
contenderat: ulteriora petiturus: ſi oel Senenſes: uel Caliſtus põtifex annuiſſet. Adiecit & illud quoꝗ
ingentis charitatis documentum: qood clam ſecum agente Piccinino: ut permitteretur bellum cõtra
Senenſes gerere: ac reciperet ipſe quaſcunꝗ Dux leges: ac fœdera conſtituiſſet: ſopplexꝗ ſuis oĩbus
iuſſibus temperaret. Repudiauit conditionẽ Mediolanenſis princeps: quæ Senenſis libertatis cladem
ſpectare: polluere fidei ſinceritatẽ uidebatur. Idꝗ ipſum ad oſtendendũ firmiſſimũ animi ſui propoſi
tum: confeſtim & Caliſto pontifici: & Senenſibus patefecit: Tum ſummus pontifex aſſiduis tũ exhor
taõonibus: tum etiam iuſſibus ad inuadendũ: ac ſuperandũ hoſtẽ incẽdebat belli duces. Senenſes ut
conſtanter perſeuerarent: & urgendo hoſti incumberẽt: crebris epiſtolis: nec mious freqoẽtibos nun
ciis compellebat ad delendum Piccininũ: & ad liberandã Senenſem ciuitatem: non ſecus inflãma: us
q̃ ſi cum impio Maumetto: quo uihil audiret acerbius bellum gereretur. Quã quidẽ ad rem Cluſini
Epiſcopi: & Senenſis legati ſtudiom: & conſiliũ plurimum ualuit: cum perſoaſiſſet Poorifici: niſi Pic-
cinino obſiſteretur: maxiomum Romãæ eccleſiæ ab illius inſidiis periculũ iminere. Salimbenes quoꝗ
Petronius ab Alphonſo Rege paulopoſt rediens: renunciaoit execrari illum uehementer Piccinioi in
iuſtum facinus. Ad id comprimendũ optime affectũ eſſe: eo miſſurũ ſe in Hetruriã ad eam rem ora
torem: q pro uiribus inter Seneſes: & Piccininum cõcordiam cõciliaret His fere diebus celebrauoe
Senenſes approbationem Vincẽtii Valentini: pręedicatori: ordinis: quem aſcribendũ catalogo ſancto
rum ſtatuit eccleſia Caliſto auctore. iii. kl' quintiles anni huius. Tres nanꝗ noſtra ætate ad hunc uſꝗ
diem probati ſunt: Primũ Nicolaũ Tolentinates ſancti Auguſtioi heremitã probauit Eugenius. iiii.
alterũ Bernardinũ Senenſem Nicolaus. y tertium: quẽ modo memorauimus Vincentium Caliſtus
iii. Stetere bellicæ aliqoandiu res utrinꝗ ambiguę. Agebatur aũt a tanto exercitu ſegoius: præſertim
cũ fame Piccininus cõſtrceret: ac deleri illius exercitus facillime a taotis legionibus potuiſſet. Braccia-
ni locorũ anguſtiis: & rerum oĩum difficultate premebaoẽ. Potus erat inſalubris aqua: cibus glãdes:
& agreſtia poma. Accedebat flagrãtior æſtos: cęli inclementia: & iminens a peſtilentibus oentis peri
culum. Rerum oĩum egeſtate laborantẽ Piccinioũ excępit Ioannes Lyra Senenſibus infenſior: intra
Caſtrũ leonis alimenũs: pabulo: atꝗ oĩfariã obſonio recreauit: & ex ipſa oppidi arce de prompta tela:
& bellica arma ſobminiſtraoit: ut liceret Piccinioo in Senenſiom fioes excurrere. Quod qdẽ effecit ſæ
pius loco ipſo tutiore: & per opportuno ad bellũ inferẽdũ frętus: & quaſi conniuentibus ooſtris: pre
dã nõoũnq̃ adegit: captiuos nõnullos doxit: q intra Caſtrũ leonis aſſeruabantur. Quę oĩa queſti ſoot
Senenſes: frequentius graues cum Alphooſo Rege: cuius ſocii: atꝗ amici eſſent: iniorias expoſtulan
tes. Per hoſce dies Mattheus Capoanus apud Piccininũ primarius: dum incautius peruagaẽ: a mili
bus noſtris capiẽ. atꝗ in eccleſię caſtra dedociẽ. Sꝫ infęliciter ꝑ fecto cũ Seneſibus agebatur. Naues
onuſtę cõmeatibus adochebanẽ: ad alendũ hoſtẽ. Iuuabat illũ Ioannes Lyra cũctis fauoribus. Non
nulli: q ꝑ Seneſibus militabant: ſurrepta alimẽta: clam ad Piccininũ deferri curabant: illius potius mi

ſericordia ducti:ꝗ uel fidei ſtudio·uel laudis amore. Animaduertebant Seneſes cum talia eſſent:mili
tum opa nullo pacto hoſtem debellari poſſe:occludi quotidie magis cõparandæ uictoriç aditũ. intel
ligebãt his malis caput eẽ quoſdã ingratos:quos nullũ officii genus:nulla liberalitas:nõ delati ho-
nores:nõ multoꝝ bñficioꝝ cumulus a maligno animi ꝓpoſito abuocauiſſet. Ineunt igit̃ de illis uin-
dicãdis cõſilium·ſi mõ ſine ſeditiõe fieri poſſit. Verebant̃ militũ tumultus. Res picuło patebat. Sꝫ bñ
agentibus:ac recto conſilio rẽp. gerentibus:diuinũ numẽ nullo tẽpore defuit. Per hos dies qdã q Se
nenſem populũ ignauũ putaret:& crebris maledictis cõuiciaretur:Senã uenit petiturus grãdem ſibi
mutuari pecuniã·opinatus nihil ſibi pro ſua auctoritate·ac potentia officere poſſe. Pleriq; eius amici
multis uerbis:& rationibus eam ꝓfectionẽ diſſuadebant:ut' pote q illius mentem·ac nefarias cogita
tiones aduerſus Senẽſem populũ cognouiſſent. Nusꝗ ſuis minus obſecutus eſt:nunꝗ infœliorẽ for
tunam expertus. At qs iuſtũ effugiat piaculum:niſi malis rationibus finẽ faciat? Non ſine periculo lę
dunt̃ ſinguli hoĩes. At prouocare ciuitatẽ:& hominũ uiolare cõcilia:ut ſummæ improbitatis:ita etiã
extremæ dementiæ eſt. Cõpreſſus eſt multorũ improboꝝ furor:ſeruata Senẽſis populi libertas:quæ
ab extremo periculo propiſſime aberat. Ea ipſe inſtructus oĩa ubiq; ꝑſtudioſus ueritatis perſpicuum:
ac luce clarius ꝑhibeo teſtimoniũ. Nam eo redacta res erat:ut aut malos tolli:aut perire rẽp. neceſſe
foret. Tũ ꝓfecto recrudeſcẽte eius patriç uulnere libertas refloruit:& ſublato e medio maloꝝ fonte:
redii:uit Senẽſis populi Maieſtas. Hæc cum apud Caliſtũ Pontificem percrebuiſſẽt:& recte facta lauda
uit:& ſuarũ litterarũ teſtimonio reatus im̃unes auctores operis cõſtituit. Poſt uero cuꝫ nefanda illoꝝ
coniuratorũ facinora conſciorum ſcribarũ indicio·ac teſtimonio iudices cõprobaſſent:retectis ſuis
ipſorum litteris:ꝑſpicuis cõiurationis allatis documẽtis:publicæ tabulę cõſtitutæ ſunt in cõiuctos cõ
iuratores Romãç eccleſię hoſtes:uiolatores pacis:& fidei. Hę additis reip. litteris:primũ ad Caliſtũ
Pontificẽ:& ad Auguſtũ Fedricũ·tum ad oẽs totius Italiæ ciuitates·ac princeps dimiſſæ ſunt:ut & il
lorũ ſcelus inoteſceret:& Senẽſis ciuitatis æqtas illuſtraret̃. Pleriq; oẽs laudarunt Senenſiũ magnitu
dinem·honeſte:atq; utiliter facta cõprobantes. Vnus Iacobus Piccininus acerbe paſſus eſt eorũ con-
iuratorũ interitũ·ac uehementer ingemuit. Senenſes aũt iis peractis accuratiſſimã dederunt operã ut
Bartholomeus Nouarienſis Epiſcopus:q pridẽ a pontifice conſtitutus eccleſiaſticis:& Sfortianis ca-
ſtris pręerat:& Iacobus Guidinus:q cum Imperio ibidem eẽt ſuperbos milites contineręt ad id nauã-
dum exhortationes adhibitæ:pacta conditio:perſoluta pecunia ẽ:ita ut ſine tumultu·res oĩs tranſige
retur:& milites in eccleſiaſticis:& Senenſibus caſtris militare perrexerint. Per hos ferme dies uenit ab
Alphonſo Rege Mattheus Malferitus:q priusꝗ Piccininũ conueniret:ex Bonconuento poſtulauit ꝑ
ſuas litteras dari quẽpiã ſibi ex.xv. uiris:q cũ de Senẽſi negocio nõnulla colloqueret̃:Senẽſi ciuitati
ꝓfutura. Ludouicus Petronius Eques:& tũ alter ex tribunis populi & Leonardus beneuolentus deſi
nant̃:cũ his Matthe9 mãdata regis cõfert. Hi Senã repetunt:ille ad Piccininũ iter ꝓſeq̃t comitãtibus
q & illius ſecuro itineri:& honoribus deferendis intẽderẽt. Piccininũ igit̃ allocutus:monet:ut iniuſto
bello deſiſtat:reſtituat:q̃ p uim occupaſſet:deſinat moleſtiã iferre Senẽſibus:ſecus ſi fecerit:ꝑdicit Re
giã illũ potentiã experturũ. Ille quaſi Mattheo aſſenſus pollicet̃ nullã in ſe morã eẽ futurã:qn regis iuſ-
ſa libenter arripiat. Venit igit̃ ꝗ primũ Mattheus Senã:regis cõſiliũ·ac uolũtatẽ exponit pacẽ ſe datu-
rũ honeſtã ꝓfitet̃. Agitur magna a Senenſibus regi gratia:iuſtæ pacis cõditiones probant̃. Aderant
& a Sũmo pontifice:& a Mediolanẽſi duce legati:cũ his cõmuni cõſultatiõe.xv.uiri decernũt:ut ſi eã
prouinciã Malferitus ſuſcipe uelit:referat ſeſe ad Piccininũ:& ut res ex ſententia cõponant̃:aſſenſuꝫ
eius repoſcat:Sũmũ Pontificẽ:& Senẽſem populum affectos ita eẽ:ut ab iuſtitia:& cõcordia nõ diſce
dãt. Suſcępit ille cauſaꝫ nõ inuitus:& ad Piccininũ ꝓperauit. Erat oĩuꝫ opinio:ut ſi ęquo:& bono fie
ret:oĩa pacarent̃. Recuperant interea una cum oppido Senẽſes Scitonii arcẽ. Reuolat Malferitus af-
fatus hoſtẽ ꝗ primũ Senã:nõ eadẽ qua prius mente illũ ſe inueniſſe refert:ſubortã rẽ eẽ:q̃ oĩa ꝑturbet.
Proinde opus eẽ ad aꝗ hauriendã:ut ad fontẽ cõfugiat̃:auctorẽ pacis regẽ eẽ:pacẽ ſi cupiant Senen
ſes inde petendã. Id reſpõſum fuit oĩbus magnę admirationi:cũ ſupioribus oblatis palam aduerſa-
ret̃. Res deterior exinde facta ẽ:exiſtimãtibus plęriſq; haud temere Piccininũ neglexiſſe pacẽ. Malferi
tus alio cõceſſit. Iniectus ẽ Senẽſibus ſcrupulus maior:q cũ liberatos ſe magnis picułis Sũmi Pontifi-
cis opa:& uirtute ꝑſpicerẽt:ne ingratitudinis crimẽ ſubirent:firmo cõſtantiq; ꝓpoſito inſtituerunt ex
tremã ꝗlibet labẽ ppeti:ꝗ a pontificis uoluntate deciſcere·uel bellũ ꝓſeq ꝑ illius ſententia·uel pacẽ ac-
cipe parati. Itaq; clam illo nihil oĩo gerebat̃. Sępe ad eũ miſſi oratores ſunt:q & eius cõſiliũ quererẽt
& q̃ agebant̃ ordine oĩa nunciarẽt. Bindus iuris cõſultus raro ab eius latere diſcedebat:familiareſq;
& crebros cũ illo ſermones cõferebat:mõ a Pontifice:mõ a Senẽſibus iter repetẽs. Exardeſcebat mira
qdã Senẽſis ĩ populi pontificẽ maximũ charitas:atq; obſeruãtia. Et pridie idus octobris ob ipſius noĩs
reuerẽtiã:cũ Caliſti Martyris natale celebraret̃:feſtũ eiuꝫ diẽ Senẽſes ęgerũt. Cũq; iteruꝫ quodãmodo
ceſſaret̃ ab armis:qdã peditũ p̃fectus:q Vrbetello tuẽdo p̃poſitus eẽt:quo nullus ẽ terra mariq; loc9
opportunior·nec ubertate:& copia rerũ feracior:oppidũ ipſuꝫ hoſti p ꝓditionẽ tradidit:accita hoſtiũ
trireml·p noctis tenebras:& admiſſo magno ĩtra opidũ peditatu:biduo oppugnatã arcẽ·ẽt ĩ hoſtis
poteſtatẽ redegit. Id auxit Senẽſiũ curã:quos fefelliſſꝫ ꝓditiſſim9 cõiuratõ. Tulit eã rẽ Caliſt9 Põtifex
ęgre ĩprimis·ac Mediolanẽſis pñceps:uterq; intelligẽtes:Vrbetelli occupatiõe·uictoriã lõge difficilio-

rem fieri. Cumq̧ hoſtis eum pleriſq̧ ſuis ſoluens a Caſtro Leonis Vrbetellum traieciſſet: traductus eſt
Pontificis exercitus cū Sfortianis ac Senēſibus copiis occupatū oppidū propius: ne pateret hoſti libe
rior inuadēdi Senenſis agri licentia. Sed ne tum quidē cohercebat̃ hoſtis. Gerebant ſe cū illo oppoſi
tæ Legiones amice potius q̄ pugnaciter. Salutabāt ſeſe utrinq̧ familiariter: & alendi hoſtis gratia pa
nis ſale cōmutabat̃: quod niſi inde Piccinino cōmeatus ſuppetiſſent: deleri hoſtem cū omni exercitu
neceſſe erat. Nihilominus ex puīncia Patrimonii iubente Pontifice incredibilis uis quædā frumenti
aduehebat̃: quæ ſuſtentaret militū caſtra: atq; quæ uel totā hyemē ne fame premerent̃: coemptione fa
cta ex eccleſiæ agro alimēta perceperint. Quaſi pœnariam cellā patrimoniū Pontifex Caliſtus etiam
Senēſis agri accolis patere uoluit. Quanq̄ intercipiendis cōmeatibus Oldroandinus petilianenſis hōe
ſſi fauit: atq; ī ſuis latebris pſæpe excepit: q alimētorum uectoribus inſidiarent̃. Quod ſi parē Caliſti
pontificis & Mediolanenſis principis benignitati militū uirtus reſpondiſſet: facile ceſſiſſet Piccininus
uictoribus. Significantur Senēſibus ſponſalia atq; affinitas: quæ inter Alphonſum regem & Franci
ſcum Sfortiam Mediolanēſium Ducem conciliata eſt. Deſponſa nanq; eſt Hypolita Franciſci filia Al
phonſo principi Capuę & Ferinandi Ducis Calabriæ filio. Sed & Elionora ipſius Ferinādi filia nup
ſit Sfortiæ Mariæ Franciſci Sfortiæ. Inter hæc Aeneas Senēſis Præſulq; quē nup miſerat Cęſar Federi
cus Romam: atq; inde Senam paulo ante ueniſſet Senenſis reipublicę hortatu: ad Caliſtum pontifi
cem pficiſcit̃: ut qui cōſilio & gratia ualere putabat̃: efficeret ut belli moleſtia honeſtiore quadā ratio
ne tolleret̃: peteretq; etiam Alphōſum regem: ſi Caliſtus illius quoq; opam atq; auctoritatē adhiberi
uoluiſſet. Quanq̄ Regis amicitia tanti haberet̃: ut & Iacobus Guidictus tum Romā ad Pontificē pfe
ctus ſit: q deinde cū Rege: ſi forte Aeneas Præſul Romæ manſiſſet: motū omnē trāquillaret & ad res
Hetruſcas componēdas annuente Caliſto Regē ipſus exhortaret̃. Conuenere p idem ferme tēpus a
Mediolanēſi Duce atq; a Florentinis Legati Romā: mox Neapolim petituri: q enixe orarēt: ut extin
guerent̃ Hetruſci belli incēdia. Hic Nicodemus magna uir laude ac ſapientia q Ducis Legatus erat
ad comparandā Senenſibus pacē: tuendāq; eorū ſalutē: dū paret Principis iuſſibus: certe plurimum
cōtulit: ad eamq; rem cōficiendam tum apud Senēſes ipſos tum apud Pontificē diligētē opam adhi
buit: cupiens Senēſium ſaluti ocio dignitati q̄ maxime cōſulere. Iam hoſtis Caſtrū Leonis prorſus de
ſeruerat: atq; intra Vrbetellū ſeſe præmuniebat. Nō longe noſtrorū copiæ caſtramētabat̃. Torpebāt
hinc milites deſidia quadā: ac remiſſius hoſtē urgebāt. Ille quaſi daret̃ & graſſandi & puagandi facul
tas: excurrebat nōnūq̄ ī remotiora a caſtris loca: ita ut Pratam oppidulū p inſidias inuadētes diripue
rint: q tñ cōtinuo a diripientibus relictū eſt. At nō multo poſt Colūnā ſitu q̄ defenſorū multitudi
ne actiore cōmiſſo prœlio hoſtis ſuæ ditionis fecit: in prædā uertit: & atrocius ī oppidanos ſęuit: nec
Virginibus pepercit. Qui uero Vrbetellū milites occupātes ſacra & tēpla pphanaſſent: inuſitatā adiece
runt impietati ſeuitiā: quaſi cū externis ac Barbaris nationibus bella gererent̃. Vouit rex Alphon
ſus ad debellādos īmanes Turchos: q d̄ chriſtianiſſimū Principē decet: Regni uires & opam oēm cō
ferre. Interim de obſidēdo Vrbetello pſertim iubēte Pōtifice ſermo īter belli Duces uerſabat̃. Alius
aliud dū ſentiūt: & a noſtris militibus iuuat̃ hoſtis potius q̄ pmit̃: magna hyemis pars effluxit. Qui
añt ad Venetos p auxiliis poſtulādis acceſſiſſet Orator: optimū inclyti Impii animū retulit: reliquos
q necesſarii erāt: belli fauores nō exorauit. Hęc cū in hūc modū ſe haberēt: rediit Ioānes Bichus: q lō
giuſcula apud Florētinos legatione f unctus erat: refert florētinorū de pace ſentētiā: quę ſi forte nō cō
ficeret̃: ad Senēſiū ſtatū defendēdū: atq; expugnandū hoſtē florētinorū uires: atq; auxilium nō deeſſet
Tum Senēſes: q magno ſtudio Italicū fœdus & pacē ſartam cupiebāt: & uiolata nequiter a Piccinino
pacis iura nō ſine detrimēto expti eſſent: ne adueniēte Vere fierēt oīa deteriora: Oratores de itegro
ad ſūmū Pōtificē decernūt: mittūtq; initio Februarii mēſis Galganū Burgeſiū Iuriſcōſultū & Leonar
dū Bñuolētūq iubēte Pōtifice una cū Aenea Senēſi pſule & oibus Italicæ cōfęderationis Legatis p
rebus cōciliādis Alphōſū regē adeāt. Hi Caliſtū allocuti: habita mox īter oēs Oratores cōſultatione:
facile pſuaſerūt: ut ſe Neapolim ad Alphōſū cōferrēt: & de hetruſca pace cū illo agerēt: expoſtularēt
uehementius Piccinini iniurias: ſi remitterēt̃ q illius icepto iniuſte fauerēt. Qui & circa extremā hyemē
pfecti ſūt: executuri Pōtificis mādata. Sȝ initio kl'as Martii cū Auguſtino Burgeſius eques magnus
& libertatis & pacis defenſor. iiii. Prīceps ppl'i cū cēteris ſua diligētia atq; opa factioſorū īſolētiā cōpreſſit.
Poſt hæc uero reuertit̃ Chriſtophorus Gabrielus: q ſua uirtute atq; opa in Senēſis reip. amorē & prę
cipuā quādā charitatē Mediolanēſiū Ducem traduxiſſet: qppe uernacula quædam Senēſibus cū eo
pricipatu neceſſitudo extiterat. Nihil eī charū: nihil eī adeo antiquū ei Prīcipi eē uidebat̃ ſuo ipſius Du
cis frequēti teſtimonio & rerū cōiectura: q̄ pdeſſe Senēſib9: iuuare atq; āplificare eius reip. decus. Ve
nit igit̃ ī Senatū Chriſtophorus: q pricipē ipm multotiēs fuerat allocutus: & crebro uocē illius hauſe
rat: pcipuū ſtudiū ac bñficā erga Senēſē ppl'm uolūtatē: atq; ad eius tutelā aīūȝ Ducis benigne affectū
cognouerat: His ipſis de reb9 p ſuggeſto accurate & cōpoſite Chriſtophorus locutus ē: tū Ducis uer
bis plurimū ad pacē cohortat̃: tāq̄ ad bonorū oīuȝ ſeminariū: deterret a bello q̄ſi ab unico cladis: atq;
excidii fomite: pfert militū mores: quos operi nō ſine rerū iactura belli tēporibus neceſſe ē: ſui ipſius
allato exēplo: q quanq̄ oēm in rebus bellicis priorē conſumpſiſſet ætatē: nunq̄ tñ ſatis māſuefeciſſet
militum dura ingenia: ſubinde conducere: ſiquis caueat: ut in eorū manus incideretur: tutiſſimā eſſe
uiam pacis: ſi modo cū dignitate Senenſis reipublicæ conciliari poſſet: ratum ſe pacem præſtare cun

ctis rebus/crebris cũ Caliſto pontifice & cũ Alphõſo rege egiſſe litteris/atq; Oratoribus:ut ea hone-
ſtis conditionibus iungeretur:deferre rurſum & Oratorum interuentum: & operam omnem ad eam
rem ipſam ex ſententia conficiendam:modo Senẽſium utilitati proſpiceretur & nomini. Quod ſi quo
euentu belli tempora proſequantur/longe inferiora extitiſſe:quæ hactenus pro Senenſibus geſſerit:
multo maiora illis polliceri:ita ut liberos & prĩcipatus ſui gloriã/pro Senẽſi ſtatu/hoſtibus oppoſitu-
rus eſſet. Atq; hæc quidẽ a Mediolanẽſi Duce bene ĩ Senatu Chriſtophorus retulit:per quã pene tem
peſtatem & anni ſexti & quinquageſimi initium/inſtituto ac iuſſu Caliſti pontificis/uiri quidam reli-
gione doctrinaq; probatiſſimi/ac fidei ſtudio flagrantes Chriſtianos populos & catholicas nationes
aduerſus immanem Turchorum Tyrannum Maumettum aſſiduis concionibus inflammabant.
Senenſes ſortitus eſt Ioannes genere Neapolitanus/ordine prædicator:cuius ſapientiſſima exhorta-
tione Senenſis populus ad uirtutem facilis/& ſua ſponte diuini cultus admodum ſtudioſus ad ſum-
mæ deuotionis ardorem incenſus eſt. Frequentia quadam/& mira ciuium multitudo ad illum conue
niebant:modo apud maiorem baſilicam:modo ante publicas ædes in conſenſu Magiſtratuum concio
nantem. Tum tridui ieiunium indictum eſt:quędam freta piacula/ſolemnia/ſacrificia/& ſupplicatio
nes adhibitæ:ſed quales antea nunquam. Signũ purpureum/& crucis imaginem ſequebantur pri-
mum:qui amicti ſacco/& nudati pedes ſcapulas poenitendo flagellarent:qui omnes uelati capita/bi
ni incederent:atq; eorum uarias cohortes diuerſa pro ritu ſacrarum imaginum diſtinguebant ſigna:
deinde procedebant dealbatorum agmina. Hæc erant milia infantum & puerorum/incorruptarum
mulierum/ac uirginum. Omnium par ornatus/& candida ueſtis. Capita obuoluta flameo/& redimi-
ta oliua fronde:rami paciferi in manibus:omnium una uox canticis & lachrymis pacem & ueniam
comprecabatur:numerus admirabilis erat utriuſq; ſexus Virginum:ordo longe admirabilior. Tum
accedebant religioſorum & coenobitarum longiſſimus comitatus:patres/ac Sacerdotes/& ciuitatis
Clerus uniuerſus pari congreſſu ſanctum Virginis delubrum præcedebãt:quod ſub uirido papilio-
ne & ſerico umbraculo auguſto quodam apparatu geſtabatur. Tum conſequebantur urbis Magiſtra
tus/pene ciuium numeroſa multitudo:extremo loco mulierum turba/ambientes pleraq; urbis loca
ſacris perſolutis/& concione ad populum habita. Et mane quidem uulgo hæc agebantur:poſt meri-
diano quoque tempore magnus erat dealbatorum diſcurſus:ac centuriatim ſolemni comprecatione
luſtrabant religioſiſſima queq; Fana:atque auguſtiora templa. Vt autem pietatis cumulus complere
tur:Ioanne ipſo rogante:aliæ de integro aduerſum flagitioſos leges conditæ ſunt:de ſacrilegio & ne
fando ſtupro cautum aſperius. Quibus omnibus iam peractis:alio Ioannes iter contendit. Interea ni
hil ĩ caſtris cõmemoratione dignum gerebatur. De exercitu:deq; Piccinino hoſte nihil afferebatur no
ui:utrinq; agebatur ſegnius. Annuente Caliſto Pontifice aſſerentibus qui Italicum foedus tuerẽtur s
eunt Legati Senenſes Neapolim:cumq; his & qui pro Florẽtinis tum Romæ degebat. Hos ſubſequi-
tur Ioannes Solerius/ſummi Pontificis Orator. Adeunt hi Regem. Senenſes imprimis conciliant ſi-
bi illius animũ:amice de Pontificis in Regem uoluntate colloquntur:ſuadẽt Hetruriæ pacem:ſubla
ta primũ ſimultate:quæ eſſe inter Pontificem & Regem ferebatur. Alphonſus oſtendẽs Italicę ſe ſtu-
dioſum quietis:ad res componendas remittit ad Caliſtum Ioannem Solerium:Leonardum Beneuo-
lentum:& Florentinũ cũ his Oratorem:quibus Caliſtũ Pontificem allocutis:tanta ſubito inter illum
& Regem extitit charitas:ut remiſſis Ioanne Solerio/ac Leonardo Beneuolẽto:Neapolim oĩa quę de
pace futura eſſent:in Alphõſum benigne Caliſtus reiecerit. Plumbinũ Senẽſis Oratoris ad id Romæ
ualuit auctoritas:nec minus apud Regẽ oẽs:q tum ꝓ Senẽſibus ad Regem Legati erãt. Omniũ ma-
xime Præſul Aeneas auctoritate & gratia cæteros antecellẽs. Hic imprimis Regis animum compulit:
ut pro pace cõponẽda/diligẽtius cõtenderet. Nam qui ꝓbitate/cõſilio/eloquẽtia Reges complures:
Tranſalpinas ꝑ multas ciuitates/atq; exteras nationes ad cõcordiã ſæpe flexiſſet:q res ſalutares & prę
claras admodum ꝓ catholicæ fidei firmitate geſſiſſet. Quo uno auctore ad maxima quæq; obeunda:
& ad tuendũ Romanũ imperiũ Cæſar Federicus uteret̃. Alphõſo Regi clariſſimo Aeneas apprime
charus erat. Huius cõſilio facile Rex magnus aſſentiebat̃:libẽter auſcultabat uolũtati. Cũ igit̃ crebri
Alphõſo de rebus Italiæ/atq; Hetruſcis perturbationibus/cũ Senẽſium Legatis ſermones extitiſſent:
ad pacis cõcordiam firmandã animũ Rex contulit:cupiens iam Italicos motus ſedare:depellere Pic-
cininũ ab iniuria:cõſulere Senenſibus:quorum magnipẽderet amicitiam/atq; ſocietatem. Omnibus
igitur accuratius conſultatis:ea percuſſit pacis foedera Alphõſus:ut occupata omnia a Piccinino:Se-
nenſibus reſtituerentur:Actuoli arx:quã Piccinino Oldroandinus penlianẽſis dono accepiſſet:ſuſci-
peret Caliſtus põtifex mox reddẽdã Senẽſibus:relinquat Piccininus Hetruriã:& ſe ĩ Regnũ cõferat:
recipiat ad tuendũ exercitũ qnquaginta aureum milia ab Italici fęderis Principibus. Ex his ſua ſpõte
Alphõſus firmandæ pacis ſtudio .x.M. pollicitus eſt:reliqua ĩ arbitrium Caliſti põtificis ꝑmiſit. Hæc
igitur oĩa ab Alphõſo rege/Oratore Põtificis/& Senẽſibus Legatis conſtituta:iuſſus a Rege proba-
uit:atq; accepit Piccininus. Rex aũt cõpoſitis rebus ualde lętatus ẽ:qd̃ & Italię tranqllitas ſibi cordi eẽ
& liberior porro perſoluendi uoti/atque inſequendi teterrimi Maumetti oblata facultas uideretur.
Neapolis tota plauſit:habita de pacis laudibus oratio eſt:Luxerunt omnia magnis ignibus:ſolemnes
exactæ ſupplicationes:ludicra certamina facta ſunt:maximo Regis nitore:purpuratorum & po-

puli lætitia. Legatos uero omnes: qui ad ſe uenerant: ac præcipue Senenſes: & quotidianis ſumptibus: & qualis Regem munificentiſſimum decet: excepit Alphonſus Magnificentia. Atq; illud benigne adiecit: nihil ſibi parto Neapolitano regno/noua cōfirmatione pacis/omnino contigiſſe iucundius. Deinde Caliſtus Pontifex: qui Senēſium & Hetruriæ tranquillitati cunctis uiribus intendiſſet: & ſua ꝓudētia atq; opa pacem peperiſſet: facta ab Alphonſo rege omnia comprobauit: & lętatus rerum concordia/nō modo ipſe ſummā uoluptatem cœpit: ſed etiam patrum/& populi Romani feſtiuitatem adiecit. Debere eccleſiam Piccinino .xx. M. aureum decreuit: totidem in Senēſeʒ rempublicam reiecit .xl. ad eam rem dicti ſunt dies. Senenſes autem gauiſi/diuturnis malis & bellorū moleſtiis finē tandē fuiſſe conſtitutū: liberatam inſidiantium conſiliis/tam præclaram ſuæ reipublicæ libertatē: quæ antea uexanda/lacerandaq; multoꝶ libidini propoſita uidebaſ: agentes Caliſto gratiam: qui rerum omniū auctor extiterat: rata habuerunt omnia: quæ ineundis pacis fœderibus a Rege cōfecta erāt. De perſoluēda pecunia Pontificis uoluntati parent. Extulerūt oēs Caliſti nomē: Alphonſi regis operā comprobarūt: laudauere oēs mirificam Mediolanenſis Ducis beneficentiam. Horum nāq; Principum præcipua uirtus ad conciliandū pacis bonū/in ore oīuʒ uerſabaſ: gaudio & magnō populi plauſu & ciuitatis ſumma lętitia/rem ipſam Senēſes Alphonſum regem imitati uno omniū bonorū conſenſu ꝓſecuti ſūt. Perſolutæ īmortali Principi grates: ſupplicationes adhibitę. Cū ſtatuerēt ciues ſapiētes æterni cōditoris/& glorioſiſſimæ Virginis ꝓuidentia/ſalutē eius ciuitatis fuiſſe ſeruatam. Per hoc tempus admirabilis Cometa fulgebat: quę ſtella aſcendēs cum Tauri ſigno ſub polo Arctico aliqua ex parte declinabat in Solis ortum. Iubar aſpergebat/inter Auſtralem/atq; Orientalē plagam: ac cœlum cū Geminis diſtinguebat. Hęc cum pleriſq; aut magnę cladis/aut euertendaꝶ rerum prętuncia ſit: plurimum perterefecit aſpectantium animos: præſertim uero cum aliæ porro ſubſecute cincinnatæ ac uariæ ꝑ complures menſes ī cœlo micantes magnū atq; inſolens aliquid portendere exiſtimarētur. Inſtabant iam kalē. Quintiles/& Chriſtophorus Gabrielus iterum populi Princeps Magiſtratum ingreditur. Huius administratione freta ciuitas ſpem magnā cœpit renouandæ ueteris diſciplinæ: atq; illuſtrandæ reipublicæ dignitatis. Atq; oportune illius uiri ſortem ad ubeundum id munus optantibus pleriſq;/& precantibus obtulit: quē ſcirent conſilio & ſingulari uigere animi magnitudine. Hūc omēs maxime idoneum arbitrabātur ad ciuitatis ſtatum/pacemq; firmādam. Is primū ꝑ uetere ciuitatis more delegit collegiis ſuffragātibus nouem uiros cōdēdis legibus ad tuendam reipublicæ dignitatē: ſeruādamq; uirtutis diſciplinā. Ad id delecti ſunt ciues: qui recte cōſulere reipublicę exiſtimarētur. Fuere hi Petrus Biringuccius: Frāciſcus Aringherius: Auguſtinus Burgeſius Equites: Barthulus noſtræ memoriæ fere Medicoꝶ Princeps: Ioānes Bichus: Ioānes Marunoccius: Antonius Balnearias: Frāciſcus Luctus: Neroccius Gregorii filius. Hi de conſulēdo ciuitati ſæpius conueniebant. Abeunt Mediolanēſis Ducis copię. Magna habetur his gratia de ſenēſi republica optime merētibus. Nicodemus a Senēſibus ciuitate donatur/& cratere inſuper argēteo & ſcipho: ius quoq; ciuitati poſteritati eius tributum eſt. Iam dies quadrageſimus effluxerat: fuerat Piccinino pecunia ꝑſoluta. Queſitus is frequentius Vrbetellum reſtituere cunctabatur. Prætexebat non ſatis probabiles cauſas. Senēſes admirabantur. Piccininus autem ne in omnibus ageret pertinacius: Columnam reddit in Senēſium poteſtatem. At rex Alphonſus cupidus ſeruādæ pacis/ac fœderis: imperat Piccinino: ut reſtituto Vrbetello Senenſibus/ſe in Regnuʒ transferat: quo tempore & Oldroandinus ab Alphonſo rege iuſſus/Acutuli arcem tradidit in Caliſti pontificis manū. Rex Alphonſus ꝑ hoc tempus grauiora interminatus Piccinino imperauit: ut pacis conditiones ſeruaret: & reſtitueret Vrbetellum Senenſibus: atq; cum omni exercitu in regnū proficiſceretur: miſſis etiam ad id triremibus: ne quam confingeret ulterius cunctationis ſuæ cauſam: qui metuens Regis indignationem/illius tandem iuſſibus paruit: & in Senēſium poteſtatem oppidū reſtituit circa medium Septembris. Principio deinde Octobris rediens ab Inſubribus Matthęus Malferitus Alphonſi regis Orator .xxx. uiros ſalutauit. Abrogantur ueteres ſortes: atq; exuruntur omnes. Poſt .xxx. uiri adiecto & qui tum præſidebat Magiſtratu: & ad l.xxxx. ciuium numero populi ſuffragiis una cum his urnas reficiunt. Magiſtratuum omnium/ac ciuilium numerum. Et qui aut intra urbem: aut in agro publicis negociis præfuturi eſſent: ſuffragiis decernunt. Regnum per hoc tempus: quod aliquandiu a bellis tutum fuerat: ita terremotu uaſtatum eſt: ut ſupra hominum .M. in Regno: in Apulia: & Calabria: & in ora Brutiorum perierint & urbes: atq; oppida corruerint. Pluraq; cum his ingentia Neapolis ædificia/ac templa terra ſæpius erintde mota eſt: & quaſſata antea nutantia tecta conciderunt. Paucis poſt diebus Aeneas Senenſis Epiſcopus/petente maxime Auguſto Federico: ſuadente Alphonſo rege: hortantibus Senenſibus: præſbiter Cardinalis a Caliſto pontifice creatus eſt: & Sanctæ Sabinæ illi delatus titulus. Hunc ſummis quiſque honoribus dignum ſtatuebant omnes: & eam ſibi dignitatem & Itali/& Tranſalpini optabant: quippe qui nobili Piccolominorum genere ortus/ſummum uirtutis faſtigium/et magnam doctrinæ/ac ſapientiæ laudem aſſecutus erat: qui non ipſe modo ad Eccleſiæ ſeruandam dignitatem atq; illuſtrandum decus/ſuam omnem/atq; ætatem contulit. Sed unus maxime pleraſq; Chriſtianas nationes/& magnos Principes ſua uirtute/conſilio/& labore: ut Eccleſiam optime tuerentur: effecit. Senenſes uigilanti ſtudio inſtituendæ ciuitati incumbunt: atque ut facilius confirment Reipublicæ

ſtatum:qui pridē.xxx.uiros creauerant.Deinde ad deferenda ſuffragia una cum magno Magiſtratu et.xxx.uiris.xc.adiecerant ciues.Rurſum quinq; & lxx.adiungunt:ut eſſent omnes.cxxviiii.quibus ſumma pene eſſet Senenſium rerum omnium poteſtas.His maioris poteſtatis nomē inditum eſt:cui acceſſuri eſſent:qui deinceps per tempora præſiderent. Per hoc ferme tempus Picininus cum apud Brutios cum ſuo foret exercitu:conatus eſt paucis militum turmis Aeſculum in piceno agro occupare. Reſtitit Caliſti Romani pontificis ſumma prouidētia:qui inuaſerant cœpto irrito diſceſſere. Inſtabat ſalutatæ ab Angelo Virginis præclarum ſolemne:cum incarnati uerbi ſalutare cōmemoratum myſterium celebratur:per quem eam læuiſſimam diem cum apud ſacram Virginis ædem promote ſacratum reliquiarum educuntur ſpectacula Senenſi populo:qui frequētiſſimus aderat Caliſti pontificis magnæ indulgentiæ largitas nunciata eſt:ut cōſtitutis temporibus reuelaretur uetuſtum & ſacroſanctum Virginis ſignū:quod in maioris baſilicæ anguſto ſacello conditur:& canentium choro:& omnis Muſici organi modulis perſonantibus:glorioſæ Virginis adoretur imago magnāq; omnes qui pie adeſſent:quot uicibus expiationem & delictorum uenias aſſequerentur:id mihi publice delatum eſt:atq; exinde magna exarſit id delubrum populi deuotio:cū anni ſeptimi & quinquageſimi initium uerteretur:& uigili cura Senenſes ad firmandum reipublicæ ſtatum intenti eſſent.

¶ Expliciunt Fragmenta Tertii Libri & ultimi Senenſium hiſtoriarum.

¶ Nobilis Hiſtorici Auguſtini Dathi Senenſis geſtarum rerum ab Apianenſibus Plumbini Dominis breuis annotatio petente Franciſco Cardinale Senenſi:ut patet literis infraſcriptis.

AVguſtinus Dathus Franciſco Cardinali Senenſi.S.P.D. Sit mea prorſus inexcuſabilis culpa & īdignus uenia crimen:ſi uel ſponte uel uoluntate deliquerim. Verum noxam aut leuē aut nullā neceſſitas facit:quæ ita potens eſt:ut cuncta ſint illi obnoxia.Quam prouinciolam demandaſti:curaui omni ſtudio celeriter nauare. Iam non epiſtolam:ſed libellum confecerā.Per kal.Nouembres quum triſtis Pientia de fratris filiis lethali morbo correptis allatus eſt nuncius:nequam apparitor:cui complicatas chartas & tas collectanea q̄ contextam hiſtoriam crediderat Senam regrediens miſero mihi imprudens homuntio perdidit:quod tam & ſi puſillum erat:ad id tamen pene amiſſum compulit:quod.P.Terētius perpeſſus fertur ſenio & quadam ueluti deſperatione perditus alias res agebam.Diu laboris pertæſum eſt:nec ad eam rem quam accuratiore parauera ſtudio:de integro animus operam ue poteram referre.At contra tua pulſante animū auctoritate (ſponte fatebor) difficulter atq; ægre admodum reficere tentaui:quod antea quidem tam diligenter q̄ libenter perfectum erat:nunc tandem non niſi laborioſiſſime literatum:præſertim non ſatis ſuppetentibus:unde hæc fuerant mutuanda. Sed hoc qualecunq; eſt:prius copioſius & induſtria maiore elaboratū:nunc ut ſiccius breuiuſq;:ita & inconcinnius redintegratum accipe ſumme pater:cui te non tam lectore q̄ cenſore opus eſt.Rem pernoſce:ſortem miſerare:animū metire meū:& ut caſum perpetua deleat oblitio:alia præterea impera:ut quæ forte perperā ceſſerunt:uetera melioribus aggreſſus auſpiciis nouis ualeam penſitare obſequiis. Vale.

FRanciſcus Cardinalis Senenſis Auguſtino Datho.S.Nulla nobiſcum tibi opus eſt excuſatione doctiſſime Auguſtine:qui humanitatē tuam īnatam erga omnes & in nos ſummā obſeruantiam atq; charitatem iampridem experti ſumus:neq; unquā ſero factum eſſe putamus:quod benefactū eſt.Non enim quiſquam prudens q̄ propere:ſed q̄ bene quid actum ſit:ſolet perquirere.Cōmentarium tuum rerum Plumbinenſium:quā rem tibi ſupiori æſtate demandauimus:nuper accepimus:eloquentia doctrina exacta rerum perueſtigatione & uera dilucida diſtinctaq; geſtorū explicatione ornatum.Satiſfeciſti certe deſiderio noſtro:noſtræq; de te ſpei abundantiſſime:neq; eſt:quod morā excuſes:quando ea nihil attulit incōmodi. Vnde gratias tibi agimus peringentes pro tua in nos optima promptaq; uoluntate. Apianenſes autem noſtri īmortales debent:quos tuis monumētis īmortales reddidiſti.Cæterū moleſtia:qua ignaui tabellarii iactura affictus fuiſti:nos etiam tua cauſa urget.Scimus.n.q̄ durum ſit fruſtra tot lucubrationibus inſudaſſe:& quod fœliciter ſemel prouenit:ſæpe eadem fœlicitate iterari nō poteſt.Non tibi tamen ita nūc uſu uenit:qui omnia quaſi e promptuaria cella e tua profundiſſima memoria deprompſiſti:ita ut huic rei per ætatem inſudaſſe uidearis.Venit igitur tuū opuſculū opportuno tempore:ita ut a nobis iucundiſſimo uultu ſuſceptū ſit.Bene uale:& nos ama:ut facis.

¶ Incipit Plumbinenſis Hiſtoria.

PRODVNT VETERES SAPIENTES: ET Scite ac firmiter affeuerant: id quod fert natura: docet ratio: magiſtra rerum monſtrat experientia: & innumera quoque exempla declarant iiſdem tum cauſis fieri aliquid: tum etiã cõtineri. Quod nõ ſolũ iis in rebus uerũ eſſe comperimus: quæ natura procreatæ ſunt: uerum etiam: quæ hominum conſilio ac ratione geruntur. Ac tam &ſi nihil eſt humanis in rebus: quod non aliquando oriatur: & tandem aliquando etiam conſeneſcat: alia tamen alia ratione diutius perennãt: ac ueluti incorruptiora ſeruantur. Regna ac principatus ſic ſe habent: ut conſilio induſtria aſſidua meditatione atque acri ſtudio longo maneant æuo: & diuturnioribus ſæculis pſeuerent. Sunt qui ſuis ſe uiribus tueri poſſint: pleriq abſq alterius pręſidio uix ſatis habẽt firmitatis: quin plane periculo pateant: ni ſocia ope foueantur. Cęteris miſſis: nũc Plumbinũ noſtra uertat oratio: qd̃ qdẽ in Hetruſca regione ſane nõ incelebre oppidũ ẽ: & & ubi in optimos duces incidit: non ſolum ad Hetruriæ: ſed etiã ad totius Italiæ ociũ: atq tranqllitatẽ magnũ cõtulit adiumentũ. Situ ipſo munitũ: & tã loci ingenio q̃ manu & muro terra mariq pópportunũ: ſed tantiſp icolume uiget: dũ Seneſiũ ſtudio fide ſocietate fretũ eſt. Nã hi pcipue paci ſemp cõſuluerunt: & Plumbinẽſem ſtatũ ſũma ope tutati ſunt: rati eius firmitatẽ plurimũ ad Senẽſem remp. ptinere: & aduerſari populorũ geri ambitioſiora ſtudia. Vetuſta tẽpora & ipſa plũbinẽſis ſtatus icunabula argumẽto ſunt. In extrema Hetruria poſitũ Plũbinũ ẽ: ac ueluti in quodã maris & cõtinẽtis meditullio. Adiacẽt inde Lygures & Genuenſes: illinc florẽtini: hinc modico iteruallo Senẽſes: ppiſſime aũt Piſani abſunt. Horũ antehac impio ſubiacebat: dũ Piſę ſteterũt. Sꝫ cũ inde ad ſeditionẽ ad diſcordiaſ: mox ẽt ad tyrãnidẽ uentũ ẽ: piſanũ lumẽ extinctũ eſt: & una cũ libertate præpotẽtis ciuitatis opes florẽtiſſimæ corruerũt. Inciderũt in manũ Ioãnis Agnelli res piſanæ: quẽ ſecutus Petrus: cui Cambecurtę erat cognomentũ: & ipſe quoque dominatu eam urbem occupauit: uir alioquin nobilis: ſed certe triſtiore ingenio: ambitione maiore. Huius temporibus claruit Iacobus Apianenſis ita ab Apiano ſumpto agnomine pago in Piſana ora etiam celebri. Hic Apianenſi generi clarus dedit exordium: ac dominante Petro ſumma laude & auctoritate floruit: non aſpernatus tamen Scribæ munus. Cœperunt exinde Petrus & Iacobus diſſidere: interq eos grauiores ortæ inimicitiæ ſunt: quæ res piſanam labefactauit Rempublicã: & cladem libertatis extremam peperit: quippe Piſanis in ea ſeditione aliis Florentinis: aliis Mediolanenſi principi adhærentibus: qui cum Senenſes fide & amicitia iungebantur. Qui tum Mediolani imperabat: ſiue a loco: cuius titulis clarebat: ſeu ob egregiam uitæ laudem uirtutis comes cognominatus Piſas in ditionem ſuam recepit: Iacobo autem Apianenſi ei: qui primus appellatus fit: Plumbinum emancipatur: ac tum cœpit ſumma plumbinenſium concordia atque conſenſu oppidum regere illuſtre Apianenſe genus. Erat Plumbini ager munitus non proximo ſolum & contiguo Tyrrheno mari: ſed caſtellis etiam tutior. Buriano: Scarlino: Subereto: & imprimis inſula Ilua: quam ferri fodinę plurimum & feracem & celebrem faciunt. Hic Iacobus primus Apianenſis & gubernandi peritia: & ſeruanda æquitate ita ſe geſſit: ut una omniũ uoce eo principatu dignus exiſtimaretur. Præfuit autem magna cum laude Plumbino annos complures fretus Mediolanenſis Ducis præſidio: ſed nõ minus Senenſium ſtudio: qui & magna apud illum ualebãt gratia: & ad plumbini tutelam iuſtis cauſis concitabantur: accedente inſuper affinitatis neceſſitudine: mutua utrinq gratia uehementius conflagrauit. Quod priore uxore deſiderata: ex qua Vannem (ita enim pro Ioanne prioribus detritis litteris nõnunquam uulgus uſurpat) Gerardum & uicecomitem a Mediolanenſibus Ducibus traducto nomine genuiſſet: porro alteram duxit: quam & Senenſis tulit patria: & Ilicia antiqua & clara progenies: ex hac Emmanuelem habuit filium. Mox Gerardus ex uxore Paula: quæ antiquiſſimo Columnæ genere orta eſt: tum ſorore Martini pontificis Maximi & ipſa liberos genuit Iacobum .ii. uiolantem: q̃ poſtmodũ nupſit Camerini Regulo: pterea Catherinã: q̃ Raynaldo Vrſino. At uero Emmanuel Iacobi primi filius genuit Iacobũ .iii. Hic uero eum: q nũc præeſt Iacobũ .iiii. grandiorẽ: Gerardũq minorẽ natu. Ex Appianenſi aũt genere: q ſucceſſione quadã tam &ſi nõnũq interpellata præfuerũt: hoc ordine ſeries necti ẽ: Iacobus primus: de quo paulo ante diximus: plũbini dominatũ primus adeptus ẽ. Huic ſucceſſit Gerardus filius: Gerardo Iacobus .ii. huic Emmanuel: Emmãueli Iacobus .iii. nũc illi Iacobus .iiii.. Ac tã &ſi uiſi ſũt Florẽtini aliqñ fauere plũbinenſi pricipatui: tũ abalienatus ẽ Iacobus .ii. ab eorũ tutela cõſilio atq ſuaſu (ut pleriq arbitrãt) Martini põtificis Maximi: qd̃ nõ ſatis tutũ cẽſeret plũbinũ: qd̃ quõdã piſani iuris fuerat eorũ fidei credere: q piſanã occupauiſſent remp. Ac p id tẽpus Martinus põtifex florẽtinis bellũ itulit: inito cũ ſenẽſibus fędere: quorũ habebat plane pſpectã fidẽ: & ſciebat plurimũ itereſſe manere icolumẽ plũbinẽſem ſtatũ: cui una fuit ſors cũ Senẽſi rep. & cõmunis utriuſq fortũa cõditio. Nec multo poſt tẽpore Senã uenit Iacobus .ii. & uetuſtę neceſſitudinis præſtandæ: & Romanorũ Regis Sigiſmundi ſalutandi gratia: q cum paulo ante in Ita-

liam ueniſſet: Senam diuerterat. Demum tranquillatis rebus: & confecta pace: nunquã a Senenſium uoluntate Iacobus & Paula deſciuerunt: ſed & utriq; cum Florẽtinis concordiam & pacem coierunt. Omnia pacata uidebantur: ſed ut pleraq; omnia inſtabilia humana ſunt: & nunquam deſunt: qui cõmunem labefactare quietem moliantur: Baltatius quiſpiam ex Florentino oriundus agro Angiarias uir & gerendi belli cupidus: & nouarum ſtudioſus rerum cum pedeſtribus: atq; etiam nõnullis: quibus præfectus erat equeſtribus copiis: annis ſalutaribus. M.cccc xl. circiter diem .iiii. kalen. Sextilium a lacu Traſimeno ꝓfectus clandeſtino itinere: ac celeri greſſu p extremos Senẽſium fines: non longe a Gaurano: ac Maſſa urbe: irruit in plumbinenſem: Et nemine eiuſmodi aliquid cogitante: Suberetum inuaſit: incautos oppidanos oppreſſit: diripuit omnia: & ĩ prędã uertit. Ea haud minus aureum o[?]auũ fuit. Oppidum præſidio Baltatius muniit: tenuitq; menſes circiter ſeptem: magna cum accolarum & uicinorum populorum formidine: infeſtam habuit regionem: ſed nec deſtitit Iacobum & Paulam: qui plumbino præerant: bello laceſſere: maiora fortitan moliturus: ni fortuna: quæ bellicis rebus maxime dominat̃: cogitata peremiſſet. Pleriq;: qui omnia diligentius penſitarent: arbitrati ſunt haud ignarum earũ rerum: cum fuiſſe Nicolaum picininum: magnũ belli Ducem: q per eam tempeſtatem: numeroſo fretus exercitu Anglarium Florentinorũ oppidum obſidebat: unde ab eccleſiaſtico & Florẽtino milite depulſus eſt: rebus improſpere geſtis: & fuſus omnis: ac fugatus exercitus. Ferunt eam Picinini cladem ægre admodũ tuliſſe Baltarium: cui pleraq; cõmunia forent cum Picinino conſilia. Nec ob id tamen auertit Subereto Baltarius animum: quin potius: ita obſirmarit: ut eodem uxorem quoq; Helenam acceſſierit: claram fama mulierem: ætate integram: uirtute inſignem: cuius ille ingenti amore conflagrabat. Adhuc graſſante Baltario: nec dum bello deſito: Iacobus Apianenſis cuius uxor ex nobiliſſimo Fliſcorũ genere ꝓfecta: naturæ cæteris muneribus clara: ſi nõ infœcunda eſſet: quod in muliere maxime odioſum haberi conſueuit: nulla relicta ꝓle humanis rebus exceſſerat: & ipſe quoq; naturæ conceſſit: ſiue (ut uulgo ferebat̃) lethifero poculo enectus: ſiue ſenio quodam: ac mœrore uictus: ſeu quaui morbi abſumptus. Nec multo poſt tẽpore ceſſit Subereto Baltatius: auctoribus præcipue Senenſibus: cum a Paula Columnenſi grandiorem pecuniaſ accepiſſet: dantibus etiam ad id opam florentinis: & ocio conſulentibus. Profectus aũt inde Baltatius in Flaminiam iter conuertit. Et eo equeſtres ac pedeſtres copias traduxit. Plumbinum Paula regebat: eiq; ea Raynaldus Vrſinus: illius gener. Erat autẽ p id temporis Emmanuelis: quem paulo ante memorauimus: ſane fama obſcurior: quippe in Siculo regno cis pharum priuatus: ad Troiam uerſabatur: & ducta uxore tenui admodum re familiari: & exiguo (ut ferebat̃) agello contentus erat. Curauerat enim Paula meruẽs iampridem filio ab illo inſidias: ut Emmanuel longius Plumbino faceſſeret: qui primũ Florentiam: mox Senam tenuit: poſt uero quaſi profugus: cum aliquandiu peruagatus eſſet: tandem ſeſe ad Sfortiam contulit: clarum p eam tempeſtatem belli ducem: qui tum ĩ regno Ioannæ Reginæ .ii. Legionibus præerat. Proximo exinde poſt Subereti motus anno accito Emmanuele: rurſum Baltatius auxiliantibus Florentinis: & omnibus eorũ coactis in unum copiis: quibus Petrus Ioannes paulus Impator præerat: pſequentibus & Nicolao Piſano: & ſimul iuncti omnes: irruptione facta: Plumbinũ repente adorti ſunt: & hoſtili inuaſere impetu: rati nihil difficile futurũ: ut & Plumbinum caperent: & Emmãuelẽ haud dubie oppido ꝓficerent. Vana eos ſpes Emmanuelẽ luſit: quippe Plumbinenſes paulo ante Baltarianis inſidiis fatigati: & dubiis rebus multa metuentes: reſiſtendum q̃ cedendum ſatius duxerunt. Quamobrem qui raptim ad oppidum oppugnandum irruerant: & propiſſime Plumbini portas: copias admouerant: celeri tranſgreſſu: in Piſanum regreſſi ſunt. Cœpit alia cogitare Emmãuel: & uoti impos: primum ſe in Ciſalpinam Galliam: ad gratulãdum Franciſco Sfortiæ: cuius ope: ac uetere amicitia maxime fretus erat: inde ad priuatos lares Troianos retulit. At Baltatius ſe in agrum Miniatenſem recepit cum ſuorum manu: quam uniuerſam coegit: quam & nouo milite augebat indies. Sequebantur eum extorres nõnulli: ac tranſfugę: & qui præſentium rerum ſtatu minime contenti eſſent: & qui peroſi uitæ tranquillitatem: bellorum motus uel cierent: uel cupidius expectarent. Ex Piſtorienſi complures agro confluebant: quos ſeditio & inteſtina contentio exegiſſet. Damna quotidie a Baltarianis ꝑmulta inferebantur. Promiſcue omnibus nocebatur. Erat cunctis finitimis formido: ac terror iniectus. Iam præceps æſtas effluxerat: & inſtantibus kalẽ. Septembribus: annis ſalutaribus ſupra. M.cccc xli. Florentiæ Equeſtri ordine: & magna uir laude & clariore animo Bartholomęus Orlandinus perinde ac populi princeps Magiſtratum ingreſſus eſt: quem habent Florentini maximum: ac Iuſtitiæ Signiferum uocant. Huius conſilio ac iuſſu continuo datæ ſunt ad Baltatium literæ: quibus ille Florentiam: iuſtis de cauſis accerſeretur. Paruit ille impigre: & paucis iter eius comitantibus: ea mente Florentiam ꝓfectus eſt: ut e ueſtigio caſtra repeteret. Curiam aũt ĩgreſſus: Signiferi iuſſu ab apparitoribus captus Baltatius: cõfoſſus uulneribus: & e feneſtris præceps datus: tandẽ ſecuri ꝑcuſſus ẽ: Mercurii luce. viii. Idus Septẽbres. Interfecti Baltatii alii: aliam cauſam afferebãt. Sed ſiue ut tutos ſe Florẽtini pręſtarent ab eiuſmodi ꝑturbatoribus: q forte Florẽtinorum paci inſidiarentur: & ſe illorũ damno iniuria ue locupletare pro nihilo putarent. Quod haud diſſimile uero uideri poterat: acriter inter ſe diſſidentibus Piſtorienſibus: ſiue quod Orlandinæ genti

non abſq; ratione odioſum erat·imprimis Baltarii nomen:ſiue ut uiderentur ulciſci Florentini impu
dentiorem·hominis conatū:quaſi præter eorum mentem:Plumbinū auſus fuiſſet inuadere:ſeu de
niq; ut mos Senēſibus gereref:q tum optime cū Florentinis ſentirēt: & multa de conſpiratione Bal
tarii p Legatos ſuos expoſtularent:dedit hic ocii uiolator pœnas Florētinis pluribus comprobanti
bus:atq; nōnullis etiam obluctātibus. Quod illis ppoſita qes eſſet:his uero nō Emmāuelis ratio:ſed
ſpes quædā ambitioſior:ac futuræ acceſſionis cupiditas. Et qdē Baltarii uires ī hūc modū confractæ
ceciderē. Atq hic plerūq; interitus:hic cōmunis eſt eoꝝ exitus:q maiora ſuis uiribus auſint:nec tam
rationi parent:q̃ pernicioſiſſimis Dominis ambitioni & appetitui ſeruiant. Orbata uiro Helena:ne
quid ſibi muliebris deeſſet laudis:perſolutis parentalibus·cū pp formam·ac pulchritudinem:pp opu
lentiā·ac diuinaꝝ ubertates:ſed multo magis ob uirtutis decus a multis·& qdē ſumma āplitudine ui
tis·in coniugiū petereſ:prorſus nuptias & coniugalia uota aſpernata:totam ſeſe ad religionē cōuer
tit:ac compluſculis ſociata Virginibus: & ſacris initiata in florentina urbe:atq; in ſuis penatibus·pri
ma id uitæ genus inſtituit:quod maxime ad parēdū ſummo Deo accōmodatū putaret:idq; ipſum cū
ſumma mulieris laude ac religionis incremēto·ad hanc uſq; tempeſtatē incredibili perſeuerantia ui
get. Quod tam &ſi alienū ppoſito uidereſ:abſurdum tamē nō iniuria cenſeri poſſit:tem ſuapte natu
ta præclaram:nulla orationis luce·ac uerboꝝ illuſtratione patere. Qui aūt ſub Baltario duram mili
tiam exercuerāt:alius alio tendere. Pleriq;·iniquis Pazaleas·ac frater pedeſtriū copiaꝝ præfecti in Se
nenſi exercitu militarūt:quod tum Petilianēſe bellū gereref:quod tam &ſi & breui & honeſtis pacis
conditionibus·& Senēſis populi ſeruata dignitate·tranſactū eſt:eo tamē improſperū fuit:quod. cl.
Ardicio ille Carrarius optimus qdem:ſed parum fortunatus Imperator prœlio occidit. Iam Emma
nuelis Apianenſis:q antea pene incognitus latuiſſet:quanquā paulo ante irritis conatibus fortunaꝫ
periclitatus erat:ita poſt illa fama percrebuit:ut tum ppinquorum:tum ueterū amicoꝝ mētes eius pro
uehendi·& ſpes & cogitatio īceſſerit:ſiquam fortaſſis occaſionem temporꝝ uarietas ferret. Cū interea
ſibi metuentes Paula & Catherina:quæ tum Plumbinū regebāt·Raynaldo duce Vrſino præſidio·ac
milite ſeſe ſtudioſius tuerenſ. Raynaldus eo tempore Senēſium ſtipendia demerebat·magno uir ani
mo·& militari tum diſciplina·tum etiam uirtute oppido inſtructus. Hetruſca pace compoſita·Apoſto
licam Sedem repetiturus. Senam uenit Eugenius Pontifex Maximus·ad kalē. Martias annis ſaluta
ribus. M. cccc xlii. ac ſtatuto die·& Pontificali ritu Raynaldū aurea Roſa donauit:manſitq; in ea urbe
menſes ſex Cardinalibus uiginti (niſi me fallit memoria) & magna patrū atq; aulicoꝝ ſtipatus fre
quentia. Ibi tū aderat Nicolaus Picininus:quē eccleſiaſtico exercitui præfecit Eugenius: & militarē Sci
pionem·& crucem catholica ſigna contulit. In magnū tum diſcrimē pene īcidit·antiquæ libertatis Se
nenſis reſpublica. Veꝝ nulla officiunt Improboꝝ molimina:ubi uigilando·ac bene cōſulēdo·cōmu
ni proſpicitur utilitati:publicæ ſaluti intendiſ. Poſt balneaꝝ fomenta·eccleſiæ Signifer Picininus·pri
ma æſtate ad caſtra pfectus·in agrū Picētem traduxit exercitū·aduerſus Franciſcū Sfortiam:q cū a
Picinino·ab Aquilegienſi patriarcha·a regiis Alphonſi auxiliaribus copiis·undiq; premereſ Picenū
relinquere coactus:in Flāminiaꝫ ſeceſſit. Iam pacato Patrimonio: Aquapendēte recepto oppido:qđ
a Franciſco Sfortia occupatū præſidio tenebat. Antonius Petruccius & Romano aperto itinere·redux
Eugenius Romā pſpere remeauit:cū annis. viii. iniuria exactus abfuiſſet. Præerāt nihilominus Pau
la & Raynaldus plumbino·Senēſiuꝫ tutela freti·atq; ſtipēdio adiuti. Mortua uero Paula circa Autū
nale Equinoctium: Catherina eius filia una cū uiro Raynaldo illius·partes ſubiit:quo tempore Can
didatorum agmina·totam plumbini·Campiliæ·ac finitimoꝝ regionem luſtrantes·oppleuerūt ſup
plicibus rei diuinæ uotis·precibus prorſus intēta. In Ciſalpina Gallia diem obiit Picininus Philoſo
phus in lectulo potius·q̃ in acie Imperatorem imitatus. Eius Scriba Philippus Maſſanus a Senenſibus
uinctus·& arcana pnicioſa illis conſilia pferre coactus:tandē Sæcularē militiam religione mutauit.
In Vmbria quoq; noua exorta tempeſtas eſt. Vrbinas Regulus & a Pōtifice Eugenio Dux etiam cō
ſtitutus Otho Antonius·miſerabiliter a cōiuratoribus trucidatus eſt ad eum aūt principatū gubernā
dum·ultro accitus Federicus:q tum ſe Piſauri cōtinebat:miro eoꝝ omniū populoꝝ clamore·atq; cō
ſenſu:q principatum ingreſſus:ita ſe geſſit:ut conſilio·uirtute·æquitate·magnis deniq; rebus geren
dis·omnīū ſummoꝝ Ducum uel æquauerit noſtræ tempeſtatis:uel anteceſſerit gloriam. Et ipſe quoq;
a Sixto Pontifice Maximo Ducali titulo honeſtatus. Tum quoq; Leonellus Eſtenſis·ac Ferrarienſis
princeps:q Nicolao item Eſtenſi in principatu ſucceſſit:uxorem duxit Alphōſi Regis filiam. L. et qui
dem pſpere cum illo actum eſt. Omnia tuta uidebanſ. Plumbinenſi ſtatui aderāt tria illa:quæ ma
xima mortales putāt bona. Ocium: Incolumitas: Rerum ubertas. Sed alternis pax in terris·& bella re
gnant:iiſdem id quod de dolore & uoluptate tradit Plato:iuncta·ac ſubnixa uerticibus: Rex Alphō
ſus:qui Neapolitanū regnum uictor fuerat aſſecutus:per hyemem annis Salut. M. cccc xliiii. in Ty
burtem agrum uenit magno munitus exercitu:ubi hybernaturus·bellū Hetruriæ minitabatur. Mo
ritur interea Pontifex Eugenius: & Nicolaus Apoſtolicæ Sedis ſucceſſor creatur. Qui·mirabile di
ctu·ob ſummam ſapientiæ & uirtutis laudem·breui ſummos quoſque in Eccleſia honorum gradus
adeptus eſt. Proximo Auguſto menſe·Dux Mediolanenſis Philippus Maria occidit. Cum profec
tus Piſauro Franciſcus Sfortia·una cū uxore Blanca Maria:ad quā eius principatus ſucceſſio ſpecta

te uidereť:ad Inſubres cōceſſit:ac tandē altero ãno-multis fruſtra obtrectantibus-Mediolani potitus
eſt. Venit porro ĩ Hetruriam Alphonſus:ac Florētinis bellũ intulit. Varia ſentire Senēſes uiſi ſunt:
aliis Alphonſo adhęrēdũ:pleriſq; conſulendũ quieti-ſatius eſſe putãtibus. Cępit Alphōſus cōplura:
& Volaterrani & Piſani agri caſtella-atq; oppida:quæ antea Florētinis parebãt. Caſtrũ Leonis:quod
Caſtilionē piſcariũ uulgo appellãt:in ſuam ditionē recepit. Plumbinũ aũt ſpeculatus:animũ ad id ex-
pugnandum cōuertit. Deterruit inſtantis hyemis aſperitas. Nō.n.nouũ ineundum bellũ:ſed expec-
tandum potius uiſum ē opportunũ tēpus. Igiť ad Craſſetũ & ad locũ:quã Aquam uiuã uocãt:ſtatutis
hybernis-p̄ximo deinde Vere-caſtra mouit: & hinc magna ornata claſſe:illinc ualidiſſimo conflato
exercitu-& obſedit Plumbinũ:& ſæpius cōſerto prœlio-oppidũ acriter oppugnauit. Catapultę:Bali-
ſtæ:ingētes machinæ:plura tormētorũ allata ſunt genera:Scorpiones:& quas in efferaciore ſæculo ſæ-
ua excogitauit imanitas bombardæ-ita a ſonitu appellatæ nō defuerũt. Cuniculi adacti ſunt:crebro
ariete murus percuſſus. Nihil a Rege-tum opulētiſſimo-tum gerēdarum rerũ gnaro imprimis-pręter
miſſum ē:quod ad hoſtem debellãdũ-accōmodatũ uidereť. Fuit duodeoctoginta dierũ obſidio. Quo
tempore plus nauali certamine & terreſtri prœlio pugnatũ eſt-q̃ credere quiſquã poſſit. Incaſſum re-
gii fuere conatus. Nam ita ab oppidanis Raynaldo Duce p̄pugnatũ eſt:ita uiriliter cōtra decertatũ:
ut cęſis militibus plus q̃ duobus milibus & q̃ngentis regiis-regia claſſis-& totus p̄fugareť exercitus.
Rex tandē Neapolim ſe reciperet. Longe lateq; tum Raynaldi p̄pagatũ eſt nomē:quippe q ei ob-
ſtitiſſet:q uel opulēta regna-& inexpugnabiles urbes-cæteris indomitos populos ſubegiſſet. Nihilo ta
men ſecius relicto præſidio-ad Caſtrũ Leonis tuebať p Rege Xantus Matalonas oppidũ:& cum pe-
ditibus quingētis-& Plumbinēſes agrũ-& florētinam ac Volaterranã oram-crebris excurſionibus in
feſtam habebat. Vrbinas Federicus: Neapoleon Vrſinus: Ioãnes Malauoltus:qui florētinus ducebãt
exercitum:breui recuperarũt:quæ ĩ Volaterrano & Piſano-oppida a Rege & caſtella fuerant occu-
pata. Nouiſſime quod Caſtrũnouũm appellãt:accolę cui præerat Antonius Petruccius:Caſtrũ Leo-
nis ſolũ ſuperfuit:a cuius expugnatiōe deterruit:maxima cũ aquæ-tum etiam pabuli charitas. Senē-
ſes ne ipſi quidē exortes fuere calamitatis:cũ domi peſtilētia laborarēt:foris uero a regio & florenti-
no milite uexarētur. Gauranēſes nihil mali perpeſſi ſunt:ob datam a Rege fideꝫ Bernardo Malauol
toi:& ob eam quam ſecũ pepigerãt cōcordiam:uel añ q̃ Plumbinũ obſidereť. Ciſalpina Gallia & belli
terrore-& uariis calamitatibus premebatur. Siquidē Franciſcus Sfortia:qui ſupiore æſtate Placētiam
ui ceperat:& ĩ prædam uerterat:ademit tum Mediolanēſibus:quaſi libertatē tueri inſtituiſſent:& pu-
gnantibus Venetis:a quibus bellũ aduerſus Mediolanēſes gereret:magnis uiribus obſiſtere conaba
tur. Hic p Septembrē menſem-cũ inſtructo agmine in aciem deſcēdiſſet:& cũ hoſte cōſeruiſſet:proe-
liumq; Venetũ exercitum ſimul & Florētinorũ-auxilia fudit:uicit:p̄fligauit. Claros quoſdam exercitus
Duces-& complures Legatos captiuos duxit:Impedimēta:cōmeatus diripuit. Equorũ ingētem nu-
merum:ſuis militibus ĩ prædã ceſſit. Tentoria & ſigna hoſtiuꝫ-& clara ſpolia reportauit. Quibus ſuc-
ceſſibus audētior factus Bergomēſem agrũ:& Brixiana campeſtria-in poteſtatē ſuã redegit:ac paulo
poſt traiecto flumine-mira celeritate Laudum cœpit. Victores aũt tum Mediolanēſes euaſerei & au-
geri eorũ opes:& iam liberi populi ſtatus firmari uidereť:ſi ſtabilis unq̃ mortalibus ſit fortuna. Con-
ſequenti uero Octobri menſe Raynaldus Vrſinus-cũ Plumbinũ firmo præſidio muniiſſet:cogitans
accuratius cũ Florētinis agēdum (nã Seneſium optimã in Plumbinēſem ſtatũ mētem-ac fidem pro
be callebat) Florētiam p̄fectus eſt:atq; ad eius populi amicitiam ſtudioſius firmãdam-opam diligē-
tiam adhibuit:quo tēpore petitus equitis impetu-uix extremũ uitæ diſcrimē effugit:ut incertus futuri
euentus Angelus Vrſinus rebus relictis-Plumbinũ p̄pauerit:neceſſaria obiturus:quanq̃ morbo ſu-
perato Raynaldus haud multis poſt diebus-incolumis Plumbinũ rediit. Nec tũ Ioãnes Malauoltus
quieuit:q indigne ſecũ agi queſtus a Florētinis deſciuit:ac p̄inde Piſanã relinquens oram:Gauranũ
cũ parua manu ſe recepit eo aīo:ut totum ſeſe ad Alphonſum Regē cōuerteret. Itaq; Neapoli habito
cũ Rege alloquio-& ſtipēdio conuento-regiis ſe caſtris adiunxit. In Ciſalpina aũt Gallia cũ aliquan-
diu Veneti & Mediolanēſes de Imperio dimicauiſſent-anno poſt Carauagienſem conflictũ-paceꝫ per
cuſſo fœdere-coierũt. Franciſco Sfortiæ:quē Veneti poſt eam acceptã cladem aſciuerãt:exacto-reie-
ctoq;:ob id aũt utriſq; admodũ infenſo. Per hæc tēpora Raynaldus Vrſinus adhibitis Florētinis co-
piis:p noctis tenebras Caſtrũ Leonis ſcalis admotis-p uim cœpit:ac diripuit-una excepta munitiore
arce. Sero aũt ſuccurrētibus Florētinis-regia claſſis præſto fuit:erãt quidē triremes decē paſſo uelo-ſe
cundo uento-incredibili celeritate oppidũ recuperauit:ac rurſum ĩ prædam uertit:p̄fligato Florētinorũ
delectu. Aegre p̄fugit eorũ Legatus:q tũ erat Iulianus Rodulfus fato (ut cōiectari poteſt) Oceanis
addictus undis:nam.xiii.poſt anni in Brittanico mari:dũ onerariam nauim præfectus agit:p̄cellis
iactatus-una cũ trecentis uectoribus naufragio periit. Vt uidit Raynaldus ſociorũ cunctatiōnē:quæ
illũ pene ĩ ſummũ diſcrimē uocauerat:ſimul multa ſecum animo uolutans-acrius indignatus-auertit
tandem a Florentinis animũ:atq; aliud conſiliũ ineundũ cenſuit. Interea Frãciſcus Sfortia anno iti-
dem ſalutari. M.ccccxliiii. circa Nonas Febr. poſt longiuſculam obſidionem-Mediolano expugnato
eius principatus potitus ē:ſumma ope obnitētibus Venetis:Mediolanēſibus aũt adeo fame preſſis:
ut defecti alimētis-uel ſoricibus-catiſq;-ac cæteris id genus animãtibus ueſcerenť. Sed nec Florenti-

uorum auxilia remorari uictoriā potuerunt:quāq̄ in tēpore preſto erant. In Hetruria Ioannes Malauolius:q iam in regis exercitu militaret auctore Silueſtro Forliuienſi:qui cum cōiunctiſſime uiueret obſcurū quo conſilio:capit: ac ſeruatur cuſtodia Gaurani oppidum·ſimul & arxq̄ quæq; erant Ioānis oia:in Regis ditionē uenirūt. Inſtabat annus remiſſionis:q iubileus in ſacris ritibus appellatur:quum Romā a cunctis orbis regionibus fideles confluūt:Bernardinū:cuius natali Sena:funeribus Aquila miraculis torū claret latius:Nicolaus Pontifex maximus:in ſanctorū catalogū aſciuit. Inter Alphonſum regē: & Florentinos pax facta:ad eam admiſſi cum aliis q bella geſſerant:tum ēt Raynaldus Vrſinus. Fuit ea res plerisq; iucunda:Hetrurię ſalutaris:tum Rainaldo nō nihil moleſta: ægre nanq; patiebatur eam pacis conditionem:quæ & pecuniā tum grādiorem penderet:& poſt illa quot annis aureum cratera:cogeret. Huic dictū preciū aureū.v. Id Raynaldus haud quāq̄ ratū habiturus uidebat. Conſilio plus caſus ualuit. Laborabant peſtilentia Plumbinenſes:tetrā morbi luem Raynaldus non effugit:qua breui correptus interiit:toīs prolis expers. Ac tam & ſi Caterina præeſſe uideretur:oīa tñ in Vrſinorum poteſtate erant:arces·munimenta·oppida·caſtella·Vrſino magiſtratu·prȩſidio·milite tuebantur. Venit tum euerſus comes ad Caterinā ſalutandā·auxiliū pollicens:q̄ d' eius cōiugiū expetebat. Irrito inde tandē abſceſſit uoto. Quanq̄ uero paulo ante pax compoſita·tuta oīa iure reddebat: nō nihil tñ iniiciebāt formidinis regię copiæ:q nondū a Plumbinenſi agro faceſſerent. Ioannes Malauoltus:q diutius a Ioāne Lyria Gaurani coherceba:regio tandem iuſſu:e cuſtodia liber in Senenſem agrū ſe recepit:ſpoliatus tñ Gaurano: & pene rerū oīum egens. Silueſter:quo auctore occupatū Gauranum eſt·facti huius Ioanni pęnas dedit:a ſuis haud longe a Batiniano oppido·in ſaltuoſis nemoribus interēptus. Sub idē ferme tēpus Proſper Cardinalis Columna Roma Senam diuerterat profecturus Caterinæ incolumitati: & Plūbinenſi principatui auxiliū præbiturus. Cuius conſiliū omne eo potiſſimū ferebatur:ut Senenſium & contineretur præſidio: & protectione foueret. Nouerat.n. Senē ſes:imprimis Hetruſcæ ſalutis cōmunis tranq̄llitatis:ueteris amicitiæ & fidei ſummā habere rationē. Cœterorū pollicitationibus haud ſatis tutū credere arbitrabatur. Placebat Emmanuelē Appianenſem acceſſendū:q Caterinæ pareret qdē uiuenti:fato functæ haud dubie ſuccederet. Id quod ius neceſſitudinis: & generis ratio poſtularet. Hęc ægre ferre Caterina alias res agere:uaria animo uerſare conſilia. Igitur ſuſceptam prouinciā deſeruit Proſper·ac mulieris faſtidiū aſpernatus:Romā iter arripuit. Illa conſilii inops atq; incerta animi:qdnam ageret neſciebat:plura ſibi a multis metuebat:cum præſertim hinc a Sigiſmundo:illinc ab euerſo enixius ad nuptiarū fęedera uocaret. A finitimis:q ſua Plumbinū intereſſe arbitrarentur:cauendū putaret:ſollicitaret a multis:unius Senenſis populi freta ac ſecura præſidio. Soluit tum uinculis Fatiū Gerardeſium Plumbini ueterē incolam:capillo & barba ſqualentē:quē pridē Raynaldus a lictore uictum cuſtodiri iuſſerat:quo ſe ab eius inſidiis tutū preſtaret:ſuſpicans ab eo:ob Alphonſi regis gratiā:q tum Plumbinū obſediſſet:periculū iminere. Cum in cetera Italia·tranquillus eſſet rerū ſtatus:inſurgentes euerſi motus in Pontificis poteſtatem pontifex Maximus Nicolaus in patrimonio: & Hetruſco ſolo:conflato milite cohercere parabat. Audacius ſęuiebat euerſus. In aduerſam ualitudinē icidit Caterina:quā dum grauius ægrotare Plumbinēſes ſentiunt: & Legatos undiq; ab Italis potentatibus circunſtare animaduertunt:ne qd turbarū aliunde inferretur:aios ad Emmanuelē cōuertunt:ad quē eius principatus iura faciliime pertinerēt. Ita de reducendo Emmanuele ſermo: & conſiliū uerſabat. Hic tandē pellicientibus ſuis fido comitatus Piſano Honofrio:uiliuſculo habitu: & quaſi negociatoris tectus amictu: Troianis deſertis laribus:clam Senā iter intendit. Quo cū ueniſſet:amicis: & propinqs repente cognitus:conſiliū de Scarlino petendo init. Igitur in tēpeſtę noctis ſilentio·iter arripuit:cumq; eo pauci admodū:qbus ille familiarius uteretur. Cum propiſſime Scarlini portā ueniſſet·ac de ſuo illuc aduētu:qbus exploratū fore par eſſe cenſuit:feciſſet certiores:innotuit pariter & ei:q pro Caterina oppidum regebat. Is uero·ut erat proſus Vrſinis deditus·continuo præſto Emmanueli ad portam fuit·atq; acriter hominem increpuit:ut uel iaciendis lapidibus inde arcendū curarit. Indicauit aūt Caterina aduenisse Emanuelē:grauiter tuliſſe ſe excandeſcentē qdē:quod ſe uiua auſit quiſpiam noui aliquid pertentare: ſtatuentē uero ita demum cum illo recte agi:ſi quę Caterinæ uitā cōponeret·eadē Emanuelis principatum dies auſpicaretur. Irrito incœpto regreſſus Emmanuel recepit ſe ad bellū forte tum ingenioſos ad ſuos diuertit reportus:q̄ ſpe deſtitutus. Operiri aūt æquo aīo inſtituit tempus cōmodius·ſi forte poſthac fatis melioribus uteret. Senenſes ancipite diſtrahebantur conſilio·uerētes ſi Emmanueli adeſſent·ne forte Caterinæ uiderentur iniurii. Sin deſererēt·ne in iniuſtā·ac proinde pniciosam cuiuſpiam tyrānidē Plumbinum dilaberet. Id uero ſtatuentes:uti uires oēs intēderent:quo functa Caterina tuta·in Emmanuelis poteſtatē cederet:quo pter ſucceſſionis iura·populorū quoq; ſtudia tendebāt. Verū nō multo poſt tēpore·mortua tandē katerina·accitum Emmanuelē·cōſenſu:atq; approbatione eorū populorū per Senēſiū legatū iuſſis·ac pacatis initis cōditionibus intra oppidū honorifice cūctis applaudentibus Plūbinenſes admiſerunt:quos Burianenſes pariter·& Scarlinates·ac Suberetani ſunt pſecuti. Quod qdē niſi ſumma adiūcta Senenſiū cura: & prudenti adhibito cōſilio.atq; Ipenſiore opa (nam eorū legati effecerunt oīa) nunq̄ tam pſperū Emmanueli:tāq; fauſtū ceſſiſſet. Non.n.ſolū ad principatū ſubeūdum Emmanuel iuuandus erat:ſed finitimis quoq; ſtudioſius obtrectandū:q cum plurimum uale-

rent opibus:gratia ſe haud mediocriter:apud Plumbinenſem populū pollere arbitrabant̃. Erant in primo Volaterrano·ac Piſano agro cōflatæ copiæ:nec infrequens delectus coactus:prævaluit tñ Senenſiū induſtria. Sed & Simonis Neronis Genuenſis:q tū negociādi gratia Plūbinū colebat:oratio:& ad Senenſiū conſiliū maturandū cohortatio haud parū momenti habuit. Hūc ob eam rem·Senēſes·ac totam eius poſteritatē præcipuis honoribus·uelut ꝑpetuis ſummi ſtudii monumentis affecerūt. Non defuere anteq̄ Plumbinū attigiſſet Emmanuel: q multa Senēſibus pollicerent̃:partirent̃urq; res plumbinenſes æqs conditionibus. Nihil ad eam rem (ſi mō confici potuiſſet)& tunc acrius:& alias ſæpius ſtudii·atq; opæ prætermiſſum ē. Sed ne quicq̄ tentata ſunt oīa. Manſit Senenſiū ſemp fides incolumis·nec ullis ꝓrſus inuitamentis a cōſtāti propoſito auerti potuerūt:atq; ut ſūmū ueræ amicitiæ·ac ſocietatis explerē: mutuo:emiſſo legato·collecta ſuorū manu·bellicis traductis machinis·Burianū obſideri curarūt:fauentibus tum ēt Florentinorum auxiliis: nā & ipſi ad Plumbinenſem ſtatū fouendū accuratius exinde ſtudiū contulerūt. Nōnulla ui pecuniarū p ſoluta·celeriter Burianū recuperatum eſt·ac Senēſiū legato creditū: & ab eo confeſtim Emmanueli traditū. Cœtera uero oppida·& caſtella quæ pleraq; Vrſinorū præſidio tenebantur:in Emmanuelis quā primū poteſtatē redacta ſunt. Vna ſupererat munitiſſima turris:quæ ad mare ſita eſt:quā uerentes Florentini:ne in Alphonſi Regis ditionē incideret:miſſis illo ingentioribus baliſtis: & bōbardis·anteq̄ grauiore pulſu arx quateret̃ præfecti eius:q & ipſi Vrſini erant:pretium pacti Emmanueli dediderunt:atq; p hunc modum·breui Emmanuel Plūbinēſem ſtatum: & quæ illi ſubiacent oīa·efficientibus Senenſibus:atq; ēt iuuantibus Florentinis:facillime aſſecutus eſt. Pecunias:qbus ad res conficiendas opus erat:affatim ſuppeditarunt Florentini:Senēſes·ac Plūbinenſes nonnulli opulentiores. Nō faſtidiūt diuinitus decurrentia fata:ēt crepidulas:ſoccos:durū nō unq̄ cucullū:tenue ſagum·ac ſciſſum palliū non aſpernātur·ſi mō habundē uirtus ſupperit:quæ una humo tollit quēuis:atq; ad ſumma rerū faſtigia euehit. Scimus nōnullos fuiſſe:q cum antea extrema inopia rerū oīum premerent̃: & priuati in oīum pene hominum ignoratione uerſarent̃:ad maximos honores·ſumma illos ſapientia: & præcipua quędā integritas ſuſtulit: & q uariis caſibus: & magnis iactati diſcriminibus·diu profugi ꝑuagati ſunt:ex infima interdū fortūa traducti ſunt ēt:ad regni culmen. Ex Troiano agello Emmanuel cum ſemper bonis artibus:atq; etiā diſciplinarū laudi fuiſſet intentus:accitus florentē:atq; opulentū admodū adeptus eſt principatum. Qua in re præ cęteris oībus Senenſiū auctoritas ualuit. Quippe cęteri in ſumma cōflictatione·uaria agitauere cōſilia:ſed & ipſorū ꝑtentarunt Senēſium mentes:ſi forte Plumbinenſem ſtatū herciſci uoluiſſent. Sed accuratiſſimo ſemp ſtudio:fidem·& bonū·æquumq; ſectati ſunt:iis ſęplus repulſis·ac repudiatis:q ſe ē illis tradere ultro:& dedere cupiebant. Quin potius arces: & caſtella:quæ pleraq; in ſuam fidem receperant:exēplo Emmanueli tradenda curarunt. Quibus ille obſtrictus officiis Senenſis populi inire ſocietatē:protectionē·ac tutelā nanciſci:paciſci ſtipendia·magno ſtudio nitebatur. Quod indigne ferentes:q alia quædā cogitarent:intelligerentq; eius ſtatus firmitatē:ſuis officere conſiliis:obniti nunq̄ deſtiterunt: & ab eiuſmodi Emmanuelē abuocare propoſito. Quare nouis quotidie illecebris in aliā Emmanuelē traducere mentē conabantur. Varia: & incerta fortuna Hetruriam ſæpe exagitauit. Tuta aliquando: & ocioſa fuere oīa:calamitoſa aliquando: & turbulenta:nōnunq̄ media quędam·nec tñ aut periculi·aut pauoris experta. Eoſdē ſe præſtiterunt Senenſes qbus uis tēporibus: & a tuendo·fouendo·iuuando nunq̄ Plūbino animum auerterūt. Conſilio: delectu·ac milite·pecunia·cōmeatu:atq; omni auxilio:eum principatū tutati ſunt·cum præfecti eius nō ſatis pacē uicē contra non nunq̄ exibuerint. Aduerſis.n.bellorū tēporibus:qum futurus rerum ignoratur euentus:ſæpe aliorſum:atq; æqū eſt:pleriq; ſentiunt. At Senenſes nunq̄ indignati·ac procul ab omni ultione auerſi:ad quā natura irati feruntur:placabilitate·atq; clementia Plumbinenſes proſecuti:ad quietis firmitatē redigere nunquā deſtiterunt. Vulgi motus:quos regere oīum rerū difficillimū eſt:conſtanti iudicio:& prudenti conſilio moderati. Difficile creditu eſt:q̄ bonā:atq; uberē uim frumenti·difficillimis temporibus: & in ſumma annonæ caritate:exportandā Plūbinēſibus Senēſes incredibili quodā animorū ſtudio:uel ꝑmiſerit·ul' decreuerit. Nec.n.ſecus oībus eius principatus populis:quā ciuib9 ipſis: & agri ſenēſis īdigenis·ac uernaculis cultoribus aliñita ſuppeditarunt. Quare annos cōplures tutam Emmanuel·ac fœlicē degit ętatem:Senenſium imprimis fretus præſidio. Mortuus aūt Februario menſe anni ſalutaribus Mcccclvii. Iacobū tertiū ſucceſſorē reliqt:cuius proſperiora:quā Emmanuelis fuere primordia. Verū progreſſus iiſdē inſidiantibus:quos eadē dominandi·cupido tenebat:certe periculorum nō immunes:quæ tamen oīa facile potuit effugere Iacobus:una ſenenſi fauente rep. eodem ſemp perſtāte ꝓpoſito:ſiue ab externo hoſte:ſiue a domeſtica ſeditiōe impēderēt diſcrimina. Siqdē nōnulli ēt aliquando Plūbinenſes cū Iacobus uetuſti uti hoſpitii: & mutuę præſtandæ neceſſitudinis gratia·Senā ueniſſet principe cōiurationis ſuadēte in caput īperantis Iacobi cōſpirauerūt:quæ res cum in lucē ꝓdiſſet a Senenſibus digreſſus:a qbus munifice: & ampliſſimis honoribus fuerat exceptus:Plūbinū regreſſus·auctores cōiurationis ultus eſt. Et de duce ipſo qdē: & ſex ꝑterea eiuſdem facinoris ſociis ſuppliciū ſumpſit·cōſciis reliqs in exiliū actis:quæ qdē Iacobi geſta: Plūbinenſibus aliis cordi fuere: aliis atrociora uiſa ſunt. Id unū ēt futura tempora haud parū ſuſpecta principatibus reddidiſſe non iniuria exiſtimatur: præſertim exulantibus iis: qui apud finitimos gratia non mediocriter: pollere

(uiderentur:

oberſātib9 aūt in ea regione: q̄ Plūbino ꝓpiſſime abeſt: Iaſ Caliſtus.iii. Romanus Pōtifex: q inuadente Iacobo Piccinino Senenſem agrum Romanæ ab illo eccleſiæ metuens auxiliū tulit Senenſibus: & fauēte Frāciſco Sfortia Mediolanēſi ac iuuātibus Florētinis graſſatoris uim ꝓpulſauit: ſenio cōfectus interiit. Cui Pius.ii. genere Senenſis in Apl̄ica ſede ſucceſſit: uere diuinitus creatus: q patriam Inſidiis ac piculis liberaret: eccleſiā labantem tueret: īmanis Maumethis iam italis oris īminentis furorē atq impetū coherceret. Hic cōſilio & ſapientia doctrina: & maximarū rerū cognitione induſtria: atq animi magnitudine moderatione liberalitate & munificētia adeo excelluit adeo ope & ſermone ualuit ut nō in terris genitus: ſed (ſi dicere fas eſt) de celo demiſſus eē uideret. Huius nāq inaudita quędā uigilāria Ciſalpinos & Tranſalpinos ppl̄os ad cōcordiā ad trāqllitatē ad rectā humanæ: & catholicæ uitę rōnē: deniq ad teterrimū hoſtē crucis depellēdū (ſi in eadē ſentētia ꝑſeueraſſent) facile redegit. Nihil uſquā iniuriæ (quātū in eo erat) inferri patiebatur: Huic ēt ferocientes nationes nō inuitę parebāt. Reges: & chriſtiani principes ſtudioſe obſequebanť. Magna cū dignitate annos paulominus ſex Apoſtolicæ ſedi pręfuit: & uere ad homines iuuandos natus cōmunes humani generis hoſtes: tyrannos radicitus deleuit. Quis īnumerabiliū atq īmortaliū opum eius partē ſaltē non nullam ſilere poſſit! Huius monitus libens excipiebat Iacobus Apianēſis ita: ut magna ēt cum laude annos cōplures in eo principatu uixerit. Illud duntaxat ſibi a pleriſq uitio datū eſt: quod fremētibus in Siculo Ciſpharon Regno bellis: & a Ferdināndo rege deſciſcētibus nōnullis eiuſdē tractus regulis. Hic caſtrū leonis: quod oppidū unū in Hetruſca regione Ferdināndo belli iure patebat: in ſuam ditionē accepit: quāq̄ ultro ſeſe oppidanis Iacobo dedētibus: quos paulo ante Pius Pontifex maximus crebro ſeſe deferētes ac ſupplices eam ipſam deditionē pollicentes nullo mō ammittendos cēſuiſſet: ne cui facere iniuriā uideretur. Quare & eodem auctore Romano pontifice: q Iacobū feciſſe pperas arguiſſet eodem tandē Caſtrum leonis reuolutū ac poſtmodū a Ferdinando Rege: ultro Pio Pontifici delatū traditumq eſt: quod exinde dono datum Andreæ Piccolomineo pontificis maximi ex ſorore nepoti paret pio generi ac tranquille agit. Cum antea Ioāne Lyria: & Ioanne Caſtrenſi in eodē ꝑſidētibus: tota late regio haberet infeſta. Quanq̄ hi haud multo poſt tempore cum relicto eo oppido Neapolim cogitarent in deſertis ꝓximæ oræ ſaltibus: non longe a Tyrrhenis littoribus interfecti fuerūt. Certa paulopoſt Iacobo Suſpicio coegit illū trucē pręſe ferētē animū. Scarlinū adire. Sed eo ꝓfęctus per ſolertiorem exq̄ſitionem oppidanoꝝ oium perſpecta fide cum ſuſpicione ſęuitiam poſuit. Illa certe formidabiliora Iacobo cōtigerunt: quæ.x. ferme poſt annis ac ſalutaribus q̄dē M cccc lxx. recentiore memoria: facile meminiſſe potuimus. Nam nouo menſe circa.xix.kl' Aprilis. Dux Mediolanenſis princeps opulentior: Ioannes Galeaz Maria florens ætate: iuuenis robore: & excelſiore aīo prædiitus: cuius cruentam paulopoſt necē uix quiſq̄ ſine āmiratione referre queat: una cum uxore bona ex regia Gallorū gente Luca iter faciens: ſplendido apparatu: numeroſo comite: atq armato ſatellite Florentiā uenit: pluribus aduectis impedimentis. In his & pretioſa cōpluria: & magnificentiora quędā ornamēta: & oīs pręterea generis arma: telaq. Venit autem (ut uulgo ferebant) & ad amicam ac florentiſſimā uiſendā urbē: & ad pſoluendū ſacratiſſimæ diuæ Annunniatæ uotū: cuius religioſum ſacrū in ea urbe incredibili populorū pietate colitur. Simul quo uxorē delicatiſſimā oblectaret opulentiſſimæ ciuitatis delitiis. Honorifice eum principem acceperunt Florentini: luxu quodā laudore Laurentius Medices uir unus in toto latio amplis facultatibus: & copiis: ēt principibus conferendus. Tum igitur Galeaz Maria: ſiue præmeditatus inceptū ſeu occaſionē nactus comparatus peditibus.vc. q̄bus præerant cohortis præfecti Benedictus Burgenſis: Alphonſus Hiſpanus: Bartolinus Aretinus: q tum Florentinorū ſtipendio: in Piſano agro obuerſabanť: Plumbinenſiuꝫ exulū ductu occupandi Plūbini: conſiliū iniit. Itaq intēpeſtæ noctis ſilentio: clandeſtino itinere: p occultos calles delecti pedites. Plūbinū ꝓfecti ſcalis admotis arcē munitiorē inuaſerunt. Iam nōnulli ad ſumma arcis faſtigia euaſerant: uigiles: & cuſtodes primos uino ēt ferro pfoſſo: pemptoq oppreſſerāt: cum exptecti: q præſidio arcem tuebantur: ſublato clamore intra fores alios q̄dē interfecere alios ꝓpulerunt. Irriti fuere conatus. Qui primi arce ſuperata imperū fecerunt trucidati ſunt: cæteri e q̄bus: nōnulli tergiuerſati erant: deterriti in Piſanū ſe agrum receperunt. Piſis tum ſe continebat uir clarus præfectus equeſtribus ducalibus copiis: cuius proxima cōmoratio plurimū ſuſpicionem augebat. Pleriqꝫ conſulto autumabāt comparata eē oia: adeo ut magnus finitimis populis metus iniectus eſſet. Paſſim ub q̄ accuſabantur: q nouos motus in ſumma rerū tranqllitate molirentur. Pleriq non ignaris: nec inuitis Florentinis ea fieri opinabanť: ſed incertū an eorū uel cōſilio uel cōſenſu niſi forte q̄ paucilſimorū gererēť. Illud in promptu ē: Regios legatos: q p Ferdinando: tum Florētiæ aderāt: & apud Mediolanēſem principē & apud Florētinū magiſtratū: grauiter fuiſſe q̄ſtos & regis nomine: q Plūbinū ex cōucto ꝑtegeret acrioribus uerbis iniuriā obteſtatos. Legati quoq Senēſiū: q & ipſi tū Florētię erāt ſalutādi eiuſdē principis gratia: ſcite & cōpoſite in pacis ſentētiā locuti ſunt. Dux ipſe Mediolanenſis cū ꝑter ſententiā plūbinenſe negociū cecidiſſet octauo poſtq̄ uenerat die: celeriter abſceſſit ac trans padanā repetiit Galliā. Quo ipſo die Senā ingreſſus ē magnus Romanæ eccleſiæ pater Cardinalis Senenſis: Franciſcus piccolomineus q ꝑ Apoſtolica ſede a ſummo Pōtifice Paulo.ii. in Germanias legatus ꝓficiſceba ť: ex omni ſacro collegio ac patrū numero: ad eam ſubeundā ꝓuinciā lectus.

Nam gratia quędā pro Romana eccleſia: apud Tranſalpinas nationes obeunda ſe offerebant: quæ magni conſilii accuratioris ſtudii: & miræ celeritatis indigeret. Quare nihil perendinatus: & ſolo cō ſumpto ad Archiepiſcopalē pcurationē cōponēdā: celere quoq; profecturus ē iter. Sub eoſdē dies Se nam uenit ab Iacobo Apianenſi legatus: q quod antea p litteras ſubinde uiuo nunciaret eloquo: nar raretq; ordine: quę in Plūbinenſem ſtatū: ab iis orta eſſent a qbus nihil tale aliqd Iacobus ſuſpicaref: ac denique ea poſtularet: quæ amicos in aduerſa fortuna amici rogare cōſueuerunt. Senēſes aūt: quāq̄ p cōmuni ſalute: & Hetruſca libertate ſtudioſius inuigilabant: ad tuēdum tamen Plūbinenſem prin cipatū nil prorſum prætermiſere: quod ratio tēporum: & periculi magnitudo exigere uidebatur. Stu dioſe uigilando ſolerter puidendo: neceſſaria parando munimēta: cuncta ſunt facile propulſata in cōmoda. Anno uero inſequenti circa mediā æſtatē: Iacobi Apianenſis uxor: cui Baptiſtinæ erat no men: cum ſe balneis fouiſſet: ad uiſendā Senēſem urbē: cuius pp ſocios animos incredibili amore te nebatur: cupide diuertit magno illius deſiderio flagrans. Excepta regali quodā luxu: & ſummo a Se nenſibus apparatu eſt: ampliſſimis donata muneribus: & quoniā præ cunctis Italorū populis ea præ ſertim ciuitas muliebri antęcellit uenuſtate: quā eximiā præ ceteris & cōdit ingeniorū ſuauitas: & pu dicitiæ: atq; honeſtatis decus exornat: prçter lauta: atq; opipera cōuiuia ac menſarū ſplēdores: adiecti ſunt ſaltatus & tripudia: & dulce a iuuenculis mulieribus dulce concinnētibus: odarū & carminum melos. Ita munifice acta: & omni officiorum genere affecta: Plūbinū Baptiſtina regreſſa eſt. Plura hic idem annus tulit ac uaria: quæ multorū animos multifariā afficerent. Genuenſes magnā parabant: atq; ornabant claſſem. Dux Mediolanenſis auctor ferebaf. Alii aliter eius conſiliū interpretabantur. Plumbinenſes ualde ſibi metuebant: quod Piſis in proxima regione illorū exules diuerſarētur. Ru mor erat ædificari triremes. l. quæ ad quodlibet ēt memorabile facinus: ſufficere putabanf. Plæriq; Itali tū ppli tū ēt pricipes ul' ſubtimebāt: uel caſtigabāt tātę molitionē claſſis: ut tādē cępto deſiſtere uiſum ſit ſatius. Per mediā æſtatē diffidentibus Peiliani Oldobrandino patre: & Nicolao filio Vrſi nis: cū in de imperando Peilianenſibus: & Soranenſibus acrius decertarent: uicit ad poſtremū filius: q ſuperato patre: Penilla pelice ceſa: & Albertāo illius filio: ſolus dominari inſtituit. Quod uero iam no ſtro ſaeculo latius patet: dominandi cupidini ēt: quā natura ingenerauit: parentum pietas: & charitas ceſſit. Dedebat ſe Oldobrandinus ultro Senēſibus. Rex tamen Ferdinādus refragatus ē malvitq; eū dominatū Vrſinis manere: eo tū foedere: quod Senenſes cū Oldobrādino multo antea pepigiſſent: ut & Senenſes Nicolaū Vrſinū protegerent: & ille fidē: atq; obſeruantiam exhiberet. Circa extremam mox æſtatē. v. kl'. Sextil'. repentino mortis genef correptus rebus exceſſit humanis. Paulus Pontifex Maximus. ii. pacis ſeruantiſſimus: cum magnis theſauris: & ampliſſimis opibus Apoſtolicā dimiſſet ec cleſiam: creatus exinde ſucceſſor eius Sixtus. iiii. religione Minoriſta: uir doctrina: & diuinarū rerum cognitione clarus. Paucis poſt diebus. vi. kl' Septembres: & ēt uita defunctus Borſius Ferrariēſis: cui ſucceſſit Hercules Nicolao reiecto eodē patre nato: q eum principatū inuadere conabaf. Iacobus āt iii. Apianenſis: cum iam ſexdecim (niſi fallit me animus) in Plūbinenſi dominatu expleuiſſet annos aduerſam ualitudinē incidit. Ad eum curandum miſere tum ſenenſes peritos īprimis medicos: ne eis quē uiuentē ſumma fide defenderant morituro iam deeſſe uiderentur. Cum uero Iacobo ſummam in Bartolo Turio ſpes eſſet: cuius pp diuinā quandā medendi rationē & pręcipuam eius artis gloriā: nō mō in Senenſi Gymnaſio: ſed ēt per cunctos Italiæ populos celebre nomen eſt: ad ſummū præſtā dum ueræ amicitiæ munus Bartolū eodē proficiſci iuſſerunt. Quod uero ætatis ībecillitate: & ultimo iam ſenio nullo poſſet pacto alio iret: ingredi ſella multorū ſubiecta ceruice Plūbinum Bartolus de latus ē. Quo & Iacobus (ſi forte an uiuat: cui ſoli ſanandi languoris poteſtas ē) ſaluus fieret: & ille ſerua retur incolumis: qui plurimis nouit ſaluti ac præſidio eſſe. Nihil ptermiſſum eſt: nec ſtudii nec opæ. At diuinam euocationē effugere nemo poteſt mortaliū. Cū redactus Iacobus ad ultimos ēēt uitæ ter minos: Senēſes quo tutior eēt Iacobo. iiii. dominatus īgreſſus: quē natu grādiorē ſucceſſorē principa tus ēt teſtamēto pater inſtituiſſet: cōparato delectu: miſſis Plūbinū legatis: ita ſua pſertim cura: atque labore effecerunt: ut uita functo patre tuta oīa: & pacata filio pmanerent: ſufragante quoq; Ferdinā do Rege: q Italos potentatus perinde ac uere perſtudioſus pacis citra ambitionem uiribus: & auxiliis oīfariā tueri cōtenderit: q ēt Volaterranos poſt defectionē a Florentinis multa pollicentes ac ſuppli ces auxiliū iplorantes ab ſe repulerit: & ad fidē Florētinis ſeruandā: plurimū cohortatus ſit. Diē obiit Iacobus. iii. viii. Idus Martias: annis ſalutaribus M cccclxxiii. Igif Iacobus. iiii. tenella adhuc ętate ac puer admodū: quē pater optimis diſciplinis: ingenuis moribus ac ſalutaribus pceptis erudiēdū: īſtituē dū q; curauiſſet: ita ſe ſtatim principatus geſſit initiis ita es īde cōſtāter ac ſupra ætatis uires (ut ſubditi aſſerūt) pſeuerat: ut uere a ſuis nō īmaturus iudicef Impio. Is nūc Plūbinū regit: & qdē nō pueri īge nio: ſ; ueluti ſapiētioris cuiuſdā cōſilio: atq; prudētia ſenioris & de ſpōſa ſibi uxore uictoria amalfitani ducis Antonii Piccolominei: illuſtris pricipis filia: q̄d & regis potētiſſimi Ferdināndi gener & Senēſi or tus patria ē: q̄ ſola uere ſūm c fide Plūbinū curaf: Reddidit Iacobus eū principatū firmiorē: ut facile eius gloriā augere poſſit: ſi ab optimo īſtituto: & recta uiuēdi rōne atq; a ſenēſis populi fide atq; amici tia nūq̄ deſciuerit. Hac nāq; una regula manebit claro Apianēſi generi principatus ille ſēp īcolumis. Princip iuū uero laudes: nequāq̄ referf i aio ē: ne uō tā a uero id: q̄ ab aſſentādi ſtudio pfectū uidea tur. Quod qdē ſtultū alioqui ſit: ſcitū ſimul: atq; æquū ſi ſuo tempore fiat. FINIS.

AVguſt. Dathus Matheo Tõmaſio. S. Putãt Stoici (ut probe noſti) paruã eſſe: ut magnã culpã. Ego tecum exiſtimaueris: magnã eſſe: ut paruã potius. Accepi tuas binas litteras. Erant partes meę celere reſponſum dare. Id diutius cum cunctatus facere: certe nõ ſuperbia: cum ſupbi uideri ſoleat nõ reſpondere: ſed nec incuria: cũ tu ſis mihi maximæ curæ: nec obliuione: cum tu dies: noctesq; tum ĩ memoria: tum ĩ animo uerſeris mihi. Sed alia fuere: quæ me ſegniorẽ reddiderunt ad id efficiendũ: quod ipſe uehementer exopto. Eſt. n. iucũdum mihi ad te ſcribere: iucundius legere tuas litteras: ſed multo certe iucundiſſimum crebrũ id: mutuũq; obire munus. Nam cum id fit: ueras uideor audire: ac reddere uoces. Vnũ te præcipue oro: ne litteras numeres meas: ſed uoluntatẽ ipſam metiaris: quorũ primũ forſan diuturnũ ſilentiũ pariat: alterũ uero faſcem litterarũ repoſcat. Id tibi perſuadeas uelim: ſummã mihi ex tuis epiſtolis uoluptatẽ cõparari: qppe quæ amoris pſpicuũ faciũt documẽtũ. Proinde pge ad me ſcribere: & expecta tuorũ laborũ nõ iniucundã uicem. Quod aũt ad iſagocicũ libellũ ſpectat: aperiam paucis meam ſententiã. Qum primũ mihi nunciatũ eſt: de ſuppoſiti nominis falſa inſcriptione: quum innotuit delerũ Auguſtini nomen: & ĩmutatũ eſſe titulũ: principio ſtomachari cępi: & accuſare temerariũ auſum eorũ: q uel improbitate: uel inuidia: indignũ facinus fuiſſent auſi. Poſt uero rem ipſa; accuratius expẽdi: cogitãs id forſan ignoratione potius auctoris: q̃ falſi intentione feciſſe. Quanq̃ nec mihi debet eſſe moleſtum: ſi Laurentii celebrius: q̃ meũ ſit nomẽ. Nam ut taceã doctrinã eius uiri: quę profecto fuit nõ mediocris cum longe anteiret ætate: longius anteibat & nomine. Illos ego accuſare debeã nõ iniuria: q primus illi bellũ attribuit: & nomen meũ ſuppreſſit: atq; (audenter dicam) me nõ uſq; adeo ignobilẽ eſſe: ut putauerit eum: q librum aſportarit: ferre & Auguſtini nomen. Nolo de meipſo prædicare: quod agenti uitio: audientibus moleſtię eſſe conſueuit. Sed certe libellus iſte nõ reponitur inter ea: quæ a me accuratius ſcripta ſunt. Fuit quoddã ueluti ingenii delibamentũ nõ mea uoluntate: ſed quorundã amicorũ opera: in lucẽ prolatũ: q ſelecturos qdẽ: ſed minime edituros aſſeuerarẽt: ac tam breui lucubratione conflatũ ẽ: ut dictu incredibile uideri poſſit. Quidã religioſi uiri primũ abſtulerunt libellũ: delectati (ut arbitror) pręceptorũ nouitate: & Venetias uſq; perlatus eſt: ubi & de auctoris nomine fuit controuerſia. Demum recognita: Auguſtinus inſcriptus eſt: & celebratus auctor. Mox plęraſq; Italię urbes peragrauit: nec uſq̃ accepi præter q̃ Ferrariæ nomen ĩmutatũ: ubi is agit: q cum alter Auguſtinus ſit: relinquat nemini iuſtæ defenſionis locũ: Andreas Capaccius clarus ciuis plus dolet: q̃ ego ipſe: q condidi. Nã & ſuaſu eius opuſculũ confectum: & ſuo nomini dedicatum eſt. Non uideo opus eſſe cõcertatione p re puſilla. Qđ ſi ĩ aut orationib9 meis: aut in iis libris: q a me de Philoſophia ſcripti ſunt idem fieri animaduertã: cuius lenitatẽ: & manſuetudinẽ experiunt: experient ẽt amaros morſus. Cupio ſcire de te: ſi aut odio cuiuſq̃: aut inſcitia factũ ſit: & me q̃ primũ certiorem facias. Ac tamẽ & ſi ad rem cõprobandã tu ipſe ſatis præſidii habes: tamen ne Senenſiũ genus cõtemnẽdũ uideatur (ſi ipſe opportunũ iudicabis): & libelli proferã perſpicua documẽta: qui a me ſcriptus eſt: & ſiq nebulones ueritati tenebras effundere uoluerunt: oſtendã: q̃ tollerandũ ſit propriorũ bonorũ poſſeſſione ſpoliari: & quod alienũ a meo ingenio: & cõſuetudine ẽ: latratores agã dignis modis. Nam uereor interdũ ne nõ uerũ ſit: qđ dici ſolet a nonnullis finitimis noſtris: Hetruſcis gloriã ĩuideri. Itaq; rogo te: ut quicqd hac de re tibi exploratũ fuerit: q̃ primũ ad me ſcribas: quod erit mihi gratiſſimũ. Tuas litteras percupide deſidero: me aũt habebis ſemp tuis ſtudiis obſequentẽ: non ſecus atq; optimũ fratrẽ. Cõmenda me tuo clariſſimo: atq; optimo patri: & tuos oẽs iube ſaluere meis uerbis. Vale.

❡Ad Matthęũ Thõmaſium Senẽſem in demptores tituli huius Iſagogici libelli clariſſimi Oratoris Aug. Dath. Senenſis Gaſpar Tribacus Mutinenſis Poeta inſignis.

❡Quiſquis es o Dathi titulum: q demis ab arte.
Sic tibi ſint humeris brachia dempta tuis.
Sic tibi uel gladiis oculi fodiantur acutis:
Vel quocũq; alio deteriore modo.
Sic tibi ab obſcœno truncet gutture lingua:
Sitq; tuum alterius Tydeos eſca caput.
Sic tua corda lupi lanient ſine fine rapaces:
Vel Tityi æternum quæ iecur urget auis:
Dii te Tereidem faciant: puerumq; Thyeſtæ:
Quando uetarnimius te furor, eſſe uirum.

❡Franciſci Octauii Cleophili Ariminẽſis: clari Poetæ epigramma ad Mattheum Thommaſiũ Senẽſem huius Iſagogici libelli Auguſtini Dat. Oratoris clariſſimi aſſertorem.

❡Quantum priſca tuo debes o Roma Camillo:
Auguſto quantum Virgiliana Chelys.
Hunc tantum Matthea tibi debere libellum
Dicimus: o gentis tutor amorq; tuæ
Per te direpti patriæ redduntur honores:
Per te ſublatæ reſtituontur opes.
Inſcribis titulum: ueraſq; in margine laudes
Aſſeris: & furi nomina dempta manu.
Dathe reſurreſti: gaude: tuus ecce libello
Stat labor: aſſerto: q mõ nullus erat.

❡Benedicti Cinguli pegregii uatis epigrãma ad Sũmũ ſui tẽporis oratorẽ: Auguſtinũ Dathũ.

❡Vidimus eloquii decus Auguſtine libellum:
Nouimus ingenii flumina magna tui
Ingens fama uiget: ſupera facundia famam:
Scribis enim priſcos inter habenda uiros.
Qualia facundo dictabat Tullius ore
Talia quem legi uerba libellus habet.
Paſſim Cecropiam ſapiũt tua dicta Mineruam:
Inq; tuo regnat Atthicus ore lepos.
Immortale tuum facies per ſęcula nomen:
Et facies cineri te ſupereſſe tuo.

¶ Diſertiſſimi Rhetoris: Auguſtini Dathi-Senenſis Iſagogicus libellus pro conficiendis & Epiſtolis: & orationibus ad Andreã Capacciũ-cõciuẽ ꝑ egregiũ-ac diſcipulũ dilectiſſimũ fęliciter ĩcipit.

CREDimus iamdudũ a pleriſq; uiris ẽt diſertiſſimis pſuaſi-tum demũ artẽ-quẽpiã in dicendo nõnullã adipiſci-ſi ueterũ: atq; eruditorꝫ ſectatus ueſtigia optima-ſibi quiſq; ſemper ad imitandũ propoſuerit. Neque n. qui diutius in Ciceronis lectione uerſatus fuerit: nõ ẽẽ in dicendo & ornatus: & copioſus poterit. Nam & aridiora crebrius conſectati: ipſi quoq; aridi-ieiuni-& inculti fiant-neceſſe eſt. Lectitandi igiẽ mihi Ciceronis uolumina: quẽ eloquẽtię parentẽ merito appellauerim: pauca annotatiõe digna uiſa ſunt: quibus ſi utamur: uulgariũ ſermonẽ aſpernati ad eloquẽtiũ orationẽ primius accedemus. Sed tamẽ id ĩprimis quiſq; admonendus ſit: quod Rhetor diligẽtiſſimus-& inſignis orator Fabius Quintilianus de orationis partibus dicere cõſueuit. Neq; n. leges ſunt Oratorꝫ quadã ueluti immutabili neceſſitate cõſtitutæ: nec rogationibus (ut idẽ dicebat) plebiſue ſcitis: ſancta ſunt iſta præcepta: ſed uti in ſtatuis: picturis: poematibus: cæteriſq;: ita ĩ exornãda quoq; eloquẽtis uiri oratione-plurimũ ſemp decoris-ac uenuſtatis habuit uarietas: Atq; quod dici ſolet cauendũ: tenendũq; illud eſt ante oĩa ne ars ulla dicẽdi (ſi fieri põt) ẽẽ uideaẽ. Hęc igiẽ lex prima ſit cõmutatiõis uarietatiſq;: quã eruditorum aures non difficile iudicent. Hoc igitur iacto fundamento ꝓ pauca deinceps ſcribam amice ſuauiſſime: quæ & ſi non ſemp ut plurimũ tñ his rationibus tibi ſeruanda erunt. Sed iam noſtri inſtituti ita naſcatur exordiũ. Plęriq; n. q oratione artis floribus-ac faleratis (ut aiunt) ſtudẽt uerbis: contra tritam uulgatãq; Grãmaticorũ conſuetudinẽ: quod in calce abſolutæ orationis locari conſueuit: id illi potius coactant initio. Quod omne tibi fiet exemplo manifeſtius. Scis plenã orationẽ conſtare tribus partibus: quod ſuppoſitũ (ut eorũ ipſorũ uocabulis utar) quod uerbũ: quod appoſitum uocant. Dicunt igitur Grãmatici Scipio Aphricanus deleuit Carthaginem: ornatioris uero elogi homines conuerſo potius utuntur ordine. Carthaginem ſcipio Aphricanus deleuit. Illi. M. Cicero familiariter utiẽ Publio Lentulo. Nos uero. P. Lentulo. M. Cicero familiariter utiẽ. Quibus plane exemplis patere arbitror: appoſitũ primũ in orõne: ſuppoſitũ mediũ: nouiſſimũ uero locũ uerbũ tenere. Sed & ſi quid pro grãmaticorũ more poſt appoſitũ ſitũ erit: id initio orationis poni ſolet. Cuius rei exẽpla ſubnectã. Scipio Emilianus euertit Numantiã urbeꝫ opulentiſſimã Hiſpaniæ. Hiſpaniæ opulentiſſimam urbẽ Numantiã Scipio Emilianus euertit. Nõ ignoras ẽẽ multa genera epiſtolarũ. Epiſtolarũ genera multa ẽẽ nõ ignoras. Lycurgus cõdidit ſanctiſſimas leges Lacedęmõiis. Lacedęmoniis leges ſanctiſſimas Lycurgus cõdidit. Multaq; cõſimili ratione. Appoſitum igitur plerũq; principio poniẽ-ſuppoſitum medio: fine uerbũ. Vt Areopagũ Solon Salaminiũs primus cõſtituit: Cæterũ diuerſis & ordinibus: & locis locandæ partes ſunt pro aurium iudicio: quod quidẽ ſolo uſu comparatur.

Iam uero de aduerbiis: quę ſunt ueluti adiectiua uerborũ: dici poteſt: paſſim ubi uis loci ponẽda eſſe: ubi demũ aptius cõgruere uiſa fuerint: mõ ĩ principio: mõ ĩ fine mõ ĩteriecta ĩter utrũq;. Qua in re diligenti eſt utendũ conſilio: Sed prope uerbũ frequentius peruenuſtã reddunt orationẽ: Vt Fabius Maximus ante alios fortiter: atq; animoſe pugnabat. C. Lęlius Scipione familiariſſime utebaẽ. Clementiſſimus Cæſar humaniter ignoſcebat. Nunc uero ad reliqua.

Præpoſitiones ꝑpulchre inter ſubſtantiua: atq; adiectiua nomina inſerẽtur. Vt ferace ĩ agro: ornatiſſimo in loco: maximas ad res: hanc ob cauſam: iuſtis de cauſis: aliaq; huiuſmodi cõplura. Nec præpoſitiones ſolũ: ſed & alia q̃ plura-eiuſmodi: Nunc ſummemus exẽpla. Magna in remp. diligentia: maxima in parentes pietas: incredibilis in oẽs ciues obſeruantia: ſumma in hoſpites liberalitas. Atque ẽt ꝑpulchrũ inter duos caſus puta nominatiuos duos genitiui concinne ponuntur: ut oĩa reip. iura cõſtantes militũ animi: ĩmania ſceleratorũ hominũ flagitia. Et econuerſo & conſtituta-ac tranſpoſita oratio plurimũ exornat: ut huius claritudo uiri: huius quirites auctoritas loci.

Venuſte ẽt plerũq; præcedit adiectiuũ nomen ſubſtantiuũ: ut tua dignitas: optima uirtus: diuinũ ingeniũ: exquiſita doctrina. Magni etenim refert: quo loco quæq; dictio ſita ſit: quod teſtatur Boetius in iis cõmentariis: quos in Ariſtotelis libros conſcripſit: ubi & Ciceronis-& Virgilii ponit exẽplum. Boetii aũt ipſius hęc uerba ſunt. Et. n. quãtũ ad cõpoſitionẽ orationis ſpectat: maximum differt: quo uerba: & noĩa prædicationis ſuæ ordine ꝓferanẽ. Multũ. n. intereſt in eo: quod ait Cicero. Ad hanc te amentiã natura pepit: uoluntas exercuit: fortũa ſeruauit: ita dixiſſet ut dictũ eſt: an ita ad hanc te amentiã peperit natura: exercuit uolũtas: ſeruauit fortuna. Sic. n. minor ẽ ſententię magnitudo: minuſq; ĩ ea lucet: id qđ ſi ſic cõponaẽ: eminet: & ſeſe uel nolẽtibus hominũ auribus animiſq; patefacit.

Rurſum quoq; dicit Virgilius: Paciq; imponere morem: potuiſſet ſeruare metrum: ſi ita dixiſſet. Moremq; imponere paci. Sed eſſet debilior ſonus. nec eo ictu uerſus tam præclare ut nunc compoſitus diceretur: quod idem non eſt apud Dialecticos. Hæc Boetius. Nunc uero ad reliqua.

Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur: ut præſtantioreꝫ te uidi neminẽ. Scipione clariorem

in bellicis laudibus īuenies neminē. Tua erga me beniuolētia: & tuo in me animo gratius eſt nihil. Qui te ardentius amet: habes neminem.

Sed & poſſeſſor anteq̄ poſſeſſio. Optimi uiri diuitię. Pręſtandis uiri uirtus: prudētiſſimi hoīs cōſilius. Quid uero pulchrius: q̄ ſi pro gerundiis: quæ appellant: utemur gerundiuis nominibus? Vt tritum eſt illud Priſciani exemplum. Veni cauſa amandi uirtutē. Veni amandæ uirtutis cauſa. Gratia gerendi bella. Gerēdorū bellorꝫ gratia. Ad āplexandā uirtutē: magis q̄ ad āplexādus uirtutē dicimus: q̄ una pręceptio optima ē: crebraq; eius apud. M. Tulliū: aliosq; eloquētes uiros fuit ſēp obſeruatio.

Nunc aūt multa cōficiāt: quę ſi diligēter aduerteris: haud parū latino: ornatoq; cōducēt eloqo. Sed id mihi īprimis animaduertēdū uidet: ut cum tria fuerint: antecedens, conſequens: & eorū mediū relatiuū nomen. Si id cōſequens ſit uel hominis uel rei cuiuſpiā propriū nomē: tum relatiuū cōſequēti ſemper cōgruat. Alioqn non latina ſit oratio: ſed a doctiſſimorū hominum conſuetudine aliena. Alias poteſt cū alterutro cōuenire: ſi non cōſequat propriū nomē. Quā rem facile exempla declarant: & priſcorꝫ auctoritates cōplures. M. Cicero primo Tuſculanarū queſtionū. Studio Sapiētię: q̄ Philoſophia dicit. Et ſexto de rep. Cōciliatoꝫ: cœtuſq; hoīum iure ſociati: q̄ ciuitates appelāt. Atq; iterū. Ex illis ſempiternis ignibus: q̄s uos ſidera: & ſtellas nuncupatis. Saluſtii quoq; illud tritū. Eſt locus in carcere: qd' Tullianū appellat. Innumerabilia ī ueruſtis codicibus id genus īuenies. Nec id eſt Grāmaticæ artis uitiū: q qd ī ignari litterarū arbitrant. Sed & nos aliqd exemplorū afferamus. Præclarum eſt Ciceronis opus: q Cato maior dicitur. Nā quod Cato Maior dicitur non latine profertur. Conſimiliq; modo urbis uiſceribus conſulēdū eſt: qui ſunt ciues. Perditi uiri ex urbibus pellēdi ſunt: quæ & ē ciuitatū pnities: & ſentina dedecoris. Plerūq; igit relatiuū nomē cū eo cōſors ē: q d' ſequit.

Illud quoq; inſpectandū eſt. Nam cum tria exiſtant: quorū unū relatiuū nomē ſit frequentiſſime eorum duo in eiuſdē caſus exitu conueniunt. Nā ut exēpli cauſa dicā aliqd: ſi qs hunc ſermonē protulerit: liber: in quo de uirtute agit: præclarus ē. Rectius: atq; ornatius dixerit. In quo libro de uirtute agit: præclarus ē. Concordant nāq; eodē caſu extribus duo illa: quæ maiore uicinitate iuncta ſunt. Aliud item exēplū huic ſermoni ſit. Quas miſiſti ad me litteras: iucundæ mihi fuerunt. Sermonē: quē audiſtis: nō ē meus. Quā exiſtimas Demoſthenis orationē: Aeſchinis eſt. Atq; huius ſermonis crebrū inuenire poteris apud ueteres uſum. M. Tullius de Officiis primo. Quorꝫ aūt officiorū pręcepta traduntur: ea quanq̄ ptinent ad finē bonorū. Virgilius Maro in Aeneide. Vrbē: quā ſtatuo: ueſtra ē. Terentius in Andria. Poſthac quas faciet de integro cōmędias: ſpectandæ: an exigendæ ſint uobis prius. Idē. Populo ut placerēt: quas feciſſet fabulas. Idē quas credis eſſe has: nō ſunt ueræ nuptię. Atq; huiuſmodi ſermo plurimū exornat. Id quoq; annotatu digniſſimū ē: quum poſitiua uelim9 augere nomina: ut his p præpoſitio accedat. Cicero in epiſtola ad Curionē. Charus æque ſis ac percucūdus. Idem de Oratore primo. Perbeati. Quinte frater illi uideri ſolent. Terentius in Eunucho. Perpulchra credo dona: haud nr̄is ſimilia. Nā pgratū ualde gratū ſignificat: & ī ofoe lepide pſōat.

At ſuperlatiuus multo: lōge: & q̄ aduerbia præponimus. Idq; ſæpenumero perpulchrū uideri ſolet: ut longe amantiſſimus noſtri: multo omnium fortunatiſſimus: & ago tibi q̄ maximas gratias.

Comparatiuis uero uel multo: uel longe præponi ſolet: Vt Iuſtitia multo præclarior ē cęteris uirtutibus. Et Socrates longe aliis Philoſophis præſtantior.

Illud nequaq̄ ōmiſerimus. Qum. n. nomina quępiā ſunt profecta a Gręcis tertię flexionis: & obliquos caſum habentia: qui rectū ſupent: Latini Oratores frequentiſſime litteris illorū qbuſdā immutatis: fingunt aliarū declinationū nomina: & genus ſeruant: qualia poematū: enthimematū: delphinus: elephantus: & lampada ex iis ſunt: quæ a pleriſq; tertia flexione proferuntur: poema: poematis: enthimema enthimematis: delphin elephas: lampas. Hanc tu obſeruationē diligēter cōmenda memorię.

Qum autē uolumus oſtendere aliqd nobis iucūdū: honeſtū: utile eſſe: tum datiuis cum uerbo utimur ſum es eſt ſubſtantiuorū: quorū illa adiectiua ſunt. Nam ne ab exēplis diſcedā: qd aliud ſignificat. Hæc res mihi iucūditati ē: q̄ hæc mihi res ē iucūda. Idēq; ipſuꝫ. Tuæ mihi literæ fuere gaudio: quod eſt ad gaudiū: uel gaudiū mihi attulerūt. Eodēq; pacto. Leges dignati ſunt reip. Præclara urbis ædificia ciuibus decori ſūt. Vitia dedecori ſunt uiris: id ē dedecus pariūt hoībus: deq; ceteris ſimili rōne: Verbū afficio & pulchrū ē: & late patet. Nā afficio te uoluptate: ē: tibi uoluptatē affero. Afficio te honore: ē: te honoro & tibi facio honorē. Afficio te laudib9: ē: te laudo. Afficio te pbro: ē: te uitupo. Afficio te cōmodis: eſt: tibi cōmoda facio. Afficio cadauera ſepultura: eſt: cadauera ſepelio. Afficio inimicos iniuria: eſt facio inimicis iniuriā. Atq; ſimiliter afficior dolore: id eſt doleo. Afficior gaudio: idē eſt q gaudeo. Afficior uerecundia: uerecundor. Latiſſimaq; eſt huius uerbi uſurpatio. Nec tamen te lateat afficere: ſignificare diſponere. Hinc eſt illud Plinii. Vitia uox magis afficit. Neq;. n. ſine optimis cauſis tam lata: tamq; diffuſa ſit huius uerbi ſignificatio. Sed de hoc ſatis.

Non eſt aūt ignorandū: q d' ſi duo: aut plura duobus: qd' p raro uſu uenit: ſi illa pariter ſe habuerint: utriq; tū dictionē pponimus: q d' liqueat exēplo. Par ē in. C. Lelio doctrina: uirtus: tanta q̄ ſit eius uirtus probitas: tanta quoq; eſt eius ſaentia. Tūc ſplendide: ac recte dixerim. C. Lęlius uir tū doctus eſt: tum pbus. Itidēq;. Magna ineſt. C. Lęlio tū uirtus: tum etiā doctrina. C. Lęlius plurimū tum laude: tum rerum ſcientia ualet. Aliud item exēplū. Themiſtocles: tum Cōſilio pollet in urbanis rebus: tuꝫ ī bellicis negociis uiribus: atq; animi magnitudine floret. Sic tantum oſtendi eē in rebus urbanis cōſiliū:

quãtã in bellicis magnitudinẽ animi: quod tum geminatũ poſitũ ẽ.

Sed eandẽ quoq; uim habet geminata & cõiunctiua. Aeneas eſt & terris iactatus & alto. Idem ꝑfecto ſignificat. Aeneas tum pelagi/tum terrarum labores perpeſſus eſt. Aphricanus ites ſingularis eſt & uir: & Imperator. Idem ſibi uult. Aphricanus magnus extitit tum uir/tum etiam imperator.

Quod ſi duo quoq; quæ nequaq̃ paria ſint: ſed alterũ minus cõplectitur: alterũ uero magis: ita faciendũ eſt: ut qđ leuius exiſtat: locemus prius: atq; ei cũ dictionẽ pręponamus. Quod aũt grauius: ualidiuſq;: id poſterius poſitũ/tum dictio præcedat: qđ patefaciemus exemplis. C. Lęlius amat Scipionem: ꝑpterea quod eum doctũ cognouit hominẽ: & inſup uirũ optimũ: qđ poſtremũ uehemẽtius ad amorẽ impellit. Quare ẽ ita oratio inſtituenda. C. Lęlius amat Scipionẽ cum ob doctrinã eius/tũ ꝑp uirtutẽ. Ita uirtus in hac beniuolentia plus momenti habet. Atq; idẽ ſi ita dixerim. Cum oẽs fortunati ſunt: q bene uiuunt/tum ꝑbeati: q oĩa deſerũt: ut uirtutẽ ſolam complectanẽ. Hos nanq; poſteriores multo beatiores eſſe cõſtat: ſiqs ſupius mõ allatam præceptionẽ intellexerit. Hoc. M. Cicero imprimis frequẽter uſurpat. Ex quo illud. Cũ oĩbus conſulẽdũ eſt/tum his: q armis poſitis: ad Imperatorũ fidẽ cõfugiunt. Signicat enim confugientibus ad Impatores: & ſeſe dedentibus: multo magis conſulendũ eſſe. Atq; in Catone maiore. Mirari ſeſe aiebat Sçęuola Marci catonis cũ cęterarũ rerum perfectam ſapientiã tum quod nunq̃ fuerit illi ſenectus grauis. Sed hac de re ſatis.

Iam uero explicandus eſt: qua ratione quãpiã perſonã/aut laudari/aut uituperari oporteat: quod ad decorẽ ſermonis pertineat. Nam id trifariã poſſe fieri cõperimus ex monumẽtis literaꝝ: ut ſi uelim oſtendere. M. Catonẽ habere magnã uirtutẽ: cum uerbo ſum es eſt ita commodiſſime fiet. M. Cato uir eſt magnus uirtute. M. Cato uir eſt magnæ uirtutis. M. Cato uir eſt magna uirtute. Plato Philoſophus præſtans fuit ingenio: uel pręſtantis ingenii: uel præſtãti ingenio. Mulier eſt clara moribus: clarorũ moꝝ: claris moribus. Vir egregius laude: egregię laudis: egregia laude. Sꝫ illud prius magis Poetãꝝ eſt: poſtremũ uero & ſplendidiſſimũ: & perpolitũ. Ariſtoteles ſcientiæ copia: Philoſophus exq̃ſita doctrina: uir acerrimo ingenio. Quod qdẽ ut diſertiſſimus Priſcianus īqt: ſignificat Ariſtotelem habentẽ ſcientiæ copiã: & q habet exquiſitã doctrinã. Cœteraq; cõſimili ratione. Quod qdem A. Gelius in Noctibus Acticis ſentire uidetur. Eſt enim uelut defectio quædã: ſed ea trita: uſurpataq; ab eloquentiſſimis uiris: & clariſſimis Oratoribus: qua & nobis utendum eſt. Atq; participiorũ tum accuſatiui caſus ſæpe: tum ablatiui: locũ tenent infinitiui uerbi. Hinc Saluſtianũ illud. Nam & priuſquã incipias conſulto: ubi cõſulueris: mature facto opus eſt. Et Terentiana. Miſſis Glicerium alloquens amicã Pamphili. Iam iam: inquit īuentũ tibi curabo: atq; adductũ tuũ Pamphilũ. Omnia nanq; illa conſulto: facto/inuentũ/adductũ/conſulere/facere/inuenire/adducere deſignant. Verum Oratores frequenter his orationibus ablatiuorũ caſuum utuntur: accuſatiuorũ perraro.

Et quoniam de nomine: quod ẽ opus: attulimus mentionem: intelligendũ ẽ: opus ẽ mihi hac re. ſignificare me egere hac re. Sed id uariis caſibus iungi ſolet. Nam & opus eſt mihi tua opera nominatiui caſus: & tuæ operæ: & tuam operã: & tua opa dicimus. Sed hoc poſtremũ ornatius eſt: & totum Oratorũ. Cœteris orationibus Poetæ potius: Hiſtoriciq; utunẽ. Nos aũt quædã præcipimus: ut & cognoſcamus a ueteribus uſurpata: eiſdemq; utamur: quædaꝫ uero ut cognoſcamus ſolum. Nam opus eſt mihi hanc rem: nunquã Orator dicat.

Quid illud nonne pulcherrimũ eſt! ut qum duo nomina: alterũ adiectiuũ: ſubſtantiuũ alterũ: eodem caſus exitu proferri debeant: ſępe creberrimeq; quodãmodo tertiaꝫ adiectiui nominis uocẽ: quæ eſt neutra: in uim ſubſtantiuã transferamus: & ſubſtãtiuũ id prius genitiuo Caſu locemus. Quod ut frequens eſt eruditis/ac diſertis uiris: ita quoq; erit exẽplo manifeſtũ. Nam qum multã uirtutem dicturus ſum: ſi multũ uirtutis loco eius orationis poſuero: multo protuleris uenuſtius. Multũ. n. pecunię ſignificat multã pecuniã. Plurimũ uiriũ: plurimas uires. Quid animi: qs anim9. Quid rei: quę res. quid cauſæ: quæ cauſa. Aliaq; item ꝑ multa. Sed id iam animaduertendũ ẽ. Nam ſi genitiuus ille caſus fuerit ſingularis: totã itẽ orationẽ ſingulariter exponere debemus. Si uo pluralis: pluraliter. Nam exẽpli cauſa. Multũ pecuniæ: multã pecuniã ſingulari numero ſignificat. Ac contra: multũ pecuniarũ: multas pecunias. Similiſq; eſt & aliorũ ratio: ut multũ roboris: ſingularẽ: plurimũ uiriũ autem: pluralẽ habet ſignificationẽ. Et aduerbia quoq; nonnulla uim eandem retinent: præſertiꝫ uero duo hæc: parũ: & ſatis: Nam parũ ſapientiæ: eſt parua ſapiẽtia: ſatis uiriũ: ſufficiẽtes uires. Et nihil quoq; ſiue nomen: ſeu aduerbium ſit: in eandem ſæpe obſeruantiã cadit. Hæc igitur hactenus.

Quoniam aũt ſingula hæc fere inueſtigamus: id quoq; dignũ cognitione eſt: ut qum duo inueneri mus ſubſtantiua nomina: quorũ utriq; idem epitheton adiciendũ ſit: ut adiectiuũ ipſum principio collocemus/tum conſequẽtibus ſubſtantiuis/uel tum geminatũ/uel duplicatũ & preponamus. Exẽpli uero cauſa: afferantur Ciceronis uerba. Aphricanus ſingularis & uir & imperator: qđ ẽ Aphricanus ſingularis uir: & ſingularis imperator. Propter magnã & doctoris auctoritatẽ: & urbis: qđ ẽ ꝑp magnã auctoritatẽ doctoris: & ꝑpter magnã auctoritatẽ urbis. Præclarus & miles: & ciuis. Illuſtris tum uir/tum Philoſophus. Optimus tum patriæ defenſor/tum gubernator. Iuſtus & Rex: & iudex. Conſimiliaq; eodẽ mõ ſe habent. Sed & ſepe numero contra eodẽ ordine/uni ſubſtantiuo præpoſito: duo adiectiua/aut plura deſeruiunt. Exempla ſunt quæ nunc conſtituam. Vir tum bonus: tum ẽt temperans. Imperator & callidus & fortis. Iudex & integer: & ſolers. Ornamẽta ciuitatis tuꝫ multa/tum præclara. Alia tu ipſe coniecta.

Non nunquam & duo ſubſtantiua ita ſe habent: ut alterum uim ſuam ubiq conſeruet: ac tueatur: alterū quaſi quendā obtineat adiectiui nominis locū & eius fungatur officio. Quale eſt Virgilianū illud primo Aeneidos. Moleq̄ & mōtes inſup altos: impoſuit: ac ſi dicat molestos: mōtes impoſuit. Cauendū eſt ne ab honeſtate naturaq diſcedamus. Perinde ac ſi dixerit. Cauēdū eſt ne a natura aliena honeſtate diſcedamus. Sed tibi nota hæc ſunt. Sed ne quaſi hiſtoriā texens dicendoq̄ ſeriem nectā. Ita quæq patefecero: ut ſe mihi ſorte quadā obtulerint. ℭ Cæterū nō ignoras (ut ipſe arbitror) extrema ſupina plerunq ornate ac ꝑuenuſte ſignificare gerūdia accuſatiui caſus ad dictione prepoſita: ut res difficilis creditu. i. ad credēdū: Suauis guſtu: ad guſtādū: ꝑmultaq cōſimili ac pari modo ſe habēt. Nec id te amice lateat: ſicum fuerit ſuperlatiuum quodpiam durius aſperumq: & ſuperlatiue ſignificandum ſit: ut pro ſuperlatiuo poſitiuum afferamus: & ei ſuperlatiuum aptumq apponamus aduerbium. Nam maxime memorabile facinus: eſt memorabiliſſimum facinus. Maxime rarum genus hoīum: eſt rariſſimū genus hominū. Sed & admodū & īprimis poſitiuis adiuncta: uim ferme eandem retinēt.

Id aūt nequaquā ſilentio prætererim: ut ſiquē: quod uirtutē habeat: uelim mediocriter laudare: dicā exempli gratia. Pericles uirtute pręſtans Princeps erat Athenis: uel quod multa ꝓclara geſſerit: Themiſtocles rebus geſtis floruit. Sin uelim uehemēter ac plurimū laudare audacias glorias: ſiue laudē & cauſam laudationis genitiuo caſu cōſtituam. Pericles (ut eiſdē exēplis utar) uirtutis gloria præſtans: Athenis claruit. Themiſtocles geſtaꝝ reꝝ laude emicuit. Sicq. M. Antonius praſtabat eloquētia: mediocriter laudatur: ac fere exiliter Lucius Craſſus eloquentię gloria excelluit: uehemētiſſime laudatur. Sed tu cætera pro tui bonitate deducito.

Quotienſcūq noīa quod ipſe quoq teſtatur Grāmaticus Seruius: pluralis & ſingularis numeri cōnectuntur: reſpondemus uiciniori. Virg. i. Aeneidos: Hic illius arma: Hic currus fuit: Nō aūt fuerūt. Terēt. in Andria. Amantiū irę reintegratio amoris ē. Liber de rep. Xenophontis deliciæ meæ ſunt: hoſtes eoꝝ exercitus ꝑpetrabat: atq ita frequētius obſeruatur. Qd' idē fit ī diuerſis generibus. Nā ſiue maſculinū: ſiue fœmininū ē: uiciniori reſpondeamus: ut uir ac mulier optima uenit: intelligitur uiꝝ optimū eſſe uirū & optimā mulierē quæ uenit. Veꝝ ſi plurali numero uelimus uti: ad maſculinū trāſire neceſſe ē: ut uir: & mulier læti ꝑperāt. Alexāder & Olympias clariſſimi extiterunt.

Operepretium ē: quod ꝑuenuſtū eſt: ſignificat modo utile eſſe: modo neceſſariū: modo iucūdū: modo laudabile. Atq his ſignificationibus id nominis ueteres uſurpabant.

Frui quapiam re: eſt fructū ſiue utilitatē: ſiue uoluptatē percipere ex ea: ut cū quis dixerit: ocio fruor.

Præſeferre aliquid eſt uerbis uel indiciis quibuſdam id oſtendere: & quodāmodo confiteri: ut M. Cicero præſefert grauitatē: hilaritatem præſefert Lęlius.

Rationē habere eſt reſpectū habere: ſed ut planius exponā: habere rationē alicuius rei: eſt rem conſiderare: ut habeo rationē tēporis loci ꝑſonaꝝ: ieſt ea oīa rōne cōplecti: & cōſiderare.

Hanc rē mente animo ue cōplector: eſt hanc rem cōſidero: ac uoluto ī animo: & ſignificat in animo habeo. Eſt animus mihi. i. uolo facere. Certū eſt mihi: deliberaui: & decreui.

Proſequor te honore: eſt te honoro. Proſequor te laude: idem eſt: quod te laudo. Proſequor te probro. i. te uitupero. Proſequor te amore: amo te. Proſequor te odio. i. odio te habeo.

Benemeritus ſum de republica: eſt beneficium in illam contuli. Benemerentes de amicis. i. conferentes in amicos beneficia. ℭ Atq pro ita: ac uel atq pro ut: uel q̄ ornatiſſimme ponitur: exemplū eſt: æque te laudo atq Ciceronem. i. te ſicut & Ciceronē.

Haud pro non: ſecus pro aliter in eadē oratione uenuſte & concinne ſe habent: ut haud ſecus ſentio atq tu. i. ita ſentio ſicut tu.

Non nunquā etiam perpulchre comparatiua pro poſitiuis ponunt: ut Alexander Macedo corpus habebat imbecillius: quod imbecillū ſignificat. Satyri ī ſcelera uehementius inuehūt: qd' eſt uehemēter.

Do tibi hāc rem uitio: ſt uitupero te de hac re. Do crimini. i. criminor do laudi. i. laudo.

Sed nec illud qdē negligēdū eſt. Nā ſubiunctiuus modus ꝑ indicatiuo & illius tēpora pro huius tēporibus interdū haud illepide ponūt: ut uelim pro uolo: gererem pro gerebā: dilexerim pro dilexi: feciſſem ꝑ feceram: gratū fuerit pro gratū erit: feceris pro facies. Demū id omniū multo ornatiſſimū eſt: ſi opportunis locis agat: quod ubi factitandū ſit peritoꝝ aures facile cenſebūt. Quamobrē exercitatio adhibēda ē nō mediocris: quæ omniū magiſtroꝝ exuperat præcepta. Quod ſiquis nouerit græcas litteras: ei: quod modo explicatum eſt nō difficile ꝑſuadetur.

Partim hominū uenerūt: perſæpe dicit. A. Gelio teſte: & ē idē quod pars hominū. i. quidā hoīes. Nā partim hoc ī loco aduerbiū ē: neq īclinat ī caſus. Sicut & cū partim hoīum dici pōt. i. cū qbuſdā hominibus & quaſi quadā parte hoīum. Sed hoc totū eſt ſplēdidius: cū ī orōne iteꝝ fuerit additū: ut ē illud. M. Tullii ī epl'is. Nā q iſthinc ueniūt partim te ſupbū eē dicūt: quod nihil reſpōdeas: partim cōtumelioſum: quod male reſpōdeas. Et q ciuitatibus præſunt: partim nobiles ſunt: partim populares: quod eſt: aliqui nobiles ſunt: aliqui populares.

Id eſt etiam optimum cognitu: quod dicimus quiſq eſt unus ex numero denario: ſicut milleſimus quiſq eſt unus ex numero millenario. Hic eſt illud Cęſaris in Commentariis. Cognoſcit non decimum quiſq eſſe reliquum militem ſine uulnere. Quo exemplo nil perpulchrum ē.

Quotus quiſq; homo idem eſt quod quot homines. Quotus quiſq; miles .i. quot milites.

Perq̄ duntaxat una dictio pulcherrime poſitiuis iungit̃ nominibus: ut perq̄ doctus Philoſophus: perq̄ comis amicus.

Quid illud nunqd nõ lepidiſſime uſurpamus: ut in oratione eadẽ iterũ alias uſurpatum locum obtineat modo aduerbii? quale eẽt: ſiquis dicat. Omẽs hoĩes eodẽ ferme ſunt uarii ingenio: alias qdem ridentes: alias uero lachrymans. Omẽs item ciues alias boni: alias mali: nũquã iiſdem ſunt moribus.

M. Antonius iuit in caſtra multipharíam dicit̃. M. Antonius caſtra petiuit: in caſtra profectus eſt: ſe ad caſtra contulit: ſe in caſtra recepit: ſe ad caſtra perduxit.

Hic habet uiginti annos: quod ueterũ conſuetudine dicit̃ contra pedagogicas opinionẽ aliis quoq; rationibus dicit̃. Hic uigeſimũ annũ agit: degit uigeſimũ annũ: eſt uiginti annos natus. Sed hoc poſtremum magis Oratori congruit.

Cicero laborat in eloquentia. Cicero operam in eloquentia confert. Cicero in eloquentia operas ponit: dat eloquentiæ operam: ætatem in eloquentia cõſumit: tẽpus ĩ eloquẽtia conterit: in ſtudiũ incumbit eloquentiæ: Et alia deduc pro tuo iudicio.

Habeo hanc rem in memoria nõ nimis uſitate dicit̃: ſed habeo: ſiue teneo hãc rem memoria. Teneo hãc rem memoria: huius rei memoriam habeo.

Obliuiſcor uoluptatis uel cuiuſcũq; rei. Voluptatis me cepit obliuio. Amicorũ me cepit obliuio. Et ſic idem uerbũ cũ cæteris nominibus iunctũ diuerſa ſignificat conſimili ordine: ut capit me ſacietas ciuitatis: capit me hominũ odium.

Virgilius rus incolit: ciuitatẽ habitat: perpulchre dicitur cum teneo: ſiue etiã contineo uerbo: ut Virgilius ruri ſe continet: tenet ſe in urbe.

Siquis uellet oſtendere aliquã rem aliam antecellere & ultra illam ualere: uenuſte dicit̃ uel p accuſatiuum præpoſita præter: uel cũ præ ablatiuo præpoſita: ut Cæſar ultra alios pollebat rebus bellicis: pulcherrime dicit̃. Cæſar præter cæteros rebus bellicis pollebat: uel præ cæteris pollebat.

Lelius habet faciles mores uel facilẽ naturã: ornate dicit̃. Lelius eſt leni ingenio natus: facili natus ingenio: uel facillimis moribus. Scipio natus eſt triſti ingenio: & de reliquis cõſimiliter.

Valeo & polleo uerba ſplendida ſunt: & lariſſime patent: & abblatiuo caſui coniungunt̃ hoc pacto. Aurelius Auguſtinus plurimũ ingenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimũ ualuit. Ipocrates ingenii bonitate. Mitridates memoria. M. Cato ĩ ciuitate plurimũ auctoritate pollebat. Clareo & floreo uerba eadem ferme ratione ſe habent.

Ego apud diuum Cæſarẽ multũ ſiue poſſum: ſiue ualeo ornate & ſplendide dicit̃. Apud diuũ Cæſarẽ plurimũ mea ualet auctoritas. Hortenſius multũ põt in Senatu: Ornatius dicit̃: Multũ Hortenſii in Senatu auctoritas ualet: quæ potiſſimũ ſignificat eam opinionẽ: quæ eſt apud hoĩes de alicuius uiri præſtantia: quæ uulgo ac trita cõſuetudine reputatio nuncupat̃. ¶ Cæterũ id perbellũ ẽ. Eſt mihi apud te fides: tu mihi adhibes fidẽ: qđ eſt accuratius aduertẽdũ. Nã plerũq; ſolet uerbũ Sum es eſt datiuo iunctũ ſignificare habere: & quodãmodo poſſidere: ut eſt mihi pecunia: eſt Cæſari magna poteſtas. Illud deſignat me habere pecuniã: Cæſarẽ poteſtatẽ habere. Cuius conſtructionis crebra apud priſcos diſertos uiros obſeruatio eſt. ¶ Ego recordor hanc rem potius q̃ huius rei dicitur. Idem dicitur: huius rei ſubiit me recordatio. Hęc res mihi ĩ mentẽ uenit: ſed magis proprie in mentem uenit: eſt mihi occurrit: uel ſuccurrit: quod poſtremus minus uſitate dicitur.

Præſto & antecello quæ uenuſte perſonant uerba: alias datiuo: alias accuſatiuo pulcherrime iungũt̃ cũ acceſſione ablatiuorũ eius rei: cuius eſt præſtãtia: ut antecello tibi ingenii acumine.

Sæpenumero quoq; frequẽtatiua uerba quæ appellant̃ primorũ uerborũ: a qbus originẽ traxerũt: ſignificationẽ retinẽt: pſertim ſi prima illa aſperiora fuerint: ut cõiecto p conicio: manſito p maneo. Imperito p impero: amplexor p amplector: & alia item pene ĩnumerabilia: ſi quando uerbi aſperitas illa cõtingat: quod eruditorũ iudicio derelinquimus. ¶ De uerbis adiecta præpoſitio plęrũq; contrariã mutãt ſignificationẽ: ut precor & deprecor cõtraria ſunt: hortor item & dehortor.

Non nunq̃ dis idem effic: præpoſita: ut ſuadeo: diſſuadeo: quamuis in iiſdem uerbis nõ nunq̃ auget per potius q̃ uim cõmutet.

Ex & de compoſitæ uehementer amplificant: ut exoro: quod ab ex & oro deductum eſt: & ſignificat impetro: Terent. ĩ Andria Gnatã gnato ut deroro: uix q; id exoro. Sic & ſuadeo: & etiã pſuadeo: & ſuadeo ſignificat Oratoris officiũ: qđ eſt bñ dico: atq; pſuadeo bñ dixiſſe deſignat: qđ ẽ Oratoris finis .i. impetro: atq; obtineo. Vnde & crebro nõ ſolum ſuadeo: ſed etiam perſuadeo: ſed & facio & perficio explorata ſunt. ¶ Plurimũ etiã orõnem ac ſermonẽ exornat aduerſario modo q̃q̃ aduerſatiua indicatiuo cõiungat̃: qđ ubiq; M. Cic. ſeruauit: aliq; doctiſſimi. Sed huius exẽplũ ſit. Quanq̃ te ãte hac diligebã: nũc tñ ob ſingularẽ uirtutẽ uehemẽter admiror. Nã tria ſunt: q̃ quodã ſibi inicẽ ordine coniunguntur: quorũ prius ac leuius eſt diligere: poſtremũ admiror: qđ uehemens atq; pcipuũ ẽ: & eorũ mediũ obſeruo: qđ ẽ ueneror: & colo: ex quo obſeruãtia etiã reuerẽtiã ſignificat. Sz itẽ aliud exẽplũ. Quanq̃ mihi ſunt amicorũ oĩum iucundæ litteræ: tuæ tñ iucundiſſimæ fuere. Sed ante hac & quãuis raro collocamus: ut quãq̃ mihi ante hac charus eras: ſed nũc es profecto chariſſimus.

Ad hæc illa duo orationem peruenuſtam ſibi reddunt inuicem reſpõdẽtiã: quoꝝ alterũ eſt nõ ſolũ ſiue modo, ſeu nõ tantum: alterũ eſt ſed etiam, uel ueꝝ etiam, uel loco etiã præpoſita quoq;: & aliquibus interiectis: quoꝝ omniũ exempla ſubiiciam. Hæc mihi res nõ ſolũ grata: ſed etiã iucunda ẽ. M. Antonius nõ modo erat Ciceronis inimicus: uerũ etiã hoſtis patriæ. M. Cato nõ tantũ ingenio ualebat: ſed uirtute quoq; florebat plurimũ. Alexander nõ ſolũ reliquũ orbẽ ſubegit: uerũ etiã quoq; ipſum Romanũ Imperiũ cogitabat attingere. Et ſic tam & q̃: cũ ſibi reſpondeant: ut tam chara mihi patria eſt q̃ iucunda uita: ſed facile tu hæc intelliges.

Pro eo aũt quod cæteri exprimere conſueuerũt ꝓnominibus addentes uel te uel met ſyllabicas adiectiones. Cicero potius idem efficit hoc ꝓnomine ipſe ipſa ipſum: & illaꝝ fere adiectionũ locũ obtinet: ut ego ipſe, magis q̃ ego met: tu ipſe: nos ipſi: uos ipſi: illi ipſi: ut nunq̃ ſecus dicendũ ſit.

Tu mihi familiaris es: ego te utor familiariter. Tu mihi amicus es: ego te amico utor. Tu mihi magiſter es: ego te magiſtro utor. Ego tecũ frequẽter uerſor: frequens mihi tecũ eſt conſuetudo: quę ſępe conuerſationẽ ſignificat. Habeo tecũ magnã amicitiã: magna tecũ mihi eſt amicitia: Et item alia permulta: ut ſunt mihi cũ omnibus malis uiris inimicitiæ. Nam rectius inimicitias dixerimus plurali numero q̃ ſingulari.

Sed neutra uox potiſſimũ in comparatiuis nominibus tum fœmininã reddit, tum maſculinã: ut nihil eſt hoc homine melius, fere eſt idem: quod nullus eſt hoc hoĩe melior. Nihil eſt hac Virgine formoſius: quaſi idem: nulla uirgo eſt hac uirgine formoſior: & in cæteris aliquãdo conſimiliter.

Munus ꝓ officio ornatiſſime dicit̃: ut hoc eſt amici munus: idem & amici officium. Fungor boni uiri munere: ferme idem & facio boni uiri officium. Sed & partes plurali numero conſimilem habent ſignificationẽ: ut meæ partes ſunt: uel officium meũ eſt: uel ad me pertinet.

Atq; & memini rectius, atq; uſitatius accuſatiuo iungit̃ q̃ genitiuo: ut memini Platonis ſententiam. Virg. ĩ Buccolicis. Numeros memini: ſi uerba tenerẽ. Nec mirũ: ſi in his quæ ſũt potius ſolutæ orationis: Virgilii Maronis teſtimonium afferã: quẽ nõ ſolũ Poetam egregie eruditũ: ſed & Rhetoricę artis ubiq; obſeruantiſſimum fuiſſe conſtat.

Pœnitet me: quid ſignificet: notiſſimũ eſt: ſed & ꝓ parum uidet̃ uſurpant Oratores, & pręſtantes doctrina uiri. ¶ Sed idem ꝑſæpe uerbũ uariis conſtructionibus poſitũ: haud eandẽ retinet cõſtructionis uim: ut uaco huic rei. i. attẽdo huic rei: uaco hac re. i. hac re ſum uacuus: et id quidẽ ornatiſſimũ ẽ: ut boni uiri dant opam: ut perturbationibus uacent. i. liberi, & uacui ſint.

Caueo uerbũ & ſi ſæpe pro uideo ſignificat: ut cautum ita eſt lege: pornate tamen accuſatiuo iunctũ pro uito & fugio uſurpant eloquẽtes uiri: ut turpes ingenui uiri cauent mores.

Animaduerto idem eſt fere quod uideo: & quodãmodo intelligo: et animaduerto cũ accuſatiuo conſtructũ in præpoſita, idem ſibi uult quod punio: ut Speuſippus aĩaduertit in ſeruũ Platonis. i. puniuit Platonis ſeruũ: ex quo animaduerſio punitionẽ ſignificat quandã nõnunq̃.

Atq; item refero tibi hãc rem. i. tibi narro hãc rem. Sed refero ad Senatũ: refero ad populũ hãc rem: ẽ eſt pono hanc rem in conſultatione uel populi, uel Senatus: q uſus uerbi eius apud hiſtoriaꝝ ſcriptores frequentiſſimus eſt.

Quid uarii quoq; caſus eidem uerbo ſæpe iuncti, nõ ne magnã ac longe diuerſam uim habẽt? Quale ſit. Do Bibaculo ad Cęſarẽ litteras. Nã dant̃ Bibaculo deferenti: ut Cęſari reddat: ad quẽ mittunt̃ litteræ. Eas igit̃ leget Cæſar. Bibaculus uelut tabellarius cõſueuit appellari. Veꝝ ne quid huius ignores: dare litteras ſignificat ſcribere, ſiue mittere illas.

Nec te fugiat: quod ꝓ epiſtola dicimus litteras plurali numero. Nec obſtat Poetaꝝ cõſuetudo. Et pro una epiſtola dicimus Vnas literas. Nã id nomẽ cũ his: quę pluraliter ſolũ declinant̃: pluralẽ quoq; retinet numerũ: ut unæ nuptiæ: unæ bigæ: una mœnia. Sed ut ad propoſitũ redeam: ꝓ duabus epiſtolis dicimus binas litteras: nõ aũt duas: pro tribus epiſtolis ternas litteras: pro quattuor quaternas: & quæ deinceps reliqua ſunt conſimili ratione.

Infinitiua oratio ꝓ cõiũctiua perq̃ pulchra ẽ: ut uolo te ad me ſcribere. Cupio te Athenas ꝓficiſci. Et illud Terentianũ. Quid ego te ĩ hac re facere uelim. Significat. n. quid uelim: quod tu in hac re facias. Velim ciues oẽs unanimes eſſe. i. ꝙ unanimes ſint, & concordes. Sed hoc tibi ſit cõcinnius: ubi nullũ ſit ambigui ſermonis diſcrimẽ. Neq;. n. oĩo rectũ ſit: ſiquis dicat. Volo te me amare. Quamuis plerũq; id ſuppoſitionis locũ habeat: quod infinitiuũ uerbũ ĩmediatius pręceſſerit: ut puto Pyrrhũ Romãos uincere poſſe. i. credo ꝙ Romani poſſint Pyrrhũ uincere. Sed id ꝓ uiribus caueat Orator: quod modo præceptũ erat, de coniunctiua atq; infinitiua oratione præcipue in abſolutis uerbis: uel ubi alteri caſui fuerit adiecta præpoſitio: ſeruandum ſit.

Ex: uel e. ꝓpoſitiões ꝓ a uel ab: & ſępe, & ornate ponũt̃: ut audiui ex maioribus nr̃is ꝓ a maioribus. Accepi e tuo patre: uel etiã de tuo patre: quęro ex te. i. a te: qď ẽ te cõſulo: & te ĩterrogo: qď aduertes & uſui trade.

Pro, ornate ponit̃ loco in, & ſecũdũ: ut ꝓ roſtris. i. in roſtris. Pro tribunali. i. in tribunali: et alia. Pro uirib9 tuis. i. ſm tuas uires. Pro tui ĩgenii bonitate. i. ꝓ uirili tua: alias ꝓ uirib9 animi tui: et ſimilia.

Sub compoſita, aut clam, aut diminutiue ſignificat: ut ſubmonuit me, pro monuit me clam, atq; occulte aut parum: ut ſubiraſcor tibi: quod eſt paululum iraſcor.

Morem gerere p ornatũ uerbũ complacere ſignificat·atq; obſequi:inde Moriger morigera morigerum:quod a moroſo:quod difficile ſignificat·a morato:quod inſtitutũ plurimũ differt.

Conſequor pro exprimo pulcherrimum eſt. Non poſſum igitur his uerbis conſequi:id eſt:uerbis exprimere. Litteris conſequi.i.per litteras explicare.

Metuo ac timeo uerba aliquando multis caſibus coniunguntur:ut metuit Cicero a P. Clodio ſibi extremum periculum. Timeo abs te mihi mortem. Nõnunquam abſolute ponuntur datiuo ſoli iunctatur metuo Pamphilo. Pamphili uitæ timeo. Sed hic eſt potius Poeticus uſus.

Euado pro fio & efficior·ornatum uſitatumq; eſt:ut Cicero euaſit eloquentiſſimus. Ariſtoteles euaſit ſummus Philoſophus. Cæſar uero indytus Imperator: & de aliis quoq; conſimiliter.

Fore futuram ſemper habet ſignificationem: & eſt idem quod futurum eſſe. M. Cicero de Oratore libro ſecundo loquens de Hortenſio:quem quidẽ ego confido omnibus iſtis laudibus:quas tua oratione cõplexus es:excellentiorẽ fore. Et Craſſus fore dicis inquit. Ego uero eſſe iam indico.

Quid inter dimidium ac dimidiatum interſit:noſſe perutile ẽ. Cum enĩ dimidiatũ ſit quaſi in duas partes diuiſum:niſi aliquid diuiſum ſit:dimidiatum dici non poteſt. Dimidium uero appellatur:nõ quod ipſum diuiſum ſit dimidiatum:ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. Non igitur recte quis dixerit p ſentẽtia. M. Varronis:ut. A. G in noctibus acticis: Dimidiũ librũ legi:dimidiã fabulã audiui:ſed dimidiatũ librũ: & dimidiatam fabulam recte quis dixerit: & dimiatum digitum quidẽ exempli gratia appellamus:ſed alterutram partẽ dimidium:quod eſt accurate diligenterq; inſpiciendũ.

Plurimum autem conducit nobis intelligere:quæ ſint nominum differentiæ·ac uerborum diſcrimina. Nam ea quoq; res mirum in modum orationem exornabit:ut ſiquis nouerit:quid differãt preſum & interſum·inter ſeſe uerba. Pulcherrima quis dicat. M. Cato publicis negociis non interfuit ſolum:ſed præfuit:quorum illud ſignificat comitem eſſe alicuius rei:hoc uero Ducem.

Ego uero non ſolum confiteor:quod eſt per uim:ſed etiam profiteor:quod quidem eſt ſponte.

Et apud. M. Tullium perſæpe legitur. Tibi gratulor:mihi gaudeo. Nam gaudemus nobis:gratulamur aliis. Et tibi ago gratiam:quod quidem eſt uerbis. Refero gratiam:quod eſt re·ac factis. Habeo gratiã:quod eſt in animo. Debeo gratiam:ubi aliqua obligationis uis cernitur.

Item optimum eſt non ignorare nominũ differentias:ut uberior & ornatior noſtra reddatur oratio.

Hæc res mihi cõducit:eſt idem qđ mihi hæc res ẽ utilis. ❡ Et q̃ꝛ cæteri plerũq; dicunt:Dono tibi hãc rem:pulchrius dicitᷓ·ac ſplẽdidius:dono te hac re:ut miles nauali corona donatus ẽ. Sabinos Romani ciuitate donarũt:qđ eſt·ciues fecerũt:qđ idẽ dicit Sabinos Romani ĩ ciuitatẽ acceperũt.

Interdum uero & præpoſitio:quæ nomini·ac caſui præponitur:pulchrius uenuſtiusq; uerbum præceſſerit in quibuſdam uerbis. Quale eſt:ſiquis dicat. Eo ad te:ac potius dicat:adeo te: & loquor ad te:potius te alloquor. Cedit de uita:decedit uita. Cedit ex humanis rebus. Rebus excedit humanis: & in aliis quibuſdam conſimili pacto.

Minus aduerbium q̃q̃ ſæpe ſignificat non:nõ nunq̃ tamen cũ poſitiuo coniunctũ·cõtrariæ ſignificationis comparatiuũ demõſtrat:ut Terentianũ illud. Phedria nemo fuit minus ineptus:pro prudẽtior. Et ſic nemo te fuit minus formoſus.i. formoſior. Et ita de reliquis.

Quotiens multos aut dies dicimus·aut annos p accuſatiuũ caſum:intelligemus iungere tẽporis curriculum·& fere cõtinuũ. Sed p datiuũ ſignificatᷓ annoꝝ·ſiue aliquot dieꝝ interiectio·intermiſſioq;. Quare (ut ait Marcellus) optantes rectius accuſatiuo uti debent:ſiquid ad ſecundã fortunaꝫ attineat. Intereſt igitᷓ ſiquis dixerit ita. Decem annos re militari uerſatus ſum:decẽ annis dedi rebus bellicis operam.

Cordi homo:inflexibiliter cordi hominis:cordi homini (ut Priſcianus inquit) ſignificat iocundus iocundi iocundo:ſicut & frugi. Sed ſatius mea ſententia Marcellus opinatus ẽ:Dicit.n.cordi eſt:iani mo ſedet. Nã hæc res mihi cordi eſt.i. placet. Terẽtius in Andria. Tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. M. Cicero de pfecto Oratore. Flumen aliis uolubilitasq; uerboꝝ cordi eſt. Et Lucillius probe declarat:cũ inquit. Et quod tibi magnopere cordi eſt:mihi uehementer diſplicet.

Tantiſper·quod quaſi eſt tam diu:ornate poſt ſe poſcit dum:quod ferme eſt donec:ut illud Terentii in Heautontimorumenon. Tantiſp te dici meũ uolo:dũ quod te dignũ eſt:facies. Ego tantiſp magna uoluptate afficior:dum apud te uiuo.

Tu mihi charus es:ego te amo. Tu mihi iocũdus es:ego te delector. Sed oblecto & delecto nõ ſimiliter cõſtruuntᷓ. Nam dicimus:delectat me hęc res:ſed oblecto me hac re:ut delectat Socratẽ uitę integritas. Pythagoras ſeſe uirtute oblectabat. Ego me oblecto ruri.

Fero hanc rem parienter:ſeu patienti animo:Splendidius dicitur. Ego rem facile patior:modeſte fero·& moderate: & ęquo animo. Et e cõtrario ſignificantia aduerbia:grauiter·acerbe·ægre·moleſte & iniquo aĩo. Hæc mihi iucunda res eſt: & hæc res placet: & quæ moleſta eſt·diſplicet.

Affero cõmuniſſimũ uerbũ eſt: & quo multis locis uti poſſumus:ut ſecũda fortuna affert mihi uoluptatem.i. me delectat. Aduerſa fortuna affert mihi dolorem.i. dolet mihi. Dicimus hęc res mihi dolet: & doleo hãc rem·Sꝫ redeo unde digreſſus ſum. Litterę tuę afferũt mihi admiratiõeꝫ.i. efficiunt:ut admirer. Affers teſtimonium.i. teſtificaris. Et item diſperſa·ac uaria eſt huius uerbi ſignificatio: ſeu etiam obſeruatio.

Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe ac:uel atq: & totum ſimul:perinde ac:uel atq; habet eandẽ uim & tanq̃: ut Camillus perinde atq; omnium ſapientiſſimus. Et Cherea perinde ac foret eunuchus. Et de hac re ſatis dicta ſint.

Coeo non ſolũ abſolutum:ſed nõnunq̃ peruenuſte caſum habet accuſatiuum abſq; præpoſitione:ut coeo ſocietatem tecũ. Et hinc illud Gelii in Noctibus Acticis de Pythagora/deq; eius cohorte:quod quiſq; pecuniæ familiæq; habebat in medium dabat:& cohibatur ſocietas inſeparabilis. Sed & Cicero eo pacto alibi eſt eo uerbo uſus.

Mille hominũ:numero ſingulari/ſignificat mille homines:ut mille hominũ interiit:hoc eſt:mille homines interierũt. Mille militũ uulneratũ ẽ:id eſt:mille ſunt uulnerati milites. Idq; ornatũ/uſitatũ ẽ.

Primus ſignificat ordinem:quod conſequitur ſecũdus tertius:& deinceps alia eius ordinis nomina: tamen multotiens ſignificat principales:ut hic eſt noſtræ ciuitatis unus omniũ primus. Sæpe ſignificat optimũ:ſed id poſtremũ in raro eſt Oratorum uſu.

Interdico tibi hac re:non hãc rem:ut interdico tibi aqua & igni. Et Plinius ſecũdus in epiſtolis. Carẽt togæ iure quibus aqua/& igni interdictum eſt.

Nunc uero ad reliqua. Neq; enim niſi inuitus ommiſerim/quod quæ nomina ad numerus ſpectant: in eorum pluralibus genitiuis ſyncopen efficiemus. Idq; uſitatum eſt:cum ad exornandam pertinet orationem:ut mille nummum/potius q̃ mille nummorum:mille denarium:mille aureum:tot milia argenteum:& ita de reliquis:quod in genitiuis omnium nominum ſecundæ declinationis frequenter efficiunt. Sed proſam ſcribentes & ſolutam orationem in nominibus ſolum numeros & menſuras ſignificantibus.

Atq; in numerorum nominibus eam plerunq; ſeruamus conſuetudinẽ:ut & citra centenariũ numerum:ſiquando poſt uiceſimũ duo numeri commemorandi:ponendiq; ſunt:ut eorum minor præcedat/maior ſequatur:ut hic eſt unum & uiginti annos natus:duos & uiginti annos uiximus:tres & quadraginta dies nauigaui:quattuor & quadraginta annorũ conſumpſi ætatem. Sed ultra centenarium & citra uigenarium tritũ ac uulgarem ſeruamus ſermonem.

Quod autem ſicut duo de uiginti nõnunquã dicimus & duo de triginta:ita & duo de uiceſimo die:& duo de triceſimo:manifeſtum eſt:ſed non id quidem frequenti eſt Oratorum uſu.

Quid indies:nõ ne pulcherrimum eſt? ac ſignificat per ſingulos dies/& quotidie:ſed cum quodam incremẽto:ut tua indies accreſcit uirtus. Indies hoĩes ſapiũt. Stultorũ hoĩus indies augeſcit inſania.

In uerbis tam actionem q̃ paſſionem ſignificantibus conſiderarẽ debemus uarias uocum inflexiones atq; exitus:& modo his/modo illis uti pro aurium iudicio:ut fuere pro fuerunt:amarunt pro amauerunt:uidere p̱ uideris:ita norim p̱ nouerim:triumpharat pro triumphauerat:& de aliis quoque eodem modo. Sed ne quid contra Grammaticæ artis præceptiones/ac iura fiat:prouidendum eſt.

Quin particula quomodo uel increpet/uel exhortetur:quomodo item confirmet:& quomodo interroget/ſatis exploratũ eſt. Sed nos ea pulcherrime utimur:quum dicimus. Non poſſum quin geſtiam: non poſſum quin doleam:non poſſum quin admirer. Significat enim/fere non poſſum me continere/ut non geſtiam:non poſſum me continere/ut non doleam:non poſſum me continere/ut non admirer. Et ita de cæteris conſimiliter.

Quid illud nõ ne præclarum eſt uſu? Locus eſt huic rei:multũ loci eſt gaudio:plurimũ loci eſt tranquillitati. Et Terẽtianus Dauus. Nihil loci eſt ſegnitię. Significãt.n. hęc oĩa/uel oportere nos lætari uel tranquillos eſſe/uel uoluptate affici/uel negligẽtes ac ſegnes eſſe:& ſic ĩ aliis eiuſmodi cõſimiliter.

Nõ nunquam uero duo nomina ſiue præpoſitione addita/ſiue non/uniũs aduerbii uim tennent:ut magno opere/uel magnopere pro ualde:maximo opere/uel maximopere pro plurimum:maiorem in modum pro maxime:mirum in modum pro mirabiliter:et item mirandum in modũ. Sed ablatiui caſus ſiue cum cõmercio præpoſitionis/ſiue eo ſine:uim habet aduerbii:ut imprimis:ſignificat enim præcipue/ac præſertim:& id Græci dicunt. Atq; aduerbium ipſum ſi ita appellandũ eſt:perornate nominibus iungitur:ut imprimis ſapiens:imprimis eruditus. Sed ne a propoſito digrediar paucis interdum pro paulum:multis pro multũ. Verũ hæc alio loco opportunius.

Ille etiam modus optimus eſt:ut ſiquis dicturus ſit quempiam habere aliquem magiſtratum/ſeu honorem/ſeu Imperium:ut ex nomine honoris eiuſmodi/& gero geris uerbum/pulcherrimam conſtituat orationem hoc pacto. Hic eſt Romæ Conſul. Romæ Conſulem gerit. Imperatorẽ gerit. Principẽ gerit. Prętorẽ gerit:et alia itẽ cõſimiliter. Ad hos e.n. uiros rerũ cura/atq; adminiſtratio priuet.

Vſitata eſt & perpulchra ſermonis ratio:ut gerundiorũ actiuorũ prępoſita inter/ſignificet tẽpus imp̱fectũ indicatiui/uel ſubiũctiui modi/uel alterius/& dum particula:ut inter ambulandũ hoſtes offendi:hoc eſt:dũ ambularẽ:inter legendũ ridebas:id eſt:dũ legeres:& ſic p̱ uarietate perſonarũ ita exponendũ eſt/uti modo explicauimus. Hinc Seruius ĩ Buccolica Virgilii. Inter agendũ.i.dũ agis:& honeſta locutio eſt:ſi dicamus:Inter cenandũ hæc ſum locutus.

In pro erga:& etiam p̱ contra/pulcherrima locutio eſt/accuſatiuo præpoſita:ut meus in te animus: mea in te beniuolentia:ubiq; enim ſignificat erga. Iuuenalis inuehitur in Domitianum. Cicero habuit orationem in Catilinam:ubi in/contra ſignificat.

Apprime pro ualde recte apponitur nominibus:quemadmodum & imprimis dictum eſt ſuperius: ut uir apprime utilis: & ſic de aliis.

Res nomen latum diffuſumq; eſt:ſed eo pulcherrime utimur adiectis poſſeſſiuis nominibus:ſed pręſertim huiuſcemodi:ut cum dicitur Res publica:res uxoria:res familiaris:res militaris:res domeſtica: & de ſimilibus pariter:ubi aliqua ueluti ſignificatur inſtitutio.

Præſtolor uerbum quod plerunq; Poetæ accuſatiuo iungunt:Cicero cõnectit datiuo. Multa ſunt uerba:quibus pro eadem ſignificantia & paſſiua utimur uoce & actiua: & ut ommittam pene innumerabilia:Cicero frequenter ĩ his duobus modo actiuam modo paſſiuam uocem uſurpat. Aſſentior & aſſentio ubiq; eadẽ cõſtructionis forma: & impartior & ĩpartio. In cęteris aliis id ſit multo uarius.

Vſu uenit ornatiſſimum pro contingit:uſurpatio & uſurpare non ita intelligi debent:ſicut Iuriſconſulti utuntur. Sed uſurpationem frequentem uſum Oratores uocant: & uſurpare eſt in frequenti uſu habere.

Hæc res me deficit:id eſt:deeſt mihi hæc res: & deficit me dies. Vita q̃ primum mortales deficit. Sed deficit hac re magis Poetarum eſt. Deficeret quoq; ꝑ rebellare ut ita dicam non abſurdum eſt.

Nunc autem ne ea:quæ perutilia & ornatiſſima ſunt ommittam:intelligendum eſt:quod nomina tertiæ declinationis quæ tam nominatiuum q̃ genitiuũ ſingularem habẽt ſimilem:præſertim ſi genitiuus pluralis in ium exierit:eorum frequenter pluralis accuſatiuus in is terminari ſolet:raro in es:ut omnis pro omnes:mortalis pro mortales:immanis pro immanes:Similiter & ipſe quoque teſtatur Priſcianus:ut in tis:uel in ts terminantia:ut fontis & fontes:partis & partes. In reliquis rarius id fit:quæ eſt Poetarũ uenia.

Quædam aduerbia ſunt:quæ in epiſtolis q̃ maxime congruunt:ſicut propediem:q̃primum pro cito confeſtim: & item poſtridie:quod multi ignari litterarum & Grammaticæ artis expertes exponunt poſt tres dies. Sed ne tu eodem ducaris errore:crede poſtridie ſignificare poſtero die:ut eo pacto. M. Cicero accipit: & alii eruditiſſimi uiri.

Et ſiquis multa referre uelit:pro priore ponat primum uel primo:utrunq; enim in uſu eſt:pro ſecundo deinde uel ſecundo loco pro tertio tum uel præterea:uel tertio loco tum pro quarto:quod raro accidit:ad hęc uel pręterea:uel quarto loco:in calce poſtremum:uel poſtremo & demum. Sit igitur huiuſmodi exemplum. Tria ſunt quæ afferunt mihi magnam uoluptatem:primum eſt enim quod optimum amicum nactus ſum:deinde autem quod ſingularem tuam in me teſtificaris beniuolentiam:poſtremum uero quod intellexi te incolumem eſſe. Qua in re id quoq; aduertendum eſt:quod tres inuenimus coniunctiones recto atq; uſitato ordine:quæ ſunt enim autem uero. Sed tu ipſe hæc omnia ac multo etiam plura facile cognoris:ſi Ciceronis ſcripta & imprimis eius epiſtolas lectitabis.

Memoriæ proditum eſt ſignificat ſcriptum eſt. Multa enim talia ornatiſſime uſurpantur:tamen uariis ſignificantiis:ut memoriæ tradere mandare literis mandare ſcriptis mandare litterarum monumentis:quoq; ferme eadem uis eſt. Sed mandare memoriæ aliud ſibi uideẽ uelle.

Fallo uerbum tritum ẽ apud Ciceronem:ut falli me hæc res dicimus:fallit te hæc ſpes:quod eſt fruſtratur & decipit.

Miſſum facere dimittere ſignificat: & uenuſtũ & oratorium eſt. Nam miſſam hanc rem facio ſignificat dimittere illam.

Ad hæc autem in eadem oratione duæ hæ particulę ne & quidem pulcherrimę ſunt:ſiquis fuerit recte illis uſus. Nam cum ponuntur ſemper aut aliud dictum eſt:aut id mente concipitur:ut ne auditu quidem:ſignificat enim exempli cauſa non ſolum non uidi:ſed neq; etiam audiui. Item aliud exemplum. Philoſophiæ ſtudium Democritus non modo non intermiſit:ſed ne remittit quidem. Remittere uanq; Philoſophiam eſt remiſſius philoſophari. ¶ Sed ea quoq; diligentia adhibenda eſt:quod ſiquando plura ponimus præſertim ſine copulatione:qui articulus eſt:ut ſi idem uideatur ſignificare quod uehementius ſemper magis collocetur in calce:ut tua uirtus laudanda probandaq; eſt. Nam probare eſt maius quod fit animi iudicio. Magiſtratus diligere amare colere debemus. Probatiſſimos uiros omnes homines uerentur obſeruant admirantur. Quæ turpia obſcęna feda teterrima ſunt:ea fugere aſpernari debemus. Virtutis officii ſumma laus ẽ. Nã habet officiũ acceſſionem actionis.

Sed in his quoq; ordo quidam inſpectandus eſt:quod ſi tria ſunt:quorum duo partem aliquam ſignificent:tertium ſit cõmunius:id ꝑfecto debet plerũq; ĩ fine collocari:niſi ſe habuerit quodã generis modo:tunc.n.cõtra fit:quod nũc liqdo ac perſpicue patefecero. Ac prioris quidẽ exemplum eſt. Omnis ĩ adipiſcẽda uirtute cura opa diligẽtia ponenda eſt. Eſt.n.cura ſolius animi opera corporis diligẽtia utrunq; cõplectẽ. Et item plurimũ ĩ rẽp. induſtrię laboris tẽporis ponẽdũ eſt. Amicos cõſilio uiribus opera adiuuare debemus. Alterius uero exempla ſunt. Nõ ſunt per ſe res cõmodæ expetendæ diuitiæ uoluptates honores. Commodum enim generis locũ obtinet:cuius ſpecies ſunt multæ:puta quas modo memorauimus:atq; itẽ animalia quęq; homines leones equi bonũ uidenẽ appetere. Sed uerũ ꝑ ſeſe res habet ſi multa ſunt:qđ pluris eſt:poni debet in fine. Iam uero ad alia.

Multoties geminatio quibuſdam tam uerbis infinitiuis q̃ aduerbiis: tantū ualet: quantū id nomen ſemel & cunq;: ut quiſquis pro quicunq;: quotquot ꝑ quotcunq;: quantus quantus ꝑ quantuſcunq;: qualis qualis ꝑ qualiſcūq;: ut ut ꝑ utcūq;: ubi ubi ꝑ ubicunq;: & id aduerte diligentius.

Accedit ꝑ additur: q̃ uſitatum: tam pulchrum uideri debet. Vnde & acceſſio additionē ſignificat. Igitur accedit mihi ad meas miſerias dolor: id eſt: additur.

Confido: nō ſicut quidā arbitranť: neſcio quo pacto cōſtruiť: ſed ĩſigiť alias datiuo: alias ablatiuo caſui. In his potiſſimū uerſaťq: quæ ad animū ſpectant: ut cōfido tua uirtute: tua humanitate: tuo conſilio: & item de aliis huiuſmodi.

Credo quoq; pro cōmitto ornatiſſimū eſt: ut credo tibi grandem pecuniā. Nam grande adiectiuum nomē ꝓbe uel ætati cōuenit: uel pecuniæ. Pecuniæ exemplū ſupra poſuimus. Sed hic grandior Neſtore uideť: id eſt: quod Neſtorē ante eat ętate: Et hic eſt grandis natu: grandiſſimus natu: ſignificat longeuū hominē: atq; admodū ſenem. Et quia de natu mentio facta eſt: maior natu ornatiſſime ſignificat ſeniorem: ſicut minor natu minorem.

Inſuper haud illepida ſit interpoſita nōnūquã in oratione: atq; interiecta parenteſis: ut dediſti ad me (quæ mea eſt ſūma uolūtas) ſuauiſſimas litteras: Omēs amicos (niſi fallor) plurimū admiraris. Scire uellem ex te (ea nāq; eſt amicoꝝ cōſuetudo) quid in. M. Antonii cauſa ęgeris: ut ita demū re poſtulante noſtram orationem eiuſmodi interpoſitionibus aſpergamus.

Hæc res apud me increbuit: id eſt: ad aures peruenit: & notitiam rei ſignificat.

Neſcio hanc rem: ignoro: pręterit me: fugit me: latet me: huius rei neſcius ſum: ignarus ſum: hęc res ſcientiam meam fugit.

Hoc reliquum eſt: & hoc reſtat: perpulchre & magno cū ornatu idem ſignificāt: exemplū eſt. Omnia tibi & fortuna & natura tribuit: reliquum eſt: ut bene & laudabiliter uiuas.

Rumor eſt: id eſt: uulgo & cōmuniter diciť: & ornatus ſermo eſt.

Accipere ꝑ audire & cognoſcere peruenuſte diciť: ut accepi rumoribus: quoꝝ eſt ĩcertus auctor: accepi hominū fama: quæ certo auctore contineť: accepi nunciis: quos nuncius & q mittiť affert: accepi litteris: quas ab amicis plerūq; accipimus: & in aliis item conſimilibus locis.

Pro nominibus articularibus demonſtratiuis conſueuerūt Oratores addere ce adiectionē in his caſibus: q in s. deſinūt euphoniæ cauſa: ut hiſce: hoſce: haſce: pro his hos has.

Sæpe præpoſitio quæ præponi ſolet: poſtponitur: & ſignificantia eadem manet: & In quibuſdā quidē ſemp: quæ ſunt mecū tecū ſecum nobiſcum uobiſcum. In quibuſdam aūt nō ſemp: ut quibuſcum: quocum quiſcum: Te propter & propter te idem ſignificat: & ſic quibuſcum & cum quibus: & ĩ his potiſſimū ea præpoſitionum tranſlatio fit: quæ modo enumerauimus.

Clam plerūq; præpoſitio ē: nōnunq̃ aduerbium. Sed oratores potius præpoſitionē accipiunt: ſiue coniungatur ablatiuo: uti Priſcianus ſentit: ſiue accuſatiuo: quod opinatur Donatus: ut clam me profectus eſt: id eſt: me neſciente.

Coram cum accentu in prima ſyllaba præpoſitio eſt: & quid ſignificet: nemo eſt: qui neſciat: cum accentu uero in ultima ſyllaba aduerbium pulcherrimum eſt: ſignificans (ut ita dicam) præſentialiter: quo frequentiſſime docti uiri utuntur: ut apud. M. Ciceronem. Cupio tecum coram locari: & coram tecum loquar.

Præſto ſum ſignificat adſum: & fere appareo: & ſic idem aduerbium eiuſdem uerbi modis omnibus & temporibus peruenuſte connectitur in eandem quam modo poſuimus ſignificantiam: ut preſto mihi fuit ſeruus tuus urbem ingredienti.

Licet mihi eſſe bonum uirum: & licet mihi bono uiro eſſe: utrūq; latine dicitur. Sed poſterius magis Oratorum eſt.

Perpetuo & in perpetuum aduerbialiter pro eodem modo: & eis frequenter utimur.

Deuincio uerbum cum pulcherrimum eſt: tum præcipue Epiſtolis congruit. Significat autem deuincio: obligo: ut deuinctus eſt: id eſt: obligatus eſt: ſicut ut ſæpe obnoxius: quod non ſolum trito modo ſignificat quod notū eſt: ſed etiam deuinctum.

Collocare apud aliquē beneficium: eſt alicui benefacere: ut apud gratos uiros beneficium collocaſti.

Multa aduerbia in i exeuntia: etiam in ipſis epiſtolis pulcherrima ſunt. Sed hæc imprimis ruri ueſperi domi. Multa item in o: ut ſero ſerio conſulto poſtremo modo falſo merito pręcario. Cætera uero in eodem exitu deſinentia: haud in frequenti ſunt Oratorum uſu. In u uero crebra ſunt diu: cuius manifeſta ſignificantia & interdiu: quod quaſi eſt infra medii diei tempus: & noctu pro noctes quod magis nomen eſt: unde die noctuq; dicimus.

Nullus nulla nullū nōnūq̃ pro non: præſertim ſum es eſt uerbo adiũcto: ut nullus ſum: interii. Res publica nulla eſt: quaſi non eſt: & extincta eſt: Idq; etiam ornatiſſimum eſt.

Gratificor tibi hanc rem: præclare uſurpatur.

Et indulgeo ſane eſt uerbū uſitatiſſimū: & ſplendidi ornatus: quod & datiuo iungitur: & ferme ſignificando operam: atq; ita exponitur: ut hic nimio ſomno indulget: id eſt: nimis dormit. Nimio cibo indulget: id eſt: nimis comedit. Nimio uino indulget: id eſt: nimis bibit: & de aliis cōſimili pacto.

Indulgere aũt quaſi cõcederet & eſt uerbũ luxurioſam quãdã deſignãs clemẽtiam: & indulgẽtẽ parẽtẽ appellamus leniore i liberos ingenio: qđ ab ignoſco plurimũ differt. Liuius primo ab urbe cõdita. Eſt.n.ignoſco parco: do ueniã: excuſatũ habeo. Ignoſco tibi igiť: ſi qd exẽpli gratia admiſeris ſcelestis: Indulgeo uero: ut multa agere ipune queas. Quoꝝ uerboꝝ diſcrimẽ diligẽtiſſime cõſiderãdũ ẽ.

Tantus tãta tantũ & quãtus quãta quãtũ eodẽ modo ita ſe habẽt i aliqua orõne: ut raro alterũ abſq altero ponať: ut concio hæc tãta ẽ: quãta antehac nunq̃ fuit. Tribuis mihi tantũ: quantũ nec agnoſco: nec poſtulo. Tantũ in te eſt doctrinę: quantũ in doctiſſimo ſolet eſſe uiro: & ita de reliquis.

Talis & qualis alterutrũ creberrime ponitur: raro utrũq: ut talem ſolemus ſentire bonum uirum: & ſubintelligimus qualem diximus. E contra. Orator eſt illuſtris qualis alter nullus reperiatur. Verũ de his ſatis.

Vel p etiam particula multis locis rectiſſime cõgruit: ut Hãnibal fuit Impator uel omniuꝫ primus. Tua eximia uirtus ut te amem: uel maxime impellit.

Verſor uerbum in frequentiſſimo uſu eſt ueterum ac diſertorum hominum: perdiffuſa eſt eius uerbi ſignificantia: & uariis deniq poteſt rationibus exponi: ut ego uerſor in litterarũ ſtudio: id eſt ſtudio litteraꝝ do operam. Virtus circa difficile uerſatur: id eſt: uirtus i difficili conſtat. Verſamur in tenebris: eſt fere ſumus: ac uiuimus: & quaſi ſtamus i tenebris. Et quod eſt exemplis ſupioribus declaratum: duos ſibi plerũq atq frequẽtius caſus poſtulat. Nam aut accuſatiuo coniungitur præpoſita circa: aut ablatiuo in præcedente. Quoniam ante fundũ uerſari: ad portas uerſabatur: praro dicta ſunt. Sed quemadmodũ cæteris rebus omnibus: ita huic quoq ſumma adhibenda eſt diligentia: & mandandæ ſunt memoriæ.

Nõnunq̃ & duæ particulæ ornatiſſime cõiũgunť: quaꝝ eadem ſit utriuſq ſignificatio: ut enimuero. Nã p explẽda ſententia altera duntaxat ſufficere poterat. Et ſimiliter: ſin aũt ſæpe dicimus explendę ſententiæ gratia. Eo in loco aũt particula nullam oĩo uim habet. Sin.n.p ſe ſignificat ſed ſi.

Quoad p quouſq & pro quãdo nõ minus ornate ponitur q̃ latine: ut uolo eſſe i urbe quoad tu redeas. Ita in plurimis locis conſimiliter.

Suſcipere nõ ſolũ qđ tritus uulgatũq ẽ: ſupra ſe accipere ſignificat: & quodãmodo adducere aliqd: ſed etiam perornate in epiſtolis commendatum haberet: ut ſuſcepit Ciceronem Cæſar in ſuis rebus aduerſis. Quæ utiq poſtrema ſignificatio haud quaq̃ ſiqs inſpiciat accuratius: a priore illa aliena ẽ.

Optima quoq illa ratio ẽ: ut poſitiuo cuipiam adiuncta negatio: contrarii poſitiui uim aut ſignificationem teneat: ſed nõ ita plane tantũ: & cumulate illam expleat: cuius rei exempla ſubiiciamus. Hic eſt uir haud improbus: ſignificat.n.fere hunc hominẽ probũ potius q̃ improbũ eſſe habẽdũ. Et ſic Philoſophus haud ignobilis: hiſtrio nõ illepidus: miles nõ inſtrenuus: ciuis haud quaq̃ malus. Nã in his cõrũq ſimilibus rectius atq uſitatius dicitur quędãs laudis cuiuſdam eſt: ſed quaſi diminutę atq defraudatę laudis.

Quod Grammatici frequentius dicunt: peto te hanc rem: ornatius: nec minus latine dici queat. Peto hanc rem a te: & id plurimũ Cicero i epiſtolis conſueuit.

Conficior paſſiua uoce crebro uſitatum eſt: pro eo quod eſt fere pereo: & cõfectus quaſi conſumptus: ut uir inops: & miſer fame frigore dolore conficitur: & ſic amictus ætate æſtu conficitur: atq mœrore labore ſenio confectus: & de aliis itidem.

Ablatiui caſus nõ participioꝝ ſolũ: uerum etiam nominũ aliorum in oratione perconcinne ponunť: præſertim ſiqua fuerit ſignificatio tẽporis: & participiis quidẽ manifeſtũ eſt: ut regnante Octauiano Cæſare parta eſt uniuerſo orbi pax: id eſt: qua tempeſtate regnabat Octauianus Cęſar. Dionyſio Siracuſis tyrannidem gerẽte in Sicilia: grauiſſima bella geſta ſunt: id ẽ: quo tẽpore Siracuſanorũ Dionyſius tyrãnus erat. Sed eodẽ quoq modo alia quædã ſe habẽt nomina: maxime uero ſi dignitatum atq honoꝝ extiterint: ut Cornelio & Lęlio Curulibus actæ theatro fabulæ ſunt. Quidã addũt participium exiſtentibus. Sed nos phibemus: quod nõ ad uenuſtateꝫ orõnis ptinet: addi oportere. Et item Scipione Conſule Pœni deuicti ſunt: Scipione Imperatore uerſa eſt Numantia: & reliqua huiuſcemodi pariter.

Licet tam Grãmaticę q̃ Oratorię genitiuos quorũcũq caſualium cũ poſſeſſiuis quocũq caſu prolatis coniũgere. Quod uel Priſcianus tradidit: ut mea cauſa uenit: & cæteroꝝ amicoꝝ: & meũ agrum: & M. Antonii hoſtes populati ſunt. Tuo amico ac fratris gratificare. Tuũ Imperatorẽ ſectare & commilitonum. Noſter & fratris amicus. Sua ille confidit & ciuium prudentia. Atq ita figuratur conſtructio in oĩbus poſſeſſiuis. Hinc Terentianũ illud: Meo pręſidio atq hoſpitis. ¶ Idq penitus inſpiciendum fit: quin etiam diſcretionis ſeu abundantiæ cuiuſdaꝫ gratia ſolet addi cũ genitiuo poſſeſſoris nominatiuus poſſeſſiuis: ut ſuus eſt Cęſaris mos: id eſt: eius mos: & nõ alterius. Suus Titi filius hæres teſtamẽto cõſtitutus ẽ. Suus: ut ipſe quoq Priſcianus exponit: ad diſcretionẽ eius: q ſecundum leges ſuus nõ eſt: id eſt: ſub poteſtate patris legitimi nõ eſt. Suus aũt p uniuſcuiuſq pprio accipitur: quod ipſum apud uiros etiam eloquentiſſimos frequens eſt.

Die quarta: ut Nonius Marcellus etiam teſtis eſt: & die quarto nõ idẽ ſignificant: ſed maſculino genere præteritum deſignatur tempus: ut ſit die quarto pro eo: quod aliter Nudius quartus dicitur Nu-

dius tertius: & ſic de aliis. Feminino futurũ: quod uetuſtiſſimi tamen aliter protulerunt.

Tua cauſa feci: & tui cauſa feci: ne præter ueterũ: & doctorũ conſuetudinẽ aliqd efficiamus: inter ſeſe haud mediocriter diſcernunt. Nam tui cauſa tunc dicimus: ſi qd ei: ad quẽ ſermonẽ uertimus: præſtiterimus: ut tui cauſa ad Antonii caſtra profectus ſum: quod ẽ tuendi tui gratia. Sed tua cauſa cum tua (ut ita dicam) contemplatione aliquid alteri præſtiterimus: ut tua cauſa fratris tui cauſam agi.

Et qa aliqd de his: quæ ad poſſeſſionẽ ſpectant: locuti ſumus: haud abre fuerit: differentiã eam ꝓferre i mediũ: quę ẽ inter genitiuos primitiui: & & poſſeſſiui: mei: tui: ſui: noſtri: ueſtri: quã eandẽ pulcherrime Priſcianus attigit. Vox nãqꝫ ẽ eadẽ: at uis ipa longe diuerſa: cũ genitiuus primitiui ſimplicem ſignificat poſſeſſionẽ: poſſeſſiui uero duplicẽ: ut mei amicus ẽ meus amicus. Sed mei filii amicus duplicẽ poſſeſſionẽ cõtinet: alterã meã in filio: alterã filii in amico. Quod eo ſubiecimus: ne cum ornatũ inqrimus: uerboꝝ uim ignoremus ipſaꝫ: atqꝫ in errorẽ quẽpiaꝫ ĩprudentes incidamus. Sed inſtituta ꝓſequamur. ❡ Hęc res mihi i mẽtẽ uenit dicit: & cũ genitiuo: huius mihi rei i mentẽ uenit. Hęc mihi curę ẽ: an ꝓ nominatiuo genitiuus poſit9 ſit: utrũqꝫ nõ ſolũ Poetę: ſꝫ ẽt. M. Ci. uſurpauit.

Oratores ſicut & Poetę pſępe præſentibus tẽporibus: ꝓ tẽporibus ꝓteritis nõnũqͣ & ꝓ futuris utunt. Verũ id qdẽ multo rarius. Sed econtra haud crebro fit: niſi forte inqͣ uerbum: qđ futuri tẽporis ẽ: ꝓteriti loco: uel pſentis accipiam9. Sed multa qͣ ſup his dici poſſunt: i aliud potius tẽpus ſeruamus.

Similis: & plenus nomina: quoꝝ prius ẽt datiuo iungitur: poſterius ẽt ablatiuo oratores ut plurimũ ac fere ſemꝑ genitiuo cõiungũt: ut ſimilis tuorũ maiorũ: dignitatis: officii plenus. Nõnũqͣ ueroꝫ ꝑ raro ꝓferunt cũ ſuperioribus caſibus.

Sępenumero maioris ſignificãtię cauſa: uel ornatiſſime ĩparatiuus: & ſubiũctiuus iũgit: qđ Cic. pſępe efficere ſolebat: qͣle ẽ illud. Cura ut uir ſis. Et alio i loco ſcribẽs ad filiũ. Effice: & labora: ut excellas.

Decurrit: patũ: cenat Rombus: prandet turtur: cõſimiliaqꝫ pulcherrime dicunt: atqꝫ ſicut abſoluta interdũ uerba obliqs caſibus adiũgũtur. Ita tranſitiua quoqꝫ licet nõnunqͣ nõ ſolũ pro Grãmaticoꝝ more: ſꝫ ẽt ꝑ oratoꝝ cõſuetudine abſolute ꝓferunt: pſertim uero: ſi qua ſui paſſio cũ actiõe ipſa ſignificat: qͣlia illa ſunt: amo: lugeo: rideo: metuo: qͣ tñ trãſitiua ſũt: nũc abſolute ꝓferuntur.

Quę in bũdus exeunt nomina: nõ tam ſimilitudinẽ ſignificant: qđ plerique arbitrant: qͣ habundantiã quandã potius ac uehementiã: ut gloriabundus: nõ tãꝫ glorianti ſimilis: qͣ habunde ſeſe uehementerqꝫ efferens. Qui opinionẽ eloquẽtiũ: ac eruditiſſimorũ hoiũ ubiqꝫ teſtimoniis cõprobatam: tu quoqꝫ ꝑ firmiter amplecteſ. Nã ut õmittã alios: Gelius autor probatiſſimus ex ſentẽtia quoqꝫ doctiſſimi Apolinaris: letabundus dicitur: inquit: qui habunde lætus eſt: errabundus: qui longo atqꝫ habũdanti errore ductus eſt & tu quoqꝫ iiſdem utere nominibus.

Fręt9 fręta fręrum incertæ originis: ablatiuo iunctũ pulcherrimũ eſt: & ſignificat fere cõfiſum: ac munitũ: ut ueſtra humãitate frętus: ueſtra fręt9 ſapientia: nõ mea uirtute frætus. ❡ Certiorẽ facere uſitate: ac frequenter in epiſtolis uſurpaſ. Nam facio te certiorẽ de hac re: id eſt ſignifico tibi hanc rem: ut ſępiſſime uelim de tua ualitudine me facias certiorẽ ꝑ litteras. ❡ Habeo uaria cõſtructiõe figuratũ: plurimũ ornat9 habet: ut bñ hęc res ſe hꝫ: qđ ẽ fere: ut ita dicã: ſtat bñ hæc res: & ita bñ me habeo & cũ pricipiis: bñ me habẽs: redeo rure: & cõtrariũ aduerbiũ ſimiliter ei uerbo iungiſ qđ ẽ male.

Participia ſępenumero futuri tẽporis ornatiſſime uſurpant: ut ſcripturus ſuꝫ ad Scipionẽ litteras: qđ ẽ fere: debeo ſcribere: & alia. Tu ad ędes Craſſi iturus es: quaſi ire debes. Cicero ẽ Athenas ꝓfecturus: id ẽ ꝓficiſci debet. Plautus in Cyprũ traiecturus ẽ: qđ ẽ fere nauigare debet I Cyprũ. Qđ idcirco ita expoſuimus: qm̃ is ꝓprie nauigare: is tranſmittere: is ſoluere: cũ locũ ſignificat: unde proficiſcuntur. Is demum traiicere dicitur: qđ calcem ſignat: qͣ rate uehitur: ut Cicero ſoluit Athenis: & in Aſiam traiecit. Verum ad propoſitum redeundum eſt.

Illa igitur participia: quę a uerbis manant paſſiuis: & paſſiue quoqꝫ exponunt: uel exponi debẽt: ut cuius inſons animus eſt: mulctandus nõ eſt: id eſt mulctari: & puniri nõ debet. Sõtes accuſandi ſunt .i. accuſari debent. Vir flagitioſus trudendus eſt in carcerẽ: cõiiciendus eſt in uincula: & alia reliqua exponuntur: ut ſupra diximus. Nec tamẽ negauerim: quin eorũdẽ participiorũ alia quoqꝫ ratio ſit: ſed ea nos proſeqmur mõ inpræſentiarũ quæ uenuſtius eloquium reddant.

Quid repeto: nõne pulchꝛ ponit: ſi qd ei acceſſerit: neqꝫ accuſatiu9 ſolũ caſus: ſꝫ & ablatiuus: ut repeto hãc rẽ memoria: qđ nõ teneo memoria ſignificat: ut ꝑ multi exiſtimãt: ſꝫ potius memoria uoluto Reminiſcor ẽ quaſi obliuioni traditã rem rurſum inueſtigo memoria. Hoc nos uti uerbo ornatiſſime poterimus: qm̃ eodem & ueteres eloquentiſſimi frequenter uſi ſunt. Hinc illud Ciceronis in libro de Orator. Cogitanti mihi: & memoria uetera repetenti. Et Aphricanus a Neuio accuſatus Tribuno plæbis: quod ab Antiocho pecuniã accepiſſet: cõmodiſſime eo uerbo uſus: memoria: inqt. Quirites repeto hunc diẽ hodiernũ eſſe: quo Hannibalẽ pœnũ inimiciſſimũ huic Imperio uici in terra Aphrica: & pacẽ uobis: ac uictoriã peperi inſeparabilẽ: uerũ captus ingenii uoluptate: longius in Aphricã uerbis referendis progreſſus ſum. Quã ob rem ad noſtrũ inſtitutũ ſe referat oratio.

Optimũ factu fuerit: ne eiſdẽ: aut modis orationis: aut uerbis utamur: & quod initio diximus: uaria plurimũ ꝓbat oro: & ſi ueluti qbuſdã floſculis aſpergit: ut ꝑ mori: diẽ obire: mortẽ oppetere: aĩam expirare: uita decedere: uel excedere ex uita: aĩaꝫ efflare: uita defungi: rebus humanis excedere: exui

ta migrare: res deſerere humanas: exire de uita: mortem obire· interire· occidere· cõſimiliaq;. Et item p uiuere: uitam agere: uiuere uitã: degere ætatẽ. Et ne ſigillatim cuncta cõplectar: illud quoq; hoc loco animaduertendũ ſit: quod ſicut dicimus ſępe ludo ludũ pugno pugnã· ſeruio ſeruitutẽ· doleo dolorẽ: & ſimilia. Ita & interdũ uiuo uitã· uiuo fœlicem· ſeu miſeram uitam: ut ſi quis dixerit. Qui expeditã uirtutẽ fuerint cõſectati: hi uiuent beatam atq; imortalẽ uitã: & q præclarũ certamen certauerit: ampliſſimis donabitur muneribus. Et quod de uariis dicimus orationis modis: idem ipſum de ſingulis partibus intelligendum ſit: ut pro oro· rogo· precor· obteſtor· & obſecro.

Pro quaſi pene: & ferme: & fere. Reliqua tu ipſe conlecta. ¶ Id genus: pro id generis: quod fere ſimile nomen exprimit· & pulchre: & uſitate dicitur. Multa ſunt id genus mõſtrãda: qđ ẽ fere ſimilia: uel eiuſdẽ generis mõſtranda. De multis id genus rebus locutus ẽ: qđ ẽ ſimilibus. & ita in aliis.

Ex ſententia· quaſi ſecũdũ uoluntatẽ· & proſpere: ut geſta res ẽ ex ſententia: quod eſt: pro ut optabã. Et id tibi euenit ex ſententia· & multis in locis conſimiliter:

In ferre iniuriã: quaſi iniuriã facere. Manus in ferre alicui· eſt aliquẽ pulſare: impetum in quempiam facere: eſt fere cum impetu quempiam· & quaſi in adoriri· & irruere.

Dare ueniã pulcherrime ẽ ignoſcere: & licentiam dare. ¶ Ab initio ætatis habui te amicum· a teneris annis· a paruulo· a primis ętatis tẽporibus· a teneris: ut Gręci dicũt· unguiculis· a cunabulis ipſis amicitia mihi tecum eſt· & huiuſmodi: iniens ætas pulcherrime adoleſcentiã ſignificat.

Ferire fœdus optime· atq; optimis cauſis: & ferialium conſuetudine ſignificat fœdus componere: ut perſępe ictum uel percuſſum fœdus eſt· conſtitutum· compoſitum.

Eſt mihi nomen Scipioni: cognomen Aphricanus fuit: cui Pagotroiano nomen erat: & ſic de reliqs datiuo caſu peruſitate dicitur ac pulcherrime. Et quæ eadem & in aliis quoq; modis dicuntur: ſed frequentius modos ſuperiores apud eloquentes: & doctos uiros inuenies.

Cum tritũ uerbũ uolumus oſtendere: & quod in ore populi eſt: utimur uerbo impſonali fertur· uel pſonali uerbo aiunt: & nõnunq̃ dicitur: & eis ſingulis ut præponimus: & raro ita: & interdum! Quod exẽpla huiuſmodi ſunt. Nam Sirenas: ut aiunt: ſurda debemus aure tranſire. Et itẽ. Nã ita fertur: ut nuſq̃ tuta ſit fides. Itẽ. Turpe eſt quod dicitur: tumultuãter de gradu deiici.

Nõnunq̃ & ita dicimus: noctẽ ſup mediam uigilauimus: quod eſt ultra mediam noctem. Idq; & Seruius ipſe teſtatur: & quorundã ueterũ cõprobat auctoritas. ¶ Contra Sermonẽ tuũ tendo: eſt reſpondeo tibi: ſicut & tendo cõtra iter: eſt occurro: ſed hoc haud ifrequẽti uſu oratorũ inuenies.

Macte magis aucte: & ẽ gloriæ· ac laudis ſermo: & plęruq; ablatiuo iungitur: ut macte uirtute eſto Idq; & Poetę uſurpant: & ſcriptores hiſtoriarũ: & demũ Oratores ipſi. Qui ſermo: ut multi eruditiſſimi tradunt· a ſacris deductus eſt. ¶ Quotiens alicuius explicaturi ſumus ſiue gentis ſiue locũ gentile: ac patriũ nomen effingimus: quod q ſecus effecerit: fortaſſe non Latine locutus ſit: ſed illepide penitus: atq; indecore: ut qui fuerit Syracuſis oriundus: nõ de Syracuſis oriundus dicendus eſt: ſed Syracuſanus eſt: non de Athenis: ſed Athenienſis: non de Cluſio: ſed Cluſinus: non de Senis: ſed Senenſis: atq; in generibus: & familiis nõ de cum ablatiuo utimur: ut multi: ſed inde nomen efficimus ut non de Scauris: ſed Scaurus: non de Gręcis: ſed Gręcus: non de Catulis: ſed Catulus: non de Dathis: ſed Dathus. Quã qdẽ ad rem id merito afferendũ ſit: quod Plinius ipſe aiebat: quod deriuationes firmas regulas nõ habent: ſed exeunt: terminanturq; uti ipſis auctoribus placet: ſicut a Tauro Taureũ & Taurinũ dicimus. & quos nos Romanos dicimus: dicũt Græci Romeos: quos nos Carthaginenſes· illi Carchidones.

Sed in enſis in us· atq; in as quæ ad loca ptinẽt: frequentiores terminationes ſunt: ut Alabaudenſis: Heydelburgenſis. Crachonienſis· Cluſinus Maguntinus· Tarẽtinus· Lacedemõius· Salaminus: Mitileneus· Corintheus· Chius· Syracuſanus· Thebanus· Arpinas· Satcinas. Alii quoq; ſunt eorundem nominũ exitus: ſed hi frequentiori uſu celebrantur: qđ idem: & i quibuſdã aliis fit: que neq; a generis nominibus fluxerunt: neq; loci ullius· ut Terẽtianus· Chremes· Prodicius Hercules· Platonicus Gyges· Socraticus Gorgias: quę oĩa a propriis profecta ſunt: atq; originem traxere: ſed quę alia hac de re dici poſſunt: tu ipſe cogitatione complectere.

Conor hanc rem optime· ac uenuſte dicimus: pręſertim ſi difficilior ſit: & ardua: quo pacto Cicero ſępe utebatur· ut de perfecto Oratore: magnum opus· & arduũ Brute conamur.

Et ſtudeo ſiquid ſtudioſius effecturi ſumus: ẽt accuſatiuo pulcherrime iungitur.

Deſidero uerbũ pulcherrime poſitũ. Nam cũ deſideriũ ſit abſentiũ rerũ perſępe dicimus. Deſidero amorem tuum· tu non amas me: deſidero tuam prudentiã: quaſi ſis inſipiens: & ita de aliis.

Cõplector p diffuſum ẽ: atq; ornatũ uerbũ: pręſertim uero aliqbus adiectis hac rõe· ut amo te· atq; beniuolẽtia cõplector· pro amo· cogitatione cõplector p cogitor &. i. animi. Sicut facultate conſequor eſt rei ipſius. ¶ Illud ignorandũ nõ ẽ: qđ gerundiuus modus ab omni uerbo ſimpliciter perearur ſi quando nobis foret eo opus: ut cantando rumpitur Anguis (ut ait Seruius) dum ei cantatur. Et alio in loco actiue dictum: ut cantando tu illũ! Id efficere oratores· atq; uſurpare queunt.

Putant nõnulli nihil intereſſe: ſiqs dixerit quarto pretor: & quartũ pretor: & ſic de cęteris: ſed magna eſt tñ differentia: ut. M. Var. teſtis ẽ. Nã quarto pretor locũ ſignificat: & tres ante factos· quartum pretor uero deſignat tẽpus. Caue igitur diligenter· ne pperã his utaris rationibus· ne qd cõtra ueterũ: atq; eloquẽtiũ morẽ· conſuetudinẽq; faciamus: qa tertiũ Cõſul: & tertio Conſul nõ idem ſignificat.

Sʒ ne plura iam ſequar:nã infinita pene huiuſmodi pcipi poſſunt. ¶ Id tene memoria:qđ nõ ru re eẽ:ſed ruri dicimus:qđ tũ Põpeius Feſtus affirmat:tũ.P.Ter.pbat:ait.n.R uri ſe cõtinebat.Quã obrẽ ſiqua iã reliqua ſunt:paucis expediamus.Nam cum p cõficiendis epiſtolis hæc potiſſimũ atti gerimus:ſi ſalutationis formulã:& regulã:& Kalendaꝝ.Iduũ.Nonaꝝq; obſeruationẽ patefecerim iure huic paruo inſtituto finẽ ac modũ ſtatuamus. ¶ Vale igit̃ ac ſalue uerba: p.M.Var.ſentẽ tiã & oĩum doctiſſimorũ idẽ ſignificare uident̃:qbus nos alias in ſalutando:alias in execrando uta mur.Ex quo & Terentianũ illud ẽ.Valeant:q inter nos diſſidiũ uolunt.Ac mortuis quoq;:et q mor taliũ uita deceſſerunt:qbus nullã huius lucis optare ſalutẽ poſſumus:nõnunq̃ uale dicimus:et uete res ipſi quondã eiſdẽ id uerbũ p morere dicebant:quaſi nil ãplius ſibi cũ mortuis futurũ eẽt:et ĩper petuũ ab eorũ iam aſpectu diſcederent.Nã neq; ualent illi neq; ſalui eſſe poſſunt:ob eãq; rẽ addunt nõnulli bene ad uerbiũ:fęliciter ue:aut ſi qua alia ſunt eiuſmodi ſignificantię.Verũ tñ in epiſtolis: quas plęrũq; ad amicos mittimus uale ĩ fine dicere cõſueuimus abſq; ulla aduerbii acceſſiõe p inde atq; amicis uitę ſalutẽ ac fœlicitatẽ optem9.Qđ igit̃ uale ſibi q̃rat:quoue pacto illo utẽdũ ſit:noſti.

Pro ſaluto aũt:nos dicimus ſalutẽ dico:& quẽ ſalutare cupimus:datiuo caſui aptiſſime poſuerimus: ut Vale:& Cęſari dic ſalutẽ.Alia quoq; erit ſalutandi ratio:ut iubeo Scipionẽ ſaluere:quod ẽ Scipio nẽ ſaluta.Nam is modus uim quandam deſiderii cõtinet:& pro antiquorũ conſuetudine infinitus modus ĩ aliũ tranſumitur:ut iubeo te ſaluere.i.ſaluere:iubeo te gaudere:pro gaude.

Quod uero alii ex mea parte dicũt:multo qdẽ ornatius dicitur:uel meo nomine uel meis uerbis.

Quotũ aũt cuiuſq; mẽſis diẽ uelimus ĩtelligi:kľ.No.Idi.ue notamus.Neq; qd illę ſibi uelint explicat̃ nũc cõſiliũ ẽ:ſed quo pacto oẽs ſingulorꝝ menſiũ dies ab eis ad nominationẽ accipiãt.Quãobrẽ ĩtel ligendũ ĩprimis ẽ:primos oẽs dies cuiuſq; mẽſis kľ.appellatione notari:ſecundũ quas Nonaꝝ dies cõſtituit̃:& in aliis qdẽ menſibus ſeptima luce Martio:Ma.Iulio.Oct.In aliis aũt qnta Ianuar.Feb. Ap.Iun.Aug.Sep.Nou.& Dec.atq; oẽs xi dies:q ĩter kľ.& No.interceſſerint.Nonaꝝ cognomina tione cẽſet̃:ubi & numeꝝ meminerimus ac Nonas ipſas & illũ ablatiuo caſu cõſtituemus:& has ac cuſatiuo.Sʒ internumerãdũ:& p poſtero utemur ordine:& Nonaꝝ diẽ cõnumerabimuſ.At Nonis exactis primos octo dies:idq; ĩ quoquo mẽſe:ſimiliter & Iduũ cognominatiõe ſignificabim9:pari rõe tũ ordinis:tum adnumeratiõis.Reliquos uero eius mẽſis quotquot ſupfuerint dieſ.Kľaꝝ.appel latiõe notabimus:q̃ futuri ac primi ſint menſis:neq; ordinis neq; adnumeratiõis rõe ĩmutata:atq; id omne exẽplo illuſtrãdũ ẽ.Sitq; Martius exẽplo:cuius curriculũ uno ac trigeſimo die cõficit̃.Pri ma itaq; dies kalẽdę erũt Martii.Secũda:ſexta Nonas Martii.Tertia.qnto nonas.Quarta.Quarto nonas.Quinta:Tertio nonas.Sexta nõ ſecundo nonas dicit̃:ſed Pridie nonas.Et ita in Idibus:atq; kaľ.Septima die:Nonę erunt Martii.viii.dies:viii.Idus Martii:nona:Septimo Idus.x.vi.Idus.xi. Quinto Idus.xii.Quarto Idus.xiii.Tertio Idus.xiiii.Pridie Idus.xv.Idus erunt Martii.xvi.dies: xvii.kľ.Aprilis.Qm̃ is menſis primus cõſeq̃t̃.Decima ſeptima:decimo ſexto kľ.eiuſdem menſis. xviii.xv.kľ.xviiii.xiiii.kľ.Viceſima.xiii.kľ.Vigeſima prima.xii.kľ.Vigeſima ſecunda.xi.kľ. Vigeſima tertia.x.kľ.Vigeſima q̄rta.viiii.kľ.Vigeſima qnta.viii.kľ.Vigeſima ſexta.vii.kľ.Vige ſima ſeptima.vi.kľ.Vigeſima octaua.v.kľ.Vigeſima noua.iiii.kľ.Trigeſima.iii.kľ.Trigeſima pri ma:& nouiſſima Pridie kľ.Aprilis:cũ fuerint kalẽdę.Aprilis.In quo menſe & in cęteris oĩbus eadẽ obſeruanda ratio eſt.

Dierũ aũt numerus haud te latet:q in promptu ẽ oĩbus:Pridie aũt kľ.Pridie Nonas.Pridie Idus di cit̃:& ſignificat qđ uetuſtiſſimi dicebant:& die priſtini p aduerbio:qđ ſignificat die priſtino:ſicut & p uetuſto more die craſtini:& die quti:& die quinte ſimiliter p aduerbio.Verũ nos priſcã nimis & horridiorẽ uetuſtatẽ ubiq; fugere ac uitare debemus ac bene & præclare Cęſar pcipe ſolebat:tanq̃ ſcopulum ſic fugiendum eſſe inauditum atq; inſolens uerbum.

Progenitiuis aũt menſiũ:rectius poſſeſſiua nomina finxerimus kľ.Martias:& ita Apriles.Maias.Iu nias.Iulias:aut Quintiles:Auguſtas:aut Sextiles:Septẽbres:& ita Ianuarias:& Februarias.

Quod aũt in kalẽdis:Nonis:Idibuſq;:ablatiuo caſui iungimus:idẽ poſſumus ĩ accuſatiuũ transfer re:& ad præponere:ſed id ſignificat tẽpus fere diuturnius:ut octauo kľ.Ianuarias dediſti ad me lit teras:Ego uero ad octauas Idus Ianuarias ad te ſcripſerã.Habet.n.uim temporis uehemẽtiorẽ hoc poſterius.

Ne igit̃ plura cõſcribã:hæc mihi ĩ præſentiaꝝ ſeſe obtulerunt:quæ annotatu digniora uiſa ſunt:quęq; tibi multo plus fortaſſe cõducẽt:q̃ illorũ preceptiones:q eaſdẽ & epiſtolis:& orationibus partes tri buũt:quoꝝ penitus eripiendus ẽ error.Atq; ita ſentiẽdũ:ut in litteris ipſis apte concinneq; ſcriba mus ac noſtrã ſententiã atq; mentẽ q̃ cõmodiſſime aperiamus.Quod ſi hæc diligẽter tenueris:ex in finito pene harũ rerũ numero alia quędã nõ minus fortaſſe utilia:ſed multo grauiora ſubnectam. Quãobrẽ (ut facis) cupidiſſime ſtudia litterarum complectere.Et quæ in dies aſſequere:ad exerci tationem accommoda. Vale.

Sex nonas Maius:October:Iulius:& mars
Quattuor et reliqui:tenet idus quilibet octo
Inde dies reliquos omnis dic eſſe kalendas

Nomen ſortiri debent a menſe ſequenti
Iunius:Aprilis ſeptemq; nouemq; tricenos
Vnum addis reliquis.Viginti Februus octo.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis Elegantiæ fœliciter expliciunt.

¶ Clariſſimi & Oratoris: & Philoſophi Auguſtini Dathi Senēſis Stromatū ad Dominicum Bilioctum: Liber primus fœliciter incipit.

¶ Capitulum primum de duplice exercitationum genere.

DVO CONſtat fuiſſe apud ueteres Romanos genera exercitationis ſprimis: in qbus uerſabanťq actiuā: & negocioſam uitam degerent. Nam aut amicos defendebant: aut adminiſtrabāt remp. Ex his nāq duabus exercitationibus præcipuā gloriā conſeqnebantur: atq I his maxime ob eam cauſam uerſatus ē Cicero. Idq eſt apud eum ſæpe defenſionū labores: & ſenatoria munera. Id forēſium rerū labor: & ambitionis occupatio. Id in nōnullis locis forenſes litteræ: & ſenatoriæ. Id amicorū negocia ac reipublicæ procuratio. Id nonnunqnā forum & curia. Quorū omnium alterum ſemper ad amicorum defenſiones refertur: alterum uero ad reipublicæ curam. Itaq & in oratiōe de Imperio. CN. Pompeii Magni oſtendit ſuum tempus: ante illa amicorū tēporibus fuiſſe tranſmiſſum: & tūc primū ſeſe ad remp. cōtuliſſe. Nā ſicut reſp. oīs duobus cōſtat: publico: & priuato: ita aut homines defenduntur: aut ciuitates.

¶ Cap. II. de Philoſophia ac nominis eius diffinitiōe: deq philoſophię ſapiētięq diſcrimine.

PHiloſophia res qdā eſt multo omniū præclariſſima. Cuius ſi dignitates quærimus: ſola Philoſophia ē: quæ rationē ac diſciplinā recte uiuendi cōtinet: in nominis diffinitionē philoſophia ſapiētiæ ſtudiū appellata ē. Hinc Cicero. Et cum oīum artiū quæ ad rectā uiuendi uiā ptinerent: ratio: & diſciplina ſtudio ſapientiæ: quæ philoſophia dicit contineretur. Hoc mihi Latinis litteris illuſtrandū putaui. Et quod oīum artiū quæ bene uiuendi uiam ſpectant: dicit cōtinere rationē: ad rem ptinet Philoſophiæ. Quod uero ſtudiū ſapientiæ interpretatur: ad nominis diffinitionē ſignificationēq refertur. Quocirca & Lactantius Firmianus in tertio ſacrarū inſtitutionū libro his uerbis uſus eſt. Philoſophia eſt ut nomen indicat: ipſiq diffiniunt: ſtudiū ſapientiæ. Græci quoq nōnunq̄ ita diffiniūt: ut Ioannes Damaſcenus oſtēdit. φιλοσοφια ἐστὶ φιλια σοφιασ Quid ē φιλία niſi ſtudiū: qd deinde Sophia: niſi ſapiētia apud Gręcos? Seneca aūt Stoicus acerrimus i epiſtola ad Lucillū: Philoſophia igt: ſapiētiæ amor ē: & affectio. Nec Philoſophia: & Sophia ſunt idē: qd' qdā falſo arbitrant. Non eſt. n. philoſophia ſapientia: ſed potius ſtudiū ſapiētię. Atq id circo idē Seneca ait. Aliqd inter ſapientiā: & philoſophiā intereſt: neq fieri poteſt: ut idem ſit quod affectat: & quod affectat. Quomō multū: inter auaritiam: & pecuniā intereſt: cum illa cupiat: hæc cōcupiſcatur: ſic inter philoſophiam: & ſapientiam. Hæc. n. illius affectus atq præmiū ē. Illa uenit ad hanc itur. Lactantius quoq eandē confirmat ſententiā dicens. *Si ergo philoſophia ſapientiam quęrit nec ipſa ſapientia ē: ergo neceſſe eſt: aliud eſſe quod quærit: aliud quod quæritur.*

¶ Capitulum. III. de tribus actiuæ Philoſophiæ partibus.

ACtiua philoſophia: quæ practica appellatur a Grecis: trifariam diuiditur. In moralē partem: quā Græci Ethicam uocant: in domeſticā: quam appellant ipſi Oeconomicam: & in ciuilē: quę Gręce Politica dicitur. Harum prima circa inſtitutionē ſui ipſius uerſatur: & id circo de rebus bonis: & malis quærit: ſecunda familiam gubernat: & rem curat familiarem: tertia rempublicam adminiſtrat. Hanc uero triplicem partitionē in plęriſq locis M. Tullius ſignificare uidetur. Hinc eſt illud in tuſculanis diſputationibus contra Græcorum arrogantiam: qui ſe inſolenter laudum omnium principes: atq auctores prędicarent. Mores: & inſtituta uitæ: propter Ethicam ſapientiam: reſq domeſticas: & familiares: propter Oeconomicā partem. Nos profecto melius tuemur: & lautius. Deinde Politicam diſciplinam addit. Rem uero publicam noſtri maiores certe melioribus temperauerunt: & inſtitutis & legibus: Sed & eodem In libro multo poſt: hæc dicit de Socrate: qui primus fertur meliorem ſapientiam inuexiſſe. Socrates primus Philoſophiā deuocauit a cælo propter totam actiuæ Philoſophiæ rationem: & in urbibus collocauit: quod eſt politicæ: in domos introduxit: quod eſt familiaris: & domeſticæ: & coegit de uita: & moribus: rebuſq bonis: & malis quærere: quod moralis: atq Ethicæ partis ē. Nec nos moueat: ſi i eiuſmodi partibus enumerandis ordo immutatus eſt. Illic. n. Cicero temporis rationem ſpectauit: hic dignitatis ordinem. Nam & ſi primo debemus nos ipſos inſtituere deinde rempublicam capeſſere: tamen quia ciuile bonum præſtantius eſt: merito reliquis partibus præferebatur. Si ciuilis ſocietas (ut i Politicis libris Ariſtoteles argumentatur) principaliſſima eſt omnium: principaliſſimum quoq bonū cōplexa eſt.

¶ Capitulū. IIII. de legis: moris: atq inſtituti diffinitionibus: & quid hæc inter ſe differūt.

OMnis bene inſtituta ciuitas: moribus temperatur: & legibus. Quibus ex rebus rectiſſime ciuilis ratio atq uſus abſoluitur. Nam apud Romanos quemadmodum & apud Græcos aut ex ſcripto: aut ex non ſcripto ius conſtare phibetur. Et ſcriptum quidem ius eſt: quod in uarias partes diſtribuunt: leges: plębiſcita: ſenatus conſulta: Principum placita.

Magiſtratuum edicta: reſponſa prudentum. Non ſcriptū autē ius uocant: quod uſus cōprobauit. Et n. ut ciuilia iura prodiderūt diuturni mores conſenſu utentiū cōprobati legem imitantur. Verū M. Cicero quum de republica ſepe infert mētionē aut leges: & mores cōmemorat: aut inſtituta & leges: aut mores diſciplinas & leges complectitur: quæ oīa quo facilius intelligi poſſint diffinitiōibus illuſtranda ſunt. Ac diſciplina qdem quaſi generis locū obtinet: & uniuerſam reip. Inſtitutionē amplexatur: qua maxime Athenieēſes ac Lacedęmonii floruerunt. Ea uero & inſtituta continet & leges et mores deniq; ipſos. Inſtitutū aūt diffiniunt: quod tam legibus: q̄ moribus ad honeſtatē ducit. Nec ſola honeſtatis cognitione cernitur: ſed actionem potius ſpectat & opus: quādoqdem uirtutis laus potiſſimum in actione cōſiſtit. Ita ēt A præcepto differt: quod præceptū quid agendū: aut non agendū ſit: docet: inſtitutū uero legibus: & moribus ad uirtutis exercitationē pducit. At uero lex qd ſit: multifariam finiri ſolet. Sed hęc uidentur de legis diffinitione tradita eruditius. Et primum qdē Ariſtoteles. Lex eſt: inquit: cōmunis ciuitatis cōſenſus: q ſcriptis pręcipit: quomō unū quodq; agendū ſit. Hic tria potiſſimū ſpectanda ſunt: dicit. n. lex cōmunis ciuitatis cōſenſus: quoniā pplm uniuerſū hoc eſt Senatores: & plæbem cōuenire: & conſenſum adhibere neceſſe eſt. Deinde adiicitur: q ſcriptis præcipit quod ad morū differentiā adiūgitur: q ſcripto nō cōſtant. Poſtremo ſubnectitur: quomō unūquodq; agendū ſit. Quibus uerbis legum officium atq; munus exprimitur. Quid n. intendunt leges: quid ſe quūtur: qd ſpectant aliud: niſi id quod in libro de Legibus complexus eſt Cicero? Vim. n. leges habent: ad recte facta uocandi: & a peccatis auocandi: ad recte faciendū impellendi & a delicto repellendi. Itaq; (ut idem Cicero tradit) & ſupplicio improbos afficiunt: & defendunt ac tuentur bonos. Iſidorus aūt uir apprime eruditus ita legem diffinit. Lex ē cōſtitutio populi: qua maiores natu: ſimul cum plæbibus aliquid ſanxerunt. Hæc diffinitio cum Ariſtotelis ſententia neqūq̄ diſſentit. Nam cōmunis ciuitatis conſenſus: & conſtitutio populi: idem ſignificare uidentur. Populi. n. appellationem (ut iuriſconſulti præcipiunt) uniuerſi ciues continentur. Sancire uero aliquid: nihil eſt aliud q̄ ea cōſtituere in ciuitate: qbus ad beneuiuendū homines impellant: a delinquendo aūt abuocētur. Papinianus iure conſultus: & ipſe quoq; legē finit in hunc modū. Lex ē cōmune præceptū: uirorū prudentū conſultū: delictorū: quæ ſponte uel ignorantia contrahuntur: cohertio: cōmunis reip. ſponſio. Quū dicitur comune præceptum: legis declaratur cōmunitas: cui oēs parere neceſſe eſt. Quum dicit uirorū prudentum conſultū: legis oſtenditur perfectio: quoniam legum conditores uiros prudentes: & eximia præſtantes uirtute eſſe cōuenit: quales Draconē: & Solonem apud Athenieēſes: Lycurgum apud Lacedęmōios fuiſſe accepimus. Quum aditur porro delictorū cohertio: affertur legis officium: quod delictorū omniū turpitudinē cohibet ac fęditatem cōpeſcit. Poſtremo quum adducitur cōmunis reip. ſponſio: legis exprimitur auctoritas: in quā tota ciuitas: populus uniuerſus cōſentit. Nec idem ſunt: cōmune præceptū: quod initio proditur: & cōmunis reip. ſponſio: quod in calce adiectū eſt. Illud. n. ſpectat communē quandā (ut ita dixerim) obligationem: hoc uero communem approbantium conſenſum. Illæ quoq; legis finitiones probari ſolent: & a uiris tradi nequaquam indoctis. lex eſt ſcripta conſtitutio. lex eſt ius ſcriptum aſciſcens honeſtum: & prohibens contrarium: In qua diffinitione tria non abſurde conſyderantur. Ius tanquam genus ponitur: quod legem cōplectitur: & morē. Scriptū quum additur: legem ſeparat a more. Aſciſcens honeſtum: prohibens contrarium uim legis exprimit: quæ (ut ſępe iam diximus) iubet: & coli honeſtatem: & turpitudinem deuitari. Sed & aliter diffiniſſe leges. Lex eſt quod populus Romanus Senatore Magiſtratu interrogante ueluti Conſule conſtituebat. Ad ſanciendam. n. legem quondam apud Romanos: aut rogante Senatore Magiſtratu aliquid a populo conſtituebatur: & id legem appellabant: aut uice populi Senatus conſulebatur: & id iuſſum Senatus cōſultum uocabatur. Quod ſi quid plębs plębeio interrogante Magiſtratu cōſtituiſſent: id dicere plæbiſcitum ſolebant. Secundum uero Ateium Capitonem: Lex eſt generale iuſſum populi: aut plæbis rogante Magiſtratu. Nec ſolum generalia populi: aut plębis iuſſa eruditi ueteres: ſed etiam priuilegia tranſlato nomine leges appellauerunt: idq; copioſe oſtendit. A. Gelius in libro de Noctibus Acticis. Ac de lege quidem ſatis. Mos uero: quod ad huius loci inueſtigationem pertinet uel non ſcripta lex eſt uel uetuſtate probata cōſuetudo. Et conſuetudo quidem genus eſt in hac diffinitione Vetuſtate probata: differentia eſt. Neq; enim omnis conſuetudo mos eſt: ſed ea ſolū: quam diuturnitas tēporis ac uetuſtas cōprobauit. Liquet igitur qd inſtitutum ſit: qd lex quid mos: quæ omnia cū apud alios ueteres: tum apud. M. Tullium Latini eloquii parentē ac principem frequenter liceat inuenire. Sed is cum plęrumq; inſtituta: & leges commemorat: alterum ad ea iura refert quæ communia ſunt ciuitatum omnium: alterū ad eas ſanctiones: quas ſibi ſingulę ciuitates conſtituunt: quę uulgo municipalia iura uocant. Hinc eſt in Tuſculanis diſputationibus illud. Rem uero publicam noſtri maiores certe melioribus temperauerunt & inſtitutis: & legibus.

¶ Capitulū. V. de quadruplice prudentia: de re militari atq; eius partibus.

QVam magna: q̄q; præclara uirtus ſit prudentia: id magno argumento eſſe poſſit: quod Socrates ipſe a quo de moribus inuenta Philoſophia eſt uel omnes uirtutes prudentias appellabat. Quem tamen repræhendit in Ethicis Ariſtoteles: propterea quod non oēs uirtutes: prudentię ſunt: ſed omnes potius prudentia diriguntur. Sed qui hæc diſſerunt

accuratius quattruplicẽ prudẽtia diſtribuũt. Vnã ſingulorũ hoĩum: qua ſe quiſq; tuetur: ac regit: ſecundam domeſticam: qua domus: & familię gubernantur. Tertiam ciuilem quę ad reipublicę inſtitutionem: utilitatemq; refertur. Quartã quam militarem uocant ac bellicam: quæ ipſa ad ciuitatis conſeruationẽ: & ſalutẽ ptinet. Sicut.n.ĩ quoq; hoie duplex uirtus cernitꝰ: & alterat bonũ pſeqt malũq; declinat alteratq; aggredit repugnãtia ac reſiſtit phibẽdoq; ita & ciuitatẽ ipſas & legibus: et armis inſtructã ẽe oportet. ut legibus bonũ cõmune ſeruet. deuitetur malum: armis uero inuadentium hoſtium & commune bonum impedientium furor: atq; audacia comprimatur. Bene concionator ſapiẽtiſſimus uarietatem oſtendens rerum humanarum ait: Tempus belli eſſe: & tempus pacis. Ad repellendas aduerſariorũ inſidias: ad propulſandas hoſtiũ iniurias belli temporibus res militaris inuenta eſt. Sed ea diuiditur in duas partes: diſciplinam: & uirtutẽ. Diſciplina gerendorũ bellorũ cognitiones ſcientiãq; cõplectitur: uirtus uero exercitationem potius: & operoſam quandã in ſuſcipiendis: & conficiendis bellis fortitudinem. Hinc illud eximii Oratoris in præfatiõe Tuſculanarum diſputationum. Quid loquar de re militari: in qua cum uirtute noſtri multũ ualuerunt tum plus etias diſciplina. Virtutem autẽ ob eam cauſas præpoſuit: quia rationes habet finis: et dignitate pręcedit. At obiiciat qſpiam nõ duas partes eſſe rei militaris tantũ: ſed quattuor: quod in Imperatore qui gerendis bellis pręficiendus ſit: etiam quattuor eſſe conueniat: teſtimonio Ciceronis: qui in oratione de Imperio. CN. Pompeii hæc dicit. Ego enim ſic exiſtimo in ſummo Imperatore quattuor has res ineſſe oportere: ſcientiam rei militaris uirtutem auctoritatem felicitatem. Sed hanc dubitationem ſoluere pfacile ẽ. Nam cum diximus rem militarem partiri in diſciplinam: et uirtutem ea intelligimus: quę rei militaris proprie inſunt: non quæ extrinſecus adueniant: ſi auctoritas Imperatori apud alios eſt: ſi fœlicitas in diuini numinis poteſtate conſiſtit. Sed diſciplina atq; uirtus ut induſtriæ: ſic etiam noſtri arbitrii eſt.

Capitulum. VI. quod alia nobis natura Inſunt: alia doctrina et litteris comparantur quodq; uirtus neq; natura: neq; præter naturam nobis inſit.

MVlta ſunt: quibus hominũ genus maxime excellit: & præclara quædam humani ingenii ornamenta: ſed ea omnia bifariam diſtinguuntur alia quæ natura nobis inſunt alia quæ litteris doctrina: atq; uſu comparãtur. Secundũ quã diuiſionem illa ſunt Ciceronis uerba: quibus in diſputationibus Tuſculanis Romanorũ laudẽ ac nomen prædicat. Iam illa: inqt: quæ natura nõ litteris aſſecuti ſumus nec cum Græcia nec cum ulla gente ſunt conferenda. Sed illud mirandũ uideri poſſit: quod cum multa dicat: natura ingenita eſſe multarũ uirtutũ ſubnectit exempla: quaſi illas naturales eſſe: & a natura nobis ĩgenerari cõcedat. Hęc.n. cõtinuo ſubiicit. Quæ.n. tanta grauitas: quæ tanta cõſtantia: animi magnitudo & alia: quæ nos dicere uirtutes non dubitamus. Teſtis eſt aũt Ariſtoteles Secũdo Ethicorum moralem nullã nobis natura ineſſe uirtutẽ. Atq; noſſe debemus: nõ id ſentire. M. Tullius: ut uirtutes ipſæ aut Romanis aut quibuſuis aliis natura ĩſint: ſed id ſcilicet natura nobis ſemina eſſe ĩnata uirtutũ: earumq; a natura paruulos datos igniculos: quę res aptitudinem quandam ac ueluti inclinationem ſignificat: quam propenſam habet ad uirtutem hominum genus. Quo circa dicit. Ariſtoteles: neq; natura neq; præter naturã inſunt nobis uirtutes: ſed ſumus nos ad illas quidem recipiendas natura apti: perficimurq; p conſuetudinẽ. Ac deinde ſtatim infert. Præterea quot natura nobis inſunt: eorum potentias prius ferimus. Nõ igitur de actu uirtutis coniectanda ſunt Ciceronis uerba: ſed de aptitudine ipſa potius ac naturali ad uirtutem poteſtate. Hoc pacto uero non iniuſta ſit illa Romanorũ laus. Quæ.n. tanta grauitas: propter prudentiam: quæ tanta conſtantia: propter temperantiã ac modeſtiam animi magnitudo pṕter fortitudinem probitas pṕter iuſtitiam? Fides autem idcirco additur: quoniam grauitati maxime conuenit: quæ propria eſt Latini generis ſicut ecõtra pfidia ab ĩconſtantia: & lęuitate potiſſimum pfecta eſt. Græcos autem lęuitatis accuſatum iri quibus: & fidem abhorrere teſtis eſt Cicero in oratione pro. L. Flacco dicens. Tribuo illis litteras: do multarum artium diſciplinam non adimo ſermonis leporem: ingeniorum acumen: dicendi copiam. Et infra ſubnectit. Teſtimoniorum religionem: & fidem nunquam iſta natio coluit: totiuſq; huiuſce rei quæ ſit uis: quæ auctoritas quod pondus ignorant. Ex quibus uerbis patere poteſt: quamobrem quattuor uirtutum generibus: fides eo loco adiecta ſit.

Capitulum Septimum de uetuſtiore Græcorum laude: & maiore Romanorum gloria.

GRęci ut uetuſtate temporum Romanos præceſſerunt ita & multo ante q̃ Roma condita eſt doctrina: atq; omni ſtudiorum genere floruerunt. Itaq; & ab his hiſdem Philoſophiam ſumpſiſſe principia plęriq; autumãt: præſertim uero Laertius Diogenes in eo libro: quem de uita Philoſophorum præclare eleganterq; conſcripſit: aſſerens non modo Philoſophiæ ſtudia: ſed & ipſum quoq; hominum genus a Græcis fuiſſe profectum. Sed extitiſſe Græcos diſciplinarum liberalium auctores: ne ipſe quidem inficiatus eſt Cicero: qui &

libris de Oratore ad. Q. fratrem hæc dicit. Omittam Græciam: quæ ſemper eloquentię princeps eſſe uoluit: atq; illas omnium doctrinarum inuētrices Athenas. Perdiu igi tur Gręcorum na tio & armi s & gubernatione rerum publicarū: & domeſticis inſtitutis: & imprimis doctrinę atq; eloquentię gloria præter cæteras gentes claruit. Sed has omnes laudes ex ore Romani eripuerunt Grecis: atq; in latium tranſtulerunt: quod deplorauit aliquando Apollonius Molonis: cum in Rhodo aliquando declamantem Ciceronem audiſſet: dolēs plurimum auferri Græcię tot tantarumq; rerum gloriam: & ad Romanos tranſferri. Quocirca non incongrue in Tuſculanis quęſtionibus proditum e. Doctrina Grecia nos & omni genere litterarum ſuperabat: in quo erat facile uincere nō repugnantes. At poſt labente ætate a paruis initiis Roma profecta: paulatim ad ſummum laudum omnium culmen faſtigiumq; euaſit: ut non ſit mentitus Cicero: qui dixerit. Meum iudicium ſemp fuit omnia noſtros aut inuenisse per ſe ſapientius q̄ Græcos: aut accepta ab illis feciſſe meliora. Quamquam. F. Quintilianus in. xii. Inſtitutionis Oratorię libro aliam laudem Grecis: aliam Romanis tribuit dicens. Quantum Gręci preceptis ualent: tantum Romani: quod eſt maius exemplis: ut precepta ad artem ac diſciplinā exempla ad exercitationem atq; uſum referantur: tamen quum accuratius conſyderamus: utranq; palmam audemus dare Latinis: qui bonarum artium omnium ratiōem iampridem ſibi pro ſuo iure uendicarunt.

¶ Capitulum octauum de Poetarum uetuſtate: quod iidem etiam ſapientum nomine appellati ſunt.

CVm multiplex ſit doctrinę laus: ac litterarum gloria: ut ob eam cauſam alios Philoſophos: alios Oratores: alios Hiſtoricos atq; alios item Sophiſtas: alios Poetas ēe dicam9. Poetarum tamen genus e doctis antiquiſſimum eſſe omnium perhibetur: quod & primum ſeſe extullit: & apud Gręcos uetuſtiſſimis temporibus floruiſſe: teſtis eſt Cicero nobis in Tuſculanis Quęſtionibus ita inquiens. Nam cum apud Græcos antiquiſſimum e doctis ſit genus poetarum: & alia: Græcos autem diſciplinarum omniū ac totius Philoſophiæ: & inuentores: & principes extitiſſe paulo ante monſtratum eſt. Sed intelligere debemus Poetas ipſos etiā Sophos hoc eſt ſapientes quondam fuiſſe appellatos. Itaq; & Sophiſtarum ſæpe apud Græcorum uetuſtiſſimos nomine atq; appellatione commemorantur. Eoſdē enī Græci & σοφοὺσ & σοφιςασ uocare conſueuerunt. Et quidem Laertii Diogenis in hanc ſententiam hæc uerba ſunt. Veterum Poetæ quoq; Sophiſtarum appellatione honorantur. Deniq; Cratinus in Archiloco Homerum: & Heſiodū admirans ita illos uocat. Hæc Diogenes Iſocratesq;.

¶ Capitulum. VIIII. de Homeri atq; Heſiodi temporibus.

HOmerus: & Heſiodus clari ac nobiles imprimis Poetę apud Græcos celebrantur. Sed de eorum ætate apud rerum ſcriptores magna controuerſia eſt. Sed de his ita tradit. A. Gelius libro. xvii. Noctium Acticarum. De Homero: & Heſiodo inter omnes fere ſcriptores conſtitit ætatē eos egiſſe uel hiſdem fere temporibus uel Homerū aliquanto antiquiorem: utrunq; tamen ante Romam conditam uixiſſe Siluiis Albæ regnantibus: annis poſt bellum Troianum ut Saſius in primo Cronicorum annaliū de Homero dixit: annis circiter centum & lx. M. Cicero in Tuſculanis quęſtionibus Homerum quoq;: & Heſiodū teſtatur fuiſſe ante Romam conditam: ſed uter antiquior extiterit: certe non explicat. De Homeri uero temporibus q̄ magna ambiguitas ſit: nō obſcure declarat Euſebius Cęſarienſis in libro de Tēporibus dicens. Quanta de eo apud ueteres diſſonantia fuerit: manifeſtū eſſe poterit exſequentibus: quidam eū ex quibus Socrates ante deſcenſum Heraclidarū ponunt: Ariſtoteles poſt centeſimū annū Troianę captiuitatis. Ariſtarchus Ionica emigratione: ſiue poſt: annis centū Philocorus emigrationis Ionicæ tempore: ſub Archippo Athenienſiū magiſtratu: & poſt captam Troiā: annis. clxxx. Apollodorus Atheniēſis poſt cc xl. annos euerſiōis ilii. Extiterūt alii: q modico tempore ante q̄ Olympiades inciperent. cccc. retro annis Troianæ captiuitatis eum fuiſſe putent. Licet Archilogus. xxiii. olympiade: & quinto Troianę euerſionis anno ſupputet. Hic etiam idem Euſebius Homerum: & Heſiodum hiſdē ſignificat floruiſſe temporibus: non multo ante conditā Cartaginem. Eutropius autē Agrippa Siluio Albe regnante Homerum in Græcia fuiſſe prodit.

¶ Capitulus. X. de Archilochi Poetæ ætate: deq; eius uiri ſumma prętantia.

ARchilocū Poetam. M. Tullius i præfatione primi libri Tuſculanarū diſputationū: fuiſſe oſtendit: regnante Romulo. Ab eo tamen diſſentit Cornelius Nepos: quem & . A. Gelius probare uidetur: q libro. xvii. de Noctibus Acticis dicit hæc uerba. Archilocū autē Nepos Cornelius tradit Tullo Hoſtilio Romæ regnante: iam tunc fuiſſe clarū: & nobilē. Sed cū ſolus Numa Pompilius inter Romuli Regnum: & Tullii Hoſtilii interceſſerit: potuit uel trium regum Archilocus temporibus floruiſſe: præſertim cum Numa ipſe uno: & quadrageſimo Imperii anno deceſſerit. Atqui merito Archilocus inter uiros clariſſimos: & celebres Poetas annumerādus ē: cuius ēt percuſſores Apollo prodidit: ut in collectaneis Solinus ait: & latronum facinus Deo coarguente detectum eſt: quod tamen ipſum & Plinius in ſeptimo Naturalis Hiſtoriæ

libro his uerbis antea tradiderat. Archilochi Poetæ īterfectores Apollo arguit Delphis. Sed &. M. Ci
cero ī Oratore hūc cū Homero Sophocle: & Pindaro enumerat: quos cōſtat oīs clariſſimos extitiſſe.

Cap. XI. Quod ſero apud Romãos: & cogniti Poetę & recepti ſūt: Deq; ea re tēpoꝝ ſupputatio.

SEro apud Romanos uel cogniti uel recæpti ſunt Poetæ. Et ſero qdē cogniti ſunt: quod
Liuius primus apud Romanos fabulā docuit: quod &. M. Cicero: &. A. Gelius tradide
runt multo poſt Romā conditam. Sed ea de re inter hiſtoriarū ſcriptores diſceptatio eſt.
Ex Tuſculanis diſputatiōibus Cicerōis hæc uerba ſunt. Annis fere cccc. x. poſt Romam
conditā Liuius fabulā dedit Claudio cęci. F. M. Tuditano. Coſſ. anno ante natū Enniū
q fuit maior natu q̄ Plautus: & Neuius. His conſentit & Gelii teſtimoniū libro. xvii. de Noctibus Acti
cis in hunc modum dicentis. Primus omnium. L. Liuius Poeta fabulas docere Romæ cæpit: poſt So
phoclis & Euripidis mortē. Idq; ipſum Claudii & Tuditani cōſulatu. Sed & de Ennio quoq; cum Ci
cerone concordat ac ſubiicit Claudiū & Tuditanū conſules ſequntur. Q. Valerius: &. C. Mallius:
quibus natum eſſe. Q. Ennium Poetam. M. Varro in primo de Poetis libro ſcripſit. Ac poſt de Ne
uio infert. Anno deinde poſt Romam condito quingenteſimo undeuigeſimo. C. Neuius Poeta fabu
las apud populum dedit: quem. M. Varro in libro de poetis primo ſtipendia feciſſe ait bello punico
primo. Plautus uero Catonis uiguit tempeſtate: ſicut idem teſtis eſt Gelius hæc dicens. M. C. orator:
Plautus poeta in ſcena floruerunt. Quo tempore & Diogenes Stoicus: Carneades Academicus: Cri
tolaus Peripateticus ab Athenienſibus ad Senatuꝫ populi Romani: negocii publici gratia legati ſunt.
Secundū alios uero non. L. Liuius: ſed potius Licinius primus dedit apud Romanos fabulā: quod
non omittit idem ipſe Gelius ingens. Portium aūt Licinium Seruius Poeticā Romæ cępiſſe dicit. Ve
rum de Liuio probatior ſententia eſt: ſi annorū ſupputatio cōueniat. Nam in Tuſculanis quæſtioni
bus Liuium dediſſe fabulā oſtenditur: annis fere. cccc. x. poſt romā conditā: & in Bruto Cicero ſecū
quodāmodo diſſentiēs hæc tradit. Atq; hic Liuius: qui primus fabulā. C. Claudio cęci filio: &. M. Tu
ditano conſulibus docuit anno ipſo: anteq̄ natus eſt Ennius: poſt romā conditā aūt quartodecimo:
& quingenteſimo: ut hic ait: quē nos ſequimur. Eſt. n. inter ſcriptores de numero annorum cōtrouer
ſia. Quibus uerbis ambiguitas ſoluitur: quod non eadē de numero annorū apud ſcriptores ſententia
eſt: atq; idcirco in Tuſculanis queſtionibus nō dixit ſolū annis. cccc. x. poſt Romā conditam: ſed ānis
fere. cccc. x. poſt romam cōditā. Fere. n. eo in loco nō minutionē: ſed dubitationē ſignificat potius.
Patet igitur ſero admodū apud Romanos cognitos fuiſſe poetas. Sed nec cogniti repente a Roma
nis recepti ſunt: diu uero ēt Poetis parū eſt habitū honoris: uſq; adeo ut. M. Cato obiecerit tanq̄ pro
brum ac dedecus. M. Nobiliori: quod. Q. Enniū Poetā ſecum Conſul in Etoliam duxit. Quod & in
Bruto attingit Cicero his uerbis. Dicunt ēt. L. Lentulum: qui cum. C. Figulo conſul fuit. Q. Nobilio
rem. M. filium iam patre inſtituto deditum ſtudio litterarū: qui etiā. Q. Ennium: qui cum patre eius
in Etolia militauerat: ciuitate donauit.

Cap. XII. De ueterum more in epulis ad tibiam canendi clarorum uirorum laudes.

MArcus Cato in ſuis originibus morē fuiſſe oſtēdit apud ueteres Romãos: ut conuiuę in
epulis ad tibiam cāerent clarorum hominum laudes: idq; ut arbitror quo uehementius
homines ad uirtutis ſtudium: atq; ad bonarū artiū exercitationē atq; amorem impelle
rent. Hoc ipſum de Catonis ſententia: & Cicero in præfatione primi libri Tuſculanarū
diſputationū exponit ac recenſet his uerbis. Eſt in originibus: ſolitos eſſe in epulis cane
re cōuiuas ad tibiā de clarorū hominū uirtutibus. Ac poſt ī quarto eiuſdē ꝓclari opis libro: idipſ con
firmat & a Pythagoreis ꝓfectū eſſe declarat. Ita. n. ait. Grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato:
morē apud maiores hunc epularū fuiſſe: ut deinceps q accubarēt: canerēt ad tibiā clarorū uirorū lau
des atq; uirtutes. Quod & Fabius Quintilianus nō omiſit libro primo Inſtitutionis Oratoriæ hęc in
gens. Etiā ueterū Romanorū epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Nā a Græcorū cōſuetudine
tractū eſt: ſicut idē Quintilianus teſtatur: qbus mos fuit ut in cōuiuiis poſt cœnam Lyra circūferretur.
Exēplū aūt adducit Themiſtoclis: q: ſi & Ciceroni ī Tuſculanis queſtionibus credendū eſt: cū ī epulis
recuſaret Lyrā eſt habitus indoctior. Gelo quoq; Syracuſanorū Tyrannus: id qđ ꝓdente Plutarcho
Cheroneo didicimus: Lyrā cōtēpſit in cōuiuio. Qui ēt Atheas Scytha rex generoſus iſmeniā tibicinē
prędarū atq; optimū renuit audire qđ ad maiora quædā genitum eſſe hominē arbitratur. Sed ut re
deā ad ueterē cōuiuiorū conſuetudinē: apud clariſſimos Poetas id qđ hiſdē uerbis Fabius Quintilia
nus refert: inter regalia cōuiuia laudes Heroū ac deorū ad citharā canebant. Itaq; Homerus apud
Alcinomū Phęacū regē Demodocū Corcyreū cithara delectātē cōuiuas facit. Sed & Hyopas Citha
rędus canere a poetis īducit in Didonis conuiuio. Vnde illud ē Maronis Virgilii ī ꝓclara Aeneide.

Cithara crinitus Hyopas
Perſonat Aurata docuit quæ maximus Athlas.
Hic canit errantem lunam: Soliſq; labores:
Vnde hominum genus: & pecudes: unde imber: & ignes
Arcturum: Pliadaſq; Hyadas: geminoſq; Triones.
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles
Hiberni: uel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Quae profecto omnia de cœleſtium ac diuinarum rerum cognitione traduntur. Græci autem ad huiuſcemodi laudes canendas: præſertim ſi ad hoies referrētur: non tam uirtutis celebritate: q̄ premiorum expectatione ducebātur. Quam rem & diuus Hieronymus in epiſtola ad Paulū ſenē Monachū hiſce explicat uerbis. Doctiſſimi quiq; Græcorū: de quibus ꝑ Flacco agens luculente Tullius ait. Ingenita leuitas & erudita uanitas: Regū ſuorū uel Principū laudes accepta mercede dicebāt. Atq; hęc hactenus ſatis de uetere conuiuiorū more atq; conſuetudine: quæ quondā & apud Gręcos & apud Romanos ſeruari ſolita eſt.

¶ Capitulum. XIII. Quod ad rerum ſtudia gloria homines incenduntur.

NIhil poteſt factu aut melius eſſe aut utilius: q̄ bonas atq; ingenuas artes ac pręclara optimarū rerum ſtudia honoribus: premiis atq; emolumētis proſequi. Ita.n. proferent ſe ſe hominū ingenia: & oſtendēt: ita ad laudatas exercitationes capeſſendas ſtudio glorię quaſi incitamentis quibuſdam: atq; illecebris homies excitabunt. Quandoquidē ad ea ſtudia plerūq; ſeſe accōmodāt: q̄ in ſūmo apud uulgus hoīus pretio & honore eē cognouerint. Illud.n. Platonicū uerū eſt: ἀσκεῖται δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. Atq; uere id colit maxime: quod apud hoies maximo in honore ē: id cōtra negligit: quod nullo habetur in pretio. Quam ſententiam præclare in Tuſculanis quæſtionibus his uerbis ꝓſecutus eſt Cicero. Honos alit artes: omēſq; accendunt ad ſtudia gloria: iacentq; ea ſemp: quæ apud quoſq; improbant. Hinc & apud Satyricū Poetā indignatus. Vmbritius qd' præclara ſtudia honore fraudarent.

Quando artibus inquit: honeſtis
Nullus in urbe locus: nulla emolumenta laborum:
Res hodie minor eſt here q̄ fuit: atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid proponimus illuc
Ire: fatigatas ubi Dedalus exuit alas.

Atq; malebat Vmbritius deſertam ac ſolitariam habere ciuitatem q̄ ibi eſſe: ubi ingenuæ artes atq; optima ſtudia neglectui eſſe uiderentur.

¶ Capitulum. XIIII. De Muſica diſciplina: deq; uetere eius apud Græcos gloria.

MVſicam diſciplinā plurimū apud Gręcos floruiſſe: multa nobis argumēto ſunt. Et.n. qd' ait Cicero: ſūmā eruditionē Græci ſitā cenſebāt i neruorū uocūq; cantibus. Atq; & Epaminūdas ob eam cauſam ꝑclare fidibus cecinit: & Philoſophorū fons ip ſe Socrates iam ſenex (ut teſtat Quintilianus) inſtitui lyra nō erubeſcebat. Ac deniq; maximi Duces & fidibus & tibiis ceciniſſe tradūt. Bene igit hāc diſciplinā idē laudat Quintilianus primo librorū: quos de Oratoria Inſtitutione cōſcripſit dicēs. Antiqs tēporibus Muſica nō ſtudii modo: uerū etiā uenerationis habuit plurimū: ut iidem Muſici & Vates & ſapiētes iudicarent. Et Frāciſcus Philelphus Tollentinas ꝑceptor meus eloquētiſſimus de eadē quoq; canēdi diſciplina ita ī Simpoſiis ait. Muſica apud ſūmos & ſapiētiſſimos uiros in maximo ſemp honore eſt habita. Itaq; apud Gręcos: q bonarū oium artiū & pręſtātiſſimarū diſciplinarū nō iniuria principatū ſibi iampridē teſtimonio & cōſenſu oīus gētiū uēdicarūt: tāto ea ī pretio ſemp fuit: ut q eius eēt ignarus: haberet īdoctior. Qd' idē & M. Cicero antea tradidiſſet: cuius ī Tuſculanis diſputationibus de ea ipſa re hęc uerba ſūt. In Gręcia Muſici floruerūt: diſcebātq; id oēs: nec q id neſciebat: ſatis excultus doctrina putabat. Ac ſecūdū Timagenē qdē: ſi uera dicit Quintilianus: oīum ī litteris ſtudiorū antiqſſima Muſica extitit: quā Plato ciuili uiro neceſſariam duxit: Ariſtoteles & multū & ſępe laudauit: ꝓbauit Lycurgus & ſi duriſſimarū legū fuit auctor.

¶ Cap. XV. De Geometria & partibus eius.

GEometria & ſi iampridē neglecta ē: & quadā hoīum incuria obſoleuit: pręclara tñ & nō inutilis diſciplina ē: de qua tria hoc loco ſpectāda uidēt. Primū qd' ea ſit: deinde quomō partiat. Poſtremo quātā hoibus afferat utilitatē. Eſt.n. Geometria (ut ait Iſidorus) diſciplina magnitudinis & formarū. Quæ (ut idē teſtis ē) primū ab ægyptiis reperta dicitur: qd' inundāte Nilo & oibus poſſeſſionibus limo obductis initium terræ diuidēdæ ꝑ lineas & menſuras cœpit numerari. Deinde lōgiora acumina ſapientū & maris & cœli & aeris ſpatia metiunt. Nā ꝓuocati ſtudioſi cęperūt ꝑ terræ dimentionē cœli ſpatia quęrere. Hęc Iſidorus. Solet & ī hūc modū Geometria deſcribi: diſciplina quæ in ſe liniamēta interualla magnitudines & figuras cōtinet: & ī figuris dimēſiones & numeros. Hæc ut ait Cicero in ſummo apud Græcos honore fuit. Itaq; nihil Mathematicis illuſtrius. Porro Geometria (ut Fabius Quintilianus oſtēdit) diuiſa eſt in numeros atq; formas. Quam ſententiā & M. Tullius ꝓdere uiſus ē in Tuſculanis quęſtionibus. Geometriam.n. quaſi genus quoddā cōplexus ē: cuius ſpēs ſunt numeri & formæ. Et numeri qdē Arithmeticæ ſunt: formæ uero Geometrię: cuius inq̄ quę ſpēs ē: nō quę genus. Quocirca & ſubnectit idē Cicero īfra dicēs. At nos metiēdi ratiocināďq; utilitate īſpectaterminauimꝰ modū artis huius. Nā metiri ad formas: ratiocinari ad numeros referēdū ē. Subiecit ergo Cicero mēſionē formarū & ratiocinationem numerorum tanquam ſpēs: cum prius Geometriam tanquam genus præmiſiſſet. Ex quo fit ut Geometria ſit quodpiam ſpecialem Geometriam continens atq; Arithmeticam. Nec abſurdum uideri debet: ſi eadem nōnunquam appellatione & genus uocemus & ſpeciem. Nam & in ſecundo libro Phyſicorū Ariſtoteles uiſus eſt: cū de fortuna & caſu loqueret: caſum diſtribuiſſe in fortunā & caſum: & illud tenere locum generis: hoc ſpeciem referre cognoſcat. Quod uerbum plerūq; contingit

inopia. Sequiť Geometriæ diſciplinæ & Mathematicarū doctrinarū utilitas: q̄ ſi latius patet: duplex tamen a ueteribus conſtituta eſt. Nam & in Geometrica exercitatione uelut in cote quadam hominum ſubiguntur ingenia: & multa ſæpe hac ipſa cognitione tum mala euitantur: tum etiam aſciſcū̃ bona. Et de prima quidem utilitate ita Quintilianus ait. Hac acuuntur ingenia: atq̧ inde celeritas percipiēdi uenit. Nec ſine cauſa: ut idem addit ſummi uiri etiam impenſam huic ſcientiæ operam dederū̃t. Tum & de altera Mathematicæ cognitionis utilitate hæc ſubiicit. Pericles Athenienſes ſolis obſcuratione territos redditis eius rei cauſis metu liberauit. Ac paulo poſt. Sulpitius Gallus ī exercitu. L. Pauli de Lunæ defectione diſſeruit: ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur. Et .n. ſi eidem Quintiliano fides habēda ē: Nitias ī Sicilia eodem confuſus metu pulcherrimū Athenienſiū exercitū perdidit. Hęc uero de Geometria & Mathematicis diſciplinis diffuſius fortaſſe q̄ hoc loco opus erat.

¶ Capitulum .XVI. De Eloquentia & eius laudibus.

OMne perfectū bonū: quo natura humanas res: id quod Victorinus præclare diſſeruit: nullo adiuncto incōmodo munerata duabus rebus maxime cōſtat: re ac ſpecie & imagine ſui. Mellis exemplū in promptu eſt: in quo res ſpectať: hoc eſt dulcedo ipſa: ſpecies uero color ipſe: atq̧ aſpectus: per quem facile dulcedo illa nobis indicatur. Addiť & uiri fortis exemplū: qui rem hoc eſt uirtutē habet imprimis: deinde & ſpeciem: id eſt corporis pulchritudinem. Et .n. indiſtorta membra & nec iuxta naturā ſui conuenienter apposita cadere uirtus nō pōt. Veſtis quoq̧ rem habet utilitatem texturæ: habet ſpeciem: gratiam uidelicet circa aſpectum faciei. Atq̧ illa deinde Victorinus infert. Ergo ille neſcio quis magnus uir ac ſapiens: & hi qui poſtea conſecuti accepta uitæ præcepta tenuerunt: ut pfecti eſſent: habuerunt rem .i. ſapientiam. Habuerunt ſpēm ſcilicet Eloquentiā. Ob eam (ut ipſe arbitror) cauſam: ut quā ipſi uirtutē adepti eēnt: Eloquētię poteſtate ac uiribus alijs quoq̧ hoībus pſuaderent. Itaq̧ & Romani ipſi cū iam ſtudia bonarum artium complecterenť: cæteris omnibus diſciplinis Eloquentiam celerius arripuerunt: quod & teſtatur Cicero in Tuſculanis diſputationibus dicēs. Oratorem celeriter complexi ſumus. Quid eſt enim Orator: niſi id quod diffinit Cato: uir bonus dicēdi peritus? Et uir bonus quidē Orator eſt pp rem: id eſt Sapientiam. Dicendi peritus pp ſpēm: id eſt Eloquentiā. Quod Quintilianus libro .xii. Oratoriæ Inſtitutionis confirmat his uerbis. Orator tam ſit moribus q̄ dicendi uirtute perfectus. Quam rem nec Virgilius Maro ignorauit: q in illa ſeditione inſanientis multitudinis & uulgi: ut ait Quintilianus: iam faces & ſaxa iaculantis uirum bonū ponit ante omnia: poſt adiungit dicēdi peritum his uerſibus in primo Aeneidos libro.

Ac ueluti magno in populo cū ſępe coorta eſt
Seditio: ſæuitq̧ animis ignobile uulgus:
Iamq̧ faces & ſaxa uolant: furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem: ac meritis ſi forte uirum quem
Conſpexere: ſilent: arrectiſq̧ auribus adſtant.
Ille regit dictis animos: & pectora mulcet.

Quid eſt igitur uir pietate grauis ac meritis: niſi uir bonus? Quid illud qđ adiicitur. Ille regit dictis animos: & pectora mulcet: niſi eloquēdi ac bn̄ dicēdi peritus? Oratoris nāq̧ officiū ſuadere ē: ideo dicitur. Ille regit dictis aīos: eiuſdē uero finis ē pſuadere: & ī ſuā ſententiā traduxiſſe auditorū mētes. Quare ſapiēter additur: Et pectora mulcet. Qđ ſi talis Orator ē: qualē Sapiētes finierūt: qd pōt illo eſſe maius: qd præſtabilius? Quid pōt Oratore regēdis ciuitatibus tuēdis urbibus aut cogitari: aut inueniri accōmodatius? Atq̧ Romani totius orbis Imperium adepti ſunt: q Oratorē celeriter cōplexi eſſent. Hinc dicitur Oratoris ſacrū nomē. Hinc dicēdi copia tāto apud ueteres honore celebrata ē. Hinc tam multæ tamq̧ eximiæ Eloquētiæ laudes. Laudat Eloquētiam Gorgias Leontinus: & maximū eſſe cenſet hoībus bonū: cauſa uero nō ſolū Libertatis ppriæ: ut Plato ipſe ī Gorgia refert: ſed etiā dominandi alijs ī ſua cuiq̧ ciuitate. Idq̧ eſſe aiebat facultatē pſuadēdi habere: & in iudicio iudicantibus p forenſe cauſæ genus: & in cōſilio conſulentibus pp conſultationes ac deliberationes rerū: & ī concione concionantibus: pp certæ pſonæ laudē aut uituperationē. Sed & ī alia quauis cōgregatione ciuili. Laudat Eloquentiā Ariſtoteles: q ad Alexādrū Regē ſcribēs: Quemadmodū inqt: Imperator ſui eſt ſeruator exercitus: ita & eloquētia: quæ ſapientiæ cōiuncta ſit: humanæ eſt uitæ gubernatrix. Laudat Eloquentiam Cicero: apud quē in libris de natura Deorū hæc dicit. Iam uero domina rerū: ut uos ſoletis dicere eloquēdi uis q̄ eſt pclara: q̄q̧ diuina: quæ primū efficit: ut ea quæ ignoramus diſcere: & ea quæ ſcimus: alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur: hac pſuademus: hac cōſolamur afflictos: hac deducimus perterritos a timore: hac geſtientes cōprimimus: hac cupiditates iracūdiaſq̧ reſtringimus. Hęc nos iuris legū urbiū ſocietate deuinxit: hæc a uita imani & fera ſegregauit. Laudat Eloquētiā Fabius Quintilianus: tū ī pleriſq̧ locis alijs: tū ī primo Inſtitutiōis oratorię libro: q p Cicerōis collectiōe ſapiētiā atq̧ Eloquētiā quēadmodū iūcta natura: ſic quoq̧ officio copulata eſſe demonſtrat: ut iidem ſapiētes atq̧ eloquētes haberēť. Ac paulo poſt dolēs ſubiecit. Sciſſit deīde ſe ſtudiū atq̧ inertia factū ē ut artes eſſe plures uiderēť. Et in ſecūdo eiuſdē egregij uoluminis libro apud populū Romanū ſummam ſemper Oratoribus dignitatem fuiſſe oſtendit: & Eloquentiæ tum ſplendorem ac decus tum

fructus ampliſſimos his uerbis proſecutus eſt. Equidem nec urbium conditores reor aliter aſſecutos fuiſſe:ut uaga illa multitudo coiret in populos: niſi docta uoce commota. Nec legū repertores ſine ſumma ui orandi cōſecutos:ut ſeipſi hoīes ad ſeruitutē iuris aſtringerēt. Quin ipſa uitæ præcepta & ſi natura ſunt honeſta: plus tamē ad formādas mētes ualent: quotiens pulchritudinē eorū claritas orationis illuminat. Et hæc quidē Quintilianus. Martianus uero fœlix miris ipſis quoq; effert Eloquentiā laudibus: quā & Reginā quandam Regali Maieſtate:atq; armis inſtructam deſcribit: & ꝓpter incredibilem uim eius teſtaẗ inſtar Iouis poſſe etiā fulmina iaculari. Scite igitur de eadem dicēdi facultate. M. Tullius i primo libro Tuſculanarū quæſtionū hæc inquit. Mihi uero ne hęc quidē notiora & illuſtriora ui diuina carere uidenẗ:ut ego aut Poetam graue plerūq; carmē ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere: aut Eloquētiam ſine maiore quadā ui fluere abundantē uerbis ſonantibus: uberibusq; ſententiis. Quibus ex uerbis pfecta oſtendiẗ Eloquentia: quæ conſtat uerbis ſonantibus: uberibus ꝗ; ſententiis. Sed aliæ quoq; innumeræ laudes Eloquentiæ afferri poſſent: quas proſequi qui uelit: longior ſit: necesſe eſt.

¶ Cap. XVII. De peritia dicendi: quodq; ea natura: ſtudio: doctrina: & uſu conſtat.

Qui de dicendi peritia accuratius locuti ſunt: tribus eam rebus conſtare uoluerūt: Natura: doctrina: uſu. Et natura quidē ingenio ſpectaẗ: doctrina ſcientia: uſus uero aſſiduitate quadam. Quę tria nō modo Oratori: ſed cuiuis etiam artifici ad efficiendū aliqd neceſſaria ſunt: ut erudite ac ſapienter teſtatur Iſidorus. Atq; hæc quidē illa ſunt: quę. M. Tullius in præclara oratione: quam ꝓ Licinio Archia Poeta apud Iudices habuit: ſignificauit his uerbis. Siquid eſt in me ingenii Iudices: quod ſentio ꝗ ſit exiguū: aut ſiqua exercitatio dicēdi: in qua me nō infitior mediocriter eſſe uerſatū: aut ſi huiuſce rei ratio aliqua ab optimarū artium ſtudiis ac diſciplina profecta: a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tēpus abhorruiſſe: earū rerū oīum uel imprimis hic. A. Licinius fructū a me repetere proprio ſuo iure debet. Putant tria eſſe: in quibus perfecta conſiſtat Eloquentia: trifariam quoq; hæc Ciceronis uerba partiuntur. Siquid ingenii ad naturam referentes: ſiqua exercitatio dicendi: ad uſum: ſi huiuſce rei ratio aliqua: ad doctrinas. Sed ego quum cōſidero diligentius: reperio nō tria ſolū in dicendi peritia: ſed quattuor etiā ſpectari oportere. Ingenium: quod naturæ eſt: ſtudiū: quod induſtriæ: eruditionē: quod doctrinæ: & artis uſum & exercitationem: quod pfectæ laudis ē. Atq; ob eam cauſam: alium aptū Oratorē: alium ſtudioſum: alium doctū: atq; eruditū: alium magnū Oratorē appellamus. Siquidē aptū dicimus ingenio: & natura pręſtantē: ſtudioſum: res ſuas induſtria elaborantē: eruditū præceptis quibuſdam: & arte perficientē: magnū: cui oīa uberrime ſuppetūt. Hinc ſūt illa uerba. M. Ciceröis ī primo libro Tuſculanarū q̄ſtionū. Oratorem celeriter complexi ſumus: nec eum primo eruditū: aptum tamē ad dicendū: poſt aūt eruditum. Nam Galbam Aphricanū: Lęlium doctos fuiſſe traditum ē. Studioſum aūt eum: qui hos ætate anteibat Catonem: poſt uero Lepidū Catonem: Grachos inde ita magnos noſtram ad ætatem: ut nō multū aut omnino nihil Græcis cedereẗ. Hic primū aptus Orator expreſſus ē: deinde ſtudioſus: ſi quis ſolertius animaduerterit: cū ſtudioſus Cato declaratur: ſed nequaq̄ eruditus. Poſt etiā eruditus cū Galba Aphricanus Lęlius cōmemoraẗ. Demū clarus & magnus exemplo Lepidi alterius Catonis & Grachorū. Studioſum Catonem maiorem appellat Cicero: neq; id iniuria. Aliud eſt. n. ſtudioſum eſſe: quod paulo ante diximus: aliud eruditum. Cornelius Nepos: q Catonis huius uitam ſcripſit: pręter alia multa hæc tradidit de Catone. In omnibus rebus ſingulari fuit induſtria. Nā & agricola ſolers: & reip. peritus Iuriſconſultus: & magnus Imperator: & probabilis Orator: & cupidiſſimus litterarum fuit. Quare ſtudium & ſi ſenior apparuerat: tamen tantū progreſſum fecit: ut nō facile reperiri poſſit: neq; de Græcis: neq; de Italicis rebus: qđ ei fuerit icognitū. Ab adoleſcētia cōfecit oratiōes: ſenex hiſtorias ſcribere iſtituit. Ac paulo poſt iſert. In qbus multa induſtria & diligētia cōparet: nulla doctrina. Quid eſt igiẗ multa iduſtria & diligētia: niſi ſtudioſū fuiſſe Catonē? Quid cōtra nulla doctrina niſi eruditū non fuiſſe? Nec ſtudium cū arte neceſſario iungiẗ: quod multi falſo tradiderūt: cū ſit ſtudium ſine ratione & diſciplina reperiri: quod modo ex locuplete teſte didicimus. Bene igiẗ. M. Tullius his uerbis: quæ ex oratione pro Archia Poeta deprompta tetulimus: cū ingenium & exercitationem commemoraſſet: rationem quoq; adhibuit: ab optimarū artium ſtudiis & diſciplina profectam: ſtudia dicens & diſciplinam: quæ duo ſunt & re etiā nō ſolū cogitatione diſtincta. Nec tribus rebus: ſed quattuor potius Eloquētię: atq; artium reliquarū plenitudo conficiẗ: natura: ſtudio: doctrina: uſu.

¶ Cap. XVIII. De multiplici diſciplinarū genere.

Diſciplinæ: quas ingenuas: ac liberales appellant: non omnes eodem in pretio apud Romanos fuerunt. Quaſdam enim contemnere uiſi ſunt: nec ſatis dignas exiſtimare: in quibus elaborarent. Quaſdam diu non cognouerūt: cognitas aūt uix tandem ſero receperūt. Nōnullas delibauere quodāmodo: & tātū in eis ſtudiū poſuerūt: quātū uel metiēdi uel ratiocinādi muneri ſatis eēt. Alias celeriter arripuerūt: qbꝰ totos ſeſe ac penitꝰ traderent. Quædā ꝓdiu iacuerūt: quas primus oīum. M. Tullius & excitauit in aliis & ipſe illuſtrauit litteris. Suppeditāt aūt huius nobis partitionis exēpla primū Muſicorū ſtudia: deinde Poetica modulatio: tū geometrica: atq; Arithmetrica diſciplina: quāto loco Eloquētia: ac dicēdi facultas: poſtremo Phīa ipſa.

de qua Cicero in præfatione primi libri Tuſculanarũ queſtionũ. Philoſophia iacuit uſq; ad hanc æta
tem: nec ullum habuit lumen litteraꝝ Latinaꝝ: quæ illuſtranda & excitanda nobis eſt/Vt ſi occupati
profuimus aliqd ciuibus noſtris: proſimus etiã: ſi poſſumus ocioſi. Quam eandem pene ſententiam
& in primo libro de Natura Deoꝝ hiſce uerbis cõplexus ẽ. Cũ ocio langueremus/& is eſſet reipubli/
cæ ſtatus: ut eam unius cõſilio/atq; cura gubernari neceſſe eſt: primũ ipſius reip. cauſa Philoſophiam
noſtris hominibus explicãdã putaui: magni exiſtimãs intereſſe ad decus/& ad laudẽ ciuitatis: res tam
graues/tamq; præclaras Latinis etiam litteris contineri: coq; minus inſtituti mei pœnitet: quod facile
ſentio: q̃ multos nõ modo diſcendi: ſed etiã ſcribẽdi ſtudio cõmoueri. Suſcepit igitur Cicero illuſtran
dæ Philoſophię munus: ut ciuibus ſuis ꝓdeſſet: atq; ut ad res graues/ac prȩclariſſimas/multos ſua &
exhortatione & exẽplo impelleret: quẽ nõ modo parentẽ Eloquentiæ: ſed etiã philoſophiæ apud La
tinos auctorem quendam/ac Ducem habere debemus.

¶ Capitulum. XIX. De negocioſo/atq; ocioſo uitæ genere.

LEgimus in ueteꝝ libris/duplex uitæ genus: quoꝝ alterũ ocioſum: negocioſum alterum
appellare cõſueuerunt. Cuius rei Plutarchus in libro de liberis educandis/nõ ambiguũ
perhibet teſtimoniũ: cuius & hęc uerba ſunt. Reminiſci oportet noſtram oẽm uitã in re
miſſionẽ/ac ſtudiũ eſſe diuiſam. Et ſtudiũ quidẽ ad laborẽ/& ad reꝝ occupationem perti
net: remiſſio uero ad quietẽ quãdã/atq; ocium. Noſtra aũt uita oĩs in negociũ & ocium
diſtributa eſt. Danda uero opa ẽ: ut & in negocio ſine periculo: & ĩ ocio cũ dignitate uerſemur. Quo
circa & beatos ſolitus eſt Cicero appellare cos: q utrunq; recte/diligẽterq; ſeruauerit. Et ad. Q. fratrẽ
in libro de Oratore hæc ſcribẽs ait. Cogitanti mihi ſæpenumero & memoria uetera repetẽti: perbeati
fuiſſe Quinte frater illi uideri ſolẽt: q ĩ optima repub. cũ & honoribus & reꝝ geſtaꝝ gloria florerent:
eum uitæ curſum tenere potuerũt: ut uel in negocio ſine piculo: uel in ocio cũ dignitate eſſe poſſent.
Quam quidẽ ad rem/& accuratã/atq; impenſam ſe dediſſe opam idẽ Cicero ſignificat in Tuſculanis
quæſtionibus dicẽs. Quæ (Philoſophiã. n. referebat) illuſtranda & excitanda nobis ẽ: ut ſi occupati
profuimus aliqd ciuibus noſtris: proſimus etiã: ſi poſſumus ocioſi. Ac p hoc quidẽ uolebat intelligi
& occupatã uitã eius/& ocioſam ad ciuiũ ſuoꝝ utilitatẽ oẽm fuiſſe collatã. Profuit nãq; occupatus Ci
cero: q quoad licuit ĩ defenſionibus amicoꝝ & reip. gubernatione uerſatus ẽ. Profuit ocioſus: q mul
ta litteraꝝ monumẽtis mãdauit. Quod ipſum ſibi uoluĩt & illa eius uerba ĩ libro de natura Deoꝝ. Pri
mũ ipſius reip. cauſa/Philoſophiam noſtris hoĩbus explicandã putaui. Neq;. n. ita ociari debemus: ut
oĩo nihil agamus: Sed neq; idem eſt ocioſuꝫ eſſe: ac agere. Quod Attilius ꝑfecto nõ ignorauit: cuius
Plinius in epiſtola (ni fallor) ad Pompeium Saturninũ probat ſententiã dicens. Satius eſt: ut Atti/
lius noſter erudiſſime ſimul/& facetiſſime dixit: Ocioſum eſſe/q̃ nihil agere. Atq; & ociuꝫ nõ deſidiæ
aut languoris: ſed honeſtæ cuiuſpiam remiſſionis eſſe oportet: quæ honeſta aliqua uoluptate animũ
afficiat. Et. M. Tullius ob eam cauſam quicquid occupato ſibi dabatur ocii: ut in Rhetoricis ad Heren
nium ipſe teſtatur: libentius in philoſophia cõſumere cõſueuit. In libris aũt de officiis cuiuſmodi ociũ
eſſe oporteat: plane oſtẽdit: quum in præfatione ſecundi libri dicit. Nec ſe dediſſe angoribus: nec rur/
ſus indignis docto homine uoluptatibus: ſed ad philoſophiã potius retuliſſe: uidelicet ea ſtudia: quæ
adoleſcens capeſſit: animo ſemp retinuit: remiſit tẽporibus: longis etiam interuallis intermiſit a reip.
adminiſtratione remotus: Bruto hortante reuocauit. Verũ tamẽ Cicero in negocio libẽtius q̃ in ocio
uerſatus eſt: ſi uera de ſe ipſo dicit in tertio libro de officiis. Noſtrũ aũt ocium/negocii inopia/non re
quieſcendi ſtudio conſtitutũ eſt. Sed ocio fruendũ nobis eſt: & quodcũq; datur/in philoſophię ſtudiis
collocandũ eſt: cuiuſmodi in Pomponio Baſſo laudat Plinius: ita ad eum ſcribens. Magnam cȩpi uo
luptatem: cũ ex cõmunibus amicis cognoui te: ut tua ſapientia dignũ eſt/& diſponere ociuꝫ: & ferre.
Quod quidẽ efficere perdifficile cenſuit Chilo Lacedęmonius. Eiuſmodi ocium quȩrunt ſibi uiri ſa/
pientes: quod inueſtigandæ ueritati aptiſſimum ſit. Itaq; uiciſſim magno ingenio uiri/nũc negocioꝫ
nunc ocio indulgent: ac modo occupatam/modo ocioſam traducunt uitam.

¶ Capitulum. XX. Quæ ſit perfecta Philoſophia: quodq; perfectũ Philoſophũ decet
& ſapiẽter & eloquenter dicere.

PErfecta philoſophia duabus rebus conſtare debet: grauitate ſententiaꝝ: copia atq; orna/
tu uerboꝝ. Nam & ſi philoſophia de rebus agit: Eloquentia de uocibus: tamẽ & Philoſo
pho ſua eloquẽtia negligenda non ẽ: ut cõmodius/ac facilius & diſſerere ueritatẽ/& gra
uiſſimaꝝ reꝝ cognitionẽ explicare poſſit. Itaq; Aurelius Auguſtinus in quarto libro de
Doctrina chriſtiana/eum maxime probare uiſus ẽ: qui nõ ſolũ ſapienter: uerũ etiam elo/
quenter poſſit dicere. Ac bene idcirco. M. Tullius in Tuſculanis diſputationibus: Hanc inquit: perfe
ctam philoſophiam ſemp iudicaui: quæ de maximis quæſtionibus copioſe poſſet ornate dicere. Et ma
gna quȩrere/atq; inueſtigare: ſapiẽtię ẽ: copioſe & ornate dicere/Eloquẽtię. Q̄d ſiq̄s recte ſentiat: atq;
id qđ ſentit: polite loq nõ poſſit: is certe parũ ꝓdeſt: nec uel ſcribẽs q̄ppiã: uel prȩcipiẽs poterit mul
tos erudire. Sed illud aĩaduertendũ ſit: nõ idẽ Oratori & Philoſopho cõuenire dicẽdi genus: cũ illum
uehemẽtius: hũc mollius dicere oporteat. Atq; hinc Cicero ĩ libro de officiis/cũ ĩ hãc mẽtionẽ incidiſ/
ſet: orõnes ac philoſophiã cõparãs ait. Vis. n. maior in illis dicẽdi: ſed hoc quoq; colẽdũ eſt ȩquabile:

ac temperatum orationis genus. Ac mox ſubiecit. Et id quidem nemini Græcoꝝ uidi adhuc contigiſſe: ut idem utroq̄ in genere laboraret: ſequereturq̄ & illud forenſe dicēdi: & hoc quietū diſputandi genus. Quo loco duo maxime ſpectanda ſunt. Primū duplex eſſe orationis genus: Forenſe: quod oratoris proprium ē: quietū: qđ Philoſophi deinde dictionē potiſſimū ad Oratorē: diſputationē ad Phūs ptinere. Vnde & diſputatorē ſępenumero Philoſophū appellamus. Sed & ī primo libro de Oratore duplex dicendi genus expreſſit: Vnum populare & forenſe: alterū: quod Philoſophoꝝ eſſe oſtendit: de quo perpulchre i hūc modū inquit. Aliud mihi quoddā orōnis genus eſſe uidetur eoꝝ hoīum: de qbus paulo ante dixiſti: ſignificabat aūt Phos: quāuis illi ornate & grauiter aut de natura reꝝ: aut de humanis rebus loquātur. Nitidū quoddā genus eſt uerboꝝ & lętū: ſed paleſtre magis & olei q̄ huius ciuilis turbæ ac fori. Quibus uerbis qum dicit ornate & grauiter Philoſophos loqui: etiā oſtendit qđ propoſitum eſt: perfectam Philoſophiam & ornatu & grauitate conſtare.

Cap. XXI. Quod nō ſolū Oratori: ſed etiā Philoſopho cōuenit: ut apte diſtincte ornate dicat.

SOlent Oratores tria adhibere: ſiquid agendū ſit: ut apte diſtincte ornate dicant. Et apte quidē pp præclarā inuentionē. diſtincte pp diſpoſitionis ordinē: ornate pp ſplendidā uerboꝝ & ſententiaꝝ elocutionē. Quam ſententiā & in primo de officiis libro pſecutus eſt Cicero. Sed non ſolū Oratori: ueꝝ etiā Philoſopho tria hæc in ſuis rebus explicandis cōſideranda ſunt. Nā & excogitare prudēter: & diſponere erudite: & demū cogitationes ſuas ſplendide illuſtrare etiam Philoſophi debēt. Quamobrē & q feciſſent ſecus: redarguit Cicero in Tuſculanis quęſtionibus dicens. Sed mandare quemq̄ litteris cogitationes ſuas: q eas nec diſponere: nec illuſtrare poſſit: nec delectatione aliqua allicere lectorē: hominis eſt abutentis intēperanter & ocio & litteris. Cogitationes hoc loco ad inuentionē referunť: diſponere ad diſtinctionis ordinē: illuſtrare ad exornationē: quæ ſi recte ſeſe habuerint: facile uel lectorē uel auditorē alliciunt. Quę q contēpſerint: incident in reprehenſionē illā Ciceronis: ac libros ſuos legent ipſi cū ſuis. Eiuſmodi hoīes. M. Tullius etiā in ſecūdo libro Tuſculanaꝝ quæſtionū hiſce uerbis inſectať. Sed eos ſi poſſumus: excitemus: q liberaliter eruditi: adhibita etiā differendi elegantia ratione & uia philoſophanť. Eſt. n. quoddam genus eoꝝ: q ſe philoſophos appellari uolunt: quoꝝ dicūtur eſſe Latini ſane multi libri: quos ne contēno eqnidē: quippe quos nunq̄ legerim: ſed qa pfitentur ipſi illi: q eos ſcribūt: ſe neq̄ diſtincte: neq̄ diſtribute: neq̄ eleganter: neq̄ ornate ſcribere: lectionē ſine ulla delectatione negligo. Et. n. a pleriſq̄ deſpiciuntur: quæ ſine differendi elegantia fuerint pertractata.

Capitulum. XXII. De Acroatica & Exoterica Ariſtotelis diſciplina.

ARiſtoteles uir præſtans ingenio: magna ſcientia & doctrina Phūs: uſq̄ adeo diſciplinaꝝ omniū præſtitit gloria: ut nō ſolū Phūs: ſed etiā inſignis Rhetor habendus ſit. Dicendi præcepta & ſcripſit: & docuit: ſiue ut nullius laudis foret expers: & Philoſophiæ partes oēs cōplecteret: ſiue cōmotus Iſocratis gloria: ut ſe etiam Eloquentia florere ac tenere dicēdi artem oſtenderet. Quam rem Cicero ſignificauit in primo libro Tuſculanarum diſputationum: cū ſe Ariſtotelis ſectaturū ueſtigia demōſtrat dicēs. Sed ut Ariſtoteles uir ſūmo ingenio: ſcientię copia cū cōmotus fuiſſet Iſocratis Rhetoris gloria: docere etiā cœpit Adoleſcentes: & prudentiam cū Eloquētia iungere: ſic nobis placet: nec priſtinū dicendi ſtudiū deponere: & in hac maiore & uberiore arte uerſari. Ars uero maxima oīuꝫ atq̄ uberrima Philoſophia ē: e cuius inexhauſtis fontibus reliquæ oēs & manant diſciplinæ: & artes defluunt. Sed qđ mirū Ariſtoteleꝫ Rhetoricā artem docuiſſe adoleſcentes: q & Grāmaticam quoq̄ & puerilē eruditionē Alexandrū inſtituit? Hinc Fabius Quintilianus primo libro Oratoriæ inſtitutionis. Philippus Macedonū Rex Alexandro filio ſuo prima litteraꝝ elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis Philoſopho uoluit: & ille ſuſcepit hoc officium. Cum uero & Philoſophiam Ariſtoteles: & dicēdi præcepta traderet: illaſ docebat in Lycio matutino tēpore: hæc eodē in loco ueſperi. Et priorē qdē diſciplinā ακροατικην appellabat: alteram εξωτερικην. Teſtis nobis ſit. A. Gelius libro uigeſimo de Noctibus Acticis: q cōmentationū earumq̄ ſpēs duas diſtinguit: quas docebat Ariſtoteles Philoſophus & Regis Alexandri magiſter. Alia enim εξωτερικα appellabantur: quæ ad Rhetoricas Meditationes facultatem argutiaꝝ ciuiliumq̄ rerū notitiam cōducebāt. Alia ακροατικα: in quibus Philoſophia remotior ſubtiliorq̄ agitabatur: & quæ ad naturæ contemplationē diſceptationes ue Dialecticas pertinebāt. Atq̄ idem fortaſſe & Cicero intelligi uoluit: q libro quinto de finibus bonoꝝ & maloꝝ: Peripateticorū & Ariſtotelis edifferens ſententiam. Duo genera inquit librorꝝ ſunt: Vnum populariter ſcriptum: quod exotericon appellabāt: alterū limatius: quod in cōmentariis reliquerunt. Hinc etiam Ariſtoteles ipſe in Ethicis & moralibus libris nōnulla dicit in externis ſermonibus: uel ī exterioribus ſermonibus ſecūdū aliam tranſlationē ſufficienter fuiſſe tractata. Ac de Ariſtotelis quidē docendi cōſuetudine ſatis.

Cap. XXIII. Qđ docēdi munus pprīū īprimis Gręcoꝝ fuit: & de diuerſa differēdi cōſuetudine.

GRæci: ut erāt quodā diſciplinaꝝ oīum fere Principes: ita & docēdi munus quaſi quodā ſuo iure uēdicabāt. Qđ Lęlius apud M. Tulliū in dyalogis de Amicitia etiā oſtendit: q cū diſputationē de amicitia ipſa recuſaret: Doctoꝝ inqt ē iſta cōſuetudo: eaq̄ Gręcoꝝ: ut his ponať: de quo diſputēt, Sꝫ ea diſputādi docēdiq̄ cōſuetudo ad Romāos ē trāſlata

eſt:præſertim Cicerone auctore:q de ſe ipſo in Tuſculanis queſtionibus ĩ hũc modũ ait. In quã exercitationẽ (erat.n.ſibi de Philoſophia mentio) ita nos ſtudioſe opa͞z dedimus:ut iam etiã ſcholas Grecorũ more habere auderemus. Quemadmodũ uero Greci aut ambulantes aut ſedentes de magnis quæſtionibus diſſerebãt:pro Philoſophorum diſciplinarumq; uarietate idem & Cicero Græcos imitatus facere ſolitus eſt:quod ipſe etiã oſtẽdit:q in Tuſculanis diſputationibus hæc dicit. Ponere iubebam: de quo quis audire uellet:at id aut ſedẽs aut ambulãs diſputabã. Atq; ambulãtes diſputaſſe potiſſimũ Peripatetici cõſueuerũt:q ob eam ipſam cauſa͞z id nominis ſortiti ſunt. Ferũt nãq; Ariſtotelẽ ĩ Lycio: & in eo:q in Lycio ortus eſſet:quod & Græci περιπατου uocarent philoſophari cũ diſcipulis ſolitũ: et απο του περιπατου dediſſe ſectatoribus ſuis nomẽ. Alii tñ Peripateticũ Ariſtotelẽ id circo cognominatum uolũt:quod in ambulante Alexãdro pp aduerſa͞z ualitudinẽ Ariſtoteles quoq; ipſe doctor una ſecũ ambulare cogeret. Id eſt.n. περιπατειν apud Græcos. Socrates aũt ſæpe cum diſcipulis ſuis multa diſſerens:ſub Platano atq; in molli herba conſidebat. Hinc ſunt illa in Phędro Platonis. Perge igit: & ſimul cõſpice:ubi ſedeamus. Ita Socrates Phędrum alloquebat. Simul ille. Vides:inquit: illam altiſſimã Platanũ. Ibi & umbra & uẽtus modicus & herba ubicũq; recumbere uelimus. Quod ipſum & Q. Mutius Scæuola imitan. L. Craſſum uoluit apud. M. Tulliũ in libro de Oratore:ut q ade rant:& abucerẽt ſe ĩ herbã: & ſub Platano cõſiderent. Carneades quoq; Academicus ſedẽs diſputaſſe deprę hẽditur in Exedra illa:quam in quto libro de finibus bonorum & malorum his uerbis Cicero cõmemorat. Et ſi multa I omni parte Athenarum ſunt in ipſis locis inditia ſummorum uirorum:tamẽ ego illa moueor Exedra. Modo.n.fuit Carneades:quẽ uidere uideor. Eſt.n. nota imago:a ſedeq; ipſa tanti ingenii magnitudine orbata deſideran illã uocẽ puto. Quapp conſtat eruditos ueteres plerũq; aut ſedentes aut ambulantes diſputare conſueuiſſe.

Capitulum XXIIII. De multiplice Philoſophorum ueterum in diſputando more.

Philoſophi:quos amatores Sapiẽtię interpretamur:cũ oẽs ad inueſtigãda͞z ueritatẽ Intendere uiderent:nõ cadẽ tñ in diſſerẽdo rõne uſi ſunt. Ac triplicẽ diſputãdi conſuetudinẽ attingit Cicero:q oĩa diligẽter aĩaduertiſſet: & libro ſecũdo de finibus bonorum & malorum breuiter & accurate cõplectit. Aut.n.in cõuentibus poſcebant queſtionẽ.i. dicere iubebant:qua de re quis uellet audire:q Sophiſtarum mos fuit: & a Gorgia Leontino primus inſtitutus:q & profiteri auſus eſt de quacũq; re ab eo peteret:ſe eſſe reſponſurũ. Aut interrogãdo eliciebant eorum opiniones:quibus cũ diſſererent:ut ad ea quæ hi reſpondiſſent:ſiqd uideretur:dicerẽt: hãc uero diſputãdi cõſuetudinẽ ſeruauit Socrates:quæ aliquandiu intermiſſa:tandẽ ab Arceſilao reuocata ẽ:q ita (ut idem Cicero ait) inſtituit:ut ii qui ſe uellẽt audire:nõ a ſe quęrerent:ſed ipſi dicerẽt potius:qd ſentirent. Quod cũ dixiſſent:ille contra:q aũt audiebãt:pro uiribus ſuã ſententiam tuebant. Apud quoſdã Philoſophos:qui queſierit aliqd:tacet. Dicet aliqs uerbi cauſa. Voluptas mihi uidet ẽe ſũmũ bonũ:cõtra orõne ppetua diſputat. Nec q ſibi:aliqd ita uideri dicit:ipſe ĩ ea ſentẽtia:ſed uult potius audire cõtraria. Propõit ille:uideri ſibi uoluptatẽ eẽ ſummũ bonũ:tñ nec putat uoluptatẽ ẽe ſũmũ bonũ & ſcit cupit ẽt qre ſummũ bonũ nõ ſit. Hũc morẽ ſuo tẽpore iam ĩ Academia ſeruari eodẽ ĩ loco:quẽ pdiximus:teſtis ẽ Cicero. Sunt q nõ ſolũ dicant:qd ſentiũt:ſed etiã cur. Vt ſiquis credat:uoluptatẽ ſummũ eſſe hois bonũ:una cũ ſua ſententia rõnes etiã afferet:cur ita exiſtimet. M. Cicero eam differendi cõſuetudinẽ in libro de finibus bonorum & malorum pbare uidet:maxime nõ in qua oratione perpetua diſputat:ſed cũ diſputando in rebus ſingulis inſiſtas: & intelligas qd uel concedat quiſq;:uel abnuat. Ita.n.ex cõceſſis rebus facile cõcludimus quod uolumus: & ad exitus puenimus. Atq; ita ĩ ſecũdo libro cõtra Torquatũ Epicureum diſputationẽ intẽdit. In Tuſculanis queſtionibus facit ita:ut cũ Atticus:q uellet audire dixerit qd ſibi uideret:tu͞z Marcus cõtradicit. Vt.n. proponit Atticus Malũ mihi uidetur eſſe mors. Ille cõtradixerit:oſtẽdens mortẽ ipſam aut nullũ malũ aut bonũ etiã. De qua cõſuetudine hæc ĩ prefatione Tuſculanarum diſputationũ inqt. Hæc uetus & Socratica ratio eſt:contra alterius opinionẽ diſſerẽdi. Ac ſubnectit dicens. Nam ita facillime quid ueriſſimum eſſet:inueniri poſſe Socrates arbitrabatur.

Capitulum. XXV. De uaria Superlatiui nominis ſignificantia.

Solent admirari nõnulli. M. Ciceronẽ quaſi in quibuſdã locis nõnũq̃ pugnãtia loquẽtẽ. Sed illud pcipue uidet admiratione digniſſimũ. Et.n. in prefatione primi libri Tuſculanarum qſtionũ oſtẽdit ſeſe ea uſum differẽdi rõne:qua facillime p Socratis ſentẽtia:qd ueriſſimũ foret:inueniri poſſet. Quo loco ſignificat nõ modo quod uerum:ſed etiã quod eẽt ueriſſimũ diſputando poſſe reperiri. At paulo poſt pbabilia ſeſe ac uerisimilia ſeq autumat:nec habere:ut ultra progrediat oĩo q̃ ut uerisimilia dicat. Quomodo.n. quod ſit ueriſſimũ poterit inueniri nobis:qbus ſolũ quod uerisimile ẽ uidere cõcedit? Accuſant pleriq; latini eloquii parẽtẽ:quaſi temere atq; icõſiderate locutũ:dũ parũ diligẽter aduertũt eruditorum ueterum uſurpationẽ. Sed hi pfecto admirari deſinẽt:cũ accuratius ſuplatiui nois uim ac ſignificãtiã librare uoluerint. Aliter.n. ſuplatiuũ nomẽ ĩtelligi debet:cũ ad plures ſui generis cõparatũ oĩbus ſupponit:ut cũ dicit qs fortiſſimus Grecorum Achillẽ:quod eſt Grecos fortitudine preſtãtẽ. Quale ẽ illud in Lelio Ciceronis de Scęuola Pontifice:quem unũ noſtræ ciuitatis & ingenio & Iuſtitia preſtantiſſimũ audeo dicere.i. ciues ſuos

oẽ᷑ natura & uirtute antecellentẽ. Aliter ſuperlatiuũ intelligiť: cũ poſitiuũ ſignificat: & aduerbiũ ualde: ut ſiquis dicat. Fortiſſimũ Herculẽ: nec adiiciat quo℞: nihil eſt aliud: Hercules fuit fortiſſimus: ꝗ ualde fortis: ſi nulla fuerit adiecta cõparatio. Hinc eſt illud Ciceronis ĩ tertio de officiis. Tibi pſuade eſſe te mihi qdẽ chariſſimũ: ſed multo fore chariorẽ: ſi talibus monumẽtis pręceptiſq; lætabere. Quo modo.n. ſi chariſſimus erat: multo chario futurus erat: niſi chariſſimus charum eo loco ſignificaret: aut paulo amplius? Et Priſcianus Cęſarięſis illud Ciceronis ĩ orõne p. M. Marcello: Simillimũ Deo: iudico ualde ſimilẽ Deo: exponit nõ indocte. Aliter ſuperlatiuũ ſignificare uideť: cũ dicat quiſpiam. Beatiſſimus eſt ſiquis pturbationibus uacuus uitã traducat: cũ tñ conſtet neminẽ uinctũ cõpedibus corporis poſſe beatũ eẽ. Sed ſenſus eiuſmodi ẽ. Nemo ĩ terris beatus eſſe põt: ſed id beatitudinis qđ habere in terris quiſquã põtis habere putãdus eſt: q pturbationibus caret. Quod eſt: quatenus põt quiſpiam pgredi ad beatitudinẽ adipiſcendã: eatenus pficiſcť ad beatã uitã comparandã: q pturbationibus uacat: & ſi beatã uitã nemo unꝗ mortaliũ in terris aſſecutus ẽ. Itaq; nõ tam beata uita intelligenda eſt ꝗ magna quædã beatæ uitæ ſimilitudo. Illud pinde eſt Ciceronis ĩ primo Tuſculanarũ quęſtionũ. Nã ita facillime qd ueriſſimũ eſſet: inueniri poſſe Socrates arbitrabať. Hoc tale ẽ: ac ſi dicat. Illud amplius ueritatis quod põt mortalis quiſquã adipiſci: ea facillime differẽdi ratione comparať: Nec id tamẽ erit ueritas: ſed potius ſimilitudo quædã ueritatis. Ea inꝗ diſputãdi uia qd ſit ueriſſimũ: inueniri poterit: nec tamẽ uerũ poterit inueniri: qđ uidere: ut illi putant: ſolius Dei eſt. Patet igiť ratione illa Socratica ueriſſimũ inueniri: qđ uidere datũ eſt: qđ nobis ipſum tñ nequaꝗ uerũ ẽ: id quod diuinę dũtaxat Maieſtati tribuiť: ut ſuperlatiuũ minus ſit ꝗ abſolutũ ipſum: quandoquidẽ illud ſimillimum ueri hoc loco: id poſterius ſinceritatem quandã ſignificet ueritatis.

Augustini Dathi Stromatum Liber primus explicit.

Augustini Dathi Stromatum ad Nicolaum Franciſcum filium Liber tertius incipit fęliciter. Secundus non inuenitur.

Capitulũ Primũ de præceptis & inſtitutis: deq; eo℞ apud. M. Tullium diligẽti obſeruatione.

QVEMADModum uirtus ſapientiaq; & diſcenda & colenda eſt: ita ad eandem capeſſendas præcepta atq; inſtituta neceſſaria eſſe exiſtimãť: ut præceptis eruditi: recte perdiſcamus: inſtituta aũť admoniti: abſolutam uirtutẽ: atq; pfectã ſapientiam adipiſcamur: Ho℞ utrunq; uera Philoſophia efficit. Atq; ob eam cauſas & præceptis & inſtitutis uerã conſtare Philoſophias cenſuit. M. Tullius: q Ciceronẽ filius audientẽ Chratyppũ uitũ p id tẽpus in Peripatetica diſciplina florẽtẽ: oportere indicauit: abũdare Philoſophię tum præceptis tum etiam inſtitutis.. Præſertim uero cũ in recta uel intelligendi uel uiuendi ratione cõparanda pficiamus uoce plurimũ & exẽplo. Et ad uocẽ quidẽ pertinet audire Chratyppũ: ad exẽplũ uero Athena℞ cõmemoratio. Eodem ſpectat Doctoris auctoritas: atq; urbis ſumma præſtãtia: quorũ alter præcipiendo auget hoĩem ſciẽtia: altera inſtituẽdo ad exẽpla honeſte uiuendi perducit. Vt ita demũ diſcant: qui rudes re℞ ſunt: iudicandi uero exerceant poteſtatẽ: qui integram abſolutamq; ſapientiam fuerint aſſecuti.

Capitulum. II. De Athena℞ claritudine.

AThenas pręclaram fuiſſe ciuitatẽ: & præcipua littera℞ ac ſtudio℞ præſtitiſſe gloria: multa uete℞ monumẽta declarãt. Nec mirũ: cũ ab ea nomẽ traxerit: & ſua quędã fuerit auſpicata primordia: quã Deam Sapientiæ repertricẽ artium: doctrina℞ Principẽ putauit antiqtas: ꝗ ut Poetæ fabulanť: & ipſe quoq; tradit Porphirius: Ionia uertice pgenita: humanis mentibus Prudẽtiam ſubminiſtrat. Ea uero Minerua eſt αθηνα Græce uocitata. Vt aũť urbs ipſa a Mineruæ noĩe appellareť: eam. M. Varro ex ueteribus de noſtris Aurelius Auguſtinus afferũt rationẽ. Nã Cecrope regnante prodigio factũ eſt: ut in ea ipſa urbe illic repente prodiret olinę arbor: alio aqua loco erumperet. Permotus Rex Delphicũ conſuluit oraculũ: a quo edoctus oleam qdẽ Mineruã: undã aũť Neptũnũ ſignificare: rem ĩ cõſultationẽ adduxit. Vt qđ Apollo cõſultus facere abnuiſſet: ciuiũ & ppl'i ſuffragiis ac poteſtate decerneretť. Et cũ utriuſq; ſexus hoĩes p more de publicis tũ negociis cõueniſſent: ac mares p Neptũno: p Minerua fœminæ ſententiã tuliſſent: uicit fœmina℞ numerus: cũ una plus eſſet inuẽta. Atq; ita Minerua obtinuit: ut ab eius noĩe Athenæ uocarenť. Quæ qdẽ urbs ita ſemp apud Græcos ſtudio℞ & ſapiẽtię claruit gloria: quẽadmodũ Lacedęmon bellicis artibus & militaris diſciplinæ laude. Proinde ueteres pleriq; cũq; his. M. Tullius inuẽtrices oĩus doctrina℞ Athenas phibuerũt. Et Aurelio Auguſtino teſte: hac ciuitate nihil habuit Gręcia clarius atq; nobilius. Quippe quę una foret mater atq; nutrix liberaliũ doctrina℞: & tot tãto℞q; Philoſopho℞ pcreatrix: multo uetius pp ſummã ſapiẽtię laudẽ: ꝗ ancta Corinthus pp delicatiores opes totius Gręcię lumẽ ac decus: quã ne ipſe quidẽ ignorauit facetiſſimus Martialis: qũ Coruliano dicit.

Sed tibi plus mentis tibi cor limante Minerua
Acrius: & tenues finxerunt pectus Athenæ.

Quas qui ſummā ſcientię copias cuperent adipiſci magnis ingeniis uiri·longis peregrinationibus petere conſueuerunt: & ad eam potiſſimū urbē·quaſi ad mercaturam bonaꝝ artium proficiſci. Quare & M. Tullius: q Græcoꝝ omniū ingenia ſuperaret: & ī omni doctrinę genere uix cuiquā Gręcorū cederet. M· filium eo ipſo in loco ſub Chratyppo Peripatetico pręceptis Philoſophiæ·atq; inſtitutis uoluit erudiri.

ℂCapitulum. III. De duabus florentioribus diſciplinis Philoſophia·atq; Eloquentia.

QVæ nō dicam apud Græcos: apud quos fuit nihil Mathematicis illuſtrius: ſed apud Romanos rerū dominos·celebres imprimis diſciplinæ·ac cæteris præſtabiliores fuere Eloquentia: & quæ uitæ rationē Philoſophia cōtinet. Ac Philoſophia quidē res contemplatur. Eloquentia uero uerba·atq; uoces potius. Nam bene in Oratore Cicero de Philoſophia inquit: in qua res ſpectaƭ: nō uerba penduntƭ. Quocirca Oratores bene dicēdi: Philoſophi bene uiuēdi magiſtri ſunt appellati. Ac tam & ſi hę duę diſciplinę eo pacto ſint & ratione diſiunctæ: perpulchre tamē & ſplendide iunguntƭ in unum. Itaq; & M. Tullius in utriuſq; orōnis facultate·& tum in Philoſophia·tum ī dicēdi exercitatione pares filiū Ciceronē fore cupiebat: ut & diceret quod Oratoris eſt proprium: & iudicare quod magis ad Philoſophū ptinet: faciliime poſſet. Et quoniam uarię Philoſophoꝝ exiſtunt ſententiæ: pmittebat filii arbitrio: ut de rebus ipſis·ſuo uteretur iudicio: orationē uero latinam legendis patris efficeret pleniorem.

ℂCapitulum. IIII. Latina cum Græcis eſſe iungenda.

STudioꝝ doctrinam·& Eloquentiæ laudē profectam a Gręcoꝝ fontibus·una pene oēs uoce conſentiunt. Sed ne ipſe quidem inficiatur Cicero: q in libris de finibus bonoꝝ & maloꝝ ingenuas diſciplinas a Græcis manaſſe oſtendit. Quanquā fortaſſe noſtri acceptas ab eis·fecerūt meliores. Hinc docti uiri·atq; eloquētes plerūq; cū Gręcis Latina cōiungunt: nec in Philoſophia ſolū: ſed in ipſa quoq; dicendi exercitatione faciunt: ex qua quides coniunctione ac peruenuſta (ut ita dixerim) ſocietate: & pfectior certe doctrina: & Eloquētia comparatur uberior: ſicq; ut puri fontis: purior quoq; in riuis unda ſeruetur. Proinde M. Tullius Græce·Latineq; Ciceronē filiū·dicendi rationē inſtituit: quod in partitionibus Oratoriis haud obſcure declaratƭ. Recte igiƭ Fabius Quintilianus puerū: q magnus ſit futurus Orator: a ſermone Græco mauult incipere: ſimulq; & diſciplinis quoq; Græcis prius inſtituēdū pręcipit: unde & noſtrę fluxerūt. Nā q Græcas ſimul & Latinas litteras fuerint aſſecuti: facile cæteris antecelluat.

ℂCapitulum. V. Quod optima ſit ad diſcendū ordinis cōſeruatio.

CVnctis in rebus optimus eſt: & maxime ordo laudandus. Sed is imprimis in cognitione rerū adipiſcēda·mirū in modū conducit. Recte ob eam cauſam Pythagoras Samius feciſſe probatur: q in diſcipulis erudiendis·& tradenda bonaꝝ artiū doctrina·diligētem quandā·ac accuratiſſimā temporis·atq; ordinis rationē ſeruauit. Teſtis ē Gelius librorū de Noctibus Acticis primo: Pythagoreū docēdi morē diligentiſſime pſecutus. Ariſtoteles Phūs ingenio & ſcientiæ copia præſtans: haud lōge ab ea cōſuetudine diſceſſit: crebro admonēs a notionibus inchoandū: p quę ad occultiora inueſtiganda·multo facilior aditus patet. Sed & ſecundo Metaphyſicoꝝ librorū: qđ uniq; elegans īprimis·atq; abſolutiſſimū opus eſt: abſurdū exiſtimauit ſcientiam ſimul·& ſciendi rationē·ac uiam inueſtigare. Scire igiƭ Ariſtoteles: & q mox illuſ Peripatetici ſecuti ſunt·priuſq̄ altioris Philoſophiæ arcana pferrent: differendi rationē pulcherrimā tradiderūt. Ea Græce λογικη appellatur: Latine rationalis pōt interpretari. Eamq; diſtribuunt Peripatetici in partis duas: Vnā inueniendi: alterā iudicandi. Et ea quidē: quæ ad iudicādū ſpectat: a Gręcis αναλυτικη a nobis·teſte Boetio: pōt reſolutaria nuncupari. Quæ aūt uim inueniendi cōplexa eſt: τοπικη a Gręcis: a noſtris localis appellata ē. Hæc igiƭ diſciplina·quaſi quædā eſt differēdi magiſtra: diffinita aūt a M. Cicerone in Topicis ad Trebatiū: diligens differēdi ratio: & tum in inuētione: tum in iudicatione conſiſtit. Quanq̄ Stoici in altera tantū elaborādū duxerint inueniendi parte penitus derelicta. Sed Peripateticoꝝ pbabilior ſententia ē: q utranuis aſciſcendā putarūt: ut nō modo rudes: quoꝝ diſcere eſt: ſed docti quoq;: quibus iudicandi facultas tribuitur: optimū habeant adiumentum: & ad diſcendum & ad iudicandum.

ℂCapitulum. VI. Perfectum donum conſtare re·atq; ſpecie.

PErfectū donum: id quod. F. Victorinus nō inſcite tradidit: duobus ad plenū cōſtare uidetur. Re atq; ſpecie. Mellis proponit exemplū: cuius res qdē in dulcedine: ſpēs uero in colore cernitur. Ac uir fortis rem habet uirtutē ipſam: ſpeciem pulchritudinē: & aptam totius corporis cōpoſitionē. Ita quoq; uir magnus ac plene ſapiens·& uera laude cumulatus rem habeat: neceſſe eſt: ſapientiam uidelicet: quę ī recta uiuēdi ratione uerſaƭ: ſpeciem aūt Eloquentiam: p quā aptis & ornatis uerbis·cæteros quoq; ad bene uiuēdū impellat. Haꝝ igiƭ duaꝝ rerū pfectio maior in ſapientia ē: ſed eloquētia quoq; ſplendeſcit plurimū. Quaꝝ utrāq; aſſecutus. M. Cicero magnū hominis noſtris attulit adiumētū: nec ſolū ad dicēdi copias: ſed etiā ad iudicādi facultatē.

¶ Capitulum. VII. diſcendi aſſiduitas laudatur.

NVlla ſatis eſt ad perdiſcendum ætas. Nunꝗ̃ igitur a diſcendi ſtudio feriandũ uidetur: ſed iugi meditatione potius ꝑcipiendæ doctrinę acriter incũbendũ. Gloriari ſolitus ẽ ſapiẽs unus e ſeptẽ Solon: ꝗ ſe quotidie diſcentẽ aliquid dicit ſenem fieri. Et Iulianus (niſi me fallit memoria) iuris conſultus nõ ignobilis diſcere ſe uelle ꝓfitetur: ẽt ſi alterũ habeat in ſepulchro pedem. Non deterret Silicerniũ: nõ arcet ingraueſcentis ætatis onus: nõ facessit capulans ſenex ab hac præclara exercitatione diſcendi. Quod ſi diſcere tã diu debemus: quoad nos quantũ ꝓfecerimus: non pęniteat. Poenitebit quidẽ ſemꝑ & parũ uidebimur: quod didicimus: ſi & ꝑ exigua: & ꝗ̃ pauciſſima ſunt: quæ etiam uir quiſq; ſapientiſſimus compatauit: prę iis: quæ ſemꝑ & noua cõparanda: & diſcenda ſuperſunt. Altum eſt huius magni maris: atq; imenſum pelagus: & qui omne menſus fuerit: eſt in tot ſoeculis inuentus nemo. Sed tamen infatigato curſu nauigandũ ẽ: donec uitæ calcẽ quaſi quendã portum geris attigerimus. Siquidẽ ubiq; offerunt ſeſe nobis cunctis opibus pretioſiores merces: & quę lucidas Margaritas: rutilantes gẽmas: uniones quoſq; fulgentiſſimos antecęllunt. Quibus uere ditari poſſimus: & ſtatim opulenti eſſe magno animo: indefeſſis uiribus laborandũ eſt. Ex iis certe opus eſt: quæ præclare a Fabio Quintiliano collecta ſunt: non Oratori ſolũ neceſſaria: ſed & uiro cuiq; futuro ſapientiſſimo ſtudio ꝑpetuo: præſtantiſſimis pręceptoribus: pluribus diſciplinis: nec ſolũ is pręcipe putandus ẽ: ꝗ exterius ſonat: & uoce perſtrepit: ſed multo ẽt magis qui interius mentẽ illuſtrat intellectus ingẽ is: ꝗ a Peripateticis agẽs appellari conſueuit. Nam & qui inceptantes iter ſapientię ingrediunt̃: & ꝗ ꝓgredientes proficiũt: ut taceã ꝑfectos doctrina uiros: ac plene ſapientes: audiendo legendo meditando: ſolidiorẽ indies rerum cognitionẽ: atq; ſcientiam adipiſcunt̃. Siquis igitur attente uoluerit audire: ſtudioſe legere: acriorem mentis cogitationẽ adhibere: ſummã doctrinæ laudem facillime cõparabit. Monet. M. Cicero filiũ ob eam cauſam ut Chratyppũ audiat: Orationes ſuas: & de Philoſophia libros legat: at ſtudioſe legat: & ſummã animi diligẽtiam adhibeat. ita. n. ſtudii noſtri minus pęnitebit: & cum ætate cęteris decreſcentibus: ſola ſemper creuerit ſapientia: ad quã ꝑcipiendã trãſmiſere ac nauigare nõnulli exiliis potius: ꝗ̃ ꝑegrinationibus ſuſceptis.

¶ Capitulum octauum de quattuor Philoſophorum celebrioribus diſciplinis.

PHiloſophorũ diſciplinæ ꝗ̃ꝗ̃ plurimę pro. M. Varronis ſentẽtia afferri poſſunt: quattuor tamẽ celebrãtur imprimis. Sed Epicureorũ dogma: quod in uoluptate ſummũ bonũ cõſtituit: idq; ſuis cõmodis non honeſtate metitur: & ad uoluptatis illecebras: quæ nihil habent cũ uirtute cõiunctũ: tanꝗ̃ ad ultimũ bonorum omniũ refert oĩa: iam pridem ab iis qui recte philoſophantur: reiectũ: improbatũ. atq; exploſum eſt: ea pręcipue ratione: quod in finibus bonorum: & malorũ aberrans: nihil de uirtute nihil de officio nihil de beneuiuendo pręcipere rite poteſt: ſed oẽm potius rectam uiuendi diſciplinam peruertit. Quæ una præ cœteris omnibus inueſtigatio cõmunis eſſe debet philoſophorũ omniũ. Reliquę ſunt Stoicorũ Academicorũ Peripateticorum diſciplinæ: e quibus Stoici uirtutẽ ſolam: atq; honeſtatem: bonum eſſe ſtatuerunt. Idq; eorum eſt firmiter ab iis ipſis παραδοξον comprobatum. τo καλον μονον ἄγαθον ἐιναι. Quod interpretamur. Honeſtũ ſolũ bonũ eſſe. Academici uero: atq; Peripatetici nõ ſolũ: ſed ſummũ bonum habẽdã eſſe uirtutẽ: non abſq; optimis rationibus argumentati ſunt. Atq; utrorumq; una foret: eademq; ſententia: uirtutẽ cœteris omnibus anteponens: niſi illa potiſſimum ratione diſſiderent: quod Peripatetici alia certa: alia incerta ẽe dicunt: Academici ab iis diſſentientes: alia probabilia: alia ĩprobabilia eſſe arbitrantur. Sed in uirtute præferenda in unum utriq; cõſentiunt: ut non iniuria quæ Academici probant: finitima Peripateticis ẽe ꝓhibeantur: ac ſola certi: & incerti diſtinctione ſublata: haud multum a Peripateticis diſſidentia.

¶ Cap. VIIII. Quod fuit. M. Tullius Academicus: in ibi quę ſint maſſime academicorum ꝓpria.

MArcus Cicero ex omni Philoſophorũ numero Academicos maxime comprobauit: eorumq; tum ſententiam tũ etiam rationẽ diligenter conſectatus eſt. Quod cœteri Philoſophi: ut in Tuſculanis diputationibus oſtenſum ẽ: certis quibuſdam deſtinatiſq; ſententiis quaſi addicti: & conſecrati ſint: eaq; neceſſitate conſtricti: ut quę probare non ſoleant: ea cogant̃ cõſtãtiæ cauſa defendere. Academici uero ꝗ ꝓbabilia ſunt ſequãt̃ nec ultra id progrediantur: quod ueriſimile occurrat. Quorũ maxime ꝓpriũ ẽ: contra oĩa diſputare: quod id ipſum ꝓbabile: quod coniectãt elucet non poſſit: niſi ex utraq; parte cauſarũ fuerit facta cõtentio. Quibus ꝓpoſitũ ẽ: ueri reperiẽdi cauſa: & contra oẽs Philoſophos: & ꝓ oibus dicere. Studio aũt inueſtigandi ueri ita priũs ĩtendũt ut & referre ſine ꝑtinacia: & refelli ſine iracundia ſint parati. Affirmandi arrogãtiã deuitãtes: fugienteſq;: quæ maxime ſapientiæ aduerſatur temeritatem: explorant uelut trãſfugæ quidã aliena caſtra: & reliquorũ Philoſophorũ ꝑtentant diſciplinas: ſentẽtias ſtudioſius ꝑſcrutant̃: denique id ſequunt̃: quod poſt acriorẽ cõcertationem maxime ꝓbabile eluxerit. Itaq; Academicus Cicero de prudendã de natura deorũ: Stoicorũ argumenta ꝓbauit. Eorũdẽ paradoxa admirabileſq; ſententias mãdauit litteris: de animi ꝑturbationibus Stoicorũ diffinitionibus uſus eſt. Pleriſq; in locis de rebus bonis: & malis differens: Stoicorũ rationẽ ſecutus. De officiis uero ſcribẽs accuratius in tota ea quæſtione: quæ omniũ exiſtimatur præclariſſima: potiſſimũ e Stoicorũ fontibus hauſit. Quanꝗ̃ ſuo quodam

Iudicio:atq; arbitrio fretus: & Socraticus eo in loco: & Platonicus fuiſſe uideatur. Platonē nanq; Academię principē fuiſſe cōſtat: Socraticā uero ſententiā. Stoici prę cęteris tenuerūt: quod ipſius quoq; Ciceronis teſtimonio cōprobat: q Paradoxa: quę tota proculdubio Stoicorū ſunt. maxime putauit eſſe Socratica: longeq; uerissima. Quā ſi recte ac diligenter hinc Stoicorū: inde Academicorū: Peripateticorūq; de uirtute de officio de ſummo bono conſiderare ſententiam uoluerimus: liquebit ſane non tam re: q̄ uerbo potius diſſentire.

Capitulum. X. Magnanimitatis laus ac proprietas affertur in medium.

FVerunt nōnulli: an uitio dandū ſit ſi ſemp: q ipſe ſibi alicuius rei laudē uendicauerit: faciat ue arroganter qſqs pręclaris qbuſpiā in rebus: cęteris ſeſe ante poſuerit. Quibus ſane reſponſum ſit: recte Ariſtotelē tradidiſſe: q in Moralibus libris unā aſſeruit magnanimitatē pręclariſſimā omniū eſſe uirtutū. Ea uero circa res pręclaras: & ampliſſimos honores uerſatur: & cęterarū ueluti quoddā decus: & ornatus uidetur eſſe uirtutū. Eiuſq; ꝓpriū eſt nec cęteris carere uirtutibus: & eas ſemp maiores efficere. Atq; ut ipſe idē diffinit Ariſtoteles: is certe magnanimus ē habēdus: q ſe magnis dignatur: cū unq; magnis dignus ſit. Qd' q ſecus fecerit: is haud certe in modeſtus: ſed puſillanimis ſit: & ꝓbro obnoxius. Nemo igitur aut indecore: aut arrogāter feciſſe Ciceronē arbitret: ſi Oratoris laudē ſibi: & eloqntię aſſumpſit gloriam: quā uiq; peculiari quodā iure ſibi potuit uēdicar. Et philoſophādi ſciētiā iis cōceſſit: q pl9 ī ea tēporis atq; opę poſuiſſent. Bene Fabius Quintiliāus: Pręcipuū Eloquētię lumen .M. Tulliū: & unicū apud nſos orādi ſpecimen appellauit: quippe qui ueluti Rex quidem in dicendi facultate: & copia: habendus ēē uideatur: Quem & lepidiſſimus Poeta Catullus Lepidis quoq; affatus eſt uerſibus.

Diſertiſſimi Romuli nepotum
Quot ſunt: quotq; fuere. M. Tulli
Quotq; poſt aliis erunt in annis
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium Poeta
Tanto peſſimus omnium Poeta:
Quanto tu optimus omnium patronus.

Nā & Quintilianus Ciceronē oſtēdit: eo ꝗ tū florebāt clariſſimū inter patronos meruiſſe nomē.

Capitulum. XI. Propriū eſſe oratoris: apte: diſtincte: ornate dicere.

QVanq̄ in Oratore quinq; eſſe oportet: quod Rhetores tradunt: inuētionē: diſpoſitionē: elocutionē memoriā pronuntiationē: tria tamen pręcipua eſſe dicuntur: qbus ꝓprium Oratoris conſtat officiū. Nam inuentio ad res excogitādas neceſſaria eſt: diſpoſitio: quę inuenta ordine diſtribuit: elocutio: quę tum uerborū tum ſentētiarū ornatū adhibeat. Ex his oratoris opus conficitur ac tam & ſi nec meminiſſe nec pronūciare uelit: tribus quę antea expoſita ſunt: perfecta cōſtabit oratio. Hinc. M. Tullius proprium oratoris eſſe dicit: apte: diſtincte: ornate dicere: tria quę ſępe cōmemoramus: artificioſe cōplexus. Nam & apte inuenire: & diſtincte diſtribuere: & ornate eloq: procul dubio debet orator. Huic illud in ſecūdo de Oratore libro congruit: quo oſtendit. M. Tullius: propriū Oratorię artis eſſe bene dicere: quod eſt: ut ipſe idem interpretatur: ſcienter: & perite: & ornate dicere. Sed non ſolū q oratoriā exercent dictionē: uerū etiā: q magnū: & pręclarū aliqd: ſcribere ac litteris mandare uoluerūt ſi modo uelīt lectorē allicere: eadē ipſa ſpectare atq; ſeruare debent. Quibus prętermiſſis aut iaceant in tenebris: aut turpiter cōtēnantur neceſſe eſt. Quod cum animaduertiſſet Cicero: nullius pene rei ignarus: illa prodidit in Tuſculanis diſputationibus. Sed mandare quenq̄ litteris cogitationes ſuas q eas neq; diſponere neq; illuſtrare poſſit neq; delectatione aliqua lectorē allicere: hominis eſt abutentis intēperāter & ocio: & litteris. Cogitatio plane ad inuentionem refertur: quę in rebus excogitādis ſita eſt. Tum additur diſpoſitio: deinceps quę orationē illuſtrat: elocutio: quę ſi concurrant oia: ſummā legentibus delectationem pariunt. Quod q fecerint ſecus: ſuos libros legunt ipſi cum ſuis: nec quiſq̄ attingit: preter eos: q eandē ſcribendi licentiam ſibi permitti uolunt.

Cap. XII. De duobus orationis generibus: altero dicendi: altero diſputandi.

PRofuit ſemp diſertis uiris elegās doctrina: doctis plurimū eloquentia popularis. Quātūuis alia ſit erudita: alia popularis ofo. Siqdē forenſis eloquentia magna ſępe: & multa Philoſophis contulit adiumēta: ſed & Philoſophorū diſputationibus & exagitatur plurimum: & adiuuatur Orator. Verum aliud oratorem. aliud decet Philoſophum genus orationis. Itaq; recte. M. Tullius duo memorare conſueuit: unum forenſe dicēdi: alterū gerū diſputādi gen9. Vis ī illo ē maior: ut qd' ad pmouēdos aīos & efficacius & accōmodatius ē. Qd' philoſophi colūt: ęquabile: & tēperatū eſt. Quod nō mō ī libris de officiis: cum in philoſophi: & Oratoris mentionē incidiſſet: ſed & de Oratore ad. Q. fratrem ſcribens pręclare diſtinxit Cicero his uerbis. Aliud. n. mihi quoddā genus orationis eſſe uidetur eorum hominū: cum de Philoſophis loquerer quātis illi ornate: & grauiter: aut de natura rerū aut de humanis rebus loquant. Nitidum quoddam genus eſt uerborū: & lætū: ſed paleſtræ magis & olei: q̄ huius ciuilis turbæ ac fori. Nam paleſtę

uidetur cõcertatio mollior: forenſis turbæ maior/acriorq̧ contentio. Illud quoq̧ quod in oratore a M. Cicerone dictũ ẽ: ab hoc propoſito nequaq̃ abhorret. Dulce orationis genus: ut ſolutũ: & effluẽs ſententiis: argutum eſt in illo epidictico genere: quod diximus proprium Sophiſtarum pompæ/q̃ pugnæ aptius: Gymnaſiis: & paleſtræ dicatum: ſpretum: & pulſum foro.

ℭ Capitulum. XIII. Philoſophum & Oratorem. M. Ciceronem fuiſſe.

PVlchre. M. Tullius diſtribuit ſuę tempora ætatis/alias in Philoſophia/alias in dicẽdi arte uerſatus. Neq̧. n. hę ſibi repugnant diſciplinæ: ſed acriore potius interſe ſocietatis uinculo cõiungunt. Vna philoſophia ingenuarũ oium mater ẽ artiũ: ab eius ꝑfecta fontibus eloquentia. Quãdoquidẽ oĩs illius ubertas: & quaſi ſilua dicẽdi: ut in oratione ꝑdiruit: a philoſophia ducta ẽ. Vt bene/ac laudabiliter feciſſe uideãtur: q in utriuſq̧ generis facultate uerſent: quæ qdẽ laus uni ante alios. M. Ciceroni merito tribuenda eſt: q philoſophiam atq̧ eloquẽtiam ſecutus/eorũ iudicio: q ſolertes ſunt: plurimum in utraq̧ ꝑfecit. Indicãt nõ mõ orationes eius grauiſſimis refertę philoſophorũ ſentẽtiis: ſed & per multi: q ab eo grauiter: ſplẽdideq̧ in philoſophia ſcripti ſunt libri. Quare & Lactãtius Firmianus primo diuinarũ inſtitutionũ libro. M. Tullius/inqt: nõ tãtum perfectus Orator: ſed ẽt philoſophus fuit. Siqdem ſolus extitit Platonis imitator. Et diuus Hieronymus noſter in ſuis elegãtiſſimis cõmẽtariis. M. Tullium philoſophũ pariter/atq̧ Oratorẽ appellauit. Cuius teſtimonium grauiſſimũ oium mea qdẽ ſententia nõ iniuria putandũ ẽ. Nec in una tãtum philoſophiæ parte elaborauit: oẽs cõplexus ẽ. Quod Topica I differẽdi arte: multa de multarũ rerũ natura cõſcripta uolumina: plura de uita: & moribus: quæ pene omnibus ĩ promptu ſunt/monumenta declarant.

ℭ Capitulum. XIIII. Magnã eẽ laudẽ aſſecutos: q ſapientiam cũ Eloquentia iunxerint.

MAgna ſunt laudẽ aſſecuti: q in rerũ cognitione floruerunt: ſed illi maximã pręter cęteros qui ſapientiã cum eloquentia iunxerint/& ad multarũ rerum doctrinam ẽt florẽ orationis: & nitorem uerborũ adhibuerint. Hoc numero optimo iure apud Græcos haberi potuiſſent Plato/Demoſthenes/Ariſtoteles/Iſocrates/Theophraſtꝰ/Demetrius Phalereus ſi nõ eorũ quiſq̧ ſuo delectatus ſtudio/cætera contempſiſſent. Platonis imprimis: ſumma rerum omnium doctrina in propatulo eſt. Atq̧ ob eam cauſam/ut philoſophiæ parens Socrates ita philoſophorum deus cognominatus eſt Plato.

ℭ Explicit/quod inuenitur libri. III. Stromatum Auguſtini Dathi.

ℭ Auguſtini Dathi Senenſis/Sermo de uoluptate: in quo interrogans Aporetus: reſpondens uero Crito inducitur.

APORETVS. Cõſidebamus heri ſub rupe auguſti Sacelli: inq̧ apricis prærupti ſaxi locis/nimium ſęuientis Boreæ ſpiritum uitabamus tum cępiſti ꝓ tuo more multa differere/& miſcerẽ multis de rebus uarios ſermones. Cumq̧ hortantibus nobis de malorum/ac bonorum finibus ĩnumeras pene philoſophorum ſententias memoriter retuliſſes: u: ſoles Epicureos: q̃ cæteros omnis uituperare remiſſius: quorum factionẽ magno ubiq̧ cõſenſu ſapientes uiri deſpicere/atq̧ improbare cõſueuerunt. Hodie (niſi fallor) utriq̧ ocius datũ ẽ: ut tu aperite: q ita ſentias ego te ꝑ tęcipientẽ audire facile poſſimus. Reliqũ ẽ igitur/ut uehementer cupiẽn mihi gratificari uelis. Crito. Volo eqdẽ/nec usq̃ incolumi ueræ amicitiæ lege tuæ uoluntati deero: quę quantũ apud me auctoritatis habere debeat: manifeſtius abs te intelligi: q̃ cuiusq̃ oratione explicari poſſit. Verũ nihil eſt: qđ iſta tãtopere de me petas: quę ego narrare iucundius uolo: q̃ tu audire auide concupiſcas. Ac bene Charinus ille Terentianus. Neutiquã liberi/atq̧ ingenii hominis officium putat eſſe: cum is nihil ꝓmereatur: poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Quin potius oratum te uolo eſſe: ut non moleſte audias. Aporetus. Belle res ſe habet: quandoqdem ita cõparatũ eſt: ut qui maximus beneficium conferat/eo apud quem locetur: gaudeat uehementius. Regalis iſta conſuetudo eſt: quod Artaxerxes Xerxis filius ſentire ſolitus erat: ut longe magis deceat Regem facere incrementum: q̃ pati. Crito. De pecuniis arbitror: iſta ſentiebat Artaxerxes: quas uel contemnere: ſi non habentur: uel ad beneficientiam conferre: ſi poſſidentur: magni: atq̧ excelſi animi eſſe philoſophi putauerunt. Id autem cum & Ptolomeus Lagi filius uerum eſſe ſtatueret: omnia in amicos profundens: preter neceſſaria poſſidebat nihil: quod non tam Regium foret locupletari: q̃

alios locupletes efficere. Alexander quoq; ille Magnus/cum ſeſe gloriando efferret: dicere ſolebat: uix
ſibi in amicos Darii diuitias ſuffeciſſe. Quod.n. poteſt eē in principe: & in magno uiro: bonū omnino
præſtabilius/uel potius (ut ait Dionyſius Senior) quod aliud poteſt bonū eſſe: q̄ in alios conferre be
neficia? Sed lōge diuerſa ratio ē pecuniæ: & eaꝝ reꝝ: q̄ ad animū ſpectant: qualis uirtus/qualis do/
ctrina/qualis gratia habēda eſt. Atq; ob eā cauſam/&. M. Tullius in oratione illa ornatiſſima p. CN.
Planco diſſimilē argumentatur eſſe pecuniæ: & gratię debitionem: quod q pecunias diſſoluit: ſtatim
non habet id: quod reddidit: qui cum debet. is retinet alienū: gratiam autē/ & q refert habet: & qui
habet/in eo ipſo quod habet: refert. Nec tn̄ q̄a uerba eius loci reprę̄hēdit Antonius Iulianus: ſenten
tia quoq; reprę̄hēdi poteſt: qua nihil queat uerius reperiri: nec de gratia ſolū intelligi: ſed ad ea omnia
quorum ad animū poſſeſſio pertinet: dicta poſſunt ſuperiora referri. Nam pecunia ſi cōfertur: tātum
decedit tribuenti: quantū ei accedit: qui illam accepit. Sed bona illa animi/nō modo dando nō exauri
untur: ſed ēt plurimum augeſcunt. Quin ēt nōdum uere quiſq̄ his bonis potitus ē: quoad cęperit im
partiri cum aliis. Aporetus. Dicis probe. Nam & Auguſtinus noſter in eo libro: qui de Doctrina chri
ſtiana inſcribitur: Omnis res/inquit: quę dando nō deficit: dū habetur: & nō datur: nōdum habetur
quomodo habenda eſt. Itaq; ut tu quoq; quæ noſti: eo modo habeas: quo habenda ſunt: cupis eadē
cōmunicare cum aliis: ſed cum eis potiſſimū: qui tua doctrina/atq; inſtitutione delectant̄. Crito. iſtuc
ipſum nō.n. metuendū eſt mihi: ut amittam: ſi alii accęperint. Apo. Verū dicis. Sed obſecro te: nunc
iam diſſere: quæ de uoluptate/quæq; de Epicureis: præter uulgatam omniū fere philoſophorū opinio
nem ſentire uideris. Cri. Satius eſt: ante q̄ ſermonē ipſum exordiamur rupem noſtram repetamus:
quod tam iucundum habitaculū ē: ut iam cum Socratica Platano: cum Mariana quercu/cum Vliſſea
palma cōferri poſſit. Apo. Recte admones. Nā & dulce ibi ocium eſt hac diei hora: & uenti omnes ſi
lent. Accedit eodem Solis refectio: quæ glaciali frigore: & leuo uentorum flatu rigentes artus: pluri
mum fouet/ac recreat. En tibi opportune rupes optata adeſt.

APoretus. Quid eſt obſecro te Crito: quod uoluptatem tātope inſectemur: quā ex uirtute
atq; honeſtate proficiſci uideamus? Cri. Erras Aporete: ſi eādē uoluptatem putas eſſe: &
quā ſapientes uiri inſectantur: & quę ex uirtutis/atq; officii fontibus ducitur. Longe qui
dem alia hæc res eſt. Apo. Vnam ſemper exiſtimaui eſſe uoluptatem Crito: quæ homi/
nem ipſum iucunditate quadam/ac delectatione afficiat. Huius autem ea ratio ē: ut ni/
ſi ex ſola uirtute manare aliunde nō poſſit. Cri. Nimiū Aporete falſus es: ſiquidē unum ſolum con/
ſtituis genus uoluptatis. APO. Quid ita? Nonne uirtus: atq; honeſtas p ſe q̄dē facit uoluptatē? CR.
Facit: nō.n. inficior. Quid tum? AP. Conſtat mea ſententia: ſi ita eſt: ueram/uel ſolam potius uolu/
ptatis cauſam: ipſam eſſe uirtutem. Ita fieri deinde: ut cum a uirtutis ſeminariis proferatur: uoluptas
p ſe ſit laudabilis. Quid.n. ē uoluptas aliud: niſi iucūditas quędā animi: quę uirtutis ipſius fructus ē?
Alioqn abſurdū ē/res tā diſpares: tā q̄ diſſimiles unius nominis appellatiōe nūcupari. Cr. Video ſane
is tibi ortus ſit error neq;.n. arbitraris parē eē: ut res tā lōge īter ſe diuerſas atq; cōtrarias eodē cōīs uoca
bulo cōplectamur: ut ſi bonū: & malū uirtutē q̄ſpiā appellare uelit/cū tn̄ aliud bonū ſit: aliud malū.
AP. Prorſus ita ē: ut dicis Crito. CRI. Sane frugi homo es aporete: q nullā aliā: p̄ter q̄ honeſtā pcepis
uoluptatē. Diſſentis tu quidem a uulgo hominum. Et.n. p paucos puto eſſe: qui iſtius ſolidæ uolupta
tis ſtabilitatem ſentiant. Plerīq; obſcenis/ac lutulentis ſeſe ingurgitant uoluptatibus. APO. Volupta/
tes appellas Crito? Qui fieri poteſt: ut ita nominentur? CRI. Quin taces Aporete. Neſcis unde uo/
luptatis ductū ſit nomen. Apo. Mitto nomen. Rem quęro ipſam. Cri. At nominis quoq; habenda ra
tio eſt: & prius quidē nominis inueſtigari uis ſolet/tum de re ipſa agi. Apo. Vnde eſt igitur uoluptas?
Cri. A uolupia inq̄: quam & Veneris miniſtram fuiſſe tradunt. Quod ſi ad Venerem pertinet: non
dubium eſt: quin & obſcena uoluptas ſit: cui Venerem præeſſe ferunt. Apo. Nunc audio primum
Volupiam commemorari Crito. Vide ne tute illam ad libidinem fingas. Cri. Parum mihi apud te ē
fidei Aporete. At nondum accępiſti Volupiā diuam eſſe habitam apud ſtultos ueteres? Apo. Certe
nunquam. Cri. Colebatur religioſe quondam Volupia: & ſacellum habebat: quaſi auguſtiſſimum
numen: in quo & diuæ Angeroniæ Pontifices ſacrum faciebant. Apo. Quam ob rem iſthuc tandem
Crito? Cri. Angeroniæ diuæ ſimulacrum in ara Volupiæ obligato: obſignatoq; ore propterea colloca
runt ueteres: quod: qui angores ſuos/ac moleſtias diſſimularent: atq; æquo animo paterentur: ii p
culdubio patientiæ beneficio: maximas uoluptates conſequerentur: qua ex re etiam Volupiā ipſam
uoluptatis præeſſe dignoſcitur: a qua etiā uocabuli originem/rationēq; traxerunt. Apo. Iam noui iſta
Crito: quæ nō mihi ſolum: ſed pleriſq; noua: & inaudita eſſe reor. Sed quæ iſta Angeronia eſt? Cri.
Et ipſa diua Aporete ita appellata: quod angores/ac ſollicitudines animorum propitiata depellat: ut
ait Verius Flaccus. Sed ad uoluptatem redeamus: ſi liber. Apo. Percupio Crito/ac niſi moleſtum eſt:
diſtingue illam mihi: ut quotuplex ſit: intelligam. Cri. Faciam equidem Aporete. Sed prius eruditæ/ac
perdoctæ uetuſtatis animaduerte conſuetudinē. Apo. Quæ iſta eſt? Cri. Dicam medius fidius: ſi ęquo
animo audire uolueris. Apo. Iſthic ſum. Nam quid poſſit mihi eſſe iucundius? Cri. Multa ſunt: ſi accu
ratius perſpexerimus: quæ & in bonam partem ueterum uſus: & in malam uſurpauit. Nam tempe/
ſtatem & bonam/ & malam dicimus. Facinus item/ & turpe/ & clarum. APO. Duo iſta frequenter

& audimus: & legimus. Cri. Sed audi: ſunt alia quoq; multa. Dolum: gratiam: induſtriam: periculũ: uenenum: contagium: honorem & in laude: & in uituperatione poſita eſſe in ueterum monumẽtis reperimus. Fortunam quoq; & ſecundam: & aduerſam dicere ſolemus. Apo. Memoriter iſta collegiſti Crito. Cri. Alia præterea ſunt: quæ eadem ratione & bona dicimus: & mala. Apo. Dic: queſo & quæ reliqua ſunt eiuſcemodi. Cri. Scis tris eẽ præcipuos animi affectus? Apo. Num iram: libidinẽ: cupiditatem dicis? Cri. Iſta ipſa. Apo. Memini alias de te audiſſe Crito: ſed quid tãdẽ de his? Cri. Audies: Præclare: & enucleate de his affectibus Firmianus Lactantius diſſeruit: ac demum oſtẽdit tria hæc: tũ laudi dari: ſi ſuos limites fineſq; ſeruauerint: tum uitio: qum a naturę ratione receſſerint. Apo. Quonam mõ intelligis Crito? Cri. Quia cupiditas homini data eſt ad ea comparanda: quæ uitam tueri poſſĩt: nec noſtram ſolum: ſed eorum etiam: q nobis chari eẽ debent. Apo. Teneo iam iſtud. Libido aũt quomodo poteſt turpitudinis expers eẽ? Cri. Iſta imprimis neceſſaria eſt hominũ generi. Apo. Qui fieri poteſt Crito? Cri. Cupiditas nanq; ad ſingulorum hominũ ſalutẽ ſpectat: & ipſorum indiuiduorũ: ut Philoſophi tradunt. At libido ad totius humani generis ſalutẽ: conſeruationemq; referri cõſtat. Siquidẽ libido porrigit: ac propagat Sobolẽ: atq; hinc ẽ: quod idẽ auctor ſuauiſſimus teſtatur: in hominibus: cæteriſq; animantibus: diuerſitatem ſexus: coitionẽ: generationẽ nullam habere rationem aliam: niſi ut oĩa genera uiuentium: quod ſint cõditione mortalitatis obitura: mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Apo. Perplacet. Sed quid ira? Num & bona erit? Cri. Plane erit & bona ira Aporete: ſi preter rationem nõ ſeuiat. Irę nanq; affectus neceſſarius eſt ad frenandaſ improbitatẽ eorum: qui in noſtra ſint poteſtate: ne impunitas licentiam: licentia uero pariat audaciam: quæ ad omne flagitiũ ac ſcelus euadat: atq; hinc eſt: quod Peripatetici iracundiam laudant: & utiliter dicunt a natura nobis datam. Quãobrem tã cupiditas: & libido: q̃ ira affectus ſunt neceſſario nobis a natura tributi: ac laudatur quidem: ſi pręſcriptos limites nõ tranſcenderint. At ſi ira ultionẽ: ultra præſcriptũ rationis cõcupierit: ſi cupiditas opibus: ac diuitiis ſatiari non poſſit: ſi libido in obſcęnas uoluptates feratur: tum ſine dubio: mentes hominũ uexant: animoſq; ipſos: quaſi furiis quibuſdã exagitatos: in omne: ſcelus præcipites agunt: ac reſpirare non ſinunt. Verum ne uagemur longius: ad uoluptatis quæſtiõem redeamus. Apo. Non dici poſſit Crito: q̃ gratum mihi fuerit etiã iſthec noſſe. Itaq; diſſerente te Crito de tribus affectibus: uideor iam mihi ppulchre de Voluptate ratiocinari. Cri. Nunc plane rem oẽm cognoſces Aporete. Nam ignoratione partitiõis: etiam magni qdã: & ſumma auctoritate Philoſophi in grauiſſimos errores inciderunt. Lege ueterum libros de Voluptate: magnã quampiã reperies pugnantium controuerſiam: ut accuratius cõſideranti delirare potius: q̃ philoſophari uideantur. Apo. Quorſum iſthuc Crito? Cri. Quoniam de uoluptate alii alia ſenſerũt. Apo. Diſſenſerũt potius. Cri. Recte dixiſti Aporete. Apo. Viſne: quoniã tam magnum hac de re inter Philoſophos certamen eſt ipſorũ deliramentis ommiſſis: quid ipſe ſentias: explicare? Cri. Volo equidẽ. Neq; n. poſſit quicq̃ mihi eſſe iucundius: q̃ iis de rebus colloqui: quæ cognitæ uel plurimũ afferunt utilitatis. Apo. Præclare facis Crito: quandoqdem docti hominis eſt: non ſolũ poſſe: quod Philoſophi tradunt: ſed ẽt uelle docere. Cri. An ne nobis ſolũ: qđ dici ſolet: uiuimus: nõ patrię nati ſumus: nõ amicis? Apo. Id pfecto ẽ quod & ad Architam Tarentinum ppulchre ſcribit Plato: illius (ut arbitror) eruditionis: & doctrinæ cupiẽtiſſimus. Cri. Noſtra hæc mens eſt aporete: ut omnibus in rebus: qd maxime uerum ſit: exqramus. Itaq; & de uoluptate exponã: qd ſentire ipſi debeamus: ut quoad poſſim: ac liceat: omni errore libereris: & primũ qdem quotuplex ſit: intelligendũ puto: deinde quid ſit: quod uoluptatẽ cõtẽnendam ſuadeamus: poſtremo q̃ magno diſcrimine a uirtute: ac uera laude ſeiuncta ſit. Apo. Luculẽte exorſus es. Perge. Cri. Dicimus & bonam eſſe uoluptatem: & malam. Omne nanq; quo gaudemus (ut etiam aiebat Epicurus) recte appellatur uoluptas. Nam ſiue animo: ſeu corpore pcipias uoluptatem: aut cum ratione id agitur: aut pter rationẽ: & primo qdem modo iuſta: & honeſta cõflatur uoluptas: altero uero turpis: atq; illiberalis. Hinc ẽ. n. quod eximius Orator: ac magnus pariter Philoſophus cicero inquit. Aliud gaudiũ eſſe: aliud letitiam: & gaudium: & lętitia utrumq; aliqua uoluptas eſt. Sed gaudiũ qdeſ ſtabili quadã firmitate animi: & cõſtantia a rationis ſemita nunq̃ diſcedit. At cõtra letitia ĩmoderatius effertur: & mentis ipſius ſtatũ perturbat: atq; cõfundit. Illud etiaſ rationis magis pprium eſt. Hæc potius ad eneruatam: ac molem animi inferiorem partẽ refertur: & prior qdem uoluptas niſi uirtus pceſſerit: nullo pacto in homine inueniri poteſt. Altera uero plærunq; flagitiorũ labe: & ſordida fœditate cõficitur. Vtraq; aũt uoluptas tũ honeſta: tum ẽt poteſt & corporis eſſe: & animi. Alia. n. uoluptas dicitur: qum ſenſus corporis laudabiliter: ac modice in ea: quæ obiecta ſunt: feruntur. Alia qum uel turpiter: uel ĩmoderate mouentur. Naſ poteſt quis dũ cibũ ſumit eſuriens: dum potum ſitiens: & famem: & ſitiſ explere: nec ĩdecore: nec turpiter. Conſimili quoq; ratione: q connubio iuncti ſunt: poſſunt illi quidem uel honeſtiſſime dare liberis operam: ac propagandæ ſoboli indulgere: ſicut cõtra magna cos uituperatione dignos ducimus: qui auidius: & quaſi ferarũ more aut gulæ: & uentri: aut peni: ac Veneri dediti ſunt. In pbro. n. ſunt: ad quos Lucilius exclamat:

Viuite lurcones: commeſtones uiuite uentri.

Quid de his loquar: qui in lupanaribus: qui in ganeis: qui in luſtris quottidie uerſantur: ac uelut lutu tantæ in cæno? Sed ipſe quoq; animus alia afficitur uoluptate: qum recordatione cultæ uirtutis: & re

ac factorũ conſcientia lætatur. Alia cum aſpectans formoſam uirginem mæchatur intrinſecus: & turpem uoluptatem inani cogitatiõe depingit· quo in genere illi etiam collocari poſſunt: qui lætantur quũ male fecerint: & exultant rebus peſſimis. Vtraq̃ uero indigna hominis præſtantia uoluptas eſt tum eã quæ titillat membra.

¶ Explicit: qđ inuenit̃· & extat huius libelli· ab Aug. Datho de Voluptate compoſiti.

AVguſtinus Dathus inchoauit librum· in quo de uoluptate agere ſtatuit uidens· nec tñ pere git. Succurrente aũt noua materia cõponẽdi Aug. in ipſo ueluti quodã mentis ardore: & ingenii cõflictu: diſcurſuq̃ animi: atq̃ agitatiõe intellectus & rationis indagine· uti uſu uenit ſcribentibus frequentiſſime: magnis præſertim de rebus: & arduis acerrimo uiris ingenio· idem iterum opus aggreſſus eſt Dathus: & de uoluptate incæpit: ueluti pricipio diſputare ſub pſonis Aporetis: atq̃ Critonis· ea uidelicet mente (ut arbitror) ut bene hac de uoluptate diſputatione reſoluta atq̃ ptrita: ex duobus unum opus conficeret· & quę minus apta· atq̃ cõnexa inter ſeſe uideantur· cõgrua deinceps uerborum ſerie: & cõcinna copulatione· atq̃ imediata (ut ſic dixerim) textus cõpage· ac ppetuo orationis filio cõtexeret: atq̃ cõiũgeret· & in optimũ ordinẽ quęq̃ diſponeret: cunctaq̃ ad idem dirigeret ſignũ· ac ueluti bonus agricola paſſim p agrum· hoc ẽ librum ſparſos frugũ manipulos. i. optimas quaſq̃ ſententias lepide orationis ſale cõditas: ſelecto infęlici lolio· ac ſterilibus auenis· qđ ẽ falſis reiectis· horridioribus ãp tratis· in aream aſportaret· ac redigeret in eundẽ cumulum· hoc ẽ uerũ ac ſolidũ iudiciũ rationis: atq̃ interioris ho͞is examẽ· ac trutinã· atq̃ memoriã bonorũ oĩum diſciplinarũ theſaurũ ſecuriſſimũ: ut ita mox facile pura tritici grana: remotis purgamẽtis oĩbus: atq̃ in illi acere excuſſo depromerẽt: hoc ẽ ad unguẽ ac rubricas: & pſectũ libellus iſte caſtigatus: atq̃ compoſitus foret optimũ ac ſuauiſſimũ bonarũ mentium alimentũ: & ſalutare uiaticũ prius forte ſtudioſis errantibus· nunc Regia uia Auguſtino duce· ad ueram iter facientibus uoluptatem. Nobis aũt· ne amenitiſſimã patris orationẽ· duris alieni ſermonis ſentibus horridã redderemus: ac ſplendidiſſimo ſuæ orationis fulgori· ac nitori uerborum tenebras offunderemus· placuit· ac uiſum eſt: in aptum chariſſimi patris nuda: & ut ſeſe habeant: referre omnia. Summonemus & uniuerſos: & ſingulos: Aug. ſi poſtremam manum his ĩpoſuiſſet opuſculis· ac reliqs: quę compoſuit: & dictũ fuiſſe hac de re. ſ. de uoluptate: & cęteris lõge plura immutaſſe haud pauca· ac dẽpſiſſe non nihil. Taceãt igit̃ maledici· atq̃ maliuoli: & nõ quale nunc ſit hoc opus: & alia: At qualia fuiſſent completa: atq̃ emendata conſyderent.

APo. Quid eſt obſecro te Crito: qđ pleriq̃ uoluptatẽ tantope inſectemur: quã ex uirtute: atq̃ honeſtatis fonte pficiſci uideamus? Cri. Erras Aporete: ſi eãdẽ putas eſſe uoluptatẽ & quã ſapientes uiri inſectantur: & quę ex uirtutis· atq̃ officii fontibus ducit̃. Lõge qdẽ hæc ab illa eſt· ac præter nomen cõmune cũ illa hʒ nihil. Apo. Quid ẽ uoluptas aliud niſi iucunditas quedã: qua uel ſenſus ipſi corporis· uel aĩus iucunde mouetur? Cri. Videſne Aporete duplicẽ te cõmendare uoluptatẽ: & alterã qdẽ corporis: atq̃ animi ipſius alteram? Apo. Prorſus uideo. At utrunq̃ tñ iucunditatẽ q̃piã eiuſmodi eẽ conſtat: ut naturã ho͞is moueat· ac delectet atq̃ unde illa fit: certe pbari debet: qa delectat· nec ẽ: qđ præter uitæ iucunditatẽ· aliud mea ſententia nobis quærendũ ſit. Cri. Alter ſuboriris Epicurus uoluptatis defenſor: doloris· ac laboris expulſor. Ap. Epicurũ neſcio at hoc ſcio capi uel optimũ quẽq̃ uoluptatis illecebris: doloris aũt reiicet̃· ac refugere aſpitatẽ. Cr. Nõ dicis nihil Aporete: ſed id quale ſit: nõ ſane ſatis aĩaduertis: ut mihi qdẽ uidet̃. Ap. Quid aĩaduertã? Illud Virgilianũ in pmptu eſt. Trahit ſua quẽq̃ uoluptas. Quod nemo· uel ad unum qdẽ poſſit oĩo expers eſſe uoluptatis: & alius alia uoluptate capiunt̃. Id latet nemineẽ: ſed certe nemo nõ uoluptatẽ aliq̃ cõſectatur: quod eſt nõ ãbiguũ documentum: uoluptatẽ eſſe pręcipuum bonũ: ad quod ducimur qdẽ· ac trahimur oẽs. Omniũ uero aliqua in re conſenſio: rei ipſius dignitatẽ: pfectionẽq̃ demonſtrat. Cri. Fallit te animus Aporete: oĩſq̃ erroris tui cauſa hinc nata eſt: qđ ueterũ noſtrorũ uſus: res ſuo ĩgenio diuerſas· ac natura ſeparatas: nominis unius appellatiõe cõfundis. Ap. Compertum ẽ mihi ẽt apud eruditiſſimos uiros· quãlibet. ſiue animi: ſeu corporis iucundã motionem: uoluptatẽ appellari. Quod ſi ea ẽ: quã tu ipſe cõſtituis· uoluptatũ diſcretio: p abſurdũ mihi qdẽ uidet̃ res tam longe inter ſe diuerſas: uno: atq̃ eodẽ uerbo nominari. Valde eqdẽ inq̃ ad miror: nec eſt aliud quicq̃: qđ mihi ſtultius uideri poſſit: q̃ res adeo diſpares· atq̃ contrarias· unius nominis appellatione cõtineri: ut ſi bonũ· ac malũ· uno uirtutis nomine cõplectamur. Cri. Rẽ notã omnibus (ut arbitror) admirari uideris Aporete. Nam ſæpe id: uel a doctiſſimis ueteribus uſurpari conſueuit. Apo. Fortaſſis illud contingat patrii Sermonis egeſtate: quod ait Lucretius.

Nec me animi fallit Graiorum obſcura reperta
Difficile illuſtrare Latinis uerſibus eſſe.
Multa nouis uerbis præſertim cum ſit agendum·
Propter egeſtatem linguæ· & rerum nouitatem.

Cri. Si aliis in rebus forte iſta uerborum penuria uſu uenit: in hac una: de qua agimus: magna copia: atq̃ ubertas ẽ potius. Nam & uoluptatẽ· & delectationẽ· & iucunditatẽ· & gaudiũ· & lætitiã· & alia ẽt cõpluria: quę tu non ignoras: ẽ apud ueterũ noſtrorũ auctoritatẽ inuenire: q̃ oĩa tam & ſi idem nobis

ſignificare uideantur: eruditorũ tamen ueterũ uſus ſubtiliore diſcrimine ſecernit. Apo. Non ſimplicē igitur cōſtituis uoluptatē? Cri. Prorſus. Apo. Potes ne dicere: quotuplex ſit iſta uoluptas? Cri. Certe multiplex. Sed triplicē ſolēt afferre: q iſta quęrunt diligentius: atq; unā quidē ſordidam: & hoīs indignā pręſtātia: q̄ omni: & odio: & uituperatione digniſſima ē: uirtutis ac ſapiētię inimica: quale ſit rape uirginē: optatis potiri amoribꝰ carnis illecebris titillari: diffluere deliciis: atq; alia eiuſcemodi. Altera uoluptas eſt honeſtiſſima: illa qdē: & uel āpliſſimis efferēda laudibus: qualis eorũ: q uirtutis: atq; officii exercitatione uerſantur. Sed & eorũ quoq; pbamus uoluptatē: q altiore delectati cōtemplatiōe: ſingulari quodā: atq; inenarrabili afficiuntur gaudio. Tertia eorũ q ſenſuũ motibus: quæ ad uitam pertinent: delectant. Rurſum & bonā ſcimus eſſe uoluptatē: & malā: & bona qdē eorũ eſt: q rebus bonis: honeſtis: laudabilibus delectant. Mala & ſordida eorũ: q obſcęnis libidinibus atq; indignis uoluptatibus capiunt. Apo. Nunc audio primũ Crito: quā erudite attuliſti: duplicis uoluptatis rationē. Sed tu uelim: latius eadē nobis aperias: niſi moleſtum ē. Cri. Quid moleſtũ inqs? Eſt ne: qd mihi poſſit eē iucundius Aporete: q̄ gratificari iis: q rerũ ſcientia: & cognitione delectant? Apo. Recte tu qdē crito. Quandoqdē docti hoīs eſt: non ſolũ poſſe: quod Philoſophi tradunt: ſed ēt uelle docere. Cr. An nobis ſolũ uiuimus: & nō patrię neq; amicis nati ſumus? Apo. Certe. I. qd & ad Architā Tarentinũ ppulcre ſcribit Plato illius (ut arbitror) doctrinæ: atq; eruditionis cupientiſſimus. Sed iam diſſere queſo de Voluptate quæ ſentis: & qbus magnis īplicabar antehac erroribus libera. Cri. Faciā eqdē: quoad mihi licebit. Apo. Id mihi haud dubie ſatis eſt crito atq; quod præterea ingrā mō reliquum eſt nihil. Cri. Audiſti ne: q̄ uaria ſit ēt apud magnos Philoſophos de uoluptate contentio? Apo. Audiui. & qdē ſepius. Gratũ tñ mihi futurum ē: ſi uarias ea de re ſententias explicaueris. Cri. Facile iſtud qdē eſt. Nā fuere nōnulli: q dicerēt uoluptatē ipſam: cũ expetendā pp ſe tũ ēt eſſe ſummũ bonũ ut Ariſtippus: atq; Epicurus. Alii contra uoluptatē eſſe ſummũ malũ arbitrati ſunt: quorũ Antiſthenes fuit oſum princeps. Speuſippus & oēs fere ueteres Academici exiſtimauerunt: & uoluptatē: & dolorē: & duo mala eſſe: & oppoſita inter ſeſe. Id aũt bonũ iudicarunt: quod inter uoluptatē: & dolorem mediũ eſſet. Zeno uoluptati nec multũ tribuit nec magnũ ēt indixit bellũ: ſi quidē putauit indifferēs qddā eſſe: ut ita dicā: quod ē neutrũ: quale Græci [illegible] appellare conſueuerunt. At Critolaus peripateticus rem leuiſſimam exoſus: uſq; ad eo uoluptatē aſpernatus: & in ſectatus eſt: ut nō mō exiſtimarit ſummũ malũ eſſe: uerũ etiā: & pleraq; maxima inde flagitia ac deteſtabilia mala pfluere: iniurias: deſidias: obliuiones: ignauias. Addit Diogenes Tyrānos cōmunes hoſtes humani generis: ſubuerſiōes urbiũ: bella: & hoſtilia: & ciuilia: ſed & plus q̄ ciuiles pugnas ex uoluptatũ manere deliciis. Quid dicā de Platone? Qui ita uarie ac multipliciter pleriſq; locis de uoluptate diſſeruit: ut ſupiores ſententiæ & ſi tam uariæ: atq; diſcrepātes ſint: ex eius tñ ſermone ac fontibus pfluxiſſe uideant. Calipho aũt: & Dinomachus ita tandē magnũ bonũ dixerunt eſſe uoluptatē: ſi illi fuerit uirtus adiuncta. Chriſippꝰ uoluptatē pbauit: nec bonũ eſſe neq; finē. Hæc ſunt (niſi fallor) uirię de uoluptate ſententię. Apo. q̄ magna iſthæc controuerſia eſt. Cri. Sic ſe habent noſtri philoſophi. Pugnant ipſi inter ſeſe ac diuerſis opinionũ diſceptationibus ita diſſentiunt: ut nihil abſurdius aut dici aut cogitari poſſit. Apo. Itaq; pe iſtud qdē eſt mea ſententia: Philoſophis pręſertim quos uitæ magiſtros: & ueritatis cōqſitores uulgo eſſe arbitrant. Sed pge: quæſo atq; qd ipſe ſentias de uoluptate: ediſſere. Cri. Duo uoluptatis ſunt genera: ut paulo ante oſtēdimus. Apo. Age iam cōcedo iſtud. Id explica potius: utraq; uoluptas: quę: qualis ue ſit. Cri. Si diffinitionē queris: honeſta uoluptas eſt iucunditas quędā mentis: & gaudiũ cum recta animi rōe: quæ nunq̄ niſi ex uirtutis opere: atq; actione conficitur. Virtus nanq;: & officiũ p ſe: & letitiā & uoluptatē efficit: atq; hæc qdē uoluptas niſi uirtus præceſſerit: nullo pacto in hoīe inueniri poteſt. At uero turpis uoluptas eſt iucundus motus inferioris partis animi: quę præter rōem ad aliq̄ flagitioſam libidinē atq; obſcęnā uoluptatē cōcitat atq; ppellitur ac ſupior qdē uoluptas ſtabili firmitate animi: atq; cōſtantia: in ratiōis arcē ſe recepit: & firmo ſe ac ppetuo præſidio munit. Hęc poſterior ad molē & demiſſam partē animi: & ad corporis ipſius ſenſus illabitur: & cũ quadā (ut ita dixerim) ſenſuũ ipſorum titillatione pcipitur: eaq; ipſa cōtinuo effluit: atq; exinanit. Ap. Iam uideo: qd ſit: qd īter honeſtā: & turpē uoluptatē interſit: eſtq; mihi tua mōſtratione Crito utriuſq; uoluptatis explorata ratio. Sed naua mihi operā: quā pollicitus es: & ut intelligā: & quod a ſuſcere nobis uoluptatis: & qd aſpernari & reiicere debeamus. Eſt. n. iſta imprimis cognitio: ad uitā hominis recte degēdam uel maxime neceſſaria. Cri. Probe agis Aporete. Nam complures fallit rerũ iſtarum ignoratio. Apo. Me certe fefellit ante hac. At porro dabo opam: ne cum imperita multitudine in tā magno uerſer errore. Sed dic queſo: quam uoluptas ſimplex ac nuda pfertur: utram potius ſapiētes uiri: & eruditi intelligere cōſueuerunt. Cri. Pleruſq; obſcœnā illā ac turpē Aporete. Apo. Iſtā igit uelim declarari atq; illuſtrē fieri mihi. Eſt. n. fugienda (ut arbitror) ac tu mihi ſentire uideris. Cri. Faciam eqdē non inuitus. Quid n. facilius factu ſit? Atq; illud ante oīa nobis conſtituendũ ē: uoluptatē ipſā ac uirtutē contraria eſſet longeq; diuerſa. Noſtin uirtutē: qd ſit? Apo. Quid ni. Cri. Huic uoluptas omni ex parte ad uerſatur ac penitus repugnat: nec cum ea: illũ poteſt habere cōmerciũ: eſtq; ſummo pbro ac uituperatione digniſſima. Quēadmodũ. n. uirtus maxime Laudabilis ē: ita & uoluptas ab omni laudis ſplendore uehementer abhorret. Apo. Fateor iſtud tibi Crito: ſed tñ uelim: mihi ſubtilius atq; enucleatius differi

abs te.. Cri. Improbamus tum eam uoluptatē: quæ corporis ſenſus ſollicitat mollius: tū: quę intrinſecus ad aīuꝫ turpiter illabitur: & arcana mētis indecora: atq; inani ſuauitate demulcet. At eam: q̄ plerūq; uirtutē: atq; honeſtatē ſeq̄tur: te cū Aporete plurimū laudamus. Illā nō reiicimus: q̄ naturæ ipſius impulſu: corporis ſenſus iucunde mouet: non Immoderate delectat. Natura. n. fit: ut ſpecie & forma oculi: cantu: & ſono aures: nares odoribus: ſaporibus fauces capiantur: ſed lenia contrectare iuuat: ſicut horridiora cōtractus reformidat. Ap. Potes alia rōe diſtictius partiri Crito uoluptates? Cri. Quid ni. Apo. Affer: ſi quā habes aliam huiuſce rei partitionē. Pergratū. n. mihi feceris Crito: ſi aliam uoluptatum ipſarū diſtinctionē attuleris: ut planius intelligā: qd hac de re firmiter tenendū ſit. Cri. M. Tullius qdā ueluti Latinus Plato: & optimus rerum oīum cenſor: quarto quæſtionū Tuſculanarum libro: ita inq̄t. Quin ita mouemur: ut in bono ſimus aliquo: dupliciter id conuingit: Nam qum ratio hæ aīus mouetur placide: atq; cōſtanter: tum id gaudiū dicit̄. Qum inaniter: & effuſe animus exultat tum illa lętitia geſtiens: uel nimia dici poteſt: quā ita diffiniunt: ſine rōe animi elationē. Et paulo poſt ait Cicero. Letitia opinio recens boni præſentis: in quo efferri rectū eſſe uideatur. Ac ſubiungit inferius. Voluptati ſubiecta ſunt: maliuolentia lætans malo alieno: delectatio: iactatio: & ſimilia. Et ſubdit Romanus Philoſophus. Voluptatis partes hoc mō deſcribunt: ut maliuolentia ſit uoluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo: delectatio: uoluptas: ſuauitate auditus animū deliniens: & qualis ē hęc aurium: tales ſunt oculorū: & tactionū: & odorationū: & saporū. que ſunt oēs unius generis ad pfundendum animū: tanq̄ illiquefactę uoluptates. Iactatio eſt uoluptas geſtieris: & ſe efferens inſolentius. Hæc auctor eminentiſſimus Cicero. Verum qd multa in hanc ſententiā? Illa: quā initio ꝓpoſuimus: uoluptatum haud quaq̄ contēnenda diuiſio eſt: ut aliam bonā uoluptatem: aliam turpem dicere debeamus. Et honeſta qdē uoluptas non abſurde in hunc modum diffiniri poſſit: ut ſit iucunditas quædam ipſius animi: quę conflatur ſtatu mentis nō ptu: bato: ex bonorum operū actione. Hoc genere uoluptatis recte qs dixerit: gauiſum ſæpe numero fuiſſe Socratem: quē ferunt: a ſummo lucis ortu: ad ſolem uſq; alterū orientē intentum contemplationi: tanta rei uoluptate: ut nō ſolum nō imutaret̄: ſed ne cōniueret quidē. Apo. Magnum iſtud quidē eſt: & ạmiratione digniſſimum. Cri. Ita res ſe hꝫ. Sed idem ipſum omnibus magnis Philoſophis uſu ueniſſe cōpertum eſt: chriſtianorum aūt imprimis Philoſophis: qꝫbus ſolis: ſinceræ: ac dilucidæ ueritatis ꝓpoſita cognitio eſt. Siquidē omniū: quos ad rerum cōtēplationē altior rapit cogitatio: fertur inenarrabile gaudiū eſſe: atq; incredibilis uoluptas & quaſi libamentum quod piam diuinæ ſuauitatis. Huiuſmodi igitur & maxima eſt: & honeſta uoluptas. Altera uero in prōptu eſt: quā ita poſſumus diffinire: iucundā uel animi: uel corporis motionē: a recta ratione abhorrentē: atq; ita elatam: ut tranquillū ſtatum mentis euertat. Hac afficimur uoluptate: et qui ſpurciſſimis libidinū illecebris titillantur: quales ſapiens cōcionator loquentes inducit. Venite: & fruamur bonis: q̄ ſunt utamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Vino pretioſo: & unguentis nos impleamus: & non pręterreat nos flos temporis. Coronemus nos roſis: anteq̄ marceſcant. Nullum pratum ſit: quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo ueſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ. Vbiq; relinquamus ſigna lętitiæ. Quoniā hæc eſt pars noſtra: hęc eſt ſors noſtra. Hac uoluptate afficiebat̄ quiſquis apud Flaccum in agro amęniſſimo conſtitutus diceret. Me pinguē: & nitidum bene curato. Et reliqua. Quamobrē habes: quod primo loco ꝓpoſueram: quo: ulpex ſit intelligenda uoluptas. Nunc explicandū eſt: turpis illa: cuius te rudem eſſe aſſeuerabas: quæ: qualiſq; ſit: ut mirari deſinas Aporete: quid ſit: cur uiri omnes ſapientes atrox ei bellū indixiſſe uideantur. Apo. Expecto qd dicas: neq;. n. unq̄ ſum æque delectatus. Itaq; perge. Cri. Faciam equidē: & quidē libenter. Primum cōſtituo uoluptatem ita uirtuti: honeſtatiq; inimicam: ut nihil magis ei poſſit eſſe contrariū. Quod ſi contrariorum cōtraria ſunt conſequentia: eſtq; omniū Philoſophorum conſenſu: maximum bonuꝫ uirtus: certe erit uoluptas maximū quoddā: ac ſummū malū: & uti cōſciētia bene actę uitę (ut ſummus ſenſit orator) multorūq; bñ factoꝝ recordatio iucūdiſſima ē: ita cōtra ut eximius Philoſophus Boetius inquit.

Habet hoc uoluptas omnis.
Stimulis agit fruentes:
Apiumq; par uolantum:
Vbi grata mella fudit:
Fugit: & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Hinc illud Demoſthenis temperātis a laide meretrice: ac diſcedentis ab ea: quod nimis grandem pecuniam poſtulaſſet. Pœnitere tanti non emo. Apo. Conſequuntur iſthæc omnia Crito. Sed id dubitationem nonnullam habet: tantopere uirtuti ipſi aduerſari uoluptatem. CRI. Et id quoque ſatis in promptu eſt: ſi accuratius Aporete cōſyderes. Nonne id maximum malorum omnium putari debet quod mentem perturbat: quod rationis: atq; animi lumen extinguit: quod conſilium impedit: qd intellectus ipſius aciem præſtringit: quod qum adeſt: nullus relinquitur uirtuti locus? At ea facere uoluptatem: teſtis eſt Architas Tarentinus: cuius præclaram ſententiā in Catone Maiore proſecutus eſt Cicero. Ita enim exiſtimauit: itaq; pronunciauit: nihil tam deteſtabile eē: tamq; peſtiferum: q̄ Voluptatem. Verba aūt Ciceronis pro Architæ ſententia: ex eodem loco hæc ſunt. Nullam capitaliorē pe-

ſtem q̄ corporis uoluptatē hoībus dicebat a natura datã. Cuius uoluptatis auidę libidines temere & effrenate ad potiundũ incitarent. Hinc patriæ ꝓditiones: hinc Rerũ publicaꝝ euerſiones: hinc cũ hoſtibus clandeſtina colloquia naſci dicebat. Nullũ deniq̃ ſcelus: nullũ magnũ facinus eſſe: ad quod ſuſcipiendũ nõ libido uoluptatis impelleret. Stupra uero & adulteria & omne tale flagitiũ nullis aliis illecebris excitari niſi uoluptate. Cũq̃ homini ſiue natura ſiue quis Deus nihil mente præſtabilius dediſſet: huic diuino muneri ac dono nihil tã eſſe inimicũ q̄ uoluptatē. Nec.n. libidine dominãte temperantiæ locũ eſſe oĩo. Nec in uoluptatis Regno uirtutē poſſe conſiſtere. Quod quo magis intelligi poſſet: fingere aĩo aliquē iubebat tanta incitatũ uoluptate corporis: quãta ꝑcipi poſſet maxima. Nemini cenſebat fore dubiũ: quin tam diu dũ ita gauderet: nihil agitare mente: nihil ratione: nihil cogitatione conſeq poſſet. Quocirca nihil tam deteſtabile: tamq̃ peſtiferũ q̄ uoluptatē. Siquidē ea cũ maior eſſet: atq̃ longior omne animi lumē extingueret. Conſentanea ſunt his: atq̃ ſororia q̄ ſcribit Philoſophoꝝ Princeps Ariſtoteles ĩ hũc modũ inquiens. fine libri tertii Ethicoꝝ. Voluptatũ appetitus inſatiabilis ē: ſtultoq̃ undiq̃ affluunt: & exercitio libidinis ĩnatã cupiditatē exauget. Quin etiã ſi magnę & uehemētes ſint: mentē e ſuo ſtatu dimouēt. Quamobrē mediocres illas quidē rarasq̃ oportet eſſe: tales deniq̃ ut rõni nõ aduerſent. Tale qd temꝑatũ caſtigatũq̃ uocamus. Vt.n. puerũ oportet ſecundum Pedagogi pręcepta uiuere: ita cupiditas debet obedire rõni. Quare oportet: ut temꝑatus a rõne nõ diſcrepet. Honeſtũ eſt.n. ad qđ utrūq̃ tanq̄ ad ſignũ ꝓſpicit. Temꝑatus quæ debet & ut debet: & quãdo debet concupiſcit: ſic dictat ratio. Hęc Ariſtoteles. Hi ſunt illi ꝑfecto domini Aporete: Virtus ſcilicet: ac uoluptas: quos Saluator mũdi atq̃ humani generis Redēptor cõmemorat Euãgelio: qum ſic ait. Nemo põt duobus dominis ſeruire. Aut.n. unũ odio habebit: & alterũ diliget: aut unũ ſuſtinebit & alterũ cõtēnet. Nõ poteſtis Deo ſeruire & Mãmonæ. Hæc Xp̃s apud Matthęũ. Atq Deo ſeruit: ſtudioſus eſſe ac uirtuti ſedulo indulgere neceſſe eſt: & q Mãmonę famulat uoluptatis eſſe oportet aſſertores atq̃ aſtipulatorē uitioꝝ. Quapp & duas mortaliũ uias ac duplicē uitæ curſum Samius Pythagoras cõmode. Y. litteræ forma ac figura depinxit cõgrua bicornis elemēti ſimilitudine uirtutis ac uoluptatis contrariũ ſignificãs eſſe curriculũ: metamq̃ longe diuerſam ac fines oppoſitos. Ardua prima uirtutis eſt uia. Salebroſa ſaxa dextro limite ſurgētis callis aſperũ ac duris horrēs ſentibus iter ingreſſos offendũt. Grauiſſima ſunt ꝑfecto nouiſſima: quę fari neſciat lingua mortalis. At uoluptatis econtra principio ē iter amœnum: latiſſima uia ſtrata myrteis ac roſeis ſertis niueis liguſtris ac purpureis liliis & omni fiorũ genere corollis intexris. Nec deſunt mollia prata ſuaue ſpirantibus floribus picturata amœniſſima uiridaria conſita herbis olentibus atq̃ arboribus fului pomi ac ſalubris umbræ ditiſſimis ſingulis circũſilientibus ramis garrulis ac dulce auiculis modulãtibus. Summis de collibus uiua aqua decurrit: ac duris ſaxis illidēs dulcia cier murmura. Eſt & frõdoſa atq̃ umbrifera ſilua. Feræ innumeræ: & frequēs piſcis uitreo flumine. Vbiq̃ uocũ neruoꝝq̃ cõcentu ac uario cantus diſcrimine ꝑſonãt. Nec ulla deſiderant lenocinia gulæ: Veneris blandimēta: ita: ut iucũdæ ac molliter mēbra oĩa moueant: & effuſa cũctoꝝ ſenſuũ oblectãtio totas penitus medullas reſoluat. At dum ſequtus inceditq uoluptuoſam degit uitã: tenebroſum tãdē miſer nihil futura proſpiciens: iter ingredit: & malas incautus tenebras incidit: ac noctē perpetuã ruit in pręceps: atq̃ alto Orci uertice deuoratur perpetuo apud inferos cruciandus. Hoc biuium Euangelio Chriſtus: qui & ipſe eſt ſumma ueritas: & omnis auctor ueritatis: his uerbis luculenter expreſſit. Intrate per anguſtã portam: quia lata porta & ſpatioſa uia eſt: quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt: qui intrant per eam. Quã anguſta porta & arcta uia eſt: quę ducit ad uitam: & pauci ſunt: qui inueniũt eam. Poſtremo uolo tibi mi diuſſidius Aporete uirtutem ac uoluptatem acerrimas inimicas ponere ante oculos: ut q̄ longe abſint: plane intelligas: liquidoq̃ cognoſcas. Eas audi concertantes: & pro ſe quanq̃ ſuã agentem cauſam diligēter aduertas: iudice quodãmodo Scipione Maiore: quē in propriã utráq̃ ſententiã traducere conãt: atq̃ pollicere apud Siliũ Italicũ Punicorũ libro. xv. in quo talia de Virtute ac Voluptate carmina pulchre modulatus ē Silius. ¶ Has Lauri reſident iuuenis uiridante ſub umbra

Aedibus extremis uoluebat pectore curas.
Cum ſubito aſſiſtunt dextra leuaq̃ per auras
Allapſæ haud paulum mortali maior imago:
Hinc uirtus: illinc uirtuti inimica Voluptas.
Altera Achemenium ſpirabat uertice odorem
Ambroſias diffuſa comas: & ueſte refulgēs
Oſtrum qua fuluo Tyrium ſuffuderat auro.
Fronte decor quæſitus acu: laſciuaq̃ crebras
Ancipiti motu iaciebat lumine flammas.
Alterius diſpar habitus. frons hirta. nec unq̄
Compoſita mutata coma. ſtans uultus & ore
Inceſſuq̃ uiro propior: lætiq̃ pudoris.
Celſa humeros: niueæ fulgebat ſtamine palle
Occupat inde prior promiſſis fiſa Voluptas
Quis furor hic nõ digne puer cõſumere bello
Florem æui? cannæ ne tibi grauiorq̃ palude
Meoniis ſtygia lacus exceſſere? padusq̃?
Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tu ne etiam tentare paras Atlantia regna?
Sidoniaſq̃ domos? moneo certare periclis:
Deſine: & armiſonæ caput obiectare procellæ
Ni fugis hos ritus: uirtus te ſæua iubebit
Per medias uolitare acies: mediosq̃ per ignes.
Hæc patrem patruumq̃ tuos hæc ꝓdiga Paulum
Hæc Decios Stygias Herebi detruſit ad undas.
Dum cineri titulũ memorãdaq̃ nomina buſtis
Prætendit. nec ſenſuræ quid geſſerit umbræ.
At ſi me comitere puer uõ limite duro

Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas.
Haud unq̃ trepidos abrumpet buccina ſomnos.
Nõ glaciem Arctoam·nõ experiere furentis
Ardorem Cancri.nec menſas ſæpe cruento
Gramine cõpoſitas.aberũt ſitis aſpera.& hauſtus
Sub galea puluis:partiq; timore labores.
Sed current:albusq; dies horæq; Serenæ.
Et mollidabitur uictu ſperare ſenectam.
Quantas ipſe Deus lætos generauit in uſus
Res homini.plenaq; dedit bona gaudia dextra.
Atq; idem exemplar lenis mortalibus æui
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Illa ego ſum Anchiſe Venerẽ Simeõtis ad undas
Quæ iunxi generis uobis unde editus auctor.
Illa ego ſum uerti ſuperum·quæ ſæpe parentem
Nunc auis in formã:nunc torui in cornua tauri.
Huc aduerte aures:currit mortalibus æuũ
Nec naſci bis poſſe datur.fugit hora:rapitq;
Tartareus torrens:ac ſecum ferre ſub umbras
Siqua animo placuere negat:quis luce ſuprema
Dimiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
Poſtq̃ conticuit:finisq; eſt addita dictis
Tunc uirtus quas nam iuuenẽ florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis:uitæq; tenebras:
Cui ratio & magnæ cœleſtia ſemina mentis.
Munere ſunt conceſſa Deum? mortalibus alti
Quantum cœlicolæ tantundẽ animalibus iſti
Præcellunt cũctis:tribuit nanq; ipſa minores
Hos terris natura Deos.ſed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit æternis.
At quis ętherei ſeruatur ſeminis ortus
Cœli porta patet.referam qd cuncta domantem
Amphitryoniadem? quid cui poſt feras:& indos.
Captiuo liber cũ ſigna referret ab Euro
Caucaſeæ currum duxere per oppida tygres?
Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis
Ledeos referam fratres:ueſtrumq; Quirinum?
Nõ ne uides hominum ut cęlſos ad ſydera uultus
Suſtulerit Deus:ac ſublimia finxerit ora?
Cũ pecudes uolucrumq; genus·formasq; ferarũ
Segnem:atq; obſcęnas paſſim ſtrauiſſet in aluũ.
Ad laudes genitum capiat ſi munera diuum
Fœlix ad laudes hominũ genus.huc age paulum
Aſpice:nec longe repetam modo Roma minanti
Impar Fidenæ contentaq; creſcere aſylo
Quæ ſeſe extulerit dextris:idem aſpice late
Florentes quondam luxus quas uexerit urbes.
Quippe nec ira deum tantum:nec tela:nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.
Ebrietas tibi fœda comes:tibi luxus·& atris
Circa te ſemper uolitans Infamia pennis.
Mecum honor·& laudes·& læto gloria uultu.
Et decus·& niueis uictoria concolor alis.
Me cinctus lauro perduxit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus:& celſo ſtant colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo
Aſpera principio:nec enĩ mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor.ad nitendum intrare uolenti
Nec bona cenſendum:quæ ſors infida dediſſet.
Atq; eadem rapuiſſe ualet:mox celſus ab alto
Infra te cernes hominũ genus omnia contra
Experienda manẽt:q̃ ſpondet blanda uoluptas
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes:frigus famemq; domabis.
Idem Iuſtitiæ cultor·quæcunq; capeſſes
Teſtes factorũ ſtare arbitrabere diuos.
Tunc quotiens patriæ rerumq; pericula poſcent
Arma feres primus:primus te in męnia tolles
Hoſtica:nec ferro mentem uincere nec auro
Hinc tibi non tyrio uiciatas murice ueſtes:
Nec domum deforme uiro flagrantis amomi
Sed dabo qui ueſtrum ſextio nunc Marte fatigat
Imperium ſuperare manu:laurumq; ſuperbam
In gremio Iouis excifis deponere pennis.
Quæ poſtq̃ cecinit ſacrato pectore Virtus:
Exemplis lætum uultuq; audita probantem
Conuertit iuuenem.ſed.n.indignata uoluptas
Non tenuit uoces:nil uos iam demoror ultra
Exclamat.uenient:uenient mea tẽpora quondam
Cum docilis noſtris magno certamine Roma
Seruiet Imperiis:& honor mihi habebitur uni.
Sic quaſſans caput in nubes ſe ſubſtulit atras.
At iuuenis plenus monitis ingentia corde
Molitur.uiſeq; calet uirtutis amore.

❡Explicit qđ ĩuenis Aporeti de Voluptate.

❡Diſertiſſimi Rhetoris Aug.Dathi Senẽſis Iſagoga de ordine diſcẽdi ad Nicolaũ filium.

VIDEO Te fili mi uehemẽter litteris & eruditione lætari: & tum in amplectenda uirtute·tum in doctrina adipiſcenda periucũde uerſari:ac libẽter patris iuſſa capeſſere. Charus es:quod filius·mihi:charior·qđ his exercitationibus deditus:ſed futurus longe chariſſimus:ſi indies perſeueraris magis: & incumbere ſtudioſius·ingenuis artibus·ac uirtuti augendæ perrexeris. Ita (mihi crede) eris his de cauſis charior mihi·atq; iucũdior q̃ qđ filius nat9 es mihi. Proinde ẽt atq; ẽt relictis rebus·ceteris poſthabitis curis·ſtudiũ tuũ omẽ·& tuã ætatẽ·ad eas res aſſequẽdas accõmoda. Et ſiq̃ndo a meo lateř diſcedis:te ad ſpeuſippũ meũ & noſtri ſtudioſiſſimũ Petrum cõfer:unde ſemp abibis doctior: & ſcientia ſimul & bene uiuendi augeberis exemplo. Noſtra inſtituta tecũ frequẽter aïo & cogitatiõe cõplectere. Memento ad rem quampiam rite perficiendã·ingeniũ·rationẽ·ſtudium:imitationẽ·exercitationẽ concurrere oportere. Ingeniũ natura tribuit: ſed & noſtra quoq; iuuat induſtria. Ratio eſt ab artis præceptis:ſtudiũ totum a noſtra diligentia proficiſcit. Imitatio inſtar ſpeculi eſt:quod intuen-

tes:quæ noſtra ſunt:facilius aurigamur:& regimus.Exercitatio aũt atq; uſus & magiſtri uocẽ,& ulm cuiuslibet pcepti ſupat. Ac pingenii qdẽ apti ſumus. Ratione inſtruimur:ſtudio pximus:imitatiõe adiuuamur exercitatione perficimur.Per hæc omnia ſimul iuncta claremus:& ſummam gloriaʒ adipiſcimur:. Cupis eloquentiam comparare. Laudo te:ſed ita demũ laudo:ſi cũ illa creſcat indies uirtus:& recte uiuendi ſtudiuʒ.Nam ab eiſdem fontibus eloquentia manat,& uirtus.Nec temere Stoici Philoſophi eloquẽtiã i bonis animi & uirtutibus ãnumerat ſũt.Sed nec ſane qniſquã Orator dici poſſit:niſi ſit idem uir bonus.Quod recte explicauit. M.Cato.Nam & uir bonus eſſe debet Orator:ut ipſe bene uiuat:& dicendi peritus:ut alios ad bene uiuendũ cohortetur.Dicere auſim,Oratore,ſi uir bonus exiſtat:nihil inueniri melius:nihil contra pernicioſius:ſi abutatur eloquẽdi facultate. Quanq̃ nulla poteſt eloquẽtia eſſe:quom a uirtute diſceditur.Bene dicẽdi copia præclara res eſt:at bene uiuendi ratio tum præclariſſima tum etiam neceſſaria. Ac duabus potiſſimum rebus,Eloquentia conſtat: uerborum flore atq; ſententiaʒ grauitate. Verba curandum eſt:ut latina ſint:& a cõmuni uſu haud longe recedentia:qualia perſonant imprimis.M.Ciceronis libri:et P.Terentii fabulæ . Quem Latini ſermonis,& uerborum proprietatis ſeruantiſſimus eſſe intelligimus. Quare cum fabularum uanitatem habuerim ſemper odio:permiſi tamen,ut noſſi,legẽdi Terentii ueniam,ea uidelicet ratione ut linguam inſtruas,rectam uiuẽdi rationem non ſubuertas. Accedant & Criſpi Saluſtii & Titi Liuii hiſtoriæ:quæ ad hanc quidem rem plurimũ afferunt adiumenti:ex quarum potiſſimum lectione alitur:& pingueſcat oratio Nam tam & ſi ſermo conſtet ratione,uetuſtate,auctoritate,cõſuetudine:una tamen auctoritas,tribus reliquis antecellit:quæ (ut ipſe quoq; Quintilianus ait) ab Oratoribus maxime & Hiſtoricis peti ſolet.Et quoniam de uerbis mentio ẽ:ex quibus conficitur,& conflatur oratio: ſcito orationem ipſam duplicẽ a uiris traditã:id quod in libris de Officiis oſtendit Cicero.Et altera quidem uocatur ſermo:contentio altera.Atq; aliter in ſermone loquẽdum:qui habetur in circulis in diſputationibus,in congreſſionibus amicorũ,in conuiuiis:q & idcirco mollior,leniorq; eſſe debet. Aliter in contentione.quæ circa illa uerſatur notiſſima,cauſarum genera:conſultantium inde liberationibus Senatus apud patres conſcriptos & reipublicę gubernatores:ubi ſalus ciuitatis & publica dignitas utilitaſq; proponitur:& quæ eas res continent:ſuadẽtur:diſſuadentur contraria. Iudiciale:in quo de iuſto agitur in foro,atq; prætorio:quod accuſatione interdũ:pleruq; defenſione conficitur.Nonnunq̃ petitione.Quod unum apud ueteres Romanos præcipue floruit:plurimus noſtris temporibus obſoleuit.Demonſtratiuum apud populum & in comitiis:ubi honeſtas intenditur:& certa quępiam perſona laudatur:uituperaturue.Ac diuerſa quidez eſſe debet,in tribus generibus pertractandis eloquendi ratio:ubiq; tamen uis ſumma dicendi,& ubertas quędam uehementior,q̃ in ſermone pateat. Laudatur dulcis & comis Orator:ſed is longe cæteris anteponatur:qui multo uehementiſſimus fuerit.Eſt autem Oratoris officium benedicere:& ad perſuadendum accommodate:quemadmodum benedixiſſe,ac perſuadere finis:quo omnis eius ſpectat intentio:atque ut benedicat,operepretium eſt apte inuenire:diſtincte diſponere:quod eſt ordine inuenta collocare:ornate ac ſplendide eloqui.Oratoris inſtrumentum ipſa eſt:quod tu non ignoras:oratio:ea uero ut abſoluta & perfecta ſit:partes habet exordium:in quo fiunt attenti auditores ad audiendum:dociles ad intelligendum:beniuoli ad retinendum. Poſt exordium narratio ſequitur:quæ breuis eſſe debet,ſuperuacua deuitando:Dilucida:ut tollatur obſcuritas. Veriſimilis,credibilia,ac probabilia exponendo.Poſt narrationẽ pleruq; diuiſio ſeqtur:quæ artificioſa pars eſt:& in diſtribuendo,ternarium pleruq; numerum,non excedit.Duo enim tria ue,in oratione explicanda:& quæ ordine tractanda ſint: proponuntur. Itaque & recte,confirmatio ſuccedit: & rerum propoſitarum efficax:atque artificioſa probatio:& in ea ipſa (ſi opus fuerit) erunt non nulla interdum diffinienda:nõnulla etiam diuidenda. Probanda uero pleraq; per argumentationes:per enthymemata:quæ commentationes latine uocantur:per exempla:ſed & per ſapientum ſententias:per reſponſa prudentum:per ſummorũ uirorum auctoritates: per leges,ac iura:per inſtituta,atq; optimas ſanctiones:per æquum & bonum:per approbatas conſuetudines firmanda amplificanda,roboranda erunt. Adde etiam (ſi libet) quod ipſe quoque facio perſæpe:Prophetarum uoces:Hagiographorũ oracula:diui Verbi ſacroſancta eloquia:quibus nec firmius quicquam:nec omnino certius afferri poteſt.Quo loco erunt uiq; afferenda iuſta,legitima: utilia,honeſta,iucunda,facilia factu:ut ſuadentes,quæ intendimus,talia eſſe oſtendamus:diſſuadẽtes uero contraria:quę quidem ſingula,recte diffinit Ariſtoteles iis Rhetoricis libris:quos ad Alexãdrum:quem & inſtituerat:Macedonum Regem ſcripſit.Iuſtum finiens omnium,aut plurimorum: non ſcriptam conſuetudinem,honeſta turpiaq; determinantem:uelut parẽtes honorare:amicos iuuare:qui de nobis bene meriti ſunt:referre gratiam:quæ,atq; his ſimilia pleriq; faciunt,cõmuni quadam conſuetudine,uel nulla condita lege. Legitimum a lege ductum eſt:eſt autem lex,pro eiuſdem Philoſophi ſententia,cõmunis ciuitatis conſenſus:ſcriptis præcipiens:quomõ unũquodq; agẽdum ſit. Vtile diffinit:qđ pſentia bona tueat:abſentia cõparet:aut qđ inſtantia mala repellat:& futura ppulſet incõmoda.Sũt aũt utilia,priuatim quædã:quędã publice.Quæ priuatorũ ſunt:quędã ad corpus ptinent,ceu robur,formæ dignitas,pſpera ualitudo.Quędã ad animũ,ueluti ſapientia,Iuſtitia Temperantia,& reliquæ uirtutes:quę bona animi ſunt.Alia ad res externas:& quæ totæ pene ſunt in po-

teſtate fortunæ:quo numero amici-clientes-pecuniæ-ac poſſeſſiones cõtinent. Ciuitati utilia ea con-
ſtituunt:per quæ ſtare diu ciuitas-& tranquilla eſſe poteſt:qualis imprimis eſt-ciuium concordia-atq;
unanimitas:quæ parit pacẽ: & ad bella propulſanda uires ſuppeditat:utile quoq; ærarium copioſe re
fertũ ui magna pecuniaꝝ:ubera uectigalia:quæ & pacis ſunt ornamẽta-& belli ſubſidia. Addit Ari
ſtoteles ſocioꝝ uirtutem-ac multitudinẽ. Sed ea res una-pro uarietate populoꝝ-ac temporum-uaria
quoq; eſſe cernitur. Hęc igit̃ & cognata his appellant̃ utilia:inutilia uero his cõtraria. Honeſta uero:
quæ uulgus imperitoꝝ honorabilia uocat:dicunt̃ ea:ex quibus ſplẽdor aliquis-atq; illuſtre decus in
eos:qui præclarum aliquid geſſerint:emanaturum ſit:qualia eoꝝ exiſtunt:q geſtaꝝ reꝝ gloria flo-
rent. Iucunda ſunt:quæ afficiant gaudio:atq; afferant uoluptatẽ. Facilia uero dicunt̃:quæ breui tem
pore:quę minimo labore:quæ parua impenſa abſoluunt̃. Quemadmodũ poſſibilia ſunt:quęcũq; fie
ri natura poſſunt. Impoſſibilia his cõtraria. Neceſſaria:quæ ut fiant:arbitrii noſtri & poteſtatis nõ ẽ.
ſed oĩo tanq̃ ex diuina quadã-aut humana neceſſitate proueniũt. Atq; ex his quidẽ omnibus-pro ua
rietate cauſaꝝ Oratori cõmode argumẽtari licebit: & ſuã facillime cõfirmare ſententiã. Et qm̃ ꝑfecta
ꝓbatio cõſtat nřę ſententię cõfirmatione:alienę aũt & cõtrarię infirmatiõe:cõgrue adiũgit̃ cõfutatio:
ꝑ quã reiicimus:iprobam9:refellimus-quę ab aduerſario-cõtra ſententiã noſtrã afferũt̃. Poſtremo epi
logãtes cõcludimus: & peroramus. Et illa iprimis laudat̃ cõcluſio:quę tum breuiter-tum cõcinne repe
tens quę dicta ſunt:influit ĩ auditoꝝ aĩos:ut facile exinde-ac memoriter teneant̃. Et cũ ad aliqd per
ſpicue oſtendendũ-neceſſaria ſit ꝑfecta argumẽtatio:ne illa quoq; te lateat:quę cũ abſolutiſſima eſt:
qnq; partibus cõſtat: & propoſitione-ratione-rationis cõfirmatione-amplificatione-cõplexione con
ficitur. Quippe cũ rectus ſit ordo:ut primũ aliqd proponamus:ut ĩmortales & ſempiternos eſſe ani
mos:deinde rõnem afferamus:tum ualidius tueamur. Porro per exaggerationem amplificemus: ſi
merito pro Zenonis ſententia-Dialectica pugno: ut pote anguſtior: Rhetorica palmę comparatur:
quæ uberior-copioſiorq; eſſe debet. Poſtremo quæ allata ſunt:cõcluſione cõplectimur. Quanq̃ ſi res
propoſita ita poſtulare uidebit̃:poſſis interdũ duobus poſterioribus ſupſedere: alterutro nõnunq̃:
ſi ita propoſita materies exegerit. Quod utiq; prudẽs conſiderabit Orator. Magni nãq; refert:quibus
de rebus habeat̃ oratio. Quocirca & figuras tres Rhetores magni cõmemorant-extenuatã unã-gra
cilemue-mediocrẽ-ſiue moderatã (ut alii uocant) alterã grauẽ-uberem ue tertiam appellantes:qui-
bus artificioſe & elegãter uſus eſt Maro: & Bucolica gracili caractere:Georgica medio:Aeneida gran
diloquo modulatus-acris ingenii-& ſummæ artis-atq; induſtriæ documẽtũ prębuit. Siquidẽ ad rerũ
uarietatem-uaria quoq; accõmodat̃ oratio. Vt ſi uerbi cauſa de alimẽtis:de uectigalibus-in delibera-
tiuo genere:ſi de bello: ſi de pace:de legibus cõdẽdis-de ciuili apparatu-de ſocietatibus-ac fęderibus
ineundis-ſi de pecuniaꝝ prouentibus-ſi nõ nunq̃ de ſacrificiis & diuini cultus pietate-ſi uariis ac di-
uerſis de rebus dicendũ ſit-uarium quoq; afferri debet dicẽdi genus. Hæc aũt omnia-debent quidẽ di
cẽnti eſſe ꝑfamiliaria. Nec illud ignorare debes:quod quęſtiones duplices ſunt: & materia quæpiam
dupliciter pertractat̃:proponitur. Quare Græci Theſin & Hypotheſin-conſtituunt. Theſin. M. Tul-
lius propoſitũ appellat:qum aliqd generaliter diſſerit̃-remotis perſonis-tẽporibus-ac reliquis circum
ſtantiis. Quod quidẽ tractare-magis propriũ Philoſophi eſt. Hypotheſin cũ Cicerone-cauſam appel-
lamus: & ea quidẽ nõ infinita-quemadmodũ Theſis:ſed finita potius eſt: & complexu conſtat perſo-
narum:cæteraꝝ ue circunſtantiaꝝ:quæ ſunt:quis:quid:ubi:quando:cur:quomodo:quibus admini
culis: & quis ad perſonã referẽ:qd ad factũ & negocium:ubi ad locũ:quãdo ad tẽpus:cur ad cauſas
finẽq;: quomodo ad agẽdi rationẽ-modũq;-Quibus adminiculis:ut ꝑ quos auctores:ꝑ quos comi-
tes:ꝑ quos internuncios:ac cætera eiuſcemodi. Quæ conſiderare:quæ tractare ſuũ ẽ Oratoris. Et in-
finita qdẽ-quęſtio amplior-diffuſiorq; eſt:a qua & finita deſcendit: & (ut Quintiliani utar exẽplo)
Theſis fuerit:ſiquis diſſerat: An ſit ducẽda uxor. Hypotheſis:an Catoni ſit ducenda uxor. Nam hæc
perſona.i. Catone circunſcribit̃:illa nullis terminata-& cõſtricta circunſtantiis ẽ. Vtraq; tamẽ & uete
res doctiſſimi cõſueuerunt: & nos ad eoꝝ imitationẽ exercere debemus. Hęc igit̃:quæ modo ipſi per
ſtrinximus: & a Rhetoribus ſunt latius ꝑtractata: ſæpe tecũ fili mi cogitabis:meditaberiſq;:quæ uim
& copiam bene dicendi continent: & non ſolum in orationibus habendis:ſed & in conficiendis libris:
& magnis rebus diſcernendis-uehemẽter ꝓſunt: Sed probandi rationẽ:quæ & Philoſophum & Ora-
torem plurimũ exornat:ſuppeditant maxime Ariſtotelis Topica: & eadẽ de re Ciceronis ad Treba-
tium liber-& Fabii Quintiliani-quintus pręcipue Oratoriæ inſtitutionis:in quo de locis argumẽtoꝝ
diligentiſſime ꝑtractatur. Vbi & abũde inuenias:q loci a perſonis ſint:q a rebus:quę ſint reꝝ accidẽ-
tia:ueluti cauſa-tempus-locus-occaſio-inſtrumentũ-modus:quæ perſonaꝝ-ceu genus-natio-patria:
ſexus-ætas-educatio-habitus corporis-fortuna:quæ in propinquis-in amicis-in diuitiis ſita ẽ:tũ cõdi
tio-natura-ſtudium-affectus-facta-dicta-animi commotio-conſilia-amicitia-inimicitiæ-nomen: &
quæ his ſororia ſunt:quæ omnia perſonis accidunt: & ex iis argumenta promuntur:quæ quidem
noſſe debet:qui ueram & plenam uoluerit eloquentiam comparare. Sed nec prætermittendæ exor-
nationes ſunt:quos plerique colores uocant-tam:quæ uerbis-q̃ quæ rebus conſtare traduntur. De qui
bus ꝑclare ãte alios oẽs ꝑcepit. M. Tullius Rhetoricis inſtitutis ad. C. Herenniũ. Quod ſi quęris uer
boꝝ & figuraꝝ uariã rõnem:cũ ſit iucũda pleriſq; uarietas:cũq; Oratoris copia nõ debeat-uniformis

orõnis cõtextu cõtẽta eẽ: Habes libellũ Iſagogicũ a nobis editũ: & ꝓp utilitatẽ eius nõ ĩ Latio ſolũ: ſȝ et apud remotiores pplõs ĩ uſuȝ & exercitationẽ receptũ. Eum tu lege crebro: & quę ꝑcipiũt᷑ ſtudioſe cõplectere: & inſup memorię cõmẽda. Nã (ut ex Petro noſtro Stephaniſta hiſpanienſi uiro litterato & modeſto accepiſti) ipſe quoq; Aragonũ Rex generoſus Ioãnes Princeps clariſſimus eius libellũ ita deoſculat᷑: ut iam totũ & ipſe quoq; memoriæ cõmẽdauerit: & opuſculũ ipſuȝ ĩ deliciis habet. Quãto te ſtudio maiore id ipſum facere oportet: ut patris ꝑcepta auidiſſime arripuiſſe uidearis. Quæ a Grãmaticis: q̃ a Rhetoribus: q̃ ab hiſtoricis: quæ a cæteris uiris diſertiſſimis in elocutionis uarietate uſurpata ſunt: habes pleraq; breui cõpilatione collecta. Crebra ſunt ĩ eo a Terentii ſcriptis deprõpta exẽpla: nec id temere. Nã hic unus auctor præ cæteris proprietatẽ uerborꝝ ſeruat: & latinã redolet elegãtiam. Teſtis ſit. M. Tullius totus ubiq; Terẽtianus: & idcirco eloquentiũ oĩuȝ facile Princeps. Quod ſi cupis rectã uerborꝝ ſignificationẽ atq; originẽ inueſtigare: ſint Principes añ alios. M. Varro. A. Gellius. Nonius Marcellus. F. Quintilianus. Põpeius Feſtus. Aſconius Pedianus: Sed nec cõtẽnẽdus Iſidorus. Tum grãmatici celebriores: Donatus. Seruius. Priſcianus: & q̃ ab eorꝝ auctoritate nõ receſſerit. Hinc tibi abũde uerborꝝ ſuppetet ratio. Porro quod ad grauitatẽ ſpectat ſententiarꝝ: breui exponã tibi quos ꝑcipue legere audire ac noſſe debeas. Ac primũ magnopere hortor fili mi: ut ſacrarꝝ literarũ libros & diuina ſcripta ſtudioſe legas: Vnde & uitæ inſtitutionẽ rectiſſimã cõparabis: & inuenies: ubi ſolidã ꝑcipies uoluptatẽ. Sectare patris ueſtigia: quẽ ſcis multo magis diuinis litteris q̃ Ciceronianis uoluminibus delectari: q̃ res una & frugẽ tibi uberiorẽ & ſummã iucũditatẽ pariet. Quos uero ex infinita pene copia libros deligere præ cæteris debeas ex nr̃a iampridẽ cõſuetudine didiciſti. Nec ignoras ſacri eloquii & diuini Canonis ordinẽ & ĩ uetere teſtamẽto legẽ prophetas. Hagiographos cõtineri. In nouo autẽ Euangelia Pauli & canonicas epiſtolas: Apl'orꝝ geſta & Ioãnis Apocalypſin. Secũdum hæc uero Hieronymus. Auguſtinus. Ambroſius. Gregorius. Hilarius. Bernardus noſter. Leo. Lactãtius. cęteriq; catholici ꝑceptores nõ incelebres magno tibi habeantur ĩ pretio: & ita te eorꝝ lectione ac doctrina oblecta: ut menti penitus inhęrẽtes nõ facile memoria aboleri poſſint: ſi quo ſemel recens imbuitur odorẽ ſeruat teſta diu: ꝑ Flacci ſententia: quẽ noſter Hieronymus imitatus. Neſcio inq̃t: quo pacto etiã ſiqua plena ſit: tñ eundẽ odorẽ lagena ſeruat: quo dũ rudis eſſet imbuta ẽ. Hinc tu doctus ſimul & ſtudioſus ac probus euaſeris. Poſt hęc ſuadeo: ut Ethica: q̃ de inſtitutiõe uitæ & uniuſcuiuſq; moribus: Oeconomica de gubernatiõe familiæ. Politica de regẽda rep. ab Ariſtotele ſũmo philoſopho ſcripta ſũt: legas: atq; auidiſſime amplexeris. Hic eſt. n. unus oĩuȝ primus ex ueterꝝ philoſophorꝝ grege: quẽ Græci & Latini & maxime ꝓbãt: & cæteris anteponũt. Cuius & illa ſunt: q̃ magna uocãt᷑ moralia: & exquiſitiſſimi Rhetorici libri: tũ ad Nicomacũ tum ad Alexãdrũ Regẽ. Sequãt᷑ & aliorũ quoq; ſapientũ dicta: ꝑclara reſpõſa: ſalutares monitus: q̃ oĩa abũde tibi ex Diogenis Laertii patebũt elegãtiſſimis monumẽtis: q̃ de uita & moribus Phorꝝ inſcripta ſunt. Quorꝝ e numero opta magis primũ quæ a ſeptẽ Sapiẽtibus: deide quæ a Socrate patẽte quodã Phorꝝ: mox quæ a Stoicis. Academicis Peripateticis tradita ſunt. Ea. n. imprimis plurimũ momẽti habẽt. Nã Epicurei: quorꝝ dogma nec uitæ nec eloquẽtiæ ulla ex parte cõducit: prorſus reiiciẽdi ſunt. Iam uero ex magna laborꝝ copia: q̃ a Cicerone ſunt editi: potiſſimũ de Officiis & Tuſculanarꝝ diſputationũ opus nũq̃ ponat᷑ e manibus: unde tibi & uerborꝝ ſplẽdor & exẽplorꝝ copia & ꝑcipua ſuppeditabitur ſententiarꝝ grauitas. Paradoxa deinde ſequãtur: q̃ interpretãtur præter opinionẽ: & admirabiles ſententiæ ex Stoicorꝝ fontibus hauſtæ. Tum Dyalogi de Amicitia: q̃ Lęlius inſcribit᷑: De ſenectute: q̃ Cato maior. Et ſomniũ Scipiõis: q̃ ſextus ẽ de repub. liber. His tu freq̃ẽter intẽde: & cũ ſemel atq; iterũ legeris: cura ut penitus aio inhæreſcant: & memoria quodã quaſi theſauro recõdãtur. Hæc freq̃ẽs tua ſit exercitatio: & tẽpus labi nõ patiaris inane: cuius ſolius noſtra ẽ poſſeſſio. Quoniã uero bñ tecũ agitur: q̃ & bonũ es ſortitus ingeniũ: & domi habes unde diſcas; quotidie uide: audi: diſce aliq̃d: nec uel dies unus labat᷑: q̃n noui aliq̃d nanciſcaris. Nã uidẽdo & audiendo imprimis ꝓficies indies magis. Nec. n. fruſtra Ariſtoteles auditũ ſenſuȝ diſciplinæ uocare ſolitus ẽ. Si uiua uox (ut uulgo dicitur & a Plinio ſecũdo ꝓbat᷑) multo afficit magis (ut. F. Quintilianus ait) alit plenius (ut noſter Hieronymus) Neſcio q̃d continet magis cuiuſdã latentis energiæ: & ad doctrinã ꝑcipiendã longe cernit᷑ efficacior. Atq; aliud ẽ docẽtis: aliud diſcẽtis officiũ. Illius legẽda ꝓpõere: & quę explanãda ſunt ante oculis & uoce ꝑcurrere: ꝓmittere nõnulla ad euidentiorẽ ꝓpoſitorꝝ cognitionẽ: ſecare ĩ partes & eas ſingulas ꝑſpicuis aperire uerbis: ſtruem afferre uerborꝝ: q̃ annotatu digniora ſint: ſingillatiȝ explicare: ſiqua obiiciẽda uideantur uel dilucida expoſitiõe uel cõgrua quapiã diſtinctiõe reſerare. At diſcẽtis ſuũ eſt audiẽda ſtudioſe ꝓuidere attente audire: q̃ a præcipiẽte elegãtiora tradũt᷑: uel cõmẽtariis uel pugillaribus cõmẽdare: & cũ ſe ad priuatos penates recepit: ſæpe & multũ eadẽ meditari: q̃ ex lectiõe pulchriora & gratiora uiſa fuerint: ſtilo cõplecti: & cũ ꝑ occaſionẽ licebit: mãdare memorię: nihil ĩexploratũ relinquere: obſcura & ãbigua ꝑcontari: ne incognita pro incognitis habeat: ac ne his temere aſſentiat᷑: qđ ſane eſt & ſtultitiæ ſignũ & inextricabilis erroris ſeminarium. Vnũ ſi adiecero: ſtatuam huic præceptioni modũ. Scis hominẽ ad capeſſendam uirtutem & ſcientiam rerꝝ natum: quæ res illum una præ cæteris omnibus diſtinguit a belluis. Alioquin indoctus homo a picto haud lõge diſtat: & ſi nõ intelligit: iumento comparat᷑ ſimilis illi factus: & qđ Græci prouerbio uſurpãt: infœlici comparat᷑ arbori: cũ fructum nullũ ꝓferat. Diſcendũ eſt igitur: nec ĩ pueritia modo: ſed ĩ omni deinceps ætate: cũ nulla ſit ad

perdiſcẽdũ ſatis. Sed quæ paraueris curandũ ne p incuriam labãtur: quãdo iuxta Poetæ uocẽ: Nõ minor eſt uirtus q̃ quærere: parta tueri. Caſus ineſt illic: hic erit artis opus. Quaſi didiciſſe uel ingenii: uel cuiuſdã fœlicitatis ſit: Parta & cognita tenere humani ſtudii & noſtræ prſus induſtriæ. Quid prodeſt homini: ſi uel uniuerſam lõgo tẽpore cognitionẽ percipiat: ſi per ceptorũ exinde p negligentiã ac p deſidioſam obliuionẽ detrimentũ patiatur? Quod ſi in Capris atq; ouibus ſeruãdis uſq; adeo magnã diligentiã ponimus: qd nam agendũ putamus in his tuendis bonis: quæ diuitiarũ oĩum ſuperãt atq; antecellunt precium. Nõ ne auaros debemus cuſtodes æris imitari: q dies noctelq; anxii arculas perſcrutãtur: theſauros ſolliciti reuiſunt: ne qd dãni inferat̃: & ſalui ſint nũmorũ loculi? Quod ſi uel obolus perierit: miſere cruciantur. Nos quoq; ad uirtutis & doctrinæ diuitias cõſeruandas ita ſtudioſos eſſe oportet: ut ne uel paulo qdẽ momẽto ab eaꝝ cuſtodia & quadã ueluti parſimonia ocíari cõueniat. Nã ita demũ bona parauiſſe iuuat: ſi eadem pdiu teneantur: & nobiſcũ ad extremos uitæ terminos pſeuerent. Ita laudatur ingeniũ ad acute excogitãdũ: docilitas ad facile diſcẽdũ: ſed incaſſum illa præceſſerint: niſi cuſtos diligẽs adhibeatur memoria reꝝ partaꝝ theſaurus. Quæ nõ ſolũ Iuriſconſultis quod uulgo fertũ: ſed Oratoribus Philoſophis & ingenuaꝝ oĩum diſcipĩnaꝝ pfeſſoribus neceſſaria ẽ. Quæ & idcirco ſtudioſe & aſſidue exercenda ẽ: ut noſter Plutarchus ſapienter admonet. Ita enim uigebit indies magis: nec auferri: nec minui: p ætatẽ poterit. Minuitur nãq;: niſi ea exerceas: ut plane ſentit. M. Cato. Multas tradũt Sapientes eximias præclaraſq; uirtutes: ad exercitationẽ diligentiam perſeuerantiã miris efferunt laudibus: p quas humanũ genus bonoꝝ oĩuꝫ ſuſcipit incremẽtũ. Ad intelligẽdũ atq; ad agẽdũ naſcimur: inquit luculẽta & uera ẽ Ariſtotelis ac Ciceronis ſentẽtia. Hinc & Philoſophiæ duæ ſunt partes præcipuæ: Vna: quæ in cognoſcẽdo: altera quæ ĩ agẽdo uerſat̃. Secũdum quã partitionẽ & duplex uita diſtinguitur. Ocioſa altera: p quã remoti ab humanarũ curis in cõtemplatione uerſamur & ſtudio. Altera negocioſa: quæ in reꝝ actione cõſiſtit. Nos tum hanc tum illam uiciſſiꝫ amplecti debemus: ut modo ſtudẽtes modo agẽtes & ĩ ocio cum dignitate & ĩ negocio ſine periculo eſſe poſſimus. Abiicientes imprimis turpes atq; obſcęnas uoluptates: q̃ ſunt & uirtutis calamitas & totius uitæ pnitioſa labes. Nec magna abſq; ratione tradũt uitæ præceptores ĩ eodẽ regno uirtutẽ & uoluptateꝫ cõmorari nõ poſſe. Et qdẽ recte Pythagorea littera biuium illud diuerſum quaſi ramis diſtinguitur: ut intelligãt oẽs duplicẽ proponi uiuẽdi uiam: Vnã uirtutis: alterã uoluptatis: quaꝝ alterutram ſectari in noſtra poteſtate eſt: utranq; uemo poſſit. Et cũ alterã intẽdere cœperis uix dabitur unq̃ regrediendi facultas. Bene erit nobis: ſi a teneris unguiculis cupidius uirtutẽ arripuerimus: quã ſi colere tu quoq; ſtudioſe ſemp fili mi & ſine intermiſſione exercere pręxeris: eris ciuitatis & patrię decori: eris nobis magno ornamẽto & uoluptati: tibi ipſi iucũditati & gloriæ: ſi tu ipſe tibi nõ deſis: deeſt tibi oĩo nihil. Et ut mittam naturæ dotes: dũ patris pręcepta ſeruas: magnã in tenella ætate es laudẽ & gratiã aſſecutus. Scis te auditũ a complurĩbus Cardinalibus eccleſię Romanę magnis patribus: amari: & laudatũ ſæpius diſceſſiſſe ab eis. Scis Mantuano te Principi gratũ: ab illuſtriſſimo Calabrię duce: dignitate ornatũ: a Luſitaniæ Rege magno donatũ munere: & in uitę primordio cęptum haberi in precio. Perge: efficet labora: ut creſcat uirtus: & eluceſcat indies magis. Ita .n. & amaberis ſimul: & laudabere quotidie magis: & fuerit amplioris uirtutis: quæ uirtutis premiũ ẽlatus maior. Emulantiũ cõtemne inuidiam. Patet ſemp inuidiæ uirtus. Multi & mihi quoq; inuiderũt: q nunc nõ inuiti honore pſequũt̃. Inuidere ſtultoꝝ eſt: quoꝝ infinitus eſt numerus: ſed inuideat qſquis uult: tu cura: ut bene agendo: alioꝝ inuidia tuam uertat̃ in laudẽ. Non uulgi rumorem: ſed ſolidam amplexare uirtutem. Uale: ac macte es probitate & gloria. Finis.

¶ Acutiſſimi Grãmatici Auguſtini Dathi Senenſis de nouem uerbis cõtra uulgatam multorum opinionem Libellus fęliciter incipit ad diſcipulos chariores.

N ON Debet omnino arrogans uideri optimi adoleſcẽtes & chariſſimi fratres cõtra ueteꝝ ſententiã ea ĩ probat̃ nõnunq̃: q auctoritate quadã potius q̃ certa ulla rõne a ueteribus ipſis tradita ſũt. Nec ullo aut Senatus cõſulto aut plebiſcito cogimur: ut cũ illis ſẽp ſentire debeamus. Sępe Philoſophoꝝ: ſæpe etiã Oratoꝝ falſę ſentẽtię & opiniões reiiciũtur. Cur igit̃ grãmaticoꝝ nõ poſſint: quoꝝ (ut nemo dubitat) incerta ſunt oĩa! Neq; .n. ullã prſus reꝝ ſtraꝝ ſtabilẽ legẽ ſeruãt. Opinioſiſſimi hoĩes ſunt: & nihil unq̃ certi pcipiunt. Bene Flaccus ait. Grãmatici certant: & adhuc ſub iudice lis ẽ. Neq; eſt uel apud Græcos quiſq̃ uel apud noſtros: quẽ ſatis firmiter pbare auſiꝫ. Video diſcrepantes inter ſe Apolloniũ Herodianũ: diſſidẽtes Caprũ Focã Chariſiũ: diſſidẽtes Probũ Donatũ Seruiũ. Taceo Priſcianũ: q incõſtantia religionis doctrinæ ſuæ leuitatẽ pſſ icue patefecit. Philoſophiã ſępe cũ Grãmatica arte & litterarum cruditione temperauit. Philoſophus egregie magnus acute ac ſubtiliter de uocalibus & ſemiuocalibus litteris philoſophatus eſt. Quæ ſcripſit: ita omnia perfecit ingenio: atque elaborauit induſtria: ut q̃ dixit in Gorgia Socrates: colligata ferreis eſſe & adamantinis rationibus

uideat? Quid multa? Ex mutis & cõſonantibus litteris chriſtianæ fidei repudiauit religiones. Ex declinatione aũt nominũ & coniugatione uerborũ neceſſario intulit diſcedendũ ſibi a Chriſto: & Iuliano apoſtatæ adhærendũ. Quis nõ laudet eam boni negociatoris cõmutationem? Principem mundi deſeruit: ut Iulianum Cõſulem ac Patrinum coleret. Quã uero præcepe it pernititer: qui ignorant legant Laurentii Romani hominis diligẽtiſſimi librũ: quem de Latinæ linguæ elegantia erudite perſcripſit: ubi in ſingulis pene locis ſinguli huius egregii præceptoris manifeſti corripiũt errores: & quæ in bundus nomina exeunt: ſimilitudinem quandam dicit ſignificare Priſcianus: cũ longe aliter probatiſſimorũ ueterũ auctoritas ſemper ea terminatione uſa conſpiciatur. Sed non potui reperire omnia in tripode Apollinis. Vbertatem quandam & abundantiam ſignificãt ea nomina: ut Iſagogicis noſtris ſatis copioſe diximus. Quattuor rebus conſtare perhibẽt Grammaticæ artis uim. Ratione: Auctoritate: Vetuſtate: Conſuetudine. Sed hæc omnia nihil omnino habẽt firmitatis. Ratio ſæpe claudicat: uariatur Auctoritas: Vetuſtas obſoleſcit: teritur cõſuetudo. Magna inter Grammaticos colluctatio eſt: utrum. F. littera inter ſemiuocales: quæ ἡμίφωνα dicunt: an inter mutas: quas ἄφωνα Græci uocant: annumerãda ſit. Et. H. pro qua græci Daſea utuntur littera ne an nota aſpirationis ſit: nondum ſatis cõſtat. Senem Priſcianũ ſi longius produxiſſet ætatem ingentia de ea re uolumina arbitror ſcripturum fuiſſe. Veſperi: aduerbium eſt: id Grammaticorum turba uno ore conſentiunt: Sed diutius inueſtigantes utrum a ueſpero: an a ueſpere inflexum ſit: quo ſe uertant miſeri neſciunt. Pater unde originem traxerit: magna dubitatio eſt: ſiue quaſi pecuniarius dictus ſit: ſiue a parum ductũ nomen ſcire quis poſſit? Poſthumus qd ſignificet: ignorat uulgus Grãmaticorũ: ſed nec dum compertũ Apollinari & Ceſellio poſthuma proles: Eſt apud Virgiliũ in ſexto Aeneidos. Quid? An ne eum ſignificat: qui patre mortuo natus eſt: an q poſtremo loco potius? Latuit forſitan & Iuriſconſultos: cũ de liberis & poſtumis præſcripſerint. Sed qd eſt: qd Grãmatici certi tradiderint? Littus apud Virgiliũ alii expoſuerũt: quem cõſuetudo uſurpat: adiacentẽ mari locũ: & ſicut Iuriſconſulti recte interpretantur: quouſq maximus hybernus fluctus a mari peruenit. Alii locũ potius ante aram: quã pugnam Seruius & Donatus pugnauerunt iampridẽ. Sed quaſi æquo Marte dimicauerint: neuter uictorias adeptus eſt. Q d pleriq oẽs faciunt adoleſcentuli: ut animũ ad aliquod ſtudiũ adiungãt: aut equos alere: aut canes ad uenandũ: aut ire ad Philoſophos. Verba ſunt apud Terentiũ comicum in Andria: quæ qd ſibi uelint: diſceptantibus Grãmaticis ſcire adhuc nemo potuit. Agmina concertant litteratorũ hominũ Priſciani: Donati: Seruii: Aſconii: cæterorũq pene innumerabiliũ. Pleriq oẽs Attica locutio: & a Græcis ſumptus ſermo eſt: quos omniũ pene artiũ auctores habemus. Pleriq oẽs. eſt. omẽs faciunt adoleſcentuli. Pleriq ut equos alant: aut canes ad uenandum: pleriq ut ad Philoſophos eant. Pleriq oẽs: eſt pleriq imo oẽs faciũt adoleſcẽtuli. Pleriq oẽs pleriq & oẽs fere idẽ ſunt. Cũ aũt duo in eadẽ orõne einſdẽ ſignificatiõis poſita ſint alterũ abiici cõſueuit. Enimuero ẽ certe: altera particula orõnẽ cõplet. Eodẽ mõ pleriq oẽs adoleſcẽtuli: eſt oẽs adoleſcẽtuli. Pleriq oẽs adoleſcẽtuli (ut alii argumẽtantur) eſt maior pars adoleſcentulorũ. Quis obſecro in tam magna opinionum uarietate non inſaniat? Quis nõ irrideat tam pueriles aut aniles controuerſias? Itaq cũ tam uaria ueteres Grãmatici ſentiant: nõ tam eſt habendũ religioni: ſi aliquando ab eorũ opinione diſceſſerimus. Fando etiã grauia nõ nunq admitti ſcelera conſueuerũt: ut eſt in Phędro Platonis. Sed noſtra in uituperandis ueteribus culpa eiuſmodi erit: ut facillime expiari poſſit: etiam ſi nõ imitemur Steſicorũ: ac Palenodiam cõficiamus. Nõ poſſum ubiq uuterũ pbare ſententiã. Legi Priſciani libros. A. gelii: Seruii: Quintiliani. Pompeii Feſti: Noni Marcelli: Aſconii Pediani: Focæ: Donatii & omniũ probatiſſimi. M. Varronis: Iſidori: & quorũdam: quorũ recentior memoria eſt. Atq hi omẽs (ut mihi quidẽ uidetur) ſtudioſe exquirunt: unde uerba ducta ſint: ſed pleriq eorũ: Manes Lucus Bellũ Officium Parca Ludus Ocium Cœlũ Eumenides: & alia nõnulla nomina per contrarietatem dici exiſtimarunt: & in eis uocabulis deriuandis repente ac forſitan inconſulto ad Antiphraſim confugerunt. Quorum ego (ut aperiam meam ſententiam) nullũ per cõtrarium dici arbitror: ſi diligẽtius & ipſa nomina & quæ per ea ſignificantur: reſpicere uoluerimus. Ac ſingillatim unũ quodq: qd propoſitum eſt: differendũ uidetur. Manes (ut Grãmatici credunt) dicũtur propterea qd boni nequaq̃ ſint per Antiphraſim. Si Manes Dii inferorũ ſunt: patior æquo animo per cõtrarium appellari. Si Manes aduerſum qd ſignificent: nõ moleſte feram ita deduci: quale eſt illud. Suos quiſq patimur Manes. Sin uero Manes pro anima atq umbra ſummantur: cur manes dicti: quia non boni? Manũ ſignificare bonũ nec nos latet: q & Macrobii Saturnalia & Marcelli de ſignificatione uerborũ libros legimus: unde & forſitan Mane tractum eſt ab auſpicio boni ominis: ut reliquis diei partibus bene ac proſpere ſuccedãt oĩa. Manes uero cur aliunde deducimus? cum abſq ulla contrarietate: uel ἀπὸ τῆς μανίας Græca dictione: quæ furorem aut inſaniam ſignificat: uel (ſi quibus græcæ litteræ diſpliceant) a Mano uerbo proficiſci queat. Manare nõ tam aquarum fluentium q̃ Solis proprium eſt in emittendis radiis: unde potius Mane originẽ ſumpſit: quod in ea diei hora Sol manare incipiat: atq emittere radios: & demum ſpargere lumine terras. Sol uero quum decurſo inferiori hemiſperio nobis oritur: uidetur ab inferis & profundis Manibus prodire: ut iam noſtrũ hemiſperiũ luce compleat. Vnde & cũ de Polis Arctico & Antarctico noſter Maro loqueretur: in hũc modum cecinit in Georgicis. Hic uertex nobis ſemper

ſublimis. At illum. Sub pedibus ſtix atra uidet: maneſq; profundi. A Manibus igitur Sol oriens: manare uidetur: atq; inde ad nos reſurgere. Nec id dixerim: quod ab his Sol exeat: q Zodiacũ circulum ambiens eadem ſigna p annos ſingulos certa lege metitur. Sed quod ita uideri ſoleat ſpectanti multitudini: qua ratione & alia quoq; nomina nõnullis rebus indita ſunt. Nõ ne & Egeum mare idcirco quidam appellatum ferunt: quod crebre in eo inſulę procul aſpicientibus ſpẽs caprarũ uideant. Nec tamẽ illę capræ ſunt: ſicut nec a Manibus Sol oritur: q inde ab imperitis & indoctis manare creditur. Siue igit a αιγια Græca dictione: ſiue a Mano Latino uerbo Manes dicti ſunt: certe p contrariũ nõ dicuntur. Quid lucus? Nunqd nam p Antiphraſim dicetur? Clamat uulgus Grammaticorũ fieri lucum a lucendo p contrarium: quod nõ luceat. Verũ ſi diligẽtius aduerterint: intelligẽt profecto longe ſe a uera deriuatione aberrare. A lucẽdo dicitur: fateor: ſed p contrarium nequaquã dicitur. At credendum Quintiliano eſt: Lucus dicitur: quia umbra opacus parum luceat. Et beatus Hieronymus ad Fauſtinũ. An tibi bellus uideris: quia Fauſto uocaris nomine? Quaſi non & lucus ideo dicatur: quod minime luceat? Ignoſcat nobis Quintilianus: det pater Hieronymus ueniã: qui tũc nomini eius: ad quẽ ſcribebat alluderet. Lucus: quod uere luceat: magna approbante grauium teſtium corona non ambigue appellatus eſt: quod in nemorum opacitate: in arborum frondentiũ umbra ſacrificiorum ignes ſplẽdeſcant: luceant holocauſtomatũ flammæ. Itaq; lucos dicatos ubiq; Diis legimus. Nuſquã luci cõmemorantur. niſi Dei cuiuſquã: aut alicuius ſacrificii habita mentione. Illud Seruius diligẽter aduertit: nunquã ſine religione lucum eſſe a Virgilio poſitum. Hoc qui dubitãt: percurrant ſingillatim Maronis libros. Iam ſubeunt Triuiæ lucos. Luci & Diana recte ſe habẽt. Latet arbore opaca. Aureus & foliis & lento uimine ramus. Iunoni infernæ dictus ſacer: hũc tegit omnis. Lucus & obſcuris claudunt conuallibus umbræ. Lucus non ſine inferna Iunone ponitur. Aeneas ad Sibyllam. Nec te nequicquã lucis Echathe præfecit auernis. Lucos Proſerpina comitatur. Quale uerũ illud. Sed me cũ lucis Echathe præfecit auernis. Ipſe Deũ pœnas docuit: pq; oĩa duxit. Sed & ibi luci non ſine numine referuntur. Proxima Circeæ raduntur littora terræ. Diuos i acceſſos: ubi Solis filia lucos: Aſſiduo reſonant cantu. Et in alio loco de Turno. Luco tum forte parentis. Pilumni Turnus ſacrata ualle ſedebat. Fruſtra tam multa ex eodem Poeta teſtimonia referuntur. Quid apud cæteros probatiſſimos auctores? Silius Italicus ſępe lucos memorat: ſed nũquã tamẽ a religione ſeiungit. Et i tertio libro de bello punico. Lucos nemoroſaq; regna. Cornigeri Iouis & fulgentia tẽpla colũnis. Et in uerbis Ariſtae ſacerdotis. Has umbras nemorũ & conuexa cacumina cœlo: Calcatoſq; Ioui lucos prece Boſtar adora. Et rurſum i alio loco. Inter anhelantis grãmatas corniger Ammon Fatidico pandit uenienti ſęcula luco. Id ipſum apud eundẽ Poetam in pleriſq; locis. Statius & ipſe poeta illuſtris: nõ præter hãc ſignificationem Lucũ poſuit. Tunc uiridis latæ lucus iuga celſa Mineruæ Propter opacat humũ. Sicut & Lucanus ſacratum nemus ſcribẽs ait. Lucus erat nunq̃ uiolatus ab æuo. Iuuenalis autem Lucum Martis dixit: & Deũ cũ luco erudite copulauit. Nota magis nulli domus ẽ ſua q̃ mihi lucus. Martis. De quo & pulchre Pompeius Trogus in. xliii. hiſtoriarũ libro & ipſe quoq; lucũ Martis appellãs. Propertius quoq; pari ratione lucũ poſuit cũ religione coniunctũ. At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis. Itaq; & in ſacris libris cũ de loco ſacrificii agit: pręcipitur iuxta altare lucũ & arbores non plantari. Id quod Hieronymus noſter ſcribens in. xii. Prophetas nõ nunquã refert. Et in Exodo Moyſi pręcipit: Aras Gentiliũ deſtrue: & confringe Statuas: lucoſq; ſuccide. Et in tertio regnorũ libro: cũ de Aſa Rege uerba haberẽt: Inſuper & Macham matrem ſuã amouit: ne eſſet Princeps in ſacris Priapi: & in luco eius: quem cõſecrauerat. Sed infinita pene huiuſmodi exempla reperiunt. Cicero deniq; i tertio de Natura Deorum: ubi de Eſculapiis ſermo eſt: ac de tertio Eſculapio inquit. Cuius archana non longe a Luſio flumine ſepulchrũ & lucus oſtẽditur. Nec igitur p Antiphraſim luci dicuntur: ſed qđ i Nemorũ umbra luceant ſacrificiorũ flammę: ubi accenſi ſemper flagrant altaribus ignes. Bellũ (ut plerique autumant) per Antiphraſim dicit: quod bellũ. i. bonũ nullo modo ſit. Nos aũt omittamus: qđ multa ſæpe bella neq; mala neq; turpia ſunt: ut illa: quibus uel iniuſte ſublata repetũtur: uel propulſatur iniuria: & pax tutior ac firmior comparat. Bellũ nõ ambigue a belluis dictũ eſt. Belluarũ enĩ maxime propria bella ſunt: eademq; ob ferinos flagitioſorũ hominũ mores ad homines ſunt tranſlata. Nam genus hominũ ſuo ingenio tum Iuſtitiæ pręſidio tum linguæ ac uerborũ diſceptatione contentum eſt. Hãc uero nominis huius deductionẽ negare nemo poterit: q ueterũ ſcripta diligẽtius aduerterit: Ciceronis imprimis: q i primo de officiis libro noſtrã ſententiam ſua auctoritate confirmat. Nã cũ ſint: inquit: duo genera decertandi: unũ p diſceptationẽ: alterũ p uim: cũq; illud propriũ ſit hoĩs: hoc belluarũ: confugiendũ eſt ad poſterius: ſi uti nõ licet ſupiore. Quibus uerbis oſtenditur: bellũ potiſſimũ ad belluas pertinere: quæ ſuſcipere homines nõ niſi iuſtos decet. Officiũ: q tum uerborũ ignorant: dictũ putant p contrarium ab officio: quod nemini noceat. O pręclara deductio. O egregia doctrina. Officium dicitur: quod nemini noceat? Vnde hæc tam craſſa ruſticitas? Quid eſt ob ſecro officium? Non ne actionem uirtutis potiſſimũ ſignificat? Quid ſibi uult liber Ciceronis de officiis? Illic nãq; traditur: Virtutis laudem in actione conſiſtere. Quemadmodũ uero uitium & peccatũ inter ſe differunt: quod alterũ habitus eſt male conſtituti animi. Alterũ actus malorũ atq; exercitatio. Ita uirtus bene compoſitæ mentis habitus eſt. Officium uirtutis operatio & exercitatio quędam honeſtatis.

Quemadmodũ officia ducerentur ab honeſtate: & ab omni genere uirtutis: ſatis explicatũ arbitror libro ſuperiore. Ita Cicero inquit Secundo de Officiis. Tria in uirtute conſiderantur. Frequentia quędã ac multitudo actuũ: quibus animi habitus comparatur: partus habitus: & acquiſiti habitus exercitatio. Officium profecto nihil eſt aliud: quã uirtutis: quę habitus animi eſt: uſus quidã: atq; exercitatio. Itaq; & perfectum officium uocabãt Stoici κατόρθωμα: quod rem geſtam fęliciter ſignificare uidetur. Cenſeo officium: quia ipſum actio quedam eſt. Officium igitur effectionem quandam ſignificat uirtutis: & ab efficio ob eam cauſam originem traxit. Adeſt huius deductionis: atq; ſententię: nec minus doctrinæ & eruditione: quã ſanctitate præcellens Beatus Ambroſius inclytus Doctor ſacri eloquii: qui & ipſe de Officiis libros elegantiſſimos edidit. In quibus cętera præclara oĩa: hoc perudite. Officium inquit littera immutata quaſi efficiũ dicitur: propter decorẽ ſermonis. Huic igitur aſſentiri debemus: non uulgo imperitorũ grãmaticorum. Sed iam ſatis de officio: nunc ad reliqua pergamus. Parca.n. quinto loco propoſita eſt. Parcæ per cõtrarium dicuntur: quod nemini parcant: ſicut illi dicere conſueuerunt: qui ſe Grãmaticam artem docere profitentur. ſed quæ tandem docent: antiquã diſcant! Parcæ tria fata ſunt ſm Poetarũ fabulas: quarũ ſub iure tenentur omnia: quæ ſeriem fatorũ pollice ducũt longaq; ferratis euoluunt ſęcula penſis. Quam ob rem (ut ueteres opinabantur) humanæ uitæ Parcę præerant. Quę quoniam parciſſime impartiantur ita a parco uel a paruo ductæ ſunt: quæ res maxime humanæ uitę anguſtias patefacit. Sed hoc magis explicuimus in iis cõmentariis: quos in Virgiliũ pridem exorſi ſumus. M. aũt Varro quem ſenio libenter: a partu dicit Parcas nuncupari: quod partui præſint: & immutatio litteræ facta eſt. Quã ſententiam: & A Gellius firmiter roborat libro .iiii. Noctium Atticarũ. Quo in loco uerba facit de tempore humani partus. At uulgus Grãmaticorũ: neq; Varronis legit de Origine latinę linguæ libros: qui maxime ad Grammaticos ſpectant: neq; quid Gellius ſentiat cæteriq; ueterũ probatiſſimi: magni æſtimat. Sed ſiue a parco: ſeu a partu parca dicitur per Antiphraſim utiq; non dicitur. Ludus iam prodeat in medium: quod nomen & per contrariũ ita appelari tradiderunt artis Grãmaticæ profeſſores: quorũ explodent ſententiã: qui accuratius uim: atq; originem uocabulorum perſpexerint. Ludus inquiunt Gramatici: eo dicitur: quod longiſſime ſit a luſu. Ego dici arbitror: quod ad eos ludus pertineat: qui propiſſime luſus ſunt. Ad pueros namq; ludus procul dubio ſpectat. Et probe Flaccus. Et puer es: nec te quicq̃ niſi ludere oportet. Quam ob rẽ duplex inſtitutio: & doctrina ab eruditis uiris tradi ſolet. Altera.n. puerilis ẽ: & tenerioris ætatis. Altera grauior ad grauiores uiros pertinens. Hanc partitionẽ Pythagoras obſeruare ſolitus eſt: ut apud. A. Gellium cernere licet. Leuiorem inſtitutionem ſignificauit Iuuenalis. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus: quod ad grammaticorum ſcolam pertinet. Et nos conſilium dedimus Syllæ priuatus ut altum dormiret: quod ad declamationes: & Rhetorum ſcholas refertur. Nam agebatur quidem utrum fecerit ſapienter. L. Sylla: quum dictaturã ſponte depoſuit: an potius neſciuerit litteras. Id quod obiectare. C. Cęſar ſolitus erat: & Grãmaticę artis: & Rhetoricæ ſtudiũ ad leniorem inſtitutionem pertinet. Contra Philoſophiæ: & Oratoriæ artis exercitatio: Iuris deniq;: & legum peritia: conſtantiorẽ ætatem decet. Et. M. Tullius .ii. de Oratore ad. Q. Fratrem. Magna inquit nobis pueris. Q. Frater opinio fuit: L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ: q̃ quantum prima illa inſtitutione potuiſſet. Itaq; puerilis inſtitutionis ludus proprie nuncupatur: in quo prima ætas res leuiores inſtituitur. Quo circa & Magiſter ludi non alius: quã qui Grãmaticã artem pręcipit: cõſueuit a ueteribus appellari. Vt cum dicitur Dioniſius iunior tyrãnide depulſus ludũ Corinthi aperuiſſe: ne inopia: atq; egeſtate præmeretur. Puerorum eruditionẽ ludis complectitur: & leuitatem quandã inferiores diſciplinæ. Quare & ludere ẽ aut leuiter ſcribere aut leuiter diſſerere. Hinc Virgilius. Ille meas errare boues (ut cernis) & ipſum. Ludere: quã uellẽ: calamo permiſit agreſti. Alio uero in loco. Ludens hęc ego teſte te Priape orto carmina digna nõ libello: ſcripſi nõ nimium laborioſe. Quid. M. Tullius in Paradoxis! Ego uero illa ipſa quę uix in gimnaſiis: & ocyo Stoici probant ludens cõieci in cõmunes locos. Nõ ſunt Fabii Quintiliãi ſententię Delphici Apolinis oracula: ut eis tanta ſit adhibenda fides. Non hoc uidit Quin. Neq;.n. dixiſſet ludũ appellari: quod longiſſime a luſu ſit. P. Terentiũ nõ ſatis ad ueritatẽ uerborũ oĩum diligẽtiſſimum: apud quẽ Laches in echirra de mulieribus. In eodẽ oẽs mihi uidentur ludo doctę ad maliciã: & ei ludo (ſi uſus eſt) magiſtrã hanc eſſe certe ſcio. Illud quoq; manifeſtius in Phormione: ubi Geta ſeruus ita inqt. Reſtabat aliud nihil: niſi oculos paſcere: ſectari in ludũ: ducere: & reducere. De uirgine.n. ſermo erat: atq; poſt. In quo diſcebat ludo: exaduerſum erat ei tõſtrina quędã. Quod ſi quando ad res grauiores ludus uſpiã uertitur (crede mihi) proprietas: & uis ipſa uerbi transfert. Quare Cicero de claris Oratoribus: ita de Iſocrate: q erat rhetor inqt. Cuius domus cunctæ Gręcię quaſi ludus quidã patuit: atq; officina dicẽdi. Quid eſt quaſi ludus! Certe ſciebat Cicero Ludũ nõ ad grauiores diſciplinas: ſed ad grãmaticã: & puerilẽ inſtitutionẽ ptinere: q utiq; luſus eſt pręmaioribus atq; altioribus ſcientiæ: & Philoſophię ſtudiis. Neq; ẽ igit̃ ludus lõgiſſime a luſu: nec ſemp uera litteratores profant. Iam uero ociũ aggrediamur: in quo nomine potiſſimũ nemo arbitratur Antiphraſin poſſe uitari. Itaq; pleriq; oẽs dictũ putant per contrariũ: quod non ocyus ſit: & uelox. Sed ſegne potius: tardũq;. Ociũ quo pacto inquiunt uelox eſt! Ideſt.n. ocys apud Gręcos: quod quidẽ abſolutũ nequaq̃ inuenitur in latinę linguę uſu. Ex quo & ocimũ profectũ eſt oleris genus a celeritate quadã ac uelocitate naſcendi.

Hi

Hanc Baſilicã uulgo: & regiã herbã uocant. Paululũ hic nobis philoſophãdũ ẽ. Duplex nanq̃ fertur uitę genus: q̃d ad hunc locũ ptinet. Contẽplatiuũ unũ. Actiuũ alterũ: de q̃bus multa apud Philoſophos ſępe tradita ſunt. Et negociũ q̃dẽ ad actiuũ ſpectat uitæ genus. Ociũ ad contẽplatiuũ. De his Cicero primo de Oratore. Perbeati mihi illi uidentur eẽ: q̃ in optima rep. cum uitæ curſum tenere potuerunt: ut uel in negocio ſine periculo uel in ocio cũ dignitate eſſe poſſent. Et Lactantius in primo ſacrarũ inſtitutionũ: de uiris: ut ſuũ ociũ ad noſtrũ negociũ cõtuliſſe uideãtur. Macrobius aũt ſup. vi. Ciceronis de rep. libro: duplicẽ aſſerit uirtutẽ negocioſam .ſ. & ocioſam: & illã tribuit ciuitatũ rectoribus & gubernatoribus rerũ publicarũ. Hanc philoſophis: & q̃ ſcientiã rerũ ſpeculantur. Quẽadmodũ igitur q̃ in negociis uerſantur: ſeipſos exercent: ita multo magis: q̃ ſe ad ocium conferũt. Magna negocioſę uitæ exercitatio eſt. Longe ocioſæ maior: in qua celeriter mens aſſidueq̃ uerſatur. Neq̃ mens unq̃ q̃eſcit: ut ipſe quoq̃ Cicero ait. Sed & Tales Mileſius unus de. vii. ſapientibus: mentem dicebat uelociſſimum eẽ eorũ: quę ſunt. Nam p uniuerſa diſcurrit. Ac tum maxime mens exercetur atq̃ uerſatur: qum maxime a corpore ac ſenſibus ſeiungitur: in illa meditatione mortis: quã Philoſophi tradunt: atq̃ etiã tunc potiſſimũ: qum longius a negociis abeſt: quæ mentis exercitationẽ ac celeritatẽ plurimũ impedire conſueuerunt. Nam q̃ dicit ociũ deſidiã inertiã ſegniciẽ negligentiã pigritiã torporẽ idem ſignificare: Grãmaticũ eum conſtat a grãmaton eẽ: literatorẽ abſq̃ litteratura. Illud pulchrũ ẽ. Amilũ (ut ait Plinius) eruditiſſime: ſimul ac faceciſſime dictũ. Satius eſt ocioſum eſſe q̃ nihil agere: quod cũ maxime ociamur tum maxime cõtẽplamur cogitamus ſcribimus. Itaq̃ qum ſumus neceſſariis negociis curiſq̃ uacui tum auemus aliq̃d uidere audire diſcere: cognitionẽq̃ rerũ occultarũ aut admirabiliũ interociandũ aggredimur. Id ergo tẽpus: qum a negociis feriamur: qum nos totos cõtẽplationi dedimus: ociũ iure appellatur. Quare & ſæpe uſurpamus: qũ mihi ociũ fuerit: ad te ſcribã. Et ſępe. M. Tullius: q̃d datur ocii: libentius in Philoſophia: cõſumere cõſueuimus. Illud quoq̃ ſimiliter. Quantũ mihi: uel fraus inimicorũ uel cauſa amicorũ uel reſp. tribuet ocii: ad ſcribẽdũ potiſſimũ conferã. Et Plinius in Epiſtolis. Ex cõmunibus amicis: cognoui te & diſponere ociũ: & ferre. Ac ne q̃s ullo pacto deſidiã ſuſpicaretur: ſtatim intulit. Multũ audire: multũ diſputare: cumq̃ plurimũ ſcias: quotidie tñ adiſcere aliq̃d. Et in calce eiuſdẽ epiſtolæ precans loquitur. Quando receſſus mei nõ deſidiæ nomen: ſed potius tranq̃llitatis accipient. Quod ociũ nõ deſidiæ fit: ſed potius tranq̃llitatis: qum ceſſamus a laboribus: & negociis: & impenſe: ſtudioſeq̃: ſtudiis rerũ & contẽplationi indulgemus: ubi mens pfecto celeriter: uelociterq̃ uerſatur. Sed quo pacto hæc intelligant Nebulones? Maiora ſunt: q̃ quæ ab impitis Grãmaticis cognoſci queant. Qui aũt ocio abutuntur: ii aliq̃d addere conſueuerunt: ut Terentianus Menedemus ad filium. Nulla alia ex re iſtuc fit: niſi ex nimio ocio. Nimiũ ociũ appellauit: q̃d uitupera ret & languidũ & inutile ociũ uocare ſolemus: q̃d uicio datur: Quod Valerius Maximus induſtriæ: ac ſtudio: maxime cõtrariũ uideri dicit. Quobrẽ idem ipſe Valerius libro. viii. Geſtorum memorabiliũ duplex ociũ conſtituit. Alterũ: q̃d ẽt inertibus uitandũ. Alterũ: q̃d ſtrenuis quoq̃ interdũ appetẽdũ eſt. Neq̃. n. q̃ recte ociõ utuntur: ita feriantur: ita ceſſant: ut languore ac deſidia torpeant: cuius rei nomini: nemo (ut arbitror) unq̃ aduertit: niſi forte diuinarũ litteratũ preceptores: q̃ qũ ſcirent id eẽ ociũ q̃d mõ diximus: deſidiã cum uocarent uocabulũ erudite diſtorquẽtes: maluerũt ocioſitatẽ appellare q̃ ociũ. Et erudite Bernardus nouo uſus nomine. Ocioſitas igitur: mater ẽ uiciorũ nouerca uirtutũ. Et cęnobitarũ pater Benedictus in ipſa monacorũ inſtitutiõe. Ocioſitas inimica ẽ aĩæ. Quod igitur iter cõtemplandũ atq̃ in ipſo ocio celerius mens: animuſq̃ uerſantur ab ea celeritate exercitationeq̃ ſtudioſiore animi ductũ tractumq̃ ociũ ẽ. Vt Cicero ẽt oſtendit de legibus. Natura ipſa hoiem celeritate mentis ornauit. Sed ſatis de ocio ipſo dictũ arbitror. Plura aũt q̃ de reliq̃s id circo diximus: q̃a pulcherrimarũ occultarũq̃ rerũ ueritas tam facile pſuaderi nõ poteſt: uulgo preſertim reclamante ac refragante grãmaticorũ. Nunc uero de cęlo pauca dicere incipiamus. Cęlũ ut (plærique aiunt Grãmatici) contrario nomine: quaſi cęlatum dicitur: q̃d apertum eſt. Phocionẽ Athenienſem libenter imitamur: q̃ gloriari ſolebat in eo: quod plurimũ a uulgi ſententia uel potius dementia diſſideret. Rectius Aelium ſentiſſe credimus: q̃ dictum ſcribit ppterea: q̃d cęlatũ eſt: quod & in libro de Origine latinę linguæ Varro refert. Sed multiplex de huius uocabuli origine ſententia eſt: ſed nullo mõ p contrariũ dicitur: quod in nulla ſignificatione eius a contrarietate ducatur. Cælũ uel a cęlando dicitur uel (ut alii exiſtimant uiri eruditiſſimi) a Cęlo nomen traxit genere quopiã ferramenti: q̃d alias Cælionem alias Scalpellum uocant. Q̃d qua rõe: q̃ argentarii nuncupantur: uaſa celant & deſignando incidunt: atq̃ inſculpunt. Ita & artifex rerũ oium deus: domiciliũ ſuũ inſigniuit: ac ſyderũ lumina ipreſſit. Quod Lactãtius Firmianus ẽt cõprobat dicens. Pater noſter ac dñs. q̃ condidit: firmauitq̃ cęlum: q̃ Solem cum cęteris ſyderibus induxit: & utrunq̃ p æ diphthongũ ſcribitur: ut hãc deductionẽ arguere ac demoſtrare uidetur. Quidã a Gręco ſermone dictũ arbitrantur. Nam κοῖλον concauũ: & contextũ ſignificat: eaq̃ eẽ cernitur ipſius cęli forma ac figura. Sed ſi ita foret: magis p œ ſcriberetur pp Gręcã diphthongum oi q̃d nuſq̃ tñ apud doctos ueteres: atq̃ in emendatiſſimis codicibus reptũ eſt. Quidã cęlũ a cauo dici uoluit: in qua ſententia fuit & M. Terrentius. Itaq̃ ſecundũ Pacuuiũ: hoc circũ ſupraq̃: quod cõplexu continet terrã cauũ cęlũ dicitur. Franciſcus Philelphus uir noſtræ ætatis eloquentiſſimus: & eorũ qui humanitatẽ aſſecuti ſunt noſtra memoria facile princeps: a cęlando cęlũ appellari cenſet: nõ q̃d ſigna

illa: atq; inuiſibilia cæleт nos: atq; abſcondat: ſed quod cęlata: & abdita oĩa: in cęlo pateant: reuelētur: & conſpicue uideantur. Cuius ſententiæ optimā affert rõem: quod & Græci cęlum ουρανον uocant ab eo quod το ὁρᾶν intueri: & uidere apud Græcos ſignificat. Siqs obiiciat cęlū diphthongū admittere: ſed minime cęlo uerbū: unde deriuari dicimus: id nos reſpondiſſe. Satis eſt. H. quę apud Gręcos e longa eſt apud nos pſepe in æ conuertitur: ut ſcæna: cæta: alia item cõpluria. Idē ēt fieri nõnūq̃ in noſtris dictionibus depræhendimus præſertim eadē pſeuerante ſyllabę quantitate. Sed oſtēdiſſe me arbitror nõ dici cælū contrario nomine quod uulgus Grāmaticorū & bacchanuū nebulonū turba frequenter aſſeuerat. Eumenides: quæ furias infernas ſignificāt (ut noſtis) ne ipſe qdē p contrariū dicunt: quanq̃ uix audeo Hieronymi repugnare ſententiæ. Sed opinor adeo res altiſſimas: & cæleſtes cõtēplabatur: ut leues haſce ineptias floccipendere: æ bene ſignificat apud Gręcos: manū bonū: quorū neutrū miniſtris pœnarū ac ſuppliciorū conuenire uideat. Nos dicimus Eumenidas beneſurētes appellari: ab æ: quod eſt bene: & mania: quod furorē dementiamue ſignificat. Ex quo & noſtri a furore furias nuncuparunt neq; p contrariū ullo pacto dictæ ſunt. Itaq; apte atq; erudite de his Statius in Thebayde: circū p miniſtras Funeſtorū opum Eumenides: Stygieq; ſętueros Iunonis thalamos: & torua cubilia cerno. Atq; has Poetæ ſępe ēt furias uocitarunt. Ideſ Statius libro. ii. ubi de Laio. Et primas furiarū pertulit iras. Et Claudianus de raptu Proſerpinę. Cõiurant Furiæ crinitaq; ſontibus Hydris Teſiphone. Et Iuuenalis ad eum: q qū ſanus eſſet: iam inſaniens uideretur: ita inqt. Dic qua Teſiphone: qbus exagitaſ colubris! Paulo ante dixerat: Certe ſanus eras. Nec aliud ſibi uult Eumenidū nomen: furorē inſaniāq; ſignificat. Beneſurentes aūt dicunt: quod plurimū furere: & demētire uideātur. Nam ſicut male aduerbiū minuit: ita bene exauget. Nec p contrariū Eumenides dictæ ſunt. Multa pterea ſunt: q a Grāmaticis tradita nequaq̃ ſatis pbari poſſunt. Hęc ſi uelim: uel refelleſ: uel enumerare: nõ libello: ſ3 lato potius uolumīe opus ſit. Huius ea potiſſimū cauſa ēt: q ď cū Grāmaticorū: Poetarū ptractatio: Hiſtoriarū cognitio: Verborū interpretatio pnūciādi ſonus pprius ſit: tū oĩa ſibi cupiūt uendicare oĩa tēptant: nihil certe conficiūt. Philoſophiā oẽs eius partes: Mathematicas diſciplinas: Theologiā quoq; omne deniq; ſcientiarū genus ſibi aſſummūt Grāmatici: ut ea demetant quæ certe ipſi non ſeruerūt. Quare hortor uos: & illud iprimis moneo: ut in uocabulis ac dictionibus pernoſcēdis nõ tam Grāmaticorū ſcripta: quæ ſæpe mendarū plena ſunt: q̃ doctiſſimorū hominū: & ueterum & nouorū monumenta ſtudioſe legatis. Quorū qū expenderitis uerba elucéſcet (credite mihi) repente inq̃ uobis eluceſcet uera: & origo uerborū: & nominū ſignificatio: quod qū feceritis nouem ppoſita uerba q̃ primū deſineritis credere: ut p cõtrarium dicanſ: quę ab omni cõtrarietate pſus abhorrent. Hoc uero opuſculū quodcūq; ēt & legite ipſi: & aliis quoq;: quorū nobis eruditio curę eſt: legendū tradite: ut oiſq iampridē de nouē uerbis increuit: penitus tollatur error.

FINIS.

Subtiliſſimi ac Fidiſſimi Poetarum interpretis Auguſtini Dathi Senenſis de Genio & Geniali hyeme tractatus fœliciter incipit. Ad Dominicū Bilottū iuuenē peritiſſimum.

GENIALEM Hyemem: quā Georgico carmine Virgilius Maro cõmemorat quæ ſis mea explanatione declarari. Rē nõ admodū grauē: nec difficilē poſtulas: ſed certe multis nõ ſatis cognitā: qui ſe tonus uetuſtatis non mō doctrinā: ſed ēt peritiā habere pſitenſ. Afferam ipſe meam ſententiā: & anteq̃ Genialem hyemē exponā: dicā paucula de Genio: a quo illa originē traxiſſe putatur. Pompeius Feſtus: ſcrutator diligentiſſimus uetuſtatis Geniū: inqt: appellabant Deū: qui uim obtineret: rerum oium gerendarū. A. Fuſtinus uero ait. Genius eſt deorū filius & parens hoium: a quo hoĩes gignūtur: & ppterea genius meus nominatuſ: q a me gēuit. Nõ nulli uero eē putauerūt unius cuiuſq; loci deū. Alii quidam Geniū eſſe arbitrati ſunt Deum: q nuptiis pręſit. Sunt & q naturę deuʒ eſſe crediderint. Poſtremo Cenſorinus uir apprime eruditus ad. Q. Cerillum ſcribens de natali die. Genius eſt inquit: Deus: cuius in tutela: ut quiſq; natus ē: uiuit ita a geniēdo appellatus. Siue quod ut generemur curat: ſiue q ď una genitur nobiſcū: ſiue & q ď nos genitos ſuſcæpit ac tueatur. Eundē eſſe Geniū: & larem multi ueteres pdiderūt: in qs & C. Flaccus in libro: quē ad Cęſarē de indigitamentis ſcriptū reliquit. Siue igitur Genius ſit: qui rebus gerendis præſit: ſiue q nuptiis: ſiue q gignendis hoĩbus: tuendiſq;: ſeu deniq;: qui uim naturæ obtineat: quæ de Genio: diuerſa eſſe uideantur: reuoluunſ tū eodē oĩa. Nam ſi gerendarū rerum poteſtatē habet: genitis nobis datur: ut eo duce (ſicuti ueteres exiſtimabant) recte oĩa gereret: atq; āminiſtrare poſſimus. Si hoĩem gignit: ita ſuſcipit: ut ppetuo in oēm uitā tueatur. Si cuiuſq; loci deus eſt: nequaq̃ a gignendis hominibus abhorret. Nam & locus in generatione rerum magnā uim habet: pp q ď & Porphirius. Patria inquit: principiū eſt uniuſcuiuſq; generationis: quēad

Hii.

modum & pater. Itaq; & homines ipſi ꝑ locorũ diuerſitate: uaria quoq; ſortiuntur ingenia: ut ob eã
ip am cauſam: Cicerone teſte in ſecundo libro de Natura Deorũ: quibuſdã regionibus: atq; urbibus
cõtingere uideamus. Hebetiora ut ſint hoĩum ingenia: ꝓp cęli pleniorẽ naturam. Quid dicam de iis
puis: quarũ ratio: & generationem ſpectat: & ſobolis propagationem? Quod aũt naturæ Genius pręſ
eſſe dicatur: ẽt ad res gignendas: & homines procreandos ptinet. Siquidẽ pro Philoſophorũ ſentẽtia
generationis effectrix: atq; auctor: & mater (ut ita dicã) omniũ rerum Natura dicitur. Ita fit: ut quæ
de Genio a ueteribus tradita ſint: eodẽ oĩa referant. Erit igitur genius (ſi tñ credere dignum eſt) de
us: & is quidẽ deus: q & nobis datur naſcentibus: & in cuius tutela ut quiſq; natus eſt: uiuit de quo: &
hæc inſup adiecit Cenſorinus: hunc in nos maximã: quinimo oẽm habere poteſtatẽ creditum eſt. Nõ
nulli binos Genios colendos putauerunt. Euclides aũt Socraticus duplicem omnibus: oĩo nobis ge
nium dicit appoſitũ: quã rem apud Luciliũ libro Satyrarũ. xvi. licet cognoſcere. Ac deinde Genio igit
potiſſimum: p oẽm ætatẽ: quot annis ſacrificamus. Quãq̃ non ſolum hic: ſed & alii ſunt præterea Dei
complures: hominũ uitam: p ſua quiſq; portione ãminiculantes: quos uolentes cognoſcere in digita
mentorũ libris ſatis edocebunt. Sed oẽs hi ſemel in uno quoq; hoie numinum ſuorum effectũ repræ
ſentant: quocirca nõ per omne uitę ſpatiũ nouis religionibus arceſſuntur. Genius aũt ita nobis aſſi
duus obſeruator appoſitus ẽ: ut ne puncto qdem tẽporis lõgius abſcedat. ſed ab utero matris accep
tus ad extremum uitæ diem comitet. Hæc Cenſorinus. Seruius quoq; uir eruditiſſimus ſuper illud
Virgilianũ Huncardorem mentibus addunt. De genio Philoſophorũ exponit ſententiã fere his uer
bis. Apud Plotinum Philoſophum: & alios quæritur: utrũ mentis noſtræ acies ꝑ ſe ad cupiditates: &
cõſilia moueantur: an impulſu alicuius numinis. Et primo dixerunt mẽtes humanas moueri ſua ſpõ
te: deprehẽderũt in ad oĩa honeſta impelli nos genio: & numine quodã familiari: quod nobis naſcen
tibus datur: praua uero noſtra mente nos cupere & deſyderare. Ex his omnibus cõſtare poteſt. Geni
um ad naturã hoĩs referri oportere: nõ eam quidẽ: quæ latiſſime pateat: ſed eam potius: quæ ſingu
lis eſt tributa: ac ꝑ hoc ſuum qſq; geniũ ſortitus eſt. Hunc inter ſelectos Deos ueteres annumerabãt:
quos nihil aliud eſſe: quã hunc mundũ phiberẽt & in qbuſdã qdẽ intelligi uniuerſu: queadmodum
Iouẽ: in qbuſdam uero partes eius: queadmodũ geniũ. Et. n. & mundus totus Iupiter dici conſueuit:
& Genius partes eius aliquas complectitur. Quido quidem: & ſigulis hominibus ſingulos quoque
tributum ẽ Genium: niſi malumus Euclidi Socratico aſſentiri: & duplicem datũ cuiq; arbitrari. Ille igit
genio paret: qui quæ ſecundũ naturã ſunt: ſeqtur: q uitam: corpuſq; tuetur: q ea declinat oĩa: quę no
centia uideantur: ille inq̃ Genio indulgetq̃ dat uoluptati operã: modo eiuſmodi uoluptas ſit: quæ
a uirtute non longe abhorreat. Quid eſt ſecundũ priſcam loquendi cõſuetudinẽ indulgere Genio ali
ud: niſi relaxare naturã: ſuſcipere uoluptates: dare ſe iucunditati: nõ indecoris naturæ oblectamentis
perfrui? Quid contra genium defraudare eſt aliud: quam uiuere durius aſperiorem agere ætatem:
nimia uti parſimonia? Prioris generis apud Flaccum eiuſmodi exemplum eſt. Poſtquam cepit agros
extendere uictor: & urbes. Latior amplecti murus: uinoq; diurno. Placari Genius feſtis impune die
bus. Quod neq; abſq; largioribus epulis: atq; hilarante Baccho: neq; ſine ſumma cõuiuiorum lautitia
fieri poſſet. Alterius generis. P. Terentius in Phormione exemplum præbet. Quod ille unciatim
uix de demenſo ſuo ſuum defraudans genium cõparſit miſer. Nam defraudato genio: parſimonia ſi
gnificatur: quod Nonius Marcellus ait. Quod q amplificandę rei nimis magnũ ſtudium habet: in eo
Exercendi & curandi corporis ſtudiũ relictum fit: omnis elangueſcit uigor: extenuatum: atq; emacia
tum corpus redditur: ut bene dixerit nobilis hiſtoricus i Catilina. Auaritia pecunię ſtudiũ habet: quã
nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi ueniẽs malis imbuta: corpus: animũq; uirilem effeminat: ſemper
infinita & iſatiabilis eſt: neq; copia: neq; inopia minuitur. Sed ad genium redeamus. Genialem nanq;
hyemem inquirimus: quæ ipſa a genio ita appellata eſt. Cũ. n. expoſcat uoluptatẽ genius: quæ maxi
me ſecundũ naturam eſſe uidetur: & Genialis quoq; hyems uoluptatibus gaudet: largius epulatur: &
cõmeſſationes parat: opipera affert conuiuia: lautiores dapes quærit: ſplendidioribus ferculis delecta
tur: nec contenta releuiſſe omnia dolia: atq; omnes ſerias: exotica uina: ſuaue falernum: mollem Cale
num ſorbillat: relaxat parumper moderationis habẽas. Deniq; per Hyemis tempora: & magnificẽtius
& delicatius uitæ genus aſciſcitur: & cum genio ipſo: pręclare agitur. Hinc eſt illud Maronis Virgilii.
Hyems ignaua colono. Frigoribus parto agricolæ plærumq; fruuntur: Mutuaq; inter ſe: læti conuiuia
curant: Inuitat Genialis Hyems: curaſq; reſoluit. Declarat magnus Varro Genialis hyemis feſtiuitatẽ:
atq; lautitia: & ueterẽ per eam tempeſtatẽ cõmeſſandi conſuetudinem: quæ ẽt ab agrorum cultoribus
ſeruatur: q meſſe percepta olearia uinaria frumentaria cella impleta: remiſſis ruſticæ rei laboribus:
quieti: atq; ocio indulgerent. Id. n. laborum uideri ſolet iucundiſſimum premium: quale & ſapiẽs Ec
cleſiaſtes his uerbis ꝓſecutus eſt. Cognoui quod nõ eſſet melius: niſi lętari: & benefacere in uita ſua.
Omnis homo: q comedit: & bibit: & uidet bonũ de labore ſuo: hoc donũ Dei ẽ. Et rurſum. Hoc itaq;
mihi uiſum ẽ bonũ: ut comedat qs: & bibat: & fruatur lætitia ex labore ſuo: quo laborauit ipſe ſub ſo
le numerũ dierũ uitæ ſuæ. quos dedit ei Deus. Et hæc eſt pars illius: & omni homini: cui dedit Deus
diuitias: atq; ſubſtantiã: poteſtatemq; ei tribuit: ut comedat ex eis: & fruatur parte ſua: & lætetur de la
bore ſuo: hoc eſt donũ Dei. Quid nõne & illud Iuuenalis cum Geniali hyeme congruit: q ait? Genia

lis agat. Iſte dies: propterea ſtomachum laxare ſaginis. Et tua ſeruatū cōſume in ſecula Rombū. Proinde Marcellus q de uerborū ſignificatiōe/ elegāter ſcripſit: & grauiter/ Genialē/ hoſpitalē dixit/ ſignificare: q ſ hoſpites: q pegrini amici ſūt/ magnifice/ lauteq̧ accipi oporteat. Itaq̧ & ī nuptiaꝝ ac ludoꝝ celebritate & ī hoſpitibus excipiēdis/ nō mo liberalitate: ueꝝ ēt/ munificētia uti debem9: ſi ꝑcipiētibus Phīs credimus. Atq̧ ob eā cauſaꝫ Sancra ſcriptor nō ignobilis/ de ātiqtate uerborū/ libro tertio. Geniales inqt ſunt: q ad iuitandū: & largius apparandū cibū prōptiores ēent. Nā hoſpitales homines nihil prętermittere cōſuerūt: quod ad magnificentiam: & ſummū apparatus ſplendorem/ pertinere uideat. M. Tullius Theophraſtum probat/ ē quo laudata hoſpitalitas ē: quod ualde decorū eſſe arbitraretur patere domos hominū illuſtriū/ hoſpitibus illuſtribus: quos q honorifice excepiſſent. Eos Sācra geniales appellat. Atq̧ genialem hyemem/ merito iure nuncupare ueteres ſoliti ſunt: quod tum maxime genio indulgerent (ut diximus) & feriabantur plærīq̧ oēs: ociabāturq̧ uacui cura/ ac labore. Per idē tēpus/ Saturnale ſolemne celebrabāt: quod initio/ uno tantū die/ hoc eſt. xiiii. kl'. Ian. deinde in triduū: mox & in. vii. dies protogatū eſt. Quo tempore ꝑ Cecropis inſtitutione: patres familiarū: frugibus: fructibuſq̧ iam coactis: paſſim cum ſeruis ueſcebantur: cum quibus patientiā laboris in rure colendo tolerauiſſent. Nec contenti ob rura poculi: cena/ ac laſciuiente ferculis/ diem plærīq̧ oēs abaco/ & lateculis cōterebant. Quod igitur ea tēpeſtas importuna laboribus ocio/ & quieti accōmodatiſſima uideretur. Genialis hyems/ & dicta/ & habita eſt. Perſpicuū iam puto eſſe: quod uel de genio uel geniali hyeme dicendū erat: ſi. M. Varronis fuerit adiecta ſententia: q de genio alius Philoſophatus eſt. Hic igitur in libro de Diis Selectis/ tres eſſe affirmat aiæ gradus/ in omni/ atq̧ uniuerſa natura. Et primus qdē q per oēs partes corporis: quæ uiuunt trāſit/ nec habet ſenſum: ſed tantū ad uiuendum ualitudinem. Hanc uim in noſtro corpore/ ꝑmanere dicit In oſſa/: ungues/ capillos/ ſicut in mundo/ arbores ſine ſenſu aluntur: creſcunt: & mō quodā ſuo uiuunt. Alterū gradū animę dicit eſſe/ q ſenſum habeat: & hanc uim permanare: in oculos/ aures/ nares/ os/ tactū. Tertiū uero animę gradū. Summum eſſe cōſtituit: eumq̧ animū uocari: in quo intelligendi ſita uis eſt: quo præter hoiem: oēs dicit carere mortales. Hanc ergo partem animę: mundi dicit deū: id quod Aurelius Auguſtinus de Varronis mente patefacit: in nobis autē Geniū uocari. Eſſe aūt in mundo lapides/ ac terram: quā uidemus: quo nō ꝑmanat ſenſus: ut oſſa/ aut ungues dei. Solē uero/ Lunam/ Stellaſq̧ ſentimus: quibus ipſe ſentit: ſenſus eſt eius. Aethera porro animū: cuius uim: quæ peruenit in aſtra: ea quoq̧ facere deos: & per eam: quod in terrā permanat deam Tellurē. Quod aūt inde permanat: Mare/ atq̧ Oceanū/ Deū eſſe Neptunū. Sed qd tam longe progredimur? Ex his patet ſentire Varronē/ Geniū eſſe/ eam partē animę: quæ prę cœteris dominetur: & intelligēdi habeat poteſtatē. Quam ita preclaram/ atq̧ excellentē eſſe: ueteres qdā/ tum Poetæ tum ēt Philoſophi tradiderunt: ut etiā Deū appellare nō dubitarint. Hinc illa apud. M. Tulliū/ in Sexto libro de rep.: Scipio inductus loquitur. Deū te ſcito eſſe. Siquidē deus eſt qui uiget: q ſentit: qui meminit: q prouidet: qui tam regit: & moderatur: & mouet id corpus: cui prępoſitus eſt: q̄ hūc modū: ille princeps Deus. Et ut mundū/ ex quadā parte mortalē/ ipſe Deus æternus ſic fragile corpus/ animus ſempiternus mouet. Euripides quoq̧ aīum exiſtimauit eſſe: atq̧ appellauit deū. Atq̧ hic forſitan Socratis deus erat: q ſibi futura pręſignaret: a quo & ꝓhibetur ſolitus ammoneri ut ab agendo deſiſteret: quando id quod agere uolebat: nō ꝓſpere/ fuerat euenturū. Quanq̄ Apuleius Platonicus/ hac una/ de re ſcripſit librū: quem & de Deo Socratis prænotauit: ubi inueſtigans ex quo genere numinis Socrates habebat/ adiunctū/ atq̧ amicitia quadā conciliatum: & apertei & copioſe/ demonſtrat non illū Deum fuiſſe: ſed Dæmonē: qui medium quendā inter naturam præcellentiſſimam: & infimam animū. i. Deum atq̧ hominem: locum obtinet. Et hic uere Genius erat: Socrati appoſitus. Nam eundem eſſe Genium: & larem: teſte Cenſorino: cum alii multi ueteres prodiderunt: tum potiſſimum ſenſit Flaccus. De qua re rectiſſime in Timæo Cicero: de Dęmonibus: inquit: quos noſtri lares (ſi modo hoc recte conuerſum uideri poteſt): & noſſe: & nuntiare ortum eorū/ maius ē quam ut profiteri nos ſcribere audeamus. Et. n. ſi Genium: & larem eundem eſſe dicimus: & rurſum: quem Græci Dæmona: noſtri larem uocant. Patet Genium/ ac Dæmonem eundē quoq̧ habendum eiſe. Atq̧ hæc hactenus/ ſecundum ueterum opinionem: & eorum Genulum: explicata ſunt. Quod ſi ueritatem/ diligentiū s exquirere uoluerimus: reperiemus etiā in ſacris litteris. pro Genio/ Angelū ad tuendam hominum uitam: & ad quandam ueluti conſeruationem/ ac tutelam/ fuiſſe tributū. Tobiā legimus/ in ueteris legis monumentis/ Raphaelem Angelum habuiſſe cuſtodem: qui etiā Dæmonium comprehendit: religauitq̧ in deſerto ſuperioris Aegipti. In actibus quoq̧ Apoſtolorum: & nouæ legis teſtamento ſcimus/ Simonem Petrū/ Angeli ſepiū fuiſſe preſidio: atq̧ eius muniti cuſtodia/ uinculis & magnis periculis liberatum. Quocirca uere/ luculenterq̧/ præcipiūt: q Angelos bonos: quos Calodæmonas Greci uocāt: ad tuendos homines/ conſtituto affirmant: ut quiuis probus uir: atq̧ electus: cuſtodē Angelū ſortiatur. Itaq̧ Hieronymus inclytus/ ac beatiſſimus doctor: huius rei manifeſtū teſtimoniū ꝓhibet: q ait. Magna dignitas animarū: ut habeat una quęq̧/ ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſibi angelū delegatū. Quod ſi Euclides Socraticus duplicē oibus Geniū dicit appoſitū: Gregorius magnus: & ipſe quoq̧ ueritatis præceptor: aſſerit unūquenq̧ hoiem/ bonū qdē Angelū cuſtodię habere malū uero exercitationis gratia. Quod. n. unicuiq̧ noſtrū/ duo cohæreant Angeli. i. bonus

ac malus: & Ioānes Caſſianus oſtendit: & ſæpius ſcriptura teſtat̃. Cūq; Angeli boni oēs: olum hoīus cōſulāt uitę: ac pſpiciāt ſaluti: cui tñ cura eiuſmodi delegata ē: accuratius ſeruat: nūq̃ defenſionē pretermittit: nec ſuæ pcuratiōi cōmiſſus officiū deſerit. Mali cōtra cōſimiliter: & oēs labē hoīus: atq; excidiū moliūt̃: & p uiribus ad malū ſep ĩpellūt: & q ſinguli ſingulis exercendis pſcribūt̃ iacriorē atrociorēq; pugnā cōſerūt. Sed quæ de his ſm ſacrę ſcripturæ ueritatē: dici poſſint: alius erit accomodatior explicandi locus. Diximus: quæ de Genio: quæq; de Geniali Hyeme: referenda putaremus. Ad naturæ tum: atq; rationem genis pertinere iudicatur: & rem Genialem appellant: quæ maxime naturæ accōmodata eſt. Et nunc quidem ad uoluptatē quādā: feſtiuitatēq; referimus: quale illud apud Iuuenalē. Genialis agatur. Iſte dies. Et Ouidius Naſo Metamorphoſeos libro. Hoſpitis ad uentum: feſtum Genialiter egit. Nunc ad nuptiarum celebritatem. Hinc illud Pompeii Feſti. Genialis lectus: qui nuptiis ſternitur: in honore Genii: unde & appellatur. Et Seruius ſuper Maronis Aeneide libro. vi. geniales pprie ſunt lecti: qui ſternuntur puellis nubentibus: dicti a generandis liberis. Aliquando ad generandi rationē: ex quo: & geniales dixerunt: Aquam: Terram: Ignem: Aerem. Ea. n. ſunt ſemina rerū: quę Græcorum alii ςτχ[illegible]: alii [illegible] dicunt. Duodecim quoq; ſigna: Lunaq;: & Solem: inter hos deos annumerabant. Geniales autem ſecundum hanc rationem a gerendo appellati ſunt: quia plurimum poſſe putabantur: quos deinde Gerulos uocitarunt. Habes quem deum genium ueteres eſſe arbitrarentur: cui & frontem conſecrabant. Vnde uenerantes Deum: frontem attingere conſueſcebant. Habes qd deinde ſit genialis hyems: quā tibi illuſtrari cupiebas. Poterant plura de hiſdem rebus afferri nobis: ſed hæc ſi accuratius legeris: nullus tibi relinquetur (ut arbitror) dubitationi locus. Verū iam riuos claudere tempus ſuadet: quod ſatis multa dicta ſunt: & quieti indulgendum eſt. Nox inſtat: & ſomnus laſſos ſubmittit ocellos.

FINIS.

❡ Subtiliſſimi: ac Fidiſſimi Poetarum interpretis Auguſtini Dathi Senenſis: Lectio prima: qua Virgilii Aeneidem publice explanare cœpiſſet.

TROIA Capta (ut plane Hiſtoricorū grauiſſimus teſtatur Liuius) cum in cœteros ſeuitum Troianos eſſet: duo ſeruati ſunt: Anthenor & Anchiſæ: ac Veneris filius: ad Simoenta fluuium: natus Aeneas. ac de Anthenore quidem opportuniore loco agēdum erit. Aeneas autem dux bello clarus: atq; inſignis Hæros: cum multa ſæpius cum hoſte congreſſus: feciſſet egregię: ad extremum domo profugus (ut idem prodit Liuius) ſeruatus Italię (ut dicit Homerus) ſumptis diis Penatibus: quos ſibi Hector p quietem cōmendauerat: aſſumpto & patre ſene: ac paruulo filio Aſcanio: comitante uxore Creuſa: Matre Dea monſtrante uiam: cum nauibus. xx. mare ingreſſus eſt: Italiam fato: Latinaq; littora petiturus. Traiecit primum in Thraciam: ubi Polydori monitu: cuius tumulum repiſſet: aufugit: auarum littus: cōdita prius ciuitate: quam de ſuo nomine: uocauit Aeneam. Fam ipſas etiam hiſtorici memorant: & Theſſaloniæ propinquam: fuiſſe perhibent. Rurſum nauim conſcendens: in Cretam uenit: ubi cum aliquādiu conſtitiſſet: non ſatis recte oracula interpretatus: peſtilentia inde pulſus eſt. Cogitans deinde Italiam: in Caoniam tranſmiſit: futuraq; ab Eleno Vate inſtructus: Siciliam petiit: apud Drepanum (ut Maroni placet) patrem Anchiſen perdidit. Porro cum Sicilia ſoluiſſet: aduerſa tempeſtate: in Aphricā delatus eſt: inq; ea regione a Didone Regina honorifice exceptus eſt: & (ſi fabulis credimus) etiam ardenter amatus. Increpitus tum Deorum iuſſu: Aphricam reliquit: atq; iterum Siciliam repetiuit. Ibi tum ludis: & anniuerſario in honorem patris celebrato: Aceſta poſita ciuitate: & ſuorum ibidem parte relicta: dum Italiam pergit: Palinurum gubernatorem: claſſis amiſit. Exinde Baias appulit: & Cumæa Sybilla duce: ad Inferos deſcendit: ad Elyſios campos: uſque penetrauit. Cognita: Anchiſe referente: ſuæ poſteritatis ſerie: ad ſuperos rediens perſoluit Miſeno inferias. Mox Caietam uenit: & nutrice amiſſa eius nominis urbem condidit. Poſtremo ad Oſtia Tyberis peruenit. Itaq; ad deſtinatum locum: ſe ueniſſe ratus. finem ulterius nauigandi fecit. Lauiniam Latini Regis filiam: antea Turno pactam: iuxta Oraculi uocem: accepit uxorem. Quam ob cauſam a Turno bello laceſſitus eſt: adiutus potiſſimum Euandri Archadis auxilio: ac diu conflictatus maximarum rerum: & ampliſſimi: ac florentiſſimi regni dedit initium. Ac poſtmodum excedens rebus humanis: in numerum Deorū (ut fabulantur) tranſlatus eſt: & deus habitus. De quo Liuius hæc memorię pdidit. Huic ſecūdū cū Latinis præliū: ultimū opum mortaliū fuit. Eumq; ſitum: ſuper Numicum flumen: Iouem Indigetem appelarunt. Cunq; ab Aenea Troianorum duce: res Romana profectura eſſet: & ea quidem urbs: quæ totius orbis aſſequeretur Imperium: non ſine cauſa commentus eſt: elegantiſſimus Vates: Aeneam progenitorē eorum: qui urbem

Romam condituri eſſent: profectum ſoluiſſe Aſia: delatum in Aphricam ad Didonis regna peruenisse: tandem attigiſſe Europam: ut per eiuſmodi luſtrationem totius mundi partium terrarũ oium atq; uniuerſi orbis auſpicaretur Imperium. Hoc igitur prçclaro carmine: argumentum ingens cępit Virgilius Maro: & adiecit latio eximium decus: Videlicet Poeta magnus: omniumq; præclariſſimus atq; optimus: ut Aurelius Auguſtinus ait: & Homerum imitatus: qui Achillem cecinerat: hic Aenee errorem primũ: tum bellum cantauit: quod cum Turno geſſit Aeneas. Reliquum eſt ut præſtãtiſſimus præceptor: & optimus auunculus: partes ſuas proſequatur. Dixi.

¶ Hæc hactenus recenſuit Petrus Fundius. Tum Primã Aenidos lectionẽ legit Augu. Dath. atq; eam mandauit litteris Andreoccio Gerardo Senẽſi Equeſtris dignitatis tiro poſtulante.

Atis ſuperq; præclari carminis argumentum expoſuit Petrus Fundius Sororis filius: ſed in litteris mihi atq; eruditione genitus: proſequatur ipſe egregii poematis explicationem non reiectis quattuor uerſiculis: quos Tucca detraxit: & Varus: cum ſint mea quidem ſententia: cognitione digniſſimi.

¶ Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen: & egreſſus Siluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

Arma uirumq; cano. Hos uerſus Virgilius Maro ediderat Aeneidos initium: ſed eos poſtea: detraxere Varus: & Tucca Virgilii: & Horatii (ut Cæſarieñſis Euſebius inquit) contubernales: atq; illuſtres Poetę: quibus ab Auguſto Cæſare emendanda Aeneis tradita ẽ ea lege: ut nihil prorſus adderent. Exile. n. & fere ieiunitatis plenum uidebatur initium tam alti: tamq; preclari operis. Nihil namq; eſt: inter Latinorum Poetarũ carmina: neq; maius Aeneide: nec præſtabilius. Sed in his quattuor uerſibus illud artificiosum ac præclarũ uideri debet. Nam quemadmodũ tria carmina: Bucolicũ: Georgicum: Aeneidoſq; cõmemorat: ita & eleganter ac perdocte: triplicẽ dicendi figurã ſeruauit: & priorem quidẽ uerſum attenuate ac demiſſe: & gracili quadam: tenuiq; figura: & ſubtili: atq; uenuſto caractere dicendi inceptauit dicens. Ille ego qui quõdam gracili modulatus auena Carmen: qui uero ad rura: culturamq; agrorũ uerſus pertinerent: eos ita compoſuit: ut humili non tamen infima uerborũ dignitate: & moderato quodã atq; amœno dicẽdi genere pſonarẽt: quod diligenti & ſtudioſo homini (ſi legat accuratius) plane erit manifeſtũ. Et egreſſus Siluis uicina coegi: Vt q̃uis auido parerent arua colono: gratum opus agricolis. Tum grauis: ualida: & uberem quidam dignitatẽ: atq; amplitudinẽ continens figura cõteritur cum tuba terribili ſonitu: & clangore uehemente intonat. At nunc horrentia Martis arma: Viruq; cano. Quibus uerbis quid ſublimius: quid magnificẽtius: dici poterat! Bene itaq; qui in Virgilium commentarios ediderunt: humili oratione Bucolica: grauiſſima Aeneiden: media uero Georgica fuiſſe conſcripta a Poeta inſigni ac Mãtuano Vate teſtati ſunt. Quattuor uero his uerſibus profitetur Virgilius paſtorale carmen cecinisse: tum tradidiſſe de agricolatione præcepta. Iam uero ſubiturum ſeſe aductum Aenee in Italiam: diuturnumq; errorem reſq; eius ducis belli geſtas.

Gracili auena. Eſt humili Stilo. Eadem. n. quæ a Cicerone extenuata figura quę a Donato & Seruio tenuis nominatur: ab. A. Gelio gracilis dicta eſt: quẽ Græci dicendi caracterẽ ισχνον uocant:

Modulatus. Modulari & canere ad Muſicos ac Poetas pertinet. Muſici. n. quondã Vates ac ſapiẽtes iidem iudicari conſueuerunt: idq; ipſum pulcherrime Fabius Quintilianus oſtendit: atq; ei numero Orpheum ante alios: Linumq; aſcribit: utrumq; (ut eſt in fabulis) Diis genitus: quorũ alterũ quod rudes: atq; agreſtes aĩos Thraucia fretus cithara: fidibuſq; canoris: & diſciplinę Poeticę modulis demulceret: non feras modo ſed ſaxa quoq;: & ſiluas duxiſſe phibẽt: quę res uel muſicę peritię uel Poeticæ diſciplinæ poteſtatẽ: uimq; demonſtrat. Recte igitur Virgilius quaſi quidam Latinorum Homerus: carmẽ ſe modulatum dicit: quod eſt uerſibus ceciniſſe. Coegi: ut q̃uis auido: parerẽt arua colono. Arua ſunt terra: quã ad percipiendas fruges excolimus. Terra igitur (ut. M. Cato inprimis: & Cicero teſte ſunt) nunq̃ ſine uſura reddit: quod accæpit: ſed plerũq; maiore cum fœnore: uidelicet ſi ager ipſe diligenter fuerit excultus: interdũ uero minore: quum fuerit a colonis neglectus. Parẽt igitur: atq; obtẽperant arua colono: quum multo plus efferunt agri: q̃ acceperunt: ſed tum parent auido colono: quũ menſurã longe cumulatiſſimã reddunt: magnamq;: atq; auidiſſimã agricolæ ipſius cupiditatẽ explent. Itaq; Virgilius de colendis agris dicit: ſe eiuſmodi artẽt atq; precepta tradidiſſe: quę ſi colonus ſeruet: quilibet auidus ſit: faciliime erit ſui uoti cõpos ac fauente Georgico carmine: multas cõgeret in horreũ fruges. Quãuis: Non quanq̃ in hoc loco: ſed quantumuis ſignificat: ſicut & quilibet. Poſſet & quãuis exponi pro quãq̃: ſed id præter erudiſiſſimos nemo prorſus intelligat: pulcherrimaq; ea eſt loquendi figura.

Horrẽtia Martis arma. Erudite Virgilius bellũ his uerbis expreſſit: cui ueteres Martem præeſſe teſtantur. Nam quemadmodũ Mars ipſe ferus exiſtimatur: ita & quibus præeſt opa horrentia ſunt: quæ

H iiii.

uriq; bella putamus. Qua re &. M. Cicero. vi. de Rep. libro: qum cęleſtes orbes: globoſq; deſcribit: Martem his uerbis cōmemorat. Tūs rutilus: horribiliſq; terris: quē Martiū dicitis. Noſter igitur Orator Martē horribilē: ſapiens Vates horrentia arma Martis nō abſurde poſuit. Martem ferunt inter ſeptem illa errantia ſydera: tertiū orbem: globumq; eſſe ſortitum: & bieni curriculo Zodiacum circū peterrare: plurimū autē obeſſe: niſi eius infeſtiorem uim Iouis ac Veneris: qui ſalutares Planetæ ſunt: commertium ac uicinitas moderetur. Stella eſt (ut Aſtrologi tradunt) quæ plurimū habet caliditatis ac ſiccitatis: atq; ob eam rem pręliis: contentionibuſq; præeſſe. Nam uterq; tum calor tum etiā ſiccitas: magnā ad inflāmādos hoīum aīos uim habere Phiſicis rationibus declaratur.

Arma Virumq; cano: duo proponit Virgilius: quorū utrunq; & Titus Liuius hiſtoria cōplexus eſt: primo libro ab urbe condita. Nam de Aeneę ipſius peruagatione: atq; in Italiam aduentu: deq; eius rebus geſtis non ſolum Poetæ fabulantur: ſed etiā loquuntur Hiſtorici.

Virum. Aeneam intelligi duo argumento ſunt: ſed imprimis carminis pręnotatio. Et. n. opus uniuerſum Aeneis inſcripta eſt: quod ab Aenea nomen inflectitur. Naȝ quemadmodū Odyſſea: quod de Vlyſſe: Ilias: quod de Ilio: Thebais quod de Thebis: Achilleis: quod de Achille: Theſeis: qđ de Theſeo: Metamorphoſis: quod de tranſformationibus ſcripta ſit: nuncupatur: ita & Aeneis: quod in ea ducis Aeneæ geſta ediſſerantur hoc nomine appellata eſt. Quin ēt adhibitæ circunſtantiæ Aeneam manifeſtant. Quid. n. refert uel Aeneam proponere uel eum uirum: qui ex Troiano ſolo fatorum uoluntate: primus ad Italiæ partem Latina litora uenit: cum is certe Aeneas fuerit!

Cano. Cantare Poetas nemo dubitat eorū: q & diſciplinę Muſicę rōnē & eruditiſſimorū ueterū ſcripta cognouerit. Nā (ut ēt Auguſtinꝰ Aurelius tradit: & nemo ignorat) omnipotētia canēdi muſis tributa ē. Hę uero Poeticę pſunt: ut apud Platonē in Phędro oſtēdit Socrates. Muſas aūt eē cantū etiā ruſtici nouerūt: ut ait Macrobius: quare eaſdem & camœnas quaſi a canendo auſi ſunt appellare. Et Theologi nouem Muſas octo Spherarum muſicos cantus: & unam maximam concinentiā: quæ cōfit ex omnibus: eſſe uoluerunt. Quo circa & canere cęlū comprobant: ob eamq; cauſam: etiaȝ ſonos muſicos ſacrificiis adhibebāt. Scite igiř: Aurelius Auguſtinus primo librorū: quos de Muſica arte cōpoſuit: muſicā finit bene modulandi ſcientiā: id aūt ē bene concinendi. Nam canere: & modulari: ad Poetas pertinere: ut ſupra iam patefactum eſt. Hinc Virgilius. Gracili modulatus auena: Carmen. Modulari uero: & canere: utrunq; cantare ſignificat. At cantant Poetę: & Muſicū ſtudiū eſt plęrunq; Poeticū. Hinc illud apud Terentiū in Eautontimerumenon. Tum quod maliuolus uetus poeta dictat: repente ad ſtudium ſe applicaſſe hunc muſicum. Rurſuȝ in Echirra. Ita Poetam reſtitui in locū: ppe iā remotū iniuria aduerſariū a ſtudio atq; a labore: & ab arte Muſica. Et iterū eodē in loco. Nolite ſinere per uos artē muſicā recidere ad paucos. De Poetico nanq; ſtudio loquebař. Demū in Phormione eadem ſententia rectiſſime confirmatur: qum dicit Caliopius: in medio oībus palmam eſſe poſitam: qui artem tractant Muſicam. Itaq; ne in hac explanatione diutius īmorer: Poetarū officiū eſt canere aut modulari: opus uero carmen uel poema. Hinc Homerus Poetarū facile princeps ad muſam cōuerſus: quæ cantui præ eſſet: Iliada ſcripturus: in hunc modū profatus ē μῆνιν ἄειδε θεα. quem Virgilius ī plęriſq; imitatus inqt. Arma uirumq; cano: & alio in loco. Cecini paſcua: rura: duces: quod eſt cātaui imprimis tria carmina: Paſtorale: Ruſticum: & Heroicū de Aenea. Canere uero cātare intelligi oportere idem Poeta manifeſtat: q in Bucolicis de Heſiodo ita locutus eſt. Hos tibi dāt calamos: en accipe: Muſæ. Aſcreo quos ante ſeni: qbus ille ſolebat. Cantando rigidas deducere montibus ornos. Quare non indocte qſqs ita exorſus eſt: quod eſt apud Flaccū. Fortunā Priami cantabo: & nobile bellū. Et Boetius Seuerinus: Vir ſciētia: & doctrina oīum pene pręſtātiſſimus: & canēdi & modulandi: & cantandi deniq; exēpla ſuppeditat teſtificans ea oīa eſſe Poetarum ac Vatū munera. De Philoſophia. n. quā loquentē inducit: & uerſibus ſæpe ludentē: ita ait. Hæc cū Philoſophia dignitate uultus: & oris grauitate ſeruata: leniter: ſuauiterq; ceciniſſet. Et rurſuȝ. Iam cātum illa finierat: cū me audiendi auidū: ſtupentēq; arrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Ac paulo poſt. Canendi ēt iucūditate refouiſti. Cumq; Philoſophia quę ſecuȝ loqueretur: uerſus allatura eſſet ac ſimul: inqt: ita modulata eſt. Deniq; & alio in loco hæc uerba ſubiecit. Quare neceſſe erit humanū genus: uti paulo ante cantabas. Et alia: ſed infinitū ſit eiuſmodi exēpla colligere. Hæc aūt idcirco attulimꝰ ad eorū ſententiā refellēdā: q iperiti harū rerū ac prſus ignari: illepide atq; īpetite: canere apud Poetas uolūt eē deſcribere: nec uerbi ipſius aut uiȝ aut elegantiā cōplecti aīo pñt.

Troiæ q primus ab oris. Italā fato pfugus: Latinaq; uenit: Littora. Primū dicit Aeneā in Italiam ueniſſe: quia in re plęriq; uiri ēt eruditiſſimi dubitare conſuerūt: quod nō multo poſt idē Poeta profectū Antenorē in eam Italiæ partē: quę iāpridē Venetia dicebatur: & Patauiuȝ condidiſſe perhibeat: idq; multis ēt ānis ante: quā Italiā attigiſſet Aeneas. Nam & ipſi quoq; Hiſtoriarū ſcriptores primū ueniſſe Antēorē: cū multitudine henetū: tū Aeneā nō obſcure declarāt. Quę res dubitationē plane difficillimā uideř afferř. Verū reſpōdēt nōnulli: & hi qdē nō illiterati: aſſerūtq; nouitatē errorē eiuſmodi pepiſſe: fuiſſe quōdā nō tā latos ipſius Italiæ fines: ſed longe anguſtiores nec niſi ad Rubiconem uſq; flumē pduci: ac recenti memoria uſq; ad Alpis fuiſſe protractos: teſtem producunt immedium Lucanū Cordubenſem. Poetam nequaquā ignobilē: qui hac de re ita locutus eſt. Sed Gallica

aertus/Limes ab Auſoniis diſterminat a tua colonis. Hanc ego ſententiã nec ſatis probo: nec plane reiicio. Habet. n. auctores uiros / certe probatiſſimos. Alii nõ totã Italiã cõmemorari uolũt: ſed eius partẽ quampiã: ubi Italia & Laurentes agri / modico atq; anguſto freto / ab Sicilia diuidunt. Quare & eidẽ uerſui ab erudito Poeta acceſſio facta ẽ / Lauinaq; uenit Littora. Et. n. nõ ad Latina littora Anthenor: ſed in intimũ maris Adriatici ſinũ ueniſſe dicitur. Hæc uero ſentẽtia & Poetæ uerbis conuenit / & ab hiſtoricorũ ueritate nequaq̃ abhorret. Sed longe acutius / ac multo uerius ſenſere: q nuper exorti ſunt: & poetã Virgiliũ cauiſſe profitentur: ut ulla eſſet prorſus ĩ tam ſplẽdido poemate dubitatio: qn facile diſſolui queat. Venit itaq; Anthenor ĩ eas terras: q̃ modo Italia nũcupatur: uenit etiã multo ante q̃ aduentaret Aeneas. At primus uenit Aeneas in Italiã fato: nũqd fatũ fruſtra adhibuit ſapiẽtiſſimus Vates? Sʒ pleriq; nõ tã ipſi pſpicaces / q̃ alio℞ explanatiõe cõtẽti: neq; fatũ aĩaduertũt: neq; qd ſit fatũ ipſum / plane intelligũt. Qui ſi Liuii hiſtoriam lectitaſſent: ſua pfecto ſentẽtia / atq; errore deſiſterent. Nã Anthenorẽ qdẽ ipſu℞ cũ multitudine Henetũ ueniſſe ait / in intimũ maris Adriatici ſinũ: ac tenuiſſe terras: q̃ inter mare alpiſq; ſitæ erãt: pulſis Euganeis. Aeneam uero a ſimili clade domo pfugũ: ſed ad maiora re℞ initia / ducẽtibus fatis / primo ĩ Macedoniã ueniſſe: deinde in Siciliã quętentẽ ſedes delatũ / poſtremo Laurentẽ agrũ tenuiſſe narrat. Mira hęc Hiſtorici Poetęq; cõcordia. Fato cantat Vates; primũ ĩ Italiã Aeneas ueniſſe: eundẽ ſcriptor hiſtoria℞ nobiliſſimus / orbẽ peruaſe tradit / ducentibus fatis: Vterq; uerò nõ in caliide profugũ Aeneam uocãt. Neq;. n. ſuæ ſponsis erat: nec ſuo arbitrio ducebatur: & qđ creditu difficile quibuſdã uideri ſolet: neſciebat Aeneas Troianiq; ubi fas eſſet / regna reſurgere Troiæ. Vago curſu ducebantur: multoſq; per annos errabant acti fatis: maria oia circum. Num igiť Deo℞ iuſſu æque dicetur ueniſſe Antenor Patauiũ conditurus: atq; Aeneas: q erat totius orbis cõſtituturus imperiũ? Neq;. n. fuit ulla unq̃ reſpub. aut bonis artibus ditior: aut præſtabilior imperii magnitudine: ac Romana ciuitas tantũ alias inter caput extulit urbes: quantũ lenta ſolẽt inter uiburna cupreſſi. Bene igiť Aeneam ad tantæ / tamq; auguſtæ urbis primordia fata ducebãt: & ne de Fato pluribus modo philoſophari uideamur: fatũ cũ Platone / Dei iuſſionẽ ac uolũtatẽ interpretamur. Quare & cũ apud Didonẽ Aeneas ipſe primo Virgilii cõmẽto diuerſaretur: iuſſus ẽ amoribus cedere / ac fatis obſequi. Itaq; & quarto eiuſdẽ carminis libro / a Ioue miſſus Mercurius / Aeneam his uerſibus affať. Tu nũc Carthaginis altæ / Fundamẽta locas: pulchrãq; uxorius urbẽ Extruis? Heu regni: re℞q; oblite tua℞. Ipſe Deũ tibi me claro demittit olympo. Regnator coelum & terras qui numine torquet. Ipſe hæc ferre iubet / celeres mandata p auras. Quid ſtruis: aut qua ſpe lybicis teris ocia terris? Si te nulla mouet tanta℞ gloria re℞. Nec ſup ipſe tua moliris laude laborẽ. Aſcaniũ ſurgentẽ: & ſpes hęredis Iuli. Reſpice: cui regnũ Italiæ / Romanaq; tellus. Debentur. Quæ cũ accepiſſet Aeneas auebat / abire / fuga dulceſq; relinquere terras. Attonitus tãto monitu / imperioq; deo℞. Et ruſum de eodẽ Aenea paulo poſt. Ille Iouis monitus ĩmota tenebat lumina: & obnixus / curã ſub corde premebat. Itaq; poſtrema hæc ſententia / ut elegãtia ſubtilitateq; ſupiores illas: ita & ueritate longiſſime antecellit.

Vi ſuperũ / ſæuę memorẽ Iunonis ob iram. Contra Epicureo℞ Stoico℞q; ſententiã / uerſum hũc poſuit Virgilius. Quo℞ Epicurei Deos oĩo ocioſos cõſtituebãt: negabãtq; ullas prorſus habere humana℞ re℞ procuratiõnẽ: atq; ita nec gratiã in eos ad benefaciendũ: nec iram ad nocẽdũ cadere: alteri uero gratiã Diis ĩmortalibus tribuebãt: ſed iram a diuinitate penitus cenſebãt / alienã eſſe: quod nõ diuinę maieſtatis: ſed terrenę fragilitatis ſit cõcitari: pturbari: ĩſanire: q̃ oĩa ĩ ſalo atq; ęſtu iratę mẽtis ineſſe credũtur. Sed ſapiẽs fortaſſe Vates / ut falſos & cõmẽtitios Deos a ueræ diuinitatis Maieſtate ſeiungeret: etiã diuo℞ Reginã & maximã oĩum (ut ſtulti ueteres putabãt) Deas iraſci: pturbari: & ęgritudinũ agitari fluctibus pſitet. Et ne iram qſpiã intelligeret: q̃ etiã ſolet ĩ Deos cadere: ſæuã & imitem Iunonẽ uocitauit: cũ eñ nihil magis a diuinitatis natura abhorreat / q̃ ſæuitia / atq; crudelitas. Qđ ſi q ſęuã Iunonẽ magnã interpretanť: ii fortaſſe boni uiri fuerint: ſed pfecto non ſatis eruditi.

Dum conderet urbẽ. Quã urbẽ intelligi Poeta uelit / magna apud nõnullos diſceptatio eſt. Multi. n. nõ tam exponẽda℞ re℞ q̃ oſtentandi ingenii gratia / unã eandẽq; cuiuſpiam libri partẽ in uarias diſtrahũt ſentẽtias: qđ cõtingit iis: q urbẽ hoc ĩ loco / uel Lauinium / uel lõgã Albã / uel Romã intelligi poſſe arbitranť. Sed nos optimis ſubnixi rõnibus Romanã dũtaxat urbẽ interpretamur. Primũ. n. ſi ad magna quædã re℞ initia / & ad auguſtiſſimæ urbis primordia Aeneam Troiano℞ ducẽ fata ducebãt: qua rõne uel Lauiniũ / uel longã Albã ſuſpicabimur: cũ utrinſq; & anguſti fines extiterint: & p breue tẽpus durarit imperium. Eiuſmodi igiť impia Dii ĩmortales moliebanť. Has urbes Iuppiter ſępe pollicebať. Sed longe erat Carthago maior / ac pręſtabilior / aptiorq;: in qua cũ Didone regnaret Aeneas. Heccine erat tanta℞ gloria re℞: hoc pręclarũ Italiæ regnũ. Ridicule igiť in hoc loco alterutram nomĩnata℞ urbiũ cõmemorãt. Qđ ſi hãc rõnem ob ingenii tarditatẽ pſpicere nequeũt: audiant Poetã ipſum: q pſpicue / ac dilucide Romanã urbẽ explicauit: aſſerens Aeneã ducẽ / ac cęteros Troianos Gręco℞ reliquias iactatos ęquore toto: & p uarias maris ipſius oras uagari. Tantę molis erat Romanã cõdere gentẽ. Illud quoq; ſpectandũ eſt: qđ urbẽ etiã uulgata cõſuetudine: niſi aliud adiectũ fuerit: Romã ſignificari credimus: ob eius magnitudinẽ: atq; pręſtãtiã: ut Oratores / Demoſthenem & Ciceronẽ: Poetas Home℞ & Virgilium.

Genus unde latinum. Liuius auctor optimus / nuſquam Latinos cõmemorat: neq; id nominis in ſua

hiſtoria meminit: donec ab Aenea ipſo ab originibus Troianiſq; impoſitū eſt. Gens. n. cui Latinus imperabat: Aborigines uocabātur: quos uero Aeneas duxerat: Troiani. Sed poſtq̄ Mezentius Heruſcorū Rex Turno Rutuliſq; iam diffiſis rebus ſocia arma iunxit. Aeneas ea tempeſtate aduerſus tanti belli terrorē: ut animos Aboriginū ſibi conciliaret: ue ſub eodē iure ſolū: ſed etiā noīe oēs eēnt: Latinos utrāq; gentē appellauit. Qua qdē re effectū eſt: ut Aborigines Troianis ſtudio ac fide erga Regē Aeneam nequaq̄ cederēt. Bene igiẗ a Mātuano Vate tradiẗ Latinū genus ab Aenea deductū. Albaniq; patres. Aſcanius: cui cognomētū etiā Iulo erat: quēq; Iulia gens auctorē nominis ſui nuncupat: incertum ſi Creuſa uel Lauinia genitus: ſed pculdubio Aenea natus: poſt patris obitum Lauinio urbe relicta: nouā aliā ſub Albano monte cōdidit: q̄ a ſitu: ut ait Liuius: porrectę ī dorſo urbis Longa alba appellata ē: Liquido ex his conſtat Albanos patres ab Aenea profectos.

Altæ moenia Romæ. Compertū eſt mihi apud hiſtoriarū ſcriptores nō Latinos ſolū: ſed etiā Græcos quicunq; ueritatis nobilitate pręſtant: Romanā urbē auctores habuiſſe Remū ac Romulū fratres: ſed eorū quoq; genus (ſi altius initia repetanẗ) ab Aenea ſumpſit exordiū. Ita. n. origo antiquor. & quaſi genealogia cōtexiẗ. Aeneas nāq; genuit Aſcaniū: q (ut diximus paulo ante) & lōgā Albā cōdidit: & ī ea regnauit. Aſcanius genuit Aeneam Siluium. Aeneas Latinū Siluiū. Latinus genuit Albam. Alba genuit Athem. Athis genuit Capitem. Capis Capetū. Capetus genuit Tyberinū. Tyberinus genuit Agrippam. Agrippa genuit Romulū Siluiū. Hic uero fulmine ictus Auentino regnū p manus tradidit: hinc deinceps Proca ſucceſſit ī regnū: q Numitorē atq; Amuliū pcreauit. Numitor Rheam Siluiā genuit: ex qua a Marte compreſſa (ut pleriq; fabulanẗ) geminus partus editus eſt: natiq; Remus & Romulus: q Romanæ urbis incunabula quædā primordiaq; iecerūt. Nō abſurde igiẗ dictū & moenia initiaq; Romani populi ab Aenea fluxiſſe.

Moenia. Pleriq; hāc particulā unde ducta ſit: ignorāt. Vulgus aūt Grāmaticorū moenia appellari dicit ueluti numina: q̄ totius urbis munimēta ſint. Verū turba īperitorū hoīus ita arbitrāẗ: neſciētes moeniū extitiſſe: q mœnia primus excogitauit: ac mœnia poſt ab ipſo inētore Mœnio ſumpſiſſe nomē.

Romæ. Sunt q ambigant: quā ob rem Roma appellata ē: & quærentes unde id nomē ductū ſit: in cōtrarias opiniones diſtrahunẗ. Quidā arbitranẗ primū eam Romæ appellationē ab Euandro inditam: q cū oppidū ibi offēdiſſet: q̄ extructū antea Valentiā dixerat latina iuuentus: ne prioris nominis ſignificationē imutaret. Romā Græce Valentiā appellauit. Nos aūt Græcorū uolumina pſcrutantes. animaduertimus ρώμην robur ſignificare. Nup uero apud Iſocratem: uerum apud Gręcos magna gloria excellentem idnomen repperimus: qui de robore & corporis uiribus ita locutus eſt.

Eadē aūt apud Gręcos dictio fęminino genere ω litterā & daſea: q̄ craſſi ſpūs nota ē: perſcripta mō robur: modo Romā urbē ſignificat. Q̄d ſi Græcos imitemur: prima eius particulę ſyllaba aſpirationem admittat: cū nuſquā ī uetuſtiſſimis codicibus Rhomam aut audiuerim: aut legerim fuere nōnulli in qbus & Heraclides auctor etiā celeberrimus: q Romā a nobiliſſima quadā muliere & captiua originē traxiſſe uelint. Dicūt. n. Troia capta Achiuorū quoſdā p Tyberim amnē ī ea loca uenitaſſe: ubi nūc Roma ſita eſt. Suaſu aūt Romæ: q̄ una inter captiuas plurimū corporis forma & uultus decore ac uetuſtate præſtabat: ſedes inibi locauiſſe atq; mœnia inſtruxiſſe noui oppidi: q̄d ab illius noīe Romā appellarint. Alii uero: quorū imprimis fuit Agathocles: eandē urbē a noīe Romes nūcupatā ferūt: ſed fuit Romæ Aſcanii (ut ipſi phibēt) filia & neptis Aeneæ: quā ob pclara uirtutū muliebriū merita dignā exiſtimarūt: cuius appellationē Romana ciuitas ſortireẗ. Sed hęc forſitan cęteris hoibus quaſi ſimilia ueri ac pbabilia uideri poſſint. Sed nos Liuiū ī pleriſq; auctorē ſecuti Romam a cōditoris noīe appellatā credimus. Nā Romulus ipſe poſt fratris interitū ac cędē turpiſſimā ſolus potitus imperio urbē pfecit: & de ſuo noīe Romā uocauit.

Muſa mihi cauſas memora. Mos eſt Poetis cū bonis uotiſq; & pcationibus Deorū Dearūq; carmina exordiri: ſed plerūq; Muſas inuocare: quæ ut iam ſupra ex Platonis ſentētia oſtenſum ē: Poeticæ pręſunt: quippe quæ Poetarū ac Vatū inceptis aſpirare dicanẗ: & plerūq; qdē Muſam unā inuocāt: aliquādo aūt Muſarū chorū cōprecanẗ. Vnā alloquiẗ Homerus.

Vnā rurſus in Odiſſea.

Surculus itē Statius in Achilleide. Magnāimū Eacidē formidatāq; tonāti Progeniē: & patrio uetitā ſuccedere cælo Diua refer. Sylnius quoq; Italicus unā inuocat. Da Muſa decus memorare laborū. Antiquæ experię quantoſq; ad bella creauit. Et quot Roma uiros ſacri quum pfida pacti. Gens Cadmea ſup regno certamīa mouit. Plures alloqtur ī Thebaide Statius. Fraternas acies alternaq; regna profanis. Decertata odiis: ſonteſq; euoluere Thebas Pierius mēti calor īcidit: unde iubetis Ire deæ! Heſiodū imitatus ē: cuius opis primordiū nō illepide: q̄ plā de noſtris in Latinū cōuertit. Huc ex Pierio reſonātes uertice Muſæ: Ferte pedem: & cantu ueſtrū cclebrate parentē. Nō nunq̄ Deū & Deam Poetæ inuocant: quale eſt illud in Georgicis. Vos o clariſſima mūdi Lumina labentē cœlo: quæ ducitis annū: Liber & alma Ceres. Adhibet & alios poſt Deos Deaſq;: quos orabat: ut pręſētes ac propitii forēt. Interdū nullius Dei propriū nomē adiiciẗ: ſed oēs ſimul inuocāẗ: quale eſt apud Ouidiū in Metamorphoſeos libro. Dii cœptis aſpirate meis. Vna Dea nō nūq̄ cōtēti ſunt: cuius ope utanẗ. Id. T. Lucretio cōtigiẗ ita exordienti. Aeneadū genitrix hoium diuūq; uoluptas Alma Venus. Sed

illud ĩ his precationibus aptiſſimũ uideri debet:ſi qui ei rei-de qua agẽdũ ſit:præfuerint:ii a Poetis
Dii-Deæq; inuocabunť. Recte igiť agricolationis præcepta canẽti:Ruſtica numina iuocanť:& infe
rorũ res qſpiam agat cõmodiſſime ei Dis pater & Dii manes adſunt:quale apud Claudianũ Poetã
inſignẽ inuenin licet. Dii qbus ĩ numerũ uacui famulanť auerni. Vulgus iners opibus:quo᷑ dona
tur auaris. Quicqd in orbe perit:quos Styx liuentibus ambit:Interfuſa uadis:& quos ſpumãna tor
quẽs:Aequora gurgitibus Phlegeton perluſtrat anhelis:Vos mihi ſacra᷑ penetralia pãdite rerũ. Hoc
apud Virgiliũ nõ tñ frequẽs eſt:Sed illud pportunũ:quo ĩ ſexto Aeneidos libro uſus eſt-dicẽs. Dii
qbus imperium eſt anima᷑:umbræq; ſilẽtes. Et Chaos-& Phlegeton loca nocte ſilentia late. Sit mihi
fas audita loq:ſit numine ueſtro:Pãdere res alta terra-& caligine merſas. Magni.n.refert:quẽ Deũ
q͂ ĩ p Deam Poeta inuocet:Caliopen modo precať Vates:cuius munere atq; ope utendũ eſſet. No
uem.n. Muſæ ſunt:& ſuo quæq; officio fungitur.

Inſignẽ pietate uirũ. Pium hominẽ:quę q; ſit Pietas uirtus-plerique ignorãt:atq; ob eam ignorationem
Aeneę pietatẽ perperã-indocta-atq; imperita Grãmatico᷑ cohors iterpretantur. Sępe Aeneam Vir
gilius cõmemorãs-inſignẽ pietate uirũ fuiſſe teſtatur. M. Cicero ĩ Rhetoricis libris pietatẽ a religio-
ne ſeiunxit:ac finiuit eã uirtutẽ eſſe:p quã ſanguine cõiunctis-patriſq; beniuolis officiũ & diligens
tribuitur cultura. Hãc ego diffinitionẽ cõſiderãs-uereor ne hi libri ſint:q inchoati-ac rudes Cicero
ne puero adhuc-atq; adoleſcẽtulo exciderũt:qđ ad. Q. Fratrem ſcribit. Neq;.n.eã pietatis ratio:ut
pietate ĩ ſanguine cõiũctos-utendũ ſit:ſed (ut ueteres exiſtimabãt) in Deos ĩmortales (ut nos re-
ctius arbitramur) In principẽ unũ-atq; omnipotentẽ Deũ. Nimis tum Cicero familiaribꝰ negociis
impediebatur. Sed cũ poſt acrius philoſophari cœpit-nõ incõſiderate-pietatẽ diffiniuit:ſed eius no-
mine rectiſſime uſus ẽ. Nam ĩ libris-quos ſcripſit de natura deo᷑:ipſæpe pietatẽ-ad Deo᷑ cultũ re-
tulit:ac differẽs cõtra eos:q oĩo nullã habere cenſerent re᷑ humana᷑ pcurationẽ Deos-cõtinuo ho
rum inquit:Si uera ſentẽtia ẽ:quæ põt eſſe pietas? quæ ſanctitas? quæ religio? Et rurſum. In ſpecie fi
ctæ ſimulationis-ſicut reliquę uirtutes:ita pietas ineſſe nõ põt:cũ qua ſimul ſanctitatẽ & religionẽ tol
li neceſſe eſt. Et in alio loco idem. Cultus Deo᷑ eſt optimus:idemq; caſtiſſimus-atq; ſanctiſſimus-ple
niſſimusq; pietatis:ut eos ſemp pura-integra incorrupta & mẽte & uoce ueneremur. Sed quid mul
ta? Ineſt in pietate ingẽs quidã-ac præcipuus amor cũ quadã uelutiuenerationeac cultu:quæ cum
Diis ĩmortalibus potiſſimũ debeanť:erit pietas (ſiquis proprie & ſana mẽte loqui uelit) ad diui-
nũ cultũ referenda:pietatẽ uero habẽdã in Deos ĩmortales-cũ alii teſtes ſunt-tum ĩprimis Aurelius
Auguſtinus:q in eo libro:quod εγχειρίδιον appellauit eandẽ dicit apud Latinos eſſe pietatẽ:quam
apud Gręcos θεοσεβιαν:q eſt Dei cultus:uel ευσεβιαν:quẽ bonũ cultũ merito interpretať. Et q lob
librũ tranſtulere-ubi apud Græcos ĩ eo uolumine θεοσεβιαν repererũt:& σοφιαν conuerterũt pie-
tatem & ſapientiam. Nã hominẽ dictũ eſt. Ecce pietas ẽ ſapientia. ευσεβια aũt quid ẽ ſit:probe oſten
dit Hermes-uir admirabili ſcientia præditus-diffiniens his uerbis. η γαρ ευσεβια inquit γνῶσισ εςι
του θεου. Pietas eſt Dei cognitio. De eadem uero ĩ alio loco ait φιλακη ευσεβῖ ευσεβουσ γαρ αν
θρωπουσ ουτε δαιμων κακοσ ουτε ειμαρμενη κρατει. Et paulo poſt το γαρ εν και μονον εν ανθρω-
ποισ εςιν αγαθον ευσεβια. Vbiq; uiri eruditiſſimi & q utraq; linguã callẽt ευσεβιαν pietatẽ interpretã
tur:qđ ſi ευσεβια ad diuinũ cultũ & Dei cognitionẽ ptinet:eodem ſpectabit & pietas. Quo circa be-
ne Cicero-ac multo etiã rectius:qui in Rhetoricis libris ĩ ſexto libro de Republica:piis omnibus
retinendus ẽ animus-in cuſtodia corporis:nec iniuſſu eius:a quo ille eſt nobis datus:ex hominũ ui
ta migrandũ eſt:ne munus humanũ aſſignatũ a Deo-effugiſſe uideamini. Oſtendit pios eſſe:qui &
Dei legibus parent:& religionis iura nõ uiolãt. Nam (ut in Tuſculanis queſtionibus dictũ eſt) ue
tat dominans ille ĩ nobis Deus-iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Vnde & in eodem libro de Repub.
hortať Paulus Aemilius Scipionẽ filiũ ad Iuſtitiam colendã-ac pietatẽ:quodq; ea cum magna in pa
rentibus & propinquis-tum in patria maxima ſit. Dicit pietatẽ potiſſimũ eſſe in patria ſeruandã:q nihil eſt illi principi Deo:q oẽm mundũ regit:quod quidẽ in terris fiat acceptius q̃ concilia-cœtuſq;
hominũ iure ſociati:quæ ciuitates appellanť. Eſt igitur hæc cauſa:quare pietas in patria maxima ẽ:
& ad diuinũ cultũ nihilominus referri debet. Ne igitur plura de pietate dicã:pręcipua ẽ in Deo:ma
gna ĩ patria:nõ mediocris in parentibus:nõ adeo in bene cõuenientibus propinquis manifeſta:nõ
nulla deinceps in amicis-De qua etiã Cicero ad GN. Lentulũ. Ego omni officio-ac potius pietate er
ga te cæteris ſatiſfacio omnibus. Sed ea pietas nõ ſatis proprie dicta ẽ:quã Platonici etiã Iuſtitiæ par
tem eſſe uoluerũt:de qua etiã religio nata ẽ. His igiť ita explicatis-oſtendẽdũ cenſeo:quam ob rem
pius ſit appellatus Aeneas:ac putãt plerique dici ob eam cauſam:inſignem pietatem uirum:quod pa
trem miro ſemper amore coluerit:præſtiteritq; obſequentiũ liberorum officio:freti forſitan Virgi-
lii ipſius uerbis ĩ pleriſq; locis:quibus patrem Anchiſen pius alloquitur Aeneas. Ergo age chare pa
ter-ceruici imponere noſtræ. Ipſe ſubibo humeris:nec me labor iſte grauabit. Quo res cũq; cadent:
unum ac commune periclum. Vna ſalus ambobus erit. Atq; iterũ. Latos humeros-ſubiectaq; colla
Veſte ſup fuluiq; inſternor pelle leõis:Succedoq; oneri. Et alio ĩ loco Amphriſiam uatẽ pcať idẽ Ae
neas. Vnũ oro (quãdo hic inferni ianua Regis:Dicĩť & tenebroſa palus Acherõte refuſo) Ire
ad conſpectũ chari genitoris & ora-Contingat:doceas iter:& ſacra oſtia pandas. Illum ego p flãmas
& mille ſequẽtia tela. Eripui his humeris:medioq; ex hoſte recepi. Sed & mortuo quoq; iuſta ſemper

Aeneas patri officia pſoluit. Hinc eſt illud in.v.eiuſdem carminis libro. Dardanidæ magni genus alto a ſanguine diuû Annuus exactis complet menſibus orbis. Ex quo reliquias diuiniq; oſſa parẽtis. Condidimus terra: mœſtaſq; ſacrauimus aras. Iamq; dies (niſi fallor) adeſt: quẽ ſemp acerbũ: Semp honoratũ (ſic dii uoluiſtis) habebo. His igit fortaſſe argumẽtis freti pium Aeneam pleriq; ĩ patres & ſuos oĩs fuiſſe arbitrant: nulla religionis mẽtione habita: quã diligentiſſime ſemp Aeneas ſeruauit. Qui multũ & fatigatus terris & mari iactatus eſt: dũ conderet urbẽ. Inferretq; deos latio. Quam rem moleſtiſſime ferens Iuno apud Eolũ queſta hæc dicit. Gens inimica mihi Tyrrenũ nauigat æquor. Ilium in Italiam portans uictoſq; penates. Et patria decedẽs Aeneas ante oĩa pietatis ac religionis memor patrẽ hortatur. Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; penates. Ac ne ſacra uiolaret: ne ue aliqd cõtra religionis iura ac ſanctiones Pontificioꝝ rituum efficere uideret. ſubiungit Me bello & tãta digreſſum excede recẽti: Attrectare nefas: donec me flumie uiuo Abluero. Quare & cũ Cumas ueniſſet: & alii ſeſe Troianoꝝ ad uaria accingũt munera: tamẽ Troianæ pubis pars denſa feraꝝ Tecta rapit ſiluas: inuẽtaq; flumina mõſtrat: quibus ſe abluere Aeneas poſſet: qui ceri moniaꝝ ſemp ac ſacroꝝ rituũ unus oĩus extitit diligentiſſimus: ut merito ab inſiti Poeta pius pleruſq; nuncupatus ſit. Nam quæ ſit pietas uirtus: ſatis multis uerbis patefactũ eſt.

Tantæ ne animis cœleſtibus iræ? Admirari ſeſe oſtẽdit Poeta Iunonis inſectationes: atq; inimicitias: quas aduerſus Aeneam hoĩem piiſſimũ exercere uideret. Negant Epicurei atq; Stoici ſimul cadere in Deũ iram: quod fœdũ ſit diuinitatis Maieſtatẽ pollui iræ ardoribus: atq; ullis ꝑturbationũ fluctibus cõmoueri: Et q̃q̃ de fictis atq; cõmẽtitiis Deis ſermonẽ Poeta intulit: operepretium tamen erit: clariſſimoꝝ hoĩum ac ſapientũ hac de re noſſe ſententiã. Noſtrã aũt explanationẽ oẽm nõ ad falſorũ Deoꝝ uanitatẽ: ſed ad ueri ac ſummi Dei ueritatẽ referri uolumus. Iraſci Deum & ratio ipſa ſuadet: & ſcripturaꝝ teſtimonia comprobant. Sed cũ iraſci Deum dicimus: id ita intelligẽdũ eſt: ut nulla prorſum perturbatione concitet. Hoc aũt uerbũ (ut erudiſſime Aurelius Auguſtinus diſſerit) uindictæ uſurpauit effectus: nõ illius turbulentus affectus. Nã & ſi quædã operi ſimilitudo in Deo ad punienda hoĩum ſcelera ineſſe uideatur: nulla tamẽ affectionum humanaꝝ infirmitas cadere in Deũ poteſt. Lactantius autẽ Firmianus: cuius incertum eſt: utra fuerit aut eruditio maior aut facundia dulcior: pulcherrime hũc locum diſſeruit cum in aliis libris tum in his maxime: quos de Ira Dei ad Donatũ ſcripſit. Nam cũ de gratia paucula eſſet locutus: tandem de ira Dei in hunc modũ argumentatus eſt. Cõplures ſunt inquit facinoroſi & nefarii: q oĩa libidinibus polluant: cædibus uexent fraudent: rapiant: peierent: ut nec conſanguineis nec parentibus parcant: leges & etiã Deũ ipſum negligant. Ex qbus infert habere iram in Deo materiam. Neq;.n.fas eſt eum: cũ talia fieri uideat non moueri & inſurgere ad ultionẽ ſceleratoꝝ & peſtiferos nocenteſq; delere ut bonis omnibus conſulat. Quidam uero cũ intelligerent pleroſq; affectus nõ cadere in Deũ: ut libidinẽ timorẽ auaritiam mœrorẽ inuidiam omni prius affectu uacat crediderũt. Sed cũ affectus duplices ſint: alteri uitioꝝ: ut quos modo nominauimus: alteri uirtutis ut ira aduerſum improbos: charitas erga integros miſeratio in afflictos priores adeo longiſſime abhorrẽt: poſteriores uero diuina poteſtas proprios inſitos ueros habet: hiſq; ipſis diuina iuſtitia plurimũ illuſtrat. Sapiens igit Vates nõ admirat ſi cadit ira in Deos imortalis: ſed quod tantæ eſſent animis cœleſtibus iræ. Ac paucis uerbis explicata a nobis quæſtio eſt: quæ forſitan libroꝝ uolumina poſtulare uideret.

Tyrii tenuere coloni. Alii ſunt coloni: quos meminit ſupra ſingulari numero. Vt quãtis auido parerent arua colono. Alii qui modo politi ſunt Carthaginẽ tenuiſſe. Ac ſecundũ poſteriorẽ hãc ſignificantiam: ſæpe apud Hiſtoricos lectũ eſt ciuitates Colonias deductas: & ad locũ quempiam Colonias miſſas: qui uero coloni mittendi eſſent: ii nomina dabãt in eam urbẽ atq; in id oppidum: quo migrandum erat.

Tyberina. A Tyberi inflexũ nomẽ. Tyberis aũt nõ a Græco ſermone uenit: ut qdã arbitrati ſunt. I. ἀπὸ τῆς ὕβρεως: quę iniuriã ſignificat: pp Regẽ Tyberinũ: q̃ in eis locis latrocinaret: ac pretereuntibus iniurias inferret. Sed a Rege ipſo potius nomẽ deduxit: qui (ut ait Liuius) in traiecto Albulę amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. Hic uero fluuius primo Albula: mox Tyberis appellatus Hetruſcis Latiniſq; finis erat.

Oſtia. Oſtia fluminũ exitus atq; ora appellari neminẽ latet: cui antiqtas nota ẽ: & q Virgiliũ ĩ hoc loco accuratius inſpicit. Et ob hãc nominis huius ſignificãtiam: quã urbẽ Ancus Martius Rex.iiii. Romanoꝝ in ore Tyberis condidit: merito iure Oſtiam appellauit.

Diues opum ſtudiiſq; aſperrima belli. Duo de Carthagine dicit Virgilius: q opulenta: qd bellicoſa eſſet. Nã pleruũq; eæ ciuitates: q̃ opibus præpollẽt ad gerẽda bella ꝓpẽſiores ſunt. Sũt.n. opes: quæ uel ampliores diuitias ſignificãt uel potentiã belli nõ minus incitabula q̃ ſubſidia. Nõ hęc ẽ magna Carthaginis laus: quoniã illa ciuitas plurimũ laudat: q̃ iure ſociatã ciuiũ multitudinẽ cõtinet: abundantẽ agris: & ſufficiẽter pecuniis affluentẽ nõ ad ſtudia belloꝝ: ſed ad tuendã pacẽ atq; (ut Ariſtoteles ait) ad bene uiuẽdũ. Aptiſſime igit & callidiſſime Carthaginẽ nuncupat olim futuram infeſtiſſimam Romano nomini.

Samo. Hec fuit & inſula & ciuitas in ea: ex qua fuit Pythagoras oriũdus: quamque poſtea reliquit cum Polycratis tyrãnide teneretur. Hanc Italiæ partem extitiſſe falſo nõnulli argumẽtantur. Nam

quia philoſophiæ genus: quod primus inſtituit Pythagoras Italicũ appellatum eſt: Italum Pythagoram & Samum: unde natus eſt: Italiæ partem eſſe arbitrati ſunt. Neſcientes ideo Italicum dici: quod eius auctor Pythagoras plurimũ in Italia philoſophatus eſt.

Hic illius arma: hic currus fuit. Nõ poterat audere Iuno: ut ait Lactantius: aut Carthaginẽ defendere: niſi quia arma eius & currus fuit: aut Romanis nocere: niſi quia progeniem Troiano a ſanguine duci audierat Tyrias olim: quę uerteret arces. Has ſibi Iuno cauſas prętexebat. Qua pp tam infeſto animo Aeneam ac reliquos Troianos inſectaret.

Siqua fata ſinant. Fata nulla eſſe ſecũdũ uete℞ figmẽta omnibus exploratum eſt: ſed qd Fatũ ſit: ex intimis philoſophię penetralibus petendũ eſt. Nã tria eſſe fata ppea dicũt: q tria ſunt tẽpora: quę oĩa fato ſubiacent. Nec ſolũ Poetæ fata prædicant: qbus oĩs hoĩum uita gubernet: ſed & multi quoq: & hi quidẽ illuſtres Philoſophi: in quis Democritus Heraclitus Empedocles Ariſtoteles cenſuerunt oĩa Fato ita fieri: ut id Fatũ uim neceſſitatis afferret: ut p eo℞ ſententia fides mulieribus adhibẽda ſit: dicẽtibus: ut ait Socrates: Fatũ a nemine oĩo uitari poſſe. Fatũ eſt aũt: ut dicebat Plato: dei iuſſio: quod & Statius cõfirmare uiſus eſt: Fata appellans: quæ Dii fant. Stoici Fatũ uocant: quod ex omni æternitate ſemp ue℞ fuerit. At Chryſippus Stoicus acutiſſimo uir ingenio: Fatũ eſt inquit: ſempiterna quædã & indeclinabilis ſeries re℞: & catena uoluens ſemet ipſam ſeſe & implicans p æternos cõſequentię ordines: ex qbus apta connexaq; ẽ. Tandẽ Boetius Seuerinus optimus hau℞ re℞ iudex Fatũ a pũidẽtia ſecernit: & diuerſa eſſe finitionibus mõſtrat: Nã pũidentia eſt quędã diuina ratio in ſũmo oĩum principe cõſtituta: quæ cuncta diſponit: Fatũ uero inhęrens rebus mobilibus diſpoſitio eſt: p quã pũidẽtia ſuis quę p nectit ordinibus. Quocirca pũidẽtia oĩa ſimul: qq̃ diuerſa ſunt atq; infinita complectit. Fatũ uero ſingula queq; ĩ motũ digerit locis: formis ac tẽporibus diſtributa. Oĩs hæc igit tẽporalis ordinis explicatio diuinæ mẽtis uelut quodã adunata proſpectu pũidẽtia eſt: eadẽ uero adunatio digeſta atq; explicata tẽporibus fatũ uocat. Exemplo eſt artifex: q fingendæ rei formã mente pſpiciens mouet opis effectũ. Ve℞ qđ ſimpliciter ac pſenti quodã cõſpectu fuerat intuitus: id p tẽporales ordines ducit: & q doctor multa allaturus ẽ: & p tempo℞ ordines expoſiturus: ea ipſa ſecũ uno ueluti intuitu ac ſimplici proſpectu cernit. Modus igit regenda℞ re℞ cum in intelligentia diuina cõſpicit: pũidẽtia nuncupat: cũ uero ad ea refert: quę ipſa mouet: ac diſponit: fatũ eſt a ueteribus appellatũ. Ex his nõ incõmode elici põt: eos falſos nõ eẽ: q fatũ diuinã uoluntatẽ ſignificate perhibẽt. Sed hac de re alio ĩ loco opportunius diſſeret. Fata ea ſunt: quæ quoniã ineuitabilia atq; ineluctabilia cenſerent: nulla arte: nullo ingenio poterant uitari: & hac ipſa quoq; Iuno Regina Deo℞: Iouiſq; & ſoror & cõiunx metuere uidebat. Idq; Poeta eo fecit: ut uim fatorum neceſſitatemq; oſtenderet.

Bello℞. Pleriq; cũ ignorant: unde nomẽ quodpiam ductũ ſit: continuo ad Antiphraſim confugiunt: & p contrariũ dici uolunt: qualia ſunt hæc uocabula: Manes Officium Lucus Ocium Parcę: Bellũ: ſed de cæteris alias. Nunc de bello. Bellum (ut alii ſentiunt) eo appellatum eſt a κατ᾽ἀντίφρασιν: quod bellũ .i. bonũ nullo modo ſit. Nos aũt omittamus: quod bella quædã mala nõ ſunt. Bellũ certe a belluis dictũ arbitramur: qua℞ bella propria ſunt: & nõ niſi ob ferinos flagitioſo℞ hoĩum mores ad hoĩes tranſlata. Hominũ nãq; genus ſuop e ingenio iuſtitiæ præſidio & linguæ ac uerborũ cõtentione contentũ eſſe debet. Hanc uero nominis huius deductionẽ facillime probet: q ueterum ſcripta ſtudioſius legerit. Sed Ciceronis imprimis præſto ẽ auctoritas: q in primo de Officiis libro noſtrã ſententiam plurimũ firmat. Nam cũ ſint inquit duo genera decertandi: Vnũ p diſceptionẽ: alterũ p uim: cũq; illud proprium ſit hoĩs: hoc bellua℞: confugiendũ eſt ad poſterius: ſi uti nõ licet ſuperiore. Quibus uerbis oſtẽdit ſuũ eſſe bellua℞: ut bella gerant: quæ hoĩes ſuſcipere nõ niſi inuitos decet. Bello ſupbũ populũ Romanũ futu℞ dicit: in cuius ditionẽ: nõ Carthago ſolũ: ſed maxima totius orbis pars redigẽda erat: Libyæ. Libyam eandem uocat & Aphricam. Vnde & idem uẽtus Aphricus & Lybs nuncupat. Lybiam aut Carthaginẽ uocat: quod regionũ noĩa ſępe apud Poetas pro ciuitatibus uſurpãt. Aut potius Libyam dixit: ut nõ ſolũ Carthaginis atq; unius urbis cladem: ſed etiam totius regionis uaſtationẽ complecteretur.

Sic uoluere Parcas. Fata tria ſunt: quas Parcas ueteres appellabant: quibus non modo homines: ſed etiam Dii (ut dicebãt ueteres) parere cogantur. Harũ enim inſtituta ac leges indeclinabiles ſunt: quibus etiam Iuno: & quod amplius eſt: Iuppiter pareat: cum tamẽ in ſolemni precatione optimus maximus nominetur. De his idem Poeta in Bucolicis. Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis. Concordes ſtabili fatorum numĩe Parcæ. Sunt autem earum nomina Cloto: Lacheſis: Antropos. Prima ſignificat præteritum tempus: quod fuſo inuolutum eſt. Secũda præſens: quod in neruis adhuc digitis cõtinet. Tertia futu℞: qđ in lana & colo ſupeſt. Has pleriq; parcas κατ᾽ἀντίφρασιν dictas opinantur: quod nemini omnino parcant. Nos libenter Antiphraſin in ducendis nominibus aſpernamur. Quod ſi ui m Parci perſpexerimus: & unde Parcus originem traxerit: repente & parcæ ipſæ id eſt fata in promptu erunt. C. Baſſus libro de Origine Verborũ & uocabulorum dicit: quod Parcus compoſito uocabulo eſt: quaſi par arcæ: qđ arce parcus homo merito cõparari debeat. Quemadmodum enim in arca omnia reconduntur: eiuſq; cuſtodia ſeruantur: & cõtinentur: ita homo tenax paruoq; contẽtus oĩa cuſtodita & recõdita habet ueluti in arca: & ſic parcus quaſi par arcæ no

miſtatus ē:alii a pecunia & arceo nomē ipſius cōfabricātur:q̄ pecunias cōſumi atq; impēdi arceat
quaſi pecuniarceus. Sed utrūq; cōmentū moleſtū eſt atq; odioſum:ac bene & commode Fauorinus
Phūs harū rerū cenſor nō incallidus:ut eſt apud. A. Gelliū:Parcus inq̄t neq; ab arca neq; ab arceo:
ſ; a beo q̄d eſt paruū & parū denominatꝰ ē:idq; & Simplicius arbitrabaẗ & uerius. Q̄d ſi parcus
ut ad propoſitū redeamus:a paruo ducitur:q̄d erit uerius:q̄d aptius:q̄ Fata ipſa Parcas appellare:
quæ ut duræ inexorabiles ac tenaces ſunt:ita parce & ferme exiliter tenuiterq; uitam:cui præſunt
hominibus partiunẗ? Naſci aūt & mori Stoici Fatis tribuunt media uitæ tēpora fortunæ:ſed nimis
parce ac duriter ſe ē Parcæ & fata gerūt de q̄bus præclare Tragicus poeta. Dum fata ſinūt Viuite
læti:Properat curſu uita citato:uolucriq; die Rota præcipitis uertitur anni. Duræ peragunt penſa ſo
rores:Nec ſua retro fila reuoluunt. At gens hominū fertur rapidis obuia fatis incerta ſui Stygias ul
tro quærimus undas. Parcæ parciſſime nobis uitā tribuunt:atq; anguſtis tēporis momētis duratu
ram. Quid.n. tam circuncīſum:ut ſcribit Plinius:quid tam breue:ut hoīs uita lōgiſſima? Et noſter
Hieronymus. Tempus inquit:breue eſt:etiā ſi noningētis annis uiueremus:ut antiqui hoīes:tamē
breue putandū eſſet:quod haberet aliquando finē: & eſſe ceſſaret. Hæc aduerſus Iouinianus. Sed &
ad Paulū ſenem quem ſcribit:humanæ uitæ oſtēdit anguſtias aſſerens eam in breue tēpus cōtractā.
Quotiens.n. qui quā aut centenariam tranſgreditur ætatē:aut nō ad eam ſic peruenit:ut pertæniſſe
pœniteat? Atq; & Hippocrates in Aphoriſmis humanæ uitæ breuitatem deplorat:ſicut & Poeta:qui
dicit. Tempora labūtur:tacitisq; ſeneſcimus annis:Et currit freno nō remorante. Quā igitur parū
eſt uel uitæ uel mortalis lucis:quod Parcæ hominibus tribuūt? Vt intelligamus a parſimonia earū
atq; duritia ita appellatas. Nec ſolū hoīum uitā anguſtis finibus terminari uolunt:ſed & nihil oīo in
terris nimis diuturnū eſſe patiūẗ. Quamobrem & futurā Carthaginē:ubi Iunonis arma & currus
fuit:Iuno ipſa ꝓuiderat. Q̄d idem excidiū oībus & magnificis tectis & aiis urbibus ſæpe haud lon
go expleto annorū curriculo euenire cōſueuit. Quibus oībus patet & ſtabile atq; ineluctabile eſſe fa
torū numē: & Parcas nequaq̄ ꝑ contrarium ita appellatas eſſe. Illud tamē prætereūdū nō eſt:poſtq̄
ſit de Fato mentio:fato pium hoīes neutiquā ſubiacere. Nam ut ait Hermes uir inſignis diſciplinæ:
ei q pie ac religioſe uixerit:neq; fatū nocere poteſt:neq; Demon malus:ipſius aūt hæc uerba ſunt.
ευσεβοισ γαρ ανθρωπων ουτε δαιμων κακοσ ουτε ειμαρμενη. Nam Imarmenē:Græci fatū uocāt.

Id metuens. Ludit Poeta Gentilium Deos Deaſq; eorūq; indicat uanitatē:quum oſtēdit humanis eos
morbis laborare: & modo ira excādeſcere:modo dolore frangi:ſæpe etiam metu expaueſcere. Id aūt
ut ego arbitror:nō fecit incaute Virgilius:q uiq; falſos Deos nō ignorabat:ſed uerū ac mūdi prin
cipē neſciebat. Nā ſolent ipſi quoq; Poetæ:cū de Diis loquuntur:eam aſſerere Deorū naturā:tq; nul
lis perturbationibus cōcitetur: & ꝑfruatur perpetuis uoluptatibus. Huius rei teſtis locuples eſt. P. Te
rentius:q in Andria hæc dicentē Pamphilū inducit. Ego uitā Deorū propterea ſempiternā eſſe arbi
tror:quod uoluptates eorū propriæ ſunt.i. perpetuæ: & quibus nulla intercedit ægritudo.

Nec dū etiā cauſæ irarū:ſæuiq; dolores. Exciderāt aīo. Pergit Virgilius deinde aperire:quæ nā eſſet ea
ira:qua Iuno afficiebaẗ. Equiuoce.n. ira dicta ē:quæ in Deū cadit: & quæ hoīem inflāmat: & in illa
quidē nulla eſt perturbationis turbulenta tēpeſtas:hæc uero magnis incēdiis ſummisq; ardoribus agi
tatur. Q̄d aūt ira Iunonis ſit pinde:ut q̄ manat ab humanis morbis: noſſe pulcherrimū ē. In iræ
nāq; affectione quemadmodū & in reliquis eiuſmodi perturbationibus tria:ut philoſophi tradunt:
ſpectanda ſunt:quorū eſt unūquodq; materiā attingit:ut feruor atq; inflāmatio ſanguinis iuxta cor:
quod tāgit Virgilius ī eo loco. His accēſa ſup. Et paulo poſt. Talia flāmato ſecū dea corde uolutās.
Alterū eſt:quod efficientis uim habet:ut quod floccipēdi ſe quiſquā arbitreẗ. Idcirco.n. quis iraſci
ſolet:ſi ſe deſpici & cōtēni ducat. Id tangit Poeta ī eo præcipue loco:ubi quærēs Iuno inducta ē. Ego
quæ diuum incedo regina:Iouiſq; Et ſoror & cōiunx una cū gente tot annos Bella gero: & quiſquā
numē Iunonis adoret? Præterea haud ſupplex aris imponat honorē. Tertiū eſt:quod finis habet ra
tionē:ut appetitus uindictæ:uel (ut dicit. M. Tullius) quæ eadē eſt diffinitio:ulciſcēdi libido. Hoc uō
obſcurū eſt de Iunone:q̄ ultionē precaẗ: & ſupplex Eolū alloquiẗ uētorū Regē:orat:q; ut de Troia
nis dignū ſūmat ſuppliciū dicēs:Gēs inimica mihi Tyrrhenū nauigat æquor. Ilium in Italiam por
tans uictoſq; penates. Incute uim uētis ſubmerſaſq; obrue puppes: Aut age diuerſas: & diſiice cor
pora ponto. Ex his igiẗ tribus:q̄ poſita ſunt:iræ terminus & diffinitio ī hūc modū colligiẗ. Ira ē ſan
guinis feruor ab opinione cōtēptus manās in ulciſcēdi libidinē:q̄ haud ambigue Iunoni cōueniāt.
Neq;.n. uel q̄d ira eſſet:uel quæuis alia ex animi perturbationibus Virgilius ignorauit.

Animo:manet alta mēte repoſtū. Qui aīum & mentē idem eſſe arbitranẗ:manifeſto fallunẗ errore.
Animꝰ altera pars ē:qua homo ipſe cōſtat:ſ; mēs animi pars purior atq; ſincerior. In hac.n. īſitæ ſūt
& quaſi cōſignatæ rerū notiones:quas Græci ἔννοιας uocāt: & Platonici:ut inter aīū ac mētē diſcri
men eſſe demonſtrarēt. Dicebant fabuloſis plerunq; utendum eſſe:cum uel de anima uel de aeria
atq; æthereis poteſtatibus uel de reliquis Diis loquuntur:iidem fabuloſa quæq; omittenda eſſe iudi
cabant:quotiens de ſummo ac principe omnium deo aut de mente ipſa originales rerum ſpecies:
quæ ſunt ἰδέαι continente ſermo habendus eſſet: & mentem Deo potiſſimum tribuebāt:quā Græci
νοῦν uocant:adeo ſinceram ac ſimplicē incorruptamq; mentem arbitrabantur. Et Ariſtoteles inc

primo libro Politicorum/de animo ac mente locutus ẽ: & animũ quidem ad corpus: mentem ad appetitum comparauit/dicẽs. Animũ in corpus/dominicũ habere imperium: mẽtem uero in appetitum/regium/ac ciuile: ſed multi/ac præcipue Poetæ/duo hæc ſæpe confundunt.

Iudicium Paridis. Quattuor ſunt: quæ habere iudicem bonũ conueniat: ſi & ueras ſententias/& rectas ferre uelit: Iudicandi auctoritatẽ: Legũ ac iuris ſciẽtiam/peritiam rerũ humanarũ/uoluntatis ac mentis integritatem: quę cũ pleraq; Paridẽ Troianũ deficerẽt: idoneus ac iuſtus iudex eſſe nõ poterat: atq; ideo nec dignus: q de Dearũ cõtrouerſia iudicaret. Naz dũ amoribus potius ac libidinibus obſequi r̃: quam ſentẽtiæ/ac iudicii/ueritati ſtudet: Helenam rapiẽs/magnũ atq; etiam extremum patriæ induxit periculum.

Spretæq; iniuria formę. Et genus inuiſum. Quanti extimanda eſt Dea: cuius forma mortali ſi cuiq;: & ei quidẽ nõ ſatis ad ſentẽtiam ferẽdam apto/iudicãda cõmittitur! Qualis rurſum Dea putanda eſt: quæ infenſa tãto odio Troianos inſectaret r̃! Et uerus quidẽ Deus: cui ingenita clemẽtia/atq; inſita eſt: etiam ſcelerosãm/atq; perditiſſimã ciuitatez ſeruat: ſi uel. x. ſoli in ea iuſti uiri reperiant r̃: ne iuſtũ ac ꝓ impium/pari ſuppilcio proſequatur. Iuno aũt: ut fictum numẽ oſtẽderetur: ob paucorum hominum noxas/totius Troianæ gẽtis/ac nationis moliebatur interitum.

Et rapti Ganymedis honores. Iupiter regium puerũ: quẽ uel Ganymedem: uel Cathamitũ uocant: ad ſtuprum rapuit. Parũ. n. uidebatur (ut ait Lactantius) ſi in expugnanda fœminarũ pudicitia maculoſus eſſet/ac turpis: niſi etiã ſexui ſuo faceret iniuriam. Illud aũt eſt uerũ adulterium: quod fit contra naturã. Hic uero Ganymedes eſt: qui (ut idem Virgilius teſtatur) raptus ab Alite ſacra miſcet amatori pocula grata ſuo. Sz primus Homerus Ganymedem ait: adiit raptũ ꝑꝑ formã: ut Ioui bibere miniſtraret. Quod tamẽ fictũ ab Homero dicit. M. Tullius: quod neq; ambroſia Dii aut nectare: nec iuuẽtutę pocula miniſtrante lætentur: Sed id ferunt tam moleſtũ Iunoni fuiſſe: ut ſęuam ꝑꝑ eam cauſam ĩ Troianũ genus iram conceperit. Quæ eadem (ut quidam tradũt) quo tempore cũ Carthaginẽſibus bellũ gerebat r̃. Varroni Conſuli/irata eſt: qꝛ formoſum puerũ/in menſa Iouis ad exuuias tenendas collocauerat: & ob hãc cauſaz Romanũ nomẽ apud Cãnas pene fuiſſe deletũ. Puerũ. u. illum Iuno quaſi alterũ Ganymedem uerebatur.

Troias reliquias Danaum. Reliquias Græcorum dicit: ut paucitatem Troianorum: q ſupererant: demonſtraret. Nam conſtat (ut etiam Liuii teſtatur hiſtoria) Troia capta ĩ cæteros ſæuitum eſſe Troianos/duobus Aeneæ: Antenori: quæ & uetuſti iure hoſpitii: & qa pacis/reddendæq; Helenæ ſemper auctores fuerant: omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe: quare & minor erat/eorũ numerus: q ſupererant Troianorũ: quod Antenor abeſſet.

Immitis Achilli. Plerũq; iracundiam ſæuitia comitatur: & q uehemẽtius Ira cõcitantur: eos eſſe immites & crudeles cõſtat. At iracũdum Achillem extitiſſe/etiam Flacchus oſtẽdit: q de eo inquit: Impiger iracundus/inexorabilis/acer. Bene igitur/cũ in alio loco de Iunone mentio incidiſſet: ſęua & irata Iuno a Virgilio comprobatur. Quippe quæ Troianis irata/ſæuitiaz cohibere nõ poterat. Achilli: pro Achillis uſurpatũ eſt: nec mirũ apud Latinos/bifariam/terminari huius nominis patriũ caſum. Cũ apud Gręcos idẽ ipſe trifariam exeat: & Latini inflectũt: Achilis/uel Achilis: Gręci uero αχιλλεοσ: cõmuniter αχιλλησσ per η ſecundũ Ionicos: αχιλλεωσ per ω ſecundũ Atticos: quod idem & reliqua nomina apud Græcos patiuntur: quæ in ευσ per diphthongũ exeunt.

Maria omnia circum. Tot maria intrauit Aeneas: tam uarias oras adiit: ut eius errorem/prope ĩmenſum. T. Liuius appellare ſit auſus.

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum. Vela dabant læti. Alia in narrandis rebus Hiſtoricorũ: alia Poetarũ lex eſt: & Hiſtoricis quidẽ mos eſt: ut a rerum initio ordiantur: & cõtinuam narrationem ad finem uſq; perducãt. Poetica aũt diſciplina & lex eſt eiuſmodi: ut a rerũ medio initiũ ſummat: & ad ipſum poſt initium reuertatur. Id ſeruauit Virgilius diligẽter: cũ ad principium/ac iamiam narrationis ueniſſet. Qui cũ primo uerſu polliceret r̃/ꝑducturũ ſeſe de Troianis littoribus/Aeneam Troię: q primus ab oris: Italiam fato profugus/Lauinaq; uenit: Littora. Narrationẽ poſtea exorſus/Aeneæ ipſius claſſem/nõ de Troia: ſed de Sicilia producit. Vix e conſpectu Siculæ telluris in altũ. Vela dabant læti. Homerũ imitatus eſt: qui Vlyſſis errorem/nõ a Troiano littore deſcribit: ſed facit primo nauigantem ex inſula Calipſonis: & ex perſona ſua perducit ad Pheacas: illic uero ĩ conuiuio Alcinoi Regis narrat ipſe/quemadmodũ de Troia/ad Calipſonem uſq; peruenerit. Poſt Pheacas uero rurſus Vlyſſis nauigationem ad Itacem uſq;/ex pſona propria Poeta deſcribit. Et Virgilius Aeneam de Sicilia producit: cuius nauigationẽ deſcribendo (ut etiam ait Macrobius) perducit ad Libyam: ubi in Didonis cõuiuio ipſe narrat Aeneas uſq; ad Siciliam/de Troia nauigationem ſuam. Et addit uno uerſu: quod iam copioſe Poeta deſcripſerat. Hinc me digreſſum ueſtris Deus appulit oris. Poſt Aphricam quoq; rurſus Poeta ex perſona ſua/iter claſſis uſq; ad ipſam deſcripſit Italiam. Interea medium Aeneas iaz claſſe petebat: Certus iter. Sed hæc hodie (ſi ita certum eſt uobis) ſatis.

Habes optime Andreocci pater: quæ ĩ prima æneidos lectione a nobis expoſita ſunt: quæq; tuo iuſſu ſcriptis quoq; mandata. Vbi ſiquid erratum perſpexeris: feceris humaniter: ſi pro tuo arbitrio emẽdare uolueris. Vale: ac tibi perſuade/tuam plurimũ apud me auctoritatem ualere.

Subtiliſſimi ac fidiſſimi Poetarum Interpretis Auguſtini Dathi Senenſis Tractatus de Vita beata fœliciter incipit.

CONSTat neminem poſſe beate uiuere: qui idem nō bene & cum uirtute uiuat. Quid enim beatitudo ſit aliud q̄ perfectio quædam uitæ: & (quod dici ſolet) ſtatus quiſpiam bonorum omnium complexione cumulatus? Sed uera boni ratio: quod omnibus ſapientibus uiris exploratiſſimum eſt: potiſſimū in uirtute conſiſtit: ut cū ab ea diſceſſeris: inuenire beatam uitā nuſquā poſſis. Verum hac ipſa de re nō eadem omēs ſenſerūt Philoſophi: atq; aliter de beatitudine Stoici locuti ſunt. Aliter Peripatetici & Academici illi ueteres. Hæc.n. imprimis diſciplinę ſtabilitatis aliquid habuiſſe putanf. Et Stoici quidē: q nihil bonū iudicarent præter q̄ quod honeſtū eſſet ſola uirtute beatitudinē menſi ſunt: cum nec corporis nec fortunæ cōmoda in bonis expetendis ue rebus annumerauerint. Peripatetici uero: a quibus nō fere diſſidēt ueteres Academici: uirtute conſtare beatam uitam cenſuerūt: beatiſſimā uero etiā corporis atq; externis rebus compleri. itaq; pro eorū ſententia uirtus ſe ipſa contenta eſt ad beate uiuendum: ſed ad beatiſſime uiuendū certe nō ſatis. Sed horum diiudicare ſententias nō eſt aut loci huius aut noſtri conſilii. Illud nequaq̄ ambigendū eſt: ueram beatitudinē potiſſimū ex uirtutis ratione conſtare. Sed Peripateticorum probatior uidef eſſe ſententia: quā nō modo Philoſophi multi atq; iidem grauiſſimi uiri præcipiunt: ſed nōnulli etiam concinūt Poetæ: in quis & Martialis: qui alias uideref luſus procaciſſimos ediditſe: hos uerſiculos pulcherrime de uita beata modulatus eſt.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis hæc ſunt.
Res nō parta labore: ſed relicta:
Non ingratus ager: focus perennis
Lis nunquā: toga rara: mens quieta:
Vires ingenuæ: ſalubre corpus:
Prudens ſimplicitas: pares amici
Conuictus facilis: ſine arte menſa
Nox nō ebria: ſed ſoluta curis
Non triſtis torus: attamen pudicus:
Somnus: qui faciat breues tenebras:
Quod ſis eſſe uelis: nihilq; malis:
Summum nec metuas diem: nec optes.

Hos uerſiculos legunt quidē multi: ſed q intelligant accuratius: perpauci ſunt. Sed eorum certe ea mens eſt: quæ facile tranquillæ ac beatioris uitæ rationem complectaf. Ac primū quidem beatiorē uitam idcirco dicit: ut Peripateticorum imitetur ſententiam: q beatam uitam ex ſola uirtute exiſtere arbitranf: ſed ad beatiorem cumulatiuſq; perfectā cōcurrere aiunt oportere etiā corporis res atq; externa fortunæ præſidia. At Martialis etiam extra uirtutis cancellos ac limites peruagaf: ut beatitudinē cumulatiorem perficiat: niſi forte beatiorem minus beatam interpretari uelimus: qua ratione & ſenior dici ſolet: nō qui longeua ætate fit: atq; annis confectus: ſed potius: qui adhuc uiridiorem & primā ſenectutem degit. Et nos quoq; q̄diu corporis tenemur uinculis: ac tetro carcere retinemur: beatiorē quidem uitam uiuere poſſimus: beatam uero atq; abſolute perfectā niſi poſt mortē adipiſci nequeamus: quā ſententiam & M. Cicero in Tuſculanis diſputationibus his uerbis proſecutus eſt. Fidenti animo gradief ad mortem: in qua aut ſummū bonū aut nullū malū eſſe cognouimus. Erat.n. ſermo illi de ſapiente uiro. Sed redeat unde defluxit: & cœpit oratio. Multa ſunt: quæ beatiorem nobis uitā pariūt. Ac primū quidem Res nō parta labore: ſed relicta. Quibus uerbis ſignificaf: perturbationū detractio: cū aliarum omniū tum maxime libidinis ac metuſ. Nam cū duplex diuitiarum ratio ſit: una earum: quas ipſi congeſſimus: altera earum: quas a parentibus acceptas tuemur: illa Poeta reiicit: has aſciſcendas ſuadet. Nam ſolent: qui cumulandis facultatibus atq; opibus intendūt: plerunq; & libidine augēdi cruciari: & amittendi metu. Potior eſt ergo res ac ſubſtantia relicta: quod patrimoniū ſuo nomine appellaf: q̄ quæ labore & induſtria parta eſt. Quin etiam in tuenda q̄ in quærenda ſubſtantia præcipue ſita eſt laus. Hinc illud ēt Naſonis. Non minor eſt uirtus q̄ q̄rere parta tueri. Caſus ineſt illic: hic erit artis opus. Quippe quanto paraf qd laborioſius: tāto etiam cupidius atq; auidius poſſidef. Et uehemens amor: quod ad diuitias pertinet: uehemētem laborem æquat. Fortunam autē i pecunia comparanda dominari nouerit certe illi: q uel importantes multa: uel exportātes i cōtrahēdis mercimoniis quotidie uerſanf. Cætera arte ac diligētia cuſtodif. Non ingratus ager uitam quoq; beatiorem efficit: quo loco ſignificaf bonarum rerum ſtudiū honeſtarumq; artium exercitatio. Quemadmodū.n. arma nōnūq̄ bellū: rogam pacem: ita & agrum quoq; agriculturā recte expoſuerimus. Omnium aūt artium nulla eſt agricultura melior: quā merito laudat eximius Orator dicēs. Omniū rerum ex quibus aliquid acquiritur: nihil eſt agricultura melius: nihil uberius: nihil dulcius: nihil homie libero dignius. Aut.n. honeſtatem aut utilitatem aut uoluptatem quærimus: circa quæ tria omnis hoīum uerſaf intētio: quæ facile oīa i agricolatione repetiūf. & ſi quidē honeſtatē ſpectes: nihil eſt ea melius: ſi utilitatem: nihil uberius: ſi iucūditatem: nihil dulcius: ſi præcipuam dignitatem nihil hoīe libero dignius. Hæc imprimis ſocietatem maxime eſt: quod i Oeconomicis tradit Ariſtoteles: iuſta eſt: quod neq; inhumaniter

neq; ab inuitis quærit. Hæc humanū genus neceſſario ſubſtinet·nutricatur·tuetur·fouet. Laudat Cornelius Celſus duas īprimis artes agriculturā·ac medicinā: q᷑ hęc ęgrotis ſubueniat: illa ſanis corporibus miniſtret alimēta. Nec ſolū ad degendā uitam agricultura neceſſaria eſt: ſed prodeſt ēt ad uirtutes plurimū: præcipue uero ad fortitudinem: ut idem ipſe inq̄t Ariſtoteles. Pleræq;.n.artes corpora ipſa eneruant·ac molliunt: agricultura uero eiuſmodi eſt: aut q eam exercent: & degere ſub diuo: & labores tollerare poſſint: & incurſantiū hoſtiū pericula: atq; iniuriam propulſare. Itaq; & ob eam cauſam recte Plinius in Naturali hiſtoria. Fortiſſimi uiri: inquit: & milites ſtrenuiſſimi·ex agricolis gignuntur minimeq;·male cogitātes. Quocirca & Lycurgus optimus mea ſententia legis lator·pueros puberes in agrum deduci uoluit: quo primos annos ætatis: non in luxuria·ac delitiis: ſed in ope potius: laboribusq; traducerēt. Quāta uero colēdi agri: quāq; uaria oblectamēta ſint: poſſunt teſtes locupletes afferri: Exter Cyrus Perſarū Rex: Romanus. M. Cato ille ſenex: quorū uterq; uoluptatibus agricolarū incredibiliter delectabaɫ. Quod ſi adeo iucūda agricultura res eſt: merito & beatiorē uitam efficit. Ager uero nō ingratus: fertilē agrum oſtendit: quoniā plus effert: q̄ acceperit. Nam & in referenda gratia (ſi uolumus nō ingrati eſſe) quæ utēda accepimus: cumulatiore menſura: debemus reddere quod & iuſſit Heſiodus·nec tacuit Hieronymus noſter·ita inquiens. Quæ acceperis: reddenda cum fœnore ſunt. Terra aūt·nunq̄ ſine uſura reddit: quod accepit: pleruq; maiore cum fœnore: interdū minore: ut aiebat ſenex Cato. Quod ſi ſoli natura·nobis pſpecta ſit·ac fuerit excultus ager ipſe diligenter: id q᷑ ſentire ēt Columella uidetur: nullus erit nō gratus ager. Focus perennis ē beatioris uitæ·effector eſt: qui ad parſimoniam referri debet. Eorū nanq; focus pēnis eſt: q parce·ac modice: res ſuas penſantes in longitudinē proſpiciūt. Is contra foci caret ꝑpetuitate: qui bona donauit præſepibus: & caret omni maiorū cenſu: q quottidie magnifice·ac ſplendide conuiuatur: q temere: atq; luxurioſe bona ſua abligurit profundit ꝑdit. Facilius eſt.n.uno die rem·ac familiā totam prodigere·ac ꝓfligare: q̄ eandē uel exiguam multis annis quærere. Eſt aūt parſimonia ſummæ (ut mihi qdē uidet) frugalitatis inditiū: frugalitas uero haud ambigue·totius humanę uitæ ornamentū·ac decus exiſtit. Præclare Lycurgus & ipſe cōplexus eſt: & cæteris parſimoniam oībus ſuaſit: quæ quantū hominibus·tum ſingulis·tum uniuerſis·afferat adiumenti: q̄ experiri utile·tam eſt ſupertacuū explicare. Non inſcite. M. Tullius in libris de rep. Optimū inq̄t: & in priuatis familiis: & in rep: uectigal duco eſſe parſimoniam. Sed iā de parſimonia ſatis: quā ex perenni foco coniectare debemus. Et.n.parce uiuentibus aſſiduus lucet: & pēnis focus. Immodice uero·ac ꝓfuſe degentibus: ut ignis extinguiɫ: ut focus repertita & ſubſtātia perit·uel potius tota dꝑditur. Liquet igitur & parſimoniā quoq; effectricē eſſe beatioris uitę. Seq̄tur. Lis nunq̄: toga rara: mens quieta. Sunt q exiſtiment·dici litē nunq̄: ut odia: inimicitię: diſcordiæ: concertationesq; tollerentur cum q̄bus rebus·animi non poteſt ullo pacto eſſe tranquillitas. Togam rarā ꝓhiberi·propter Lycurgi inſtituta: q ſanxerit·ac lege cauerit: non amplius una ueſte iuuenibus·toto anno utēdū: nec quenq̄ cultius: q̄ alterū progredi. Mentē aūt q̄etā ſignificare curarū: moleſtiarumq; oīum·expertē aīum. Qui ita ſentiunt: boni fortaſſe uiri ſint: ſed tamen craſſa Minerua. Verborum ſonitum pſequuntur mō: quod penitus reconditur: ignorant. Sed nos quæ uera ſunt: aperiamus. Duplex nanq; erat apud ueteres Romanos·genus exercitationis: quod amplexabanɫ: q actiuā·& negociosam uitā uiuebant·unū eorū: q in defenſionibus amicorū uerſarentur: eorū alterum: qui ad remp. capeſſendam ſe con ferrent. Id eſt enim apud Ciceronē defenſionū labores: & ſenatoria munera: id forenſiū. Rerum labor ſignificat: & ambitionis occupatio: id alio loco forenſes literæ: & ſenatoriæ id amicorum negocia: & reipublicæ procuratio: id perſepe forum: atq; curia. Vtrunq; uero mentem animumq; perturbat. Atq; alterum ſapiens Poeta ſuadet·nunq̄ exercendum: quod paucis proſit alterο utendum quidem·ſed raro: quod uniuerſorum utilitatem complectatur. Nam & Plato ipſe Philoſophos accedere ad rempublicam·negabat oportere: niſi coactos: quod eorum uitam: quam oporteret pacatam·ac tranquillam eſſe: omni debeat eiuſcemodi laborum uacare moleſtia. Quam ob rem qui beatiorem uitā·cupit adipiſci·is litem caueat: cauſam agendam nunquā ſuſcipiat: togā raro induat idq; nō ambitionis ſtudio: ſed reip: cauſa: ne nō geniti·ac nati ad ꝓdeſſenddum uideamur. Sumunt nanq; uirilem togā: q aut Magiſtratus gerunt: aut grauiora obeunt munera. De q̄bus Plinius in Epiſtola ad Pompeiū Saturninum luculēte his uerbis. Officio inq̄t. toge uirilis interfui: ſponſalia: aut nuptias frequentaui: ille me ad ſignādū teſtamentū: ille in aduocationē: ille in cōſiliū rogauit. Illa quoq; non abſurda ſit eorū uerborū iterpretatio: ut lis auaritiæ ꝓhibeat cupiditatē: toga ambitionis faſtum mens q̄eta flagitioſæ libidinis leuitatē: & neq̄cię turpitudinē. Nam q humanis rebus animū applicuerit: is beatus eē nullo mō poteſt. Qui uero tria illa deſpexerit: is res oēs humanas contēpſiſſe putādus eſt. Quod.n.in tertiis eſt·id omne: aut uorax auaritiæ cupiditas eſt·aut leuis ambitionis inanitas: aut deniq; obſcenæ·ac lutulētæ turpitudinis labes: q̄bus rebus quum tenetur animus: longiſſimæ abeſt ab ea: quā uir ſapiens inueſtigabat uitæ tranquillitate. Quod ſi q̄s obiiciat: non fuiſſe Poetā ſuſpicatū eam diuiſionē: quæ ex ſacris monumentis de prompta eſt: is ſi legerit Flacci ſermones·q̄ primū: & ſentētia & errore deſiſtet. Ex his hęc uerba ſunt. Quęuis media elige turba. Aut ab auaritia·aut miſera ābitione laborat: Hic nuptarū inſanit amoribus: hic puerorū. Facile ergo turpiū·ac malorum rerum libido ſublata ſit: quā uel maxime amoliri debemus: ſi uolumus beati eē: ſi lis nunq̄ extiterit: ſi toga rara: ſi

mens quieta. Nam & Chilo Lacedæmonius: uir utiq; ſapentiſſimus uehementer: ut quietē adamare-
mus: ſuadet. Accedunt uires ingenuæ: ſalubre corpus. Hic ſignificatur induſtrii laboris exercitatio:
quæ & honeſta res eſt: & plurimū bonæ ualitudini cōducit. Quā uero laudanda tranqllitas: tam eſt
uituperanda deſidia. Hic apud Athenienſes: ut langueſcentis inertiæ torpor e medio tolleretur: Areo
pagus ipſe qd qſq; ageret Athenienſiū: aut quo uā queſtu uitam tueretur: diligentiſſime ſolebat inq-
rere. Et Lycurgus cum adoleſcentes in agrum: nō in forus deduci iubebat: id certe ſpectabat: ut primā
ætatem ac uiridiores annos: nō in luxuria: quæ honeſtatis acerrima inimica eſt: ſed in ope: & labori-
bus agerent: qui proximus magnæ uirtuti ad ſummā laudem adipiſcendā gradus eſt. Cōtra uero in
probro ē qſq; languore: deſidiaq; emarcuerit: Ac recte ſtatuit Solon: uel potius Dracon ſi Lyſię credi
mus: qui ocio ſeſe dediderit: oībus accuſare uolentibus: obnoxius eſto. Vires igitur ingenuæ: & ipſæ
autores ſunt beatioris uitæ. Vires maxime proprie uidētur eſſe iuuentutis ætatis: ſed eas: uel ad ultimā
ſenectutē producere licebit: ſi non ocio languebimus: ſed honeſto in opere: ac liberali labore uerſabi
tur: non Terentianū Menedemū: ſed Cyrū Regem Perſarū: & Catonem ſenem imitantes. Atq; &
Cornelius Cęlſus in libro: quē accurate: & ſplendide de medicina conſcripſit: ſanū hominem: & bene
ualentē uarium iubet habere uitæ genus: quieſcere interdū: ſed frequentius ſe exercere. Atq; ſtatim
infert. Siqdem ignauia corpus hebetat: labor firmat: illa maturā ſenectutem: hic longam adoleſcētiā
reddit. Aurea uerba ſunt: ſed nec minus uera. Salubre corpus: non temere additur: ad exigēdas athle
ticas uires: quas etiam Celſus Medicus iure repræhendit. Et. n. athletæ ſoli uentri obedientes lacunæ
corporis explendæ deditī ſunt. Sed hi (ut in exortatione medicinæ teſtatur Galenus Pergamenus):
quod eorum tota uita: atq; ars ſagina eſt: nec poſſunt diu uiuere: nec ſani eē: ſed & in peſſima plęrūq;
incidunt grauium morborum genera: ut etiam clariſſimo Sydere Hieronymo atteſtante didicimus.
Itaq; ſibi habeant quæſo athletæ: & coliphia: & ſeruorum uires. Siquidē ingenuas uires: non a crapu-
la: & uentris ingluuie: ſed a frugi cęnula: & laborandi induſtria conſectare debemus. Prudens quoq;
ſimplicitas cōcurrit ad beatam uitam. ſed quid eſt: prudens ſimplicitas aliud: q̄ abſoluta ſapientia: q̄
perfecta uirtus: q̄ deniq; ſumma laus? Et. n. neq; prudēs quiſq̄ ullo modo abſq; ſimplicitate: neq; uir
bonus ſine prudentia ſatis laudari queat. Ac tum quidē uerā gloriam ſimus aſſecuti: cum & pruden
tes fuerimus: uelut ſerpentes: & perinde ut columbæ ſimplices. Qui prudens eſt: is ueritates facillime
in cognoſcendis rebus perſpicit: qui uero ſimplex: is ut uerā uitam cōſectatur: ita & multiplex: ac tor
tuoſum deuitat ingeniū. Rurſum uir prudēs a nemine fallitur: ſimplex fallit neminem: perſuadens ſi
bi Ciceronianū illud: quod uerum ſimplex: ſincerumq; ſit: id eſſe naturæ hominis aptiſſimum. Nam
P. Nigidius pulchre in eandem ſententiā ait. Vir bonus præſtare debet: ne mentiatur: prudens: ne
mendacium dicat. Prudens igitur ſimplicitas: ut eximiæ uirtutis continet dignitatem: ita etiam uitam
efficit beatiorem: ut quiuis prudēs cum ſit: mala declinet: cum ſimplex: ac bonus mala coiq̄: iniuriaſq;
non inferat: quibus ex rebus: cum magna exiſtit laus: tum conflatur etiā beata uita: quam ſi uelis per-
fectiorem adipiſci: pares amici adhibendi ſunt: quos & Terētianus Simo probare uiſus eſt. Si ex opti-
mo uiuendi genere laudem inuenias: & amicos pares. Nam ſi beata uita iucundiſſima uita eſt: quid
poteſt in humanis rebus: amicitia eſſe iucundius? Res imprimis neceſſaria eſt: ut auctor oſtendit pro-
batiſſimus Ariſtoteles: ſiqdē nemo eligat uiuere: ſi amicis careat: uel ſi cūcta alia poſſidere bona uide
retur. Quid dulcius ait eximius Orator: q̄ habere: qui cum loqui: ut tecum audeas? Hunc certe amicū
intelligere debemus. Nihil eſt quod mutua amicorū uoluntate: ac beniuolentia coniunctius uel dici:
uel cogitari poſſit. Verū amicorum interpretari uelis: poſſis alterū ipſum non abſurde interpretari.
Fit enim in amicitia: id quod Pythagoras ſentiebat: unus ex pluribus. Itaq; & Aurelius Auguſtinus de
Nebridio amico ita aliquando locutus eſt. Bene quidā de amico ſuo dixit. Dimidium aīæ ſuæ. Nam
ego ſenti aīam meā: & animā illius: unam fuiſſe animam in duobus corporibus. Hęc Auguſtinus. Ci
cero quoq; p epiſtolam: Cęſarem Imperatorem alloquitꝛ his uerbis. Vide q̄ mihi perſuaſerim: te me
eſſe alterū. Sed & cum in Tuſculanis diſputationibus: de beata uita diſſereret: fructum amicitiarū nō
reticuit: in quo doctis poſitum ſit cum conſiliū oīs uitæ conſentiens: & pene conſpirans: tum ſumma
iucunditas quotidiano cultu: atq; uictu. Quā ob rem præcipiebat Polybius non prius eſt foro abeun
dum nobis: q̄ quempiā ex adeuntibus amicus comparaſſemus. Pares aūt amicos oportet eſſe: nemo
dubitauerit: quē nō lateat Ciceronis Lælius: illud etiam Plinii exploratum habuerit: ad cōnectendas
amicitias: uel tenaciſſimū uinculum eſſe morū ſimilitudinem. Verum amicitiæ tam latus campus eſt:
ut in eo ſemper diffuſius: & oratio: & ſtilus exultet. Iam ad frugalitatem ueniēdū eam præſertim: quę
fœdiſſimam uentris repellit ingluuiem. Sequitur. n. Conuictus facilis: ſine arte menſa. Fuit quoddam
tempus: cum nondū uel opinionum uanitate: uel prauitate morū natura hominis infecta eſſet: ī quo
ſolis glandibus: atq; oleribus homines ueſcebantꝛ. Nuces: & poma: ac reliqui telluris fructus eſui erāt
nondū gulę irritamentis excogitatis: nondum lautarum epularū cognitis deliciis. Qui uiq; noſtra tem
peſtate Monachorum: quos Græci uocant: ac cęnobitarū uictus ē: is pene erat priſcis ſeculis omnium
gentiū: atq; hominū cōmunis. Eſt aūt cœna iucundiſſima nō quas Reges: & Tyranni labore potius
quā ſplendore parant: nonq; habet magnificentiam: ac ſumptū epularū: nō ea deniq; cui fercula ſe-
ptem adhibentur: ſed quam natura nondum deprauata: quam ſubſtentandæ uitæ poſtulat: ac requi

rit neceſſitas. Nec uero ſapiẽtes: aut Artaxerxis Regis: aut Siculi Dionyſii cõuiuiũ: nec Archelai: aut
Theſſali Scope lautiſſimũ apparatũ: ſed tenuitatẽ uictus: ſz frugi Pythagoreorũ cœnulã: & ſine arte
mẽſam probant. Ita laudatur Plinius: q ad ſimplicẽ: atq incantã menſam amicos inuitaret. Laudať
Xenocrates: qui in Academia etiã Alexandri legatis tantũ ſolũ: quod iis ſatis eſſet: appoſuit. Laudať
M. Curius: qui in ligneis uaſculis rapas comeſſe eſt ſolitus. Laudatur oium maxime Diogenes Cyni
cus: qui quod impreſentẽ horam a quolibet poſceret: atq acciperet cibum ημεροβίος etiam uulgo ap
pelatus e t. Laude dignus cẽſetur quisquis cuz Mœlibeo cõtẽtus dicat. Sũt nobis mitia poma: Caſta
neę molles: & preſſi copia lactis. Non poteſt beata uita abſque uoluptate eſſe. At uoluptarius Epicu
rus oleribus: & pomis dicit eſſe uiuendum. Nemo teſte etiam in ſectatore eius Cicerone: de tenui
uictu plura dixit. Epularum & uictus Luxuria mentẽ hebetat: corpus labefactat: & immatura afficit
ſenectute: uaria excitat morborũ genera: flagitii: & libidinis irritamẽta ſubminiſtrat. Q ď ſi cerere: &
libero friget: pulmẽto certe: ac temeto cõcalẽcit uenus. Mos erat ueteꝝ: (ut ait Plinius) cibũ interdiu
& leuem: & facilem ſumere. Quorũ erat pulpamentuz aliud nullũ: quam quod Scythę Anacharſidis
fames. Et quidẽ pridẽ ſtatuerat Lycurgus in propatulo oẽs ac publice conuiuari: quod & ueteres oẽs
ſeruare ſunt ſoliti. Perſæ Xenophontis libris celebrantur: qui haberent cibũ quidem panẽ: ob ſoniuz
autem cardomũ. Sed Naſturtium idcirco ad panem (ut ipſe arbitror) adhibebãt: quod eius præci
pua uis ut ac ſumma utilitas. Venerẽ ihibet: ut tradũt: qui herbarũ uires perſecuti ſunt: animũ exac
uit: potũ ĩ qua bilẽ detrahit. Quondam parce omnes uiuebant ac moderate: nec luxuriæ aut crapulę
indulgebant: delitias contemnebant: quę ultro ex terra: atq arboribus gignerentur: ea ſibi pręſtantiſſi
ma exiſtimabant: quibus & guſtus leuiret aſperitatẽ: & bonam ualitudinem tuerentur. Auſim dice
re plęraſq oẽs periculoſas ægrotationes intẽperantia conqtari: atq ex uentris ingluuie naſci. Illud in
ſermone omniũ uerſatur: plures crapulã interfeciſſe: q̃ gladium. Fœlix nimiuz uetuſta: & priſca gens
mortalium: quam quotiens animus contemplatur: ſummis ſemper mactat honoribus. Solita eſt. n.
publice conuiuari: epularum uarietatem: ciborũ lautitiam deuitare. Itaq labentem ad intẽperantias
populũ Romanũ mordaciſſimus Satyrus reprehendit. Quis fercula ſeptem: ſecreto cenauit auus?
plurimum expetenda uictus tenuitas eſt qua & corporis incolumitas cõſeruatur: & morborũ omniũ
obruitur ſeminariũ. Sępe quod nulla medicinæ ars ac diligentia curare potuit: ſimplex mẽſa: & ipſius
uictus caſtigatio liberauit. Quę uis alia: niſi potus ac cibi parcitas: podagrę duritiã unq̃ molliũt? Quę
uis alia articularis morbi dolorem ſedauit? Multi autem cum his ægrotationibus laborarent (ut per
hibet qui nunq̃ mentitus eſt: teſtis locuples Hieronymus) ad pauperes cibos redacti conualuerũt.
Cũq in tres partes Medicina diſtributa ſit: illa nimirum: quę uictu medeť: patet latius: ſanat frequen
tius. Medicamenta uero: & Chyrurgici opera multos quotidie fallit. Verum nota hæc ſunt: ut uagari
longius non ſit neceſſe. Vide igitur quid faciat conuictus facilis: ſine arte menſa. Quod & declarat
Hieronymus: qui ait. Olerum: & pomorum ac leguminuz & facilior apparatus ẽ: & arte: ſpendiiſq
coquorum non eget. Atq hæc de facili uictu: qui & ipſe uitam efficit beatiorem. Nox non ebria: ſed
ſoluta curis. Conſtat duplicẽ præcipue appellari hominis quietem: quarũ utraq neceſſaria eſt: & ad
ſalutem animalis a natura data: primã cibi ac potus: de qua etiam Vates facundiſſimus. Poſqͣ pri
ma quies epulis: menſæq remotæ. Cum hac & ſecundam menſam intelligi oportet. Secũda uero
quies ſomni eſt ac nocturnæ requietis: de qua apud Ciceronem Lælius cũ Scipionis de Rep. ſermo
nem referret: eius inquit: diſputationis fuit extremũ fere de ĩmortalitate animorum: quæ ſe in quie
te uiſo ex Aphricano audiſſe dicebat. Nam & Virgilius conuiuii quietem: & Lælius ſomni quietem
appellauit. His nanq duobus generibus etiam excæptos hoſpites reficere ſolemus. Prima igitur alla
ta quies eſt: & qualẽ eſſe oporteat ſatis: ſuperq declaratum. Id eſt. n. conuictus facilis ſine arte menſa.
Nunc altera eſt: deinceps patefacienda. Sequitur &. n. Nox non ebria: ſed ſoluta curis. Fieri non po
teſt: ut uel homo uel quoduis animal in actione: in labore ſemper in exercitatione uerſetur: ad quas
res profecto nati ſumus. Neceſſaria eſt (ut ait Ariſtoteles) intermiſſio operis ac relaxatio animorum
ſed ſomni imprimis: qui & requiẽ affert animantibus: & ad eorum ſalutẽ plurimũ cõfert. Sed nox nõ
fruſtra dicitur: ut diurnus ſomnus protinus exigeretur. Teſtis eſt Auicenna dormire interdiu maluz
eſſe: unde humectantes egrotationes: unde reumatiſmi: unde pallor: ſplenis accretio: laxationes ner
uoꝝ: corporis inſulſitas deſyderii: tumores febres unde alia permulta: & ualitudinis detrimẽta oriun
tur: & uaria morborũ genera. Bene eſt itaq nox poſita: deinde non ebria dicitur: ut ebrietas ac temu
lentia tolleretur: qua qd poteſt eſſe libero homine indignius. Peſtis ſęuiſſima ebrietas eſt: animorũ ſi
mul: & corporum labes: quæ primum rationis hominem impotem facit: & multorum malorum fo
mitem ſubminiſtrat. Et in ſobrietate quidẽ uirtutũ cõcordia: in temulentia uero ſita ruina eſt. Non te
mere uinũ a ui appellatũ dicit Varro: qď eius tanta poteſtas ſit: ut hoĩs naturã in belluã transferat
& mẽtẽ rationẽq ſubuertat. Quid tã amicũ qd tã gratũ ueteri: & calidiſſimo hoſti (ut ait diuinus Chri
ſoſtomus) quã ebrietas: q̃ laſcinia malorũ omniũ ac facinoꝝ radix? Quę duo uidelicet teterrima fla
gitia ne fuſius propagarentur. Valerius Flaccus: & Portius Cato Cenſores Bachanalia ſubſtulerũt: ne
nocturnum ſacrum: & ebrietatis ac ſcelerũ omnium ſeminariũ: ut grauiſſimus autor ſcribit Liuius.
Nihil tam uirilem dignitatem deformat: nihil tam deturpat hominis grauitatem: q̃ ebrietas: atq in ſo

Iu.

lentior uini licentia. Fertur Dionyſius ſenior: cum in cœteros malefactores grauiter animaduerteret: parcius tamen eis: qui ueſtes ſurripuiſſent: quo Syracuſani a cōmeſſationibus atq; ebrietatibus temperarent. Recte igitur Martialis ei: qui beatiorem ſibi uitam affectat: cenſet noctem quiete degendam: uitandam ebrietatem. Nox inquit non ebria: ſed ſoluta curis. Quid curis ſoluta nox eſt: niſi ab ſollicitudine uel quærendæ pecuniæ uel apperendæ gloriæ uel deniq; explēdæ ueneris longiſſime abhorrēs? Harum rerū appetentes in utramuis aure dormire ocioſi non poſſunt: thorum feſſos nunquā ſopor irrigat artus: tunquā arctior ſomnus complectitur: hærent infixæ pectore cupiditatū ac libidinum curæ: inſident ſollicitantes: angores: nec placidam membris dat cura quietē. Quando auarus: ambitioſus: peculians placidiſſimā illam quietem deguſtarunt? Et auarus cupiditati ſemper intentus: non ſolum non dormitat: ſed ne cōniuet quidē: ac dum inſatiabilem & inexauſtā ſinum explere cogitat: etiam fraudat naturæ ſomnū: ut Saluſtianum illud uerum ſit. Auaritia pecuniæ ſtudiū habet: quā nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi uenenis malis imbuta corpus: animumq; uirilē effeminat. Semper infinita: & inſanabilis eſt: neq; copia: neq; inopia minuitur. Et Plutarchus Cheronenſis in libro: quē inſcripſit περὶ πολυπραγμοσύνης magnis uiribus nos deterret auaritia: & ſuperuacua quadam permiſtaq; (ut interpretatur Gelius) ac minime neceſſaria eiuſcemodi plurimarū rerum & cognitiōe & petitione: quæ mentē ipſam uehementer excruciat. Neq; enim curioſior illa πολυπραγμοσύνη hominem unquam ānit quietor atque ocioſo eſſe animo: ſed turbulentus ſemper tum cogitationibus tum laboribus iactat. Quid leuiū amorum: quid obſcenæ libidinis ſectator: nonne dies noctesq; angitur? Nōne modo dextrum: modo læuū uerſat: ac fatigat latus? Miſer atq; infelix amator incertus animi: qd capiat conſilii: ignorat: quo ſe uertat neſcit: nunc ſpe erigitur: nunc metu frangitur: aſſidua ſemper ſollicitudine excruciatur. Leuitatem uero affectans gloriæ: ut popularē aucupetur auram: & interdiu laborat: & noctu cogitat: atq; animū nunc huc celerem: nunc diuidit illuc: in parteſq; rapit uarias: perque omnia uerſat: eius igitur & beatior fuerit uita: de quo merito dici poſſit. Nox nō ebria: ſed ſoluta curis. Is quietas noctē agit: & arctiſſimo ſomno: ac ſopore uincitur. Non triſtis torus. Attamen pudicus. Triſtis torus profecto eſt eius: q uitam ſolitariā uiuit: & eorū caret conſuetudine: quibus cum familiares ſermones: & dulcia conferat alloquia. Et Pythagoras qdem quāquā contemplandis rebus intēderet: cohortem tamen diſcipulorum ſibi delegit: quibus cum uiueret: quos inſtitueret: quorum conuictu: & conſuetudine lętaretur: cumq; his perpetuā: atq; inſeparabilem ſocietatē coire ſolitus eſt: & quodā ue uti cœnobium conſtituere. Neq;.n. poteſt quicquā homini ſuaue eſſe: ac iucundum: uel rebus omnibus circunfluentibus: niſi conſortem & participē habeat. Sociale nanq; homo eſt animal: & conciliationis longe omniū cupientiſſimum. Suo autem ingenio hominis: ac ſimilis ſui: & ſocietate & conſuetudine delectatur. Alioquin aut Deus quiſpiā ſit: ſi contēptis humanis rebus etiam ipſi deo ſolitudine: & contemplatione iungatur: aut certe beſtia: ſi cōſpectū ac cœtum fugitans hominū uitam agreſtē & imanem ferarū uiuat. Quippe natura nihil ſolitariū amat: ſed ad ſocietatē hominē genuit. Atq; illud uerum eſt: fructū uoluptatū omniū eripere ſolitudinē. Verum prima ſocietas in cōnubio eſt: ut imprimis uxoris ipſius quærenda iugatio ſit. Quam ſi quis ex ſententia nactus eſt: ſciat paratū ſibi nō uitæ ſuppliciū: quod plæriq; loco uſurpant: ſed perpetuū præſidiū: ac tutiſſimū perfugium. Si quidem fecit Deus hominem: & ſimile ſibi adiumentum condidit mulierē. Itaq; & pp uxoris flagrantiſſimam charitatē relinquit quiuis uel parentes: & ita illi hæret: ut & duo in carne una ſint: & fiat ex duobus unus. Omnium autem rerum ex quibus aliquid percipitur uoluptatis: nihil eſt uxore melius: nihil iucundius: nihil amabilius. Ea tibi liberos gignit: quibus bene inſtitutis poteſt fere nihil optabilius cogitari. Procreatam ſobolem nutricatur: intus dominans ſuppellectilē totam ſtudio: diligentiaq; tuetur: ſeruat domi: quod foris tibi paratum eſt. Victum omnem: ac reliquum uitę cultum miniſtrat. Siue mala ualitudine laboras: ſeu ullis aduerſis rebus premeris: ſola ſemper pręſto eſt fidiſſima cōiunx. Seipſam negligit: ut te ſolū expleat: id cogitat: id conatur: id ſpectat: ut q̄ maxime tuis commodis: uoluptatibusq; inſeruiat. Quid.n. bonæ uxori præter uirum: aut charū: aut dulce eſt? Solent mulieres ita diligere ſuos uiros: ut etiam uiuere nolint: ſi illi mortui ſint. Nam & in India uaſtiſſima Barbarorū regione: mulieres: ne mortuis uiris ſuperſtites ſint: pira malunt ardere: q̄ uiuere. Quid ad hunc amoris cumulum addi poteſt? Mihi non Terentianus Mitio fœlix eſſet: qui quod fortunatū iſti putant: uxorem nunquam habuit: Sed is multo uidetur omniū fortunatiſſimus: cui & uxor eſt: & proba: ob rigitæ pudicitia: uiri diligentiſſima: uerecūda: modeſta: ſobria: accincta: alacris: iurgiorum fugitans: uiri uoluntatem uitæ ſibi legem putans. Huius profecto erit torus certe non triſtis: ſed celeber: ac lętiſſimus: ut dicat quiuis: fœlices thalamos nactus multo etiam uerius: q̄ ille apud Propertiū. O me fęlicem o nox mihi candida: & o tu lectule deliciis facte beate meis. Viri nanq; deliciæ ē uxor: ut iure Cinthiā quampiam non quidem amicam: ſed uxorem hiſce maritus uerſibus alloquatur. Tu mihi ſola places: placeam tibi Cinthia ſolus: Hic erit & patrio ſanguine pluris amor. Non ſit igitur triſtis torus: attamen pudicus. Nō inſcite pudicus dicitur: quod ad limen beatitudinis: neque illegitimus congreſſus: neq; immoderatus coniunctionis appetitus aſpiret. Quid enim a bellua hominem ſeparat: niſi ratio: niſi uirtus: niſi lex: ac moderatio uitæ? Magna eſt connubii .i. legitimi matrimonii laus: quo mouemur: non quamuis mulierem paſſim: ac ſolute ſuſcipere: ſed quam ſponſaliorum iura conſtituant: quam a

parentibus: cognatiſq; ſolemni ritu ſtipulemur in matrimonium nos ducturos: quæ inquam connubii lege atq; inſtitutione iungatur. Quam quiſq; igitur eo pacto aſſecutus ſit eam uxorem: & chariſſimam conſortem habeat uitæ: aliam ſi uel attigerit uel etiam concupierit rationis: atq; humanitatis iura uiolauerit. Hinc in Politicis præclare Ariſtoteles. Coitus inquit ſolus alterius q̃ coniugis penitus ſit interdictus. Quid de moderatione dicam? Meminiſſe uirū oportet modum ubiq; eſſe ſeruandum: atq; uxorem ſe habere: nō ſcortū. Liberis danda opera eſt: non explenda libido: nec breui uoluptati: ſed perpetuæ ſaluti conſulendū. Coniugationem autē maris: & fœminæ: ſi rem ipſam conſideremus: ſola efficit procreãdę ſobolis ratio: alias ſordida ſit ac lutulenta permixtio. Quo circa & iis ipſis: qui coniugii uinculo ſociati ſunt ſapientes uiri fines conſtituere: quatenus procreande ſobolis operam dari conueniat: quo cum uentum ſit ſinant ualere ac neſciant uenerem. Nihil eſt immoderato concubitu aut fedius aut pernicioſius: q frequēs etiam corpus diſſoluit (ut Medici ac Phyſici tradunt) Eſtq; (ut ait clarus Hippocrates) teterrimi pars comitialis morbi: corpori & lęuiſeram imbecillitatē: & immaturam afferens ſenectutem. Atq omnes: qui crebrius uoluptati: atq; libidinis explende gratia carnis: & ueneris fœditati laxas habenas dederint: ii ad naturam belluarum q̃ proxime accedunt: ſed & beatiorem nequeunt uitam adipiſci: quam quęrimus. Vrunt undiq; ardentes libidinum faces: quę miſeros reſpirare non ſinunt. Bene atq; luculente quiſquis in hunc modum cecinit. Ardet in affectu uenus Anaia: ſordet in actu.

Efficit: atq; pudet: præſto patratur opus.
Poſt factum: feciſſe pudet: cito pręterit illud:
Quod iuuat: æternum: quod cruciabit: erit.

Coniugii igitur ſocietas non acerbam uitam: ſed iucundiſſimam efficit. Sed eorum ſcimus eſſe longe iucundiorem: qui ueram pudicitiã affectantes non matrimoniorum uinculis: non ullis ſæculi compedibus uinciuntur: ſed ſupra hominem uitam nacti perpetuã uitæ integritatē ſeruauerunt: atq; eorū ſibi duntaxat conciliationem ac ſocietatem aſciuere: qui omnibus humanis contemptis illecebris in rerum cognitionem ac ueritatem adipiſcendam operam omnem ac ſtudium contulerunt: quorū nec triſtis eſt torus: & tamen uere: ſerioq; pudicus. Quales Indorum Gymnoſophiſtas: pleroſq; Græcorū Philoſophos: Iudæorum Eſſenos: Aegiptiorum Sacerdotes fuiſſe tradunt: qui cum multis rebus aliis tam maxime uxoribus abſtinuerint: quales multo uerius cernimus ipſi: etiam noſtra hac tempeſtate Chriſtianę & catholicæ religionis cœnobitas: qui exuti quodammodo humanitatis fragilitatem: Angelorū uitã imitant interis. Hi nanq; cęlibatū nuptiis præferētes melius: q̃ Socrates mentē ſeiungūt a ſenſibus: altiſſimoq; animi exceſſu rapti uerius: q̃ pſeudo Philoſophi moriunt. Si recte dicit Philoſophi: q nō fucata nō adūbrata: ſ; uera ac ſolida Philoſophia ē meditationē ẽe mortis. Hoꝝ certe hominū: quia pauci toto orbe reperiūt: icredibilis q̄dã uoluptas ē: maiorq; quã q̃ breui oratiōe peſtringi poſſit. Quippe eiuſcemodi hominū tanto eſt: q̃ cęterorum uita beatior: quanto hi abſunt propius a uera beatitudine. Verum de his alias plura. Hæc attigimus: ne matrimoniorum expers uita: qualis noſtræ ſacerdotum religionis eſſe debet: putaretur infœlix. Omnino autem iis omnibus: qui beatius uolunt uiuere: triſtis uitandus eſt torus: pudicus optandus. Additur ſomnus: qui faciat breues tenebras. Somnus is: breues: inquã faciat tenebras nō iniuria laudatur. Iubebat Pythagoras: ut uenęris imprimis: iræ: ſomni: gulæ abſtineremus: quibus rebus uirtus maxime perturbatur: qua ſublata ad quamuis beatitudinem omnes plane aditus intercluduntur. Hæc uiq; mala quum regnant: exulat uirtus: uirtute autem remota nullus relinquitur beatitudini locū. Ariſtoteles ſumma autoritate Philoſophus cum fœlicitatem hominis explicaret: non eſt eam auſus niſi in actione: atq; opere conſtituere: quo dormitantium nullum diſcrimen ſit nulla fœlicis hominis ac miſeri differentia. Quod ſi ſomnum ſpectes: nihil homini homo præſtabit: ſtulto intelligens nihil intererit. Hebetia plęrumq; ac tarda ingenia ſolent eſſe eorum: qui plurimo cibo: nimioq; ſomno utūtur: nec ſolum impuberes pueri: quod. M. Varro in longa hiſtoria prodidiſſe fertur: ſed qualibet etiam ætate homines id ipſum incurrunt mali. Illud poeticæ leuitatis eſt: quo traditur. Domitor ſomnus malorū: requies animi: pars humanæ melior uitæ. Aut enim res fluunt nobis ex ſententia: & earum fructum capere nequimus ſomno conſopiti aut aduerſis urgemur: nec iis aut liberare ipſi nos aut leuare poſſimus: niſi diligentem ac peruigilem curam adhibuerimus. Ita ſit ut pars humanæ uitæ non melior ſit ſomnus: ſed deterior. Itaq; & ſero cubitum diſcedentes: & ad primam ſæpe auroram ſomno experrecti frugi hominum fungemur officio. Illud Pythagoræ nobis imitãdū eſt. quod & aureis idē ipſe uerſibus præcepit.

μὴ δ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν
πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη

Quos uerſiculos & Latine non inconcinne noſtrorum quidam ita interpretantur. Noli autem ſomnum mollibus oculis excipere: priuſquam diurnorum operum ter unumquodq; percurras. Quo acceſſi? Quid peregi? Quid mihi oportunum non peractum eſt? Surgere mane ante lucem iubet in Oeconomicis nobiliſſimus Philoſophus: quod ante lucanum tempus: atque operæ: & ad curam rei familiaris: & ad bonam ualitudinem ac demum ad Philoſophiæ ſtudia plurimū conferat. Quod

natura quoq; ipſa nos admonet:quę nocturnos uigiles(ut Phyſici tradunt)excitandis in opera mortalibus:rumpendoq; ſomno gallos genuit. Naturæ legibus obtemperandum eſt:quæ hominem nō ad ſomnum/ & quietem:ſed ad operam:atq; exercitationem naſci uoluit/nec propter quietem operā: ſed propter operā/quietem inſtituit:ut uidelicet remiſſione laboris potentius/ad exercitium operis uires intēderent. Claris ac magno ingenio uiris:nō minus lucubrationes quā meridiationes pfuerūt ut merito ſomnus is laudandus ſit:qui faciat breues tenebras:& is putandus beatus:qui uel in ſecunda/ac tertia uigilia frugi ſeſe hominem pręſtiterit. Quod qui ſecus factitauerit:dignus ſit:qui perpetuam noctem dormiat. Illud quoq; ſapienter beatiori uitæ adiectum eſt. Quod ſis eſſe uelis:nihilque malis. Salutaris:& ſapiente uiro digna uox: quæ iubet:quam quiſq; fortunam:quem uitæ ſtatum quiſq; ſit nactus: eo quemq; debere eſſe contentum. Nihil eſt enim ſtultius: q̄ alienam ſortem/qualis tandem ſit: & appetere ſemper: & exiſtimare meliorem. Iure Flaccus noſter hanc hominum & admiratur dementiam:& deplorat uitæ miſeriam inquiens.

Qui fit Mœcenas:ut nemo/quam ſibi ſortem:
Seu ratio dederit:ſeu ſors obiecerit ulla:
Contentus uiuat:laudet diuerſa ſequentes!

Vulgaris ſane conſuetudo:ſuaq; imperitæ multitudinis leuitas. Perpulchrum:ſcitumq; eſt ſemper eo contentum eſſe:quod adeſt:nihil præterea concupiſcere:nihil quærere amplius. Nimirum ſapiens & ſi tantillum adeptus eſt:ſatis ſe tamen conſecutum putat:nunq̄ ſui pœnitet/ſapientia munitum:uirtuteq; ſeptum hominem. Et.n.his in rebus ueræ diuitię poſite ſunt: cœterarum uero rerum omnium inexhauſta ſitis eſt:& cupiditas inſatiabilis:quas ii maxime deſyderant:qui earum maxime abundant copia. Quod ſit quiſq;id eſſe uelit. Ita.n.ditiſſimus habendus ſit:ita opulentiſſimi cuiuſq; copias:nō æquabit ſolū:ſed etiā antecellet. Satis ēe putare q̄d ē nihil appetere:nihil requirere:ea demū/& ſapienti cōſentanea:& iucundiſſima eſt uita:quam facillime aſſequitur quiſquis poſt habitis incertis: caducisq; rebus ſolam uirtutem amplexetur:cuius & noſtra poſſeſſio eſt:& nullis fortunæ caſibus ſubiacēs. Socratem apud Platonem Polus conſuluit/an Archelaū Regem opulentiſſimum:qui Macedoniæ dominaretur: fœlicem eſſe putaret:neſcire reſpondit ſeſe:quod neq; q̄ doctus:neq; q̄ bonus eſſet:intellexiſſet. Non.n.fortunatum gloria/non regni amplitudo/non ulla auri/aut argenti uis: fœlicem hominem/& beatum facit:ſed ſapientia/& probitas:quas res Reges ſi non habent:certe fœlices nō ſunt habendi:inopes ſi habent etiam per beati exiſtimandi. Cortina Apollinis ſolum Aglaum beatum iudicauit:qui in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo pauperis agelli contentus finibus/paruo tugurio cōclu ſus:nunq̄ paterni ſoli/terminos fertur egreſſus. Huius igitur paupertas Archelai pręſtabat fortunas atq; antecellebat gloriam. Quos cupiditas incēdit:quos premit auaritia:iis profecto omnia deſunt nec minus:quæ habent:q̄ quæ non habent. Contra ſapienti omnia ſuppetunt: & nihil cum ſit: nihil deeſt tamen. Fortunis ſi caret:tranquillitate non caret/cupiens eſſe:quod ſit. Demum additur:quod perpulchre de beatiore uita ſermonem claudit. Summum nec metuas diem/nec optes. His uerbis nihil certe aliud:q̄ ſumma quædam oſtenditur moderatio:cuius propriū eſt/nec lętari uehementius pſperis fortunæ ſucceſſibus/nec propter ullos aduerſos caſus triſtitia:atq; egritudine deprimi. Quis enim extremum uitæ diem tam exoptat:q̄ qui calamitoſam/ac miſeram fortunam deſiderat/morte finiri? Atq; ille rurſum mortem plurimum extimeſcit: qui florens opibus/ & fortunis/iiſdem ſe rebus metuit orbatum iri morientem. Aegri animi: & reſtantem fortunam/immoderate ferentis uerbum eſt.

Mors hominum fœlix:quæ ſe nec dulcibus annis.
Inſerit:& mœſtis ſępe uocata uenit.

Stulte quoq; Maſſilienſes: qui temperatum cicuta uenenum publice inſtituiſſent iis exhibēdum: qui apud ſuum ipſorum ſenatum expetendæ mortis cauſam attuliſſent. Nam ſiue proſpero (ut aiunt) flatu uiuimus:ſeu turbulentis infortuniorum iactamur procellis: nullā ſatis idoneam/uel metuendæ uel optandæ mortis rationē ullo modo poteſt cęca prębere fortuna. Nec eius conſuetudinis/aut Gręcos autores/aut imitatores Gallos probare debemus. Quis aūt uir ſapiens exiſtimari poſſit:qui ex incertæ rei mutabilitate pendens ſuæ tum mortis/tum uitæ rationem:ad fortunæ referat temeritatem? Stultus adoleſcentulus:& inani lætitia geſtiens ille Terentianus Chærea: non tam amore/q̄ mente & ratione captus eſt:qui diceret. Pro Iupiter nunc eſt profecto tempus interfici/cum perpeti me poſſum ne hoc gaudiū contaminet uita ægritudine aliqua. Melius apud eundem Poetam Geta in Phormione:qui cum ex eo quęreretur/de ſe quid futurum eſſet. Neſcio Hercule inquit: unū hoc ſcio:q̄d ſors feret:feremus æquo animo. Nec ille deterius/aut minus grauiter:qui continuo id eſſe uiri officium comprobauit. Ac præclare:ſciteq; ſapiens præcepit Poeta. Nemo confidat nimium ſecundis:nemo deſperet meliora lapſis. Qui ſapientem præſtare ſe:& iucundiſſimam uitam degere inſtituerit:is utramuis fortunā/& ſecundam/& aduerſam moderate ferat/ſummū nec metuens diem/nec optans. Mortem pertimeſcere inſcitię eſt/optare leuitatis. Nec eſt.n.ullū malum mors(ut ſapiētes uiri uerisſime probant)atq; haud ſcio/an magnum ſit bonum potius. Certe cum iis præclare agitur morienti/

bus:quorum uiuentium/innocentia cognita ſit/atq; eluxerit probitas. Fruſtra autē optamus: quod uel inuitis nobis aliquando euenturũ eſt. Cunctis mortalibus breuis imminet occaſus. Vtinam iam cognita imortalitas ſit:atq; omnibus indubitata:q̃ eſt certus interitus. Longius aut propius/mors ſua quemq; manet/ait Propertius. Multos accepi:noui & ipſe nonnullos:qui tam & ſi/uehementer uitæ terminos expetere uiderentur: aduentantem tamen mortem/ & dolerent plurimum: & accuſarent. Quæ hęc obſecro leuitas:quæ inſania eſt? Quanto.n.ſatius/diuinis parere legibus/ & ad illius ſe arbitrium accommodare:in cuius poteſtate/ & mortem eſſe/ & uitam cognouimus? Is quum finit/lętitia amus:quum uocat/alacres demigremus. Sentiamus & nos hoc pacto cum Thalete Mileſio:nullius inter mortem/ac uitā eſſe diſcrimen:ſummum nec metuamus/nec optemus diem. Fortuna nec efferamur: ſi ſecunda arriſerit/nec eadem aduerſa perſtrepente frangamur aduerſus dolorem omnem/ac mortis metum inuictum ſemper animum gerentes. Illud enim magni/ & excelſi animi eſt: tum in proſperis rebus moderationem/tum in aduerſis ſeruare prudentiā: quibus laudibus præditus qui fuerit:non poterit non ēe beatus/ac de ſummo die:nec erit.n.uel metu anxius/uel deſyderio ſollicitus. Et quidem his omnibus ex rebus illa:quam auidiſſime omnes expetīt:comparatur uitę tranquillitas. Nam ſi uirtutem ſectati erimus: & omnem ſedauerimus animi perturbationem: ſimus procul dubio adepti uerum illud bonum:quod ſolum/ & honeſtum eſt: & iucunditatis pleniſſimum:ſecuritatem & pacem. Quando ex uirtutis exercitatione: & uacuitate/ab angoribus conflatur/ac perficitur beata uita:quam ut aſſequamur:omnē induſtriam:atq; operaꝫ adhibere debemus. Itaq; laboremus: efficiamuſq; ut quæ ſingula expoſuimus:eadem uniuerſa complectamur:ut poſſimus (quantum fieri poſſit) & iucūde: & beate uiuere.

FINIS.

Fidi Græcarum litterarum interpretis/ Auguſtini Dathi Senenſis/Præfatio in traductionem Platonis/de Halcyone aue/ad Alexandrum Theologum peregregium/ac Venerabilem Religioſum/ordinis Prædicatorum.

EX magno Philoſophorum numero: qui priſcis temporibus claruerunt pater Alexander:unus Ariſtocrates:qui & Plato poſtea cognominatus eſt: & a ueritate: & a Chriſtiana religione proprius abfuit. Multa ſæpe de Deo:deque diuinis rebus pie:religioſeque diſſeruit. Ac per raro uſquam locutus eſt: quin de diuini numinis Maieſtate/ſermonem inferret. Itaq; & Auguſtinus noſter Chriſtiani quidam Imperator exercitus:tantum Platoni tribuit:ut eum cęteris eruditis/ac ſapientibus uiris præferat. Sed quid mirum/cum Simplicianus Auguſtinum laudauerit:quod potiſſimum in Platonicorum libris inciderit: inquibus omnibus modis differeretur: atque eius uerbum? Itaq; ego his cauſis commotus/ iucundiſſime Platonis ſcripta legere conſueui. Nuper uero forte fortuna libellus oblatus eſt:qui Halcyon ſcribitur:cuius non tam fabella captus ſum: q̃ probaui potius pulcherrimuꝫ commenti myſterium:in quo ſplendide ſane Cherephontis interrogatione: & reſponſione Socratis/de immenſa/ſummi: atque æterni Principis poteſtate diſſeritur. Hoc ego opuſculuꝫ/cum putarem nuſquam apud noſtros inueniri:una lucubratiōe Latinum feci: & ad te mittere conſtitui: ut qui optimus es agendorum præceptor: ſis etiam ſcriptorum cenſor. Accipe igitur paruum munus: & (ut uidetur) emenda. Conſydera autem non ineptam fortaſſe interpretationem uerborum: ſed magis quæ intus clauditur ſententiam grauitateꝫ. Habes tu primus interpretationum mearũ primitias. Alia poſt hac tentabimus fortaſſe maiora. Vale.

¶ Incipit Platonis libellus/qui Halcyon inſcribitur: quem Auguſtinus Dathus Setenſis e Græco ſermone in Latinum conuertit. Chærephon.

QVAE Vox inſonuit nobis o Socrates procul a littoribus/& Promōtorio illo! Quā iucunda auditu! Quodnā eſt: inq̄ uocale animal! Nā muta qdē ſunt: quæ in aqs degunt. Socrates. Maritima quædā ales o Chęrephon: cui Halcyon nomen eſt: luctuoſa admodū: & perquā flebilis: de qua uetus iam pridem hominibus: fabula proditur: Et. n. ferunt: hanc aliquando mulierē Aeoli Græci filiā quem a puella/uirum acceperat: ſtudii/atq; amoris gratia/lugere mortuū Trachinius Ceyca Luciferi Aſtri pulchri: atq; honeſti patris pulchrū quoq; atq; honeſtū filiū. Mox uero diuino quodā numine pennis circunfuſā uolucris inſtar maria circundare: atq; illū perqrer. Cęterū terrā oēm peragrans inuenire haud quaq̄ poterat. Chærephon. Nunqd nam Halcyon eſt: quod agis! Neq; ego unq̄ antehac uocē audieram. At mihi qdē externa quępiam cōtingit. Lugubrem. ſ. per quā uere uocē pfundit animal. Cuiuſmodi que'ōi & hoc ē o Socrates! Socrates. Non magnum Chærephon: at magnum ob coniugalē pietatem/a Diis accepit honorē. Siquidē in nidulatiōe iſtarū auiū: & Halcyonūs quas appellant: Dies mundus agit per mediā quoq; hyemē tranqllitatibus differentis: e qbus ē & hodierna præſens nuncimprimis. Nonne cernis ſumma/ac ſupiora maris: quā ſereniſſima ſunt! Pacatum aūt/ac tranqllū omne pelagus/ſimile deniq; (ut ita dixerim) Speculi! Chærephon. Recte dicis: uidetur nāq; hodierna Halcyonis dies: ſz & externa quoq; talis quępiā fuit. Sed p deos: q unq̄ opus ē iis fidē adhibere: quæ initio habita ſunt o Socrates: ut uel ex auibus mulieres aliquando effectæ ſint: uel ex mulieribus aues! Nullo. n pacto tale qdpiā uidetur fieri poſſe. Socrates. O amice Chęrephon uidemur nos qdē & eorū: quę fieri poſſint: & eoꝝ quoq;: quę effici nequeāt: iudices tardi: atq; obtuſiores qdā eſſe iudices. Nam iudicamus nos plane p humanæ facultatis uiribus: quę & rerū ignara/ac rudis eſt: & difficile adducitur: ut credatur: ſed & nequaq̄ pſpicaciter intuet. Itaq; cōpluria nobis & de iis: quæ facilia ſunt: difficilia: & quæ cōſeq poſſint impoſſibilia ſæpe uident. Atq; id qdē nōnunq̄ pp īperitiā: ſæpe numero uero/ob quandā mentiū ipſarū infantiā. Oīs nanq; homo infans uniq; uidetur eē uel ultima ſenectute pfectus. Quandoqdē puſillū admodū/ac nouellū uitę tēpus ad præſens æuū. Quid ē igit o bone uir: qd' ex eiuſmodi rebus/poſſibiles ne: an īpoſſibiles ſint dicere qppiā poſſint ii quos deorū: diuinarūq; rerū latēt poteſtates: qbus ue totius naturæ uis incognita ē! Meminiſti o Chęrephō qua nudiuſtertius tēpeſtas extiterit. Nā uel cogitantē qdē tū fulgura illa/ac tonitrua/tū uentorū icredibiles: atq; imenſas magnitudines cogitantē/inq̄ pauor icedit. Vereret forſitan qſpiā uniuerſam iā iam ruiturā mūdi fabricā. Porro uero admirabilis quędā tranqllitatis cōſtitutio exorta ē: q̄ ipſa & hactenus pdurauit. Vtrū igit maius/ac difficilius arbitraris eē/eā ne ſerenitatē ex illo uehemētiſſimo turbine/ac pturbatione traducere: transferreq; in tranqllitatē mundū oēz: an potius mulieris formā transfiguratā/in auis cuiuſpiā speciē cōuertere! Et. n. & pueri noſtri quoq; huiuſmodi aliqd fingere/ac formare ſciētes limū: cerā ue cū ceperint: faciliime ex eodē tumore/uarias: multiplicesq; transfigurāt formarū naturas. Diuino aūt numini q cū ne minima qdē ex pte/noſtræ facultates cōferri debent: pfacilia forte fortuna hæc ſunt oīa. Tū mūdū oēm/q̄to te ipſo maiorē putas eē! Dices ne tu! Chærephon. Quis hominū o Socrates huiuſmodi qcq̄ uel cogitatione cōplecti: uel oſone cōſeq ualeat! Neq;. n. id dicendo qſq̄ aſſequat. Socrates. Itaq; iā cernimus hoīes: ſi forte inuicē cōferant: ip multū differre inter ſeſe: præſtareq; alterū alteri/tū uiribus/tū ēt ībecillitatibus. Et. n. matura hominū ætas collata ad pueros penitus īfantes quiq; puta: decē ue dies natos: quā magnū q̄ſo: quāq; admirabile diſcrimen hz & infirmitatis: & roboris: cū ī oībus fere uitæ actionibus/atq; artiū ſtudiis/tū in iis quoq; oībus: quæ cunq; aut corpore adminiſtrant: aut aīo gerunt! Hæc nanq;: id quoq; paulo ante dixi/tenerioribus pueris ne in mentē qdē uident uenire poſſe. Ac roboris qdē magnitudo eius: q pfecta ætate ſit: q̄tā: quā ue imenſam: atq; inextimabilē pręs illis præſtantiā habeat! Myriadas. n. taliū uir unus p multas manu cōplecta ē: & qdē facile. Etas nanq; ab ipſo initio iperita prſus rerum oīum: & quę moliti nihil poſſit: hoībus natura cōtingit. Cū igit hō homini (ut uidet) tantū interſit: qd cēſebimus uniuerſus uideri cęlū præ nr̄is facultatibus iis: q talia hęc cognitione aſſequant! Credibile itaq; fortaſſis plęriſq; uidebit eiuſmodi hz mundi magnitudo pſtantiā ad Socratis: & Chærephōtis formā: eiuſmodi & ſuā ipſius poteſtatē: & prudētiā/ac deniq; cognitionē: irrationabilē eā q̄ in nobis ineſt antecellet facultatē. Proinde multa & tibi/& mihi: ſed & aliis: q pinde ac nos ſunt: īpoſſibilia uident ex iis: q̄ aliis forſitā pfacilia ſunt. Quādoqdē & tibia uti iis: q tibicines non fuerint: & legere/ac ſcribere Grammaticę artis ignaris ipoſſibilius ē: ut q illa ignorant: quā aut mulieres cōſtituere ex auibus/aut ex mulieribus aues. Ac natura qdē cū in fauo ferme aīal cōparet: & pedis & manuū/& pennarū expers: pedes ſubiiciēs: atq; adhibens pēnas. Sed & uarietate quadā multiplicū. uariorūq; colorū exornans apē/effinxit ſapiētē diuini effectricē mellis. Quin ēt ex mutis ouis: atq; in aīs cōpluria genera cōſtituit aīaliū/tum uolucrū: atq; terreſtriū/tū ēt aquatiliū ætheris magni (ut nōnulli tradunt) ſacris utens artibus. Quāobrē īmortalium poteſtates: quę profecto q̄ maximę ſunt: mortales nos/ac puſilli: & qui nec magna: neq;

etiam parua percipere ualeamus: pleraq; etiam addubitemus eorum: quæ circa nos ipſos uerſantur: haud firmũ quicquã uel de Halcyonibus uel de Philomenis tradere poſſimus. Cęterũ gloria fabularũ qualis a patribus pdita eſt: talem & pueris meis o ales queſtuũ ac luctuũ: debeo. n. pręduero de tuis laudibus: tuum uero pium ac ſtudioſum uiri amorem concinam crebro uxoribus meis Xanuppę ac Myrtæ referens cũ alia multa: tũ imprimis quẽ a Diis honorẽ cõſecuta es. Tu quoq; o Chærephon huiuſmodi aliqd feceris. Chęrephon. Decet igiť plane o Socrates: & quę abs te dicta ſunt duplicẽ ut habeant perſuaſionẽ ad mulierũ inq̃ conſuetudinem ac uiroꝝ. Iam igiť Halcyoni ſalutatione facta regredi ad urbẽ ex Phalerico tẽpus. Socrates. Sane qdem igiť ſic faciamus. FINIS.

¶ Eximii Theologi Aug. Dathi Seneñſis de ſeptem Virtutibus Libellus fęliciter incipit.

SAPIENTISSIMus concionator: in quo & Saluatoris ac Redemptoris noſtri Dei figura præceſſit: cũ multa grauiter ſplendideq; dixiſſet: id quoq; ſcite ac pręclare intulit. Sapiẽtiam ædificaſſe ſibi domũ: atq; excidiſſe columnas ſeptẽ. Gregorius Nazanzenus doctor eloquẽtiſſimus maximã ſeptenarii numeri uim ac dignitatẽ eſſe declarat: quod multa & pene inumerabilia eius numeri & in natura reꝝ & ĩ ſacri eloquii diuinis myſteriis ſacramenta produnť: atq; præter alia multa ſupra ſeptẽ colũnas plane teſtatus ẽ: domũ ſapiẽtię collocari. Sed qd ẽ domus Sapientiæ: niſi ſedes quædã ac domicilium uirtutũ omnium? Quid ſeptem colũnæ: niſi uirtutes ſeptẽ: qbus fundata Sapientis uita immota ſemp ac ſtabilis pſeuerat? Nã q uirtutũ præſidio ſeptus ẽ: is nulla rõne ſupari: nullis expugnari uiribus: nullo unq̃ tẽpore loco dimoueri poſſit. Quod ſi uitæ ſtabilis atq; incõcuſſa firmitas uirtutis & ſapientiæ munimentis nititur: non iniuria colũnæ ſeptẽ uirtutes ſeptẽ fuerint. Fides: Spes: Charitas: quę tãq̃ duces ac ſtrenui Imparatores pręſunt. Tum Prudẽtia Iuſtitia Magnitudo animi Temperantia: quæ uelut fortiſſimi milites magnas quoq; multaꝝ uirtutũ cohortes deducũt: ut his munitus ac ſtipatus undiq; ſapientis animus: hoſtiũ oĩum effugiat inſidias: debellet ſęuitiam: & tãdẽ glorioſi certaminis reportet uictoriam. Quoniã igiť haꝝ uirtutũ cognitio maxime neceſſaria ẽ: ſtudioſi nũc breuitatis qd de illis ſentiendũ tenendũq; ſit: breui oratione pcurrimus. Ac de tribus qdeꝫ uirtutibus: quæ ſupiores ſunt: primũ naſceť exordiũ: mox eadem rõne reliquæ pſtringenť.

¶ De Fide.

OMnes hoĩes ad beatitudinẽ: quę ſummũ bonũ ẽ: quaſi ad optatũ finẽ puenire deſiderãt. Sed niſi p uiaꝫ uirtutis oĩo pueniri nõ põt. Variæ igiť conſtitutę uirtutes ſunt: quaſi gdã gradus: p quos faciliime aſcẽdere ĩ cęlũ: & ueram atq; extremã beatitudinẽ adipiſci ualeamus. Sed fundamẽtũ Fides optinet: ſine qua totũ bñ uiuẽdi ędificiũ pereat: neceſſe ẽ. Eſt aũt Fides (quẽadmodũ ſcribẽs ad Hebręos Paulus apl's teſtis ẽ) ſperãdaꝝ ſubſtãtia reꝝ argumentũ nõ apparentiũ. Bñ atq; erudite uim oẽm Fidei hac finitione Doctor ueritatis cõplexus ẽ. Fides nã p eſt mẽtis habitus: cuius actio atq; opus eſt credere. Obiectũ aũt qua reſpicit uoluntatẽ bonũ & finis: qua uero intellectũ ſpectat ipſa ueritas ipſa inq̃ prima ueritas: qua aſpectui nõ patet. Nã & Aurelius Auguſtinus Fidẽ eſſe ait: qua credunť ea: quæ qdẽ oculis nõ cernunť. Cõſtat aũt ideꝫ Fidei eẽ & obiectũ & finẽ. Quãdoqdẽ diuina uirtus ẽ: quã Gręci Theologicã uocãt. Subiiciť ergo Fidei prima ueritas ſm eaꝫ rõnẽ: ẽ ſm quã aſpectu caret oculoꝝ: qd' maxĩe ad Spem ptinere dignoſciť. Q d'. n. nõ uidemus Aplo teſte ſperamus. Veritatẽ aũt tũ habemus: cũ illã pſpicimus. Spes uero abſentium reꝝ ẽ. Quãtũ igiť ad finẽ. i. ad obiectũ ptinet uolũtatis: recte diciť ſperãdaꝝ reꝝ ſubſtãtia Fides eſſe. Quid ẽ aũt hoc loco ſubſtãtia aliud q̃ quædã (ut ita dixerim) ĩcohatio reꝝ oĩum ſperãdaꝝ: quã p aſſenſum Fidei aſſeqmur: cũ tñ Fides ſperãdas res oĩs atq; expetẽdas uirtute & poteſtate cõtineat? Quæ eſt. n. alia beatitudinis adeptio q̃ claro obtuitu pſentẽ intueri ueritatẽ: cui nũc p Fidẽ adhęreſcimus? Quantũ uero ad obiectũ itellectus attinet: pclare adiectũ ẽ argumẽtũ nõ apparentũ. Ipſa naq; firma mẽtis adhęſio ad nõ pſpicuã Fidei ueritatẽ argumẽtũ diciť. Efficit. n. Fides ut diuina auctoritate cõpellẽte aſſẽtiamur iis: q̃ certe nũq̃ uidimus. Itaq; cõſtat Fidẽ eſſe Thõma diuino auctore teſtãte mẽtis habitũ: p quã incohať ĩ nobis imortalis atq; ęterna uita: facientẽ qdeꝫ ĩtellectũ iis rebus aſſentiri: q̃ utiq; nõ appareãt. Primũ diciť Fides argumẽtũ: ut ab opiniõe & quãuis leui aſſenſiõe animi ſecernať. Nõ apparentũ aũt reꝝ idcirco addiť: ut a ſcientia atq; intellectu ſepareť; quoꝝ utrũq; rem certã ac pſpicuã cõplectiť. Cũq; diciť ſubſtãtia ſperandaꝝ reꝝ: diſtinguiť pculdubio Fidei uirtus ab ea Fide: quã uulgo uſurpãt: quę uidelicet ad ſperatã beatitudinẽ nequaq̃ inſtituiť. Veꝝ cũ credere ſit actus fidei: credere aũt pprĩũ ſit intellectus: qua a uolũtate ad aſſentiendũ ĩpelliť: liquet Fidẽ ipſam tum ab ĩtellectu tũ etiã a uolũtate manare: inq; his duabus uiribus habitus fidei ſit oportet: ſi actus eiuſdem pfectus ſit futurus. Fides aũt ſine dilectione & charitate manca atq; incohata res ẽ. Nec ſine charitate aut Fides aut ulla prorſum uirtus conſtare põt. Scite Iacobus unus ex. xii. quos Saluator elegit: Fides inqt: ſine opibus mortua ẽ. Habet. n. fidei nomẽ rõnẽ nõ habet. Q d' ſi uirtus ea ẽ: ut Phyloſophi tradũt: quę bonũ efficit poſſidẽtẽ: erit plane eximia uirtus: hęc de qua nunc loqmur: Fides. Eſt. n. iuſtũ facit fides. Omnis nãq; uirtus uno Iuſtitiæ noĩe cõtineť. Iuſtificati in Fide pacẽ habemus Apoſtolus

inquit. Hanc igitur imprimis capeſſere & amplecti debemus. Quando & præcipua uirtus eſt: & diuina qdem uirtus: Super quam aliaꝝ certe uirtutũ omniũ iacitur fundamentũ.

ℭ De Spe.

NAſci hominem ad beatitudinem conſequendam/non modo diuinis oraculis/ac Sanctorum firmiſſimis teſtimoniis: ſed etiam Philoſophorum optimis rationibus comprobatur. Nec illa quidem uſpiam in rebus humanis inueniri poteſt. Sed eam poſt uitæ huius fugacis curſum/comparari manifeſtum eſt: non quidem omnibus: ſed iis duntaxat q pie innocenter/iuſte/& cum uirtute uixerint. Cum Propheta nanq; ac diuino Vate/iuſtus atq; optimus quiſq; ſaciabitur: cum apparuerit gloria Dei: in quem proſpicere: quem facie ad faciem intueri/cœleſtium ſpirituum/ac beatorum omnium/uera tandem atq; extrema beatitudo eſt. Quam ob rem iure & congruenter Fidem rectam firma ſpes ſequitur: quæ & ipſa tum neceſſaria eſt/tum etiã diuina uirtus: quæ ingentis deſiderii ſitim inexhauſtam lenit: flagrantiſſimum ardorem refrigerat: ac boni expectatione prælucet in poſterum. Tradunt uiri ſapientes/ea eſſe uirtutum cenſenda numero: quæcunq; aut recta ratione/aut diuinæ Maieſtatis ſublimitate homines metiuntur. Hæc enim fere eſt duplex quædam humanaꝝ actionum menſura/Deus/& ratio. Erit igitur ſumma Spes Virtus: quæ non ſolum ratione nititur: uerum etiam Deum intendit: Deum ſpectat: ad Deum uſq; pertingit. Quippe Spes ſequitur bonũ: & id quidem futurum bonum: arduum bonũ: & nequaq̃ ad conſequendum facile: ſed certe non impoſſibile. Verum/ſummum/ultimum/atq; extremũ/Spes bonũ intendit: Deum inquam mundi conditorem: Regem Angeloꝝ: cœlorum Principem: Rectorem terrarũ: moderatorem rerũ omnium: cuius adipiſcẽdi/ineſt humanis mentibus inexhauſta cupido: ad quem perfruendum/excitat Spes: atq; erigit: ut ſi uirtute homines: ac labore contendant: ſolutis corporeis uinculis/diuini numinis bonitate: ſine qua penitus factum eſt nihil: transferantur in cœlum: & inter lætantium beatoꝝ agmina æuo immortali fruantur. Proinde patet uerſari Spem circa æternæ fœlicitatis/ac cœleſtis beatitudinis gloriam: ꝓ qua adipiſcenda/cunctis uiribus decertandũ eſt. Sapienter admonet Propheta. Spera in Deo: & fac bonitatem. Eſt enim abſq; dubitatione Spes aditus quidam & ingreſſus Fidei/ac ueræ ſalutis initium.

ℭ De Charitate.

MAgnus eſt uirtutum omnium ſplendor/ac decus: admirabilis amplitudo: ſumma utilitas ac fructus uberrimus. Sed omniũ profecto excellentiſſima/omnium præclariſſima Charitas iudicatur: quippe quæ ita uirtutis regno principatum obtinuit: ut reliquæ uirtutes omnes/tum demũ uirtutes haberi debeant: ſi arctiſſimo Charitatis uinculo fuerint copulatæ. Nam ſi quis omnia fuerit aſſecutus: quę ad bene atq; honeſte uiuendũ pertinere creduntur: Charitate aũt ſola deficiat: is non ueram: non ſolidam: non perfectam uirtutem: ſed fucatam potius/atq; adumbratam quandam uirtutis imaginem/habere putandus ẽ. Itaq; Magiſter gentium/& ueritatis egregius Prędicator/hanc unam præ cęteris miris laudibus efferebat: quæ ſua ingẽti luce/incredibili ſplendore/cæteras illuſtraret. Eſt enim Charitas motus quidam animi/ac ſenſus ad perfruendũ Deo: perfruendũ aũt propter ſe: cuius dilectio quantam/q̃q; admirabilem afferat uoluptatem: neq; explicari oratione: neq; cogitatione comprehẽdi poſſit: hac Deũ diligimus: hac ipſum cõplectimur: hæc nos ſummo bono: q ipſe Deus eſt: inſeparabiliter iungit. A Charitatis fontibus uirtutis ratio ꝑfecta eſt: ab eius capite reliquæ uirtutes quaſi membra defluunt. Atq; idcirco omnibus uirtutibus præſto eſt: nullo loco excluditur. Itaq; Hieronymus breuiter omnem uirtutis diffinitionẽ complexus/uirtutem Charitatem diffinit: qua diligitur deus/& proximus. Neq; enim ita ĩ ratione cuiuslibet uirtutis Charitas ponitur: ut nulla ſit: quin ea & ſit: & dicatur Charitas: id enim abſurdum: ſed qđ oĩs uirtus ab hac una pendet: atque deducitur. Habet profecto Charitas uel maximam gloriam: quæ ut Deum ſpectatrix: ita nobis illum conciliat: atq; flagrantiſſimo quodam amore coniungit. Quocirca probans uaſculum electionis Apoſtolus/huius præcellentiſſimæ uirtutis admirabilem claritatem: nũc manent inquit: Fides/Spes/Charitas tria hæc/maior aũt horum eſt Charitas. Sed quid eſt/præſtantiorem eſſe Charitatem: niſi quod illis ſolum in hac mortalis lucis uarietate durantibus: ſola Charitas etiam in cœleſti patria perſeuerat? Nec perſeuerat ſolũ: ſed etiam augeſcit. Fidei quippe id quod Aurelius Auguſtinus oſtendit: ſuccedit ſpecies: quam coram uidebimus: Spes autẽ beatitudine commutabitur. At contra Charitas/etiam his deſitis augebitur potius. Quod enim nũc credentes: quod ſperantes diligimus/tum plane ardentiore Charitate complectemur: cum præſens intueri/cum iam propiſſime obiectum uidere cœperimus. Quapropter diuinis litteris apprime eruditus Ambroſius Charitatem uirtutum formam eſſe demonſtrat: quod uidelicet per eam/cęterarum uirtutum actiones ad finem ultimũ dirigantur. Idq; proprium eſt Charitatis opus: ut perficiens reliquaꝝ actiones uirtutum/formam illis præbeat: & ad uerum finem/ac rectum inſtituat. Poſtremo Charitatis ipſius tãta uis ẽ: ac tanta poteſtas: ut eius glutino interiecto/mirũ nihil ſit: q unã habeat/eum cũctas habere uirtutes.

ℭ De Prudentia.

e X QVATTVor Honeſtatis partibus: quas uirorum Sapientum auctoritas tradidit: Prima omnium uelut Princeps/ac mater reliquarum eluceſcit PRVDEN-

tia. Eſt autem Prudentia (ut diffiniunt ueteres) rerum bonarum/malarumq; & nec bonarum/nec malarum ſcientia. Cuius quidem & illa Auguſtini ſimillima diffinitio eſt: ut ea dicatur/rerum appetendarum/& fugiendarũ cognitio. Nam & bonũ ſuopte ingenio expetendũ: & malũ cõtra fugiendus eſt. Subiiciunt aũt Prudẽtiæ memoriam/intelligẽtiam/prouidẽtiam: quarũ prima repetit/quæ iam fuerunt: altera/quæ ſunt/perſpicit: tertia futura prȩuidet: ante q̃ facta ſunt. Addũt nõnulli docilitatẽ/ſolertiam/rationẽ/circũſpectionem/cautionẽ: quas omẽs Platonici Prudentiæ partes eſſe teſtantur. Sed nos de his alias plura. Nũc ad Prudẽtiam redeamus. Eius eſt igitur tanta uis: ut moralium uirtutum omniũ Philoſophis comprobantibus/rationẽ ingrediatur. Socrates aũt uirtutes/Prudentias cõmuni quodã noie appellare conſueuit. Qui ut Ariſtoteles ait: quod oẽs uirtutes putabat eſſe Prudẽtias. Fallebatur. Quod uero nõ abſq; Prudentia/recte ſentiebat. Et.n. cæteris moralibus uirtutibus/congruos nobis/ac rectos fines prȩſtituimus. At Prudẽtiæ munus ẽ: ut ea duce/nõ aberremus: ſed i eiuſcemodi fines facillime dirigamur. Itaq; erit Prudentia pfectio quædam/ac bona mentis qualitas/moraliũ regula quædam/ac norma uirtutum. Hæc ita neceſſaria eſt: ut & in capiendis conſiliis & regendis humanis rebus magiſtra & princeps exiſtimari debeat. Hȩc hominibus tum ſingulis conſulit/tũ etiam uniuerſis. Hæc domos familias/p gubernat: hæc R eſp. tuet: hæc Principatus omnis/ac Regna moderat. Nec.n. genera rerũ ſolũ/ſed ſingulas quaſq; partes ſolerti inueſtigatiõe complectit. Itaq; cũ principia uniuerſalia ratione aſſecuta eſt/ad ipſas uſq; hominũ actiones: quæ ſingulares ſunt: & cognoſcẽdas & moderandas progredit. Bene igit ius imperandi ſortita eſt Prudentia: quæ in recta agendarũ rerũ ratione uerſatur: quæ inueniendi & capiendi conſilii auctor ẽ: quȩ iudicandi obtinet poteſtatẽ: ac demũ quæ gerenda ſunt: nõ ſtatuit ſolũ: uerũ etiam prȩcipit.

De Iuſtitia.

LAudant Iuſtitiam ueteres Sapientes: & ita laudant: ut pleriq; excellentiſſimã omniũ eſſe perhibeant: & neq; Heſperũ/neq; Luciferũ/ita mirabilem. Nam in omnibus ciuitatibus gubernandis adminiſtrandarũq; rerũ ratione/merito ſecũdũ Platonis auctoritatem/Iuſtitiæ palma tribuit: ſine qua non ſolũ ciuitas: ſed ne parua qdem domus conſtare queat. In hac (ut ait magnus Orator) uirtutis ineſt ſplendor maximus. Siqdem ex ea uulgo etiam uiri boni nominant. At uero Iuſtitiam duplicẽ diſtingũt Philoſophi: Vnam legalem: ȩqualem alterã. Et legalis qdẽ quodãmodo eſt oĩs uirtus: æqualis uero pars ẽ una earũ: quȩ & quattuor ſunt/& aliarũ fundamẽta uirtutũ. Itaq; legalis Iuſtitia (ut in magnis moralibus Ariſtoteles teſtis eſt) perfecta cenſet uirtus. Nam quemadmodũ lex honeſta iubet: prohibet cõtraria: ita legalis Iuſtitia omnẽ honeſtatis partem complectit: omnem contra turpitudinem aſpernat. Lex prȩcipit/non eſſe in acie fugiendum: moriendũ (ſi opus fuerit) pro patriæ ſalute: quæ omnia ſunt Fortitudinis. Præcipit non eſſe adulterandũ: quod ad Temperantiam pertinet. Præcipit nemini inferendam eſſe iniuriam: quod eſt innocentiæ. Alia item quȩ ſingularũ uirtutum propria ſunt: & Iuſtitia legalis legibus iubet eſſe parendũ. Honeſtatis aũt laudem cõplexa/uirtutẽ nullam deſerit. Hinc ſcite Hieronymus ut cætera. Omnis inquit uirtutũ ſpẽs/uno nomine Iuſtitiȩ continet. Omniũ.n. uirtutũ exercet opera: atq; omnis laudis actionem colit. Bene aũt diffinit Iuſtitia conſtans/& perpetua uoluntas/ius ſuũ unicuiq; tribuẽs. Abſolutus ſane & uerus/hiſce uerbis Iuſtitiæ terminus continet: quem pleriq; q noſtris temporibus ciuilia iura profitent: uſurpant potius: q̃ intelligant. Eſt utiq; Iuſtitia conſtans/ac perpetua uoluntas: tribuens ius ſuum cuiq;. Actio uirtutis pro Philoſophorũ recta ſententia: ut uera uirtutis actio appellari poſſit: uolũtaria/firma/& ſtabilis eſſe debet. Alioquin ratio uirtutis tollit. Proinde qui uirtutis opus exercere uoluerit: neceſſe eſt primũ: ut ſcienter agat: deinde/ut cũ electione & propter rectũ finem: poſtremo ut firmiter/atq; immobiliter operetur. Cũ ergo dicit: Iuſtitia/uoluntas ex duobus illis prioribus/utrũq; comprehenſum eſt. Nam & cũ electione ſcientia congruit/uſq; adeo: ut quod per ignorantiã gerit: id non recte dicatur/uolũtate fieri. Poſt hȩc uero/cõſtans & perpetua terminat uolũtas: ut actionis ipſius firmitas oſtenderetur. Et perpetua qdem uolũtas idcirco dicitur: ut conſiliũ/ac propoſitum indicetur Iuſtitiæ Perpetuo conſeruandæ. Conſtans uero/ut eiuſce conſilii firmitas & propoſiti ſtabilis perſeuerantia deſignetur. Altera uero Iuſtitia illa: quam particularem diximus: ſolet etiam in hũc modũ diffiniri. Iuſtitia eſt habitus animi/cõmuni utilitate conſeruata: ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Huius maxime proprium munus eſt: ut inter homines pari iure uiuatur. Hȩc aũt bifariam rurſum partiri ſolet: atq; altera pars in cõmutandis & contrahendis rebus cernitur: altera in diſtribuendis uerſatur/honoribus: ut dando/accipiendo/cõmutando/cõmuni utilitati ſeruiatur: & honorũ ac ciuilium munerũ/æqua diſtributione ſeruata: cuiuſcũq; hominis dignitati/ac meritis conſulatur. Iuſtitia non iniuria cæteras dicitur præſtare uirtutes: quæ circa alterius uerſatur utilitatem: & cõmunem ſalutem ſemper intendit. Hac enim imprimis ſocietas hominum inter ipſos & uitæ cõmunitas continetur. Quocirca & in recta uolũtate ſita ẽ: nec unq̃ cõmunis utilitatis rationẽ deſerit. Hȩc igitur maxime colẽda uirtus ẽ: cuius eximia prȩſtãtia/cũctis laudibus antecellit. Nã & latiſſime patet: & in nobiliſſima parte animi collocatur: q̃ uolũtas ẽ: & cũ rõne appetitus: & alteri inſeruiẽs/cõmunẽ hoĩum cõciliationẽ tuetur. Itaq; laudãs eam eruditiſſimus Ambroſius noſter. Iuſtitia eſt inquit q̃ unicuiq; tribuit qđ ſuũ ẽ: alienũ nõ uẽdicat: utilitatẽ propriam negligit: ut cõmunẽ ȩquitatẽ cuſtodiat. An ne illud parũ indicẽ

dum eſt: tribui cuiq; quod ſuũ eſt! Ita.n.exhibet Deo piiſſimi cultus: uenerario ſuperiori reuerentias: pari cõcordia: inferiori diſciplina: ita honores bonis deferunt: ſupplicia improbis: & cuiq; tandẽ quæ ſua ſunt. Magna eſt ergo hæc uirtus: & cunctis uiribus excolenda.

De Fortitudine.

QVanta ſit Prudẽtię quãta & Iuſtitię ipſius laus: curſim ac breuiter patefactũ ſit hactenus. Iam fortitudinis ſummũ decus & gloria illuſtrãda ẽ: breuius fortaſſe ꝗ̃ tãtę laudis poſtu let amplitudo. Ac primũ a diffinitione eius ſumamus exordiũ. Eſt.n.fortitudo (ſi Ciceroni credimus) cõſiderata piculoꝝ ſuſceptio & laboꝝ perpeſſio. Illius nãq; animi magnitudo probãda ẽ: q animũ inuictũ gerens cõſiderate & cõmuni pſpecta utilitate magna picula ſuſcipit: grauiſſimos labores perpetit: mortẽ etiã glorioſam nõ recuſat: paratus illam ſemp turpitudini anteferre. Quamobrẽ & Aurelius Auguſtinus noſter a Cicerone nequaꝗ̃ diſſentiẽs: Fortitudo eſt inquit: affectio: quę nullas aduerſitates mortem ue formidat. Et.n.circa piculoꝝ ſuſceptionẽ Fortitudo uerſat: nec qḋ magnope formidandũ uidetur: mortẽ extimeſcit. Horũ ex his: quę nũc tradẽda ſunt: quæ nã uis ſit: facile cognoſci poterit. Dicimus uirtutem eſſe: quã qui amplectitur bonus redditur: quæq; tum bonũ uirũ tum illius quoq; opus bonũ facit. Sed qd dicimus hominẽ bonũ: niſi ſm rõnẽ uiuere: qua una eminet: & multis animalibus præſtat! Ille igitur ſm rõnes uiuit: q primũ eandẽ ipſam rõnem recte moderatur: quod ſapiẽtia: qḋ ars: quod prudẽtia: qḋ reliquæ intellectuales uirtutes efficiunt. Deinde q ipſam rõnis ac mentis rectitudinẽ in hoĩum cõciliationẽ & ſocietatẽ cõfert: qḋ Iuſtitię ſuũ munus ẽ. Poſtremo q impedimẽta repellit: quę recte uolũtati obeſſe queãt. Solet.n.bifariã uolũtas hoĩs prępediri: ut a recta rõne diſcedat: aut obſcęnę uoluptatis illecebris: p quas maxime noſtra imbecillitas ab honeſtate deciſcit: & huic opi præſto tẽperantia ẽ: quæ oĩum uoluptatũ libidines coheret: ac reſtinguit: aut reformidatione quadam difficilium ac laborioſaꝝ rerum: ad quam quidem reiiciendam ac fugãdã magnitudo animi neceſſaria eſt: quæ nullis aduerſis rebus frangi: nullis terreri periculis: nullis laboribus ſuperari poteſt. Sed omnia inferiora ſe ducẽs contra omniũ hoſtium tela inexpugnabilem ſeſe atq; inuictam præbet. Ex quo fit: ut ad bene & cũ ratione uiuendũ fortitudo adhibenda ſit: quæ ut Gregorius præclare inquit: fortitũ iuſtũ uirũ carnem uincit: propriis uoluptatibus obſiſtit: delectationẽ uitæ præſentis extinguit: aſpera deligit: laborioſa ſuſcipit: ut æterna præmia atq; imortalia conſequat. Hęc eſt profecto ea uirtus: quæ audaciam frenans nihil unꝗ̃ temere aggreditur. Ignauiam aũt oĩo propellens: nunq; molliter effeminat. Quare & circa metũ atq; audaciam fortitudinẽ uerſari Philoſophoꝝ rõnibus compertũ eſt. Quod ſi eæ uirtutes (ut Ariſtoteles ait) maximę uirtutes ſunt & ſplẽdidiſſimę: quæ maxime aliis pſunt: quanti Fortitudo æſtimãda eſt: quę mauult ſubire mortis diſcrimen ꝗ̃ ciuitatis labefactari dignitatẽ: ꝗ̃ uiolari patriæ ſalutẽ! Itaq; præcipue hæc uirtus adhibita Iuſtitia ſummę amplitudinis gloriam aſſecuta ẽ: cuius munera duo ſunt maxima: ut & mortem aſpernet: & dolorẽ cõtemnat.

De Temperantia.

REliqua nũc Temperantia ẽ: & ipſa quidẽ egregia ac ſingularis uirtus: quæ ita hominũ uitam ſua uenuſtate decorat: ita ingenti pulchritudine exornat: ut niſi hæc acceſſerit: reliquæ uirtutes oẽs claudicare uideant. Nam ea uel maxime uitæ totius ordo ſpectatur: ac cernitur. Omnibus dictis factisq; modũ præbet: ut per eam cunctis in rebus mediocritatis regula conſeruet. Nam illud Flacci ad hanc uirtutem pertinet.

Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines: Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Patet ſiquidẽ latius huiuſce uirtutis ratio: & p oẽs totius uitæ partes propagat: & fundit. Quæ a M. Tullio nõ inſcite diffinit his uerbis. Nã Tempantia ẽ rõnis i libidinẽ atq; i alios non rectos impetus animi firma moderataq; dominatio. Hæc.n.pręcipue uirtus cũctis animi perturbationibus aduerſans libidinẽ frenat: carnis inflãmationem cõtundit: imoderatas appetitiones coheret: oĩs aũt inimica turpitudinis perpetuũ aduerſus uoluptatẽ bellũ gerit: hæc corporis ſenſibus dominat: ac ne mollius diffluant: ne ue imoderatius diiabant: efficit: cupiditatibus modũ ſtatuit: appetitũ rõni ſubiicit: cõcitationes motus quoq; mẽtis addicit impio: totũ hoĩem integrũ incõtaminatũ atq; incorruptum ſeruat. Ex hac igit potiſſimũ pulchritudinis atq; honeſtatis refulget ſplendor: q̃ moderationẽ paritq; humanis actionibus rectã & cõgruentẽ menſurã præbet: q̃ a feraꝝ uita & belluaꝝ immanitate flagitioꝝ probro reiecto hoĩs præſtantiã & naturã diſtinguit: cũq; ſenſus tactus cũ primis turpibus atq; obſcęnis uoluptatibus inquinari ſoleat: Tempantia fęditatẽ oẽm prorſus auertit: & corporeis ſpretis illecebris: rectam ſemp rõnis atq; honeſtatis regulã cõſectat. Qḋ ſi uirtutis magnitudo ex eo cernit: quod ad bñ uiuẽdi rõnem plurimũ cõferre uideatur: erit ſine dubitatione maxima uirtus Tempantia: q̃ eas uoluptates: quę tactu pcipiuntur: quaſq; natura ipſa ſua ſponte maxime uidetur aſciſcere: pręclaro rõnis impio moderat: ac regit: quã q ſequtus dubio pcul bñ honeſte laudabiliter: ac demũ decore & cũ laude uiuere putandus ẽ. Cum igitur uirtutis ſit laus premiũq; rectam ueramq; fidem: q firmã ſpẽq; q flagrantẽ atq; ardentiſſimã Charitatẽ: q rurſum Prudẽtię rectitudinẽ: Iuſtitię bonitatẽ: Fortitudinis robur: Tempantiæ decus fuerit aſſecutus: hũc nos uera ac maxĩa laude digniſſimum iudicamus. Nã uirtute ipſa duce nõ mõ laudẽ meremur i terris: ſed æterni quoq; premii gloriam ſperamus in cęlo.

FINIS.

¶ Præcellentis Theologi Auguſtini Dathi Senenſis de Sacramentis Panis & aquæ Liber primus fœliciter incipit ad Dominicum Biliottum.

SAEPE TE SVM DOMINice cohortatus: ut qui magnis ingenii & naturæ muneribus donatus es/ ſacrarum litterarum lectionem/ ac ſtudium cõplectereris. His enim præcipue cognitis/ non modo ſingularis doctrinæ fulgor eluceſcit: ſed etiã bene ac recte uiuendi ratio comparatur. Nihil potes hac una exercitatione aut apprehendere ſalutarius: aut fructuoſius cuſtodire. Itaq; illos iampridem magna laude dignos exiſtimaui: qui ſtudioſe & accurate ad hanc ſepræclaram uitæ rationem accomodarunt: ut nunc ueteris legis ſacramenta: nunc noui teſtamenti ueritatem inueſtigare contenderent: nec primoribus/ ac ſummis: quod dicitur/ labiis: ſed cunctis potius uiribus/ ac toto mentis ardore diuinæ ſcripturæ altitudinem auctoritatemq; perſequerentur. Hoc eſt enim dulciſſimum animorum pabulum: eſca ſuauiſſima: mentium noſtrarum iucundiſſimum alimentum. Hinc nobis perfugium uitæ: laborum requies: uitiorum interitus: malorum omnium expulſio: perturbationum ſedatio: bene atq; honeſte uiuendi diſciplina deducitur. Scite ac uere Hieronymus Ruſticum Monachum ita inſtituit. Ama inquit: ſcientiam ſcripturarum/ & carnis uitia nõ amabis. Magna eſt profecto huiuſce rei utilitas: fructus ubertimus: ſiquidem per amorem ſanctarum litterarum carnis uitia declinant. Sed debes tu quoq; ad eam ipſam lectionẽ/ omnem conferre operam: ocium omne: quodcunq; datur: ac ſtudiũ diligens adhibere: ſi cupis: quæ Clerici partes ſunt/ & terrena deſpicere/ & amare cœleſtia: ac ſimul aliquando cum paſtore ouium & principe Apoſtolorum in ſuperiora domus aſcendere. Nunc uero optime & chariſſime frater/ uenio ad ea: quæ tuis litteris poſtulaſti. Cupis nanq; ſcire de me: quæ ſint in ſacris ac diuinis litteris/ Panis & Aquę ſacramenta: quod utrunq; tam crebro & apud Prophetas/ & apud Hagiographos uſurpari animaduerteris. Non mihi tantarum rerum auſim ſcientiam uendicare: qui uix in hoc ſtudiorum genere uerſatus ſum: ſed quantum profecerim/ pœnitet me. Sed quantula in me facultas ẽ: ſtatuo par eſſe: ut quoad mihi liceat: tibi obſequar poſtulãti. Itaq; de utraq; re propoſita pro meis uiribus breuiter explicabo. Nam quæ de aqua/ ſecũdum Philoſophorum rationem tradi poſſunt: quæ de pane pro hominum inſtitutione illa & tractatus deſiderant longiorem: & huic loco minime conueniunt. Siquidẽ conſtat rem utranq; adeo eſſe naturæ hominis cõſentaneam/ ac degendæ uitę neceſſariam: ut cum ſolis illis poſſit: & ſi non ſatis commode: ſine illis uero aut nullo modo/ aut difficulter uiui poſſit. Effecit tamen praua hominum conſuetudo: ut arbitrentur ſine ciborum delitiis uitam ſuſtineri non poſſe. Itaq; innumerabilia gulæ irritamenta: delicatas ciborum uarietates: lauta uentris pulmenta/ luxuria hominum excogitauit: & pecorum immanitatem imitata eſt: quæ natura prona/ ac uentri obedientia finxit. Sed nos ad inſtitutum properemus: & de aqua primum: mox de pane (ut diximus) pauca diſſeramus. Dauid Propheta idytus/ uates ſanctiſſimus/ admirabilium myſteriorum enunciator: qui diuinæ uocis oraculo/ magna cecinit ſacramenta: humanæ uitæ uarietatem/ ac ſæculi huius decurſum maris inſtar obtinere monſtrauit. Hoc inquit: mare magnum/ & ſpacioſum manibus/ illic reptilia: quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis. Illic naues pertranſibunt. Draco iſte: quem formaſti ad illudendum ei. Mare/ ſi litteram ſequimur: nihil eſt aliud: q̃ congregationes aquarum: iuxta illud Geneſis. Cõgregentur aquę: quæ ſub cœlo ſunt/ in locum unum: & appareat arida. Et mox. Vocauit Deus aridam/ terram: congregationeſq; aquarum appellauit maria. Animalia uero puſilla cũ magnis/ utiq; piſces maris ſunt: qui perambulant ſemitas maris: Cete grandia: & omnis anima uiuens/ atq; motabilis: quam produxerunt aquæ in ſpecies ſuas. Verum alia maiora ſunt: quæ intrinſecus deliteſcunt illis comperta: quos diuina ueritas illuſtrauit. Et mare proculdubio præſens ſæculum interpretantur: quod & uariarum tentationum fluctibus/ & aduerſarum rerum turbulentis tempeſtatibus quatitur: magnum quidem id mare & ſpacioſum manibus: in quo difficillimum ſit/ bonis operibus indulgere. Reptilia/ poteſtates tenebrarum ſunt & aduerſantium ſpirituum/ latẽtes inſidiæ: quæ multæ: quę uarię/ uel potius innumerabiles/ incautos homines: & nec ſic opinantes quidem/ quaſi inter oſcitantes/ quotidie opprimunt. Huius uero maris/ ac fluctuantis pelagi uarios caſus: multiplicia diſcrimina: diuerſa pericula narrare quis poſſit? Hoc profecto id mare eſt: in cuius littoribus Piratæ & crudeles hoſtes/ aſſiduæ uerſantur: ictibus dexterum Scylla latus: læuũ implacata Charybdis obſidet: quod horridis ſyrtibus/ duris cautibus/ ſaxis aſperrimis completum eſt: uerius q̃ rubrum mare/ procelloſum/ aſperum/ profundum/ ac præ cæteris magnorum animalium capax. Et procelloſum quidem habendum eſt: ſi calamitatum tempeſtates inſpexerimus: Aſperum/ ſi difficultatum labores: Profundum/ ſi uarias atque innumeras rerum uices: Magnorum capax animalium/ quod prædones ſæuiſſimi/ atque hoſtes acerrimi/ hoc ipſum mare infeſtum habent: in quo exultat: & graſſatur uetus Pharao: magno ac numeroſo munitus exercitu. Hac

Igitur nobis tranſmittendum eſt: qui cimba fragilis carnis circundamur: ſi ad optatus ſalutis portum ſi ad beatitudinis calcem atq; ad terram uiuentium cupimus peruenire. Sed.n.ut mare ſtabile incon cuſſum tranquillum diutius pmanere nõ poteſt: ita & mundus quoq;: quẽ mortales colimus: quietis diuturnæ firmitatem nullam habet: ſed infinitis quibuſdam procellis ac perturbationibus cõmouet. Nũc ſecundarũ rerum proſperitate attollitur: nũc aduerſæ fortunæ tempeſtate deiicitur. Alias tumet magnis fluctibus: procelloſis q; ſicir æſtibus: tum rurſum ſopitis iiſdem ac ſilentibus tranquillatur: & in eodem ſtatu nunquã diutius perſeuerat. Bene igitur & congruenter mare præſentis ſęcu'i ac mundi huius uarietatẽ exprimit: cuius aquę nõ iniuria humanę uitæ deſignant: curſum: fluentiũ aquarũ more labentem. Hinc eſt illud in libris Regũ. Omẽs morimur: & quaſi aquæ dilabimur in terra: quæ nõ reuertent. Quoniam uero multiplicem conſtat eſſe uitę huius progreſſum: & hũc quidẽ ſecundũ gratiam: illum ſecũdum culpam: ut Theologi prodiderunt: alium ſecundũ miſeriam etiã aquę: quæ labentem figurãt mortalium uitã: eadem diſtinctione diſtribuantur: neceſſe eſt. Et.n.aquam ĩ uariis ſcripturæ ſacræ locis tum in ueteri tum in noua lege reperias: cuius ſignificatio nũc gratiæ nũc culpæ: aliquando & miſeriæ ſacramenta complectitur. Legimus apud Ioannem Euangeliſtam dixiſſe Ieſum Saluatorẽ ad eum: q cæcus natus erat. Vade lauare in natatoria Syloe: quod interpretat miſſus qui abiit: lauit: uidit. Aqua Syloe uno modo populus ſignificat Iudęorum: ſecundũ Eſaiam dicentẽ. Abiecit populus iſte aquas Syloe: quæ uadunt cum ſilentio. Itaq; cũ ſputo facto in terra lauiſſet cæci oculos luto miſit illum Ieſus ad natatoriam Syloe: ut ſe oſtenderet nequaquã alienum eſſe ab amore Iudaici populi: quem ſemp ad uiam ueritatis referre conatus eſt. Secũdum alios uero aquę Syloe baptiſmi aquã præfigurarũt: cuius & illuminatio propria eſt: & a delictis emundatio. Nam & ſecundum Dionyſium Areopagitam baptiſmus illuſtratio dicitur: ſecũdum quam ſignificationẽ apud Ezechielem dicitur. Effundam ſup uos aquã mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Quocirca in eodem Euangelio Syloe interpretatur miſſus. Oportet.n.baptizari in Chriſto: qui a patre pro redimẽdo humano genere in mundum miſſus eſt: qui ſuorũ peccatorũ ablui ſordem cupiunt: ut ad Galatas ſcribens teſtis eſt Paulus Apoſtolus dicens. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtũ induiſtis. Quare piſcina hæc Syloem aquã mundantẽ ſignificauit: & delentẽ peccati labem. Illa etiam aqua refert ad gratiam: quæ in Apocalypſi Ioannis legit. Oſtendit mihi fluuium aquæ uitæ ſplendidũ tanq̃ criſtallũ pcedentẽ de ſede Dei & agni. Hac ſignificatur humana mens q̃ diu ſplendeſcit contẽplatione Euãgelicæ diſciplinæ: & a cura & ſollicitudine humanarũ rerũ uehemẽter abhorret: ut illud impleat Saluatoris præceptũ. Ne ſolliciti ſitis animæ ueſtræ: qd manduceatis: neq; corpori ueſtro qd induamini. Eſt.n.ſine dubitatione ſedes Dei & agni Euangeliũ ipſum fluuius aquæ uitę Euangelica diſciplina atq; incorruptæ doctrinæ ueritas: quæ ſplendorẽ oẽs & claritatẽ antecellit. Quã dum cõtemplamur: niteſcimus & humanæ ſollicitudinis ſpernimus moleſtias. Aquã mundantẽ Ezechiel ppheta cõmemorat his uerbis. Ad Hieruſalẽ in aqua nõ es lota in ſalutẽ. Et iterũ. Laui te aqua: & emũdaui ſanguinẽ tuũ ex te. Aqua hęc aqua cõtritionis eſt: quæ peccati ſanguinẽ & ſqualorẽ abluit. Hac eadẽ lotus eſt is: quẽ Regũ prodit hiſtoria Naamã Syrus: qui iuxta uerbũ Helyſei lauit in Iordane ſepties: & reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli: ac mũdatus ẽ. Porro fœcundã conſtat eſſe aquã hãc: qua ſolent arua hoĩum irrigari: & ſterile animarũ ſolũ pingueſcere: unde & apud Eſaiam ſcribit. Effundam aquas ſup ſitientẽ: & fluenta ſup aridã. In his uero aquis amoris & charitatis feruor exardeſcit: unde & Ana: qui donatus uel gratificatus interpretat. Legit in libro Geneſis aquas calidas inueniſſe in ſolitudine: cũ paſceret Aſinos Sebeon patris ſui. Hæ ſunt fideles aquæ: in qbus & timor domini figurat (ut Eſaias ait) Panis ei datus ẽ: aquæ eius fideles ſunt. Ac ſtatim infert. Cor tuũ meditabitur timorẽ. Eſt aũt panis oratio: qua tãq̃ pabulo anima ipſa reficit: aquæ uero fideles: quę nec reconditas latebras: nec deliteſcentes herbas cõtinent: timor Dei eſt. i. principiũ ſapientiæ: ac ſalutis initiũ. In his iiſdem aquis conſideratur & pietas: unde & fluentes ſunt: de qbus ĩ Pſalmo. Flauit ſpũs eius: & fluent aquæ. Sed & illæ aquæ ad bonũ & ad gratias referunt: de qbus ita in Prouerbiis Salomon locutus ẽ. Bibe aquã de ciſterna tua & fluenta putei tui: deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide. Ac ſtatim ſubiicit. Habeto eas ſolus: nec ſint alieni participes tui: ſit uena tua benedicta: ea benedictione (ut arbitror) quã in magni iudicii die audire merebuntur: q percalcato ſæculo fecerint ĩ terris uoluntatẽ Dei: q in cœlis eſt. Rurſum aquã ſalutarem in Euangelio legimus: quam apud Ioannem ſe pollicetur Saluator daturum Samaritanæ mulieri aquam uiuam: quam etiam puteus Iacob præſtare non poterat. Omnis inquit Ieſus: qui biberit ex aqua hac: ſitiet iterum: qui aũt biberit ex aqua: quã ego dabo ei: nõ ſitiet in æternũ: Sed aqua: quã ego dabo ei: fiet in eo fons aquę ſalientis in uitã æternã. Nos igitur qd p hãc aquã intelligi conueniat: pauculis pſtringamus. Et.n. p aquam: Spũs ſancti gratia deſignat: quę interdũ ignis: aliquãdo aqua ĩ ſacris eloquiis nũcupat: cũ tamẽ neutrũ illorũ ſit ſecundũ ſubſtantiæ rationẽ: ſed alterutrũ ſecundũ quandam ſimilitudinẽ actionis dicitur. Atq; ignis quidem ſortitur nomen: quod excitat: atq; erigit hominum corda per feruorem flagrantiſſimæ charitatis. Vnde & Paulus Apoſtolus ſpiritu feruentes dixit ad Romanos ſcribens. Rurſus ignis dicitur propter peccati cõſumptionẽ. Hinc eſt illud ĩ Canticis. Lampades eius: lampades ignis atq; flamma.

rum. Aquæ multę nō potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illas. Aqua uero con
tra ſæpenumero Spiritus ſancti gratia in ſanctis litteris appellata eſt: tum propter purgationē effun-
dam ſuper uos aquā mūdam: & mūdabimini: ut per Ezechielem ait Dominus: tum propter refrige-
randi uirtutē: ut a tentationum æſtibus liberemur: ſecūdum quod dicitur in Eccleſiaſtico. Ignem ar-
dentem extinguit aqua: tum deniq; pp ſacietatem feruidam & inextinguibilem terreſtrium reꝝ ac bo
norum temporalium cupiditatem: iuxta illud Eſaię. Omēs ſitientes uenite ad aquas. Duplex aūt aqua
(ut noſter Thōmas diſſeruit) eſſe perhibetur: quaꝝ altera uiua: nō uiua altera dicitur. Hęc poſterior
illa eſt: quę fontem ſuū nō proſequitur: nec ſuo ipſius principio coniuncta eſt: unde ſcaturit: ſed p im
brem in Lacunam ciſternam ue deſluens ab ſua origine ſepatata ſeruatur. Viua contra aqua illa de
bet intelligi: quæ fonti coniungi͂: atq; eſfluit: quæ uenam indeficientem nō deſerit: quæ inde manās
perpetuam undam elicit: ac molliter fluens ſcatebris arentia temperat arua. Huius ſimilitudinē gra-
tia Spiritus ſancti gerit: quæ cū homini tribuitur: & fons ipſe ſimul confert: q eſt Spiritus Sanctus: per
quē omne datum optimū: & omne donū perfectum ac munera omnia ſalutaria tribuuntur: dicente
Paulo Apoſtolo in Epiſtola ad Romanos. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p Spiritus ſan
ctum: qui datus eſt nobis. Nec id profecto iniuria: ipſe eſt. n. qui omnia quæcūq; uere expetēda ſunt:
operatur in nobis ſingulis: put uult. Laudabat Samaritana puteum Iacob pp magnā uiri ipſius au-
ctoritatem: qui dederat ob aquæ præcipuam ſuauitatem poſtremo pp inexhauſtam eius ubertatem.
Quanto magis hæc uiua aqua: quæ eſt doctrina diuini eloquii & Spūs ſancti uirtus laudāda eſt: cum
ſit tribuentis auctoritate præclara: ſuauitate iucūda q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua: ait Propheta:
Sup mel ori meo. Indeficientis fons ſcatebris atq; ubertate perēnis: cuius nō modo ſapientes: ſed etiā
ſtulti participes fieri poſſint. Hāc aquā qui biberit: nō ſitiet in æternu: ſupiorem illam: q biberit: ſitiet
iterū. Doctrina dei aqua uiua ē & fontis ppetuo decurrens: ſiquidē fluminis impetus lętificat ciuitatē
Dei. Nā & apud Ioānes iteꝝ clamat Saluator Chriſtus. Siquis ſitit: ueniat ad me: & bibat: q credit in
me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uētre eius fluent aquę uiuę. Ex quo & illud Pſalmiſta uere ceci
nit. Apud te eſt fons uitæ. Qui ſpiritualē aquā biberit: nō ſitiet amplius: & illud implebi͂ Eſaię. Serui
mei bibēt & uos ſitietis. Sed huic illud uide͂ eſſe cōtrarium: quod in Eccleſiaſtico legimus. Ita. n. diui
na ſapientia induci͂ loquens. Qui edunt me: adhuc eſurient: & qui bibūt me: adhuc ſitient. Et quomo
do igi͂ ueritas ait: q biberit ex aqua: quā ego dabo ei: nō ſitiet in æternū! Alterutrum quidem falſum
uideri neceſſe eſt. Seu utrunq; exploratū diligentius oēm dubitationē ſubſtulerit. Nā qui biberit aquā
quā Chriſtus dederit: uno modo quidē adhuc ſitiet: alio modo nō ſitiet ī æternū. Aqua. n. ſpūalis ita
perpetua eſt: ut cauſam quoq; perpetuam habeat Spūm ſanctū. i. fontē uiuū perēnis uitę. Itaq; ea re-
frigerauerit: nunq̄ ſitire amplius poteſt. Quod idem ei nō contingit: q aquam hāc uſitatiorem biberit.
Rurſum uero noſtra hæc ſumpta ſitim gignit: nō quidem ſui ipſius: ſed alterius rei potius. Spiritualis
uero aqua & alterius rei ſitim eripit: & ſui ipſius uehemēter inflāmat. Quod quale ſit: latius illuſtran-
dum eſt. Expeti͂ fragilia bona: & ante q̄ parta ſunt: magno æſtimātur adeo: ut uel ſatis animū ipſius
expletura uidean͂. At nos illa aſſecuti maiore cupiditatis ardore flagramus: ac rurſus plura & maio-
ra concupiſcimus: quod in eis nulla quies animi ſita ē. Spūalia uero bona hoc eſt uera bona: niſi per-
cępta cognoſci nequeunt: iuxta illud Apocalipſis. Nemo nouit niſi q accipit. Atq; ideo prius q̄ haben
tur: minime deſiderātur. Sed cū habita & parta noſcun͂: tunc demū & delectāt mentis affectū: & deſi
derium mouent: ac mouent quidē nō ad alia poſſidenda: ſed ut ipſa eadem pfectius atq; abſolutius
acquirātur: quæ nō ſatis cumulate tenerentur p imbecilitate ſuſcipientis. Donec igi͂ plene aſſequa-
mur illa & ſemp & uehemēter expetimus. Atq; hæc erat Prophetæ ſententia: hæc mens illius ita canē
tis. Sitiuit anima mea ad Deū fontē uiuū: quādo ueniā: & apparebo ante facies Dei! Veꝝ ſitis hęc in
hac mortali uita nunq̄ ſatis expleri pōt: in qua bona ſpūalia niſi forte ex aliqua parte nemo adipiſci-
tur. Proinde q eam aquā biberit: adhuc ſitiet: dum perfectā plenitudinē aſſequa͂: ſed non ſitiet iterū:
quaſi exareſcat aqua: cuius fontē manalem diximus: Pſalmiſta canente. Inebriabun͂ ab ubertate do-
mus tuę. Et alio iteꝝ ī loco. Flumē Dei replętū ē aqs. Flumē qd̕ continue fluat: bene appellatum dicit
M. Varro. Sed cum ad imortalem uitæ beatæ gloriam uentum fuerit: tunc procul dubio pfecte bibe
ntes aquā diuinę gratiæ non ſitiemus in æternum. Satiabor: inquit Propheta cum apparuerit gloria
tua. Et Saluator in Euangelio. Beati qui eſuriunt: & ſitiunt Iuſtitiam: quia ſaturabuntur: Eſuriunt &
ſitiūt quidem in hac mortali uita: ſaturātur aūt in æterna gloria. Satis igitur: ſuperq; de aqua domini:
quæ ſpiritualem gratiā ſignificat: in hūc uſq; locum explicatum eſt. Illam quoq; ſilentio præterire non
debemus: quæ apud Ioannem his uerbis cōmemoratur. Eſt inquit: Hieroſolymis probatica piſcina
quæ cognominatur hebraice Bethſaida quinq; porticus habēs. In his iacebat multitudo magna lan-
guentium cæcoꝝ claudorū aridorū expectantiū aquæ motū. Angelus aūt dñi ſm tēpus deſcēdebat
in piſcinā: & moueba͂ aqua. Et q prior deſcēdebat in piſcinā poſt motionē aquę ſanus fiebat a qua-
cūq; detinebatur infirmitate. Hæc Ioānes. Si huius pyſcinæ nomen inueſtigamus: Gręce pbatica: he
braice Bethſaida appellata ē. Probaton apud Gręcos Ouem ſignificat: & ea piſcina ouium nūcupā͂:
qd̕ Sacerdotes Iudęoꝝ hoſtiarum cadauera: præſertim ouium: quæ maxime in ſacrificiis mactaban
tur: in ea piſcina abluebant: unde & Hebraice Bethſaida: hoc ē: domus pecudū dici͂. Hęc propter e-

emplum erat: & ex aqua pluuia cogebaẽ. Quinq3 aũt habebat porticus p circuitum: quo plures ſacer
dotes facilius pecudũ & hoſtiaꝝ abluerent cæſa corpora. Piſcinam circunſtabant turba languentiu3:
agitationẽ aquaꝝ obſeruantes: & demũ ablutione facta a languoribus ſanarẽtur. Atq3 ita ægroti cõ
ualeſcebant: ſiue oculis capti eſſent: ſiue impari greſſu claudicarent: ſiue deniq3 ariditate languerent.
Ferunt nõnulli Reginam Saba: quæ uenerat audire ſapientiam Salomonis: cum in domo ſaltus eſſet:
uidiſſe in ſpiritu dominicæ crucis lignum: cumq3 a Salomone proficiſceretur eidem nunciaſſe: quę
uiderat: ac ſubiecisse moriturum ſuper eo ligno hoĩem: quo cæſo perituri Iudęi eſſent: locum ſimul
amiſſuri & gẽtẽ. Tulit itaq3 Salomon lignũ: ac penitus humũ defodit: quo ĩ loco labẽte tẽporis cur
riculo: piſcina quã prædiximus: conſtituta ẽ. Cũq3 iam inſtaret plenitudo ſacri temporis lignu3 aquæ
ſupernatauit: quod ĩ profundo latebat: & tempus acceptabile & dies ſalutis. i. glorioſi Saluatoris præ
nũciauit aduẽtũ. Atq3 inde cępiſſe aquæ illius motus traditẽ. Habet aũt ea res nõ illocupletes aucto
res: quã pfecto & ipſi nõ abſurdã putabimus: ſi huius piſcinę illuſtrabimꝰ ſacramẽta. Quid. n. piſcina
hæc ſignificauit aliud q̃ baptiſmũ: cuius ablutio multo magis ſordẽ ac maculã oẽm delet q̃ aqua illa
expiationis: quæ in libro legiẽ Numeroꝝ! Atq3 ut aqua piſcinæ eius nõ ſuapte natura: ſed uirtute po
tius cõmouentis Angeli & carnis ĩmunditiam ſanabat: & auferebat corporis ægritudinẽ: ita & aqua
ſacri baptiſmatis tam admirabilẽ & medendi & abluendi uim per paſſionẽ filii Dei ſortita eſt. Vnde
illud eſt in Apocalypſi. Dilexit nos: & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Apoſtolus Ro
manis uera ſcripſit dicens. Quicũq3 baptizati ſumus in Chriſto Ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus.
Quoniam uero piſcina hæc domus pecudũ interpretatur: ut diximus: ſignificauit eos potiſſimũ bap
tiſmi aqua abluendos: q poſſent de ſeipſis cũ Propheta dicere. Nos aũt populus eius & oues paſcuæ
eius: quæ cognoſcunt paſtorẽ bonũ: & cognoſcunẽ ab eo: quæ intra ouilis limites ſtabulantes paſto
ris uocem audiunt: & illi ſoli ſeruiunt. Quod autem quinq3 porticus addũtur: id myſterium complet:
& ad quinq3 corporis Chriſti uulnera ſine dubitatione referẽ. Languentes ad piſcinam confluunt: ut
a quauis infirmitate liberẽtur: q aũt baptiſmi ſacramentũ excepturus eſt: quaſi languidus ac ſanãdus
ait. Miſerere mei domine: quoniã infirmus ſum: ſana me domine: quonia3 conturbata ſunt oſſa mea.
Deinde ſpectans baptiſmi gratiam in alio loco dicit. Super aquas refectionis educauit me: animam
meam conuertit. Nec ſolum liberantur: qui perturbationibus ſeruiunt: quæ ægritudines animorum
ſunt: ſed & illi quoq3 in quibus intellectus lumen extinctum eſt: & ratio libidini cõſentiens excæcatur:
de quibus apud Concionatorẽ ſapientem dicitur. Hęc cogitauerũt: & errauerũt: excæcauit. n. illos ma
litia eoꝝ. Supercecidit ignis: inquit Propheta: & nõ uiderunt Solem. Quid eſt ignis: niſi iræ concupi
ſcentiæ ac libidinis ardor? quo qui corripiunẽ: Solẽ & clariſſimũ lumẽ ueritatis intueri nequeunt. Sa
nantur & claudi: quoꝝ mens cum uerſaẽ ĩ tenebris: inſtabile molitur opus: ſecũdum illud Prouerbio
rum. Impius facit opus inſtabile ſeminanti aũt iuſtitiam merces fidelis. Claudi uero ſunt: qui nõ con
ſectantur rectam uirtutis ac probitatis uiam. Atq3 idcirco in libro Regũ ab Helia redarguuntur his
uerbis. Vſq3 quo claudicatis in duas partes! Si dominus eſt Deus: ſequimini eum. Sanãtur & aridi: in
quibus pinguedo deuotionis exaruit: quam petebat diuinitus Propheta. Sicut adipe & pinguedine re
pleatur anima mea. Sananẽ inq̃ per baptiſmũ & aridi: in quibus ieiunitas fuerit bonoꝝ operũ: qua
lis fit is: qui dicat. Aruit tanq̃ teſta uirtus mea. Bene igitur piſcina hæc baptiſmi uirtutẽ præfigurauit:
cuius aqua nõ ſua uirtute & natura: nõ omni tempore: ſed uirtute ſecũdum tempus Angeli cõmouẽ
tis ſanabat ægrotos: ſicut & aqua baptiſmi non aquę ipſius ui: ſed latente Spũs ſancti poteſtate ĩmun
ditiam carnis & peccatorũ ſordem abluit. Niſi. n. quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto nõ po
teſt introire in regnũ Dei. Nõ dixit ex aqua ſolũ: ſ3 ex aqua & Spiritu ſcõ. Vtriuſq3 uero opus eſſe con
ſtat: ut per utranq3 ſani homines efficiantur. Sed hoc piſcinã baptiſmus antecellit: quod illa uirtute &
opera Angeli ſalutem pręſtabat. Hic ĩmenſa atq3 increata ineffabilis ſanctę Trinitatis poteſtate homi
nes ſaluos facit. Illa ſanat certo tempore: baptiſmi perpetua & continua uirtus eſt. Illa ſingulis prode
rat: hæc medetur uniuerſis. Illius uirtus certis finibus tenebaẽ: huius infinita & ĩmenſa cognoſcitur.
Cõſtat igitur: quæ nam probatica piſcina fuerit: & quid ſignificarit: ſatis arbitror explicatum. Illa etiã
nimirũ aqua maxime ſalutaris & gratiæ plena cum primis exiſtimãda eſt: quæ ſacratiſſimæ paſſionis
tempore de tranſuerberato Chriſti latere fluxit: & a brude manauit. Vnus militũ inquit Ioãnes: lan
cea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. Funditur ſanguis ĩ pretium: aqua ĩ lauacrũ:
cuius ablutione ſanati ſumus. At tunc uere per Prophetam dixit Dominus. Effundã ſuper uos aquã
mũdam: & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis ueſtris. Verũ infinitũ ſingula annotare ĩ tam la
to ſcripturæ campo aquæ ſacramẽta: quæ ipſa in promptu fuerint: ſiquis ea: quæ ſcripta ſunt: diligen
ter cõſiderare uoluerit. Nõ carent myſterio putei: quos primũ fodit Abrahã: quos deinde fodit Iſaac
filius ĩ torrente Gerare: ubi & aqua uiua reperta eſt. Quæ res inter paſtores gerare & loci eius indi
genas & paſtores Iſaac iurgium & rixam concitauit. Sed iam ad alias aquas labatur oratio. Fecit Deus
firmamẽtum inquit Moyſes: diuiſitq3 aquas: quæ erant ſub firmamẽto ab his quæ erant ſuper firma
mẽtum. Aliæ profecto aquæ ſunt: quæ ſuper firmamẽtũ ſunt: ab his quæ ſub firmamento continen
tur. Aquæ quæ ſuper cęlo ſunt: dicit Propheta: laudẽt nomẽ domini. Duplices. n. aquæ cõmemoran
tur: quod & beatus Auguſtinus Chriſtianę religionis decus pręclare diſſerit. Quę uaporaliter cœlo ſu

per feruntur: & ſerenis etiam noctibus rorãt: & quę in terris grates fluitant. Diuiſæ ſunt igitur aquæ abyſſi a ſupernis aquis. Ex quo recte Origenes ait. Studeat unuſquiſq; noſtrũ diuiſor effici aquæ eius quæ eſt ſupra: & quæ eſt ſubtus: quo.ſ. ſpecialis aquæ intellectũ: & participium capiens eius: quæ eſt ſupra firmamentũ. Flumina de uentre ſuo educat aquę uiuæ ſalientis in uitã ęternã. Segregatus ſine dubio: & ſeparatus ab ea aqua: quæ ſubtus eſt. Ideſt aqua abyſſi: in qua tenebræ eſſe dicuntur: in qua princeps huius mundi: & aduerſarius draco: & Angeli eius habitant. Et iterũ. Illius ergo aquæ ſupernæ participatio: quæ ſupra cælos eſſe dicitur: unuſquiſq; fideliũ cæleſtis efficitur. i. cum ſenſum ſuum habeat in arduis: & excelſis: nihil de terra: ſed totum de cęleſtibus cogitans: quę ſurſum ſunt: querẽs: ubi Chriſtus eſt in dextera patris. Ac paulo poſt. Nos ergo laboremus congregare aquã: quę ẽ ſub cęlo: & abiicere eam a nobis: ut qum hoc factum fuerit: appareat arida: quæ ſunt in carne geſta opera noſtra. Quo.ſ. uidentes homines opa noſtra bona: glorificent patrẽ noſtrũ: q in cęlis eſt. Si.n. aquas iſtas: quæ ſunt ſub cælo: nõ ſeparauerimus a nobis i. peccata: & uitia corporis noſtri: arida non poterit apparere: nec habere fiduciã procedendi ad lucẽ: Quæ utiq; non aliter dabiẽ: niſi uelut aquas abiiciamus a nobis: & ſegregamus uitia corporis: quæ ſunt materies peccatorũ. Atq; hęc Origenes. E quibus facile cõſtare poſſit præter aquam gratiæ: eam quoq; inueniri in ſanctis litteris: quæ ad culpã referenda ſit. Aquæ peccatorum ſunt: quę interitum parant: & ad extremam cladẽ uſq; perducunt: de quibus in Apocalypſi ſcribitur. Multi homines mortui ſunt de aquis: qa amaræ factę ſunt. Hæ ſunt aquę turbidæ: atq; pollutæ auidiore cupiditatis affectu: qbus qum redũdant hominum mentes: iugum domini confringunt: uincula eius dirumpunt: timorem abiiciũt. Hinc illa p Ieremiã dicit dominus exercituum. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: quæ continere aquas non ualent. Et rurſum. Et nunc quid tibi uis in uia Aegipti: ut bibas aquã turbidã? Et qd tibi cum uia Aſſyriorum: ut bibas aquã fluminis? Via utiq; Aegipti: uia humanæ ſollicitudinis eſt: turbida uero aqua humanarum rerũ moleſtia: quibus irretiti animi obliuiſcuntur ſui: & auertũtur a deo. Hæ ſunt immundę ac ſordidę aquę ob carnis fęditatẽ: & flagitii turpitudinem. Alloquitur in Exodo Moyſen dominus ac pręcipit dicens: Sume aquam fluminis: & effunde eam ſuper aridam: & quicqd hauſeris de fluuio: uertetur in ſanguinem. Tunc plane aqua in ſanguinẽ conuertitur: qũ infecta mẽs carnis immunditia: & laſciuię ſorde: quaſi in naturam aliam transfertur. Quo circa & Ieruſalẽ fornicationũ plena dicitur conculcata in ſanguine ſuo: quæ opera faciebat mulieris meretricis: & pcãis: quę fabricans imagines maſculinas fornicabatur in eis: quę in capite oĩs uiæ lupanar ſtruxerat: quę ĩ cunctis plateis proſtibulũ condiderat: quę extra pudicitię decorẽ ubiq; proſtitutionis ſuæ ſigna reliquerat. Verum & accidię triſtitiã ac langueſcentis ocii torporem interdum aquæ ſignificant: quæ profecto infœcundæ ac ſteriles ſunt: nulliuſq; boni operis feraces. Quales fuiſſe tradũtur aquæ Ierico: de qbus ſecundi Regum libri hiſtoria dicitur. Aquæ peſſimę ſunt: & terra ſterilis: quas deinde ſanauit Heliſeus: ut nõ eſſet mors ultra in eis: neq; ſterilitas. Peſſimas autẽ aquas iure optimo accidiæ eluuionem dicimus: quod nihil tam cõtrariũ: tamq; aduerſum uirtuti eſt: q̃ deſidia: atq; ocioſitas mater uitiorũ: nouerca uirtutũ: quę uelut arena: ariditate ſiccatur nec habet ullã penitus boni operis frugem. Liuent eędem aquę: frigentq; execranda ac nefaria inuidentię lue: quę ſeuiſſima peſtis: totũ iam pene infecit & cõmaculauit hominũ genus: & quod deterius eſt: longe lateq; diffuſum radices altiſſimas egit. Lethale ueneuũ inuidiæ conciliationẽ hominũ diſſoluit: concordias dirimit: beniuolentiã eripit: & ardorẽ charitatis extinguit. Hanc aquã ſignificauit Ieremias dicens. Sicut frigidã facit ciſterna aquam ſuam: ſic frigidam fecit maliti ĩ ſuam. Et charitas qdeꝫ exardeſcit: frigeſcit inuidia: quę duo interſe ita graue atq; atrox gerunt bellum: ut oĩo conciliari nequeant. Sępenumero & aquas faſtidioſę arrogãtię Prophetę cõmemorant: q̃ proculdubio ĩfideles ſunt: de qbus Ieremias ait. Quare factus eſt dolor meus ppetuus: & plaga mea deſperabilis renuit curari? Facta eſt mihi quaſi mendaciũ aquarũ infideliũ. Et.n. infideles arrogantes ſunt: atq; ĩpudentes: q ẽt impunitatẽ ſibi ipſi pponunt inſtar infideliũ aquarum: quarũ lacunæ in graminibus deliteſcunt: Sunt pterea & aquę obſtinatę duritię: quę glacie quadã obdurantis cordis rigent de qbus ſapiens concionator. Frigidus uẽtus Aquilo flauit & gelauit chriſtallus ab aqua. Eſt.n. uentus Aqlo Sathanę ſuggeſtio: ſiquidẽ ab Aqlone pandiẽ malũ. Cryſtallus aũt animũ obſtinate obdurationem ſignificat: q̃ res una calamitas eſt peccantiũ hominum. Ad hęc amarę aquę: irę: exprimunt inflammationẽ ac feruorem. Cecidit de cælo ſtella magna ardens: & cecidit in tertiam partẽ fluminũ & in fontes aquarũ. Et nomen ſtellæ dicitur Abſinthiũ. Et facta ẽ tertia pars aquarũ Abſinthium & multi homiẽs mortui ſunt de aqs: qa amare facte ſunt. Cadit ſtella ardens. i. ebulliens ira ĩ aquam. i. in mentem hominis: & amara aqua facta ẽ: quia exitiale uirus: mortiferum ueneuũ triſtem amaritudinem rancoris excæpit. Sunt & aquæ amariſſimæ deſperationis: de qbus in libro Numerorum legitur: qũ adiuratur mulier: quæ in adulterii ſuſpitionẽ inciderit. Tenebat nanq; pro ritu ueteris legis ſacer Sacerdos aquas amariſſimas: in quas cum execratione maledicta congerebat atq; uſus qbuſdam uerbis aliis tandem adiiciebat: ſi forte mulier polluta eſſet. Det in quiens te dominus in maledictionẽ: exẽpluq; cunctorũ in populo ſuo. Putreſcere faciat fœmur tuũ: & tumẽs uterus tuus diſrũpatur. Ingrediãtur aquæ maledictæ in uentrem tuũ & utero tumeſcẽte putreſcat fęmur. Bene & congruenter eiuſcemodi aquæ ad deſperationem referuntur. Vterus.n. con-

ſcientia eſt:aquæ maledictę/peccatorũ elutiones.ac ſcelerum:quibus illa redũdãs ad deſperationes
uſq; perducitur.Quam rem diruptio uteri ſequitur:quę nihil eſt aliud:quã uehementia quędam do
loris:quę dies/noctesq; conſcientiam uexat:& animum reſpirare nõ ſinit.Putre deinde fœmur effici
tur:in quo adẽptio bonę ſpei ſignificatur:quandoqdẽ in femoribus gignendi ſita uis eſt:& ſucceſſio
nis ſpes continetur.Aquę rurſum in Ioſue leguntur hiſtoria.Steterunt aquę deſcendentes in uno lo/
co:& ad inſtar montis intumeſcentes/apparebant procul ab urbe:quę uocatur.Edom:uſq; ad locum
Sarthan.Quę aũt inferiores erant:in mare ſolitudinis:quod nunc uocatur mortuum:deſcenderunt:
uſquequo oĩo deficerent.Vere mortuæ hæ aquę dicuntur in Tartaro/ac penarum loco:ĩ quo homi/
nes/flagitiis/ac ſceleribus obnoxii:exqſitis ſuppliciis cruciantur/& malefactorũ oĩum luunt pœnas.
Has igitur aquas omni ſtudio:& labore diuidere debemus:ad quam rem rite perficiendam primum
fortitudine opus eſt:& magnitudine animi:quod eſt firmamentũ illud:quod in Geneſi ſcriptũ eſt:di
uidens aquas ab aqs:& aquas culpæ/ab aqs ſecernẽs gratiæ.Hac muniti:& ſepti uirtute/erimus pla
ne uictores:& noſtri uoti compotes.Accedat oportet pęnitentia/tutiſſima naufragii tabula:ſine qua
mole preſſi delictorũ/homines fluctibus ſęuis:& magnis ęſtibus obruantur.Id ſibi uoluit uirga Moy
ſi in Exodo:qua mare diuiſit iuſſu Dei:ut graderentur filii Iſrael in medio mari per ſiccum cum flan
te uento uehementi:atq; urenti totam noctẽ/ablatum ẽ mare:& in ſiccum conuerſum.Tunc diuiſa ẽ
aqua:& ingreſſi filii Iſrael/mirabile dictu/ãbulauerũt mare.Et erãt aquę:quaſi muri ad dexterã eoꝝ:
& leuã.Aqua a ſinixtris uita peccatorũ ẽ:quã ſcimus lubricã eẽ:& momẽtaneã:& iſtar teneræ fugiẽtis
umbrę.Aqua uero a dextris/uita eſt ſanctorũ:& eorũ:q recte q cũ uirtute:& timore domini uixerũt
ſemp:quę uita perẽnis/ĩmortalis/beata/& æterna eſt:& omniũ malorũ imunis:quam aſſequntur:q
facientes opera pœnitentię.Expurgant uetus fermentum neqtiæ:& fiunt noua conſperſio/in azimis
ſinceritatis:& ueritatis.Sed & coadiuuante gratia opus eſt:ſine qua inanis eſt opera noſtra:&(quod
dici ſolet)caſſo labore ſudamus.Hæc eſt arca fœderis domini/uniuerſæ terræ:quę antecedebat Iſra/
eliticum populum per Ioardanem:quam deferentes Sacerdotes/decurrentes aquę Iordanis inferio
res defecerunt:ſuperiores uero in una mole cõſtitere.Adiicienda quoq; eſt uelut faſtigium quoddã
conſumando operi charitas:quæ(ut ait Apoſtolus)nunq̃ excidit:& cœteris uirtutibus mortalẽ uitã
comitantibus:illa etiam in cœleſti patria perſeuerat.Quę forma eſt uirtutũ omniũ/ac totius honeſta
tis alumna.Nihil ẽ.n.charitate melius:nihil admirabilius:nihil egregia hac uirtute pręſtantius.Hoc
eſt pallium Helyæ:quo percuſſit Helyſeus aquas:& diuiſe ſunt huc:atq; illuc:& ille tranauit incolu/
mis:ſuper quam ſpiritus/qeuiſſet Helyæ.Addunt nonnulli/& tertias aquas:per quas humanæ uitę
ſignificantur ęrumnæ:qbus quottidie premimur:circunferimur:uexamur.His ſe liberari Propheta
petit:atq; exoptat:precatione carminis huius.Saluũ me fac domine:quoniã intrauerunt aquæ:uſq;
ad animam meã.Infixus ſum in limo profundi.Et iterũ.Veni in altitudinem maris:& tempeſtas de
merſit me:Huiuſcemodi uero aquarũ fluctibus/ne obruamur:ſolus efficit:q eſt bonorũ omniũ autor
deus iuxta id:quod per Eſaiam ait dominus.Qum tranſieris per aquas:tecũ ero:& flumina non ope
rient.Rurſum uero dominũ:& Principem Deus cõmemorans/idem Propheta.Hęc dicit dominus:
inquit:q dedit in mari uiam:& in aqs torrentibus ſemitam.Nos aũt ſi uolumus torrentem decurren/
tium aquarum ſiccis pedibus pertranſire:fidem ante oĩa adhibere debemus.Petrus Apoſtolus ſuper
aquas ambulabat:ut Ieſum aſſequeretur.Sed uento inualeſcente pertimuit:cumq; iam aqs obruere
tur:cõuerſus ad Ieſum:domine ſaluum me fac inqt.Tum porrecta manu/appræhendit illum domi/
nus:atq; increpuit dicens.Modicæ fidei/quare dubitaſti? Sciebat.n.Ieſus fide imprimis opus eſſe/ad
ſuperandas freti huius procelloſi:& fluctuantis pelagi aquas.Danda eſt igitur nobis opera:ut ſi ſecta
ri uolumus:portũ ſalutis attingere:ut fideles inueniamur:& recta fidei opera conſectemur:quod ea
abſq; operibus mortua eſt/ut Iacobus Apoſtolus præclare ammonuit.Adhibenda inſuper/& fortitu
do ẽ:& imitandus Helias/cui ſub Iunipero dormiẽti in Berſabee Iuda/en ſubcinericius panis/& uas
aquæ/ad caput eius preſto fuit:qui experrectus/comedit & bibit:ambulauitq; in fortitudine cibi illi9
xxxx.diebus/&.xxxx.noctibus/uſq; ad montẽ Dei Oreb.Nec minus neceſſaria prudentia ẽ:ars uitæ
& periculorũ oĩum expultrix/& cum Paulo Apoſtolo enatandũ eſt/ne ad uerſa iactati tẽpeſtate perea
mus/ut per cõtẽplationẽ cæleſtiũ myſteriorũ/cum patre Iacob in baculo diuini auxilii tranſeamus Ior
danem iſtum/& altioris cogitationis munere/cum deo iungamur:cui adherere bonũ:ĩ quo ſpem po
nere/& tutũ/& ſalutare eſt.Cum igiẽ tria hæc in hominus uita uerſentur:gratia diuinę pietatis:culpa
noſtrę fragilitatis:humanę cõditionis miſeria:nõ ab re fuit:uitam hominis aquis fluentibus cõpara/
re:quandoquidẽ morimur oẽs:& uelut aquę dilabimur in terra:q̃ nõ reuertuntur/& quaſi aquę de/
currentes celeriter anni defluunt iuxta id ſapientis concionatoris.Numerus dierũ horum/ut multum
centũ anni:quaſi guttę aquæ maris deputatę ſunt.Ac de aquis qdẽ iam dicere deſinamus:illud ſi adii
ciatur nonnunquã in diuinis litteris aquas/populos deſignare.Teſtimonio eſt illud Eſaię Prophetę.
Beati:q ſeminatis ſuper oẽs aquas immittentes pedẽ Bouis/& Aſini/ut per Bouem ſapientem/per Aſi
num rudem hominem/intelligere debeamus.Et ſecundũ eandem parabolam Salomon Eccleſiaſtes
ait.Mitte panem tuum ſuper tranſeũtes aquas/qa poſt multa tempora/inuenies illum:ut ſignificaret
uir ſapientiſſimus populis/& hominũ multitudini/prebendam eſſe uictus alimoniam:cuius fructus
etiam in eternis tabernaculis/tanq̃ merces copioſa percipiendus ſit.Nam & ſuaſit Saluator in Euan/

gelio dicens. Vendite quę poſſidetis: & date ellemoſinam: facite uobis ſacculos: q nõ ueteraſcunt theſaurum nõ deficiẽte in cęlis. Aquę multę populi multæ ſunt: ſecũdũ ſentẽtiam Ioannis i Apocalypſi: qui ſacramẽtũ referans meretricis magnę: quę ſederet ſuper aquas multas: aquas inquit: quas uidiſti: ubi meretrix ſedet populi ſunt: & gentes: & linguæ. Sed trãſuadati aquis: iam ad panis mentionem noſtra transferatur oratio.

Finit Liber primus. Incipit Secundus.

HACTENVS Noſſe potuiſti Dominice ſuauiſſime ea: quæ pro mea ſententia de ſacramentis aquæ dicẽda uidebantur: & quæ latius fortaſſis explicanda eſſent: redegimus in parui uoluminis anguſtias: quod in multis ſumma laus ſit ſcribendi breuitas. Nunc tandem operepretium ſum facturus (ut arbitror) ſi de pane quoq; ſecũdũ myſticam rationem pauca perſtrinxero. Frequens nãq; eſt in ſacris eloquiis panis cõmemoratio: & aliquando quidem boni interdum mali ſignificationem ampiectitur. Atq; ne plura dicamus q̃ neceſſe eſt: panem duplicem diſtinguimus. Alterum laudis: quem bonũ poſſumus appellare. Alterum uituperationis: quem malum dicimus. Prior ille rurſum multifariam coniectari ſolet. Aperi inquit Salomon oculos tuos: & ſaturare panibus. Panibus utiq; ſaturari nos uoluit: ac ſuaſit uir ſapientiſſimus: & iis quidem panibus: quorũ alimonia uita hominũ continetur. At uitam duplicem Theologi prodiderunt: unam totius hominis: quam uiuificat anima uelut forma: alteram animæ ipſius: quam uiuificat Deus tanquam illius ſumma perfectio. Sicut.n. abſente anima hominem diſſoluit: corpus perire neceſſe eſt: ita & anima per uitæ turpitudinem ac uitiorum labem a deo ſeiuncta ſine dubitatione mortua eſt. Itaq; reficienda eſt panibus: cibanda inquam panibus eſt uitæ & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potanda: ut eo pacto uitam adipiſcatur: & abunde poſſideat. Vita aũt eſt Chriſtus: qui de ſe ipſo ait. Ego ſum uia ueritas & uita. Primus itaq; panis uitæ tuendæ ac naturali neceſſitati inſeruit: de quo Dominus per Moyſen primũ parentem ita ſubmonuit. In ſudore uultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terrã: de qua ſumptus es. Et in Eccleſiaſtico legitur. Initium uitæ hominis aqua & panis & ueſtimentũ & domus protegens turpitudinẽ. Et in alio loco: Benefac humili: & nõ dederis impio: prohibe panes illi dare: ne in ipſis potentior te ſit. Eundem quoq; panes meminit Iob inquiens. Aquam laſſo nõ dediſti: & eſurienti ſubtraxiſti panem. De eo nanq; pane ſermo eſt: quo ueſcimur: & uitam ſuſtinemus: cuius utilitas latius patet. Primũ uitam alit: ac tuet: ut diximus. Hinc illud Eccleſiaſtici. Cibaria & uirga & onus Aſino: panis & diſciplina & opus Seruo. Aſinus onera uehit: cibariis eget: uerbere ad parendũ compellit. Seruo opus iungit: alimentũ tribuit: caſtigatio adhibetur. Aſinus & Seruus uterq; corpus ſignificant. Nã duplex eſt in animali cõſiderare imperiũ: Vnũ dominicũ & tyrannidis inſtar: alterũ ciuile. Itaq; bñ in Politicis libris magnus Phũs: Animus inquit in corpus dominicũ habet imperiũ: mens uero i appetitũ ciuile & regium. Quod ſi animus in corpus domini cuiuſpiam uicem gerit: erit corpus quidã quaſi ſeruus: q uix loris flagris uerberibus caſtigationibus ad parendũ cogitur: & Aſini inſtar ad perficiendũ iniunctũ opus cõpellit nodoſæ robore clauæ. Aſinus igit & ſeruus corpus ipſum & proprietatẽ ſignificant: de quo Apl's. Caſtigo corpus meũ: & in ſeruitutẽ redigo. Caſtigat corpus Apoſtolus: & ſubiecit ſeruituti: in qđ durũ debet ipſa ratio imperium exercere. Cibaria & panis corporis ſunt alimẽta: qbus nutrit: & cõtinet. Onus labores ſunt: in qbus uerſari debet corporis exercitatio & operandi ſedulitas. Virga ad correctionem & diſciplinã referenda eſt. Macerandum.n. corpus eſt: & freno rectæ rationis coercendũ: ne ſi paululũ dominari cœperit: cogat nos agere quod nolumus malum: & deducat ad delictum maximũ. Bene & ſapienter præcipit Concionator illuſtris. ut eodẽ mõ corpore utamur: quo uti ſolemus & ſeruo: ut: uidelicet & operam iniungamus: & iuſta illi præbeamus. De ſeruo loquitur Philoſophus magnus: ac præcipit inquiens. Tria cum ſint opus cibus & caſtigatio: quæ ſunt panis diſciplina & opus: ut Concionatoris uerbis utamur. Cibus quidem ſine caſtigatione & opere petulantem reddit. Opus uero & caſtigatio ſine cibo uiolenta res eſt: & infirmũ facit ſeruum. Reſtat igit: ut opus faciendum illi tribuat: & cibum ſufficientem. Eadem ad corporis rationem accõmodanda ſunt: ut id teramus in opere: ſufficientibus tueamur alimentis: & caſtigatione in ſeruitutem redigamus. Suſtinet igitur panis: & nutricat corporis uitam. Sed idem ad animam excolendam atq; exercendas uirtutem magnam uim habet: ut eſt illud Tobię dicentis. Panem tuum cum eſurientibus & egenis comede: & de ueſtimentis tuis nudos tege. Et rurſum idem ait. Panem tuum & uinum tuum ſuper ſepulturas iuſti conſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Plurimum.n. antea Eie laudauerat: & ad eam pro facultatibus tribuendam Tobiam filium fuerat cohortans. Illa Eſaiæ etiam huic loco mentio panis conueniat. Qui habitatis terram Auſtri cum panibus occurrite fugienti. Sed idem panis oblationibus congruit: ut Leuitici teſtatur liber: ubi dicitur. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificii domino ſimila erit eius oblatio: fundetq; ſuper eam oleum: & ponet thus: ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis. Et paulo poſt: Cum obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila panes. ſ. abſq; fermento conſperſos oleo: & lagana azima oleo lita. Panes hi erant proculdubio: quibus in ſacrificiis atque oblationi-

bus utebantur. Et hic primus panis cōſtituitur: qui uitā ſubſtinet: qui animas excolit: q oblationibus
inſeruit. Panis deinceps ſequitur. Euchariſtię: quē nos breuiſſime percurramus. Nam multa dicere
ea de re: & infinitum eſt: & proprium opus deſyderat. Ille eſt igitur panis admirabilis ſacramēti: ſub
quo paſſioni ſuę ſalutaris redēptor noſter reliquit memoriā: quē in euangelio apud Lucā dominus
petēdum pręceptis ſalutaribus monuit. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et apud Mat
thęum fere ſimiliter. idest eodem ſenſu: ſi nō iiſdem omnino uerbis. Panem noſtrum ſuperſubſtātialē
da nobis hodie. Nam & Græci dicunt arton epiuſion .i. panē ſuperſubſtantialē: quem & Paulus Ap
oſtolus commemorat: cum alias: tum Corinthiis ſcribens. Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur:
accepit panē: & gratias agens: fregit: & dixit. Accipite: & māducate: hoc eſt corpus meū. Et iterum.
Probet autē ſe ipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Hic igitur panis eſuriem tollit im
primis: ac ſacietatem explet: de quo Propheta. Poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. Et
apud Iohannem loquitur Saluator. Non Moyſes dedit uobis panem de cœlo: ſed pater meus dat
uobis panem de cœlo uerum. Panis. n. uerus eſt: qui deſcendit de cœlo: & dat uitam mundo. Illis ue
ro orantibus: domine ſemper da nobis panem hūc: reſpondit: ac ſubiecit. Ego ſum panis uitæ: qui ue
nit ad me: non eſuriet: & qui credit in me: non ſitiet unq̄. Suauiſſimus eſt hic panis: & in mirū modū
mandentes delectat. ſicut & ſapiēs uere inquit. Angelorum eſca nutriſti populum tuum: & paratum
panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamentū in ſe habentem: & omnis ſaporis ſua
uitatem. Quis explicare poſſit huius panis ſacroſancti uel utilitatē præcipuam atq; incredibilem aut
admirabilem gloriam! Hic eſt panis de cœlo deſcendens: ut ſiquis ex ipſo manducauerit: nō moria
tur. Siquis manducauerit ex ipſo: uiuet in æternum. Hic panis ē: quem pro imenſa largitatis ſuæ bo
nitate dat nobis dominus: & caro Chriſti eſt pro mundi uita: quam niſi manducauerimus: nō habe
bimus uitam in nobis. Sed de hoc alio tēpore plura. Myſticus panis & pęnitentię additur: cuiuſmodi
Propheta nominat. Cinerem tanq̄ panem manducabam: & poculū meū cū fletu miſcebam. Rurſum
idem ait. Surgite poſtq̄ ſederitis: q manducatis panem doloris. Panis nanq; doloris aſperitas pœni
tentiæ eſt: per quam in hac peregrinatione gementes: & in conualle miſeriæ huius ingemiſcentes ad
glorioſam uitam ſurgimus: quam priuſq̄ adipiſci ualeamus: dicat quiuis cum Propheta pœnitentia
ductus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sedet homo: qum humi demerſus fragili
bus rebus & terreſtribus ludibriis inſeruit: ſurgit: qum ſublatus humo ad cœleſtia contēplanda men
tem erigit: quod qum fecerit: quæ ſurſum ſunt: & ſapit: & quærit: & Prophetæ uocem concinit. Tran
ſibo in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad domum Dei: & gaudens atq; admirans moduletur: &
dicat. Quā dilecta tabernacula tua domine uirtutum. Panis inſuper diuinæ conſolationis adiicit: qui
animam reminit: & iucunde relaxat: quem Dauid noſter meminit. Mandauit nubibus deſuper: & ia
nuas cœli aperuit: & pluit illis manna ad manducandum: & panem cœli dedit eis: panē Angelorum
manducauit homo. Hic eſt ille panis: qui nos aduerſis in rebus conſolatur: & afflictos recreat. Hoc re
fecta eſt Ruth illa Moabitis: quam Booz allocutus ait. Quando hora ueſcendi fuerit: ueni huc: & co
mede panem: & intinge bucellam tuam in aceto. Ille ꝑfecto bucellam in aceto intingit: & panem co
medit: qui memoria & recordatione dominicæ paſſionis particeps diuinæ conſolationis efficitur.
Hunc cibum qui ſumpſerit: opus perficiet: & in exequendis diuinis mandatis certe nō deficiet. Nam
& in fortitudine cibi huius ambulauit Helias tum diebus tum etiam noctibus uſq; ad montem Dei
Oreb. Hoc eodem cibo mens noſtra & corroboratur in uitæ ſanctimonia: & in bonis operibus con
firmatur. Teſtis eſt Propheta inquiens. Et panis cor hominis cōfirmet. Et inuenire & panem doctrinæ
& cognitionis: cuius mira ſuauitas incredibile dictu eſt: quantam percipientibus afferat uoluptatem.
Nā ſi habeat aliqd doctrinæ mens tanq̄ pabulū: nihil poteſt eſſe (ut ita loquar) hoīs uita iucūdius.
Paruuli petierunt panē: inqt Ieremias: & nō erat: q frangeret eis. Paruuli ii ſunt: q doctrinę & cogni
tionis expertes rudium more puerorum lacte ſapientiæ & doctrinæ alimonia educandi ſunt. Et. n.
ſapientia intellectus uiget: eius fame interit. Atq; homo quidē ſine ſapiētiæ præſidio uiuēs mortuus
eſt. Huius pabuli alimētū oēm eſcam ſuauiſſimā præſtat. Ac primo qdē rationē ipſam cognoſcendis
rebus illuſtrat. Cibabit illum: dicit ſapiens: pane uitæ & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris pota
bit illū. Deinde cupiditatē uiuificat: & ea qdē uita: quæ uera tandē uita ē: quādo non in ſolo pane ui
uit homo: ut ſcriptū eſt: ſed in omni uerbo: quod ꝓcedit ex ore Dei. Poſtremo uim iraſcibilē inflam
mat ſtudio: atq; amore iuſtitiæ. Ita q; duo diſcipuli: q Emaus ꝓfecti cū Ieſu: quē adhuc noſſe non po
tuiſſent: recumberent poſt fractionē panis: quē illo porrigente acceperant: ad inuicem collocuti dixe
runt. Nō ne cor noſtrū ardens erat in nobis: dū loqueretur in uia: & aperiret nobis ſcripturas! Inflam
mati uſq; erant charitate quadā: & mira dilectione flagrabant: q tradente diſciplinaꝝ omniū auctore
panē diuinæ cognitionis acceperant. Cū igitur tres perhibeantur animæ uires: quā triplicē animā finxit
Plato, Ratio: Cupiditas: Ira .i. rationalis potentia cōcupiſcibilis iraſcibilis: oēs hoc pane ſalutaris do
ctrinæ reficiuntur. Alius panis cuiuſdam deuotionis nō nunq̄ in diuinis litteris reperiri conſueuit.
Qualis ille apud Prophetam. Percuſſus ſum ut fœnum: & aruit cor meū: quia oblitus ſum comedere
panem meū. Hic adipe & pinguedine animam replet: & ſcatentem reddit bonorum operū: quo ſine
inculta anima & ieiuna relinquitur: fitq; ſicut fœnum tectorum: quod prius q̄ euellatur: exaruit. Hic

maxime expetendus: & id circo ſumma diligentia retinendus eſt. Non .n. bonum eſt: ſumere panẽ filiorum & mittere canibus. Habet enim præcipuam quandã ſummę delectationis ſuauitatem. Ob quã quidem rem recte dicit ĩ Geneſi magnus pater Iacob. Aſer pinguis panis eius: & præbebit delitias Regibus. Aſer interpretatur aut diuitię: aut beatitudo: quę res utraque deuotione animi comparatur: q nõ iniuria panis uberrimus appellatur: qualem deſcribit Eſaias. Panis frugũ terre erit uberrimus & pinguis. Panis præterea ęternæ uitæ: & gloriæ ille dicitur: quẽ in euangelio Lucas commemorat dicens. Beatus qui mãducabit panem in regno dei. Hic .n. cibus beatorum eſt: q in cęleſti patria ſuo ſempiterno truuntur: quos ſatiat dei gloria: & replet abunde bonorum omnium ubertate: & copia: ĩ cuius domo gloria immortalis: & incorruptibiles diuitiæ ſine dubitatione uerſant. Sed hactenus ſatis panem laudis expoſuerimus. Reliquum eſt: ut ad eum: quẽ ſecũdo loco propoſuimus: ueniamus atq̃ abſoluamus paucis. Qui in uarietate humanarũ rerum: & peregrinatione uitæ huius aſſidue uerſamur: ut iter noſtrum facile conficere: & ad calcem uenire poſſimus: uiaticum nobis ſumendum eſt panis eius: q uires noſtras tueatur: & foueat: nõ eius: cuius uictus alimẽtum nõ ſeruat ad uitam: ſed ad labem: interitumq̃ deducit. Qua igitur induſtria ſuperiorẽ nobis panem comparare debemus: eadem & illum declinare: quẽ ſcribit in Prouerbiis ſalamon illos redarguẽs: qui eiuſmodi pane ueſcũtur. Comedunt panem impietatis: & uinum iniquitatis bibunt. Hũc panẽ comeſt imprimis: qui libidinum obſcœnitate: & turpium uoluptatũ illecebris delectãtur. Comedent filii Iſrael dicit p Ezechielem dominus: panẽ ſuum pollutũ inter gentes. Quid .n. tam polluit animũ: q̃ flagitiorum fœditas & obſcęnarũ libidinũ ſordes? Mulier fornicationũ apud Oſeę Prophetam inquit. Vadam poſt amatores meos: qui dãt panes meos mihi. Et ſapiens Concionator eundẽ panẽ his uerbis cõmemorat. Homini fornicario ois panis dulcis. Hoc ueſcunt & q malorũ omniũ auctore cupiditate laborant: & cumulandis opibus congregandiſ. p diuitiis inhęrentes iura oia diuina & humana ſubuertũt. Quos increpat dñs p Ezechielem dicẽs. Violabãt me ad populũ meũ: pp pugillũ ordei & fragmen panis. Vt .n. in ordeo a ſperitas: in pugillo & fragmine tenuitas cernitur: ita & auaritiæ crimen & aſperum eſt & anguſti & puſilli animi index. Sumũt & hunc panẽ: q inſolenter gloriantur: & faſtu quodam atq̃ inani gloria efferunt. Serpenti puluis panis eius: inquit Eſaias. Nam ſuperborũ inſolẽtia nequaq̃ diutius perſeuerat: ſed diſſipatur: & in tenues auras euaneſcit tanq̃ puluis: quẽ proiicit uentus a facie terræ. Aſſentatores quoq̃ & adulatores perniicioſũ genus hominũ hoc eodẽ alimento paſcunt pro Sapientis uera ſententia dicentis. Fatuo nõ erit amicus: & nõ erit gratia bonis illius: q enim edũt panem illius falſæ linguæ ſunt. Stulti .n. ſunt: q aſſentatoribus aures patefaciunt. Hic idem panis cibus eſt eorũ: q ueritatis inimici ſuis mendaciis & captioſis inſidiis hoĩes fallũt: qualis a Salomone cõmemoratur. Suauis eſt homini panis mendacii: & poſtea implebit os eius calculo. Et in alio loco. Ne deſideres de cibis eius: in quo eſt panis mẽdacii. Manditur & hic panis ab iis: q perfidia atq̃ execranda proditionis macula polluunt. Quem panẽ Salomon in pūerbiis nõ reticuit. Mulier ſtulta & clamoſa inquit: plena q̃ illecebris & nihil oio ſciens ſedit in foribus domus ſuę ſup ſellã ĩ excelſo urbis loco: ut uocaret tranſeuntes p uiam & pergẽtes in itinere ſuo. Quis ẽ paruulus declinet ad me: & uecordi locuta ẽ. Aquæ furtiuę dulciores ſunt: & panis abſconditus ſuauior. Verum uim pditionis expreſſit: quæ ne animis illabatur: omni ſtudio curandũ eſt. Quid .n. tam decet hoĩem q̃ fides? Quid contra tam dedecet q̃ perfidia? Hic exitialis panis ẽ: infectus ueneno mortifero: panis inq̃ nõ uitę: ſed interitus & necis: de quo Iob. Panis eius in utero illius uertet in fel aſpidum intrinſecus. Ac mea quidem ſententia hæc funeſta lues: hæc ſæuiſſima peſtis eſt totius humani generis. Deniq̃ ne iam lõgius ſcribentes pgrediamur: aluntur hoc pabulo: & cibo ſordidiſſimo nutriunt: q in figura hominis ferinã ſęuitiam atq̃ imanitatem exercent belluarũ. Contra hos acerbe Pſalmigraphus ppheta inuectus ẽ. Nõne cognoſcent inquit omnes: q operantur iniquitatem: q deuorant plebem meã ſicut eſcam panis? Hi ſunt: qui nefaria ſæuitia & atroci crudelitate uitam hominũ inſectantur: cędem affectant: ſanguinem exorbent: moliuntur innocentiæ cladem: interitum concupiſcunt. Sedent cũ diuitibus in occultis: ut interficiant innocentem: in pauperes reſpiciunt toruis luminibus: & uelut Leo in ſpelunca inſidiantur ĩ abditis: ut aliorũ ſubſtantiam iniuſte diripiant. Quorũ mens machinatur inſidias: lingua uenenum aſpidum tegit: manus operatur iniquitatẽ: pedes ueloces currunt ad effundẽdum ſanguinẽ. Aduerſum hos iterum excandeſcens Propheta: Nõ ne cognoſcent: inquit: omnes: qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ut cibum panis? Nos igitur: ſi rectam uolumus conſectari uiuendi rationem: illo ueſcamur pane: qui panis eſt benedictionis & uitę: illo uentrem & interiora animæ diſtendamus: prouidentes ne aquis malis atq̃ earum fluctibus demergamur: illas affatim bibentes & plenis exſorbentes faucibus: quæ ut ſuperiores ſunt: ita diuina gratia præuia & uirtute duce ad ſuperiora perducant: & cum aquis: quæ ſuper cœlos ſunt: nomen domini laudemus.

Præcellentis Theologi Auguſtini Dathi Senenſis: de ſacramentis panis & aquę liber ſecundus fœliciter explicit.

¶Magni Theologi Aug. Dathi Senēſis de Cōnubiis Sanctoꝝ tractatus ad Antoniū Turaminū.

LEGEBAMus nuꝑ pro noſtra cōſuetudine diui Hieronymi elegantes quos cōtra Iouinianū hereticū ſcripſit: ac ꝑclariſſimos libros: quos cū propter incredibilē ſententiaꝝ grauitatē: ac miram quādā illecebram: ſplendoremq; uerborū accuratius intueremur: incidimus tandem in eum locum: ubi ex Iouiniani ipſius ānumeratione multa de ſacris litteris: atq; hiſtoriis exempla referunt̄ eorum uidelicet: qui uel ī uetere quondā: uel ī noua etiā lege uiri ꝓbiſſimi: ac ſpectata uirtute uxores habuiſſe perhibent̄. Is te locus (ut mihi qdem uiſus eſt) ob magnā exēplorū uim: ac propter ipſam hiſtoriaꝝ multitudinē: cogitabundū reddidit: atq; ad eas res: e ſacris theſauri s promēdas auidū ſimul: anxiumq; effecit. Inſueuiſti nanq;: cum cetera: quę legis: tum maxime diuinas hiſtorias: quarū fuiſti ſenper cupidiſſimus: magna diligētia: ac ſtudio proſequi: ut inquiſitius: enucleatiuſq;: grauiū atq; utilius rerū cognitionem adipiſcaris. Statui ego mearū partium eſſe: ut & te hac cura fortaſſe nō moleſta liberarē & id negocii ipſe ſuſciperē potius: quē ſi negem diutiſſime ī ſacrarum litteraꝝ lectione uerſatū: certe mentiar. Nam poſt prima illa elementa: ac uelut puerilis inſtitutionis incunabula cœpi cōtinuo ſacras quaſq; bibliothecas ꝑſcrutari: & ſacrarū litterarum quotquot nactus eram libros euoluere. Hæc mihi fuit inde uſq; a puero periucūda ſemꝑ exercitatio: quę quanq̃ neceſſitate temporū ſæpe remiſſa eſt: intermiſſa nō nunq̃: relinqui a nobis tamē uſquequaq; nō potuit. Eius me acrior modo inceſſit cupiditas poſt annos circiter quinque: quos tū Vrbini: tum Senę ī Rhetoricis lectionibus pene inuitus cōſumpſi: ad quas primū Vrbinatū princeps: & Dux magnanimus Oddātonius cōpulit: deinde Senenſes ciues uiri clariſſimi: atq; iucundiſſimi patres: quorū pat ere auctoritati: tam uolui ſenꝑ: q̃ debeo: Hanc igit̄ nuper exercitationē: quaſi quodā poſtliminio repetēs auidius āplexatus ſum. Fieri etenim nō poteſt: quin ad ea ſemꝑ facilius quiſque rapiatur: in qbus diu ac multum uerſatus ſit. Quā ob rem iam oratorum: atq; Hiſtoricorū libris poſt habitis: cōtemptis Poetarū: quod leuiſſimū genus eſt: ad philoſophoꝝ grauitatē: atq; ad ſacros codices: animū retocaui. Sed ne lōgior de nobis ipſis texat̄ hiſtoria: redeo unde paulū eram digreſſus ad Hieronymi librū: ac potius Iouiniani relata exempla: quę quo ordine poſita ſunt: peruolutis ſacris Hiſtoriis: ac Prophetaꝝ monumētis paucis ac breuibus: ſed quæ intelligi poſſint: uerbis aperiam. Quod ſi tibi aliud filum noſtræ orationis uiſum fuerit: tribuito diuinis litteris: quaꝝ iam ſumus ſtudioſiores: q̃ ſuperiore tempore conſueuerimus. Multa ſunt igitur mi Antoni adoleſcentium omnium ſacri eloquii appetentiſſime: quibus Chriſtianorum Epicurus (ut ait Hieronymus) ac uoluptuoſiſſimus concionator Iouinianus innitens uanam ac mendaꝝ pleniſſimā fulcire ſententiam conabat̄. Erat. n. & uirginitatis: quæ diuina uirtus eſt: & continentiæ omnis pręcipuus inſectator. Ac primū (ut Hieronymū ſequamur) refert Iouinianus Dei ſententiam: que de uxore eiuſmodi legit̄. Propter quod relinquet homo patrē ſuū & matrem ſuam: & hęrebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Deus nanq; creator reꝝ: molitor: effectorq; omnium: ne eſſe ſolū hominē pateretur: faceretq; ei adiutoriū ſimile ſui: in Adam arctiorē ſomnū ac ſoporē iniecit: qui cū obdormiſſet: quemadmodū in Geneſeos libro ſcriptū eſt: tulit unam dominus e coſtis eius: ac pro ea carnem repleuit. Hanc igitur: quā ſubſtulerat coſtam: ædificauit in mulierem: quā ut condidit: ad Adā perduxit. Et cū eam aſpectaſſet: hoc nunc inqt: os ex oſſibus meis & caro de carne mea. Hęc uocabit̄ uirago: quoniā de uiro ſumpta ē. Nā apud Hebręos quoq;: unde hæc ſumpta ſunt oīa: ita ſcriptum inuenimus.

Id. n. nomē ſcriptū litteris Aleph Ioth: Sin uirū ſignificat. Inde deflectunt Hebręi dempto Ioth. Et īteriecto in ſin littera pūcto: qđ apud eos uim roborat elemēti ſecūdū exitū muliebris generis. Quocirca cōmode aptiſſimeq; a Hieronymo peritiſſimo reꝝ omniū uir ponit̄: & uirago. Sed hęc alias. Statim itaq; ſubnectit̄. Quāobrē relinquet hō patrē ſuū & matrē: & adhęrebit uxori ſuę: & erūt duo ī carne una. Habes igit̄ & ſi tibi notū erat: quo ī loco ueteris legis ſentētia hęc ſcripta ſit. Sed in Euāgelio quoq; tradit̄: cū aliquādo relicta Chriſtus Ieſus Galilea: ad fines Iudæ trans Iordanē ſeſe cōtuliſſet acceſſiſſe ad eum Phariſſæos: atq; pertentandi illius (ut ſępe ſoliti erāt) gratia quæſitiuiſſe: Liceret ne homini quacunq; de cauſa uxorem ſuam dimittere: ſapienter tum Chriſtus: ut ſemꝑ: quandoquidem filius Dei eſſet: atq; inquiſitiſſime reſpondiſſe fertur. Continuo. n. non legitis: inquit: qa qui fecit homines ab initio maſculū & fœminam: fecit eos & dixit. Propter hoc dimittet homo patrē & matrem: & adhęrebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Itaq; iam non ſunt duo: ſed una caro. Quod ergo Deus coniunxit: homo non ſeparet: & alia. Deſcripſit itaq; eam Ieſus ſententiam: qui legem uenerat nō ſoluere: ſed adimplere: e ueteris legis promptuariis: ideſt: de Geneſeos libro uno ex iis quinq;: qui in Pentateuco Moyſi continentur. Nam cum in Euangeliis quicquam aut de Prophetarum libris: aut legis diuinæ monumentis: aut ex Sanctorum deniq; ſcriptis refertur: ſolet plerunq; auctoris ipſius reticeri nomē. Quod autem nemini niſi peritiſſimis notum eſt: ſolet non nunquam ita Prophetarum uerba cum Euangelio cohęrere: ut non diſtinctio ulla orationis appareat: ſed una

atq; continua ſeries cõteratur: quale illud eſt apud Matthęum Euangeliſtam in uerbis Ieſu. Nolite ar
bitrari: quia uenerim pacẽ mittere in terram: nõ ueni pacem mittere ĩ terram: ſed gladium: Veni. n.
ſeparare homines aduerſus patrẽ ſuum: & filium aduerſus matrem ſuam: & nurum aduerſus ſocrũ
ſuã: & inimici hominis domeſtici eius. Et alia. Poſtremũ hoc de Michea propheta acceptum eſt. Is Iſra
eliticum: & pręuaricatorem populum his uerbis affatur. Nolite credere amico: & nolite cõfidere in
duce ab ea: quæ dormit in ſinu tuo: cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius contumeliam facit patri: filia
conſurgit aduerſus matrem ſuam: nurus contra ſocrum ſuam: inimici hominis domeſtici eius. Non
nunq̃ uero immutatis uerbis eadem in noui: ac ueteris teſtamẽti libris ſcripta ſentẽtia eſt: & Ieſus ad Pe
trum qui paſſionis tempore diſtricto enſe Malcum percuſſerat ſeruum quẽpiam Principis ſacerdotum
præciderat atq; auriculam eius dexteram: cõuerte: inquit gladium tuum ĩ locum ſuum: omnes. n. q acce
perint gladium: gladio peribunt. In libro autem Geneſeos loquitur dominus ad Noe poſtq̃ huma
num genus diluuio perdidiſſet: & iam uitæ humanę eſum inſtituiſſet. De manu uiri: & de manu fra
tris eius requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum ſanguinem: fundetur ſanguis il
lius. Atq; innumerabilia ſunt eiuſmodi exempla. Mitto: quod eandem ſententiã: & Paulus Apoſto
lus: uelut ſignũ adhibens perfectis tabulis cõfirmauit ſcribens epheſiis: quam te epiſtolam legiſſe ar
bitror. Nũc ad reliqua pergamus. Sequitur. n. Creſcite: & multiplicamini: & alia. In opere diei quin
ti: cum aquatilia animãtia: & pennigera: ac uolatilia cõdidiſſet: primum benedixit illis hiſce uerbis: q̃
etiã Iouinianus ĩnectit. Creſcite: & multiplicamini: & replete aquas maris: ſ; nihil ad hominẽ. Inſup
die ſexto: ubi cicures: & feræ procreatæ ſunt: iumenta quoque: & reptilia quęq; in genere ſuo tandem
perinde: ac nobile: preclarumq; opificium ad ſimilitudinem: & imaginem ſuam: hominẽ deus effin
xit: & marem: ac fœminã copulauit: ſtatimq; illos benedictione hac proſecutus eſt dicens. Creſcite &
multiplicamini: & replete terram: & ſubiicite eam: & dominamini piſcibus maris & uolatilibus cęli:
& uniuerſis animantibus: quæ mouentur ſuper terram. Accedit deinde ad maritorum enumerationẽ
atq; omiſſo Adæ & Euæ connubio: ſerie quadam Seth: Enos / Cainan / Malalehel / Iared / Enoch / Ma
tuſale. Lamech: Noe adducit in medium. Ordit tamen Iouinianus altius; & ab Adæ liberis ſumit exor
dium. Nam (ut in Geneſeos libro proditum eſt) Adam centum & triginta annos natus filium ge
nuit ad ſimilitudinẽ & imaginẽ ſuam: uocauitq; nomen eius Seth. Seth aũt expletis centum & quinq;
ætatis annis genuit Enos: q primus inuocaſſe tradit nomen domini. Enos uero circiter nonageſimũ
uitæ annũ genuit Cainan. Hic deinde annũ agens mortalis æui ſeptuageſimũ genuit Malalehel. Ma
lalehel aũt habens quinq; & ſexaginta annos genuit Iared: At Iared maiore iam ætatis curriculo de
curſo: euolutiſq; uitæ ſuæ centum ſexaginta duobus annis genuit Enoch. Enoch aũt uegeta ad mo
dum florentiq; ætate ac uix peractis quinq; & ſexaginta annis genuit Matuſale. Matuſale uero lon
geuus homo uerius q̃ Homericus Neſtor: quẽ nõnulli Poetę tres hominis ætates uixiſſe ferũt: & tri
ſęclum ſenem uocant: ex nongentis ſexaginta nouem annis: quos erat uicturus: centũ iam & octo
ginta ſeptem detriuerat: quo tẽpore genuit Lamech. Lamech poſtq̃ duos atq; octoginta annos mor
talis uitæ confeciſſet: genuit ſcitum puerũ: & ei Noe inditum eſt nomẽ: quem cũ in lucem editum La
mech pater conſpexiſſet: hic nos inquit: ſolabit ex operibus ac laboribus manuũ noſtrarum in terra:
cui dominus maledixit: demũ & Noe filii memoriæ proditi ſunt Sem / Cham & Iapheth. Ex iis uero
quos ſupra memorauimus: Enoch uir ſimplex & iuſtus eiuſmodi erat: cum omnipotente Deo com
mercio (ut ita ſcripſerim) ac familiaritate deuinctus: ut & cum eo ambulauerit: & poſt trecentos ſe
xaginta quinq; annos nuſquam gentium comparauerit: quod a deo ipſo in domicilium uoluptatis
ac delitiarum paradiſum ſublatus ſit: ubi longo ac diuturno æuo frueretur. Sed & Noe: quod & ipſe
quoq; iuſtus eſſet & diuinæ legis multo omnium ſtudioſiſſimus ſolus cum filiis uxore ſua & uxori
bus filiorum eius: illius tam uaſtæ tamq; horrificæ eluuionis euaſit diſcrimina. Nam octo homines
in ea totius orbis tempeſtate ſolos ſeruatos incolumes etiam in Canonicis epiſtolis Princeps teſtatur
Apoſtolorum: qui dies commemorans Noe & fabricationem arcę perhibet in ea paucos idest octo
animas ſaluas factas eſſe p aquã. Ex q̃bus omnibus id ſatis ẽ intelligi uiros integerrimos & principi
Deo: q omnia guberna: acceptos habuiſſe uxores. Seth / Enos / Cainan / Malalehel / Iared / Enoch / Ma
tuſale / Lamech / Noe: qui omẽs primi initio libri Paralipomenon referuntur: in quibus illud ſane ani
maduertendum eſt: ut ſicut in pleriſq; uocabulis inclinamenta ipſa potius propriorum nominum
q̃ uocum ſpectemus initia. Ita enim facillime inter Enoch & Enos inter Seth & Sem quid interſit:
cuiq; erit manifeſtum. In quibuſdam enim nulla noſtri eloquii egeſtas præſtare differentiam poteſt.
Ac duo non nunquam: quæ diuerſa ſunt nomina: eædem apud nos compingunt litterę: quæ res ſa
ne non nullos decepit: qui ſibi ſacrarum ſcripturarum ſcientiam uendicant: arbitrantes eundẽ fuiſſe
Amos Eſaiæ patrem: & Ruſticum illum ac paſtorem de Thecoa: qui eſt de duodecim Prophetis:
quos minores appellant. Quod idem nequaquam eſt apud Hebręos. Sed omnia huiuſmodi & pro
latu uocis & caracteribus diſtãt. Nam litteris et Seth configuratur Sem
uero et Rurſum Enos notatur litteris comite et Enoch uero
maxime diuerſis & figuris ſcribitur & apicibus. At Amos illi duo: qui in Latinorũ

penuria tam inter ſe ſimiles eſſe credūt: diſſimillimis apud Hebręos litteris pſcribūt cum
& calce nominis .Prophete uero: & ruſticus Amos ita Hebraicis litteris annotatur.
quippe quod nomen cum & in fine o confabricantur. Hæc uero tibi ha-
ctenus: quem ſtudioſum ſacrarum rerum pati nolumus errare cum uulgo. Rurſum Iouinianus poſt
magni illius naufragii cladē dicit eandē repetitam a domino benedictionē. Creſcite & multiplicamini
Et .n. cū poſt eluuionē: iam terra exaruiſſet: ac iuſſiſſet dñs cūcta animātia: quę erāt in arca foras pro
dire: ad Noe conuerſus: ingredimini: inquit: ſuper terram: creſcite: & multiplicamini ſup eam. Tum
benedicens Noe: ac filiis eius: eiſdem quoque uerbis denuo uſus eſt. Creſcite: & multiplicamini: & re
plete terram: & terror ueſter: ac tremor ſit ſuper cūcta animalia terræ: & etiā alia. Quibus & hæc adie
cit: quæ ad relaxandas ciborum ueniam: ac uelut ſuadendam ingluuiem ualere Iouinianus credidit
Verba autem ipſa hęc ſunt. Omnes piſces maris manui ueſtræ traditi ſunt: & omne: quod mouetur
& uiuit: erit uobis i cibū. Sed & iterum Deus ad Noe & ad filios eius cum eo. Vos autem creſcite:
& multiplicamini: & ingredimini ſuper terram: & implete eam . Iam de trigamo Abraham: mono-
gamo Iſaac: tetragamo Iacob breuius dicendum uidetur. Vere nanque Abraham cum tribus mulie
ribus iunctus eſſe ſacris teſtimoniis comprobatur . Habuit enim uxorem Sarai filiam Aram . Hæc
igitur cum ſterilis eſſet: nec pareret filios: filiorum cupidine ducta maritum ultro hortata eſt: ut
Agar ancillæ concubitum poſtularet: ſi forte proles naſceretur . Itaque Abraham allocuta eſt: Ecce
inquit: concluſit me Dominus: ne parerem. Ingredere ad ancillam meam: ſi forte ſaltem ex illa ſu-
ſcipiam filios . Itaque precibus uxoris aures accommodans tulit Abraham ancillam ſuam Agar
Aegyptiam: & uxorem accepit decimo anno: poſtquam terram Canaan habere cœpiſſent: & pri-
mum quidem ex ea: quam modo ancillam nominauimus: Hiſmaelem filium genuit: cum ſextum atq;
octogeſimum annum ageret ætatis. Hic eſt Hiſmael: a quo Hiſmaelitarum profectum eſt genus: qui
(ut Cæſarienſis Euſebius libro de temporibus & communes deliciæ noſtræ Hieronymus in epiſto-
la de terra repromiſſionis ad Dardanum teſtes ſunt) poſt Agareni & nunc Saraceni nuncupantur:
Porro idem Abraham iam grandiſſimus natu ac prouectam etiam prætergreſſus ætatem ex uxore
Sara Iſaac filium genuit plenum gratiæ & uirtutis: & qui diuinam legem diligenter obiret. Has uero
duas Abraham uxores ſcribens ad Galatas Prædicator ueritatis meminit Paulus: & totidem filios:
quibus maximarum rerum myſteria: & naſcentis Eccleſiæ ſacramenta tenerentur. Ita enim ſcribit.
Scriptum eſt: quoniam Abraham duos filios habuit: Vnum de ancilla: alterum de libera. Sed qui de
ancilla ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera per repromiſſiones: quę ſunt p Allegoriam
dicta: hæc .n. duo ſunt teſtamēta: Vnum quidem i monte Syna in ſeruitutē generans: quę eſt Agar.
Syna enim mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei: quæ nunc eſt Hieruſalem: & ſeruit cum filiis
ſuis: illa autem quæ rurſum eſt: Hieruſalem libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Hinc nos Abraham pa
trem noſtros dicimus: & Sara matrem: ſicut Eſaias ait. Attendite ad petram: unde exiſtis: & ad cauer
nam laci: de qua præciſi eſtis: attendite ad Abraham patrem ueſtrum: & ad Saram: quæ peperit uos:
quia unum uocaui eum: & benedixi ei: & multiplicaui eum: & alia. Sed poſtquam Sara: quæ centum
ac uiginti ſeptem uixiſſet annos: in Arbee oppido: quod eſt trans Ebron in terra Canaan mortem
ſuam oppetiiſſet: duxit & aliam uxorem Abraham: cui Cethure nomē erat: ex qua genuit Zaram: Ie-
ſan: Madian: Ieſooth: Sue. Animaduertimus autem & Cethuram & Agar uxores plerunq; in ſcrip-
tura ſancta nominari. Sed tu ſi accuratius Moyſi Geneſin legeris: non nunquam & concubinas uo-
catas deprehēdes: quod uerum & legitimum Abrahę connubium id haberi conueniat: quod ei cum
Sara extitiſſet: quo circa & in Geneſeos libro: ex quo pleraque omnia id genus promenda ſunt: uer-
ba hæc ſubiiciuntur: dedit Abraham cuncta: quæ poſſederat: Iſaac: filiis autem concubinarum largi
tus eſt munera: & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo: dum adhuc uiueret ad plagam orientalem. Quod
autem Iouinianus benedictionem addit: id ita intelligendum eſt . Dixerat ad Abraham per uiſio-
nem Dominus. Noli timere. Ego protector tuus ſum: & merces tua magna nimis: reſpōdente au-
tem Abraham: Domine Deus quid dabis mihi. Ego uadam abſque liberis: non dediſti mihi ſemen
& ecce uernaculus meus hæres meus erit. Repente intonuit ad eum ſermo Domini dicentis . Non
hic hæres tuus: ſed qui egredietur de utero tuo: ipſum habebis hæredem. Cumq; eum foras eduxiſ-
ſet: ait. Suſpice cœlum: & numera ſtellas: ſi potes: ita & ſemē tuum erit . Credidit Abraham Deo: &
tributum eſt ei ad iuſtitiam. Demum ſterilis Sara uel nonagenaria filium peperit Iſaac in typo & fi-
gura. Ac de Abraham & Sara Agar ac Cethura uxoribus eius ſatis hæc hactenus. Porro Iſaac eius
filius uxorem habuit. Duxit enim cum ferme quadraginta eſſet annorum uxorem Rebeccam filiam
Bathuelis Syri de Meſopotamia ſororem Laban: quæ cum aliquandiu ſterilis manſiſſet: precibus ui
ri Iſaac conceptum meruit a Domino: ac prægnans euaſit. Gemelli erant in utero eius: et hi ad
inuicem collidebant. Quam rem dolens Rebecca grauius: ac ſuam ipſius ſortem miſerata. Si ita in-
quit: futurum erat: quid opus fuit: ut conciperem? Ac propterea accedens conſuluit dominum: cui
oraculum duas aſſeruit gentes eſſe in Rebeccæ utero: ex q; eius uentre duos populos propagatum iri

fore autem: ut populus populum ſuperet maior minori ſeruiat. Hoc uero eſt: quod Iouinianus de Rebecca ait: quod ierit quaſi Propheriſſa eccleſię: ſicut ſcribẽs ad Galatas declarat Apoſtolus: quę cũ primum infęcunda eſſet: mox aucta eſt: & ſicut cedrus libani multiplicata non iniuria cum florente palma conferenda: interrogare dominum: & audierit ab eo: duę gentes: & duo populi in utero tuo. Sed tandem (ut tota de filiorum partione narretur hiſtoria) puerpera Rebeca geminos enixa eſt: Eſau: qui & Idon dictus eſt: a quo gens Idumeorũ traxit originem: & Iacob: quẽ poſt Dominus Iſrael appellauit: a quo Iſraelitæ cognominati ſunt: quos in præſentiarum Iudęos uocant. Horum igitur Eſau cum iam adoleuiſſet: ad uenationem atq; agricolationem animum conuertit. Iacob autem eo q uir ſimplex erat: in tabernaculis degit. Verum oſtendiſſe ſatis eſt uxorem habuiſſe Iſaac: qui ſibi Rebeccam: quam prædiximus connubio iunxit. Iacob quoque: qui decimus inter maritos a Iouiniano numeratur: non ſolum uxorem habuit: ſed etiam quattuor duxit. Iſaac pater Iacob filio præceperat: ne acciperet de genere Canaam coniugem: ſed ut proficiſcens in Meſopotamiam Syriæ domum Bathuelis uxorem caperet de filiabus Laban auunculi eius. Quam ob rem cum longis itineribus ad Laban in Meſopotamiam ueniſſet: ſeruiuit Laban ſeptem annos: ut mercedẽ conſequeretur filiam eius Rachel præſtanti corpore: pulcherrima forma: & uenuſta facie uirginem. Laban autem ne ſuorum maiorũ inſtituta uiolaret: qui dedecere exiſtimabant patrem: qui plures haberet filias: minorem natu prius collocare: dedit ei uxorem Liam ætate grandiorem: & cuius oculi lippitudine laborarent. Quod fuit Iacob graue & permoleſtum. Itaq; ut uoti fieret compos: atque ut optatis nuptiis & amoribus poteretur: ſeruiuit & ſeptem annos alios: & pro opere meruit: ut Rachel quoque: quam deperibat uxorẽ: acciperet. Hęc igitur Lia: quanq̃ deformior erat: fœcundior tamen Rachel genuit filios Ruben Symeon Leui & Iudam. Rachel autem cum ſe ſterilem eſſe atq; infœcundam animaduertiſſet: percita inuidentia quadã in uirũ Iacob uerbis uſa eſt: quæ Iouinianus aſcribit. Da mihi liberos: alioqn moriar. Indignatus atq; iratus Iacob: num ꝑ deo inquit: ego ſum: qui priuauit te fructu uentris tui! Sed ſi m aius dicere: qui te concluſit: haud magni refert. Hactenus duas uxores Iacob habuiſſe cernitur: reſtat: ut reliquæ duę exponantur. Rachel: cuius (ut ita dicam) animum rumpebat inuidia: artem muliebrem molitur: ut liberos peperiſſe uideretur: quæ filios non conciperet: puerum ſupponendum eflagitat. Nam quę ſteriles ſunt mulieres: ſolent alienos pueros non nunquam ſuis fœminibus adhibere: quos ſuppoſitos noſtri ueteres appellarunt: quod eſt ueluti fraude quadam appoſitos & adhibitos clanculum. Itaq; alloquitur Rachel uirum Iacob: atq; habeo inquit: ancillam Balam: ingredere ad illam: ut pariat ſuper genua mea: habeamq; ex ea filios. Ob uehementiorem nanque in uirum amorem atque ardentius ſtudium uel ſuos filios arbitratur fore: quos ex quaqua muliere præſertim ex uernacula procreauerit: unde & Sara cum fere eandẽ ſterilitatis ignominiam pateretur: affata eſt Abraham his uerbis Ingredere ad ancillam meam: ſi forte ſaltẽ ex illa ſuſcipiam filios. Suſcipiam inquit: quaſi ſui ipſius liberi futuri eſſent. Igitur dedit Rachel uiro ancillam coniugem: ex qua Dan genitus ẽ: & mox alter quoq; filius: qui uocatus eſt Neptalim. Rurſum Lia ſentiens ſeſe peperiendis filiis deſtitiſſe: & ipſa quoque ancillam ſuam marito tradidit: quæ Zelpha nominaretur: ex qua genuit Iacob filios Gad & Aſer. Quanquam uero non de filiis primũ: ſed de uxoribus ſermo eſt: ueruntamen maiorem quoque ſtirpem genuit Iacob: propagataq; eſt eius ſoboles. Suſcepit enim ex Lia præterea Iſachar & Zabulon & Dinam filiam. Ex Rachele autem Ioſepht & poſt reditum e Meſopotamia alium filium: quem ipſa ob partus periculum & dolorem: quem extremum perpeſſa eſt imminente iam interitu Benoni appellauit: quod nomẽ interpretatur a noſtris filius doloris mei: eundem tamen pater Beniamin uocare maluit. Quod nomen: qui Hebraicam linguam nouerunt: filium dexteræ interpretantur. Quapropter iam patere poteſt quattuor Iacob habuiſſe uxores: Liam & Rachel: quarum utraque fuit Laban filia: & coniugio item uſum eſſe ancillarum Balæ & Zelphæ: quas rectius pelices rectiſſime concubinas appellauerim. Admonẽt enim Geneſeos uerba: quæ huiuſmodi de Iacob in eo libro producuntur Rachele ſepulta. Egreſſus inde fixit tabernaculũ trans turrem gregis: cumq; habitaret in illa regione: abiit Ruben: & dormiuit cum Bala concubina patris ſui. Nunc uero ad Ioſeph uirum ſanctum & caſtiſſimum feſtinat oratio. Hic uir ſanctus dicitur: quia fuit cum eo Dominus ſemper: & erat uir in cunctis proſpere agens: nam omnia eius opera a Domino regebantur. Quantum uero caſtitatis curam geſſerit: hinc perſpicue liquere poteſt. Erat Ioſeph in Aegypto apud Regem Pharaonem: quippe quem Phutiphar Eunuchus: qui regio exercitui præerat: emiſſet pudet ſcribere ad quem Regis uſum. Fuit enim adoleſcens pulchra facie ac præſtanti forma: ut qui aliquando ſuos fratres peſſimi criminis accuſaſſet. Huius amore Regis uxor nimium capta eſt: & eius nefarium cõcubitum expoſcebat in dies. Acer pudicitiæ cuſtos Ioſeph nunq̃ eſt mulieris amoribus obſecutus. Aliquãdo aũt cũ ſolus intra ędes remotis arbitris rem quampiam diligentius obiret: Regina ipſa ardens illius formaę moleſtius urgebat adoleſcentem: & ad ſtupꝝ eum multis precibus inuitabat: deniq; ueſte apprehenſa caſtũ hoĩem importune uexabat: qui metuens ſuę pudicitię relicto pallio foras proſiliũt: ita & Regi fidem & ſibi integritatẽ ſeruauit incolumẽ: ut meri

to iure eum Iouinianus caſtiſſimū uocitarit. Hic & ſi caſtitatis ſtudioſus erat: uxorē tñ duxit Aſenech filiam Phutiphares Sacerdotis Heliopoleos: quam ſibi tradidit Rex Pharao: uelut premium quoddam incredibilis eius uirtutis: ac prouidentię: q preſagiens fertilitatis: ac ſterilitatis annos: totius ferme orbis uitæ: ac ſaluti conſuluit: adeo ut cōmutatō nomine a Pharaone ipſo: Saluator mundi nuncupatus ſit: Aegyptioꝝ uocabulo. Ex hac igitur uxore: circiter triginta ānos natus: genuit duos filios: quorū primogenitum: ac ſtirpis maximū uocauit Manaſen: alterū Ephraim: & ad centū decem annoꝝ ętatem uitam producens: uidit Ephraim filios ad tertiam uſq generationē: qbus plane argumentis atq hiſtoriis: debet in promptu eſſe Patriarchas & ſanctiſſimos uiros habuiſſe uxores Iouiniani relatu: cuius & ſi non eſt opinio ſpernenda in eo: quod nuptias & matrimonium laudat: melior tamē & grauior Hieronymi ſententia putanda eſt uirginitatem longiſſime præferentis. Sed ea nos Hieronymo probanda relinquimus: noſtrū. n. quod tu minime ignoras: conſiliū eſt: ut quę breuius: atq ob eam cauſaſ obſcurius a Iouiniano narrata uel potius confuſa ſunt: eis nos ampliorū uerboꝝ: ac dilucidioris orationis lucem afferamus. Quod ſi Iudam & Onam: ac Thamar complexi erimus: reliqua nō de Geneſeos libro: ſed ex aliis libroꝝ hiſtoriis nobis ſumēda erunt. Iudas &. n. a ſuis fratribus diuertens ad uirum Odolamitem: cui Iran nomen erat: conſpectam in eo loco Sue uirginē: filiam hominis Cananei accepit uxorem: cūq liberis operam dediſſet: genuit Her: Onam: Selam: & cū tres iam liberi nati eēnt: deſiuit Sue parere. Iudas aūt Her primogenito ſuo Thamar coniunxit uxorem. Veꝝ Her Iudę ipſius filius: ob eius nequitiam atq improbitatē: mortem īmaturam obiit. Quare Iudas Onam alterum filium iuſſit uxorem cognoſcere ſui fratris: ut ei ne prorſus extingueret̃ ſemē futuræ ſobolis exſuſcitaret. At ille ſciens nō ſibi filios naſci: congreſſus cū Thamar fratris uxore: ſceleſtus homo ſemen fundebat in terras: ne forte liberi fratris noīe naſcerent̃. Quā ob cauſam adeo indignā: ppq eiuſmodi deteſtabile ſcelus: percuſſus a dño: iuſta malignitatis ſuæ exegit piacula. Longa eſt ſæpe hiſtoria: longæ ambages: ſed ego ſumma ſequor faſtigia rerum. Satis eſt. n. nobis: ſi ea afferamur: quæ ad propoſita exempla inueſtiganda ſpectare cernunt̃. Iam ad Moyſen & Mariam ocius properandū eſt. Aaron: Moyſes: & Maria fuerunt fratres. Nam (ut in exodo: & Numeri: ac Paralipomenon libris traditur) Amram ex uxore Iochabeth filia Leui genuit tres filios: q modo nominati ſunt. Ex his Moyſes uxorem cępit Sephoram filiam Raguelis Sacerdotis Madian: ex qua genuit Gerſen & Eliezer. Sed hęc in Exodo. In libro aūt Numeri pditū eſt: & Ethiopiſſam duxiſſe uxorē: poſtq̄ Aegyptū ab infeſto Ethiopum exercitu liberaſſet. Capta eſt. n. Regis filia amore Moyſi: quā & accepit uxorem Moyſes: quā ob rem locuti ſunt Aaron & Maria aduerſus Moyſen dicētes. Nunqd ná p ſolū Moyſen locutus ē dñs? Nōne & nobis ſimiliter ē locutus? Iratus dñs oſtēdit ſe Prophetis: uel in uiſione apparere: uel p ſomnium ad eos loqui. Moyſi aūt: q fideliſſimus eſſet: ore ad os: ſeq ei palam: non p enigmata & figuras aſpectandum præbere. Itaq iratus Aaron & Mariæ: quare inquit: non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Abeunte aūt dño cōtinuo ecce Marię apparuit candens lepra: quaſi nix: ut Elephantico morbo: caro eius miſere exederet̃. Sed ea poſt Moyſi fratris precibus: teterrima peſte liberata ē. Hanc percuſſam legimus lepra: & Oziam Amaſiæ filiū: q cū cor ſuū extuliſſet: & neglexiſſet dominū Deū ſuū: etiam Sacerdotibus minitans: & ſacrū ſibi uendicans myſterium. Quapp tenens manu thuribulū: cū adoleret incenſum corā Azaria & reliquis Sacerdotibus: ſup altare thimiatis: in Oziæ fronte lepra exorta ē: propter quod & de domo domini confeſtim eiectus eſt: ſed hic leproſus permanſit uſq ad ultimos uitæ ſpiritus. Sed quā Iouinianus Maria refert: illa eſt pfecto: quæ cū filii Iſrael ueniſſent in deſertum Syn: & manſiſſet populus ī Cades: mortua ī eo loco: ac ſepulta ē. Sed iam Sanſonē aggrediamur. Erat uir quiſpiam (ut libri Iudicū teſtat̃ hiſtoria) de Saraa: & ex ſtirpe Dan: nomine Manue: habens uxorē ſterilē: quā Angelus dñi allocutus eſt dicēs. Sterilis eſt & abſq liberis: ſed cōcipies: & paries filium. Caue igit̃ uinū ac ſiceram bibere: & immundū comeſſe quicq̄: cōcipies nāq: ac paries filiū: cuius caput nō attinget nouacula: & tonſorius culter. Erit nanq Nazareus Dei a teneris unguiculis: & ex utero matris: & ipſe īcipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinoꝝ. Hactenus aſcripſimus uerba Angeli de Sanſone: ſed prius q̄ de uxore eius dicere aggrediamur: paucula dicēda ſunt: ut qd ſit Nazareus intelligamus. Sanſon (ut eiuſdem hiſtorię perhibent monumentum) loquens ad Dalidam mulierem: cuius ille amore tenebatur: ut oſtenderet: qua in re maxime tanta eius fortitudo ſita eſſet: poſtquam ter mentitus eſt: uerba hæc ſubiecit. Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput meum: quia Nazareus: id eſt: conſecratus Domino ſum: ex utero matris meæ. Si raſum fuerit caput meum: recedet a me fortitudo mea: & deficiam: eroq ſicut cæteri homines. Et noſter Hieronymus in libro Hebraicorum nominum: Nazareum erudite interpretatur mundum: uel ſanctum: ſiue unctum: ſeu conſecratum. Sed redeundum eſt: unde ſermo defluxerat. Facta ſunt: quæ prædixit Angelus Domini: natus eſt ſcitus puer: uocatumq nomen eius Sanſon: cui incrementum dedit Dominus: & benedixit: cœpitq ſpiritus domini eſſe cum eo in caſtris Dan: inter Saraa & Eſtaol. Cum autem deſcendiſſet Sanſon in Thamnata: ac uidiſſet mulierem quampiam de filiabus Philiſtim: inſtituit q̄ primum cum parentibus ageret: ut illam ſibi acciperent uxorem: quibus reluctantibus: quod de genere Philiſtinorum eſſet: præualuit tamē Sanſonis libido: & tandem quæ placuerat oculis ſuis uxorem duxit. Sed

eam poſt amiſit:quę triginta ſodalibus:q Sanſoni tradidi erant:aperuit p obſcurũ problema:quod ferunt fuiſſe:de comedẽte exiuit cibus: & de forti egreſſa eſt dulcedo. Sed hoc nihil ad rem noſtrã. Nobis ſatis ſit aperuiſſe ſanctarũ ſcripturarũ teſtimoniis Nazareũ Sanſonẽ duxiſſe uxorem:cuius explicato cõnubio ad ea quæ reliqua ſunt:cenſeo ueniendũ. Debborę & Barach & reliquorũ:quos deinceps Iouinianus ãnumerat:longin cula hiſtoria:ſed nos quãta opus:opus breui pſtringemus. Filii Iſrael poſt mortẽ Ahod Amphidexteri Gera filii:q eos de Moabitarũ ſeruitute liberarat:ruſum obliti Dñi ſui ac diuinæ legis præuaricatores effecti ſunt:qbus cõtingeret puerbiũ illud. Canis reuerſus ad ſuũ uomitũ: & Sus lota in uolutabro luti. Viſitauit eos dñs ob eam cauſam in uirga ferrea: & eos ſubegit ditioni Iabin Regis Canaan in Aſar regnãtis. Hic ſuis copiis atq exercitui Siſaram præfecerat:cuius erat Domiciliũ in Aſeroth gentiũ: Magna fuit ac præpotẽs eius Regis uirtus:quandoquidẽ falcatis curribus utereẽ:quorũ rotas hęrẽtes hinc atq inde enſes circumuallant. Triginta ãnos dura ſeruitus preſſerat Iudęos. Sed forte fortuna clarebat ea tẽpeſtate Debbora uxor Laiſidoth:quæ p id tẽporis ſedens ſub palma:quæ illius noĩe uocabaẽ:inter Rama & Bethel ĩ monte Ephraim populũ iudicabat. Hęc iuſſit accerſi ad ſe Barach filiũ Abionem: & oraculo Dei pręcepit:ut Iſraeliticas copias traduceret ĩ montẽ Tabor ſumptis decẽ millibus pugnatorũ:partim de filiis Neptalim partim de filiis Zabulon. Simul pollicita eſt eductură ſe Siſaram Principẽ exercitus regii ad torrentẽ Ciſon: & currus omẽs ac militẽ cunctũ redactură in Barach poteſtatẽ. Annuit Barach nõ tam uirtuti ſuæ cõfidens q̃ Debboræ ipſius comitatu fretus. Audiens Siſaram & ipſe quoq ad torrentẽ Ciſon agmen eduxit: & noningentos falcatos currus. Cũq manũ confererent:perterrente dño inclinata ẽ Siſaræ acies. Dux uero ipſe exercitus metu ac formidine exterritus curru deſiliit: & proripuit ſe in pedes. Magna hoſtius ſtrages facta ẽ: & ad internitionẽ cecidit regius exercitus. Fugiens autẽ Siſaram recepit ſe in tentoriũ Iahelis:quæ uxor erat Aber Cinei:q quondã ſecedẽs a cæteris Cineis fratribus tetenderat tabernacula uſq ad conualem Semmin iuxta Cedes: & hic cũ Iabin Rege pacẽ habebat. Iahel obuiam pfecta Siſaram in tabernaculũ introduxit:atq operuit pallio. Siſaram excepit tabernaculo: & ei ſitienti lac ex mulctra miniſtrauit. Poſtremo benefica mulier clauum ſumpſit ac malleum: & clanculũ ingreſſa clauũ tẽpori illius appoſuit:ac malleo defixit in cerebrũ uſq ad terrã. Atq ita Siſaram ſoporem morti ſocians animam miſer efflauit. Quam rem & Barach intuitus ẽ. Iahele mõſtrãte. Effectũq eſt duarũ mulierũ nuptarũ opa:ut & Iabin tandẽ delereẽ Rex Canaã: & liberarenẽ filii Iſrael. Sed de Debbora:Barach:Siſaram & Iabin & Iahele hucuſq ſatis. Nũc Iepte patrẽ cũ filia uirgine paucis expediamus. Bellũ gerebant filii Iſrael cõtra Regẽ filiorũ Amon:q ut certioris uictoriæ potirenẽ:Impatorem ſibi delegerũt: atq exercitus Principẽ Iepte Galaaditem uirũ pugnatorem:ac fortiſſimũ ducem. Hic indicto iam bello ac denunciato:cũ aduerſus hoſtẽ aciem foret educturus:uotũ uouit Deo dicens. Si tradideris filios Amon in manus meas:quiſquis egredieẽ primus e foribus meaꝝ ędium:mihiq uictori & cũ pace a filiis Amon redeunti obuiam occurrerit:eum tibi Domine holocauſtũ offerã. Compos uictoriæ Iepte lætabundus domũ remeabat:forte unica eius filia cũ tympanis & choris prima aduenienti patri obuiam profecta eſt:qua conſpecta ſcindens Iepta ueſtimenta ſua:heu filia inquit:decepiſti me: & ipſa decepta es. Quæ cũ ex patre rem oẽm cognouiſſet & ſuam futuram cędem:patrem obſecrauit:ut qui de hoſtibus ſupplicium ſumpſiſſet:eſſetq uictoriam conſecutus:ageret eam pro ſuo arbitrio: & uotũ Deo redderet:ac ſineret:ut duobus menſibus montes perluſtrans cum ſodalibus uirginitatem ſuam miſera deploraret. Quod impetrauit: & emenſis duobus menſibus holocauſtũ Deo oblata eſt. Atq inde inoleuit conſuetudo in populo Iſrael:ut poſt anni circulũ conueniant in unũ filiæ Iſrael: & plangant filiam Iepte Galaaditę dies quattuor. Modo Iouinianus cęlibatui nuptias pręferens primo dicit:inter Iepte patrem & filiam uirginẽ nullam fuiſſe diſtantiam:deinde fidẽ parentis:qui uotũ fideliter perſoluit:anteponit filiæ uirgini:quæ & uirginitatẽ ſuam luxit in montibus: & imolata ac cęſa eſt domino. Sed ridiculæ Iouiniani ſententię reſpondeat uerax & grauis Hieronymus:nos aũt ad inſtituta pergamus. Eſt.n.iam Samuel in manibus. Solẽt pleręq mulieres:quę iunctę uiris parere ceſſant:liberos concipere neſcio quo pacto maiore uel gratia uel uirtute præſtantes. Nam & gentiũ hiſtoriæ Alexandrum Macedonem & Scipionem eum:q primus Aphricanus appellatus ſit:diu ſterilibus matribus patribuſq ipſis filios deſperantibus natos fuiſſe produnt. Quorũ uterq plura ac maiora geſſit:q̃ quæ uulgus hominum conſueuit. Q uã uero magnus Ioannes eſt habitus præcurſor domini:quem in Euangelio legimus! Zacharias pater admodum grandis natu:Elyſabeth quoq mater ſterilis diu & ætate puecta:in ſenectute ſua filiũ habere meruerũt:quo inter natos mulierũ maior nemo ſurrexit. Iudicũ quoq hiſtoria & ueteris teſtamẽti liber Sanſonẽ pdit:de quo ſatis multa ſupra explicata ſunt. Regũ aũt liber primus (quattuor ſunt.u.ut noſti) Samuheles prædicat:cuius adeo pręclara natiuitas futurę pbitatis ac ſanctimoniæ inditia pręfigurat. Helcana &.n. Ephratęus duas uxores habuit:Annã & Phennenam. Fœcũda Phennena liberos genuerat. Annæ contra ſterilis concluſerat uuluam dominus. Lachrymæ aſſidue erumpebant: & flens Anna dies ac noctes: & pręt dolore ſeipſam excrucians cibũ nõ capiebat. Tandẽ uero fonte quodam lachrymarũ exundans uotum uouit Deo dicens. Domine exercituum ſi reſpiciens uideris afflictionem famulæ tuæ: & recordatus mei fueris:nec oblitus ancillę tuæ:dederisq ancillæ tuæ ſexum uirilẽ:dabo eum domino omnibus die-

bus uitæ eius: & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Increbeſcebát apud dominũ preces eius: &
miſericordem ac miſeratorem Deũ iugiter ac ſuppliciter obſecrabat. Itaq; tranſacto paucorũ dierum
curriculo præter hominũ opiniones concepit Anna: & filium peperit: ac uocauit Samuhelem: quod
a domino poſtulatus eſſet. Sæpenumero tanq; apud Hebreos cum populus Dei erant: non caſu: ſed
conſilio quodam propria nomina uocabant. Interpretatur aũt Samuhel nominatus Deo: uel poſtu-
latus a Deo: ſiue audiens Deum: ſeu exauditio Dei. Et obtulit puerũ Anna domino: quem pepererat:
ut eſſet in templo cunctis diebus uitæ eius. Miniſtrabat aũt Samuhel ante faciem domini puer accin-
ctus Ephod lineo Sacerdotis ueſte. Huius nomen late propagatũ eſt: adeo ut cognoſceret uniuerſus
Iſrael a Dan uſq; Berſabee: quod fidelis Samuhel ꝓpheta eſſet domini. Ex iis igitur: quæ ſcripta ha-
ctenus ſunt: perſpicue conſtat: Nazareum fuiſſe Samuhelem alterum appellatum a Iouiniano: qa ſe-
cundus a Sanſone numerat. Hic & ſi ſanctus erat & Deo charus: uxorem tamen duxiſſe fert: ex qua
& genuit liberos Iohel primo genitum: alterum Abiam: quos & ſeneſcens conſtituit Iudices Iſrael in
Berſabee: qui tamẽ maluerunt ſui q̃ patris ſimiles eſſe. Hinc inferebat Iouinianus tanti uiri exemplo
Sacerdotalem dignitatem atq; pudicitiam uxoris non pollui: neq; contaminari amplexibus. Sed pro
pe adeſt: ut Samuhelis declarato connubio: Booz & Ruht nuptias ꝓducamus in mediũ. Ruth Moa-
bius habebat uirum Maalon filium Elimelech Ephratei de Bethleem Iuda. Virum amiſit: & in Beth-
leem cum Noemi ſocru ſua uiuere conſtituit. Haud longo poſt tranſacto tempore ſocrus conſilio atq;
ſuaſu alterum quoq; maritum nacta eſt de Elimelech genere hominem locupletem & pollentem ma-
gnis opibus: q Booz nominabat. Conſilium aũt dederat Noemi ſocrus nurui Ruth in hanc ſenten-
tiam atq; ad hũc modũ. Meſſis erat: & compluſculos dies Ruth ſpicas & culmos legerat ĩ agro Booz.
Hic præſagiens quodãmodo futuras nuptias Ruth: ex ſuo agro non modo nunq̃ pepulit: uerum etiã
& beneficiis inſuper & ſumma liberalitate proſecutus ẽ: adeo: ut etiam puellis Booz iuncta ſit: quoad
frumenta quæq; demeſſuerunt. Itaq; redeuntem poſt Ruth Socrus: his uerbis affatur. Filia mi quan-
doquidem ita ſe Booz liberalem præſtitit: perquiram tibi requiem: ac dabo operam: ut bene tibi ſit.
Booz iſte: cuius puellis in agro iuncta es: propinquus noſter eſt: & hac nocte aream ordei uentillat: la-
uare igitur: & ungere: & induere cultioribus ueſtimentis: ac deſcende in aream. Non te uideat ho-
mo: donec eſum potũq; finierit. Quãdo aũt ad dormiendũ ierit: nota locũ: in quo dormiat: ueniesq;
ac diſcooperies palliũ: quo operit a parte pedũ: & prouicies te: & ibidẽ iacebis. Ipſe aũt dicet tibi: qd
agere debeas. Quæ iuſſa capeſſens continuo ĩ aream deſcendit: & ſocrus imperio alacris obſecuta eſt.
Quare & ſocrus conſilio & Ruth diligẽtiſſima obtemperatione effectũ eſt: ut uirũ ſortiret: quali ne me
liorẽ qdẽ ullũ aut cõmodiorẽ auſa eſſet optare. Tulit. n. hac rõne Booz Ruth ipſam: atq; accepit uxo
rem: ex eaq; genuit Obed: qđ tum Mattheus tũ Lucas etiã Euangeliſtæ ꝓbãt. Quibus ſane ex uerbis
ſatis intellectã arbitror aream a Iouiniano relatam: cũ Booz uiro & uxore Ruth: qbus abſolutis feſti
nemus ad reliqua: ne lõgiores fortaſſe uideamur q̃ breuis tractatus uel epiſtolæ potius anguſtiæ pa
tiant. Iſſai: quẽ multi Ieſſe uocãt: quẽq; Greci ãe. i. ai diphthõgo ſcribũt: habuit uxorẽ: ex qua genuit
Dauid Regẽ: quã rem & in calce libri Ruth & in Regũ hiſtoriis & ĩ Euãgeliis Matthei & Lucæ facilli-
mũ eſt intelligere. Refert aũt in libello Ruth longius ſtẽma: ac (niſi me fallit memoria) refertur his
uerbis. De filio Ruth. Vocauerũt nomẽ eius Obed: hic eſt pater Iſſai patris Dauid. Hæ ſunt genera-
tiones Phares. Phares genuit Eſrom. Eſrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab ge
nuit Naaſon. Naaſon Salmon. Salmõ genuit Booz. Booz gẽuit Obed. Obed genuit Iſſai. Iſſai gẽuit
Dauid Regẽ. Hæc ex libro Ruth. Regũ aũt hiſtoria ſæpe Iſſai & filium Dauid cõmemorat: quale eſt
in uerbis dñi ad Samuhelẽ redarguentis illũ: ac flere ꝓhibẽtis. Imple cornu tuũ oleo: & ueni: ut mit
tam te ad Iſſai Bethleemitem. Prouidi. n. in filiis eius mihi Regẽ. Habuit nãq; Iſſai filios cõplures: in
quis Eliab: Aminadab: Samã: & alios: imprimis Dauid minimũ natu: & q paſcebat oues: a quarũ cu-
ſtodia uocatus eſt ad regnũ. Vnde & ĩ alio loco. Dauid erat filius uiri Ephrathei Bethleemites: cui no
mẽ erat Iſſai: q habebat octo filios. Et iterũ cũ Saul Dauid ꝓcontat. De qua ꝓgenie es o adoleſcens?
Dauid reſpõdit. Filius ſerui tui Iſſai Bethleemitæ ego ſum. Apud Matthẽũ uero genealogia eiuſmo-
di cõtexit: in qua & de aliis multis & de Iſſai & Dauid ſermo manifeſtus infert. Iudas genuit Phares
& Zaram de Thamar. Phares aũt gẽuit Eſron. Eſrõ aũt gẽuit Aram. Arã aũt gẽuit Aminadab. Ami
nadab aũt genuit Naaſon. Naaſon aũt genuit Salmon. Salmõ aũt gẽuit Booz de Raab. Booz aũt ge
nuit Obed ex Ruth. Obed aũt gẽuit Ieſſe. Ieſſe aũt genuit Dauid regẽ. Lucæ indẽ Euãgelio eãdeꝫ eſt
repire generis ſeriem. Dauid Ieſſe fuit filius: q fuit Obed: q fuit Booz: q fuit Salmõ: q fuit Naaſon: q
fuit Aminadab: q fuit Aram: q fuit Eſron: q fuit Phares: q fuit Iudę: & alia. Dauid aũtẽ (ut liquido
Regũ teſtat hiſtoria) erat rufus & pulcher aſpectu decoraq; facie: ſed & ſciens pſallere & fortiſſimus
robore & uir bellicoſus ac prudẽs ĩ ſermone: cũ quo & dñs erat. Hic & uxores habuit & concubinas:
exq; his ingentẽ ſobolẽ ꝓcreauit. Sed ĩprimis inueſtigãdũ eſt nobis: qd ſibi uelit: Dauid ipſuꝫ ducẽtis
preputiis: etiã cũ uitæ piculo Regis filiæ quęſiſſe cõcubitus. In primo &. n. librorũ: q Samuhel cõſcri-
bũt: eiuſcemodi de ea re cõtinet hiſtoria. Cogitabat Saul malũ aduerſus Dauid: quẽ miro antea amo
re dilexerat. Machinabat aũt inſidias: qbus Dauid traderet ĩ manus Philiſtinorũ. Itaq; ita ad Dauid lo
cutus ẽ: Ecce filia mea maior Marob. Ipſaꝫ tibi dabo uxorẽ: tãtũmodo eſto uir fortis: & ꝓliare bella do

mini. Dauid uero modeſte ad Saul dicebat. Quis ego ſum: aut quæ eſt uita mea: aut cognatio patris mei in Iſrael: ut fiam gener Regis? Sed quæ Dauid uxor iungenda erat: perfidus Saul connubio dedit eam Adrieli Molathitæ. Tum incepit Dauid amare Michol alteram Regis filiam. Quod cũ accepiſſet Saul: in mirũ modũ lætatus eſt: ac ſtatim dixit. Dabo eam illi: ut fiat ei in ſcandalũ: & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Serui aũt Regis iuſſu eius ad id operã dabant: qbus reſpondebat Dauid: Num parum uobis uidetur generum eſſe Regis? Ego aũt ſum uir pauper ac tenuis. Saul uero hæc mandabat dici Dauid. Non habet opus ac neceſſe Rex ſponſalia: niſi tantum centũ præputia Philiſtinorum: ut fiat ultio de inimicis Regis. Hęc uero dicebat: cogitans tradere Dauid in manus Philiſtinorum. Verũtamen placuit Dauid uerbũ Regis: ac iudicauit plurimũ ſibi conducere: ut gener Regis fieret. Itaq; pauculis diebus exactis exurgens Dauid in Acharon profectus eſt: ducens ſecũ: quibus præerat uiros. Atq; ut erat ſtrenuus bellator: ducentos uiros cęcidit de Philiſtim: eorumq; omniũ attulit præputia: & ut gener eius fieret: Regi ea annumerauit. Quamobrẽ dedit Saul Micol filiã uxorẽ Dauid: cuius præcipua erat erga maritũ beniuolẽtia atq; amor. Hinc cępit Saul magis magisq; Dauid extimeſcere: ac ppea graues cõtra Dauid exercere inimicitias. Sed accepit poſt Dauid alias quoq; uxores: inter quas Abygail uxorẽ Nabal poſt mortẽ ipſius. Accepit & Achinoem de Iezrael: tũc Saul dedit Michol filiam ſuã uxorem Dauid Phalti filio Lays: qui erat de Galim. Idem aũt Regũ liber utranq; uxorem: & Achinoem Iezraelitem & Abygail uxorem quondam Habal Carmeli ductas cõmemorat in captiuitatem. Poſt uero & pulchritudine captus: ac forma Berſabee uxoris Vriæ Cethei & filiæ Heliam uiro bellii mortuo accepit eam uxorẽ. Concubinas item habuit complures. Ac de uxoribus & concubinis cœtum quendam (ut ita ſcripſerim) habuit filiorum: ut & Regũ hiſtoria & Paralipomenon liber teſtes ſunt. Nũc ad Salomonẽ pperemus. Fuit. n. Salomon Regis Dauid filius: cui & ſucceſſit in regnũ. Genuit aũt hunc Dauid ex uxore Berſabee: quẽ miſit pater in manus Nathan prophetæ: & uocauit eius nomen amabilis domino propterea: quod diligeret eum Dominus. Genitum aũt Salomonem ex Berſabee etiam Matthęus Euangeliſta teſtimonio eſt dicẽs. Dauid Rex genuit Salomonem ex ea: quæ fuit Vrię. Prius uero de eius connubio diſſeramus: operæpretium eſt aperire: qd de uoce ipſa ac nomine Græce Latine atq; Hebraice ſentiendũ ſit. Græci. n. non Salomon: ſed Solomon & ſcribunt: & proferunt: & id ipſum me in uetuſtiſſimis Græcorum codicibus & ſpectatæ fidei animaduertiſſe memini: quorum neq; probare ſententiam: neq; refellere in animo eſt. Hieronymus aũt noſter: qui Hebraicas litteras uſquequaq; percalluit: quiq; interpretes quoſq; lõgiſſime antecelluit in libro: quem de Habraicis nominibus compoſuit ſeruans plurimum elementorum ordinem Salomonis facile oſtendit: non õ littera primam ſyllabam: ſed ã ſcribendã & pnunciandã eſſe. Sed quis Grçcorum & tam præclari atq; eruditi Doctoris audeat diiudicare controuerſiam? Certe haud noſtrum eſt tantas componere lites. Apud me tamen plus Hieronymi auctoritas q̃ cęterorum omnium ualebit opinio: adeo ut cum eo errare malim q̃ cum reliquis bene ſentire. Hebręi uero ſcribunt primam Salomonis ſyllabam duobus punctis: ex quibus naſcitur ſonus uocalis litteræ medius fere inter e & o uocales litteras: qui rectius (ut ipſe arbitror) a pronunciari atq; exprimi ſolet. Scribitur enim Salomon quatuor Hebraicis litteris Sin: lamech: mem: & he ſelomoh: cui Latini & Græci in fine n litteram adiecerunt. Noſtri enim uel addunt ſæpe n. uel detrahunt melioris ſoni gratia. Verum de Hebraicarum litterarũ poteſtate dicemus latius alio fortaſſe comodiore & loco & tempore. Iam de nomine dictum eſt: Nunc de Salomonis coniugiis explicandum uidetur. Duxit igitur Salomon (ut in Regum libris ſcriptum eſt) poſtq̃ confirmatũ erat regnũ in manu eius uxorẽ Pharaonis Aegyptiorum Regis filiam: eamq; accerſiuit in ciuitatem Dauid: quoad nauaret pręclara ædificia ædes ſuas religioſum ac locupletiſſimũ fanum: quæ fuit domus Domini & murum Hieruſalem per circuitum. Adamauit & Salomon mulieres alienigenas multas: filiam quoq; Pharaonis: de qua ſatis paulo ante dictum eſt: & Moabitidas & Amonitidas & Idumeas & Sidonias & Etheas de gentibus: quarũ promiſcuum conſortium prohibuerat Dominus. Proditq; Regum hiſtoria his mulieribus Salomonem copulatum ardentiſſimo amore. Itaq; pro hiſtoricorum ſupputatione fuerunt ei uxores quaſi Reginæ ſeptingentæ: pelices uero trecentæ: & ita millenarius numerus expletus eſt. Diſcant quæſo homines quanti ſint mulierum amores: & quam ad deprauandas hominum mentes uim habeant quæſo diligẽter attendant. Salomonẽ ſibi proponant: quo in omnibus ſæculis nemo unquam repertus eſt ſapientior: ſed cor eius auerterunt mulieres a ueri & omnipotentis principis Dei pietate ac cultu: & ad ſimulachra gentium manufacta turpiter tranſtulerunt. Sed hæc alias. Quod uero aſſerit Salomon imaginem Saluatoris id noſtro arbitratu cenſuit Iouinianus fretus tribus potiſſimus Salomonis muneribus. De eo nanq; dictum eſt: quod diligeret eum dominus: & amabilis domino uocatus eſt: & filius Dei unigenitus Ieſus ſignificans quantus eſſet patris erga ſe amor tranſiturus iam ex hoc mundo ad patrem Deum patrẽ orat dicens.: Pater quos dediſti mihi: uolo: ut ubi ego ſum & illi ſint mecum: ut uideant claritatem meam: quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Sed & poſtq̃ in Iordane a Ioanne baptizatus eſt: aperti ſunt ei cœli: & uidit ſpiritũ Dei deſcendentem ſicut Columbam & uenientem ſuper ſe. Et ecce uox de cœlis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi complacui. Iterum cum in monte excelſo Tabor transfiguratus eſſet coram Petro:

Iacobo & Ioanne: ac lucida nubes obumbraſſet eos: repente uox de nube inſonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Quare Salomon amabilis domino recte uocatus eſt: Chriſtus Ieſus dilectus filius: Salumon deinde (ſicut & uocabulum ipſum perſonat: & Hieronymus teſtis eſt) pacem imprimis ſpectare uidetur: qui & interpretatur pacificus: ut in libro Hebraicorum nominum teſtatur Hieronymus. Hinc & Dauid patrem Salomonis Deus locutus eſt. Nõ poteris inquit: ædificare domum nomini meo tanto effuſo ſanguine coram me: filius q naſcetur tibi erit uir quietiſſimus: faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis p circuitũ: & ob hanc cauſam pacificus uocabitur & pacem & ocium dabo in Iſrael cunctis diebus eius. Saluator autẽ noſter Chriſtus auctor eſt pacis: & amator & princeps pacis a Prophetis uere multis ſæculis prænominatus eſt. Nam & de eo Eſaias. Paruulus inquit: datus eſt nobis: filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſup humerũ eius: & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius Deus fortis pater futuri ſæculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis. Et de eodem inſignis Propheta: Loquitur pacem in plebem ſuam: miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Vere aũt in diebus eius orta eſt abũdantia pacis. Pacem ſecutus: pacem amplexus eſt. Pacem iubebat ſuos imprecari: quancunq domum intrauiſſent: pacem ipſe ſalutans impartiebat: pacem legauit Apoſtolis ex hoc mũdo ad patrẽ uadẽs: deus ſemper pacis fuit eius: quæ uera pax eſt: alioquin non ueni: ipſe pacem mittere in terram: ſed gladium. Bene itaq pacificus Salomon pacifici Saluatoris imaginem aſſerit: q Rex pacificus & a Prophetis & ab Eccleſia dictus eſt. Poſtremum nemo Salomone habitus unquam eſt ſapientior: de quo ſcriptum eſt. Omnes Reges terrarum deſiderabant uidere faciem Salomonis: ut audirent ſapientiam: quam dederat Deus in corde eius. Quare & Regina Saba intellecto tantę ſapientię eius ſplendore: ab Auſtro atq a finibus terræ uenit: ut audiret ſapientiam Salomonis: uenit: & plus inuenit q̃ quod rumoribus allatũ erat. Et ecce Chriſtus Dei filius longe plus q̃ Salomon dicitur: non quidem imerito longe ſapientiſſimus: & ob eam cauſas conſueuerũt Patri poteſtatem: Filio ſapientiam: Spiritui ſancto uirtutem tribuere atq clementiam: quanq̃ Trinitas ipſa unus Deus eſt: & eadem tribus æternitas: eadem incõmutabilitas: eadem Maieſtas: Eadem poteſtas. Nec dedecet tamẽ Filium ipſius Sapientiam deſignari. Verum ne onus ſubeam grauius q̃ quod humeri noſtri ferant: & ne altiore pelago urgentibus fluctibus mergar: ſtatim huic ſermoni finem: præſertim cũ ſatis explicatum ſit: quo pacto Salomon & uxores duxerit: & imaginem geſſerit Saluatoris. Quod aũt addit Iouinianus de eo ſcriptum eſſe: Deus iudicium tuũ Regi da: & iuſtitiam tuam filio Regis. pſalmũ ſumptũ Dauid prophetæ primum & ſeptuageſimũ: & ex eodem accepit: & dabitur ei de auro Arabiæ: & reliqua: quæ ſubnectit: hactenus de Salomone plura fortaſſe q̃ opus erat. Nunc Heliam & Heliſeum breui abſoluamus. Helias Theſbites ꝓpheta magnus & qui fido ſemp Helyſeo comitatus incedebat Galgalis profectus iam leuandus per turbinem in cęlum congregatis ex Bethel & Iericho quinquaginta filiis Prophetarum: ut tranſirent Iordanem: tulit pallium ſuum: atq inuoluit: & percuſſit aquas: quæ confeſtim deſectæ ſunt in utranq partem: & tranſnatarũt ambo Helias atq Helyſeus per ſiccum. Tunc affatus eſt comitem fidiſſimum Helias dicens. Poſtula quod uis: ut faciam tibi: anteq̃ tollar a te. Atq ſtatim Helyſeus obſecro inquit: ut fiat ſpiritus tuus duplex in me: id uiſum Heliæ eſt factu perdifficile: attamen ad Helyſeum dixit. Si me uideris quando tollar abs te: erit quod poſtulaſti: ſin minus: certe non erit. Cum igitur una inambularent: atq incedentes confabularentur: ecce currus igneus & equi ignei diuiſerunt utrunq: & aſcendit Helias per turbinem in cœlum. Quod cernens Helyſeus clamabat. Pater mi: pater mi: currus Iſrael & auriga eius. Neq eum poſt illa uidit amplius. Itaq apprehendens ueſtimenta ſua ſcidit in duas partes: ac leuauit pallium Heliæ: quod ceciderat ei. Reuerſus aũt ſtetit ſuper ripam Iordanis: & penula Heliæ percuſſit aquas: quæ non ſunt diuiſæ. Itaq dixit. Vbi eſt Deus Heliæ etiã nũc? Rurſum percutiens aquas: diuiſæ ſunt huc atq illuc: & pertranſit Helyſeus. Quod cernentes filii Prophetarum: qui e regione erant in Ierico: dixerunt. Requieuit ſpiritus Helię ſuper Helyſeum: & obuiam ꝓfecti adorauerũt eum proni in terram. Et hoc quod Iouinianus enarrat grande myſterium. Sed ſi ad rem pertineant innumerabilia tum de Helyſeo tum imprimis de Helia dici poſſint. Fuit enim hic Helias: qui aliquando puerum ſuſcitauit: qui ad torrentem Ciſon: poſt glorioſum certamen pſeudo ꝓphetas Baal iuſſit interfici: q monſtrante Deo uentura multa prædixit: imprimis grandẽ & fœcundũ imbrem auguratus ẽ: quo tempore fame uehementiore Samaria premeretur. Fuit & Helias: ad quẽ ſæpe locutus eſt dñs: quo qd oĩo põt eſſe præſtantius! Fuit Helias ſeruus fidelis dñi: cui aliquando iter facienti: ab Angelo uas aquę & ſubcinericius panis miniſtratus eſt: in cuius cibi fortitudine ambulauit quadraginta & diebus & noctibus. Alia pręterea multa referri queũt. Helyſeus iuſſu dñi ꝓpheta ſubfectus: atq unctus p Helia ĩ eius locũ: ac uicẽ ſubrogatus ẽ: pclara hic quoq multa geſſit: q̃ nõ ẽ narrãdi locus. Sꝫ ne plura iã dicã de his quas uterq duxerit uxores: repiat ſcrutator diligẽs Iouinianus & ſibi habeat hãc ꝓuinciã ſępe n. (ut cõiecturis pſpici licet) ſacros codices ſomniabat Iouinianus potius q̃ legebat. Ezechiã Regẽ uxorẽ habuiſſe cõfitemur: ex qua & Manaſen filiũ genuit: q & p eo regnauit ĩ Hieruſalẽ. Nomen aũt uxoris Ezechiæ: ex qua & Manaſſen filiũ genuit: fuit Aphſiba. Plurimũ aũt laudatur Ezechias: cuius nomẽ Græci abſq aſpirationis nota cõſcribũt. Hic quinq & xx. ãnos natus regnũ ĩgreſſus ẽ: & octo: ac xx. ãnos regnũ obtinuit in

Hieruſalem. Iuſte ac pie ſe geſſit: & Dauid ueſtigia pro uirili ſua ſectatus eſt. Nam & ſigna contriuit & ſuccidit lucos: Serpentem quoq; æreum confregit: quem conſtituerat Moyſes: cui ad eam uſq; tempeſtatem filii Iſrael thura adoleuerant. Hic eſt etiam ille Ezechias: q cũ ægrotans diem foret obiturus: quod ſibi & Eſaias prophetes prædixerat: flens tamen ac lachrymans uehementius quindecim præterea annorũ acceſſiones meruit: & lethali morbo liberatus eſt: atq; cum iam conualuiſſet: Canticum cecinit illud: quod iam Eccleſia p defunctis decantat. Ego dixi In dimidio dierũ meorũ uadam ad portas inferi. Et alia ſicut apud Eſaiam propheram facile eſt inueni. Hic unus omniũ diligentiſſime magnam ſibi & rem comparauit & gloriam: cuius temporibus multi Prophetarũ floruerũt: Eſaias imprimis: Oſee filius Beeri: Micheas Moraſtites: de quo Ieremias: Micheas de Moraſtin fuit pphera in diebus Ezechiæ Regis Iudæ. Sed qd de Ezechia plura? Quod uero additur a Hieronymo: Admodo filios faciam: Iouinianus ommiſit. Id enim fertur locutus Ezechias i Cantico poſt qndecim annorũ ætatem protractam: ſed pro eo legũt Hebræi: ſicut ait Hieronymus: & Eſaiæ uerba declarant. Pater filiis notam faciet ueritatem ſui. Nũc Ioſiam aggrediamur: q eo iuſtiſſimus a Iouiniano dicitur: quod ambulauerit in lege domini: & mãdata eius cuſtodierit. De quo etiam ſcriptũ eſt. Nõ declinauit ad dexteram neq; ad ſiniſtram: in catalogo ponitur maritorũ: et uxorius fuiſſe traditur: atq; ex Amithal filia Ieremię de Lobna genuit Ioachaz: cuius regnũ tranſtulit Pharao Nechao in Reblata: ne regnaret in Hieruſalem: ex Zebida uero filia Phadaię de Ruma genuit Helyachim: quem Pharao Nechao Regẽ conſtituit in Hieruſalem pro Ioſia patre: & nomen eius conuertit Ioachim. Nec mireris hoc loco Pharaonis nomẽ: q ꝯ totiẽs i ſcripturis ſanctis repetitũ cernimus. Accepimus enĩ oẽs quondam Aegyptiorum Reges Pharaones cognominatos a Pharaone Rege: & eoſdem paſtores nũcupatos propter Ioſeph & fratres eius: q principio paſtores deſcendiſſe in Aegyptũ comprobãtur: ſed & eoſdem poſtea Ptolomęos coniicimus appellatos: ceu Romanorũ Imparores Cęſares Auguſtos: uel noſtris temporibus: & quondã Albanorũ Siluios. Sed iam his prætermiſſis dicendũ eſt de Deuteronomii reperto libro & uxore Sellum Olda propheriſſa. Qua tempeſtate florerent Sophonias & Ieremias celebres prophetæ: & regnaret in Iudęa Ioſias filius Amon: quem prædiximus: Helchias Sacerdos magnus: & Põtifex Iudęorũ arcam aperuit: quę erat i domo Dñi: inq; ea reperit librũ Deuteronomii: quondã a Moyſe reconditũ: quem ſimul atq; inuenit: dedit Saphan Scribæ: atq; ad Reges ſtatim deferri iuſſit. Ioſias aũt cũ legente Saphan execrationes: & crebras atq; atrociſſimas eiuſce libri comminationes in præuaricatores legis intellexiſſet: conciſſis ueſtibus angoribus uehemẽtiſſimis preſſus cępit rem oẽm ſecũ uerſare animo diligentius. Cũ.n. minitaret̃ Deus ſeruitutem & calamitatem eiuſmodi: qualem Amorrei erãt perpeſſi: eiecti ex ſuo ſolo metuebat: ut ſuis quoq; tẽporibus Iudaici Regni captiuitas impenderet. Itaq; miſſis Helchia: Aicham: Achobor: Saphan: Aſia quq; uiris Oldam uxorẽ Sellum propheriſſam uel Sybillã potius (ita.n. fęminæ uates appellari ſolent) cõſuli iuſſit: cuius domiciliũ erat in Hieruſalẽ: qd nam euentorũ prædiceret: quæ accepto oraculo ominata eſt Iſraelitici ppl'i excidium: quod & legẽ domini tranſgreſſi eẽnt: & ad ſimolachra gentiũ mentẽ atq; animũ conuertiſſent: uerũ differri cladem: quoad Ioſias Rex uiueret: afferens dignũ eſſe Ioſiam: q ſeruaret: quod audierit uerba uoluminis: ac perterritũ eẽt cor eius: & ipſe ſupplex ſermonibus domini fidẽ adhibuerit. Q cũ accepiſſet Ioſias: repente coegit oẽs ſenes Iuda Hieruſalẽ: & magno Sacerdotũ pphetarũ ac freqẽtis ppl'i comitatu ſeptus templũ domini ingreſſus ẽ: legitq; cunctis inſpectantibus uerba quæq; libri foederis domini: q paulo ante in tẽplo repertus erat. Mox & fędus pcuſſit corã dño ad præcepta eius rite ſeruanda: & ad teſtimonia atq; cerimonias obeundas: q̃ in Deuteronomii libro ſalubriter cõtinerent̃. Qua tẽpeſtate & paſcha celebratũ ẽ: quale nec Iudicũ nec Regũ tẽporibus uel uiſus fuerat unq̃ uel auditũ. Longior hiſtoria ẽ: ſed quæ dicta ſunt: ſatis dilucide (ut opinor) Ioſiam Regẽ Deuteronomii librũ manifeſtãt: & Oldam uxorẽ Sellũ: q̃ cõſulta Regẽ inſtruxit: maledictiones aũt & uiciſſim benedictiones libro Deuteronomii cõtineri credo oĩbus etiã mediocriter eruditis: & peritis diuinę legis i promptu eſſe. Execrant̃.n. Leuitæ excelſa uoce quiſquis ſalutariũ mandatorũ præuaricator extiterit. Maledicit̃ qppe Imprimis ſiquis ſculptile & conflatile fecerit: maledicit̃: q parẽtes ſuos nõ coluerit: maledicit̃: q proximi ſui terminos tranſtulerit. Qui deprauat iudiciũ: q deniq; aliqd iniuſte turpiter obſcęne flagitioſe geſſerit. Qui contra uocẽ domini audierit: & præcepta eius ſtudioſe ſeruauerit: cunctis bonis afficit̃: & benedictiones meret̃: quãtas breuis ſermo explicare nõ poſſit. Quibus oĩbus cõmotus Ioſias ad colendam diuinã legẽ cupide eſt ac uehementer incenſus. Sed iam abſoluto Ioſia: ad Danihelem unico uerbo expediendũ properemus. Quis eſt.n. adeo demens quis adeo impos animi ac totius cognitionis expers: qui uel Danihelem uel tres pueros inter maritos numerare audeat? Perſpicue Hieronymus Inſanientis Iouiniani manifeſtat errorẽ: & firmiſſimis ſcripturarũ teſtimoniis & Danihelẽ & tres pueros Eunuchos fuiſſe declarat. Ego dum eius nebulonis ſtultitiã cogito: uereor ne illũ nominis ſimilitudo deceperit. In Danihelis nãq; ſcriptis Baltaſare duo cõmemorãt̃. Primus eſt Danihel: q cũ tribus pueris Anania: Miſaele: & Azaria: q oẽs erant de filiis Iudæ omni laude ſapiẽtię ac diſciplinę pręſtans iuſſu Nabuchdonoſor Regis litteras & linguã Chaldaicam inſtitutus in Regia uerſatus ẽ. Cuius una cũ tribus pueris a prępoſito Eunuchorũ Aſphanat Imuratũ nomẽ ẽ: & Danihel cognominatus eſt Baltaſar: Ananias Sydrach: Miſael Myſach: Azarias Abdenago. Huius Danihelis

mira fuit,atq incredibilis ſapientia:ſicut & Ezechiel teſtis eſt:ad quē loquens Dominus hæc profat. Fili hominis dic Principi Tyri:Hæc dicit dominus Deus:eo quod eleuatū eſt cor tuū:& dixiſti Deus ego ſum:& in cathedra dei ſedi in corde maris:cū ſis homo,& nō deus:& dediſti cor tuum,quaſi cor dei.Ecce ſapientior es tu Danihele:omne ſecretū nō eſt abſconditum abs te:quæ profecto nunq̄ dixiſſet dominus:niſi eximia ac ſingularis Danihelis ſapientia latius patuiſſet. Alter uero traditur Baltaſar Nabuchdonoſor Regis filius:cui aperuit Danihel pobſcuri enigmatis ſcrupulū:Mane:Thecel: Phares:cuiq & Darius Medus ſucceſſit ī regnū homo impius,ac luxu perditus.Hic habuit tum uxores,tum etiam concubinas:quæ pro Regis ipſius iuſſu in ſacris poculis & crateribus combibebant:quos eripuerant ex anguſtiſſimo delubro Hieruſalē & Babylonia tranſtulerant. Itaq Iouinianus,ut pote q nec bonus uir erat:neq eruditus:cū legiſſet principio Danihelis uoluminis eum Baltaſarē cognominatū:eſſet aūt poſtmodū inuitus Baltaſarem Regem uxorē habuiſſe:& hūc & illum eundem eſſe credidit:& tāto adductus errore temere atq inconſulto cælū & terras miſcuit:noctē ac diem confudit:lucem & tenebras coegit in unū:ſydus cū ſterquilinio:Solem cū luto iunxit.Quocirca licet mihi cū Apoſtolo dicere:quæ participatio Iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras?Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cū infideli? Quamobrem ſiquis nō tanq̄ Iouinianus obtuſus,atq hebes ſcripturas ſanctas accuratius inſpexerit:Danihelem cū tribus pueris a catalago maritorū omnino depellet:& Iouiniani ſinet ineptias ualere,& nugas. Iam quæ de noui teſtamenti libris ſumpta ſunt:paucis percurramus.Ac primū Zacharias & Heliſabeth in medium prodeant.Nam Zacharias uir iuſtus ac dignitate Sacerdos uxorem accepit Helyſabeth de filiabus Aaron:quod teſtimonium Lucas perhibet Euāgeliſta. Sed erat Helyſabeth ſterilis:& prolem deſperauerat Zacharias:quod uterq nimium ætate proceſſerant. Aliquando uero cū Zacharias per uices ſacerdotio fungeretur:& in templo pro more rem diuinam faceret:apparens ei Angelus domini,cęlitus demiſſus,futuram ſibi ſobolē prędixit:ac filium naſciturum:quem Ioannem nominauerint:q inſtar Ieremiæ prophetæ ſanctus futurus eſſet ex utero matris ſuæ. Itaque Helyſabeth mox (ut ab Angelo fuerat prænunciatum) filium concepit:atq euaſit prægnans:ad quam uiſendam,ſexto fere menſe intemerata uirgo uenit,& Regina cœlorū. Poſtq̄ uero Ioannes natus ē:& Zacharias loqui cœpit:qui mutus diutius permanſiſſet:repletus Spiritu ſancto,Canticū Deo cecinit:Benedictus dominus iſrael:quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.Sed notum tibi carmen eſt. At quanuis iuſtiſſimus Zacharias uxorem habuit:longe tamē Ioannem filium uirginē fuiſſe,clariorem nemo prorſum ſana mente eſt qui ambigere poſſit.De eo namq mirabilia,atq præclariſſima a probatiſſimis hiſtoriarū auctoribus dici conſueuerūt:qbus uel uitæ ſanctimonia cæteros præſtitiſſe,uel admirabilibus Spiritus ſancti muneribus perſpicuū ē.Fuit enī magnus corā domino:uinū & ſiceram non bibit:multos ad ueri Dei cognitionem conuertit:plures quoq a uitæ turpitudine fœditateq ad rectas uiuendi uiam reuocauit:perdiu ſolitudinem & deſerta ſectatus ē:quem prædixit Eſaias:Vox clamantis ī deſerto:parate uiam domini.Hic Ioannes ueſtitus pilis Cameli & zona pellicia circa lumbos eius:locuſtis & melle ſiueſtri ueſcebat.Quare nō iniuria pręcurſor domini parauit uiam eius:ac rectas fecit ſemitas dei noſtri. Erat quippe Angelus ille quē multo ante Eſaias prędixerat.Quemq Chriſtus Ieſus nō Prophetā ſolū:ſed plus q̄ pphetā haberi uoluit:& quo nemo prorſus inter natos mulierū maior exiſteret. Vere aūt fuit plus q̄ Propheta Ioannes:quandoquidē illum:quem reliqui Prophetæ obſcuris uerborū tegminibus ac figurarū inuolucris uenturum prænunciarūt:hic homo miſſus a Deo,præſentem digito indicauit dicens.Ecce agnus dei:ecce q tollit peccata mūdi.Merito igit̄ ſolus meruit Ieſum filium dei unigenitum,uerbū carnem factum:uenientem aliquādo a Nazareth Galileæ in Iordane fluuio baptizare:q oritur & duobus fontibus defluit Ior:& Dan ad radicem montis Lybani.Sed quę ad hāc ſententiam pertinent:tam copioſe diſſerit Hieronymus:ut nulla prorſus acceſſione opus ſit.Proinde (ut ſermonis conſtituatur) Petrum principem apoſtolorū,uxores habuiſſe comprobemus:cuius Iouinianus ſocerum meminit.Ad aliquid ſunt.n.ſocrus & gener:quod ſi ſocrum Petrus habuit:& ipſus neceſſe eſt fuiſſe generū.Generum enim uocāt qui cuiuſpiam uiri,filiam uxores duxerit.Habuit igitur uxorem. Petrus:q primitus Symon Bariona diceretur. Nam ut Petrus uocaretur:poſtq̄ duodecim diſcipulos congregaſſet:Chriſtus effecit.Socrum aūt hāc Simonis Petri Euāgeliſtæ cōmemorant.Marcus imprimis:q initio euangelici libri,teſtatur aliquādo egredientes Chriſtū de ſynagoga:cum Iacobo & Ioanne in domū ueniſſe Symonis & Andreę:& ſocrum Symonis correptam febribus:cum eam Chriſtus manu apprehendiſſet:continuo conualuiſſe:& ita confirmatam:ut etiam illis accumbentibus miniſtraret.Cæteros uero Apoſtolos uxores habuiſſe credere facile eſt:cōfirmare difficile.Siquidem nuſq̄ apud eos:q aliquid dignū memoria prodiderūt ſcriptam cuiuſquā Apoſtoli uxores:& commemoratam deprehendimus.Ioannem aūt apoſtolum uirginem ad extremum uſq ſpiritum permanſiſſe,dubitare demens eſt:quem de nuptiis uolentem nubere (niſi Hieronymus fallitur) uocauit Deus. Non dicam igitur de his plura:Satis enim ſcriptum arbitror:quapropter ſermo hic omnis fuerat inſtitutus:ſuntq perſpicue eorū declarata connubia:q & optimi homines,& uiri clariſſimi tum ex uetere teſtamento tum etiam ex noua lege,atq euangelicis monumentis a Iouiniano numerātur. Hæc aūt haud magno nobis labore collecta ſunt:qui diuinis litteris iampridem conſueuimus,familiariſſi

me utique alius forſitan uel ſcribere neſciat:uel reperire nõ poſſit. Quod ſi quis etiam labor ſuſcipiẽdus erat:certe grauatus nõ eſſem:cũ id tibi arbitrarer iucundiſſimum fore. Quę uero ex epiſtolis Pauli Apoſtoli Iouinianus annectit:ea tibi puto eſſe manifeſta:qui eius tam diuini hominis:preſtantiſſimiq; Doctoris ſcripta non minus legis:q̃ probas. Nec ignoras (ut arbitror) multa de coniugiis ſcribi ab Apoſtolo: & ſignificari per litteras Romanis primum:deinde Corinthiis: Epheſiis quoque multa: & Coloſenſibus:praeterea Timotheo compluria:quę ſibi potiſſimum Iouinianus aſſumit: Sed & nõnulla Tito. Demum non latet ſcientiam tuam (ut opinor) & paucula ſcribi de connubio in calce epiſtolæ ad Hebręos:unde & Iouinianus de nuptiis ſententiam promit. Quid igitur nunc plura? Nam & tuo uoto (nisi fallor) & meo conſilio factum eſt ſatis. Vale Antoni chariſſime longe mihi future charior:ſi (ut cœpiſti) poſthac quoq; ardentius ſacras & diuinas litteras fueris conſectatus. Eorum nanq; (ut probe noſti) & uera eſt & perpetua amicitia:quos eadẽ bonarum rerum ſtudia exercitationesq; delectant.

FINIS.

¶ Amœniſſimi Ingenii & exquiſitiſſimæ doctrinæ uiri Aug. Dathi Senenſis Floſculorũ liber fœliciter incipit. Ad Minoem Tricircium iuuenem celeberrimũ:ac conciuem chariſſimũ.

HOMINIS AMICitia in earum rerũ numero collocatur:quę tum honeſtatem dignitatemq; tum utilitatẽ quoq; & fructum continet. Eam Cicero in Rhethoricorũ libro ſecũdo his uerbis finit: amicitia eſt uoluntas erga aliquem rerum bonarum illius cauſa:quem diligit:cum eius pari uoluntate. Cicero in primo de Finibus bonorum & malorum. Epicurus quidem ita dicit:Omniũ rerum:quas ad beate uiuendum ſapientia comparauerit:nihil eſt maius amicitia:nihil uberius:nihil iucundius. Ac paulo poſt. Quod q̃ magnum ſit:fictæ ueterũ fabulæ declarant:in quibus tam multis:tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis:tria uix amicorũ paria reperiuntur:ut ad Horeſtem perueniās profectus a Theſeo. Amicitiam aũt in Dialogo Ciceronis ita diffinit. C. Lęlius. Nihil eſt amicitia:niſi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beniuolentia & charitate ſumma conſenſio. Secundus uero Philoſophus amicitiam animorum æqualitatem eſſe dixit.

Amplitudo quemadmodũ & amicitia his in rebus ponit̃:quę & honeſtę ſimul ſunt & utiles. Eſt aũt amplitudo:ut a Cicerone libro ſecũdo Rhetoricorũ terminat̃:potentiæ aut Maieſtatis aut aliquarum copiarum magna abundantia.

Alæ & pennæ cum ſolũ auium eſſe credant̃ & uolucrum:ad res quoq; alias transferunt̃. Plato ĩ Phędro. Natura alarũ eſt graue in ſublime attollere:qua Deorũ inhabitat genus. Omniũ uero:quæ ſunt circa corpus maxime particeps diuini eſt animus. Diuinũ aũt pulchrũ ſapiẽs bonũ: & quicq̃d tale dici põt. His uero alit̃ maxime:augetq; alatio ipſa animi. Turpi aũt & malo & huiuſmodi interit: & fatiſcit. Magnus igit̃ Rex in cœlo Iuppiter citans alatum currum primus incedit:exornans cuncta atq; diſponens. Hunc ſequit̃ exercitus Deorũq; & Dęmonũ p undecim partes ordinatus. Sed & Boetius in quarto de Philoſophiæ conſolatione ait. Sunt.n. pennę uolucres mihi:quæ celſa conſcendant poli:quas ſibi cum uelox mens induit:terras peroſa deſpicit.

Animus & anima differunt. Eſt.n. animus diuinior. Sed eam utriuſq; differẽtiam aperit Macrobius:cũ ſup ſomnio Scipionis hæc dicit. Animus proprie mens eſt:quam diuiniorẽ anima nemo dubitauit. Qum ergo dicit. Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus:mentes prępſtat intelligi:quę nobis propne cũ cœlo ſyderibuſq; cõmunis ẽ. Qum uero ait:retinendus animus in cuſtodia corporis:ipſam tunc animam nominat:quæ uincit̃ cuſtodia corporali:cui mens diuina nõ ſubdit̃.

Animus quo maxime a corpore differat:oſtendit ſecundũ Epicuri ſententiam. M. Tullius in primo de Finibus bonorũ & malorũ. Nã corpore:inquit:nihil niſi præſens: & quod adeſt:ſentire poſſimus: animo aũt & præterita & futura.

Amamus magis pprie homines. Adamamus cętera pręter hominem. Terẽtius. Amant inter ſe. Cicero ĩ primo de Finibus bonorũ & malorũ. Et.n. ſi loca:ſi fana:ſi urbes:ſi Gymnaſia:ſi campũ: ſi canes:ſi equos:ſi ludicra:exercendi:aut uenandi conſuetudines adamare ſolemus:quanto id hominum conſuetudine facilius fieri poterit: & iuſtius!

Angeli αγγελοί Graece uocant̃. Hebraice Moloth: Latine uero interpretant̃ Nuncii:ab eo quod domini uoluntatem populis nunciant. Eſt aũt Angelorũ nomen officii potius q̃ naturæ. Semper.n. ſpiritus ſunt:cũ uero mittunt̃:tum Angeli uocant̃. Atq; ita ſenſit Iſidorus Ethimologiarũ libro nono:

Aequi & iniqui loci natura & inſtituto cernunt̃ ſecundũ Ciceronis partitionem in Topicorũ libris.

Aequitas uero ut in eodem libro teſtat̃:tripartita dicit̃ eſſe. Vna ad ſuperos Deos:altera ad Manes: tertia ad homines pertinere. Prima Pietas. Secũda Sanctitas. Tertia Iuſtitia aut æquitas nominat̃.

Aequitas Iuſtitia. M. Tullius in libro Topicorum:cum pietatem & ſanctitatem præmiſiſſet:tertia:inquit Iuſtitia aut æquitas nominatur.

Aequitas moderatio ſiue patientia: unde & æquo animo ferre: eſt modeſte ferre. Cicero in Catone maiore. Noui.n. moderationem animi tui & æquitatem.

Aequitas humanitas.

Aequitas æqualitas. Cicero in primo de Officiis. Optandum ut hi q̃ præſunt reipub. legum ſimiles ſint: qui ad puniendum non iracundia: ſed æquitate ducuntur.

Aequitas bonitas. Ariſtoteles quĩto Ethicoꝝ. Bonus & æquus uir: q̃ nõ exacte ius amplectat̃: in priorẽ partẽ: ſed de ſuis cõmodis detrahi patiat̃: & ſi lege ſe tueri poſſit. Ex quo dicit̃ ex æquo & bono.

Animaduerſio: conſideratio: inſpectio. Cicero in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Intereſſe.n. inter argumentũ concluſionẽq; rationis: & inter mediocrem animaduerſionẽ atq; ammonitionẽ.

Animaduerſio punitio. Cicero item Torquato: ut dolore ſuo ſanciret militaris Imperii diſciplinam: exercitũq; in grauiſſimo bello animaduerſionis metu contineret. Idem ĩ primo de Officiis. Omnis aũt animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet.

Animaduerſio atq; ammonitio ab argumẽto & concluſione longe differunt: uti putabat Epicurus Cicerone teſte in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ libro: intereſt inter argumentũ concluſionẽq; rationis: & inter mediocrẽ animaduerſionẽ atq; ammonitionẽ: altera occulta quædã & quaſi inuoluta aperiri: altera prompta & aperta indicari. Itaq; exiſtimauit Epicurus & uoluptatem expetendam: & fugiendũ dolorem: ita ſentiri: ut calere ignem: niuem eſſe albam: dulce mel: quorum nihil oportet exquiſitis rationibus confirmari: tantum ſatis eſſe ammonere.

Animaduertimus potius a nobis: ammonemur ab aliis.

Appetendarum rerum partes ſunt honeſtas & utilitas. Vitandarum rerum turpitudo & inutilitas Cicerone teſte libro ſecundo Rhetoricorum.

Appetere & aſpernari contraria eſſe uident̃ teſtimonio atq; auctoritate Ciceronis ĩ primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ: cũ dicit ex Epicuri ſententia. Aiunt hãc quaſi naturalẽ atq; inſitã in animis noſtris ineſſe notionẽ: ut alterũ eſſe appetendũ.i. uoluptatẽ: alterũ aſpernandũ: ſcilicet dolorẽ ſentiamus. Et rurſum ĩ tertio. Anteq̃ uoluptas aut dolor attigerit: ſalutaria appetant pueri: aſpernent̃q; cõtraria.

Bona quædã ꝑ Epicuri ſententia præterita ſunt: quædã futura. Hinc Cicero ĩ primo libro de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Vt his bonis erigimur: quæ expectamus: ſic lætamur iis: quæ recordamur.

Continentia ſecundum ſententiam. M. Ciceronis libro ſecũdo Rhetoricoꝝ: Temperantiæ pars eſt: atq; ita diffinitur. Continentia eſt: per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur.

Clementia & ipſa quoq; pars Temperantiæ eſt: per quã animi temere in odium alicuius inuectione concitati comitate retinentur.

Circumſpectio quid nam ſit: oſtendit Bernardus in libro ſup quid eſt tibi.m.q.f.d.

Quid eſt aliud circunſpectio: niſi circumſtantium malorũ ſolicita ſagaxq; perſcrutatio? Ad hanc pertinet præteritoꝝ maloꝝ retractatio: præſentium cõſideratio: futuroꝝ præmeditatio: ut ſecũdũ nomẽ ſuũ ueraciter ſit circũſpectio. Huius aſſiduitas hominẽ cautũ efficit & quantũ poſſibile tutũ reddit.

Chaos ut diffinit Lactãtius primo inſtitutionũ diuinaꝝ: ẽ rudis inordinatæq; materiæ cõfuſa cõgeries.

Curia locus eſt habendi Senatus: ac pro Senatu interdũ poni ab eruditis ueteribus conſueuit. Cicero libro primo de Oratore. Age uero ne ſemp forum ſubſellia roſtra curiamq; meditere. Et ĩ Catone Maiore. Non curia uires meas deſiderat: non roſtra: non amici.

Cupiditates etiã ſecũdũ Epicurũ inſatiabiles ſunt Cicerone teſtante ĩ primo de Finibus bonoꝝ & malorũ. Quæ nõ modo ſingulos hoĩes: ſed uniuerſas familias euertũt: totã etiã labefactãt ſæpe Remp. Ex cupiditatibus odia diſſidia diſcordiæ ſeditiones bella naſcunt̃. Haꝝ tria ꝑ Epicuri ſententia genera ponũt̃. Vnũ eaꝝ quæ ſint & naturales & neceſſariæ cupiditates: alterũ eaꝝ quæ quidẽ naturales ſunt: nec tñ neceſſariæ: tertium eaꝝ quæ nec naturales ſunt: nec neceſſariæ. Neceſſariæ nec opa multa: nec impenſa explent̃. Naturales nec multa deſiderant: inanium uero cupiditatũ nec modus ullus: nec finis inueniri poteſt.

Copia & inopia res dicunt contrarias. Cicero ĩ Catone Maiore. Nec in ſumma inopia non leuis eſſe ſenectus poteſt ſapienti: nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis.

Dicere de arte: eſt artis præcepta tradere.

Dicere aũt ex arte: eſt ornate & artificioſe hoc eſt ſecũdũ artis præcepta loqui. Cicero in primo Rhetoricoꝝ de Hermagora. Oratori minimũ eſt loqui de arte: quod hic fecit multo maximũ ex arte dicere: quod eum minimum potuiſſe omnes uidemus.

Expetendaꝝ reꝝ tria ſunt genera: par numerus uitandaꝝ: inqt. M. Tullius libro II. Rhetoricoꝝ. Nã eſt quiddam quod ſua ui nos alliciat ad ſeſe: non emolumento captans aliquo: ſed trahens ſua dignitate. Quod genus uirtus ſcientia ueritas eſt. Aliud nõ pp uim ſuã & naturã: ſed pp fructũ atq; utilitatẽ petendũ: qđ pecunia ẽ. Et porro quiddã ex hoꝝ partibus iunctũ: qđ & ſua ui: & dignitate nos inductos ducit: & præ ſe quandam gerit utilitatẽ: quo magis expetatur: ut amicitia: bona exiſtimatio: quæ in primo genere ſunt: appellant̃ honeſta. Quæ in ſecundo utilia. Tertia & ipſa quoq; in meliorẽ partem uocabuli conferuntur: & nominantur honeſta.

Expetere & fugere contraria ſunt. Cicero in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Temperanda eſt.n. quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem ſequamur: monet.

Fortitudo una eſt ex quattuor uirtutum numero: quemadmodum oſtendit Cicero libro ſecundo Rhetoricorum: quo libro: & ita diffinit. Fortitudo ē conſiderata periculorum̨ ſuſceptio: & laborum̨ perpeſſio: cuius partes ſunt: Magnificentia: Fidentia: Patientia: Perſeuerantia. At libro .iii. Rhetoricorum̨ ad Herennium diffinit his uerbis Fortitudo eſt rerum̨ magnarum̨ appetitio: & rerum humilium contemptio: & laboris cum utilitatis ratione perpeſſio.

Fidentia uero: quæ pars fortitudinis eſt: ut oſtendit Cic. libro .ii. Rhetoricorū: hiſce diffinit̄ uerbis. Fidentia eſt: ꝑ quā magnis & honeſtis ī rebus multū ipſe animus ī ſe fiduciæ certa cū ſpe collocauit.

Fortis dicit̄: ut Ariſtoteles quarto Ethicorū oſtēdit: medius quidā inter audacem & timidum.

Fortis uetn omni uirtute prædiitus. Lactantius libro primo Diuinarum inſtitutionum. Ille ſolus uir fortis debeat iudicari: qui temperans & moderatus eſt & iuſtus.

Forum: ueluti commune genus ad tria cauſarum genera: ſubſellia: roſtra: curia: tanquam ſpecies uidentur ſignificare tria cauſarum genera: in quibus Oratoria dictio uerſari ſolet. Cicero primo de Oratore. Age uero: ne ſemper forum: ſubſellia: roſtra: curiamq; meditere.

Fortuna conſilio & ſapiētię aduerſari recte dicit̄. Cicero ī primo de finibus bonorum̨ & malorum̨: Ex Epicuri ſententia. Optime uero Epicurus inquit: quod exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti: maximaſq; ab eo & grauiſſimas res conſilio ipſius & ratione amminiſtrari.

Fore ſemp futuri tēporis ſignificationē habet. Cicero in tertio de Oratore. Quem quidē ego confido omnibus iſtis laudibus: quas in oratione cōplexus es: excellentē fore. Et Craſſus fore dicis: inquit. Ego uero eſſe iam iudico. De Hortenſio uſq; Catulus fuerat prælocutus.

Gratia a natura iure eſt: ut oſtendit. M. Tullius libro ſecundo Rhetoricorū: atq; ita finiuit. Gratia eſt in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria & alterius remunerandi uoluntas continetur.

Gloria in earum rerum numero collocatur: ut ait Cicero libro ſecūdo Rhetoricorū: quæ nos & dignitate & fructu ſuo ducunt: atq; gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude.

Greges non modo pecudum dicuntur: ſed & nōnunquam ad homines transferuntur. Cicero in primo de finibus bonorū & malorum. Epicurus una in domo: & ea quidem anguſta: q̄ magnos quantaq; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges.

Graue & leue cōtraria ſūt. Itaq; cū. M. Tullius primo Tuſculanarum̨ queſtionū cū naturā quattuor oīa gignentium corporū: quæ pleriq; Philoſophi elementa uocant: cōmemoraſſet: partē igneam & animalem .i. aeream rurſum ait rectis lineis in cęleſtē locū ſubuolare: ſiue ipſa natura ſupiora appetētes ſiue quod a grauioribus leuiora natura repellatur. Sed & illud quoq; aīaduertendū eſt: pleruīq; graue cū ad perſonā refert̄: Laudari: quod ſi ad res alias referat̄: nō ita. Leue cōtra ī pſona uituperari: in cæteris rebus multo ſecus. Hinc. M. Tullius in catone maiore. Nec in ſumma inopia inquit: nō leuis eſſe ſenectus pōt ſapienti: nec inſipienti etiā in ſumma copia nō grauis. Grauitas ī hoīe laudat̄: quamobrē Cicero in præfatione primi Tuſculanarum̨ diſputationū. Quę tanta grauitas: quę tāta conſtantia animi magnitudo ꝓbitas fides: quæ tam excellens in omni genere uirtus! Contra uero leuitas maxime redarguit̄. Idem in primo Tuſculanarum queſtionum. Contemnamus igitur omnes ineptias. Quod enim leuius huic leuitati nomen imponam!

Hieracitę: quorum̨ auctor Hieracta nūcupat̄: heretici ut oſtēdit Auguſt. q carnis reſurrectionē negabāt.

Inuentio una eſt earum partium: quas habere Oratorē oportet. Eſt aūt inuentio excogitatio rerū uerarū aut ueriſimilium: q̄ cauſas ꝓbabilē reddāt: primo Rhetoricorum̨ tū inuētione tū ad Herēnium.

Intelligētia Prudentiæ pars eſt: ut ait Cicero libro ſecundo Rhetoricorum: quo in loco Intelligentiam ita diffinit. Intelligentia eſt: per quam animus repetit ea: quæ ſunt.

Iuſtitia ē habitus animi cōmuni utilitate cōſeruata: ſuā cuicūq; tribuēs dignitatē. Eius initiū eſt a natura ꝓfectū. Deinde quędā ī cōſuetudinē ex utilitatis rōne uenerūt: poſtea res & ab natura ꝓfectas: & ab cōſuetudine ꝓbatas legū metus & religio ſanxit. Hęc Cic. tradit lib. ii. Rhetoricorū. Libro aūt tertio Rhetoricorū ad Herēniū. Iuſtitia inqt: eſt æqtas ius unicuiq; retribuēs ꝓ dignitate cuiuſq;.

Ius triplex a. M. Cicerone cōmemorat̄ libro. ii. Rhetoricorū. Ius naturæ: Ius cōſuetudinis. Ius legis.

Ius naturæ eſt: ut libro. ii. Rhetoricorū Cicero oſtendit: q̄d nō opinio genuit: ſed quædam innata uis inſeruit: Vt religionē pietatē gratiam uindicationē obſeruantiam ueritatē. Conſuetudine ius ē: q̄d aut leuiter a natura tractū aluit & maius fecit uſus: ut religionē: aut ſiqd eorū: quæ ante dicta ſunt: a natura profectū maius factū ꝓp conſuetudinē. Videmus aūt in morem uetuſtas uulgi approbatione perduxit. Quod genus pactum eſt: par iudicatum.

Iudicatum eſt: ut eodem ipſo ī loco Cicero ait: de quo alicuius aut aliquorum̨ iam ſentētiis cōſtitutū eſt.

Lege Ius eſt: quod in eo ſcripto: quod populo expoſitum eſt: ut obſeruet: continetur. Cicero eodem ipſo libro oſtendit: ac loco.

Incolumitas una cum potentia: ut Cicero oſtendit libro ſecundo Rhetoricorum: pars utilitatis altera eſt. Eſt autem incolumitas ſalutis tuta: atq; integra conſeruatio.

Imperator definitur: conſtituiturq; a. M. Antonio apud. M. ciceronē libro primo de Oratore: amminiſtrator quidā belli gerendi: cuius ars eſt de exercitu: de caſtris: de agminibus: de ſignorū collocationibus de oppidorū oppugnationibus: de cōmeatu: de inſidiis faciendis atq; uitādis: de reliquis rebus

quæ ſint proprie belli ãminiſtrandi:quarũ q ſunt aio & ſcientia cõpotes:ii eſſe Imperatores dicunt.
Iuriſconſultus aũt:ut idem ait:is uere nominaẽq legum & cõſuetudinis eius:qua priuati in ciuitate
utuntur:& ad reſpondendũ:& ad agendum:& ad cauendum peritus eſt.
Iudicare eſt ſtatuere:ac firmiter decernere. Cic. ĩ primo de finibus bonoꝝ & maloꝝ. Nec.n. ſatis ẽ iu
dicare qd faciendũ:nõ faciendũ ſit:ſed ſtare etiã oportet I eo:qđ ſit iudicatũ. Pleriq; aũt qđ tenere
atq; ꝑpetuare id quod ſtatuerũt:nõ poſſunt uicti & debilitari obiecta ſpecie uoluptatis:tradunt ſe libi
dinibus conſtringendos.
Licere & expedire:oſtẽdit differre Auguſtinus ĩ libro de Adulterinis cõiugiis dicens. Poteſt aliqd lice
re:& nõ expedire. Expedire aũt quod nõ licet:nõ põt. Ac ꝑ hoc nõ oĩa:quæ licita ſunt:expediũt:oĩa
uero illicita nõ expediunt. Idẽ paulo poſt. Ea mihi uident licere:& nõ expedire:quæ ꝑ Iuſtitiã qdẽ
quæ corã Deo eſt ꝑmittunt:ſed ꝑꝑ offenſionẽ hominũ:ne ob hoc impediant a ſalute uitãda ſunt:
ea uero nõ licere:& ideo nõ expedire:quæ ſic ipſa Iuſtitia uetantur:ut facienda non ſint:etiam ſi ab
eis:quibus in noxiam fuerint perlata laudentur.
Labor duplex a Cicerone ſignificat:alter libero dignus uiro:alter illiberalis. Et primus ille uocat in
duſtria:qualis eoꝝ eſt:q in ſcribẽdo uerſant:atq; elaborãt:alter a politiore abhorret elegantia:ut hi
faciũt:q arant:aut fodiũt. Cic. ĩ primo de Finibus libro. Vt Terẽtianus Chremes nõ inhumanus:q
nouũ uicinũ nõ uult fodere:aut arare:aut aliqd ferre:deniq; nõ illum ab induſtria:ſed ab illiberali
labore deterret.
Memoriam theſaurũ reꝝ oĩum Cicero appellat primo de Oratore:eamq; primo Rhetoricoꝝ libro ita
diffinit. Memoria ẽ firma ai reꝝ ac uerboꝝ ad inuentionẽ ꝑceptio:primo de inuẽtione. At ĩ primo
ad Herenniũ eſt inqt:memoria firma ai reꝝ & uerboꝝ & diſpoſitionis perceptio:eamq; libro tertio
theſaurum inuentorum:atq; omnium partium Rhetoricæ cuſtodem appellat.
Memoria ſicut intelligẽtia ac ꝓuidẽtia pars Prudẽtię ẽ:atq; ea ꝑ Ciceronis ſentẽtia libro. ii. Rhetori
corum ſic diffinitur. Memoria eſt:ꝑ quam aĩus repetit illa:quæ fuerunt.
Modeſtia a. M. Tullio libro. ii. Rhethoricorũ pars ponitur Temperantiæ:& his finitur uerbis. Mo
deſtia eſt:per quam pudor honeſtus caram & ſtabilem comparat auctoritatem.
Meditationis eſt:ꝑſcrutari occulta. Contẽplationis ẽ:ãmirari ꝑſpicua. Bernardus ſup. i. Quid eſt tibi
mate qđ fugiſti. Et ſubdit. Siqdẽ meditatio ẽ:occultæ ueritatis ſtudioſa inueſtigatio:Contẽplatio ẽ
ꝑſpicuę ueritatis iucũda ãmiratio. Quę aũt occulta ſunt:ſolẽt ad manifeſtationẽ ꝓdire:modo ex pro
pria meditatiõe:modo ex diuina reuelatione. Vbi ergo reuelationis gratiam præſentem habemus:
meditationis officio non egemus.
Mathematicę diſciplinę quattuor ꝑtes ĩtuere uidet ĩ primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. M. Tullius.
Aut ſe inquit:ut Plato ĩ Muſicis:Geometria numeris:aſtris cõtereret:per quæ Muſica:Geometria:
Arithmetica:Aſtrologia ſignificari uidentur.
Mortis tria ſunt genera:inqt Ambroſius I libro de bono mortis. Vna mors peccati ẽ:de qua ſcriptũ
eſt. Aia quæ peccauerit:ipſa morietur. Alia mors myſtica:qñ qs peccato morit:& Deo uiuit:de qua
idẽ Apl's. Conſepulti.n. ſumus cũ illo ꝑ baptiſmũ ĩ morte. Tertia mors:qua curſum huius uitæ:&
munus explemus:ideſt:aĩę corporiſq; receſſio. Ac ſtatim addit. Aduertimus igit ꝙ una mors ſit ma
la:ſi ꝑꝑ peccata moriamur:alia mors bona ſit:qa is:q mortuus fuerit:iuſtificatus eſt a peccato:tertia
mors media ſit. Nã & bona iuſtis uidet:& pleriſq; metuẽda:quæ cũ abſoluat oẽs:paucos delectat.
Oculi nõ modo q ad uidendũ animãtibus dati ſunt:ſed & ꝑ cõſpectu a ueteribus nõ nunq̃ poni cõ
ſueuerũt. Cicero ĩ Catone maiore de F. Maximo. Nec uero ĩ luce modo:atq; oculis ciuiũ magnus.
Idẽ ĩ primo de finibus bonoꝝ & maloꝝ de Torquato. At magnũ ꝑiculũ adiit:& ĩ oculis quidẽ exer
citus. Obſeruantia ẽ:ut oſtendit Cicero libro. ii. Rhetoricorũ a natura iure:ac diffinit his uerbis:
Obſeruantia eſt:ꝑ quam homines aliqua dignitate antecedẽtes cultu quodã & honore dignantur.
Orator ꝑ. M. Antonii diffinitione apud Ciceronẽ libro. i. de Oratore dicit:q & uerbis ad audiendũ
iucũdis:& ſententiis ad probãdũ accõmodatis uti poſſit ĩ cauſis forẽſibus:atq; cõmunibus:& q ꝑtę
terea inſtructus uoce ſit:& actione:& lepore quodã. Eſt aũt Oratoris officiũ:ut libro. i. Rhetoricoꝝ
ad Herennium oſtendit Cicero de iis rebus poſſe dicere:quæ res ad ciuilẽ uſum moribus & legibus
conſtitutæ ſunt cum aſſenſione auditorum:quoad eius fieri poteſt.
Orator:quæ ſecundum. M. Antoniũ habere debeat:declarat:atq; exponit Cicero libro. i. de Oratore
dicens. In Oratore acumen Dialecticoꝝ:ſententia Philoſophorũ:uerba prope Poetaꝝ:memoria Iu
riſconſultorum:uox Tragedorum:geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus.
Oratorem quinq; conuenit res habere:Ciceronis teſtimonio primo Rhetoricorũ:tum de inuẽtione:
tum ad. C. Herenniũ libro. Inuentionẽ:diſpoſitionẽ:elocutionẽ:memoriam:pronuntiationem.
Orationem duplicẽ eſſe oſtẽdit. M. Tullius libro primo de finibus bonoꝝ:& malorũ:alterã ꝑpetuam
alterã iterrogatiõe:ac reſpõſione cõſtantes. Eius hæc uerba ſunt. Vti orõne ꝑpetua malo:q̃ interro
garet:aut iterrogari. Et ĩ Tuſculanis quęſtionibus Atticus dicit. Sed nihil te iterpellabo:cõtinentẽ ora
tionẽ audire malo. Tum. M. I quit. Quid ſi te rogauero aliquid:nõ ne reſpondebis. Rurſus quoq;
in ſecũdo libro de finibus bonorũ & malorũ. Ego aũt:iquit:arbitror:q̃q̃ admodũ delectatus ſum

eius oratione ꝑpetua: tamen cōmodius cum ī rebus ſingulis ī ſiſtas: & ītelligas quid quiſq; cōcedat: q̄d abnuat ex rebus cōceſſis cōcludi quod uelis: & ad exitum peruenire.

Ortēſius magnus fuit orator: atq; ut. A. Gelius ait libro primo de Noctibus acticis: omnibus fere oratoribus ætatis ſuæ nisi. M. Tullio clarior. Quanq̄ ob nitidiorē mundiciam maledictis & probroſis compellationibus iactatus eſt.

Ortenſius dicitur: & Ciceronis liber: ī quo Philoſophię laudes complexus eſt. Hinc dicitur ī libro primo de finibus bonorū: & malorum. Philoſophię q̄dem uituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro: quo a nobis Philoſophia defēſa: & collaudata ē: cū eſſet accuſata: & uituperata ab Ortēſio. Et ī ſecundo Tuſculanarū diſputationū. Nos autē uniuerſę Philoſophię uituperatoribus reſpōdimus ī ortēſio. Sed & Aurelius Auguſtinus ī tertio Confeſſionū libro: Liber ille: ī quit: ipſius Ciceronis exhortationem continet ad Philoſophiam: & uocatur ortenſius.

Pronunciatio: quā habere oratorē oportet: eſt: ut Cicero finit ex rerū: ac uerborū dignitate uocis: ac corporis moderatio. Libro primo Rhetoricorū de inuentione. In primo uero ad Herenium ita ait. Pronunciatio eſt uocis: uultus: geſtus moderatio cum uenuſtate.

Prudentia ut oſtēdit. M. Tullius libro ſecundo Rhetoricorum: eſt rerum bonarū: & malarū utrarūq; ſcientia. Partes eius ſunt memoria: intelligētia: ꝓuidētia. In Rhetoricis uero ad Herenniū libro. iii. his uerbis finit. Prudentia eſt calliditas: quę ratione quadā pōt delectū habere maloꝝ & bonoꝝ. Dicitur item Prudentia ſcientia cuiuſdam artificii. Appellatur item Prudentia rerum multarum memoria: & uſus complurium negociorum. Hæc ad Herentium.

Prouidentia eſt: ut ait Cic. libro. ii. Rhetoricoꝝ: ꝑ quā futurū aliq̄d uideatᷣ: ante q̄ factum eſt.

Pietas uti diffinit Cic. libro. ii. Rhetoricoꝝ: eſt ꝑ quā ſanguine coniunctis patriæq; beniuolis officiū & diligens tribuitᷣ cultus.

Pactum a iure cōſuetudinis eſt: ut oſtendit Cicero libro. ii. Rhetoricoꝝ. Eſt aūt pactū: quod īter aliquos conuenit. Sicut par diffinitᷣ ab eodē his uerbis. Par quod in omnes æquabile eſt.

Patientia fortitudinis pars eſt: ut oſtendit Cicero libro ſecundo Rhetoricorū. Eſt autē patientia honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.

Perſeuerātia quoq; pars ē fortitudinis: & ut idē ait: eſt ī rōne bñ cōſiderata ſtabilis & ꝑpetua ꝑmāſio.

Potentia ut eodem loco declaratᷣ: una cum incolumitate altera utilitatis pars eſt: atq; ita diffinitur: ut ibidē Cicero ait. Potentia eſt ad ſua conſeruanda: & alterius obtinenda idoneaꝝ reꝝ facultas.

Philoſophi: q ut ait. M. Antonius apud Ciceronē libro primo de Oratore: de ſua ui ac ſapiētia unus omnia profiteᷣ: hæc tamē deſcriptio eſt: ut is qui ſtudeat omniū reꝝ diuinarū atq; humanarū uim: naturam: cauſāſq; noſſe: & omnē bene uiuendi rationē tenere & proſequi hoc nomine appelleᷣ.

Philoſophi docent bene uiuere: & artem uiuendi ꝓfitenᷣ. Oratores aūt potius bene dicunt. Lactantius libro primo diuinaꝝ inſtitutionū. Idcirco apud Græcos maiore ī gloria Philoſophi q̄ Oratores fuerunt. Illi. n. recte uiuendi Doctores ſunt exiſtimati: quod eſt longe præſtabilius: quoniam bene dicere ad paucos pertinet: bene autem uiuᷣ ad omnes.

Philoſophi Cicerone teſtante ī primo Rhetoricoꝝ libro: propriū eſt queſtionē tractare: eam uidelicet quæ controuerſiam habet ſine perſonaꝝ certarū intermiſſione: ut quæ ſit forma mūdi: quæ Solis magnitudo: quā partē ipſam in dicendo poſitam inſcite Hermagoras etiā Oratori tribueret.

Oratoris eſt aūt cauſam agere: quod eſt rem: quę ī ſe habeat controuerſiaꝝ ī dicēdo poſitā cū certarū perſonaꝝ interpoſitione: quæ tripartita eſt & demonſtratiua: deliberatiua: iudicialis: primū ab Ariſtotele appellata.

Philoſophi & Poetæ quo differant: patefecit Lactantius Firmianus: quum hæc dicit in libro diuinaꝝ inſtitutionū primo. Hactenus de Poetis: ad Philoſophos ueniamus: quorū grauior eſt auctoritas: certiuſq; iudicium: q̄a nō rebus cōmenticiis: ſed inueſtigādę ueritati ſtuduiſſe creduntur.

Parcæ Fata appellantur. Virg. in primo Aeneidos. Sic uoluere Parcas. Lactantius libro primo diuinaꝝ inſtitutionum: Illud quale eſt: eſſe fata: quibus Dii omnes & ipſe Iuppiter pareat. Si parcarum tanta uis eſt: ut plus poſſint q̄ cœleſtes uniuerſi.

Pecuniam exponit eleganter Aurelius Auguſtinus in libro de diſciplina chriſtiana inquiens. Totum q̄cq̄d hoīes poſſidēt in terra: omnia: quorū domini ſūt: pecunia uocaᷣ. Seruus ſit: uas: ager: arbor: pecus: quicq̄d horū eſt: pecunia diciᷣ. Et ideo pecunia quia antiqui totū: quod habebant: in pecoribus ponebant. A pecore pecunia uocaᷣ. Legimus antiquos patres dites fuiſſe paſtores.

Peccare quo pacto intelligi oporteat: declarat Auguſtinus libro de Adulterinis coniugiis. Intelligēdū eſt ex conſuetudine ſermonis abſurdū quæ ita late patet: ut etiam iumēta quāuis ſint rationis expertia: tamē plerūq; dicamus debere uapulare: quum peccant. Peccare aūt ꝓprie nō eſt niſi eius: q utiᷣ rationali uolūtatis arbitrio: q̄d ī oībus mortalibus animātibus nō niſi homini ē diuinitus attributū. Sed aliud ē: cū proprie loquimur: aliud cū uerba ex aliis rebus transferēdo uel abutēdo uocamus.

Proſperum atq; aſperum uidenᷣ contraria auctoritate Ciceronis in primo de Finibus bonorū & malorū. Si infantes pueri mutæ etiam beſtiæ pene loquuntur magiſtra ac duce natura: nihil eſſe proſperum: niſi uoluptatem: nihil aſperum niſi dolorem.

Religio Dei cultura. Nonius Marcellus. Diuinarū rerum ſcientia a Philoſophis & maioribus appellata Plutarchus ī Pauli Aemilii uita. Cicero ſecūdū. A. Gel. in oratione de Acuſatore conſtituendo: Religioſa delubra Maieſtatis uenerationisq; plena.

Religioſum: quod propter ſanctitatem aliquā remotum ac ſepoſitum eſt a nobis Maſſurius Sabinus a relinquendo dictum. Seruius Sulpitius pp ſanctitatem aliquam a relegando. Religioſi qui facienda & uitanda diſcernunt. Feſtus Pompeius.

Religio a naturæ iure eſt Ciceronis auctoritate libro. ii. Rhetoricoꝝ: ubi & eam ſic diffinit. Religio ē quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ: quam diuinam uocant: curam cerimoniamq; affert.

Reprehendere ac maledicere quo differāt: Ciceronis uerbis declarat in primo de finibus bonorū & maloꝝ libro. Differentium inter ſe reprehenſiones nō ſunt uituperandæ: maledicta uero contumeliæ tum iracundiæ concertationesq; in diſputando pertinaces indignæ Philoſophia mihi uideri ſolēt. Ac paulo poſt. Neq; diſputari ſine reprehēſione: nec cū iracūdia ac ptinacia recte diſputari pōt.

Subſellia p iudiciis tanquam locus pro exercitatione eius: quod in loco fieri ſolet. Cic. primo de Oratore. Age uero ne ſemp forum ſubſellia roſtra curiamq; meditere. Et iterū. Qualis eſſe poſſet is: qui habitat in ſubſelliis: neq; quicquam amplius afferret: q̄ quod cauſaꝝ neceſſitas poſtularet.

Sapientia ſecundū Epicurū Cicerone teſte in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ libro: ars uiuēdi putanda ē. Eſt. n. una: quæ mæſtitiam pellat ex animis: quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: qua præceptrice in tranquillitate uiui poteſt omniū cupiditatum ardore reſtincto.

Senſus iuxta Epicuri ſententiam ut eſt apud Ciceronem intelligere in primo de Finibus bonorum & malorum: incorrupti ſunt: atq; integri teſtes.

Sibyllæ decem fuere teſtante Lactantio libro primo diuinaꝝ Inſtitutionū. Prima Perſis. Secunda Lybia. Tertia Cymæa. Quarta Delphica. Quinta Erithrea. Sexta Samia. Septima Cumana nomine Amalthea. Octaua Helleſpontica. Nona Phrigia. Decima Tyburtina nomine Albunea.

Sibyllæ: ut oſtēdit Lactantius libro diuinaꝝ inſtitutionū primo: omēs fœminæ Vates ſunt a Veteribus nuncupatæ: uel ab unius Delphidis noie: uel a conſiliis Deoꝝ enunciandis. σιους enim Deos: non θεους & conſilium: non βουλων ſed βουλιαμ appellabant Eolico genere ſermonis. Itaq; Sybillam dictam eſſe: quaſi σιουβουλήν.

Solidum qua ratione & perfectum dicatur: oſtendit Lactantius diuinarum Inſtitutionū libro primo. Id ſolidum inquit: exiſtimandū eſt: cui nihil decedere: id perfectū: cui nihil poſſit accedere.

Sortiri & eligere quomodo differant: oſtendit Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ dicens. Plurimū refert ſortiat aliquis Iudicē: an eligat. Multūq; apparatus intereſt apud inuitatū hoſpitē & oblatū.

Seueritatis propriū uidet eſſe: quæ peccata ſunt uindicare: & charitati quomodo opponatur: aperit Auguſtinus in epiſtola ad Virgines dicens. Sicut apparata ſeueritas peccata: quæ inuenerit: uindicare: ita non uult Charitas quod iudicet: inuenire.

Temperantia: ut etiam Epicuro uidetur: Cicerone teſte in primo libro de Finibus bonorum & malorum: eſt quæ in rebus aut expetendis: aut fugiendis: ut rationem ſequamur: monet.

Temperantia: quemadmodū finit Magnus Orator libro ſecūdo Rhetoricoꝝ: eſt rationis in libidinē atq; in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio: quæ & inter principales uirtutes conſtituitur: & partes habet Continentiam: clementiam: modeſtiam. Eandem & libro tertio Rhetoricoꝝ ad Herennium appellat modeſtiā: quā diffinit in animo continens moderatio cupiditatū.

Vendicare: liberare. Cicero in libro de Finibus bonorum & malorum. Sapientiam eſſe ſolam: quæ nos a libidinum impetu: & a formidinum terrore uindicet.

Voluptas ſecūdum Epicurum dicitur id omne: quo gaudemus: ut omne: quo offendimur: dolor. Ac doloris ois priuatio recte nominata ē uoluptas: ut oſtēdit Cicero primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ.

Voluptatem duplicē cōſtituebat Epicurus Cicerone teſtante in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. Non hanc ſequimur ſolam: quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam monet: & cum iucunditate quadam percipit ſenſibus: ſed maximā illam uoluptatē habemus: quæ percipit omni dolore detracto.

Voluptas & dolor opponunt. Ac Cicerone teſtante in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ: Nō placuit Epicuro medium eſſe quiddā inter dolorem & uoluptatē. Illud. n. ipſum quod quibuſdam mediū uidet: cū omni dolore careret: nō modo uoluptatē eſſe: ueꝝ etiā ſummā uoluptatē. Plato in Phędone. Voluptas & dolor cū ſimul in homine adeſſe nolint: ſiquis tamē alterū capiat: ſemp ferme ut alterū quoq; accipiat: neceſſe eſt: quaſi ex eodē capite ambo connexa: Atq; arbitror: inquit: ſi hæc cogitaſſet Eſopus fabulam uerum facturū fuiſſe: quod cū Deus illa inter ſe repugnātia reconciliare uellet: neq; id facere poſſet: coniunxiſſet in unū eoꝝ apices: eaq; de cauſa fieri: ut cuicūq; alterum adſit: eundem poſtea ſequatur & alterum.

Virtus ptes hꝫ quatuor: ut oſtēdit Cic. libro. ii. Rhetoricoꝝ: Prudētiā: Iuſtitiā: Fortitudinē: Tēpantiā.

Vtilitatis: ut ibidem Cicero ait: duæ partes uident eſſe: Incolumitas & Potentia.

Vmbra res inanis. Cic. in primo de Finibus bonoꝝ & maloꝝ. quādo Epicuri contra Stoicos refert ſententiā. Illi. n. negant bonum quicq̄ eſſe: niſi neſcio quam illam umbram: quod appellant honeſtum: non tam ſolido q̄ ſplendido nomine.

¶ Nicolaus Dathus cum in lucem prodire hoc opus ſperaret: hos condidit uerſiculos: at importuno correptus fato: ſpe decidit.

Dormierat nunc uſque Dathus. Reuerentia nati
Protulit in lucem ſcripta diſerta patris.
Hoc decus: hęc Pietas ſuperat bñfacta parentum.
Nanque datur natis a patre uita breuis.
At famę tibi cauſa fui: uitęq; perennis.
Aeternus per me eſt nunc tibi partus honor.
Chare pater prorſum Naturę debita ſolui.
Iam tibi ſancte parens debeo iure nihil.
Dicere forte potes: da pignora grata nepotum.
Eſt tibi perpetuus filius iſte liber.

¶ Lud. Pagni clerici Aſcianenſis Epigramma: in quo Clotho in obitu auctoris mortem Alloquitur.

Clo. Dic cur ſæua Dathum perimis Libitina diſertum:
Qui nunc eſt ſæcli gloria magna ſui?
Lib. Ne quum immortalis animas probat eſſe perennes:
Tunc homines metuant numina noſtra nihil:
Et ne completis ſcriptis ea gloria reſtet
Mortuus ut uiuat: famaq; poſt ſuperet.
Clo. Nil facis in terris: nam tantum linquere nomen
Auſus: quod uiuis fama perennis erit.
Scriptaq; mox natus multo diſperſa papiro
Colliget: æternum fama duobus erit.
Lib. Non erit extinguam natum poſt ſcripta: nec ullo
Tempore durabit gloria parta diu.
Et licet ingenti fuerint collecta labore:
Hæres hæc Scombris ſcriptaq; dat Tineis.
Clo. Erras: nam ſtudio coniunx adiuta nepotis:
Ex uno faciet codice mille libros.

¶ Impreſſum Senis ex Archetypo per
Symionem Nicolai Nardi Anno
Salutis. M.D.III. Sexto kal.
Nouembris.

G V I D I

SENAE CIVITATIS INSIGNIA

